

del Colegio Mayor Univ. de G.^{na}

27644

D. ANDREAE

+ALCIATI+

MEDIOLANENSIS

IURECONSULTI CE-

LEBERRIMI RESPONSA.

+Libris nouem digesta, +

ANTEA TER INCURIOSE EXCVSSA.

Nunc quarta vice diligentissime emendata,

AC ALIIS RESPONDIS NUPER INTER MANU-

scripta inuenis aucta, locupletissimoq; rerum, & verborum

Indice ordinatum contexto.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. D. C. 49 N. 14.

Cum Caesare Maiest. ac Christianiss. Galliarum Regis privilegijs ad annos decem.

BASILEAE,

APVD THOMAM GVARINVM

M. D. LXXXII.



del Colegio Mayor de S. Catalina de G. 29644

D. ANDREAE

+ALCIATI+

MEDIOLANENSIS

IURECONSULTI CE-

LEBERRIMI RESPONSA.

+Libris nouem digesta, +

ANTEA TER INCURIOSE EXCVSSA.

Nunc quarta vice diligentissimè emendata,

AC ALIIS RESPONDIS NUPER INTER MANU-

scripta inuenitis aucta, locupletissimoq. rerum, & verborum
Indice ordinatum contexto.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. D. C. 49 N. 14.

Cum Caesarea Maiest. ac Christianiss. Galliarum Regis privilegijs ad annos decem.

BASILEÆ,

APVD THOMAM GVARINVM

M. D. LXXXII.



Diploma Cæsareum,

RVDOLPHVS SECVNDVS diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, Sclauonia, &c. Rex, Archidux Austria, Dux Burgundia, Stiria, Carinthia, Carniola, & Wirtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Recognoscimus & notū facimus tenere presentium vniuersis. Quod cum nobis humiliter exponendum curauerit, noster & Imperij sacri fidelis dilectus THOMAS GVARINVS Typographus Basiliensis se constituisse ad publicam rei literariæ vtilitatem, Opera Andrea Alciati, cum Consilijs in lucem edere, dummodo favore nostro, Cæsareoq; privilegio contra amulorum fraudes, si qui forte ipsum vitiosa emulatione, aut sinistra aliqua machinatione debito laborum suorum fructu, aut emolumento defraudare conaturi essent, tutus, munitusq; sit, demisse supplicādo, ut sibi hac in re auxilio nostro adesse, suaq; indemnitate consulere clementer dignaremur. Nos sane, qui in communem rem literariam iuuandam propenso admodum animo sumus, praeclarū hoc ipsius institutū, non solum benigne probauimus. Verum etiam auctoritate nostra prouehendum esse duximus. Quocirca ex certa scientia, animo deliberato, ac Cæsarea potestate nostra, vetamus firmiterq; interdicimus omnibus Typographis, bibliopolis, atque alijs, qui in sacro Romano Imperio, alijsq; Regnis ac dominijs nostris hereditarijs librariam negotiationem quocunq; modo exercent, ne quis prae memorata opera, ab ipso THOMAE GVARINO vt premititur, eiusdemq; heredibus excusa atq; in publicum edita, per decennium ab editionis absoluta die numerandum intra sacri Romani Imperij, Regnorūq; & Dominiorum hereditariorum fines eodem, vel alio caractere aut forma recudere, aut vbiunq; recudenda dare, vel alibi impressa adducere, vendere & distrahere palam, vel occulte, absq; praesati THOMAE GVARINI, ipsiusve heredum expresso consensu & voluntate ausit. Quisquis vero aliter faciendo interdictum hoc nostrum neglexerit, is non solum eiusmodi libris, sic vt praesertur impressis, vel adductis, quos nimirū praefatus GVARINVS, vel eius heredes, aut mādatum habetes ab eo, vel ipsdem, auxilio magistratus eius loci, vbi deprehensi fuerint, aut propria etiam auctoritate sibi vendicare poterunt, priuari. Verū insuper etiam poena decem Marcharum auri puri, Fisco nostro Imperiali, tanquam fraudis Vindicti ac dicto THOMAE GVARINO, ipsiusve heredibus, ex quo soluenda & numeranda, multari debet. Mandamus ergo vniuersis & singulis nostris ac sacri Romani Imperij subditis & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis quā secularibus cuiuscunq; gradus, ordinis, conditionis, status, & dignitatis extiterint, praesertim vero ijs, qui in Magistratu constituti, vel superiorum suorum, aut suo ipsius nomine, ac loco iuris & Iustitiæ administrationem exercent, ne quenq; hoc privilegium seu interdictum nostrum impune violare, spernere vel negligere patiantur. Quin potius contumaces si quos compererint, praescripta poena plecti, & quibuscumque recte fieri poterit modis coerceri curent. Quatenus & ipsi grauissimam indignationem nostram, ac eandem multam incurrere noluerint. Quod enim haec firma rataq; sunt, testatum facimus presentibus literis nostris, manu propria subscriptis, sigillisq; nostri Cæsarei impressione munitis. Datum in Arce nostra Regia Praga die octaua mensis Iulij An. Dom. 1580. Regnorū nostrorum, Romani quinto, Hungarici Octauo & Bohemici iidem Quinto.

RVDOLPHVS

v. Sviceufer. D.

Ad mādatum Sacrae Cæs. Maiest. proprium.

L. Oberburger


EXTRACT DV PRIVILEGE.

PAR lettres patentes du Roy nostre Sire, données à Paris le viii. de decembre mil cinq cens quatre vins & vii, signées Habert, & de nostre regne le viii. Il est defendu à tous Libraires & Imprimeurs & autres de nostre royaume, d'imprimer ou faire, imprimer, vendre ny fayre vendre, les œuures de feu Andre Alciat qu'il a escript, en droict Ciuil & Canon, tant les lectures, que Conseilsz, nouvellement imprimez par Thomas Guerin marchand bourgeois de la ville de Basle, l'un des Cantons de noz aliez & confederez les Suysses: autres que ceux que ledit Guerin a imprimez, pendant le temps & terme de dix ans prochainement venans, sur peine de confiscation desditz liures, & d'amende arbitraire, comme plus a plein apert & est declare es dittes lettres.

Ordo Responsorum And. Alciati I.C.

PRIMVS.	Liber qui inscribitur ad ius Pontificium, seu (vt vocant) <i>Canonicum.</i>	V.	Miscella.
II.	Ad ius Municipale, seu (vt vocant) <i>Statuta.</i>	VI.	Ad Iudicia Ciuilia.
III.	Ad ius Clientelare, seu (vt vocant) <i>Euda.</i>	VII.	Ad Iudicia Criminalia.
IIII.	Ad Præuilegia.	VIII.	Ad Contractus.
		IX.	Ad vltimas voluntates.

Ad Lectorem.



Ordo hic, qui tuis, Lector, oculis nunc est subiectus, ille fuit, quem Alciatus suis destinabat responsis, vt sæpe ex ipsius ore auditum, ac ex autographo, alijsq; non dubijs signis perspectum est, sed cum morte præuentus nequiuert totam hanc seriem, quemadmodum decreuerat, connectere, hæres eius hanc succedaneam operam, quanta potuit cura & diligentia suscepit, atq; ita responsa illa, quæ antea confusa, & extra suos locos posita repererat, magno suo labore discreuit, aptè sub suis libris, & titulis collocauit, & vt omnes studiosi iuris scirent hunc esse proprium auctoris ordinem, in prima ad Lectorem præfatione fuit id attestatus: Neue ijdem mirarentur, cur quintus liber titulum Miscellorum haberet, rationem huius inscriptionis in altera præfatione, initio illius libri posita, reddidit, simulq; consilium exposuit, quod Alciatus quandoq; cœpit, vt hunc de iure respōdendi vsum, ad elegantem illam veterum Iurisconsulti. normam reduceret, cuius nonnulla exempla eo in libro posuerat: hocq; modo digesta omnia, & adornata Alciati Responfa, reliquit posteris excudenda, qui totum hunc ordinem, improbitate ne an incertitia facile dixeris, certè per grande nephas perturbarunt, subuerterunt, immutarunt libros, titulosq; omnes ademerunt, præfationem quinti libri penitus suppresserunt. Ex altera autem, quæ in principio voluminū erat, duas integras clausulas subtraxerunt, & plura alibi verba deleuerunt, quibus Lector admoneretur voluntatis ipsius Auctoris. Vt autem quicquid detrimēti allatum est & Alciati nomini, & Reip. legali, quoad eius fieri posset, farciretur, noua est adhibita diligentia, nouus exanthlatus labor curante hærede, & annitentibus præcipue duobus eruditissimis Iureconsultis, Vincentio Portico Lucense, & Bartholomæo Chiaponio Mantuano: sicq; omnia Alciati responsa in suum ordinem rursus redacta sunt, & quæ illis in priore editione adempta, suppressa, subtracta, deleta fuerant, in hac posteriore omnia sunt restituta ex manuscriptis, adscriptis etiam ad singula responsa vberioribus compendijs, additoq; copiosissimo ad vniuersum opus elencho, quemadmodum acurate factum fuisse tu oculata fide cernes Lector, cui bene esse opto,

AD LECTO-

Ad Lectorem.



ST hoc in actionibus humanis vitium, vt raro prima atque etiam altera vice rectam habeant formam, vnde illud à prudentibus viris frequenter est dictū, si quis quid bene curare velit, id semel, iterū, ac tertium facere eū oportere: quod cum sæpe alius ita esse creditum est, cum in edendis Alciati responsis verissimū esse apparuit: quo primū enim tempore ea in lucem prolata sunt, multa confusa, ac turbata, Typographorum incuria, fuerunt: qui error dum in secunda editione tollitur, alius in elencho ab eisdem est allatus: & si enim magno docti viri labere, singulis responsis plena compendia fuissent præfixa, sic vt inde facile fuerit copiosum, ordinatumq; in indicem, quem admodum & iniunctum erat, educere: summa tamen eorū incertitia factum est, vt nullus in eo ordo emittuerit, ac sic etiam sit editus, priusquam ab his recognosceretur, quibus ne ita euulgaretur, cura fuit. Hinc graues eorum querimoniae, qui in gymnasij, ac foro versantur, quique si omnia, quæ libris responsorum continentur, non viderint aptè in indice præmonstrata, & velut vna in tabula oculis esse subiecta, ita ea auersantur, vt nec cum quid quæsitū est opus, sumere in manus velint, nisi cum certus alieno labore inuentus locus citatur, sic enim blandiente humani generis inertia, aut obruente tot voluminum copia, eo decursus est, vt non amplius à principio ad finem libros legamus, sed eas partes duntaxat nobis ostendas, quæ ad rem quam in dies operose tractamus, aut anxie quærimus, faciant. At non ita veteres, quos idcirco nullos operibus suis adscripsisse elenchos constat: quod sanè quàm prudenter ea tota vellent continua serie perlegi, vt perfecte scirentur, sed quando ita omnium litteratorum nostri sæculi placitis iam est receptum, vt absque indice libri, velut corpus sine voce censeatur, idq; præsertim inualuerit apud iuris studiosos, & eos præcipue, qui forensi actioni sunt addicti, quod in tanta, tamq; densa legali sylua nullum vagandi tempus illis semper pluribus distractis libris, & ex alijs in alias properantibus suppetat, ob id necesse habeant, vt petita res velut præda quadam in casibus certis deprehensa sibi monstraretur, & quasi in manus tradatur, cedendum est temporis, & vel necessitati ipsi parendum, vel nostræ ætatis sapientiæ acquiescendum, quæ forte melius studiorum promentibus, studioforumque commodis hoc nouo Indicum inuenio, consuluit: quàm prior ætas voluerit, aut scierit: quapropter aliqui nostra tempore eruditi viri in eo maximè elaborarunt, vt lucubrationes suæ non cum vno tantum, sed pluribus iisdemque locupletissimis Indicibus prodirent in publicum, acriterq; etiam quandoque inuecti fuerunt in Typographos, qui hac in re indiligentes fuissent, quod & Alciatus si videret, iure facere potuisset, quod hac in parte, eorūdem culpa secunda responsorum eius editio minus satisfecerit, vt necessario huic quartæ manus admoueda fuerit. Quæ in re optasset is, ad quem iure hæreditario hæc cura delata est, hoc ipse labore perfungi, sed quando ei non licuit, usus fuit opera eximij iureconsulti, & in gymnasio Rom. professoris celeberrimi Francisci Confolonery & Cæliolanensis, qui præterquam quod accuratissimè in ordinem redegit elenchum, ac eum adauxit, ipse quoque compendia ad meliorem reduxit formam multos legum interpretumque locos corruptè citatos, verè restituit lectioni: infinitas porro verborum mendas ex ipso contextu sustulit ac alia etiam quæ nuper inuenta sunt, responsa addidit: sic vt ei plurimum sint debituri illi, qui hisce laboribus frui voluerint. At hæredi par erit, vt ignoscatur, si tam diu hisce bonis caruerunt, quod ipse publicis distentus munij, in hanc curam incumbere non potuerit, minus ei vitio vertere debebunt, quod tot editiones cernantur, cum id ea præcipua ratione factum sit: vt ipsorum studioforum vtilitatibus magnis cumulata prospiceretur: quod & in aliorum tum veterum tum recentium iurisc. responsis seruatum fuisse videmus, quorum exempla sequi maluit, quàm in publica commoda peccare, ob id facilius se veniam impetraturum, sperans à beneuolis, præsertim a quibusq; iudicibus, quales futuros confidit eos, qui hæc legerint, quibus & fausta omnia precatur.

CLEMENTISS. ET GLORIOSISS.
PHILIPPO AVSTRIACO HISPANIAE
RVM REGI, MEDIOLAN. DVCI

FRANCISCUS ALCIATUS IURISCONS. S.



INTER honores maximos, qui eruditus viris doctrinae suae commendatione ha-
bitus tributi sunt, *REX MAGNANIME ET POTENTISSIME*, illos praeci-
puè celebratos, ac plurimi factos legimus, quos summi principes, & alij perillu-
stres Heroes, sua allocutione, suaq; dedere praesètia. Etenim ea pluris aestimata
semper fuere decora, quae à presentibus, certo velut, & oculato iudicio, quae quae
ab absentibus solius famae, quae aliquando incerta est, celebritate sunt attributa.
idcirco grauiissimarum rerum scriptores eiusmodi exempla digna putauerunt, quae nequaquam
silentio inuoluerentur, sed perpetuis literarum monumentis infereretur. Hinc prodidere inclyti
hominis Scipionem Africani Athenas profectum fuisse, ut Panætium Rhodium, Stoicæ
disciplinae celeberrimum philosophum inuideret, eiusq; familiaritate, & eruditione frueretur.
Sic magnum Pompeium Rhodum se contulisse, ut Possidonium clarissimum tunc philosophum
audiret, eiusq; domum fascibus lictorij ianuam submissis intraret, multa de philosophiæ arcanis
sciscitaretur. Sic illum inuicti animi Catonem Uticensem in Asiam usque ad Pergamum trans-
gressum, ut Athenodorum Cordilionem Stoicum & ipsum philosophum adiret, sibiq; comitè
adscisceret. Iulium item Cæsarem in Gnido insula, Theopompum familiarem habuisse, & diu-
Augustum, tametsi maximis occupatum bellis, voluisse tamen Apollonium Alabandensem au-
dire. Sic quondam Siriae regem ad Musonium philosophum accessisse, tantumq; eius oratione
oblectatum fuisse, ut maximas egerit gratias, & petendi quodcumque vellet, optionem dederit.
Sic Imperatorem Marcum Antonium philosophum, lubentissimo animo Serbidium Scœuo-
lam de iure differentem auscultasse. Traditum est & multos primæ nobilitatis proceres ab vlti-
mis vsq; Hispaniarum, ac Galliarum terris profectos, Romam ea causa tantum iuisse, ut T. Li-
uium summum historicum viderent. Quae quidem præclara litterarum ornamenta, cum à scri-
ptoribus serid commemorata vidissem, magnum fore piaculum credidi, si grandem illum ho-
norem ego nunc subtrahissem, ac posteris minimè prodidissem, quem tua sublimis maiestas Al-
ciato nostro habuit, quo primum tempore ex Hispanijs veniens ad hanc Ticinensem urbem
appulit; vix enim diem hic traxerat, cum continuo acciri ad se Alciatum mandauit, & benigno
reudentiq; vultu exceptum, sic prior est affata. Miro equidem, literatissime Alciate, visendi Ita-
liam desiderio tenebar, ut te quoq; què iam dudum ex celebri fama, editisq; monumentis cogni-
tum habeo de facie noscerem, praesentem intuerer, alloquerer: lætus ergo nunc te video, & amā-
ter amplector, vltroq; tibi ea omnia prolixè polliceor: quae à beneficentissimo Rege, tua maxi-
ma virtus expectare debet. Quae sanè beneuola verba, ex tanti Regis ore profecta nostrum adeo
bearunt Alciatum, ut palam sæpè prædicarit, nihil sibi apud summos Principes contigisse ho-
norificentius, aut de quo magis gloriari meritò posset. Nec dubitandum erat, si fata illi ad hæc
vsque foelicia seruassent tempora: quibus maiestas tua huius Mediolanensis dominatus titulos,
possessionemq; indepta est, quin & tu fidem illam tuam optimam, & vbiq; spectatissimam ser-
uasses, ac tuæ erga illum beneuolentiæ signa dedisses certissima, & præstantem munificentiam,
qua vna præcipuè cæteros omnes anteisti Reges, larga exercuisses manu. Quod & inde mani-
festo cognouisse, tunc mihi sum visus, cum in tuo ex Belgica ad Hispanias reditu, defuncto iam
Alciato, ego Ticinensi in arce tuis genibus aduolutus eram, dixisti enim non tam publicam ia-
cturam in eius morte doluisse, quam quòd præpropera fata tuam beneficentiam illi præripuis-
sent. Quae omnia tuæ in ipsum propensæ voluntatis indubitata argumenta, nunc hic quoque ad
eum finem recensere volui, ut in primis studiosi omnes tuis præsertim subiecti Regnis intelli-
gerent, quanti abs te vnus sit factus Alciatus, ob idq; doctrinam illius grauiissimo regis maxi-
mi iudicio comprobata, magis ac magis suspicerent, venerarentur, ipsiq; studijs ardentiore
animo incumberent, cum tali exemplo viderent hac literaria via, posse se facilius tuam flagran-
tissimam promereri gratiam, deinde ut me quoq; summa cum ratione, hæc ipsius responsa tuo
nomini Regio dicasse agnoscerent, cum enim viuentem illum dilexeris, mortui verò memoriã
gratam habere præ te tuleris, dubitare ego minimè debui, quin & præstantes literaturæ suae lu-
cubrationes, tuo consecratæ numini, & aptè conuenirent, & gratissimæ cōtingerent, hæc q; præ-
sertim Responsa iuris, quae cum aliud contineant nihil, quam certa rebus in dubijs consilia, con-
stet autem ex Græcorum sententijs.

βουλὴς ἀρδύτης ἔδειξεν ἀσφαλτέστερον.
Ἰερὸν ἀλλοθῶς ἔπειτα συμβουλίαν.

Itémq;

meritò non alij, quam tibi sacratissimo Regi, & in quo omnis nostra sita est securitas, offerri,
nācupariq; debuerunt. Placeat ergo serena fronte hoc donum, quod tuæ excelsæ maiestati con-
gruens esse putauit excipere. Quod si fortè non ita esse videbitur, memineris quæso, *REX MA-
XIME*, proprium esse animi verè Regij qualiacunque, vel ab infimæ fortunæ hominibus obla-
ta munera non aspernari, quòd præcipuè vetustissimi illi Persarum Reges ex legis etiam præ-
scripto obseruasse dicuntur, cum vnumquemq; pro suis opibus dona quantumuis leuidentem, mi-
nimè pretij, ac Regali amplitudine indigna ferentem lætissimo vultu ad salutationem admit-
tebant, à quo Regio more, viris etiam sapientibus laudato te minimè alienum esse, mihi eo ar-
gumento persuasi, quòd ea animi magnitudine ab incunte vsque ætate esse cœperis, ut velles
virtutes omnes Regias in tuo collectas sinu corruscare, quod & omnium iudicio iam assequi-
tus es: quando nullus toto in orbe Christiano sit, qui non fateatur & prædicet, in te collucere
illam clementiam, & liberalitatem, quæ potentissima dos in Principe dicitur, inesse item tibi
duas res illas, quas summi philosophi in persona regum præcipuè expetiuerunt bonitatem scili-
cet, & doctrinam, hęcq; virtutum concentu efficere, te, quod proprium veri Principis creditum
est, nocere nemini, prodesse omnibus, sicq; te vnum nostra ætate illud ostendere verissimum,
quod olim Philoxenus sapiens dixit, cum interrogatus quid vtilissimum esset, Regem respon-
dit: Propterea tres illos insignes titulos, qui nulli vnquam ex Cæsaribus Augusti simul omnes
attributi sunt, *OPTIMI*, scilicet *MAXIMI*, ac *BENEFICENTISSIMI* te ipsum iure tibi vni
singulos vindicare posse: quibus & duos alios bona fortuna, meritis impulsa tuis, adiecisse vide-
tur. *FOELICISSIMI*, nempe, tot tantorumq; Regnorum facili accessione, ac *VICTORIOSIS-
SIMI*, tot claris & memorabilibus apud Veromandos positis trophæis, ita ut, quod olim anti-
quissimus ille Græcorum vates de Agamemnone scripsit, quòd q; in Alexandri Magni ore fre-
quenter esse solebat, idem & nos de te meritò canere possimus.

Αυτοτερον βουλιδων αγαθον
Κεαρτερος δ' αργυρηθις.

Sic magnis cœptis tuis adspiret semper, euentusq; secundos tribuat magnus ipse Deus
Ticini Nonis Augusti. M. D. LVIII.

(C) iij

FRANCISCVS ALCIATVS

IVRIS CONSVLTVS,

AD LECTOREM.



Re ne gratiam beatis Alciati nostri manibus, ac vniuersa legali Reipublica perutilem sibi facturum, si quae ipse iuris responsa dedit, ego edidero, nondum satis compertum habeo, & si habere, vix tamen ausim assueuerant affirmare: haerent quippe in memoria verba toties ab illius audita ore, cum priuatim hac de re declamaret & in tempora, moresq; saeculi nostri acriter inueheretur. Quanta cumq; scilicet corruptela nostrae inesse iurisprudenciae, totam ex turbida colluue responsorum, quae vulgo dixerit consilia, velut ex quadam sentina perversarum opinionum prorupisse, ob id forsitan publice expedire Augustali edito illa abrogari; non aliter ac olim longa & inextricabiles legum ambages Iustiniani decreto antiquatae fuerunt. Quid enim nostri iuris interpretes suis non admisere responsis, dum vel prece, vel pretio expugnati, vel odio vel amore inducti, aut spe aliqua grandioris Nimerualis pellecti, nunc in Principum gratiam, modo in amicorum obsequium, aut cognatorum affiniumve commoda, quandoq; in rem suam, ac inimicorum offensione, dicenda tacuerunt, tacenda effutierunt, & certa alioqui iuris nostri scita, sui acumine ingenij, aut cimmerijs involuerunt tenebris, ne veritatis radij emicare possent, aut in quacunq; voluere partem tanquam circa distorsum, à communi tutaq; orbita aberrantes proripus, & per aera periculosaq; diuercicula vagantes, deinde adeo praesertim limites rectos transilientes, ut non tam de iure respondiisse, quam ius nonum pro arbitrio suis condidisse argutis, legesq; modo fixisse, modo refixisse viderentur: quin etiam alij qui inde non paruam sibi gloriam aucupantes, quod nouarum opinionum primi auctores fuerint, quod suis per acutus nobilitatib; quas veris utilitates dixeris, iudicium oculos perstrinxerint, tantamq; eorum mentib; caliginem offuderint, ut in multas errorum foueas misere pertraxerint: vnde factum, ut quod olim Cicero de quibusdam dixit Philosophis, idem & de huiusmodi Responsarijs non immerito predicari queat, nihil tam absurde dici posse, quod non dicatur ab aliquo istorum. Haec sane erant quae Alciatus noster sepe in familiarib; colloquijs differebat. Quibus & illa consentanea videri possunt, quae in ultimo Paeleg. cap. posuit; dum Pauli Pici praepceptoris sui induta persona totum ferè ius nostrum huiusmodi responsorum Sophismatib; confusum, varijsq; labyri. in his implicitum fuisse asseruit, ac eorum iudicium miseram conditionem deplorauit, quorum sententia à solo responsorum fragili filo penderent, quae ratione & typographis suae responsa tunc flagitantibus non deesse videretur, quod dubitaret, ne eorum diuulgatio publicis vsib; parum futura esset conuincibilis. Fortè & hoc esse illud sum aliquando suspicatus, quod Alciatus ipse in supremis mandatis mihi dare voluit. Cum Ticius sic diuisus volentib; animam agens, & me qui tarde accepto nuatio, non prius quam in illo ipso temporis articulo, ex Aediliano accurrens, praesto esse potui, tunc intuens dato allocutionis signo, & omnib; qui aderant abire iussis, quadam dicere incepit, sed primis in verbis vice, linguaq; pro-dolor, destitutus haesit. Terruerunt & me quorundam voces, qui libero ore tum publice, tum priuatim dictitarunt, meq; etià amicèe monuerunt, honori, ac fama Alciati, magis consultum iri, si eius responsa supprimerem, q; perfunctorie, & quadam quasi suspensa manu scripta essent, ob id, solidam illam doctrinam legalem, quam in commentarijs abundè ostendit minimè repraesentatura, & longè minore laudem ei allatura, q; illa suis auctorib; tribuissent, quae ab alijs nostra aetate Iurisc. qui tamè multo inferiore gradu distarunt ab eo, haecenus edita fuerunt. Quae omnia, etsi magni apud me poderis fuerint, diuq; suspensum animum meum tenuerint, plures tamen vigentioresq; rationes me in hanc impulere sententiam, ut quaecumq; Alciati responsa omnino euulgarem. Nouit me in primis publica studiorum causa, quam ego non mediocriter laedi sum arbitratus, si ea in tenebris delitescere permisissem, etsi enim (ut dixi) haud cerò sciam, minus asseuerare velim quãtam studiosis iuris allatura sint utilitatem, illud tamen non temerè credidi eiusmodi esse, ut ceteris cum nouorum, tum veterum interpretum comparata, aut primas aut dubio procul secundas tenere partes possent: nihil etenim in aliorum responsis tam acutè inuentum, tam aptè dispositum, tam copiosè exornatum haecenus legi, cuius plurima exempla similia apud nostrum quoq; Alciatum non repererim, ut merito mihi ipsi sic persuaserim, si aliorum responsa communi studiosorum consensu approbata, magnòq; plausu excepta fuerunt, & haec ipsa Alciati fore acceptissima; idcirco non citra publicam iacturam, praevagationisq; crimen occultari potuisse. Adegit me etià officij promissiq; mei necessitas. Cui enim nullo meo merito, sed paterna quadam beneuolentia, ab Alciato ipso scriptus haeres fuerim, a-

gnouit

Ad Lectorem.

gnouit muneri esse mei, quacunq; ingenij sui monumenta reliquisset, in manus doctorum virorum emittere, ne tantum virum & de me tam benemeritum sua gloria malignè fraudasse diceret: atque ita editurum me omnia iam dudum publicè recepi, & magna ex parte promissa mea haecenus apparuerunt, sic ut nunc hanc responsorum editionem absque mea maxima nota omittere nequiverim. Nouit & me plurimum illa quoq; ratio, ne ansam dicacibus maleuolisq; hominibus praeberè obrectandi mihi, atque improperandi, quod ideo Alciati responsa suppressissem, quia meos in vsus vertere improbe voluissem. Non parum etiam apud me potuit multorum magna auctoritatis Iuriscon. iudicium ac desiderium, qui id vnum sepe numero à me cotenderunt, ne ulterius publicationem hanc differrem, neue diutius eos hac expectatione torquerem. Cumq; ego superiora argumenta, quae me incertum reddiderant, velut obicem suis praetendissem efflagitationibus, constanter illi responderunt, non tanti ea esse faciendae, quin praevaleret alia, quae pro editione faceret, sicq; mihi affidui auctores, hortatoresq; fuerunt, ut eam omnino maturarem. Quorum ego auctoritatibus, atq; suasionibus acquiescendum omnino esse putavi, haec igitur potior visa est sententia, in qua meus animus, etsi in dubio fuerit, tandem tamè resedit, sic secum reputans, si quid hac in re peccandum omnino fuit, tutius fuisse hanc in partem peccavisse, quam plures, ac validiores tuentur rationes, quã multi probauerit boni, quã & praesens et a se posteritas omnis gratiorem habeat, quae, alioqui vel de Alciato ipso non bene opinari, vel de me iuste conqueri potuisset, si nulla ex his responsis, quae aliquando in suis commentarijs ab ipso citata leguntur, edita videret. Nec me ab hoc proposito deterrere potuerunt suae ille arces aduersus responsa declamationes, quãdo eas non firmo pacati animi iudicio, in vniuersum de omnibus, sed quodã potius iusta indignationis calore speciatim de quibusdam emissae fuisse sciam, quoties scilicet, in quorundam Iurisperitorum praesertim recentiorum responsa inciderat, quae contra verissimas receptissimasq; iuris nostri conclusiones nulla pudoris religionisve ratione habitae fuerant vel ab ignavis, vel ab improbis compilata, in maximam nostrae scientiae dedecus: huiusmodi enim prava distortaq; consilia, tanquã legum maiestatem ledentia, bonos hominum mores corruptentia, multorum malorum occasionem dantia, prorsus exterminanda esse, rectè & Republica nostra censuit. At quae ex bono & aequo conscripta essent, veritatis indagacionem continerent, iudicium labores alienaret, eorum mentes in rectam ducerent viam, nunquam ille, quod ego audierim, improbauit, nec cur improbarer vlla iusta potuit adesse causa, cum publice interfit, plura eius generis elaborari, quo iustius, sanctiusq; vniuersus orbu Christianus regi possit. Cum autem de Alciati responsis iam illa opinionem suis mentibus boni mortales comprehendissent, quod sincere ac ex boni viri officio daretur, non debuerit illa nec ab ipso auctore, nec a me, nec à quoquã alio, excussoris typis subtrahi. Nã quae Alciatus in ipsis parergis dixit, non eò spectarunt quod sua quoq; non probasset responsa, aut nullo modo in lucem dare voluisset, sed ut in primis studiosos commonesaceret, tametsi in hac respondendi arte Alexandro ex Foro Cornelij, omnium consensu primae tributa sint, non tamen Pythagorico more simpliciter credendum, quod iuris con. quando vel ipso in limine eum, velut Cantherium in porta caecidisse apparet: cum duo illa prima responsa sua, aduersus vera iuris nostri dogmata subdole prodiderit. Idcirco eatenus ei, & ceteris adhibenda fides, quatenus veritati ipsi, non soli auctoritati suae inniteretur. Deinde, ut quorundã audaciã atq; temeritatẽ retunderet, qui nullo delectu habito, nullus honoris sui aut publici decoris ratione ducta, animam etiã ipsius neglecta salute, magnis ad circoueniendos iudices artibus vtentes, passim omnibus omni de re responsa, modo dolosi spes affulsisset nummi, per summum nephus offerrent, hanc enim pestẽ atq; perniciem nostrarum legum, detestari tantum voluit, non eorum operam suggillare, qui in commune bonum ac iustitiae veritatisq; cultum, clientibus, iudicibus rectè consulere. Quinimò horum ceu iustos labores publice proponendos esse sanctè putauit, quae ratione, & suos calcoryps praecise tunc non denegauit, sed tantum in aliud opportunius distulit tempus. Nam quod eius animus ab hac editione non abhorruerit, inde etiam non dubijs coniecturis perspexi, cum toties animaduerti eum in alijs legalibus suis operibus attestari se sic de iure respondiisse: nec tamen, quae in illis responsis diffusè dixerat ibi repetiisse, sed eorum breuem tantum mentionem fecisset: ut tacite studiosos admoneret, fore, ut deinde publicata legere latius possent, alioquin aut non commemorasset, aut eorum longiorem seriem, suis commentariorum locis aptè inseruisset. Cuius sanè voluntatis suae & duo alia certissima signa dedit, alterum cum libello de singulari certamine adiungi iussit, responsum illud, quod in cotrouersia monomachiae Caniniana, Fregosianaeq; scripserat, addita etiam testatione ex libro quinto responsorum suorum fuisse excerptum: alterum cum sua haec omnia respon-

ja sub

Præfatio Franc. Alciati,

se sub certos redegit generales titulos, in eū prorsus quo nunc cernitur modū, non hęc id facturū si editioni ea non destinasset, quo factum est, ut coniecturam illam quam ego ex morientis gestu nixū que cæperam fallacem postea crediderim, aliudque omnino fuisse quod fata tunc eū exprimere prohibuissent. Cæterum nec eorum clamoribus sum ego contritus, qui non ea diligentia, copia, doctrina, qua debuissent, Alciati responsa fuisse scripta vociferabantur, quando ea spe bona sim plenus fore, ut longè aliter sentiant, ubi accuratius ea edita legerint, perpenderit, aut si sententiā mutare noluerint, multorum aliorum contrario iudicio conuincantur, resq; ipsa planè ijs q; bonus de monstrat euentus, quatum sua eos fefellerit opinio. Sunt enim & sanè plura ipsius responsa, tanto acumine, ordine, iudicio confecta, tanta argumentorum copia, tam abstrusa eruditione, tanta doctrina referta, ut quacunque alia celebratissimorum iurisperitorum, aut superauerint, aut certè aquauerint, nec verò honos hic suus deperire, aut imminui debeat, quod alia adsint, non tanta cura, lucubratione elaborata, cū non auctoris imperitia, aut negligentia sic manasse videri possint, sed vel clientū culpa, vel alia causa, qua tunc fortuito obstiterit, aliquando enim opus fuit Principum illustriumque virorum iussa celeriter capescere, ut suas vel suorum causas prompto tueretur consilio, per paruo ei ad meditandum tempore dato, quandoq; & cognatis amicis de salute fortunisq; suis periclitantibus, citato studio subuenire oportuit, quod damnum omne in mora futurum esset, nonnunquam etiam eo tempore consultor ostia pulsabat, quo professorio munere distinebatur maximè, vel quo aduersa valetudine consultabatur, sæpe etiam consilij causa à multis adiuu est, vel in itinere cū peregrè ageret, vel ubi procul à sua bibliotheca degeret, adeo etiam aliquando solliciti, ne dicam importuni fuere quidam causarum actores, ut quoties consilium ab eo expetebant, non dies, non horas ad cogitandū relinquerent, sed in summas quædoque momentorum angustias adducerent, scripsit & cum in foro Mediolanensi versabatur, raptim & stans pede in vno multa non in responsi, sed allegationis modum, quæ alia ceteri causarum patroni quotidie solent, quæ quantum ab ipsa responsorum forma distent, norunt omnes artis nostræ periti. Si igitur tibi (lector optime) occurrerit aliqua breuibus absoluta verbis, vel raris contexta citationibus, vel paucis communita auctoritatibus, si item aliqua minus polita, copiosa, accurata videbuntur, existimato tunc ab illo conscripta, cum legitimo premebatur impedimento, quod & ipse sæpenumero testatus est: dum modo vnum, modo aliud, sibi negotium causatur: nunc solam subscriptionem à se petitā affirmat, nunc amico discipulove flagitanti negare, aut moram facere vllam non potuisse ait. Quamquam etiam si nullus iusta excusationis color subesset, satis tamen eum exempla aliorum tueri possent, cum videamus veteres illos Din. Old. Fred. Senens. Bar. Bald. Ang. Ioan. Imol. Cast. Butr. Ancha. Bald. Zab. Rom. & nonnullos, alios suis in responsis fuisse frequenter paucis contentos, vel quod existimarent cuiuscumq; articuli veritatem haud in multis consistere, satisq; & clienti consultum, & iudici factum, si controuersis omnibus cardinem sobriè attigissent, si tribus verbis summam negotij explicasset, & cause iniquum illic perissent, neglecta otiosa illa in vtrāq; partem disputatione, atq; omissa tot & tantarum citationum pompa, in antiq; illo, & rerum & verborum apparatu prorsus abiecto, quæ omnia non nisi tædium parere, ac nasci quoq; mouere intelligentibus præsertim, & cordatis viris, solent vel quod illi idem tantum suæ auctoritati tribui affectarunt, ut tamen si paucis aut nullis quandoque argumentis auctoribus de suâ confirmassent sententiā, recipi tamen eam à iudicibus tanquam veram, & cæterorum firmatam calculo voluerint, vel quod etiam necesse aliquando fuerit in tanto responsorū numero adesse, & quædam minus bona, & in quibus lector maiore desideraret auctoris curā, ac diligentiam, cum humani ingenij imbecillitas, hanc homini infelicitatem afferat, ut suos omnes partus, pari forma equalive pulchritudine nequeat proferre, quemadmodum & in ipsa rerum parte natura cernimus, sic ut omnibus, hanc perfectionem inuidisse fata videantur. Adde quod nec vitio cuiquam scriptori verti debet, quod nunc breuibus, nunc longioribus agat, nunc doctè, nunc minus erudite scribat, quando natura hoc quoq; comparatum sit, ut non omni tempore idem prorsus sumus, sed modo diligentes, & circumspecti, modo oscitantes, & supini, modo vnum probemus, modo aliud, nunc Athenienses sectari placeat, nunc Lacedæmonios, aliquoties ocio si langueamus, negotiosi plusquam expediatis agamus. Satis igitur ad scriptoris laudem esse existimarunt prudentes, si multis in locis demonstrauerit potuisse se opus omnibus absolutum numeris exhibere, si vbi que eadem ingenij sui vires intendere, aut libuisset, aut licuisset. Non quoq; miraberis lector, si aliqua responsa inueneris, quæ ad sceleratos homines legitimis plectendos poenis perimeant: cum id non tam veterum iurisc. atq; oratorum exemplo, quàm etiam multorum magni nominis Docto. more iam recepto fecerit. Nulla item

te capiet

Ad Lectorem.

te capiet admiratio, si & quadam legeris leuibus de rebus, aut minutis, & (quod dici solet) de tribus capellis tractantia, quando ea pietate charitateq; noster fuerit Alciatus, ut etiam populares, attritue census homines, aut egenos prorsus, suo protegere patrocinio voluerit, à quibus tamen res sua quamuis tenues tanti fieri solent, quanti à ditioribus maxima: nec ob id tibi lector negligenda erunt, quod paupere de regno controuerentur, cum sæpe paruis etiam in rebus non paruis sit labor inueniendi, quid sibi iura velint. Nihil quoq; illud te offendere debebit, si quæ responsa pugnare inuicem forsitan videbuntur: id enim sedulo caui, nequa subesset vera antinomia, & quanquam nonnulla primo aspectu contraria apparent, non ita tamen postea in recessu consistent, nam aut paululum mutat a species facti, ius quoq; ipsum facile mutauit, aut leui distinctione adhibita ad concordiam nullo negotio reducuntur, vel si vno in loco iuxta crebriores sententiā aliquid enunciatum est, in altero sub incudem veritatis reuocatum fuit, ut etiam atq; etiam iudices considerarent, qua tutiore via procederentur, vel ab eo, quod inuenis scripserat, senior factus maturiore iudicio recessit, mutato (ut ab omnibus factitatum est doctis) in melius consilio. Et quanquam nō defuturos putauerim, qui existimabunt rectius fuisse, non omnia sed insigniora quæq; & quidem post veriora tantum, foras dare, attamen diuersa meo sedit animo sententiā, quod in re aliena difficilem admodum & periculi plenum esse delectū prauiderim, cum facile contingere potuisset, ut quæ ego reiecissem maxime, auctor ipse recepisset maxime, aut alij approbassent magis, tutius ergo censui omnia simul edere, tum quod hanc auctoris voluntatem fuisse ex eo conicerem, quia non vnum potius, quàm aliud ipse selegisset, tum ut liberum vnicuiq; iudicium, quid de singulis sentiret, relinquerem, cum etiam ut suspicionem omnem diluerem, quod aliqua meos in vsus afferuassent, quod si qui studiosi responsa alia Alciatis alibi repererint, quæ hisce non sint comprehensa voluminibus, hi velim credant me eorū exemplaria habuisse nulla, nec plura in scrinijs ipsius inuenisse, quàm quæ sunt hic à me conclusa: nec id mirum videri debet, cum aliquando euenire potuerit, ut quo tempore illa clientibus dedit, nullius tunc Amanuens opera fuerit vsus, sed suo autographo illa donauerit, vel si quod exemplum tunc seruauit casu aliquo postea interciderit. Ego certè fide bona, quæ inueni, in lucem emisi omnia, omnis diuitaxat illis, quæ aut pro veris Alciati partibus non agnoui, quod aliena manuscripta, alienum quoq; redolerent stylum, aut quæ imperfecta, incerta, semilacera erant, nec perfici à me, aut consui subue loco reponi, vlla mea industria potuerunt, quod si quis ad huc erit qui ita esse credere nolit, nō admodum hac de re sollicitus ero, cum mea mihi conscientia mille sint testes, tantumq; illud optem, ut si quæ apud alios latent in publicum promantur, vel ad me (ut fecere aliqui) vel recta via ad ipsos typographos transmittantur, ut cæteris adiungi aliquando possint. Præstiti ergo quod potui, nulli labori, nullis peperci vigilijs, ut hæc ipsa Responsa quæ emendatissima & suo digesta ordine suisq; distincta titulis in studioforum manus veniret, quod si qua in re erratum est, veniam mihi per facile dabis (humanissime lector) si illud cogitaueris vnum omnia rectè non posse, præsertim quotidiano publice profitendi munere astrictum, ac assiduo de iure respondendi labore fatigatum, alijsq; etiam sollicitarum curis, quibus tamen non tantum me obrui sum passus, quin quotquot potui horas non succisivas tantum, sed etiam necessarias subtraxerim, quas in hoc opere insumerem, quantus autem meus fuerit labor, non solum in singulis responsis aptè disponendis, sed & in singularum clausularum, imò & quandoq; vocum eruendo intellectu exudatus, ipse non dicam, sed tibi lector estimandum relinquam, quem si gratum obtigisse tibi intellexero, dulcis eius recordatio magni mihi præmij loco semper erit. Bene vale ex Casellis L. Audensibus.

Kal. August. M. D. LVII.

Cum postrema hac nostra editione ANDREAE ALCIATI Responſa non parua acceſſione ſint locupletata, commodum viſum eſt ſingulorum capita hoc indice adnotare: tum vt appareant addita, tum ne priores editiones Lugdunenſis & Veneta prorsus inutilis ſint. Poſſent igitur vnusquisque ob indicis commoditatem, tum in hoc, tum in ante impreſſis libris omnia reſponſa facile inuenire. In his quidem ſtatim poſt primum numerum, & fol. In ceteris poſt literas U. & L. qua priorem Venetam & Lugdunenſem editionem demonſtrant. Vale.

PARDVLPHI PRATEII
AVGVSTOBVCONIATIS
IVRISCONSULTI
ἐπιγραμματα.

Mercurium iuris cælo demisit ab alto
Alcitonans nobis optimus ALCIATVM:
Doctiloquumq; virum præcelsa ad sidera traxit,
Fulgeat, vt rectis candida stella viris.
Alciatus Digesta illustrat lumine claro:
Perdocuit recto tramite iura Deum.
Peruigili studio, magna permulta labore
Alciatus scripsit dexteriore manu.
Ut prodesset cunctis, sed nec distulit vnquam:
Unde ferunt alcen stemmata clara viri.
Laudibus inſperſus meritis iam peruolat orbem:
Peruenit & ambos rumor aduſq; polos.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων μετινική.

	lib.	con.	fol.	Ven.	fol.	Lug. con.
A ccedo in ſententiam	3	28.	299.	28	51	191
Accedo & ipſe in ſententiam	5	136.	606.	136	105	513
Accedo & ipſe in ſententiam	8	42.	974.	42	171	146
Accedo etiam in ſententiam	8.	69.	1023.	69	179	524
Accedo & ipſe in ſententiam	8.	115.	1074.	115	188	758
Accelſi & ipſe in ſententiam	9.	128.	1433.	128	250	604
Acerbus Alciato ſalutem	5.	1.	377.	1	65	225
Ad argumentum	8.	61.	1013.	61	177	505
Aded diſſuſe	1.	25.	77.	25	14	25
Aded ſubtiliter	3.	24.	295.	24	51	187
Aded diligenter	8.	26.	941.	26	165	128
Ad primam diſſ.	2.	10.	145.	10	25	63
Ad primum quaſitum	1.	6.	29.	6	6	6
Ad primum reſpondeo	5.	95.	533.	95	93	348
Ad primum dubium	6.	61.	763.	61	132	423
Ad reſolutionem	5.	42.	470.	42	82	255
Addendo allegationi	6.	15.	690.	15	119	314
Adducuntur	5.	57.	491.	57	86	276
Ad ſtatutum	9.	171.	1476.			
<i>Neque in prima, neque in ſecunda, ſed nunc additum eſt.</i>						
Admonitus	5.	17	417	17		151
Aduerſus Rancatam	2.	39.	204	39	35	710
Aduerſus iſtam	8.	29.	948	29	166	132
Aduerſus D.	8.	93.	1052	93	104	689
Aduertendum eſt	3.	25.	296	25	51	188
Agam in caſu	9.	14.	1117	14	196	132
Agendo paucis	8.	48.	986	48	173	156
Alciati in cauſa	5.	100.	540	100	94	357
Aliaſ conſului	5.	10.	395	10	69	75
Aliaſ concluſimus	8.	88.	1047	88	184	680
Allegationibus vtriuſque	3.	33.	302	33	52	197
Allegationibus vtriuſq;	8.	81.	1039	81	182	588
Allegatum eſt	9.	74.	1307	74	228	531
Almichion donauit	8.	50.	988	50	173	158
Aluiſij Rabiae	9.	10.	1107	10	194	126
An Comes Galeaz	9.	99.	1360	99	237	558
An iſti de Parauicino	5.	147.	627	147	109	654
An prohibitio	4.	16.	869	16	63	214
Arbitror ſupraſcriptam	9.	185.	1484	186	259	665
Arbitror in cauſa	4.	14.	865	14	62	212
Arbitror probabilem	6.	63.	765	63	132	425
Arridet mihi	9.	113.	1395	113	244	572
Atteſtationibus	5.	161.	642	16	112	714
Audi per partem	6.	60.	762	60	132	422
Auguſtini Beroij	5.	121.	578	121	101	413
Baldi dictum	9.	127.	1431	127	250	602
Balsiani cauſa	9.	137.	1444	137	252	613
Benè & rectè	6.	83.	780	83	135	701
Bernardini de imperialib.	5.	96.	533	96	93	349
Bernardus teſtator	9.	95.	1352	95	236	554
Blancus	9.	133.	1439	133	151	609
Bona eſt cauſa	5.	168.	649	168	113	760
Bona de quibus	5.	80.	494	60	87	282
Borella agens	5.	167.	648	167	113	753
Breuiſus præſens	6.	16.	685	16	119	316
Breuiſus vtar	1.	36.	911	36	16	41
Breuior ero	6.	42.	738	42	128	391
Breuiſſimus ero	5.	58.	492	58	86	278
Breuior Agendo	5.	128.	585	128	102	435
	1.	29.	83	29	15	31

	lib.	con.	fol.	Ven.	fol.	Lug. con.
Breuitate & sigillatim	5.	28.	440	28	77	233
Breuitate in proposito	5.	31	444	31	78	237
Breuitate cum assignatione	5.	61.	495	61	87	283
Breuitate quo ad primum	5.	76.	522	76	91	317
Breuitate in causa	5.	78.	524	78	92	320
Breuitate accedo	5.	79.	525	79	92	321
Breuitate in primo	5.	81.	526	81	92	323
Breuitate viso	5.	82.	529	82	92	325
Breuitate concurre	5.	87.	529	87	93	327
Breuitate in presenti causa	5.	135.	603	135	105	496
Breuitate procedendo	6.	24.	698	25	120	267
Breuitate in presenti controuersia	6.	38.	731	38	126	327
Breuitate placet	7.	2.	787	2	137	306
Breuitate in sententiam	7.	28.	89	28	146	476
Breuitate pro resolutione	8.	10.	891	10	157	108
Breuitate & conclusiue	8.	13.	903	13	159	3
Breuitate in quaestione	8.	63.	1015	63	178	319
Breuitate respondendo	8.	82.	1040	82	182	389
Breuitate pro more	9.	16.	1121	16	196	245
Breuitate testamento	9.	32.	1155	32	202	480
Breuitate visa	9.	64.	1272	64	222	517
Breuitate agendo sentio	9.	65.	1274	65	223	518
Breuitate & pro verit.	9.	105.	1375	105	240	564
Burgeti isti	6.	9.	672	9	117	285
Casus talis est	1.	1.	1	1	1	1
Casus iste, de quo	1.	13.	51	13	9	13
Casus presentis	1.	14.	55	14	10	14
Casus de quo presentis	2.	11.	148	11	26	65
Casus controuersia	5.	20.	428	20	75	175
Casus presentis	8.	4.	865	4	153	101
Casus iste claris est	8.	99.	1060	99	186	698
Casus de quo in	8.	109.	1068	109	187	751
Casus est talis	9.	214.	1520			

Neque in prima, neque in secunda, sed nunc additum est.

Cati & Rubei	3.	37.	308	37	35	603
Causa presentis	5.	94.	532	94	93	346
Chirographo	8.	16.	913	16	161	115
Circa duo quaestita	3.	17.	286	17	49	180
Circa contributiones	3.	22.	293	22	50	185
Circa primum quaestitum	5.	35.	412	35	73	131
Circa haereditatem	5.	85.	928	85	92	335
Circa primum dubium	5.	120.	577	120	101	404
Circa primam	5.	127.	584	127	102	431
Circa legatum	9.	82.	1328	82	232	541
Circa fideicommissum	9.	119.	1416	119	247	594
Circa aliud dubium	9.	162.	1468	162	256	638
Circa casum	9.	213.	1519			

Neque in prima, neque in secunda, sed nunc additum est.

Clara & aperta	8.	8.	859	3	188	754
Clara sunt	9.	157.	1464	157	235	633
Clarissime Iudex	4.	13.	364	12	62	211
Clarus satis	3.	16.	284	16	49	179
Conclusio superscripta mihi	3.	8.	259	8	49	168
Conclusio superscripta D.	6.	76.	776	76	134	442
Concurre & ipse	1.	31.	86	31	15	35
Concurre in sententiam	5.	23.	432	23	76	208
Consideratu	2.	39.	208	39	36	718
Constat	5.	150.	629	150	109	674
Consultationibus	9.	39.	1183	39	207	487
Consultoris	4.	10.	357	10	61	207
Contingit	9.	199.	1494	201	261	774
Contra Nobilem	2.	28.	167	18	29	78
Contra D. Catharinam	2.	33.	191	33	33	107
Contra D. Bart.	8.	76.	1033	76	181	580
Contractus de quo	8.	71.	1026	71	180	519
Contractus verba	8.	83.	1042	83	183	592
Controuersia	8.	25.	938	25	165	127
Conuenit	8.	84.	1047	84	183	676
Conuentionis verba	8.	84.	995	84	174	249

conisa

	Lib.	con.	fol.	Ven.	fol.	Lug. con.
Copiose, & tam eleganter	7.	8.	801	8.	139	455
Copiose & subtiliter	8.	28.	946	28	166	130
Cum verba statuti	2.	1.	103	1	18	53
Cum ex forma	3.	29.	300	29	52	192
Cum hac in causa	4.	3.	317	3	54	20
Cum in bellis ciuilibus	5.	4.	378.	4	65	228
Cum contentio	5.	6.	381	6	66	248
Cum ista Domus	5.	21.	429	21	75	196
Cum D. Ioanna	5.	166.	648	166	113	731
Cum causa	7.	6.	794	6	138	453
Cum venditio	8.	44.	976	44	171	149
Cum propter	8.	86.	1045	86	183	678
Cum societas	8.	103	1062	103	186	703
Cum quaestio	9.	144.	1452	144	253	620
Cum Testator reliquerit	9.	172.	1477	173	258	640
Cum Testator postquam	9.	173.	ibid.	174	258	651
Cum Testamentum	9.	191.	1487	192	259	671
De duobus	8.	7.	879	7	155	104
De iure communi	2.	26.	180	26	31	86
De plano	6.	52.	754	52	130	410
Decedente	2.	36.	220	36	38	747
Decidi casus	9.	13.	1115	13	196	231
Decij consilium	9.	180.	1481	181	258	659
Defuncto Marchino	2.	21.	173	21	30	81
Deliberationis	8.	49.	987	49	175	157
Dicendum	5.	106.	550	106	96	363
Dicitur	9.	211.	1516	213	265	786
Dico istos	6.	18.	686	18	119	329
Dico in causa	8.	53.	993	53	174	236
Diebus superioribus	5.	126	583	126	102	409
Difficile est	8.	124.	1079	124	189	772
Difficultas in proposita q.	8.	90.	1049	90	184	683
Difficultas presentis	8.	98.	1059	98	186	696
Difficultas huius	9.	205.	1504	207	263	780
Difficultatem facit	4.	19.	373	19	64	217
Difficultatem in hac causa	6.	81.	778	81	135	520
Difficultatem modicam	8.	37.	965	37	169	140
Difficultatem non modicam	8.	95.	1055	95	185	693
Difficultatum	9.	181.	1366	182	239	562
Diffusè adeo	6.	69.	778	69	133	434
Domina Castora	2.	3.	117	3	21	55
Domina Bona	2.	50.	217	50	37	738
Domini Leonardi	9.	167.	1473	167	257	643
Domini Francisci	9.	188	1485	189	259	668
Dominorum	9.	178.	1480	179	258	657
Dominus Angelus.	4.	11.	359	11	61	209
Dominus Franciscus	5.	12.	399	12	70	100
Dominus Petrus	9.	76.	1314	76	229	333
Dominus Ioannes	9.	143.	1452	143	213	619
Domum	9.	120.	1421	120	348	595
Donationis Ottonis	5.	26.	436	26	77	222
Donationis verba	8.	2.	831	2	148	98
Donationis verbis	9.	11.	1112	11	195	134
Duabus rationibus	9.	9.	1103	9	194	114
Dubijs de quibus	5.	50.	485	50	85	267
Dubitandum 1.	3.	34.	502	34	52	198
Dubitandum 2.	2.	101.	1061	101	186	500
Dubitatio vertitur	9.	144.	624	144	108	584
Dubitatio presentis	8.	33.	957	33	168	150
Dubitatioibus visis	6.	43.	739	43	128	394
Dubitatur circa	9.	79.	1322	79	231	538
Dubitatur nunquid	9.	94.	1350	94	236	538
Dubium non est	8.	89.	1048	89	284	681
Dubium facit	8.	107.	1066	107	187	749
Duae quaestiones	2.	53.	219	53	38	743
Duae sunt rationes	8.	97.	1058	97	185	695
Duo sunt principales	2.	2.	112	2	20	54
Duo videnda sunt	2.	8.	137	8	24	60
Duo sunt in causa	5.	151.	630	151	109	675
Duo capita sunt	9.	91.	1344	91	235	550
Duo breuiter sunt	9.	142.	1450	142	253	618
Duobus dominis	5.	30.	443	30	78	235
Dura prima fronte	9.	96.	1353	96	256	555

tt 2

	lib.	con.	fol.	Ven.	fol.	Lug. con.
Durum est.	2.	54.	219.	54	38	744
E A pars	5.	49.	484	49	35	265
Ego etiam	5.	155.	635	155	110	690
Ego inclino	6.	80.	778	80	135	448
Ego quidem	6.	82.	780	82	135	684
Ego concuro	8.	92.	1051	92	184	686
Ego puto	9.	195.	1491	196	260	24
Ei quod	9.	26.	1138	26	199	347
Elegans est	6.	17.	686	17	119	328
Eleganter ultra	6.	64.	765	64	113	427
Eleganter fuit	6.	77.	776	77	135	444
Eleganter & subtiliter	8.	17.	915	17	161	116
Eo in Maga fici D.	2.	46.	214	46	37	732
Eo in sententiam	7.	15.	815	15	142	462
Est fundata	5.	39.	458	39	80	251
Est tam subtiliter	5.	74.	521	74	91	311
Est intentio Andreae Alc.	5.	12.	399	12	88	379
Est copiose & subtiliter	5.	115.	570	115	99	395
Est calus præsens	5.	116.	572	116	100	396
Est tam copiosa	5.	158.	639.	158	111	704
Est contra Ruschinum	6.	59.	761	59	130	407
Est prima quæstio	9.	20.	1131	20	118	271
Est de iure clarum	9.	27.	1139	27	199	350
Est diffusè consultum	9.	35.	1165	35	204	483
Est illud in primis	9.	148.	1455	148	254	624
Est adeo diffusè	9.	249.	1455	149	254	625
Est tam eleganter	9.	203.	1500	205	262	778
Est visa prima	9.	217.	1522			

Neque in prima, neque in secunda, sed nunc additum est.

& verba, & mens	9.	165.	1471	165	156	641
& si probatum esset	5.	90.	531	90	93	341
ex delicto	7.	3.	787	3	137	324
ex facto	5.	41.	467	41	82	254
ex instrumentis	5.	86.	529	86	92	336
ex propositis dubijs	5.	101.	565	101	95	358
ex quo Mag. Com.	6.	23.	689	24	120	352
ex quo verba	8.	100.	1060	200	186	699
ex verbis	9.	145.	1453	145	213	621
exactè viso processu	8.	667.		8	116	258
exceptio ista	6.	65.	767	65	133	428
excutienda sunt	8.	59.	1008	59	176	298
existimarem in causa	5.	107.	551	107	96	364
existimo partes	5.	68.	509	68	89	298
expensio subtili argum.	5.	141.	619	140	109	577
expensio processu causa	6.	29.	703	29	122	376
explicationis verborum	5.	83.	1329	83	252	542
explicitus est.	9.	44.	1209	44	211	492
Facie prima	9.	16.	1170	16	205	484
facit pro D.	5.	51.	486	51	85	262
facti contingentia	5.	133.	600	133	104	466
facti species	6.	7.	662	7	115	256
facti contingentia	7.	1.	784	1	136	300
facti præsens	9.	32.	1178	32	206	486
facti species	9.	103.	1369	103	239	562
factum tale est	1.	33.	88	33	16	38
factum huiusmodi	5.	99.	538	99	94	356
factum Sacrum	5.	132.	587	132	103	450
- 16 Restitutionem in integrum varie peti.
- 17 Communitas equiparatur minori in restitutione in integrum ex capite lesionis.
- 18 L. si quis maior, quomodo procedat in casu consilij.
- 19 Fines mandati non sunt transgrediendi.

AM copiose, & subtiliter consultum est per clarissimum. l. C. Dominum Ludouicum Catum in fauorem communis, & hominum Muri Tridentinae dioecesis, vt nihil relictum videatur, quod superaddi possit, scribam tamen aliqua magis, ne sola subscriptione contentus fuisse videar, quam quod existimem operæpretium esse rei perfectae quicquam addere. Et in primis visa

visa est dubitabilis illa conclusio, quod ius istius communitatis esset certum, & clarum ante transactionem, ex quo habebant ipsi homines titulum, & bonam fidem à Republica Venetorum. Praeterea possederant fere per
 1 centum annos, qui est longissimus terminus praescriptionis, & etiam aduersus ecclesiam Romanam sufficeret secundum l. fin. & auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. nam cum hic tractetur de decimis, videtur nullum esse huic praescriptioni locum, quia ff. laicus non est capax possessionis earum, nisi probetur quod ante concilium Lateranense eas acquisierat, quod fuit arbitratum, anno Domini 1149. & dicitur communiter canonistae in c. cum apostolica, de ijs, quae sunt à praelato. sine cons. c. & in c. prohibemus, extra de decimis, & est communis opinio secundum Felinum in c. causam quae, de praescript. sed tamen hoc non obstante, co-curro in sententiam domini consultoris, cum enim Reuerendus Episcopus Tridentinus, eas decimas iure feudi transulisset in comites de Litzana, & Barones qui im-
 2 memorabili tempore possideant quodam legitimo titulo, (vt praesupponitur) qui deinde fuerunt rebelles dominio Venetorum, & eorum bona fuerunt publicata, etiam ius istarum decimarum fuit publicatum, quantum pertinet ad vtile dominium, quod habet feudatarius, & cum deinde homines emerint ab istis Venetijs, sequitur, quod dominium illud vtile praescripserint, nec eius respectu dicuntur quicquam praescripisse aduersus Ecclesiam Tridentinam, sed aduersus feudatarios: & ideo sufficeret praescriptio etiam 40. annorum, secundum Card. consil. 146. notum sit vniuersis. Raph. Com. consil. 83. quia causa. circa finem. Fel. d. c. causam quae. Io. Fran. Balbus in tra. praescript. in 1. parte quintae partis principalis. quaest. 7. vnde sequitur, quod istis hominibus non potest amplius moueri quaestio respectu vtilis dominij, quod amplius non erat ecclesiae, & quod sunt tuti eius respectu, & licet ex delicto feudatarij feudum plerumque reuertatur ad dominum, vt per Bart. in l. si finita. ff. si de vestigalibus ff. de dam. infecto. & Dec. consil. 152. tamen praescriptio aduersus ecclesiam processit tanquam in iure quaerendo, non autem tanquam in ius quaesitum. Quo vero ad directum dominium, quod ff. solum potest ecclesia Tridentina pretendere, verior est opinio quod saltem tanto tempore, cuius initij memoria non est in contrarium, procedat praescriptio: quia quicquid tenuerit dominus. Felin. in d. c. causam quae post Hostien. & quosdam alios canonistas, communis opinio videtur esse, quod tale tempus sufficiat, nec requiratur alia probatio famae, secundum Io. Andr. Anto. de Butr. Io. de Imol. & Florian. quos refert & sequitur Balbus in d. tract. loco supra allegato
 3 mouentur per tex. in c. de praescript. lib. 6. & quia ff. tale tempus habet vim privilegij. c. super quibusdam, extra de verborum significatione. respondensque ad argumenta contraria, vt ibi per eos, & idem etiam tenuit Goff. & Henricus Boyc. in d. ca. cum apostolici. Albericus de Rosate, in dictionario, verbo, decima. v. vers. 6. circa fin. Raph. Com. consil. 83. quia causa. circa fin. Alex. consil. 6. visio themate. in fin. in l. lib. And. Sicul. consil. 35. sapienter. in 2. volum. vbi latissime scripsit, & adductis auctoritatibus ostendit hanc esse magis comunem opinionem. Idem etiam tenuit Jacob. de S. Georgio in tract. feudorum. verbo, cum mero & misto, in fine. Nec expedit circa hoc diutius insistere, quia parati (vt arbitror) erunt homines (vt morem gerant ipsi Reuerendo Episcopo) agnoscere eum in dominum directum, ratione dictarum decimarum: dummodi finat eos in pacetione dicatas decimas, tanquam praescriptas, ratione vtilis dominij: & certè hoc dicitur aequitas, vt ff. cum suis subditis mitius agatur: non autem refecerunt omnia ad viuum, nec cum nuper reuersi sint ad suam matrem ecclesiam Tridentinam peius tractetur, quam prius, cum in hostium potestate erant. Et facit, quod notat Bartol. in lege prima. ff. permittitur. ff. de aqua quotidiana. & a-

stua. vbi ff. finita emphyteusi per defectum tertiae generationis debet Episcopus nihilominus praefere de-
 4 scendentes emphyteutae alijs: alioquin dicitur eis fieri iniuria: & potest à facto Episcopi, de quo ante per Doctor. in lege si mihi & Titio. de verborum obligat. Deci. consilio. 78. 131. 328. cum similibus, certè maior aequitas militat in casu nostro in fauorem ipsorum hominum qui tanto tempore cum titulo & bona fide possiderunt. Circa secundum articulum nunquid ff. transactio facta per procuratores, seu syndicos dictae communitatis valuerit, concludit primus d. consultor quod non: quia in constitutione syndicatus debuit saltem maior pars interuenire, quod factum non est: imò videtur, quod duae partes ex tribus requirerentur secundum docto. in l. nulli. in l. planè. ff. quod cuiusque vniuers. in cap. cum omnes. de conscrip. Nec obstat quod ff. notarius asseruerit quod interuenerint dictae partes, &c. quia hoc procederet, si ipse à seipso hoc attestatus esset, & ita loquitur doctor. in cap. 1. de syndi. vbi Abbas & Imol. Suz. & Alberic. d. l. nulli. Butri. & Card. cap. ea noscitur, de ijs quae sunt à praelato. & Rodolph. quaestio. 14. rep. cap. sine exceptione. 2. quaestio. 2. Federic. consilio 163. Cornel. 249. in 1. volum. Sed in casu nostro notarius nihil affirmat, sed refert ff. quemadmodum ipsi homines ita dicebant: quo casu ipsis non creditur per regulam l. si forte. ff. de cast. pecul. vbi Bartol. prout subtiliter per d. consultentem deductum est, pro qua distinctione est doctrina Bar. in lege si ex cautione. C. de non num. pecun. vbi declarat quando ex tenore instrumenti, de actuali numeratione apparere censetur, & dicit, quod aut notarius attestatur ipse quod dicta pecunia habuit in veritate, & tunc probatur numeratio, aut simpliciter scripsit, quam pecuniam habuit, & recepit, &c. & tunc non probatur: quia potuerunt partes hoc dixisse & notarius rerum assertionem simpliciter sequi, vnde multo magis idem est si scripsisset, quam pecuniam dicunt partes se habuisse, prout in casu nostro, in quo notarius simpliciter attestatur de assertionem facta ab ipsis partibus, & c. Bartol. libi traxit Bald. & Saly. & c. de etiam tenet Ludo. Roma. in l. praedia ff. de acquir. possess. Felin. in cap. si cautio, extra de fid. instrum. & in hoc puncto non video subesse aliquam difficultatem, maxime cum ex numero vocum descriptarum in dicto syndicato, & ex habitatoribus dictorum locorum satis possit evidentiā facti demonstrari, quod non interuenit legitimus numerus.
 5 Nunquid autem, saltem ipsi qui interuenerunt in dicto syndicato obligentur? & videntur obligari, per tex. in l. ciuitas. versu. alioquin ipsi soli. ff. si cert. petat. in contrarium facit regula. l. non omnis. eo. tit. ff. non enim actus agentium operari debent vltra eorum voluntatem: ipsi autem agebant, vt obligarentur dumtaxat cum vniuersitate. Vnde si actus non valet tanquam de vniuersis, non debent ipsi in aliquo esse obligati. Nec obstat d. l. ciuitas, quia ibi pecunia mutua ad eos peruenit, & creditor qui numerauerat, eorum fidem fuerat secutus: in casu nostro nihil peruenit ad istos consentientes. Non omitto etiam, quod ex alio capite videtur impugnari haec transactio: quia non apparet quod ecclesia Tridentina habeat aliquod ius, nisi ex simplici relatione ipsius episcopi, & etiam si ius aliquod habuisset, fuisse commune cum capitulo: ff. nec solus episcopus potuit transigere absque consensu capituli. c. cōtingit. de transact. c. 1. & 2. de ijs, quae sunt absque consensu. vnde non debet episcopus posse aliquid agere vigore talis instrumenti, nisi faciat quod capitulum ecclesiae ratificet: quia alias claudicaret contractus, & ista communitas non esset secuta de ad implemento, quod pertinet ad episcopum. Circa tertium ff. articulum nunquid episcopo agenti ex transactione, posito etiam quod valeat, obstant aliquae exceptiones: & putarim aliquas obstat, & in primis obstat illa, quam supra dixi, quod requiratur & necessarius sit consensus capi-

capituli dicto cap. contingit, ad quod pertinet ius rati-
ficandi, si velit. c. 3. de ijs, quæ sunt à prælaro, & hoc ni-
si quatenus probaretur, quod tale ius ad solum episco-
pum pertineret, ut quia diuifæ essent præbendæ, & an-
tiquitas ius sibi soli assignatum esset, de quo per gl. &
docto. in c. edoceri. extrâ de rescript. Secundo obstat
exceptio, quod Reuerendus Episcopus tenetur adim-
plere ex parte sua, aliâ repellitur ab agendo. l. cum pro-
ponas. C. de pact. & confirmare illis omnia priuilegia
sub ea forma sub qua serenissimus Rex Romanorum
fecit confirmationem suam, attento quod d. episcopus
14. successit in locum ipsius serenissimi Regis: & ideo de-
bet ratum habere quicquid gestum est per auctorem
suum l. qui in ius alterius. ff. de regulis iuris l. c. quis. C.
de iuris & fac. ignor. Paul. de Castr. consilio 31. circa id,
quod primo. in volum. 2. Tertio potest opponi excep-
tio, quod promissio syndicorum eos non obligat qua-
renus quicquam promiserint. vltra veterem consuetu-
dinem: quia videntur promississe metu quodam reueren-
tiali erga Reuerendissimû dominum, secundum Ioan.
And. in c. 1. de præscrip. lib. 6. in nouella, & Bald. in tra-
cta. de pace cõstantiæ. verbo, pactiones, quem refert &
sequitur Præpositus in præludij seditur, vbi etiam cõ-
cludit, q. si dominus monitus, vt desistat à tali nouita-
te, non cessauerit, poterit haberi recursus ad superiorê,
vt per Bal. in titulo de pace tenenda. §. publici. Facit tex.
in cap. ad apostolicæ. de re iudica. li. 6. & ibi communiter
doct. Old. consil. 234. factû tale. nec iusto casu domi-
nus ipse erit iudex, sed superior puta Rex Romanorum,
cuius officium poterunt subditi implorare: ne eos per-
mittat in debitis oneribus aggruari. vt dicit Spec. in ti-
tulo de feudis. §. quoniam. versic. & nota, & ibi Ioan.
Andr. in addition. & in §. nunc dicamus. versic. ceterum.
Old. dicto consil. 234. Bald. in cap. 1. apud quod contro-
uer. feud. Quarto poterunt per viam exceptionis pe-
tere restitutionem in integrum, quæ etiam deduci
17. potest per vim actionis, & talis restitutionem restitu-
enda est ex capite læsionis, sicut quilibet minor, leg.
res publica. C. ex quib. cau. maio. vbi Iaco. Butr. Bart. &
ceteri. Abb. in c. 1. de restit. in integr. Rom. cõs. 422. Soc.
cõs. 66. in 4. c. si similibus. Nec obstat iuramentû præstitû
per syndicos in transactione, quia respondeo, quod lex,
si quis maior. C. de transact. non habet locum in vniuer-
sitate quæ est corpus fictum. l. mortuo. ff. de iud. iuris in-
tellectu representatum, quod alligari per iuramentum non po-
test. argum. cap. Romana. §. fin. de sentent. excommu-
nic. lib. 6. & ita tenent omnes Moderni in dict. §. si
quis maior. vbi dixi & reprobaui quoddam consilium
Iasonis viatorum. quod etiam ibi improbat Pappalias
Cagnolus, & alij Mod. Nec etiam obstat pœna promif-
sa ab ipsis syndicis: quia tam promittere non potuerunt,
& t. mandatum suum ad hoc non extēdeatur. l. si pro-
curator. ff. de condic. in deb. cum talis pœna nō sit con-
suetâ apponi in similibus instrumentis, & cum eius pro-
babilem notitiam non haberent dicti homines. Et ideo
de subscriptione requisitus, transeo in sententiâ supra-
scripti domini cõsultoris, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII V. SVMMÆ.

- 1. Nuptiæ metu imitæ nullæ.
- 2. Metus regulariter actû nō annullat, sed est in matrimonio.
- 3. Matrimonij substantia consistit in mero consensu.
- 4. Metus vnde probatur.
- 5. Metus semper habet in se dolum.
- 6. Dolus probatur ex perspicuis coniecturis.
- 7. Questio metus dirimitur arbitrio iudicis.
- 8. Metus ex causis & indicij probatur.
- 9. Probationes leuiores admittuntur in actu clandestino & so-
lito fieri absque interuentu testium.
- 10. Testis de auditu qui habet voces contrahentium notas, licet
ipso contrahentes non viderit, regulariter probat præter
quam in testamento.
- 11. Testis de auditu probat metum in casu matrimonij.

- A 11. Duo testes probant plene.
- 12. Dictum vnius testis debet per dictum alterius suppleri.
- 13. Quilibet presumitur scire que in domo sua geruntur.
- 14. Familia presumitur agere de voluntate domini.
- 15. Pluralitas non presumitur.
- 16. Informatio facta ad exonerationem conscientie maiorem si-
dem facere videtur, quam si esset facta in vim simplicis
testimonij.
- 17. Arbitratoris dicto secundum conscientiam arbitrantis sta-
tur, & quando.
- B 18. Metus probatur per coniecturas & ibi nonnullæ adducuntur.
- 19. Requisita in celebrando matrimonio.
- 20. Adolescentum ætas fallacijs est subiecta.
- 21. Adolescentem presumitur decipi in contrahendo matrimo-
nio si non adsint presentes aliqui eius consanguinei, vel ase-
sines vel amici.
- 22. Testes de publica voce & fama in matrimonialibus fidem
faciunt.
- 23. Iudex debet occurrere scandalo futuro.
- 24. Duobus testibus deponentibus metum interuenisse magis
credendum est quam centum deponentibus de voluntate
libera, & quare.
- C 25. Matrimonium factum in presentia plurium personarum
non potest dici clandestinum.
- 26. Testes habentes notas voces contrahentium & deponentes
super matrimonio contrahendo dummodo audierint,
licet non viderint probant matrimonium: secus,
si deponunt ad resolendum matrimonium, quia non
probant.
- 27. Vbi quis agit de separatione matrimonij, requiruntur
testes omni exceptione maiores.
- D 28. Sensus auditus non ita bene concludit essentiam rei sicut sensus
visus.
- 29. Testes qui dicunt non verisimilia habentur pro suspectis.
- 30. Presumptio legis habetur pro plena probatione.
- 31. Non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.
- 32. Ad resolutionem matrimonij cum lex requirat probationes
omni exceptione maiores presumptiones non satisfaci-
unt, nisi sint violentæ.
- E 33. Causa reuersionis matrimonij quoad modum probandi æquiu-
paratur causis criminalibus.
- 34. Stuprum communiter clam committitur.
- 35. Inhabiles in criminalibus non plene probant, sed faciunt in-
dicium, & quare.
- 36. Metus purgati cause.
- 37. Puella nupta licet in contrahendo matrimonio cum Rapto-
rideat, & leta videatur, tamen presumitur durare me-
tus, & quare.
- 38. Paria sunt quem non fuisse impeditum, vel impedimentum
potuisse evitare.
- 39. Paria sunt non fuisse metum adhibitum, & potuisse talem
metum evitare.
- F 40. Dos esse non potest vbi non est matrimonium.
- 41. Qui vult consequens vult etiam antecedens.
- 42. Dos presumitur constituta per metum quando matrimo-
nium fuit metuculosum.
- 43. Declaratur consilium Cald. ij. sub titulo, quod met. causa.
- 44. Actus approbatorij alicuius negotij per metum contracti
incontinenti sequentes, presumuntur etiam ipse per me-
tum interuenisse.
- 45. Metus an sit purgatus cognoscitur per subsequentia.
- 46. Informatio facta a parte non citata non probat nec indicium
facit.
- G 47. Quando agit de graui præiudicio, non statim arbitratori
iudicanti secundum conscientiam.
- 48. Causa matrimonialis dicitur grauis causa.
- 49. In causa matrimoniali nunquam desertur iuramentum in
supplementum probationis.
- 50. Causa matrimonij æquiparatur cause status qui est grauis
causa & præiudicialis.
- 51. Confessio facta pro exoneranda conscientia minus probat
quam facta in iudicio parte non citata, & quare.
- 52. Confessio facta ad vnum finem non probat ad alium.
- 53. Si duo testes audiuissent aliquem consistentem sacerdoti, eo-
rum dicta non probant, nec talis confessio præiudicat
consistenti.
- 54. Non presumitur mutatio opinionis.
- 55. Ad resolutionem matrimonij non sufficiunt presump-
tiones.

- ptiones, sed testes omni exceptione maiores.
- A 57. Causa matrimonialis requirit æquæ apertas probationes sicut
causa criminalis.
- 58. Protestatio facta ex post facto non vitiat ea quæ antea legitime
præcesserunt.
- 59. Consanguineus, subditus, debitor, non sunt testes omni ex-
ceptione maiores.
- 60. Lex approbat ætatē 14. annorū ad cõtrahendū matrimoniū.
- 61. In cõtrahendo matrimonio nõ requiritur presentia agnatorū.
- 62. Vnâ presumpcio tollit aliam.
- 63. Matrimonium presumitur facilius contractum propter æ-
qualitatem ad quod probandum admittuntur consanguine-
i, & etiam mater.
- 64. Matrimonium violentum ipso iure nullum.
- 65. Non est verisimile patrem velle tradere in cõcubinatu filiam.
- 66. Pater presumitur semper capere vtiliora cõsilia pro salute fi-
liorum ac pro eorum honore.
- 67. Experientia est verum magistra.
- 68. Iudex debet semper pro matrimonio inclinare.
- 69. Nemo presumitur immemor salutis eterne.
- 70. Nemo presumitur velle repugnare superioribus.
- 71. Verisimile est quod quis velit accommodare voluntatem suam
secundum leges.
- 72. Plus creditur duobus testibus deponentibus de metu quam
centum attestantibus de spontanea voluntate, & quomo-
do hoc intelligatur.
- 73. Nemo presumitur renuciare iurij suo.
- 74. Nemo presumitur contrahere matrimonium per metum,
presertim vbi adeest equalitas.
- 75. Per actum subsecutum colligitur mens agentis.
- 76. Metus non presumitur nisi probeatur.
- 77. Credendum est potius testibus deponentibus secundum legis
presumptionem quam deponentibus contra.
- 78. Declarata Caus. cap. 164. & reprobatâ.

MISO processu causæ matrimonialis, vertentis
inter nobilem Loisetam, & nobilem Gaspar-
dum Nicienfes, requisitus vt breuiter dicam,
quid in ea causa sentiam, puto rectè fuisse pro-
nuntiatum & male appellatum, & vt istud melius de-
prehendatur, arguâ primo pro parte ipsius Gaspar-
di. Et videretur prima facie dicendum satis esse probatum,
qualiter Gaspardus t. contraxit illud matrimonium per
2. metum: quo casu ipso iure est nullum, nam licet t. regu-
lariter metus interueniens non annullat actum ipso iu-
3. re, t. tamen istud non procedit in matrimonio cuius
substantia consistit in mero cõsensu, & ita est tex. vbi Abb.
& ceteri Can. in c. eum locum. de sponsalib. in antiq.
& ibi Panor. vers. nota secundum, & est communis opin.
vt etiam per Doctorem. in l. si mulier. §. si dos. & ibi gl. su-
per verb. vllam esse. ff. quod metus causa, & in leg. si pa-
tre. ff. de ritu nuptia. cum concord. Iste autem metus
4. probatur t. nedum per testes, sed etiam per cõiecturas,
& verisimilia iudicia, vt dicit Petr. de Ancha. consil. 299.
5. vlt. supra dicta facti, & est ratio, quia t. metus semper
6. habet in se dolum, & t. dolus probatur ex perspicuis cõ-
iecturis. l. dolum. C. de dolo. & in causa matrimoniali
ita firmauit Corn. consil. 4. in 2. volum. & Alexand. cõ-
7. silio 48. in 3. & propterea dixit Inn. in cap. cum dilectus,
8. extrâ quod metus caus. quod metus t. quæstio dirimi-
tur arbitrio iudicis, & idem tenent doct. in leg. inter-
positas. C. de transact. & Bald. in c. vnico. §. item sacra-
menta. de pace iur. fir. in visibus feud. cum concord. &
dixit Cyn. in l. carcerem. C. quod met. causa. & Bar. in l.
9. si ob turpem. ff. de cond. ob causam. quod t. ex causis
& indicij metus comprobatur, sequitur Bald. consilio
26. in 3. volum. & per Raph. Com. consil. 68. per totum.
Et istud debet procedere multo magis in terminis no-
9. stris in quibus sumus, t. in a. & u. qui communiter solent
fieri clam. & in quo communiter non solent interueni-
re testes, vnde tunc etiam leuiores probationes suffi-
ciunt. cap. fin. extrâ de testib. cogenidis. gloss. & doctor.
in l. in testimonium. ff. de testib. Anto. de Butr. in c. 3. lo-
co. de proc. Alex. in consil. 64. viso themate, & dubijs. in
1. vol. & Iac. in l. in fin. C. de summ. trinit. & fid. cathol.
& in terminis nostris, per Alex. consil. 156. viso processu,
in §. lib.

Iste autem metus in proposito casu videtur esse pro-
batus. Et primo, per Antonium Sardini qui attestatur
in tempore, quod verisimiliter potuit esse ante contra-
ctum dictum matrimonium, quod audiuit fratres dictæ
Loisetæ altercantes cum Gasparido, & dein de eius pa-
trem superuenientem, & minantem sibi mortem, nisi
duiceret filiam suam: & licet iste testis non dicat de visu,
sed de auditu tantum, tamen probat: quia t. testis licet
non videat contrahentes: dum modo habeat voces no-
tas regulariter probat præterquam intestamento, vt est
communis opin. per gloss. super verb. audierint. Bart. &
docto. in l. 2. §. idem Labeo. l. ff. de aqua plu. arc. & est
gl. in cap. testes. 3. quæst. 9. in verb. quæ no uerunt & vi-
derunt, istud procedit t. etiam in probando metum in
causa matrimoniali, vt consiluit Alex. consil. 99. in casu
prædicto tria in 3. volum. Secundo probatur metus per
Iacobum Sigaudi qui est conrestis supra dicto Antonio,
C. vnde cum sint duo testes, plenè probat. l. vbi numerus.
ff. de testib. & licet dictus Iacobus dicat nō habuisse co-
gnitam vocem ipsorum, tamen attestatur quod audiuit
dicta verba prolata in ipsa altercatione, vnde t. eius di-
ctum debet suppleri per alium testem: sicut dicimus
quod fides vnius testis suppletur per alium leg. si quis ex
argentarijs. §. 1. vbi Bal. & Moder. ff. de eden. Præsertim:
quia cum isti testes probent illa verba ibi dicta, certè re-
sultat presumpcio quod fuerint dicta à patre ipsius Lo-
D. setæ, tum quia sunt dicta in domo sua, & t. presumitur
quilibet scire, quæ domi suæ gerantur, iuxta not. in l. de
tutela. C. de in int. rest. min. & illud Gellij, edibus in no-
stris, quæ praua, aut recta gerantur: & t. familia presu-
mitur agere de voluntate domini, extrâ de test. cap. cõ-
fittutis. l. 4. ff. de min. t. etiam quia non probatur quod
ibi esset alia filia nubilis, in qua possent verificari illa
verba, t. nec pluralitas presumitur leg. omnium. C. de
testa. c. in presentia. extrâ de testib. Tertio videtur com-
probari per informationem assumptam à Iacobina de
sancta Agnetæ, quæ dicit se vidisse patrem dictæ Lo-
setæ vnâ cum eius fratribus irruentes aduersus Gaspar-
dum, & tenentes eum per maxillas, quæ t. informatio
fuit facta ad finem exonerandæ conscientie: t. vnde vi-
deretur, quod deberet facere maiorem fidem quam si
esset facta simpliciter in vim testimonij. Istud probatur:
quia t. statum dicto arbitratore iudicatis secundum cõ-
scientiam, quando istud poterat facere ex forma com-
promissi, & tunc nunquam conceditur reductio ad ar-
bitrium boni viri secundum glo. ca. statutum. §. a fello-
F. rem. de refer. in 6. per Bal. in tract. schismatis, & ibi per
Abb. in cap. proposuisti, de probat. Ang. & Imol. in l. in-
ter stipulantem. §. si Stichus. ff. de verborum obligatio-
cum concord. & in isto casu videtur valere arg. de arbi-
tratore ad testem per Bar. in leg. fin. ff. de præ. stipul.
Quarto, videtur iste t. metus suaderi ex aliquibus con-
iecturis simul concurrentibus, nam primo concurrunt,
quod istud t. matrimonium est clandestinû, nec factum
præcedentibus edictis, prout requiritur cap. fina. extrâ
de clandestina desponsat. & non fuit factum interueni-
ente sacerdote parochiali, prout ibi requiritur, sed quo-
dam religioso regulari, qui per triennium ab officio
suspendi deberet: quia non seruauit formam dicti
canonis, vt ibi dicitur in §. fina. Secundo concurrunt
protestatio per eum ore tenus facta, vbi fuit ad domû
suam coram matre, & indicia grauiora in collo, quæ
protestatio satis arguit metum præcedentem. leg. qui
in aliena. §. fina. ff. de acquir. hered. & per Roma. in l.
de pupillo. §. si quis ipsi prætoris. ff. de op. no. nunt. &
Bald. in d. tract. schismatis. Tertio concurrunt ætas ipsius
Gasparidi, qui erat valde adolescens: quæ t. ætas pluri-
m. fallacijs subiecta est. l. 1. ff. de minoribus, & istud t.
presertim presumitur, quando non adsunt aliqui affi-
nes, & amici ipsius minoris per tex. in cap. fin. extrâ de
rapt. & Andr. Sicul. consilio vltimo in 2. volum. præter-
tum cum tales actus soleant fieri interuenientibus
consanguineis, & amicis, vt ibi dicitur. Quarto con-
currit

currit vox populi, quia aliqui testes de auditu attestantur, quod audiuerunt dici istud matrimonium fuisse factum per metum, & tales testes etiam faciunt aliquam fidem, vt per Raph. Com. consilio lxxvij. licet non attestentur à quibus audiuerint dici. Et quod in dubio videretur, quod iudex deberet inclinare in hanc partem, quia cum ex ista lite sit verisimilis indignatio inter ipsos, vnde merito iudex debet illi occurrere, facit tex. c. præterea de spons. & no. in c. de illis, de despons. impub. & ita dicit Corn. consi. cxcvj. in. fi. iij. volum. Præterea, si hic agatur de pbando metu, q. depedit ab arcano metis, & videt magis credendum duobus testibus de eo deponētibus quam ceteris attestantibus de voluntate libera: secundum Inno. in c. sup hoc. de renū. Bal. in d. tract. schismatis, & in l. obseruare. §. proficisci, in 13. q. de offi. procōf. Ang. in l. si quis a se fundū. C. vnde vi. Alb. de Ros. in rub. ff. q. met. causa. cū concord. per And. Sicul. in dicto cons. vlt. & Dec. cons. 100. plus dicit Bar. Veron. in caut. 14. 4. cip. de probat. quod in isto casu crederetur vni testi, & matrimonium non teneret: allegat Inoc. & Bar. vbi supra. Sed his non obstantibus, puto quod contraria pars sit verior, & consequenter pronuntian- dum sit pro matrimonio, quod quidem matrimonium clarè probatum est, per verba de præfenti, per testes productos pro parte ipsius Loisetæ, & licet non intererint edicta, tamen tenet: nec propriè potest dici clandestinum, ex quo est factum in præfentia plurius personarum. c. de clandestina despons. Nec obstat allegata in contrarium, & primo dictum ipsius Antonij, quia dico, quod talis testis non probat in nostro casu, nam licet communis sit opin. quod valet dictum testis deponētis de proprio auditu, licet non viderit, dummodo habeat notam vocem contrahentium, vt etiā in casu matrimoniali dicit Spe. in titulo de teste. §. i. vers. quod ergo. vbi dicit quod si vir, & mulier erant in certa camera clausi, & testes, qui erant extra camerā, deponunt quod audiuerint qualiter inter se contraxerunt matrimonium, quod tales testes probant, tamen istud est verum quoad probationem matrimonij, quia tales admittuntur, sed quoad rescissionem non: vnde testes deponentes ad finem separationis non probant, si simpliciter audiuerint, quamuis haberent voces notatas. ita gloss. super verb. de auditu. & ibi Ioan. Andr. & Ioan. de Imol. in cap. præterea. de testib. idem tenet Alex. & Iaf. in l. si non speciali. C. de testa. & confirmatur ista opin. si nam vbiunque agitur de separatione matrimonij, requiruntur testes maiores omni exceptione. c. i. de confang. & affin. vbi Abb. notat Alexan. consi. 144. incip. quoniam abunde. in 2. volum. sed tales non sunt maiores omni exceptione, quia possibile est, quod aliquis imitetur vocem alterius: vt per doctō. in dicta l. si non speciali. item si sensus auditus non ita bene concludit essentiam rei, sicut sensus visus, vt xxvij. q. j. c. nec aliqua. & not. in dicto cap. testes, per Dominic. de S. Germin. qui intelligit, illam glo. de perceptibilibus per auditum sicut de tonitru & voce, non autem per visum, sicut in casu nostro quod fuerit ipse pater Loisetæ, qui illa verba protulerit, & ita etiam est de mente Abb. in cap. cum causam extrā de testib. Non obstat quod notat Alexand. in dicto consil. xcix. qui videtur tenere, quod imò etiam ad rescissionem matrimonij admittantur tales testes, quia illud dictū ita simpliciter intellectum non est verum, & est contra communem opin. in d. c. præterea, nec illud fuit conf. Alex. de Inno. sed alterius Alex. de Neuo Vicentini, qui fuit canonista, vt apparet ex lectura ipsius consilij, & etiam dicit Iaf. in dicta l. si non speciali, & est ita inscriptum in iisdem consilij Alexand. in consil. xlii. in 4. vol. & potest sanare illa opin. quando concurrerent multe & aliæ præsumptiones, & essent multi testes, qui ita deponerent, quod non est in casu nostro, imò si iste testis est satis suspectus; quia non dicit verisimilia; iuxta not. in

cap. quia verisimile, extrā de præsumpt. nam dicit se ex voce cognouisse fratres dictæ Loisetæ, sed tamen non potuisse intelligere quid dicerent. certe istud significat, quod non bene intelligebat vocem, si non potuit scire quid diceretur. l. Labeo. in fin. ff. de suppl. leg. quomodo ergo non potuit cognoscere eos ex voce? Præterea ad dicta istius testis etiam respondebitur in alio modo. Secundò non obstat dictum alterius testis scilicet Iacobi: quia ipse non cognoscebat aliquem ex voce, & nesciebat si esset ille vociferans, nisi ex relatione Antonij, cui credendum non est, vt supra ostendi. Et sic dicitur, quod saltem probatur integrè per duos testes, quod illa vox fuit audita de domo ipsius Loisetæ. vnde debet succedere præsumptio legis, quæ quidem præsumptio habetur pro plena probatione, iuxta tex. in l. si tutor petitus. C. qui pe. tut. per Felin. in cap. quanto. de præsum. & sic iuncta præsumptione videtur plenè probatum, quod pater ipsius Loisetæ dixerit illa verba. Nam respondeo, fundamentum intentionis ipsius Gaspardi est, quod illa verba fuerint dicta ante contractum matrimonium, aliàs non potest dici interuenisse metus, sed istud debuit per eum probari. l. verius. ff. de probat. not. in l. non hoc. C. vnde legit. vnde cum non sit probatum, præsumitur contra eum, qui dicit: & sic potuerunt illa verba interuenire post contractum matrimonium, puta si Gaspardum penituisse etiam accepisse in vxorem, & dixisset quod volebat eam ducere domum, nec habere pro vxore. Nec obstat quod Alexand. in consil. clvj. in v. volum. uerfic. nec dicitur. concludit non presumi minas interuenisse post matrimonium, sed ante: quia in casu nostro testes deposuerunt de hora, & verba minarum erant clara, vt matrimonij fieret; quod non est in casu nostro. Item ibi probata erat violentia manifesta. Item non est verum, quod illa verba præsumatur dicta ab ipso domino domus. & sic à patre Loisetæ: quia potuerunt dici ab alijs personis, & ad alium finem; & non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. neq. natales. C. de prob. cum similibus. Et facit quia si cum ad resolutionem matrimonij lex requirat probationes maiores omni exceptione, non videtur esse satis quælibet præsumptio, nisi si sit violenta sicut dicimus in criminalibus. l. si hi qui adulterij. vbi Bald. C. de adul. & no. in c. a. ferte. extrā, de præsum. per Abb. in c. accedens. de accus. & causa rescissionis matrimonij equiparatur quoad modum probandi etiam causis criminalibus, vt dicit Alex. in d. cons. 144. in 2. vol. Nec obstat q. not. Alex. in d. cons. 156. in vers. posse etiā responderi, vbi videtur dicere quod quæuis requiratur testes maiores omni exceptione, tamen istud non procedit, vbi matrimonium dissolueretur per metum, ex quo à communiter accidentibus, clam & secretè iste metus committitur: vnde pro idoneis habentur testes, etiā qui aliàs non habentur. d. c. fi. de testib. cog. nam respondeo, quod Alex. non firmat illam opi. & bene, quia est contra tex. l. in c. in literis. de testib. vbi requiruntur in prædicto casu testes maiores omni exceptione, licet matrimonium impugnaretur ex causa, quæ communiter clam solet interuenire si sicut est stuprum, quod communiter fit clam: vt no. in d. c. fin. & c. signific. extrā de adul. & in l. capite quinto. ff. ad l. iul. de adulter. facit, quia etiam in casibus, in quibus admittuntur in habitabiles, non tamen plenè probant in criminalibus, sed solum faciunt indicium, vt per Cyn. & Sal. in l. si. C. de accus. Abb. Imo. & doct. in c. j. extrā de conf. Corn. consi. 58. in j. & est ratio, quia non sunt maiores omni exceptione, & ita intelligitur tex. in d. c. fi. licet Bal. aliter intellexerit. Præterea, dato etiam quod præfati testes probarent metum, tamè dicitur quod ipse si metus fuit purgatus in tempore ipsius matrimonij: quod sic deducitur, nam licet probato metu præsumatur ducens, tamè istud intelligitur, donec duret eadem potestas, secundum Bartol. & doct. in l. pen. ff. de cond. ob. turp. causi. & Cald. in consil.

consil. i. sub titulo de his, quæ met. causa. & Corn. in d. cons. 42. in 2. & propterea dicit Abb. in antiquis: in c. super hoc. de renū. quod si puella rapiatur deinde desponsetur, quamuis in illa desponsatione interuenerint risus, vel oscula, præsumitur tamen ducere metus, & fingi risum: sequitur Ioan. Andr. Abb. Imo. & ceteri, & est ratio, quia cum sit in potestate raptorum, merito præsumitur durare ipse metus. Sed in casu nostro, quando fuit contractum matrimonium, non durabat amplius ratio ipsius metus: quia potuisset Gaspardus abire si voluisset, ex quo erat prope porta, & porta erat aperta, & nemo eum custodiebat, vt dicit fere oēs testes ipsius Loisetæ: ergo dicitur verè consensisse et purgatur metus, vt est gloss. verb. per annum et dimidium, in c. ad id. quod de spons. quæ adducit distichum: *Effuge cum poteris, ne consensisse puteris: Nam si perstiteris, illius vxor eris.* Et illam gl. sequuntur ibi omnes & etiam Oldr. in consil. 35. factum tale: & istud est de mente Alexand. in dicto consilio 99. & Com. in dicto consil. 41. facit quod notat Bald. in cap. i. de probat. p. tex. in cap. final. s. 5. de elec. vbi dicit quod si paria sunt, quem non fuisse impeditum, vel potuisse illud euitare, & quod notat Bart. in l. qui com meatus. ff. de re mil. & ideo in casu nostro paria sunt non fuisse metum adhibitum, vel potuisse euitare: ita lem metum, puta recedendo. Confirmatur ista solutio, quia Gaspardus deinde conuenit de dote, & petijt etiā sibi dari, certè non potest dici, quod propter metum petierit dotem: vnde inducitur concludens ratio, quod spontè eam desponsauerit, ex quo dos non potest esse, vbi matrimonium non est. l. 3. ff. de iur. dot. l. fin. C. de don. ante nupt. no. in rub. ff. solut. matrim. & qui vult consequens, vult etiam antecedens. l. ad rem mobilem ff. de procur. l. illud. ff. de acquir. hæred. & facit tex. in l. ad solutionē. C. de re iud. vbi qui sponte petit consequens videtur etiā ap. pbare antecesses à quo prius dissentiebat. Nec obstat quod not. Cald. cons. 2. in titu. quod met. causa. vbi præsumitur dos constituta per metum, quando contractus matrimonij fuit meticulous, quia Cald. loquitur, quando dos ipsa fuit constituta per metum, puta quia quis fuit coactus consentire acceptationi ipsius dotis, sed nos sumus in casu claro, quod ipse Gaspardus eam petijt: non autem fuit sibi oblata, & cōfensit. Tertio per timorem, & eodem modo respondetur ad not. per Alex. cons. 98. in fin. in 3. vol. vbi factus ap. probatorij incontinētī sequentes, præsumuntur etiam ipsi interuenisse per metum, allegando Bal. in l. 2. vers. sic. sed quæro, quid in dubio. C. quod metus causa. nā Bald. & Alexan. loquuntur in dubio, quando non constat q. iste potuerit euitare vim. sed nos sumus in claro: quia testes dicunt, quod potuisset abire, si voluisset. & istud est de mente Bald. in d. l. 2. in 3. quæst. quicquid dicit Andr. Sic. in cons. 54. in fin. in 1. lib. qui tamen obscure loquitur, nec aperit, an posset quis tunc recedere. Confirmatur etiam ista opinio: nam Gaspardus non solum desponsauit Loisetam, in qua desponsatione dicit sibi fuisse illatum metum, sed etiam subarrauit per traditionem triū anulorum: certe ista subarratio non potest dici facta metu, nec est hoc verisimile; & propterea concludo, quod iste metus sit purgatus per subsequencia. Non obstat si informatio Iacobinæ, quia facta, parte non citata, & propterea nihil probat. cap. 2. extrā de testib. vbi Fel. & ceteri, imò non faciunt neque indicium, secundum Barto. in l. maritus. ff. de quæst. Nec obstat quod videtur ei credendum, ex quo deponit pro exoneranda conscientia, sicut dicimus in arbitratoribus, quia longa est ratio differentie inter istos casus: nam arbitrator habet hanc facultatem à partibus, merito imputent sibi partes, & debent stare eius dicto: quod non est in casu nostro, quamuis si vbi agitur de graui præiudicio, non stetur neque arbitratori iudicanti se-

condam conscientiam, vt dicit Bald. in l. 1. C. de reb. cred. ita intelliges gl. in clemen. 2. de iur. patr. nos autem sumus in tali casu, quia causa matrimonialis grauis dicitur, vt per Ann. de Bur. Abb. & alios in cap. si pro debilitate. extrā de offi. deleg. vnde in tali causa requiruntur testes maiores omni exceptione, vt supra dixi, & nunquam desertur in ea iuramentum in supplementum probationis, vt per Pan. de Cast. Alex. Iaf. in l. 3. in prin. ff. de iure iurand. & facit, quia ista causa æquiparatur causæ status: quæ quidè causa status dicitur esse grauis, & valde præiudicialis. l. placet. C. de ped. iud. no. in l. nequitquam. §. vbi decerem. ff. de off. proconf. facit quod not. Dec. consi. 163. & consi. 133. & And. Sic. consilio 4. lib. 3. cum similibus. Fortius dico, quod si quo ista mulier deposuit pro exoneranda conscientia sua, minus probat, quam si deposuisset in iudicio, parte non citata: & est ratio, quia ista confessio fuit facta ad alium finem, ergo non debet trahi ad finem probationis. arg. no. per Bal. in auth. sed nouo iure in fi. C. de pen. natiud. qui male iud. quem refert & sequitur Præpositus in ca. super eo. in 3. not. extra de eo, qui cog. confan. vx. suæ. & ad idè facit quod notat Rota dec. 83. incip. quidam agebat. ex quibus dictis probatur, quod facta confessio facta pro vno fine, non probat ad alium: & melius, & magis ad præpositum casum nostri facit, quod dicit Tyndarus in tract. de testib. vers. sequitur alia pars: vbi dicit quod si duo testes audiissent aliquem confidentem sacerdoti, quod eorum dicta non probant: nec talis confessio præiudicat: allegat Ioan. Andr. in cap. fina. de tempo. ordi. in addit. sequitur Fel. in cap. i. extrā de except. & facit quod not. Bald. in l. archigeron- tes. C. de episc. audi. ergo idem debemus dicere in casu nostro, pro quo facit gloss. in cap. tua nos. de sponsalibus. Et istud tanto fortius procedit: quia ista mulier dicit, quod tunc credebatur eum esse quemdam famulum ipsius domi. Ioannis. nec deinde declarat quomodo ex tractu temporis mutauerit opinionem cum habeat præsumptionem legis contra se: quia non præsumitur mutata opinio. l. eum. qui. ff. de proba. l. sancimus. C. de testamen. Quartò, non obstant præsumptiones supra allegatæ, quia etiam dato quod essent veræ, tamen si cum agatur de resolutione matrimonij, non sufficiunt præsumptiones, imò requiruntur testes maiores omni exceptione. d. cap. in literis. extrā de testib. sicut dicitur in causis criminalibus. l. fina. C. de proba. & causa matrimonij requirit æque apertas probationes; sicut causæ criminales, secundum Alexand. in d. consilio 164. in 2. volu. Præterea potest particulariter responderi. Primò, non obstat quod matrimonium sit clandestinum, quia istud non est ita simpliciter verum: quia quamuis non interuenerint edicta posset dici clandestinum, si ageretur de resolutione propter consanguinitatem: sed hic non agitur ex isto capite. Item omnia iura loquentia de matrimonio habent locum etiam in matrimonio clandestino, vt dicit Ioan. de Imol. in consil. cxxv. incip. in causa, quæ vertitur. vnde eadem probationes requiruntur & habent etiam eosdem fauores dummodo deposuit probari. d. cap. 2. de cland. despons. Secundò, non obstat si protestatio per eum facta: quia cum sit ex postfacto, non debet vitari ea quæ ante legitimam processerunt, vt nota. in d. §. Cellus. quamuis etiam dicta protestatio non sit legitime probata si quia aliter testis est consanguineus, aliter est eius subditus, & debitor: & sic non sunt maiores omni exceptione d. cap. in literis. & l. 2. & l. parentes. C. de testi. Tertio, non obstat, quod non adesset aliqui consanguinei, & ipse esset multum iuuenis, quia respondeo, quod si satis est quod si ætatis anno rum xiiii & quod lex approbat talè ætatè pro sufficiente ad contrahendum matrimonium. cap. 3. extrā, de despons. impub. & præsumitur fuisse in tali ætate sufficienti, nisi probetur contrarium. c. in præfentia. vbi omnes, extrā de

61 probat nec requiritur aliqua presentia agnatorum. imò tenet etiam ipsi dissentientibus. 27. q. 2. c. sufficit. d. c. cum locum, & c. cum apud. extrà de sponfalib. no. insti. de nup. §. 1.

Quartò non obstant illi testes de auditu auditis quia nihil penitus probant, quia non dicunt quibus audiuerint, ut sit simul contentes, ut per Rom. in dict. §. item Labeo, per Alexan. conf. 82, in 1. Fulg. conf. 184. Dec. conf. 82, cum simil. Et dato, quod sint aliquæ præsumptiones pro Gaspardo, certe multo fortiores sunt B

62 pro ipsa Loifeta, unde vna præsumptio aliam tollit. l. 63 diuus. ff. de integ. resti. Et prima est præsumptio oriens ex magna æqualitate ipsorum, quæ casu ubi adest talis præsumptio facilis probatur matrimonium & admittuntur etiam consanguinei pro eo probando, imò etiam mater: ut est tex. in c. super eo. ij. extrà de testib. & per Marianum Socin. in cõf. 71. Secunda est præsumptio, quia non est verisimile quòd pater ipsius Loifetæ, & eius fratres vellent eam tradere nuptui pervim, & consequenter tradere ipsam in concubinatù C

64 quia cum matrimonium violètum ipso iure sit nullum (vbi supra dixi) sequeretur quod si ipsa esset tradita in concubinatù, quòd nò est verisimile. in coniunctione. C. de nupt. & per Bal. in dict. c. super capere, eo. facit, quia

65 pater præsumitur semper vitiora consilia pro salute & honore filiorum. insti. de pup. subst. §. sin autem. l. isti quidem. ff. quod met. causa. l. milites. §. sin. ff. de remilit. Tercia præsumptio est, quia si illud matrimonium fuisset contractum per metum non est verisimile, quòd potuissent tam cito fieri præparationes, & præsertim impetrari licentiam à domino vicario episcopali, & etiam à priore Carmelitarum quæ impetrationes non possunt fieri subito, prout experientia docet rerum magistra. c. cum sit. de elect. in vj. imò est verisimile quòd ante fuisset aliquatè tractatum. Non obstat quòd in dubio iudex debeat occurrere futuro scandalo, quòd possit in casu nostro accidere, si Gaspardus intus compelleretur eam agnoscere in vxorem: quia regula procederet in alijs casibus, quando non ageretur de matrimonio dissoluendo, ex quo debet semper iudex inclinare ut iudicet pro matrimonio. c. si de re iudi. vbi not. & per Fran. de Curt. in cõf. l. quinquages. incip. super processu. quauis pro matrimonio sunt apertissimæ probationes, ut supra dixi, & sic finis etiam in casu claro. Nec istud scandalum præsumitur, imò est verisimile quòd acquiescerent sententiæ, ut

66 not. in l. Italia. vers. de bitore. ff. de cõd. diti. in deb. & tunc præsumitur immemor salutis æternæ & velle repugnare superioribus. l. veluti. ff. de iust. & iure. l. merito. ff. de re iudi. imò est verisimile est quòd accomodabit voluntatem suam secundum leges. l. quidam. ff. de verb. obli. Vltimò non obstat dictum Inno. in d. c. super hoc. de renunt. quòd in terminis nostris adducit Alex. de conf. 156. in v. ibi plus creditur testibus duob. deponentibus de metu, quam ceterum attestantibus de spontanea voluntate. Nam respondetur primo quòd in nostro casu non constat iste metus per duos testes, quia illi reijciuntur multis rationibus, quas retuli supra. Præterea illud dictum habet duas declarationes. Prima est, ut procedat, quando præsumptio legis est pro metu, veluti in casu Inno. qui loquitur de eo, qui renuntiauit & abiurauit beneficium: nam lex præsumit in tali contractu metum: ut est text. in d. c. super hoc. & ibi Abb. ponit rationem: quia si nemo præsumitur renuntiare iuri suo, & consequenter prodigere bona sua. l. cum de indebito. ff. de probat. secus in casu nostro: quia nemo præsumitur contrahere matrimonium per metum, præsertim vbi est æqualitas utrinq; d. c. super eo. & ita declarat Angel. in l. si. ff. de eo, quòd met. cau. & sic Innoc. loquitur quando præsumptio est pro asserente metum, noster verò casus est contrarius, quando præ-

sumptio est contra asserentem metum. Secunda declaratio est, ut illud dictum procedat quando constat manifestè de minis. & de v. nam tunc reijciuntur testes etiam si essent mille attestantes de animo suo, videlicet quòd quamuis sibi vis inferretur, tamen habebat animum spontaneum talem actum faciendi, tamen lex non debent admitti ex quo deponit impossibilia: quia deponunt de mente ipsius contrahentis, quæ est nota soli Deo, unde pone, quòd non deponat de mente, sed de actu facti per quem colligitur mens spontanea, puta: quia ille qui dicitur intulisse metum, erat vir prob. vel, quòd illi contrahenti erat tutus locus fugiendi, tum dictum Inno. non procederet, & attendentur maior numerus & dignitas testium, ita declarat Io. de Mol. ind. c. super hoc. & est de mète cæterorum scribentium ibi, si bene ponderetur eorum rationes. & istud est propriè in casu nostro: quia testes nihil deponunt de mente ipsius Gaspardi, sed solum de actu facti qualiter contraxit matrimonium, qualiter subarravit, & quòd erat lætus, & quòd potuisset recedere si voluisset, & familia: unde dictum illud Inno. nihil obstat. nam si aliter intellexeretur esset satis irrationabile, quia cum metus non præsumatur nisi probetur secundum Innoc. inc. causam matrimonij. extrà de offic. deleg. debet potius creditis deponentibus secundum præsumptionem legis quam illis qui deponunt contra præsumptionem, c. quia verisimile. extrà de proba. præsertim concurrente maiori numero: iuxta tex. cum ibi not. in c. in nostra. extrà de testib. Nec obstat quòd notat Cepolla dicta cautela. 164. vbi videtur velle esse satis si probetur metus in casu nostro per vnũ testem: quia (ut supra vidimus) nò est neque vnus testis, qst maior omni exceptione prout requiritur in causa matrimoniali. Præterea illud dictum non est verum, & contra regulam generalem positam in cap. licet vniuersis. extrà de testib. & Innoc. q. Bald. p. e. allegari, dicit totũ contrariũ & est contra mètũ omnium scribentium tã Alex. in dicto cõf. 156. & conf. 99 quã Ange. in d. l. si. & Corn. in dicto cõf. 41. & est mirũ quòd posuerit, in illis cautelis suis illud dictum tam irrationabile, cui discordat & lex diuina, & canonica, & civilis, & propterea non est faciendum aliquòd fundamentum super eius dictis. Et ita concludo, saluo semper iudicio alterius rectius sentientis

CONSILII VI. SVMMAE.

- 1 Nuptiarum & sponsaliorum discrimen.
- 2 Schedula per testes subscripta nisi sit recognita per testes per se non probat.
- 3 Scriptura priuata tribus testibus subscripta habet vim publici documenti etiam si non sit recognita, & quomodo.
- 4 In causa matrimonij agitur de statu hominis.
- 5 Pater potest contrahere sponsalia pro filia.
- 6 Sponsalia per Patrem contracta pro filia valent: ita de multis filia sciuerit & ratificauerit expressè vel tacite.
- 7 Testes recognoscentes scripturam, attestatur scripturam esse factam in eadem ea contenta esse vera.
- 8 Comparatio literarum facit semiplenam probationem.
- 9 Vnus testis deponet de veritate negotij, & alius de fama tantum plene probant.
- 10 Nominatus in scriptura tanquam presens & consentiens presumitur fuisse presens.
- 11 Scriptura priuata si est talis quæ solet fieri inter presentes, presumitur presens.
- 12 Coniunctus presumitur scire facta coniuncti, & quare.
- 13 Filia presumitur scire quando pater contrahit sponsalia pro eis, & si non contradicunt presuntur consentire.
- 14 Sponsalia de futuro secuta copula resoluuntur in matrimonium.
- 15 Tempus in contractu appositum de voluntate partium est de substantia actus.
- 16 Tempore sponsalia non solui.
- 17 Terminus vel tempus non extinguit sed differt obligationem.

- 18 Copula matrimonialis probatio.
- 19 Naturales matris succedunt, & quando, & qui.
- 20 Coitus cum persona honesta vidua vel virgine incidit in non mensurari, & punitur poena. l. lu. de adult.
- 21 Causa filiationis dicitur causa grauis, & ardua ac præiudicialis: quia igitur de statu hominis.
- 22 Fama in causis arduis non probat semiplenè.
- 23 Fama quomodo probetur.
- 24 Confessio matris facta in absente patre in materia filiationis non probat.
- 25 Filiatio quomodo probetur.
- 26 Probatio famæ in filiatione admittitur, & est speciale propter difficultatem probationis.
- 27 Filius per famam constituitur in quasi possessione filiationis, & transfert onus probandi contrarium in aduersantem.
- 28 Præsumptio est quòd testes deponentes de fama audierint dici ab hominibus fide dignis: quia inter tot homines per quos fama constituitur, sunt multi fide digni & honesti.
- 29 Dicitur testis sufficit quòd concludat præsumptiuè.
- 30 Lex presumit filium natum ex marito & vxore, & sic ex legitimo matrimonio.
- 31 Confessio absente parte quando probet.
- 32 Publici interest probationes non coangustari.
- 33 Ad probandam filiationem sufficit probare quem fuisse habitum, tentum, reputatum, & tractatum tanquam filium, & pro filio.
- 34 Filius est proximior haeres matris ab intestato.

AD primũ quæsitum, nunquid matrimonium sit probatum inter Imperiũ & Ioannam casus videtur satis dubius: nam schedula, de qua in factò asseritur, non importat matrimonium: sed factò dato, q. esset recognita per testes subscriptes: ex quo in ea deducitur promissio de acceptando ipsam in vxorem: non autem ipsa acceptatio. l. j. ff. de spons. Videndum est ergo prius, nunquid legitime probetur ista sponsa. Prima dubitatio occurrit, quia ista schedula subscripta per testes, non probat de se, nisi testes agnoscant subscriptionem & deponant, ut not. in auth. ar. si contractus. C. de fid. instr. & Sal. in auth. si quis vult caute. C. qui pot. in pig. hab. & Soc. consilio 33. vers. 2. concl. circa fi. & conf. 41. vers. non ob. tertium. & per Alex. conf. 116. viso processu. in 4. Ias. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. in 4. Ias. in d. l. si testes sint mortui, per tex. & c. ibi Doc. in c. 2. de fi. instr. quicquid dixerit Pau. de Cast. conf. 134. in causa ser. Lu. de iudi. in 1. vol. in nouissimis, vbi video velle, quòd scriptura priuata subscripta trib. testibus, habeat vim publici documenti, etiam si nò sit recognita putat, quia testes sint mortui, sed istud dictum debet intelligi, quando partes consentunt, contenta in scriptura esse vera: quia in præiudicium tertij probabit concurrente comparatione literarum, q. nò est noster casus, quia (ut in factò præsupponitur) pars seu eius hæredes, & possessores honorum negant omnia, nec satis est, quòd vnus ex testib. vnus recognouerit, quia ille, quamuis non solum eam recognoscat, sed etiam attestatur de veritate facti, tamen facit semiplenam probationem tantum, ut per gl. & Doct. in l. 3. C. de reb. cred. Bar. in d. l. admonendi, & quamuis alius deponat de fama, non tamen debet coniungi illi deponenti de veritate, idem etiam si deponat de confessione extraiudiciali ipsius mulieris: quia adhuc non coniungitur cum primo: ut patet ex latè noratis per Alexan. conf. 128. ponderatis in 2. vol. & Ioan. Bapt. de sancto Severino in repet. d. l. admonendi vers. applicatur prædictis quæstio elegans, & est etiam de mente Ias. in d. l. admonendi dum reprobat Paul. de Cast. aliter tenentem cõf. 209. visa petitione in 2. vol. & in conf. 269. viso processu agitatur, in 2. vol. circa fi. & istud maximè prædit in causa matrimoniali, in qua requiruntur testes maiores omni exceptione & probationes clarissimæ: etiam si agatur de probando matrimonio, quia est causa grauis & ardua, in qua agatur de statu hominis: ut no. per glo. & Doct. in c. mulieris, d. in iur. Alex. conf. 143. quoniam

abunde, in 2. Andr. Sicul. conf. 45. & conf. 53. in 1. vnde in causa non sufficeret vnus testis cum fama plenè probata: ut per Mod. in c. de app. Secunda dubitatio est: quia licet pater possit contrahere sponsalia pro filia. §. in potestate. ff. de sponsal. tamen ea ita demum convalidantur: si filia sciuerit & ratificauerit expressè, vel tacite. l. hæc ita. l. sed ea. ff. de spon. vnde in casu nostro et si testes recognoscerent scripturam suam, nò tamen possunt dici contracta sponsalia: ergo nò probatur, quòd filia sciuerit: nò. n. illa schedula est subscriptio ipsius filiae. Nec obstat, quòd in schedula sint verba indicantia presentiam ipsius: quia hoc nò probatur quòd fuerint patris, quia testes recognoscentes scripturam solum attestantur scripturam esse factam, nò autem contenta in ea esse vera: ut per Ias. in d. l. admonendi, in loco supra alleg. Sed tamen istis non obstantibus, puro in præfato casu probata esse sponsalia. Et pro fundamèto istius conclusiois, præsuppono vnum in factò, quòd per comparationem literarum: secundũ not. in l. comparationes. C. de fi. instr. sit probatum: quòd illæ subscriptiones sunt de manu eorum, qui nominati sunt in ipsa descriptione. vnde hoc statim dicitur esse probata sponsalia. nam ille testis primus attestatur de veritate negotij, & sic facit semiplenam probationem. Item attestatur de subscriptionib. aliorum: quæ secunda attestatio iungitur cum probatione comparationis literarum: quæ comparatio facit aliam semiplenam, aut. at si contractus. C. de fi. instr. & sic resultat plena probatio, & quòd testis deponens de veritate negotij iungatur cum deponentibus de comparatione literarum, & plenè probentur mat. Abb. in d. c. 3. de fi. instr. & refert & sequitur ibi Felin. vers. sed istorum opinio. Nec obstat si dicatur: quòd hoc concessio, resultat vnũ inconueniens: quia ille testis chirographarius faceret plusquam semiplenam probationem, quòd videtur absurdum: nã faceret semiplenam ex depositione super veritate negotij, & adminiculetur, propter recognitionem literarum & subscriptionem aliorum testium. Sed respondeo, quòd imò non est absurdum. vnde videmus: quòd si vnus testis deponat de veritate negotij & de fama: alius de fama tantum: quòd plenè probant: ut dicit Bal. Ias. & Soc. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liber & posthu. & est magis communis opinio: quicquid dixerit ibi Alex. Præterea si comparatio literarum probaret etiam respectu istius testis chirographarij: & sic corroboraretur eius dictum, cessaret difficultas, Et hoc tenendo. Non obstant primo adducta: quia procederent: vbi non probatur veritas subscriptionis per comparationem literarum, supra dixi. Non obstat secunda ratio: dum dixi non probari scientiam & presentiam ipsius Ioannæ, quæ est necessaria in sponsalibus. Nam respondeo duobus modis. Et primo, quòd imò ex quo ipsa est nominata in ipso chirographo tanquam presens: & consentiens presumitur talis presentia: ut vult glo. not. in l. 1. C. de contrahenda & committen. stipu. & firmat Io. de Imo. Aret. & Ias. in l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. oblig. vbi concludunt: quòd si scriptura priuata est talis, quæ solet fieri inter presentes, presumitur presentia: quòd tanto magis procedit in casu nostro, in quo fit expressa mentio in schedula de eius presentia: facit glo. in l. tutor. §. fin. vbi Raph. Fulg. ff. de vstis. Secundo respondeo: quòd ex quo aperte constat de subscriptione patris, presumit filia habuisse cognitionem: t quia coniunctus presumitur scire facta coniuncti: in his quæ verisimiliter solent coniuncti scire. l. o. traui. ff. vnde cogn. Alex. in l. si. ff. si cer. pet. q. est in casu nostro: quia solent filiae scire quando pater contrahit sponsalia pro eis vnde si non contradixit, presumitur et consentens. d. l. hæc ita, & l. in sponsalib. de sponsa. Et ex his concludo, esse probata sponsalia. Et ex hoc inferitur ad aliam dubitationem: nunquid probatum sit matrimonium. Et clarum est: quòd sequuta copula. sponsalia de futuro resoluuntur in matrimonium. c. is qui fidem. extrà de

Sponsa. Sed circa hoc primò aduertendum est: quia licet sponsalia resoluantur in matrimonium, vt supra dixi: istud posset procedere in sponsalibus actis de futuro sine p̄finitione certi temporis, vel etiam quando sequuta est copula intra tempus p̄finitum matrimonio contrahendo: & ita intelligitur tex. in d. c. is qui fidem, qui est exorbitans: vt dicitur ibi moder. & consequenter restringendus ad casum suum, vnde in casu nostro eum sponsalia essent contracta de eam accipiendo: inde ad festum paschale: deberet probari copula intra illud tempus, quod t̄ tempus ex voluntate partium videtur de substantia actus per no. in auth. quæ supplicatio. C. de p̄cibus impera. offendendis. & Paul. de Cast. in l. si in lege, in prin. ff. loca. vnde sicut t̄ verum matrimonium debuit contrahi intra illud tempus, idem etiam debemus dicere de p̄sumpto, sic & de copula. Sed tamen puto satis esse, si probetur copula quocunque tempore p̄st, t̄ ex quo terminus paschalis nō fuit appositus ad extinguendā obligationē, sed ad differendam. vnde, etiam lapsō tempore, remanent sponsalia, l. obligationū. ferē. ff. de actio. & oblig. per Bartol. in l. eum qui ita. ff. qui ista stipulatur. ff. de verb. obligat. & ibi modern. vnde tempus in casu nostro non est de forma, vt etiam per Pau. de Cast. in l. qui Romæ. ff. Callimachus. in fin. ff. de verb. oblig. Secundo aduertendum test ad probationem: nunquid probata sit ista copula: & videtur quod sic, ex quo primus testis deponit, quod faciebatur actus matrimoniales adinuicem, & quod soli morabatur, & quod iam natus est Petrus. Item deponit de publica voce & fama, & alius deponit de confessione mulieris, & de fama, vnde debet iūgi, vt infra dicam in secundo quæsto. Sed dicit aliquis. Nōne ista q̄ est superflua? Quia dato, quod probetur Petrum fuisse filium Ioanæ, dēt illi succedere, & dato, quod non interuenissent aliqua sponsalia, nec matrimonium, quia clarum est, quod naturales t̄ succedunt matri. ff. vulgo quæstos, in fi. de success. cognat. & l. ff. vnde cogn. cum simi. Respondet, quod imò ista quæstio est necessaria, quia illegitimi succedunt matri, quando nati sunt ex coitu non accusabili nec punibili per leges, secus si sint ex coitu punibili, vt dicunt doct. in l. si qua illustris. C. ad Officiarium, quod esset in casu nostro, quia p̄supponitur, quod ista Ioanna erat matrona, & persona honesta, & t̄ coitus cum persona honesta, vidua, vel virgine, incidit in nomen stupri, & punitur lege Iulia de adul. l. inter liberas, ff. de adul. Bar. in l. si adulteris cū incestu. eo tit. vnde filii non succedunt, vt etiam per Soc. in l. Gall. ff. quid si is, in fin. ff. de lib. & post. & sic ad hoc quod ille Petrus succedat matri, requiritur quod sit natus ex legitimo matrimonio. Et ista quæstio etiam utilis ad finem agendi ad recuperandum dotem conuentam in dicta scheda. Et sic fit absolutum primum quæsitum. Circa secundum quæsitum, an sit probatū sufficienter dictum Petrum fuisse filium naturalem & legitimum dictorū iugalium, casus est valde dubius. Et videretur dicendum quod non. Primò si consideramus dicta prioris testis subscripti in chirographo, ipse non videtur probare nisi de fama, quæ probatio famæ non est sufficiens, quia dato, quod haberet aliquos contestes in fama, nō tamen fama probata in casu nostro faceret semiplenam probationem, ex quo sumus in causa ardua, t̄ quia in causa filiationis, quæ dicitur grauis & p̄iudicialis qua agitur de statu hominis. l. placet. in fi. C. de ped. ind. & ff. p̄iudiciales. in fi. de acti. & t̄ in causis arduis fama nō probat semiplenē, vt dicitur canonicum in c. extra de appel. & supra dixi. Præterea nō bene probat famam, ex t̄ quo non deponit, quod publicè diceretur per ciuitatē à maiore parte populi, nec quod, audiuerit ab omnibus fide dignis, prout requiritur vt per Bartol. in l. de minore. ff. si ff. de quæst. Alex. cōf. 3. super processu. in iij. & cōf. 14. & cōf. 15. in 5. vol. cū concord. per Deciu cōf. 133. Secundo, quia non pro-

batur ista filiatione neque ab alio testa. Et hoc pluribus rationibus. Primò, quia deponit de fama, non plene deponit, & obstant supradicta. Secundo, quia non deponit de confessione matris, talis confessio t̄ non probat, quia facta absente parte, vnde non probat. l. certum. ff. si quis absente. ff. de confess. etiam de iure canonico vt est verior conclusio, quia etiam de iure canonico non queritur absenti nisi per certas personas, vt per Fel. post alios in proce. Greg. in glo. in verb. seruus. t̄ Tertio, quia dato, quod probaret, tamen confessio parentura non probat filiationem. vt not. in l. fin. ff. de prob. & tex. in l. neque professio. C. de testam. & Salicet. in l. i. in prin. de testi. Quarto, quia iste testis dicit, quod confitebatur Petrum esse filium suum, sed non specificat, nunquid intelligeret de isto Petro, vnde non probat de isto, vt per Bar. & Doct. in l. inter stipulantem. ff. si Stichum. in fi. ff. de verb. obli. Sed his non obstat in casu nostro, dico aliam partem esse de iure veriorē. Quod imò probetur filiatione: & consequenter Petrus debeat succedere in dote, & in bonis maternis. Et dico: t̄ quod probatur filiatione ex duobus capitibus. Primò, quia vnus testis deponit de confessione materna extra iudiciali pluries repetita: quo casu iste testis facit semiplenam probationem saltem in terris ecclesie, in quibus seruatur ius canonicum: de quo iure communis conclusio est: quod confessio absente parte plene probat, vt per glo. super verb. & per te. in c. quoties cordis oculus. i. q. 7. per Fel. in c. si cautio. vers. fallit. extra de fi. in fi. & idem tenet Cor. Perusinus cōf. 217. in 1. & in 2. & cōf. 219. in 3. & istud tanto magis procedit in casu nostro, in quo asseritur pluries fuisse geminata, quo casu indistincte probat, vt per Bar. in l. cum scimus. C. de argic. & cōf. lib. xi. & Fel. in d. c. si cautio, in vltima limitatione, & sic infertur, q̄ iste testis respectu istius confessionis facit semiplenam probationem. Alia semiplena probatio resultat ex dicto eiusdem testis, cum deponit de fama: & habet contestem alium chirographarium respectu famæ, quæ facit regulariter semiplenam: vt per Bar. in d. l. de minore. ff. si. & sic debent iūgi, vt plene probet, vt per Bal. in l. Soc. in d. l. Gallus. dicit. ff. ille casus, & sic existo primo capite resultat plena probatio. Ex alio quoq; capite probatur intentio istius filij agentis: dum ambo testes deponunt, q̄ ista mater eum tenebat, & reputabat pro filio suo legitimo: & naturali ex se & Imberto marito suo: & q̄ ita tenebatur palam publicè, & c. nam licet iste attestaciones non probet veram filiationē, probant tamen quasi possessionem filiationis: & incubunt onus probandi contrarium parti aduersæ, alius filius debet obtinere: vt dicit Bar. in l. q. senatus. ff. de lib. agn. Iacob. Butr. in l. quidam. ff. de prob. & per Alex. cōf. 51. viso & discussio processu. in 2. vol. Fel. in cap. per tuas, extra de probat. Et ista pars tenedo. Non obstat allegata in contrariū. Et primo non obstat q̄ probatio famæ non est sufficiens, ex quo sumus in causis arduis. & c. Nam dico: quod quamuis causa filiationis sit ardua, tamen admittitur probatio famæ specialiratione: quia probatio filiationis est valde difficilis. l. Lucius. ff. de condi. & demonstr. per Bar. in l. i. C. quor. bon. vnde admittitur probatio per famam, & licet sola fama nō sufficiat: secundū Sal. in d. l. si ff. de testi. tamen facit semiplenam probationē, vnde debet cōiungi cū alia semiplena vt supra dixi. Itē fama in isto casu probat in effectu, licet nō principaliter: quia t̄ per famam filius constituitur in quasi possessione, & transfert onus probandi in aliu: vt dicit Alex. in d. cōf. 52. allegat Bar. in d. l. de minore. Secundo nō obstat q̄ testes deponunt non bene de fama, ex quo non deponunt, quod audiuerint à personis fide dignis, nec à maiori parte vicinie, & c. Quia ex quo deponunt ita esse fama publica p̄cedente palam, publicè, notoriè, & c. satis ostendit p̄sumptiue, quod audiuerint à fide dignis, quia t̄ p̄sumptio est, quod inter tot homines

per quos

per quos fama constituitur, sint multi fide digni & honesti, vt dicit Bal. in l. ea quidem. C. de accusatio. resert & sequitur Are. cōf. 73. & t̄ sufficit, quod dictū testis concludat p̄sumptiue, vt per Bar. in. ff. si cert. petat. Item istud tanto magis procedit in casu nostro. in quo est verisimilis coniectura, super quam fundatur ista fama, videlicet illud chirographum, per quod probantur sponsalia, & assidua cohabitatio & conuersatio, vnde tali casu res adhuc fit clarior, vt ibi per Aret. Tertio non obstat, quod confessio matris non probat verā filiationem: quia istud est verum ratione ratione, sed ratio est in quasi possessione quod factis est in casu nostro, nisi pars aduersa probet contrarium, vt per Alex. d. cōf. 1. & Ias. in d. l. neque professio. Item posset forte attentari, quod imò esset etiam probata filiatione respectu proprietatis: quia dato, quod probetur matrimonium saltem p̄sumptum inter dictum Imbertum & Ioannam: & Ioanna tractauerit, & habuerit hunc in filium, certè t̄ lex p̄sumit, quod habuerit, ex marito. l. miles. ff. de iust. ff. ad leg. Iul. de adul. Bal. in l. filium eum definimus. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Pau. de Cast. cōf. 75. super i. videtur. Andr. Sic. cōf. 27. in 1. & cōf. 58. in 2. cum si. Quarto non obstat, quod t̄ confessio absente parte non probat, nec coniungitur, vt supra dixi: Quia istud est verum de iure ciuili, sed de iure canonico est secus, vt supra dixi, alle. Fel. d. cap. si cautio. & Corn. in tribus consilijs. Nec obstat dicta per eundem Fel. in prob. Greg. quia ibi loquitur, quoad acquisitionem: quia etiā de iure canonico alteri per alium absenti non queritur, sed secus est in confessione, quæ detegit rem iam in esse deductam: & est fauorabilior, quia tendit ad probandum, & t̄ publicè interest ne probationes coangustentur. l. eurent. ff. de testib. Bald. in l. spadonem, ff. qui iura multa. ff. de exc. tut. Item in acquirendo cessat æquitas iuris canonici. In confessione enim quis tenetur illi stare, quia aliàs sequeretur peccatum, quia fuisset mendax, quod non est in acquirendo. Quinto non obstat, quod ille testis non specificet, se intelligere de isto Petro, & c. Quia potest dici, quod p̄sumatur de eodem, quia pluralitas non p̄sumitur, de quo in l. omnium. C. de testa. c. in p̄fektia de proba. & firmat Bal. cōf. 68. i. ci. cū appareat in 4. dictum Bar. est verum ad cautelam, de qua per Ang. in tract. maleficiorum in verb. Gaium Sempronij, vel melius debet iste testis ad tollendū omnes difficultates, specificare, quod intelligebat de isto Petro. Præterea ista obiecta tolluntur alia ratione: quia (vt dixi) satis est probasse, quod iste Petrus reputabatur ab eis & publicè ab omnibus agnoscentibus eum, tanquam filius: nam ista probatio quasi possessionis est sufficiens ad obtinendam victoriā, vt dixi, & per Fel. in d. ca. per tuas. de proba. Præpo. in c. transmissæ, extra qui fil. sint leg. Sed adhuc remanet vna difficultas, quia supra feci fundamentum in matrimonio p̄sumpto propter copulam, quæ dicitur esse secuta sponsalia iuxta c. is qui fidem. de spons. & tamen nihil concludenter probatum est de ista copula. Sed respondeo, quod cum iste Petrus agar ad bona materna, & consequenter matrimonium incidenter probare vellet, satis est, t̄ quod probet se habitum, & tractatum ab eis, scilicet Imberto & Ioanna, pro filio legitimo & naturali, vt dicit Alex. in d. cōf. 51. ver. & sufficeret, & per Ang. in l. non ignorat. C. qui accus. non pos. & dictum Imbertum & Ioannā habitos, & reputatos pro viro, & vxore secundum formam traditam per Bar. in d. l. filium eum de finimus. ff. de his qui sunt sui vel alie iuris, & hoc modo filius obtinebit tam dotem, quam bona materna, cum t̄ matri sit proximior hæres ab intestato, lege. i. C. ad Offic. cum similibus. Et hæc omnia saluo, semper retineo iudicio.

CONSILII VII. SVMMAE.

1. Emphyteosis ecclesiastica facta seruatis seruandis transit in

in quolibet extraneos hæredes. Emphyteosis ecclesia non transit in legitimatos, & quare. Argumentum à feudo ad emphyteosim valet. Ecclesia submouet bastardos ab hominibus, tanquam infames. Ecclesia non intelligitur sensisse de fidei reprobatas. Doctorum dicta debent intelligi secundum legem quam allegant. Legitimatus non est amplius turpis persona & dicitur carere omni macula. Legitimato possunt conferri omnes dignitates. Legitimatus non laborat aliqua infamia iuris vel facti. Ius franchandi transit in singularem successorem. Exceptio hæc tua non interest, repellit agentem à limite iudicij & quomodo probatur huiusmodi exceptio. Ex diuersis non infertur. Differentia assignatio inter canonis solutionem inuistitiam. Inuestitura est contractus qui consensu perficitur. In dubio pro possessore pronuntiamur. Qui alieno vitio laborat misericordia dignus est.

VI A quanto diffusè per præstantissimos Doctores allegatum est in hac cā, ero ego tanto breuior, diligenter se perpensa, videtur mihi d. Bernardinū Terzagum legitimatum absolutè esse à petitis trib. principalibus. Primum est, quod ista t̄ emphyteusis ecclesiastica, cum facta sit seruatis solēnitatibus, quæ in alienatione necessariè sunt, transit in quoslibet extraneos hæredes secundum Alex. in l. etiā. ff. sol. matr. Dec. post alios in c. in p̄fektia. de prob. cū concordant. per Curt. Ius. cōf. 4. in prin. in parte. Gozad. cōf. 86. & consequenter debet et transire in istum legitimatum: quia de tali emphyteusi iudicamus esse de cæteris patrimonialibus, vt dicit Petr. c. Anchar. cōf. 125. & 127. in vlt. dub. & quod talis emphyteusis trāseat et in legitimatos, firmat Mathæus de Afflic. in decisionib. cōf. Neapolitani num. 386. vbi dicit quod ita vidit iudicatum in consilio Regis Ferdinandī primī, & sic à limitatur illa conclusio quæ habet quod emphyteusis ecclesie non transit in legitimatos: & proprie loquitur p̄fatus doct. in emphyteusi concessa pro se, hæredibus, & successoribus. put est nostra. Et memini cum Dec. hic Papię allegasset in contrarium, quod vicarius episcopi Papiensis contra eum pronuntiauit, quam allegationem posuit Dec. in cōf. 71. & cum à scholasticis hoc noie subirrideret, respōdit quod & in principio & sine illius consilijerat protestatus, quod ea nō scribebat: quia ita sentiret, sed solum vt diligentius veritas inquiri posset. Et istud etiam sentit Bal. quamuis allegetur in contrarium in c. quæ in ecclesiarum, extra de const. vbi concludit, nunquid emphyteusis ecclesie trāseat in legitimatos, inspiciendas esse coniecturas, arg. l. hæredibus. ff. filius. ad Treb. vt si emphyteusis sit concessa militi, cui sit pudoris habere tales filios nō veniant legitima, idem si emphyteusis concessa sit dignitas, vel in priuilegium, alias secus. Et idē etiā sentit Bal. in l. generaliter. ff. cū aut. C. de in fi. t̄ argumentado de feudo ad emphyteusim, quia feudum est beneficium & honor, & t̄ ecclesia summoet ab honoribus bastardos, tanquam infames, vt no. Azo. in sum. de infamis. ff. diuidetur, nec t̄ intelligitur ecclesia sentire de filiis probatis. l. Lucius. ff. de leg. 2. quia non sunt legitime nati. c. noruit. extra de elect. que alleg. Bal. non potest intelligi, nisi in emphyteusis concessa tāquam in priuilegium & honorem, quia dicit. D. d. dēt intelligi secundum legem, quam all. vt inquit Bar. in l. non solum. ff. 2. de li. leg. Dec. cōf. 189. doc. autem in c. innotuit, distingunt, quod aut loquimur in dignitatis, & ecclesia reuicit tales, aut verò in aliis actibus. promissibus, & tunc secus. c. i. vers. nisi aut monachi. c. si de fil. presb. in atiq. & dictū Azo. in cū. de in fa. per eum allegatū, loquitur in spurio non legitimo, secus si esset legitimus, vt inquit idem Bal. in cōf. 146. in 1. vol. t̄ quia talis non est amplius turpis persona, & dicitur carere omni macula. C. de nupt. & idē Bal. cōf. 3. in 5. vol. &

idē tenet Lancel. Galiula. in l. Gallus. §. & quid si tātum. ff. de lib. & posth. quia si tali possunt conferri omnes dignitates. per venerabilem, extrā qui fil. sint leg. ergo non est turpis persona, si neclaborat infamia aliqua siue iuris, siue facti. l. 2. C. de dignita. lib. r. c. infamis. de reg. iur. in c. & ibi reprobat opin. Alex. qui in discursu sermonis in quodam consilio dixerat oppositum. Et cum doct. tenentes legitimatum excludi omnem in tantum istis duabus auctoritatibus Bald. debent intelligi, prout Bald. ipse loquitur, quando emphyteusis est concessa in privilegium, puta vsque ad tertiam generationem vel pro filiis masculis tantum, vel in similibus casibus, & ita proprie loquitur Alex. consil. 94. & consil. 120. vol. 1. & ita etiam intelligitur quod not. Ancl. consil. 241. Imo. in l. quod dicitur, de verb. obl. l. 1. l. 2. versic. 20. quāro. C. de iur. emphy. & nemo istorum doct. est qui expresse loquatur de emphyteusi, quā in extraneos transire possit, & ideo debent intelligi secundum supra scriptam distinctionem. Secundum principale fundamentum est, quia in instrumento emphyteutico est pactum liberandi dicta bona per contrahendum Florenorum 37. in perpetuum. Vnde etiam posito, quod talis emphyteusis nō transiret in legitimatos, quōd tamen est falsum, vt supra dixi, facultas tamen cōpetens ex dicto pacto, debet posse in eum transire, quia si ius francandi etiam in singularem successorem transire potest, multo magis in hunc hæredē scriptū à patre in testamento, secundum Paul. de C. si in consil. 1. in 2. vel. in nouiss. & quod notat Bartol. in l. si stipulatus fuero illud, aut illud, per illum text. ff. de verb. obligat. & per doct. in l. §. si. ff. de ope. no. nun. & in l. ad officium. C. commun. diuid. cessat enim hoc casu ratio, quōd ecclesia nolit habere spurium in emphyteutam, quia, dato illi contrahendo non habebit, sicut dicimus de emphyteuta, qui instituit clericum, quem dominus non tenetur agnoscere tanquam potentior potest, tamen clericus vendere ius illud alicui, qui non sit de personis prohibitis ab inuestitura, arg. l. murileguli, vbi Bartol. C. de murileg. lib. 11. & c. 1. §. praterea, de pro. seu. alien. per Fed. Alexand. consil. 120. in prin. ver. potest. la. in l. fin. C. de iur. emph. Tertium principale fundamentum est, quia iste actor videtur excludendus exceptione, tua non interest, si quæ quidem repellit agentem à limine iudicij. l. nō ignorat. C. qui accu. non poss. l. posth. §. si. quis exiis. ff. de inof. test. c. super iis. vbi Feli. post alios, extrā de accu. quōd autem non interit agentis, probatur hoc modo, quia in emphyteusi concessa plurimis fratribus copulatiuè, non est locus iuri accrescendi. l. fundus ille. ff. de contrah. emp. c. 1. de benef. fra. c. 1. de duobus fratrib. in vbi. feud. & per Bar. in l. si mihi, & Titio. ff. de verb. obl. & ita tenent omnes, nisi quando tractaretur de iure nō de crecendi, vt quia emphyteusis cuiilibet in solidum fuisse data. d. c. 1. de benef. fra. & c. 1. de fra. de no. benef. inuest. vbi doct. & per Iaf. in d. l. si mihi, & Titio. Dec. consil. 316. quod non est factum in casu nostro, merito non interest ipsius agentis. Nec obstat quōd quilibet in solidum se obligauerit ad solutionem canonis: quia non ideo sequitur, quōd quilibet sit in solidum inuestitus. Quia aliud est solutio canonis, aliud inuestitura, & si ideo ex diuersis non inferitur. l. Pappinianus de min. §. Sicut videmus in l. si duo. ff. de spons. in fi. vbi solutio fit in solidum, & tamen obligatio est pro parte, & quod no. Bar. in l. rem hæreditariam. ff. de euc. Facit quia pactum concernens solutionem, censetur quid diuersum à pacto promissionis, seu obligationis. l. si debitorem. ff. de noua. l. Stichus si hæredi. ff. de statuliberis. Sicut & pactum quod quis Romæ soluat, ab eo plurimum differt, quod Romæ possit conueniri, secundum Bart. in l. pe. C. de pact. Et multum refert, an fideiusor plus promittat respectu obligationis principalis, an respectu solutionis, seu exactionis. l. & si fideiusor. ff. de iudic. Imol. l. hi qui. ff. de fideiuss.

Et speciatius in casu nostro facit, quia si inuestitura in solidum est contractus, qui consensu perficitur. in solidum quia vnus pro alio videtur fideiubere, in contractu, qui verbis constat vt inst. de verb. oblig. l. blanditus. C. de fideiuss. Et apparet manifeste discretia. Et debet præstantissimus iudex in re dubia inclinari in hanc partem, tum quia in dubio pronuntiandum est pro possessore. §. commodum. inst. de interd. & pro reo ad liberandum. l. Arrianus de act. & obl. l. fauorabilior es, de reg. iur. & quia in diuisionibus antecessores actoris habuerunt tot bona libera, & patri istius dederunt emphyteutica cum amplissima facultate disponendi, secundum doc. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. quæst. ff. de verb. oblig. & pro dubio hoc euentu, in compensationem nihil ei dederunt. Vnde æquitas dicitur, vt ipsi amplius non moueant controuersiam, l. si. §. si. C. comm. de se. & quod not. Alex. d. §. duo fratres. in l. q. Bar. post Guid. de Suza. in l. si. familiæ. C. fa. ercisc. tum etiam quia laborat iste alieno vitio, vnde misericordia dignus, vt dicit tex. in l. si. C. de nat. li. & quōd ad patrem attinet semper est incertus, vt est in carmine Homerico, & not. in l. fin. C. de pact. & ex iis concludo, partes domini iudicis esse in absoluendo hunc reum à peritis. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. VIII. SVMMÆ

- 1 Vsurā committitur, quando quis de pecunia certū redditū capit
- 2 Testator, si relinquat quingentos aureos, & donec soluantur quadraginta singulis annis, illa quadraginta non debentur tanquam pro vsura præsentur.
- 3 Vsuræ generaliter sunt prohibite.
- 4 Interesse est incertum & vanum.
- 5 Vbi lex sub nomine interesse permittit vsuras capi, non est permittum à principio conuenire de certa quantitate pro interesse, quia non sequitur quōd tantum interest, quantum promissum est nec statuit assertioni factæ in instrumento de tali interesse tanquam suspecto de labe vsuraria.
- 6 Chirographum intelligi debet secundum obligationem præcedentem.
- 7 L. ij §. si. de auro & argen. leg. variè restringi.
- 8 Annua promissio ob mortem an vsuraria sit, obseruatio.
- 9 Lucrum honestum inter mercatores est octo pro centes nario.
- 10 Anaticismum quid.
- 11 Quis potest licite capere interesse taxatū, si in veritate subsistit, licet aliter non probetur.

In presenti casu dubitationem contra d. Diamantem facit: quia promissio soluenda centum decem aureos pro fructibus ducatorum duorum millium rei relictorum, pro dote facta per O dofredos patruos, non videtur de matre esse valida, tanquam nō careat vitio vsurariæ prauitatis, si quod committitur, quoties de pecunia aliquis certum redditum capit. c. plerique 14. q. 3. c. super eo. de vsur. & istud est quod in simili sentit Bar. in l. 3. §. si ff. de ann. leg. vbi si si testator alicui relinquat quingentos aureos, & donec soluantur, quadraginta singulis annis, concludit illa quadraginta non deberi tanquam pro vsura præsentur, & sequitur Iacobus de Put. & Lancel. Dec. ibi, & Iaf. in l. 1. C. de his, quæ pœn. nou. & in l. cunctos populos. C. de sum. itri. & si. cath. & secundum hanc opinionem vulgo consultiuū erat per multos Mod. vt per Aret. consil. 151. in ep. viso themate. versic. pro ista conclusione, num. 2. Bar. consil. 66. in 2. Alex. consil. 27. in 4. vol. & consil. 74. in 5. volum. Confirmatur hæc opinio, quia talis pecunia non potest deberi iuri sub prætextu interesse: cum si vsuræ generaliter sint prohibite, sed si interesse est incertum & vanum: vnde cum promissio sit certa centum & decem aureorum, apparet eam ad vsuras pertinere secundum distinctionem lo. And. in c. salubriter, extrā de vsu, quam communiter videntur sequi doct. vt per

Dec. in c. cū venerabilis, de excep. & cōf. 119. Soc. consil. 88. in 4. vnde generaliter tradunt doct. quod si vbi lex sub nomine interesse, permittit vsuras capi, non est permittum à principio conuenire de certa quantitate pro interesse: quia non sequitur, quod tantum inter sit quantum est: nec statuit assertioni factæ in instrumento de tali interesse tanquam suspecto de labe vsuraria, vt per Dec. in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod inter. Soc. consil. 39. in 6. in 119. 122. cum cōcord. Sed his tamen non obstantibus, dico contrarium in casu nostro esse verius, & præmitto verba testamenti, per quæ apparet legasse testatorem huic filiarum ducatos duo mille auri dandos & soluendos eidem in bonis & hæreditate testatoris & subiicit mandans ipse testator, quōd de introitibus interim percipiendis ex dictis ducatis: vsupra soluendis in bonis, & hæreditate, & c. quibus verbis apparet non simpliciter pecuniam, sed bona ipsa hæreditaria esse in obligatione, & ideo datione bonorum in solutum liberarentur hæredes, per doct. Bar. in l. si quis stipulatus sit decem in melle. ff. de sol. versic. poneremus, & facit tex. in l. si quis argentum. in princ. & in §. si. autem donator. C. de do. & quōd ibi Bal. not. & Iaf. in l. 2. §. 1. ff. si. cer. pe. & tradunt Mos. Picus, & Ripa in rep. l. re coniuncti, in 2. q. Bar. in l. ff. de leg. 3. cum ergo istud legatum simpliciter non esset soluendum in pecunia, sed in bonis prout iussit testator, merito potuit annuos proventus obligare, & non dicitur vsura, sed fructus seu introitus prout appellauit testator: prout in simili est text. in l. his verbis. §. pe. & §. si. ff. de leg. 3. & cum verba testatoris sint clara, non est querendus nodus in circo & chirographum hæredū intelligit secundum obligationem præcedentem. l. si legati. §. 1. l. fluminū. §. viciam. l. si ædibus: ff. de dā. in se & quia chirographum est factum in fauorem ipsius Diamantis: vnde non potest operari contrarium. l. quod fauorem. C. de legib. nec tali chirographo censetur hæredes liberati à prima obligatione, qua tenebantur ex testamento. l. fin. C. de nouat. merito ergo concludendum est teneri eos ad dictam annuam pecuniam, quæ non pro vsura, sed loco fructuum debetur, prout etiam tenui hoc anno in l. nemo potest. de lega. 1. vbi doct. Bar. in d. l. 3. §. si. de ann. leg. limitauit non procedere hoc casu, & ita etiam nunc sentio. Non obstant ergo allegata in contrarium, & in primis quod ista annua pecunia censetur vsura. §. d. l. 3. in fi. respondeo pluribus modis. Primo non procedere, quādo legatum est de pecunia ex bonis soluenda, vt supra dixi. Secundo respondet eo non procedere, quando testator dixisset se relinquere singulis annis pro introitu seu pro fructu dicti legati: apparet enim non esse vsuram sed potius legatum annuum, secundum Soc. in l. 2. ff. de his, quæ pœn. nom. vbi dicit se ita consuluisse cum domino Ioann. Bap. de S. Senerino, & tandem Romæ obtinuisse contrarium. Aret. supra allegatum nu. 151. & hanc opi. etiam tenet Hier. Cagno. in rep. l. curabit. C. de act. emp. & similem distinctionem facit Alex. in l. in insulam. §. vsuras. in fi. ff. sol. matr. vbi in si promissione certæ pecunie annuæ quæ propter retardatam solutionem donis debeatur, distinguit, an dictum sit pro vsuris & non valet, an verò simpliciter, vel pro fructibus, & concludit valere: de quo per eum. Tertio responderetur, quod cum ista Diamantis esset minor, & patruū grauati, a testatore ad hoc faciendum, etiam si legatum fuisset simpliciter pecuniæ, tamen tenebantur eas pecunias conuertere ad aliquod honestū lucrum, maxime cum ipsi essent mercatores, per doct. Barto. in l. tutor qui repertorium. §. si post depositionem. ff. de admi. tut. per Lud. Rom. consil. 137. Soc. consil. 2. lib. 2. Dec. consil. 178. cum similibus, & si honestū lucrum inter mercatores est octo in centenarium id est vsque ad bessem centesimæ, secundum l. eos. C. de vsuris. versic. illos verò, & ita etiam ferè vbi que per

statuta est cautum. Vnde isti non possunt conuenire, qui etiam minus lucrum præstant, id est ad rationem quinque cum dimidio, & putarim debere eos præstare etiā si anaticismum, id est lucrum iuxta formam chirographi, cum etiam dictum lucrum tenebantur perere ad utilitatem minoris. d. §. si post depositionem, licet aliud sit in vsuris vsurarū. d. l. fin. C. de vsur. l. si. C. de vsur. rei iud. Non obstat vltimo quod dicebatur, promissione interesse factam à principio cū expressione certæ summe censi vsurariam, vt per Io. And. in d. c. salubriter, quia hoc tollitur supradictis rationibus, quibus apparet nullam vsuram esse hoc casu. Præterea prædicta conclusio non procedit quando verifimiliter fructus ascenderent ad summam illam taxatam, secundū Dec. in d. c. cum venerabilis, & in consil. 3. & idem etiam tenuit Bal. nouel. in tracta. dot. in 3. speciali privilegio, & procedit hoc etiam in foro cōscientiæ: quia si potest licite quis capere interesse taxatum si in veritate subsistit, licet aliter non probetur: de quo per Feli. in c. 6. versic. fallit, extrā de consil. & per Mod. Taurinenses in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. per. Et ita teneo, saluo semper saniori iudicio.

CONSILII IX. SVMMÆ.

- 1 Alienatio in habili nulla.
- 2 Episcopus non potest præstare consensum ecclesie siue vnā cum cap. alienanti.
- 3 Quis in facto suo non potest esse auctorari.
- 4 Oeconomus nō potest consentire ecclesie alienanti in utilitatem suam.
- 5 Lex non habet prælatum cum cap. pro integritate personis ad alienandum: quia de facili possent defraudare ecclesiam.
- 6 Consul in adoptione vel emancipatione interponit decretum non in vim auctoritatis, sed in vim iurisdictionis.
- 7 Patria potestas à iure publico introducta est, ideo non potest per priuatum consensum dari nec adimi.
- 8 Iudex donans vel acceptans potest ipsemet recipere in suauationem.
- 9 In insinuatione non interuenit auctoritas iudicis, sed factis est simplex scientia & descriptio apud acta.
- 10 Episcopus quando interuenit cum cap. tanquam Canonicius potest appellari ad eum tanquam Episcopum.
- 11 Emphyteosis contrahendo, non pecunia eximit.
- 12 Pecunia deposita arguit potius venditionem quam permutacionem.
- 13 Quoties prohibitio alienationis fit, ne quis dissipet, licet censetur prohibita venditio, tamen concessa est permutatio.
- 14 Decretum quod interuenit in alienatione, facit præsumi omnia necessaria interuenisse.
- 15 Præsumptio, quod per decretum interuenit in alienatione omnia necessaria interuenisse videantur, recipit probatorem in contrarium.
- 16 Quando contractus sit ex necessitate non sunt necessarie solemnitates alias requisitæ.
- 17 Spiritus non potest succedere in emphyteosi ecclesiastica.
- 18 Ad hoc vt quis dicatur legitimus oportet quod ex matrimonio natus sit.
- 19 Matrimonium est facti, vnde non præsumitur.
- 20 In executione litis contra tutorem sit executio, vel contra eum qui se obtulit liti.
- 21 L. ad probationem locati sensus.
- 22 Verba enuntiativa inter partes contrahentes probant in eorum præiudicium.
- 23 Si enuntiatum sit de re quæ pædet à libera voluntate cōstituta tunc indistincte, siue principaliter, siue incidenter agatur, talia verba probant in eius præiudicium.
- 24 Probatio concludens contra testatorem, concludit etiam contra hæredem.

VERITAS præsentis dubitationis clarissimè demonstrat potest: Nam pro mortisterio sunt duo vrgentia fundamenta: circa quorum veritatem erit insistendum

1. mum est, qui in ista alienatione huius directi dominij, frater primus tanquam prepositus vna cum monasterio interuenit, & idem tanquam vicarius generalis ordinis habens episcopalia iura prestitit auctoritatem, quod minimè icuit: vnde alienatio est nulla, sicut in casu fortiori dicitur in episcopo, qui non potest prestare consensum ecclesie sue vna cum c. alienanti. clem. 2. in fi. de reb. eccl. non alien. & ratio est, quia talis consensus prestat in modum auctoritatis, vnde in facto suo non potest auctorari. l. ff. de auct. tut. vbi Alex. in apost. ad Bart. hoc tenet Imo. Alex. in l. i. ff. fuit questum. ff. ad Trebellia: vbi præcisè assignant istam rationem ad d. cle. 2. idem etiã tenet Abbas in c. 1. vt eccl. benefic. in c. cum in veteri. de elect. Soc. consil. 23. in 4. lib. & idem videmus etiã in economo, qui non potest consentire ecclesie alienanti in vtilitatem suã. §. economis. vbi Ang. in auth. de alie. & emph. & ratio rationis est, quia iste consensus requiritur: quia lex nõ habuit prelatum cum c. pro integris personis ad alienandum quia de facili possent defraudare ecclesiam. Vnde voluit eas personas integrari per consensu episcopi, vel superioris habentis iura episcopalia, vt sentit Alex. in apost. illa magna, circa medium in d. l. 1. & Abb. in preallegatis locis, & ideo talis consensus proprie dicitur auctoritas, vt declarat etiã Ant. in c. consuetudinis, de consuet. & Soc. in prealleg. consil. Sed vbi episcopus auctoraretur in facto proprio, militat ratio suspicionis. vnde integritas personæ non suppletur. Et ex ista ratione apparet ea, quæ in contrarium adducuntur non obstat. Non obstat. l. si. consil. ff. de adop. quia 6. ¶ consul in adoptione vel emancipatione interponit decretum, non in vim auctoritatis, qui est casus noster sed in vim iurisdictionis: quia patria potestas, cū sit introducta iure publico, instituit de patria potesta. in prin. non potest per priuatum consensum dari nec adimi, & ideo opus est iudicis decreto, q. decretum non supplet personam filij: quod apparet, quia necessarium est, etiã si filius esset maior & maximæ prudentiæ, vt in simili dicitur Imol. Rom. & Alex. in d. f. fuit questum, vnde cum non requiritur in vim auctoritatis, sed iure simplicis iurisdictionis, meritiò in tali casu potest quis sustinere duas personas, quod non est in casu nostro, in quo (vt dixi) decretum seu consensus requiritur in vim auctoritatis, & quod d. l. si. consil. non procedat hoc casu, etiã sentit ibi Bar. in q. de tabellione, dum allegat. d. l. 1. de auct. tut. Non obstat quod iudex donans, vel acceptans potest ipsemet recipere insinuationem, vt videtur etiã magis communis opi. in d. si. consil. & per Alex. consil. 157. viso instrumento donationis. in 2. lib. quia & scilicet tollitur eadè ratione, non enim in insinuatione interuenit auctoritas, sed satis est simplex scientia, & descriptio apud acta: vt declarat Io. de Im. in repet. c. cum contingat, extra de iure iur. & eodem modo tolluntur multa, similia quæ adducuntur. Non obstat tex. in c. collatione, cum glo. de appel. in 6. vbi ¶ quando episcopus interuenit cum c. tanquam canonicus potest appellari ad eum tanquam episcopum, & sic episcopus sustinet in illo casu duas personas: sicut etiã archiepiscopus quando est legatus pape in prouincia, de quo per Rot. de c. 13. & Gemin. in d. c. Nam respondetur, ex hoc probari, quod quis potest sustinere duas personas: nec nos hoc negamus secundū distinct. Bar. d. l. si. consil. sed dicimus, quod hoc dato, non tamen potest auctorari in facto proprio. d. cle. 2. sicut nec ille, q. vnicam tantum personam sustinere possit, d. l. 1. de si episc. auctoraretur in alienatione eccl. inferioris, tunc quia in eo casu non ageretur de aliqua vtilitate ipsius. & ita procedit quod no. Gemin. & Pet. de Anch. in d. cle. 2. Secundum principale fundamentum: quia ex forma instrumenti emphyteutici, non poterat emphyteuta se liberare, nisi quando contracambium æquiualens, quod non est factum in casu nostro, in quo solum fuit facta depositio certarū pecuniarū, certè ex tali depositio

est dicendum, quod emphyteuta potuerit liberari: quia per depositionem pecuniæ non dicitur datum contra cambium, ex quo pecunia arguit potius venditionem quam permutationem, & in ista materia appellatione venditionis non prouenit permutatio, nec conuersio: vt est rex. vbi omnes no. in c. 1. de his quæ sunt a prel. & diuersa est ratio inter istos casus, consultius enim est ecclesiam habere contra cambium quam pecunia: quia pecunia facilius dissipari potest, vnde ¶ quoties prohibitio alienationis fit, ne quis dissipet, licet cõseatur prohibita venditio, tamen concessa est permutatio. l. si. ff. de iure dot. per las. in l. 1. ff. de rer. permut. l. si. c. de fac. sanct. eccl. cum sim. non ergo in ista materia paria sunt dare contracambium, vel deponere pretiū. Confirmatur etiã ratione euidenti, nam si datum fuisset contra cambium ex illis bonis, ecclesia percepisset suos redditus, sed cum facta sit pecuniæ depositio, ex ea redditus nullus interim colligitur, & hinc deprehenditur quod non suberat vtilitas, neque necessitas ecclesie per quam deberet permitti alienatio: cum enim sint multi anni, quod istæ pecuniæ sunt depositæ, apparet non sub fuisse aliquam causam alienationis. vnde non est vera allegatio dū dicitur ex istis pecuniis, fuisse empta bona de Pobigo, quia imò fuerunt empta de aliis pecuniis, istæ enim adhuc sunt in deposito, vt apparet ex instrum. entis in causa productis per ipsum Bernadigiū: & ex ista ratione tolluntur argumenta quæ in contrarium adducuntur. Non obstat igitur, quod cum interuenerit ¶ decretum in ista alienatione videatur esse presumendum omnia necessaria interuuisse. l. ab ea ff. de prob. Abb. consil. 42. in 1. Alex. consil. 85. in 2. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. quia respondetur decretum esse nullum: quia in effectu est auctoritas interposita in facto proprio, quod fieri non potuit: vt supra dixi. Secundo respondetur, quod talis ¶ præsumptio recipit probationem in contrarium. c. 1. de reb. eccl. non alie. in 6. & ibi g. in verbo, tenues, & expressè Pe. de Anch. ibi. & Fel. in c. quoniam contra. de prob. hic aut apparet expressè de contrario. cum enim pecuniæ adhuc sint depositæ ostenditur nec necessitatem nec vtilitatem aliquam affuisse, cur alienatio deberet fieri: meritiò igitur est ipso iure nulla. secundum tex. in c. nulli, de reb. eccl. non alien. & extra nagan. Pau. cum sim. Non obstat, quod ista alienatio videatur facta ex causa necessaria propter pactum: vnde ¶ quando contractus fit ex necessitate, non sunt necessariae solennitates aliæ requiritæ: vt per Bald. post Gulie. de Cun. in auth. si qua mulier. C. de sacro. eccl. l. ap. alleg. 26. Fel. c. in præfata. vers. 3. scias. de prob. Marti. sing. 132. in alienatione. Nam respondetur quod si iste emphyteuta obtulisset contracambium idoneum secundum formam pacti posset augmentum istud militare, sed non fuit hoc factum, verum deposita ipsa pecunia quam depositionem necessariò eccl. non tenebatur acceptare: vt supra ostendi, debuit enim pactum illud formaliter adimpleri. vt in simili per Alex. consil. 4. in 3. Non obstat, quod etiã alienatio non teneat, & sic dicta bona adhuc sint emphyteutica, tamen in eis debet iste minor admitti, non autem eccl. quia respondeo, quod iste minor est ¶ spiritus vnde non potest succedere in emphyteusi ecclesiastica: vt habetur late per las. in l. generaliter. §. c. autē. C. de instit. & substit. per Dec. c. 1. 71. quod autem iste sit spiritus, præsumitur: nã ad hoc vt diceretur legitimus oporteret ¶ ex matrimonionatus esset, ¶ matrimonium autē est facti. ude nõ præsumitur. l. i. bello. §. facte. ff. de captiuis. meritiò ergo præsumitur spiritus vt innuit Bar. in c. si. 42. uia in quisiuōe. quæ refert, & sequitur Corn. c. 1. 71. incip. placet mihi in l. lib. Dec. in l. emancipati. C. de collat. nec obstat. q. d. Præpos. in rub. qui fil. sint legi. & c. lator. eo. tit. videatur sentire, quod imò filius in dubio præsumitur legitimus: quia istud procederet. qñ cõstaret de matrimonio, & esse natū ex illo muliere nupta alioquin vrias est præsumi spiritū, & ita intelligo quod

Bar. Veronen. in consil. 18. incipien. quis in dubio, & per doct. in l. Titia. ff. solut. matri. vbi tangunt, quando filius præsumatur in potestate: clarū enim est quod soli legitimi sunt in potestate: & hæc sunt vera quoad successiones, de qua materia nos loquimur: nam quoad electiones canonicas, quis debeat probare legitimitatem fuit magna controuersia apud antiquos, de qua per Io. Andr. in nouel. & Alber. de Ros. in regulis infamibus de reg. iur. in 6. Non obstant duo quæ obiciuntur ad processum, & primo quod videatur actum contra minorem in defensionem. l. pen. C. si aduers. rem iudic. quia non constat d. Gasparem esse tutorem, vnde nec procurator ab eo datus tenet, secundum Fel. in c. si. vers. c. 2. limita. de fin. Nam respondetur quod d. Gaspar comparuit in iudicio, & asseruit se tutorem, & suscepit iudicium: vnde valeret iudicium, & poterit ipse tutore nomine condemnari. l. non est ignotum. C. administra. tut. & si in executione nõ reperitur tutor, fiet executio ¶ contra eum, quia se obtulit. l. 4. in prin. vbi Bart. ff. de re iud. l. Plautius. ff. de procur. l. is qui se obtulit. cum l. seq. ff. de rei vend. l. qui soluti. ff. de petit. hæred. & facit. l. nouissimè. ff. quod fal. tu. auct.

¶ Non obstat, quod monasterium non videatur probasse intentionem suam, videlicet dominium directum in dictis bonis, ex quo istæ solutiones solum operantur ad probationem quasi possessionis, non autem quando de dominio principaliter agitur secundū Paul. Cass. in l. si. c. si. sed si queratur. ff. si seruitus vendic. Fel. in c. cum Ber. extra de re iud. nã respondeo, quod dictum illud posset esse verum, quando non essent productæ nisi simplices solutiones, sed in casu nostro constat etiã de recognitione, vnde satis probatur dominium, vt dicit Bar. in l. cum falsa. ver. quid si confiteor. C. de iur. & fact. igno. cum quo ibi transeunt doct. & Raph. Com. consil. 187. in fin. & idem late disputado concludit Guido Pap. in quaest. sua. 172. incipiente, vtrum dominus per. l. censualis. vbi Bal. de donat. & dicit, quod de tempore suo vidit ferri vltra centum sententias, secundum hanc opinionem idem tenet Bal. in l. si certis annis. C. de pact. allegando d. l. censualis, & in addit. Spec. in tit. de loca. & in l. 1. C. de fide iusso. argu. l. litibus. C. de argric. & consil. lib. xj. Bal. & Imo in l. cum tale. §. si. ff. de cond. & demonstr. Rom. consil. cxxvij. posito quod dominium. Pet. de Anch. c. si. de cau. poss. las. in l. 2. ver. sic. xvj. quæ ro. C. de iur. emphyt. Soc. consil. xj. in iij. Non obstat. l. ad probationem. C. loc. quia ille ¶ text. loquitur quado probatur de vero Dominio eius, qui cõduxit: aliàs, nõ probato dominio præsumeretur locator ipse dominus: vt dicit Alex. ibi in apostillis ad Bal. allegando Bart. in d. l. cu m falsa. & not. in l. optimam. C. de contrahen. & cõmit. stipu. vbi ¶ verba enuntiatia inter partes contractentes probant in earum præiudicium, etiã ad hoc propositum dicit Imo. in d. l. cum tale. & licet Anto. & alij. dicant, quod imò etiã tali casu non probat, quando principaliter disputatur super enuntiato per tex. in c. illud. de præsumpt. tamen est aduertendum, quia in istud dictū est sanè intelligendum in casu suo, videlicet in materia in qua tractatur & confessio plenè non sufficiant ad probationem iuris, sed solum probant quasi possessionem: vt est ad probandum aliquam vxorem: necessariū enim est in tali casu probare ipsū contractū, & verba de præfenti: quia solus tractatus non sufficiat, vt per Ci. Alber. de Ros. in l. nõ nudis. & ibi Bar. in 2. lect. C. de prob. Bal. in l. non ignorat. C. qui acc. non poss. cum conor. & hoc quia non sumus in materia dependente à libera voluntate partium sed ¶ si cõnuntiatum sit de re, quæ pender à liberat voluntate confitentis, tunc in distincte siue principaliter siue incidenter agatur, talia verba probant in eius præiudicium, & procedit d. l. optimam. & ita intelligitur & declaratur, quod no. Bart. in l. sciendum. ff. e d verb. oblig. & not. per doct. præsertim Bart. & Bald. in d. l. optimam, dum inferunt ad quæstionē. de qua in l. cū aliquis. C. de

malus: quia propter verba inducentia matrimonium, purgatur omnis culpa præcedens ca. tanta. qui fil. fiat leg. & facit text. in cap. ij. in fin. de consecr. diuin. iij. v- bi sequito sacramento, quod ex concupiscentia est fa- ctum aboletur, & quasi factum non sit, habetur, & est verisimilis præsumptio, quod potius sequuta sit copu- la, vt confirmaretur matrimonium, tum per regu. l. me- rito. ff. pro soc. tum etiam quia istud est favorabilius: vnde potius est attendendum. Bart. in l. cum seruus. ff. ad l. falcid. & hoc modo filii est magis consultum, quorum legitimationes respectu ipsorum, lex ample- ditur. l. ab Anastasio. C. de natural. libe. & etia sic tollitur scādalum. cap. lator. de iudic. Non obstat vltimum fun- damentum, quia illa verba, Promest, secundum consue- tudinem idiomatis Gallici intelliguntur de presenti: non de præterito, & huic consuetudini standum est. l. Labeo. ff. de supp. leg. & dato, quod etiam respiceret præteritum, & sic esset confessio, tamen adhuc probaret respectu filia absentis: per gloss. in cap. quorues cordis oculus. j. q. xxvij. & est communis conclusio, de æqui- tate canonica, vt per concord. per Felin. in d. c. si cautio. extrā de si. instr. & Mod. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. & Cor. consi. cxlij. in j. & consi. ccxv. in ij. & consi. ccxj. in iij. quicquid dixerit Alex. in d. consi. clij. nec Felin. in dicto procmio se corrigit, quoad hoc. Præ- terea non potest dici facta, parte absente, cum sit facta ipsi patri acceptanti, ad cuius officium pertinet, & cō- trahere sponsalia, & tradere nuptui filiam l. sed & ea. ff. de spons. l. iij. ff. de rit. nupt. Nec obstat si dicatur, quod non probatur, quod filia habuerit noticiam istius con- uentionis, quia respondeo, quod imò probatur, quia in facto asseritur, quod constat de mandato speciali facto ad abundantem cautelam per filiam patri, quo casu ces- sareet omnis difficultas, vt per doct. in l. tuæ, de spōs. Præ- terea licet regulariter ignorantia presumatur, tamen fallit in coniuncto, in his quæ verisimiliter solent con- iuncti scire. l. c. tui. ff. v. de cogn. l. de tutella. C. de in iu- teg. restit. min. Alexand. latē in l. j. §. si cert. pet. Solent autem filia scire, quando pater eas tradit nuptui, & ista scientia arguit consensum, dicta lege, in sponsalibus. in fi. eo. tit. vnde cum ista verba sint facta cum patre, absen- te filia important sponsalia, vt etiam facit in argumen. ca. j. de spons. libro. vj. & consequenter sequuta co- pula inducitur matrimonium d. c. is qui fidem, extrā de spons. & præsertim istud dicendum est in casu nostro, in quo publicè habeb. pro sua vxore arg. glo. in lege, si tutor, vbi Bal. C. qui per. tur. & publicè, peperit filios ex eo, & visitabatur ab omnibus, tamquam eius vxor. & portauit vestes funebres in morte patris mariti, & sic loceri sui, & est maxima æqualitas inter vtrumque quo casu etiam cessant multa dicta per Soc. consilio 28, vnde casus redditur clarissimus, & de æquitate, & de iu- re. Et sic concludo partes dict. iudicis in pronuntiandū dictam Ioannam bonam vxorē legitimam ipsius Alex- and. Et hæc omnia saluo semper meliore iudicio.

CONSILII XIII. SVMMAE.

- 1. Ecclesiam ex causa etiam de non versis in eius vilitatem te- neri.
2. Prelatus cum c. delinquendo ecclesiam obligat, & quare.
3. Successor in prelatura obligatur ad solutionem debiti prelati defuncti.
4. Commenda conceditur, propter vilitatem vel necessitatem ecclesie.
5. Commenda quandoque concedi solet magnis personis pro conseruando statu suo.
6. Commendatarius cui concessa est commenda pro conser- uando statu suo non potest disponere de fructibus nisi tempore suo. adeo quod successorem obligare non potest.
7. Successor in beneficio non tenetur ad dissolutionē eris alieni per antecessorem contracti, nisi probetur contractum in vilitatem vel necessitatem ecclesie.
8. Prelatus debet habere, solum vsu in fructibus.

Consil. Andr. Alci.

- 9 Antecessoris assertio non probat, nisi aliter de necessitate vel a utilitate ecclesie appareat.
- 10 Prælati non potest etiam cum c. facere aliquem contra-ctum qui ad successorem transcat, nisi interveniente auctoritate superioris.
- 11 Inter prælatum &c. de iure communi non est divisio bonorum, sed tantummodo in aliquibus est inducitur ex consuetudine.
- 12 Ecclesia nunquam moritur.
- 13 Prælati non potest etiam cum c. facere aliquem contra-ctum qui ad successorem transcat, nisi interveniente auctoritate superioris.
- 14 Hæres commendatarij in temporalibus sit est soluendo tenetur pro debito commendatarij.
- 15 Quando aliquid est ad casum ordinatum sibi debet imputare qui illud non prospexit quod poterat evenire.

Alius præsentis controuersie videtur prima fronte dubius, & difficultatem facit doctrina Abb. in ca. pen. de fidei iussu. vbi per illi text. concludit, quod quando debitum est ab ecclesia contractum, & potest de redditionibus satis fieri, contractum est præsentibus ca. & prælato, ecclesia tenetur, dato quod non probetur verum in eius utilitate, arg. illius text. & ca. j. de deposito, & quia prælati & capitulum habent liberam administrationem circa fructus. Itemque prælati vna cum ca. delinquent ecclesiam obligant lege, iubemus nullam. C. de sacro. eccle. habetur in ca. j. de dolo & contuma. fortius obligabunt contrahendo, & loqui videntur Abb. etiam quoad hoc quod successores in prælatu obligentur ad solutionem disti debiti, vt apparet ex sequenti membro, vbi præcisè loquitur de successore. Sed hoc non obstat, in casu nostro aliud dicendum est, pro cuius opinio. fundamentum consideranda sunt duo principaliter. Primum est, quod Reuerendus Commendatarius senior habebat Abbatiam hanc in Commendam, quæ Commenda à Pontifice concessa fuit, non propter utilitatem, vel necessitatem ecclesie, prout de iure solùm fieri debet, iuxta text. in ca. nemo deinceps, de elec. lib. vj. sed propter sustentationem personæ, vt deducis necessarijs pro ecclesia, cæteros redditus in utilitatem suam conuerteret, quod solet quandoque magnis personis concedi pro conferuando statu suo, vt dicit Abbas in capit. de monachis in tertio not. extra. de præbend. & tali casu non potest Commendatarius de fructibus disponere, nisi pro tempore suo. Vnde si quicquid agat, non potest obligare successorem, arg. glo. in c. si. extra. ne præ. vices suas & ita consulendo firmavit Domin. de sancto Gemin. consilio xvij. incipien. pro declaratione. Rom. consilio 350. Nec in isto casu attenditur consensus capituli: quia cum ad capitulum non pertineant nisi necessaria, non habet sic impedire de fructibus superfluis quoad Commendatarium solum ex forma bullæ pertinent, & idem patet in vero Prælato, qui haberet ex consuetudine bona diuisa, seu distincta inter se & capitulum. Cum enim fructus bonorum ad se pertinentium nullo modo ad capitulum spectent, eius consensus nihil debet operari in præiudicium successoris, & veritas huius opin. magis apparebit ex dissolutione contrariorum. Standum igitur est regulæ positæ in ca. j. de solut. vt successor in beneficio non teneatur ad dissolutionem æris alieni per antecessorem contracti, nisi probetur contractum in ecclesie utilitatem, vel necessitate, vt ibi traditur, & ratio d. c. j. de solut. est quia prælati dicitur habere solum vsum in fructibus. vnde nec directum nec per indirectum potest eos obligare post mortem, nisi in dictis casibus, vt dicit Abb. in tepe. c. cum esset in iij. q. iij. circa medium extra de resta. Nec assertio ipsius antecessoris probat, nisi aliter de necessitate vel utilitate ecclesie appareat. Iubemus. ij. §. scientes. C. de sacro. eccl. & facit. l. si forte, in fi. vbi Bart. ff. de cast. pecul. & not. per gl. & doctor. in l. si. donatione. C. de collatione. Car. in clemen. j. in princ. q. xviii. & quæstio. xxx. de rebus eccle. non aliena. & Iason. in rub. Feud. alijs alleg. Secundo

principaliter considerandum est, quod in ista promissione, vel confessione non interuenit auctoritas episcopi, vel superioris, & clara est conclusio in iure, quod non potest prælati etiam cum capitulo facere aliquem contractum, qui ad successorem transeat, nisi interveniente auctoritate superioris: vt est text. in c. de cætero, de transact. & est glo. in c. veniens. eod. tit. & in c. ex multiplici, de decim. Host. Io. Andr. & Anr. de But. in c. si. ne præ. vices suas. Archid. xij. quæstio. ij. c. alienationes. Bart. consil. lxxij. facti sic proponitur Gemin. d. consil. xvij. Alex. consil. clx. in vj. vol. nuper impresso: vbi allegat multos concord. & in terminis nostris de confessione pecuniæ receptæ, cõsuluit Franc. de Ramp. & Gaspar. Cald. in consil. v. sub titulo de confess. Et hæc duo fundamenta sunt in iure verissima. Istis igitur sic præsuppositis, respondeo ad contraria. Non obstat doctrina Abb. in d. c. pen. quia respondeo duobus modis. Primo, quod non loquitur in casu, quo bona essent inter prælatum, & c. diuisa, vt est casus noster, secundum Bullam, quæ reliquum fructuum cõcedit liberè Commendatario, & nullum ius in eis reliquit capitulo, & ita solet esse in concessionibus istorum Commendatariorum, secundum Abb. in d. c. de monachis. & Gemin. d. consil. xvij. & quod Abb. non loquatur in tali casu. Suadetur primo, quia Abbas loquitur secundum ius commune, vt apparet text. iuris per eum allegatis, & de quo iure communi inter prælatum, & capitulum non est diuisio bonorum, sed tantummodo in aliquibus est inducitur ex consuetudine vt no. omnes in capit. edoceri, de rescriptis. Secundo suadetur, quia in tali membro nihil considerat de morte prælati: in sequenti vero, quando solus prælati contrahit debitum, considerat quod non potest esse ex alia ratione, nisi quia in primo membro loquebatur, quando prælati vna cum c. habet bona indistincta: tunc enim non potest considerari mors, quia ecclesia ipsa in effectu videtur contraxisse, & quæ nunquam moritur, arg. ca. si gratiosa, de rescript. in vj. lege, proponebatur. ff. de iudic. vnde si bona non ad capitulum, sed ad prælatum pertinent, vt est in casu nostro, cessat ratio, & attendimus sequens membrum in quo dicit Abb. præcisè, quod successor non obligatur. Tertio suadetur, quia verba Abb. in d. membro prioris loquuntur, quando prælati & capitulum habent liberam administrationem in fructibus. Sed in casu nostro capitulum nullam habet, sed solus prælati. Ergo apparet, quod doctrina Abb. non attingit casum nostrum. Præterea & secundo respondeo, quia (vt dixi) Abb. in illo membro, quando prælati cum capitulo promittit, non loquitur, nisi quoad obligationem efficacem vigente dicto prælato, non autem vt successor obligetur, qui (vt dixi) non potest obligari, nisi accesserit in contractu auctoritas superioris dicto ca. de cætero, & per Card. in d. consilio v. cum concord. & loquuntur prælati doctores in tali debito, cui de fructibus satisfieri potest. licet in sequenti membro faciat mentionem de morte prælati, non tamen necessariò inferitur, quod in priore membro velit prælati mortuo successorè grauari. nam istud esset falsum, & contra communes opinio. Non obstat textus in ca. j. de depos. & in di. ca. penult. Quia loquuntur in prælati habente fructus communes cum ca. prout habet de iure communi, sed in casu nostro aliud est vigore bullæ pontificis, quia fructus vltra necessaria ecclesie, liberè cõceduntur reuerendo Commendatario, & hoc poterit apparere ex ipsa confessione & sic cessat etiã ratio Abb. ibi posita, & puto, quod ista sit verissima intelligentia ad illam doctrinam. Non obstat quod prælati cum capitulo obliget ecclesiam delinquendo: quia propter hoc non inferitur damnnum successori, ex quo ipse prælati & capitulum si deliquerunt, debeant de proprio patrimonio præstare ecclesie, & succurrunt per restitutionem in integrum, vt tradunt omnes, in dicta lege, iubemus nullam. C. de sacro. sanctis eccl. Non obstat quod hoc modo ecclesia alieno

damno

damno locupletarere quia respondeo. Cum auctoritas superioris non interuenit, non presumit solutio versa in utilitate ecclesie, sed tantummodo in utilitate solius Commendatarij. Vnde successor in beneficio non tenetur dict. ca. j. & dicit. ca. de cætero, bene verum est, si Commendatarius haberet hæredem in temporibus, si esset soluendo, ipse teneretur: vt dicit Host. in di. ca. si. ne præ. vices suas, si verò non sit soluendo, & imputet sibi conductor, qui debuit hoc præuidere, vt ibi not. nam cum aliquod ordinatum est ad casum, sibi debet imputare, qui non prospexit illud, quod poterat evenire, vt per Din. & Barto. in lege, inter stipulantes. §. sacra. ff. de verborum obligatione & ita etiam dicit Cal. in titulo, de locato. consilio vij. Et ista sufficiunt vltra eleganter tradita per præstantissimum coadiuocatum.

CONSILII XV. SVMME.

- 1 Interpretatio in materia quantumuis stricta semper sit quatenus generalitas verborum ferre potest.
- 2 Præcedentia declarant subsequencia.
- 3 Alternatiue natura quæ.
- 4 Concessio facta episcopo per Papam de creando nouam dignitatem in ecclesia intelligitur etiam sine consensu capituli & quare.
- 5 Papa quando mandat episcopo quod alicui conferat præbendam, intelligitur cum consensu canonicorum.
- 6 Verba debent in dubio referri ad iuris dispositionem.
- 7 Rescripta & privilegia recipiunt interpretationem à iure communi.
- 8 Indultum quod emanauit ad dispensationem circa quatuor beneficia obtinenda, debet intelligi taxatiue quod quo ad alia interueniant omnia habilia requisita.
- 9 Indulti verba quæ dicunt quod episcopus liberè conferat non tamen per hæc intelligitur exclusus consensus capituli sic si dicat liberè inquirat, intelligitur vna cum c. visus c. sit prescriptum.
- 10 Papa si concedat religiosis quod possint liberè eligere curatum, non censetur per talem indulgentiam præiudicatum ordinario: quia illi sit presentandum.
- 11 Vna pars alternatiue alteram declarat.
- 12 Qualitas adiecta verbo modificat ipsum verbum.
- 13 Qualitas in vna oratione posita ad totam orationem semper refertur.
- 14 Oratio ea dicitur quæ ab vno verbo regitur.
- 15 Oratio generalis debet restringi & eius verba referri ad terminos iuris, vt non inducatur præiudicium tertio.
- 16 Dispensationes sunt odiose & sui natura restrictionem recipiunt.

In proposita consultatione prima fronte videtur reuerendissimum Cardinalem vigore pontificalis indulti fouere iustiorè causam. Nam ei datur licentia specialiter constituendi vicarium, qui beneficia sibi cõferat, quo verba generalia non videntur pati illam restrictionem, vt prius requiritur consensus capituli in materia tantum quantumuis stricta, semper sit interpretatio: quatenus generalitas verborum ferre potest. l. cum lege, vbi Francis. de Aret. ff. de testa. & quod not. Cal. consil. j. de consang. & affin., quod autem consensus aliorum requiratur, procederet ex restrictione, vt est casus in cap. in his. in verb. quidam nimis strictè interpretando, extra de priuileg. quæ restrictio (vt dixi) non est capienda: Confirmatur prædicta ratio ex tenore indulti, per quem apparet, quod cum prius essent numerata varia genera beneficiorum, et eorum, quæ requirunt consensus capituli, subditur deinde, quod dictus vicarius possit ea conferre, certè intelligemus de omnibus præcedentibus, & sic etiã si nominatio vel electio, spectaret ad capitulum: quia præcedentia declarant subsequencia lege, si seruis plurimum. §. si. ff. de leg. j. augetur etiam difficultas ponderando naturam alternatiue, & quæ est, vt diuersa alternè secundum glo. & gl. in lege, vbi patet. C. de trãsa. vbi Dd. & gl. in rub. ff. si ager vecti vel emphyt. sed illo indulto in effectu alternantur tria membra si beneficia per vicarium conferantur, aut alijs canonicè, aut eligatur, præsentetur, assu-

matu ad illa, vnde vt ista vltima pars alternatiue sit diuersa à prima, videtur necessariò faciendam interpretationem, vt vicarius conferre possit etiam non expectata lectione, vel nominatione quamuis alias esset expectanda & istud fundamentum est stringens. Ad idem facit, quia si intelligeremus, quod vicarius non potuerit conferre, nisi expectata nominatione capituli modicè in hoc priuilegij haberet Cardinalis, cum etiam circum scripto priuilegio, ordinarius assentiente c. potuisset illi conferre. Vnde talis gratia non multum operaretur contra not. in his ext. de priuileg. & contra mentem ipsius pontificis, qui multo cum honore verborum asserit se illi fauorabilem specialem quæ gratiam conferre & hoc in simili decidit Bal. in c. cum olim, de consuet. & vbi si papa cõcedit episcopo facultatem creandi nouam dignitatem in ecclesia, intelligitur etiam sine consensu capituli quoad alijs concessio esset modici effectus, sequitur Felin. c. j. de rescript. vers. priuilegium. Et hoc tenendo non obstat notata Hugon. Archid. & Gemin. q. j. in c. licet. Mod. in c. super eo, extra de offic. deleg. dum concludunt quod si papa mandat episcopo, quod alicui conferat præbendam, intelligitur cum consensu canonicorum, & ibi Felin. & Dec. allegant etiam similes decisiones quasdam, nam cum facultas conferendi seu instituendi sit communis episcopo, & capi. vt est. text. in c. eo noscitur, extra de his quæ sunt à prælato, & no. in c. cum ecclesia Vulterana, de elect. in tali mandato non est verisimile, quod pontifex voluerit, vt sine eis episcopus cõferre possit, quia tale mandatum non emanauit in fauorem episcopi sed tertij, quod non est in casu nostro, indultum enim pontificis emanauit in fauorem Cardinalis vt ipse possit constituere vicarium ad hoc, vnde si iste vicarius teneretur postea requirere consensus istorum gratia illa nimis restringeretur, vt supra fuit ostensum. Nec dicatur istud ius, in casu nostro competere c. ex consuetudine vel statuto specialivnde nū videtur ei derogatum per generalia verba indulti, iuxta gl. in c. sedes apostolica. in verb. immutari. de of. deleg. in extra. quia imò verba indulti sunt satis specialia ex quo præcisè derogatur quibuscunque consuetudinibus, & statutis contrarijs, vt habetur in l. si. C. si contra ius, vel vtilitat. public. imò cum ius capituli non respiciat commodum burfale, sed solam facultatè conferendi beneficij, tale ius potuit censi sublatum etiam absque dicta clausula propter magis specialem prouisionem factam cardinali. cap. dudum, de præbend. in d. vbi doc. & c. quamuis eo. tit. declarat Fel. in cap. i. de rescript. tanto magis, quia pontifex feliciter derogat tali facultati quando competit ecclesiasticis: sicut in simili dicimus de iure patro. ecclesiastico: de quo in c. cum dilectus. extra de iure patro. Sed tamen his non obstantibus, contraria opinio videtur probabilior, & quidem pluribus rationibus, & primo quia si bene cõsideret illud indultum, fuit ad hoc concessum, quod cardinalis possit ad quatuor beneficia admitti, & illa est vera, & principalis causa cur dicta gratia emanauerit, vnde quauis subdatur, quod possit vicarius ab eo constitutus cõferre, debet intelligi quod canonicè cõferat, & sic cum c. consensu, quia verba debent in dubio referri ad iuris dispositionem. l. Gallus. §. i. vbi Iac. de Aret. & Bal. ff. de lib. & posthu. l. damni. §. sed quid ff. de dam. in fe. per Ias. in l. j. in tertio notab. ff. de leg. i. & rescripta privilegia recipiunt interpretationem à iure communi. cap. cum dilectus. de consuetud. leg. si quando. C. de in offic. test. per Moder. in cap. i. de rescript. facit text. & gloss. in cap. si gratiose. de rescript. lib. 6. in fi. & hoc maxime in casu nostro est dicendum, in quo indultum emanauit ad dispensationem circa quatuor beneficia obtinenda, vnde quoad cetera debent intelligi, quod interueniant omnia habilia requisita. ar. c. i. de eta. & quali. li. vj. & l. qui testamentum. ff. de testam. d. barbarius, vbi Fulg. & Ias. not. j. ff. de offi. præ. Dec. in c. j. vers. sed tamen defendi. extra. de iudi. & ista sit prima ratio,

quæ me adducit in hanc sententiam. Secunda ratio est, quia non est verisimile papam voluisse per dicta verba præiudicare iuri capituli, quin eorum consensus requiratur, ut in simili est text. vbi omnes not. in c. pastoralis, extra de privilegiis. & facit decisio doc. in d. c. licet. viij. q. j. & in d. c. super eo, quæ optimè decidit casum nostrum si bene consideretur. Tercia, quia etiam si dictum esset, quod liberè conferret, tamen non videretur ad huc excludi consensus capituli per textum in c. j. de offic. ord. vbi conceditur episcopo, quod liberè inquirat, & tamen intelligitur vna cum capitulo, nisi ius capituli sit prescriptum. c. iij. de consuet. in vj. vnde si papa concedit religionis, quod possint liberè eligere curatum, non tamè censetur per tale indulgentiã præiudicatum iuri ordinarij, quia illi sit presentandus, ut dicit se consuluisset Fell. in d. c. j. de rescr. & dato, quod in hoc sint aliquæ decisiones quæ videtur contrariæ, de quibus dixi post Andream Siculum in d. c. j. de off. ord. tamè casus noster clarior: quia indulto non dicitur, quod liberè cõferat, sed simpliciter, quid cõferat deinde subditur, quod de eis liberè ordinat, & sic libertas illa non respicit modum in acquirendi beneficij, sed formam disponendi de fructibus acquisitis. Quarto ratio est, quia vna pars alternatiue præfati declaratur lege, j. ff. de rebus dubiis. Bal. in lege, & si post tres. ff. si quis cautio. Romanus consilio 281. præmissorum Iason lege, qui filius. ff. de leg. j. Soc. consilio 222. & consilio 13. in 3. cum similibus, sed 2. pars alternatiue dicit aut alias canonicæ conferantur, ergo etiam prima debet intelligi, quod vicarius canonicæ conferat quinta: quia qualitas adiecta verbo modificat ipsum verbum lege, ij. ff. de auro & argento leg. lege, in delictis. f. j. ff. de noxal. vnde cum etiam verba spe tantia ad facultatem vicarij regantur ab illo verbo, conferantur, quid est qualificatum per dictionem canonicæ perinde est, ac si illud verbum in prima quoque parte fuisset positum, & facit quia generaliter traditum est quod qualitatem in vna oratione positam ad eam totam semper refertur lege, Seia. f. Caio. ff. de fun. in lru. leg. vbi per Bartolum & in alternatiua est textus. in lege, generaliter, in principio. C. de institutionibus & substitutionibus in inducendo, vt per Aret. consilio j. vna autem est oratio, quæ ab vno verbo regitur, vt habetur in lege, coniuncti. ff. de legat. iij. in lege, triplici. ff. de verb. significatio. Sexta ratio est, quæ colligitur ex consilio Dec. clxviij. vbi consilium in terminis similibus indulti: in quo specificè cauebatur, quod vicarius posset sine c. conferre, & satis lenit quod nisi expressè hoc dictum fuisset, quod collatio aliter facta non valisset. Arg. d. c. ea noscitur, & quid habetur in c. si de off. vicarij libro. vj. Et hanc partem tenendo non obstant allegata in contrarium. Et primo, quod talis interpretatio sit nimis stricta & contra generalitatem verborum: quia respondetur ita esse faciendum, vt verba referantur ad terminos iuris, & non inducatur præiudicium tertio. dicta lege, si quando, & dicto c. pastoralis, & maxime istud dicendum est in istis disputationibus quæ sunt odio sæ, & natura sui recipiunt strictam interpretationem. c. non potest, de præb. in vj. glo. in c. quia in tantum. eod. tit. in antiquis. no. Ant. in c. at si clerici. f. de adul. vers. venio ad quartum, extra de iud. cum similibus. Non obstat, quod prius essent enumerata plura genera beneficiorum, & c. quia fateor ad ea electionem vicarij posse referri, sed non sequitur quin vicarius ea canonicæ debeat conferre, & sit cum consensu capituli. Non obstat, quod alternatiua isto modo non esset inter diuersa, quia est & seruat naturam suam, quia prima pars alternatiue respicit facultatem vicarij, & sic conferentis: vltima verò respicit factum nominantium, seu eligentium. Item prima pars est generalior, ista vltima specialior, & sic manifestè apparet diuersitas. Non obstat, quod secundum hanc expositionem gratia illa parum operatur, nam imò operatur multum, quia dispensat eum ad plura beneficia, & excusat à pœnis iuris & ma-

ximè extra. execrabilis vnde satis est, si illum effectum operatur, non autem vltra debet extendi, vt not. in d. c. super eodem & dict. c. non potest, cum similibus. Et hæc omnia saluo semper saniori iudicio.

CONSILII XVI. SVMMÆ

- 1. Emphyteusis ecclesiastica accepta vsque in tertiam generationem mortuo vno ex liberis non accrescit alteri, & quare.
- 2. Idem receptum est in feudo et ante acquisitum emolumentum.
- 3. Quando locus sit iuri accrescendi ex verbis dignoscitur.
- 4. Alienatio facta de re emphyteotica valet si de dicta alienatione scientiam habuerit dominus directus.
- 5. Promissio de recognoscendo habet vim pure recognitionis causa vitandi circuitus inutilis.
- 6. Possessorium debet expediri antequam admittatur controversia concernens petitorium.
- 7. Promissio de præstando consensu iure canonico actione parit.
- 8. Exceptio facilius conceditur quam actio.

SVPRA SCRIPTI domini consulti visio consilio facile transeo in eius sententiam, quod iur. emphyteusis ecclesiastica, de qua agitur, non pertineat ad patruos Philomenæ: quia in illo puncto an emphyteusis ecclesiastica accepta vsque in tertiam generationem mortuo vno ex liberis accrescat alteri, magna est veterum altercatio, & Doctores constituunt regulam quod non: cum post emolumentum acquisitum regulariter non sit locus iuri accrescendi. l. in fi. de usufruct. accres. quod & in feudo iur. receptum videtur etiam ante acquisitum emolumentum c. i. de duobus fratribus. c. i. de bene frat. c. i. de inuesti. noua. c. i. de gradibus success. Vnde hoc multo magis est dicendum in emphyteusi ecclesiastica post emolumentum acquisitum, & ita se habet communis opinio per Dd. in l. si mihi, & Titio, de verb. obl. in re coniuncti, in vltima par. de leg. 3. Dec. in consil. 263. Limitat tamen Bar. supra scriptam conclusionem, nisi emphyteusis sit paterna: quia tunc frater succederet fratri, exclusa ecclesia: quia idem etiam in feudo videmus cap. i. de success. feud. Idque non tam iure accrescendi quam iure repetitæ cõfessionis, de quo in cap. i. verbo, per inuestituram, & ibi Bal. not. de feud. march. & ita etiam consuluit Bar. consil. lviij. incip. ex themate prædicto. per quatuor rationes, de quibus ibi per eum, & videretur nos esse in casu dictæ limitationis: quia tractatur de emphyteusi paterna, & sic videretur ibi decidi præsentem quæstionem in fauorem patruorum. Sed tamen supra scriptis non obstantibus, puto contrariam opinionem in casu nostro esse veriore, quam tenuit Bal. in l. vnica. C. quando non petentium partes, vbi respondet rationibus Bartolus. prout etiam respondet. Imo. Alexand. Iaf. in d. l. si mihi, & Titio, & quicquid sit in casu Bar. quæst. nostra ex verbis inuestituræ est satis clare decisa per illa verba ita tamen quod pars præorientis ad i. monasterium reuertatur, quæ verba manifestè videntur adiecta ad excludendum istud ius accrescendi, seu ius repetitæ cõfessionis. Sicut enim quando dictum est quod post mortem omnium emphyteusis reuertatur ad concedentem propter vim dictionis, omnium verba significant quod sit locus iuri accrescendi ita è contrario, si dictum sit, per mortem vnus, &c. Verba significant, oppositum, vt ius accrescendi sublatum sit, vt per Spec. in titulo. de locato. f. nunc aliqua ver. lxx. Salic. in leg. 2. q. c. de iure emphyteut. Paul. de Cast. consil. 163. incip. viso puncto. Ludouicus Rom. consil. 19. incip. in casu quæstionis propositæ, vers. 3. ostendit Alexand. consil. 204. in 2. vol. mortuæ ergo Philomena, vigore supra scripti pacti dicta bona non potuerunt peruenire ad patruos, sed reuertebantur ad ecclesiam. Et cum in facto præsupponatur, quod ante mortem ipsa Philomena ea vendiderit istis emptoribus, quos deinde etiam reliquit hæredes: & Abbas promiserit eos i. recognoscere in emphyteutas: videtur res esse clara in fauore ipsorum, valuit. n. alienatio, nec pot. dñs directus prætere de se esse contemp-

tum, cum de eius consensu sit facta. l. fin. C. de iure emphyteut. nec hoc casu arbitror multum referre an cõfenserit vero promiserit consentire, semper enim militat ratio d. l. fin. cum non videatur esse contemptum dominus. Imò satis putaris quod talis promissio de recognoscendo, i. habeat vim pure recognitionis causa vitandi circuitus inutilis, vt in simili dicit Ioã. And. in additionibus Speculi, in rubric. de oblig. quem refert & sequitur Alexand. & Iaf. in l. cum fundus. f. seruum tuum imprudens. ff. si cert. pet. maxime cum Abbas teneretur saltem de honestate recognoscere istos hæredes, vt per Bart. in l. j. f. permitti, vers. vltimus dicitur. ff. de aqua quotid. & aestiua. & Deci. consil. 131. cum similibus. Non omitto etiam quod cum isti emptores sint etiam hæredes Philomenæ, in primis iudicium i. possessionum debet expediri ante, quam admittatur controuersa concernens petitorium. l. in certi. C. de interd. l. ordinarij. C. de rei vindication. cum ergo isti sint hæredes Philomenæ, debent poni in possessione bono omnium, in qua erat ipsa testatrix. l. fi. C. de edic. diui Had. tollend. & habetur in l. j. C. quorū bonorum, quæ cõclusio procedit etiam si de feudilibus bonis, aut emphyteuticis ecclesiarum ageretur secundum Paul. de Cast. Fulg. Alexand. Iaf. in d. l. fi. & est text. in ca. j. f. si de feud. defun. sit content. vbi Dd. in vltibus feudorum, & si deinde isti patruj Philomenæ volent agere oportet, quod intentent iudicium petitorium, & ex supra scriptis facile poterunt rejici. Si verò Abbas vel monasterium volet agere eodem modo excludetur propter omissionem cõsentis præstandi. quæ i. promissio iure canonico etiã actionem parit. cap. j. de pactis, & in omnem casum d. tuti erunt isti hæredes ope exceptionis quæ aliàs i. facilitis conceditur, quam actio: vt in simili per Bart. in leg. si peculium. f. j. ff. de pecul. leg. & in l. cui fundus. ff. de cond. & demon. Et ita arbitror iuris esse, saluo semper saniori iudicio.

CONSILII XVII. SVMMÆ

- 1. Ecclesia non potest alienare nisi seruata forma auct. bocius porrectum de sacro. eccl. f.
- 2. Alienare non valens nec transfigere potest.
- 3. Alienare non valens nec potest compromittere.
- 4. Lex resisteis alienationi facit quod non credatur parti allegati subesse litem.
- 5. Partes non possunt fingere subesse litē pro valore transactionis.
- 6. Non obseruanti non est obseruandum.
- 7. Prælati cum consensu capituli potest transfigere.
- 8. Transactionis illicitæ explicatio.
- 9. Contractus aliàs inuadit per Papam confirmatus, valet.
- 10. Citatio non requiritur quando non adest nullus aduersarius.
- 11. Citatio partis non requiritur in confirmatione sententiæ.
- 12. Executors testamentarij propter consensum testatoris possunt alienare etiam non citato hærede.
- 13. Possessionis vis.
- 14. Præscriptio procedit aduersus ecclesiam per 40. annos.
- 15. Oblatio realis in casibus moram purgat.
- 16. Oblatio verbalis in casu moram purgat & debitor excusat.

N PROPOSITA quæstione breuiter agendo i. videretur prima fronte transactionem non valere, & id duplici fundamento. Primo, quia ecclesia non potest alienare, nisi seruata forma, de qua in authen. hoc ius porrectum, de sacro. eccl. & c. sine exceptione. 12. q. 2. & qui non potest i. alienare, non potest etiam transfigere. l. non solum. C. de præd. minorum, & per hanc rationem ita tenet in ecclesia Bart. & Dd. in l. i. C. si aduersus vendi. And. Sicu. c. nulli. extra de reb. eccl. non alienan. Ioan. de Imo. consil. i. cum similibus, quod maxime procedit in casu nostro, in quo transactio videtur facta coram arbitro, & in executionem compromissi, & clarum videretur, quod, qui non potest alienare, non potest neque compromittere. c. cum tempore. vbi Anto. Abb. & alij extra de arbitris, & quid habetur per Mod. in l. i. ius iurandum, quod ex cõuentione. f. i. ff. de iure iur. nec quicquam facit quod asserue-

rint subesse litem: quia non creditur istis verbis, ex quo i. lex resistit alienationi, per regulam Bart. in l. si forte in 4. ff. de castr. pecul. & Dd. in l. cum donatione. C. de col. 5. lat. & ideo videretur ista assercio i. esse ficta, cui non est standum, quia partes non possunt fingere subesse litem pro valore transactionis. l. i. ff. de transact. f. 2. C. eod. rit. vbi Ange. & alij. Ang. & Paul. Cast. in l. cum hi. f. sed cum illis, ff. de transact. Secundo, quia etiam si transactio aliàs valisset, tamen ex quo communitas non soluit illas penurias ex parte sua, videtur quod non possit ex dicto instrumento seiuuare, quia i. non obseruanti non est obseruandum. l. cum proponas. 2. C. de pactis, & hoc maxime cum istæ pecuniæ debuissent implicari in tot redditibus annuis, quod non est factum. Vnde apparet de manifesta læsione eccl. & ideo etiam si numerata fuisset dicta pecunia, si non fuisset conuersa in vtilitatē eccl. adhuc non fuisset liberati dicti syndici: nec in hoc statetur dicto ipsorum monachorum, quia lex non confidit de eis, vnde voluit interuenire diligenti cause cognitionem, & decretum iudicis. Cle. j. de reb. eccl. non alien. & in extr. Pauli. 2. eo. tit. in com. ext. aliàs esset perita via alienandi res ecclesiasticas sine solennitate, & fraudandi legem, & ista sunt quæ prima fronte videntur facere hunc casum dubitabilem. Sed his tamen non obstantibus contrarium de iure dicendum est, & concludendum; dictam cõmunitatem in pleno dominio dictorum memorum esse securam, & id tribus rationibus per quas apparebit esse responsum omnibus, quæ in contrarium adducuntur. Prima est quia videtur, quod ipse iure valeat talis transactio ex quo regula est, quod prælati i. cõsensu capituli potest transfigere, vt est text. in c. statuimus. & in c. contingit, & c. veniens. extra de transactio. & cum Abbas ipse esset etiam episcopus, videtur quod potuerit facere hanc transactionem etiam alio superiore non requisito tanquam alienando representent duas personas Abbatis alienaris, & episcopi cõsentientis. l. si cõsul. ff. de adopt. & ibi per Bar. quod puncto in hoc casu procedere, ex quo dictum monasterium non erat propriè eccl. ipse episcopi sed adiecta, seu vnita, vnde videtur cessare quod dicit gl. in Clem. 2. in fi. de reb. eccl. non alien. maxime quia ista propriè non est alienatio, vt infra dicam, nam licet communis & vera sit conclusio, quod ecclesia non possit transfigere quando sequeretur alienatio bonorum immobilium, istud est verum, si ecclesia, rem quam possideret in alium transferret, vel possessionem penes alium existentem: cum constaret de dominio ipsius ecclesie, penes illum relinqueret: & ita loquitur Abb. & doct. in cap. contingit: de transact. sed in casu nostro non constaret de dominio villo eccl. nec etiam de possessione, & ideo non potest dici transactio habere vim alienationis, iuxta. l. fi. C. de reb. alien. non alienan. facit quia idem videmus etiam in emphyteuta, vel vasallo, qui in simili causa potest talem transactionem facere, etiam irrequisito domino. c. vnica. f. si vasallus de suo ibi per Bal. si de feud. fuer. cõtr. inter dominum & agnatum. & in c. vnica. de cõtr. inter vas. & alij per Iaf. in l. 3. vers. 10. quæro. C. de iur. emphyte. Secunda ratio est, & fortior est, quia hæc transactio fuit auctoritate papæ confirmata: cum enim in ea actus esset vt Pontifici Romano pro cõualidatione supplicaresur, atque ita in instrumento concessa facultas cõmunitati, & ita etiam Abbas ipse & monasterium in instrumeto supplicauerint, & Romanus Pontifex dederit illis delegatum qui confirmaret dictum i. contractum, & ipse cõfirmauerit: non potest amplius in dubium rescitari, quin contractus teneat per ea, quæ habentur inc. 1. de tras. & in c. examinata, de conf. vti. inur. Nec obstat, quod in confirmatione non appareat citatum fuisse Abbatē vel capitulum quia cum hoc factum sit de partium consensu, de quo in dicto instrumento constat, non erat necessaria alia citatio, nemo enim aderat aduersarius, merito i. citatio non requirebatur. l. 2. ver. pen. ff. de rō bon. poss. & per Bal. l. si. vers. sed pone, quod altera pars

C. de re iudic. & ideo dixit Ianoc. quod in confirmatio-
 11 ne non requiritur alia patris t. citatio. in c. cum olim. in
 gloss. hoc. factio. extra de dol. & cont. rarefert & sequitur
 Bald. in mar. sua. in verbo. confirmatio. facit quod
 not. Idem Baldus. in fin. C. communia de leg. vbi dicit.
 12 quod propter consensum testatoris possunt executo-
 res t. testamentarij alienare etiam non citato hærede.
 l. creditor. vbi per Cyn. ff. de distract. pignor. ergo idem
 13 in casu nostro propter consensum ipsarum partium.
 Tertia ratio. & quidem t. fortissima est. quia ab eo tem-
 pore citra. semper communitas possedit dicta nemora
 14 cum suo iam lapsis 90. annis. vnde dico quod est rita
 beneficio præscriptionis: quia habet titulu & bona
 fidem. vnde præscriberet aduersus ecclesiam saltem 40.
 annis. c. illud. c. quia indicante. extra de præsc. maxime
 15 cum ius commune illi non resistat. iuxta c. i. de t. præsc.
 in 6. nec potest dici interrupta talis præscriptio per as-
 fertam quadam aliam transactione: quia fuit facta post-
 quam decurrerat iam & absoluta erat prima præscrip-
 tio. videlicet 50. annis iam elapsis. vnde non habet im-
 pedire præscriptionem iam perfectam. vt notatur in c.
 16 si. de præscrip. Præterea illa sequens transactio expressè
 confirmat primam. & eam approbat: vnde non potest
 dici. quod interruptat cum inuicem non repugnet: vt
 est gloss. in c. veniens. in verbo. renuntiasse. extra de præ-
 scrip. nec etiam hoc casu potest dici. quod ecclesia de-
 bet restitui aduersus hanc præscriptionem quadrage-
 nariam. iuxta notata per doct. in Clementin. i. de rest. in
 integr. & per Bart. in l. cum filius. §. in hac ff. de verb. ob-
 lig. quia respondeo. quod cum in nostro casu non so-
 lum lapsus sit quadriennium. quod datur restitutioni
 in integrum petendæ. & impetrandæ. sed etiam 40. alii
 anni frustra disputamus de tali beneficio quod ampli-
 17 non competit. l. si. C. de temp. in integr. restit. pet. & di.
 Clemen. i. & ibi per Card. & Anch. Nec obstat. quod vi-
 deatur ciuitas ex parte sua non adimpleuisse. ex quo
 tunc non soluit dictos quingentos florenos: quia respõ-
 deo. quod cum per documentum publicum appareat.
 qualiter dicta pecunia fuit realiter delata ad monasteri-
 um. & oblata ipsi Abbati. qui respondit nolle se eam pe-
 cuniam tunc receptare: quia nolebat tunc congregare
 capitulum. nec habebat tunc modum implicandi: per
 18 talem t. obligationem. fuit purgata omnis mora respectu
 ciuitatis. l. ob signatione. C. de solut. l. si acceptam. C. de
 vlt. imò dicto casu quando creditor responderet se nolle
 19 acceptare. t. sufficeret sola verbalis obligatio & excusaret
 l. si restitutum. in prin. C. de distract. pign. l. si fundus. ff.
 de rescind. vend. Bald. in l. i. C. ne liceat tertio appellare.
 Raph. Com. Paul. Castr. Alex. & moder. in l. qui Romæ.
 in prin. ff. de verb. oblig. Alex. in l. si mora. vers. §. fallit. ff.
 sol. matr. quamuis etiam mihi in facto proponatur di-
 20 stas pecunias fuisse persolutas: & de hoc constare per
 publica documenta. vnde tunc casus haberet etiam mi-
 norem dubitationem. quamuis etiam aduersus nõ so-
 lutionem pretij obstaret fortè præscriptio. sed quia de
 hoc non sum interrogatus vltius non insisto. Et hæc
 omnia saluo semper ianore iudicio.

CONSILII XVIII. SVMMAE.

- 1 Procurator si quid acquiri non presumitur acquirere de bo-
nis domini pro quo procuratoriam gessit.
- 2 Administrator si quid acquisiuit post finitam administratio-
nem nõ presumitur acquisiuisse de bonis administratis. sed
de bonis aliunde ex sua industria quesitis.
- 3 Prelatus sustentatur de bonis ecclesie.
- 4 Coniectura delicti in dubio non est capienda.
- 5 Prelati licite non possunt negotiari.
- 6 Vicarius habens vicariam perpetuam dicitur habere ius pro-
prium.
- 7 Coniunctura delicti sola non est sufficiens ad coniec-
turam fraudem in casu con.
- 8 Agens sine actione est reiiciendus.
- 9 In bonis que presumuntur empta de pecunijs ecclesie domi-
nium ipsorum incontinenti acquiruntur ecclesie per conse-
quens. rei ven.

VIA casus iste de quo rogatus sum. vt dicā
 quod sentio. satis clarus est omittendo alle-
 gationes ad partes. dico breuiter pronunti-
 andum esse pro hærede istius procuratoris. t. seu ad
 1 ministratoris qui colligebat fructus beneficiorum fra-
 ternorum: nam non est verum. quæ presumatur. bona
 empta per istum procuratorem. fuisse empta de rediti-
 bus ecclesie. etiam dato. quod iste procurator fratris
 sui nihil habuisset in bonis. quia potius presumitur
 aliunde ex sua industria fuisse lucratus. Et primò. pro
 hac opin. adduco text. in l. si defunctus. C. arbit. tut.
 prout eum intelligunt. & declarant Ant. de But. &
 Io. de Imol. in c. i. de pecul. cler. vbi querunt. quæ sit ratio.
 quod prelatus presumitur acquisiuisse de bonis
 2 ecclesie. in d. c. i. ceteri verò t. administratores nõ præ-
 sumuntur acquirere de bonis eorum. quorum sunt ad-
 ministratores. d. l. si defunctus. & dicunt. quod ratio est.
 quia prelatus sustentatur de bonis ecclesie. lxx. dist. c. san-
 3 ctorum. administratores verò t. ceteri sustentantur de
 bonis proprijs. non de bonis dominorum suorum. Item
 in administratoribus si presumereatur acquisiuisse de
 pecunia dominorum presumereatur delictum. cuius t.
 4 coniectura in dubio non est capienda. l. meritò. ff. pro
 socio. Bart. in l. cum oportet. in prin. C. de bon. quæ lib.
 quod non est in prelato. qui licite retinet pecunias ec-
 5 clesie. ex quibus dictis apparet resolutio presentis dif-
 ficultatis: nam iste administrator & exactor reddituum
 fratris sui. si retinisset pecunias. & emisisset ista bona.
 deliquisset. & delictum in dubio non debet præsumi.
 Item iste administrator licite sustentatur de bonis
 6 ecclesie. sed de proprijs partis suo labore. & propterea
 cum non militet in isto casu ratio d. c. i. meritò standum
 est dispositioni d. l. si defunctus. & istud idem etiam est
 de mente Abb. in d. c. i. in oppo. dum dicit. quod ideo
 7 presumitur contra prelatus. quia t. prelatus licite non
 possunt negotiari. extra ne cler. vel monac. per totum.
 quæ ratio non est in casu nostro: quia iste non erat præ-
 latus. sed simplex procurator fratris. & licite potuit
 negotiari. & istud est etiam de mente Hofst. ibi. dum ge-
 neraliter firmat. quod dispositio d. c. i. nõ procedit in
 vicario. ex quo ipse nomine alieno agit. nõ proprio: nisi
 8 habeat vicariam perpetuam. quo casu diceretur ha-
 bere ius proprium. c. postulat. de rescript. & illud dicit.
 sequitur ibi Ioan. Andr. Petr. de Anch. & Imol. & opti-
 9 mè quadrat in proposito nostro. Secundò. pro eadem
 sententia est doctrina Pet. & Cin. & Doc. in aut. licentia
 C. de epis. & cler. vbi dicunt quod si aliquis admini-
 10 strator reddidit rationem. & fuit absolutus quod quã-
 uis interim multa acquisierit. non tamen præsumi-
 tur. acquisiuisse de bonis domini. sed potius propria indu-
 11 stria. sequitur Petr. de Anch. & Imol. in d. c. i. de pecul.
 cler. & istud est in casu nostro. quia iste frater consecutus
 fuit quietationem. seu liberationem à fratre suo be-
 neficiario. nec præfati Doc. in administratorib. istis hoc
 casu constitunt aliquam differentiam. an sint admini-
 12 stratores seculares. vel ecclesiastici. Vnde nec nos di-
 stinguere debemus. & sequitur Abb. in c. & vnus in fi.
 co. tit. de pec. cler. Tertio. pro eadem parte dico. quod si
 in facto probaretur. quod iste aliud haberet. vnde po-
 13 tuisset lucrari. tunc casus esset etiã magis expeditus: quia
 non solum in procuratore. prout nos loquimur. sed et-
 14 iam in ipso Prelato cessat presumptio d. c. i. puta. si præ-
 latus habuisset aliquod officium lucrosum. vel alias es-
 set vit. industriosus. vel alias ipse habuisset alia bona vnde
 potuisset lucrari. prout not. Ioan. Andr. Petr. de Anch.
 Anton. de But. & Imol. in d. c. i. & per Abb. in c. cum ef-
 ses. extra de testam. Nec obstat. si diceretur. quod ex quo
 iste procurator emit ista bona. videtur emptio facta in
 fraude per prelatus. qui per substitutam personã voluit
 15 euitare dispositionem dict. c. i. & hoc videretur verisimile
 attenda consanguinitate ipsius substituti. argu. gloss. i.
 quæstio. 3. cap. peruenit. & quod not. in aut. quibuscu-
 que modis. C. de sacra. sanct. ecclesie. & in. §. hæc vsus præ-
 16 statio.

statio. ro. quæst. 2. & per Abb. in c. cum sit generale. ex-
 tra de foro competet. Nam ad hoc respond. Et ista cõ-
 1 iectura t. consanguinitatis non est sola sufficiens in isto
 casu ad coniecturandam fraudem. l. fin. vbi omnes. ff.
 de his quibus vt ind. & quod notat Fed. de Senis. consi-
 cclxxij. & Abb. consi. xli. in lib. & istud maxime pro-
 2 cedit. quando constituitur procurator affinis. qui po-
 test ad libitum reuocari. vt per Bart. in d. auth. quibus-
 cunque modis. & Paul. de Castr. ibi cum concord. Præ-
 3 terea & fortius dicitur. quia quantum sit aduersus si-
 scum omnino hæres istius procuratoris debet obtine-
 re. ex quo. dato. quod præsumeretur ista bona em-
 4 pta de pecunia ecclesie. non tamen competere ius a-
 gendi sisco. vnde tanquam t. agens sine actione esset
 5 reiiciendus. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. & no.
 6 in l. si pupilli. §. videamus. ff. de verb. oblig. nã. si ista bo-
 na præsumeretur empta de pecunijs ecclesie. dominiũ
 7 ipsorum incontinenti fuisset acquisitum ecclesie d. ca.
 1. de pecul. cler. quem text. dicit ad hoc singularè Cor-
 setus in singul. suis in verb. emptio. & ita tenent com-
 8 muniter Canon. in c. inquirendum. extra eo. tit. & per
 Andr. Sicul. in c. quæ in ecclesiarum. extra de conslit. &
 9 consequenter actio seu rei vindicatio competere re-
 ctori dictæ ecclesie. vt per Abb. in c. cum esses. de testa.
 non autem sisco. reiiciendus ergo est siscus. si agitur no-
 mine ipsius. quia agitur sine actione. & quia sua non in-
 terest. c. venientibus. extra de testib. c. super his. de ac-
 10 cus. l. non ignorat. C. quia accus. non poss. per Bart. in l.
 posthumus. §. si quis ex ijs. ff. de in off. testam.

CONSILII XIX. SVMMAE

- 1 Præbenda debetur excepto in canonicis & quandoq. statim.
- 2 Quando in ecclesia est certus numerus canonicorum & præ-
bendarum electus. simpliciter in canon. in illa ecclesia di-
citur canonicus in aere & ad præbendam non in præben-
da. nec habet ius canonicæ integritum.
- 3 Affectandi forma & vis.
- 4 Gratia facta per Papam alicui. si tamen de cedat Papa non
expirat per eius mortem. sed est perpetua.
- 5 Correctoria iuris communis debent strictè intelligi. nec vltra
vim verborum amplianda sunt.
- 6 Reuocatio generalis facta per constitutionem Pontificis per
verba exuberantia de quibuscunq. pactis non compræ-
hendit postea confirmata per literas Pontificis.
- 7 Priuilegia propter aliquam qualitatem confirmata non abo-
leri generali derogatione priuileg.
- 8 Statutum cum pacto potentius est. quam statutum solum. vel
pactum solum.
- 9 Clausula non obstat. quandoq. non operatur.
- 10 Duo vincula magis ligant.
- 11 Funiculus duplex non tam facile potest dissolui.
- 12 In generali reuocatione nunquam comprehenduntur priuile-
gia causa remunerationis facta.
- 13 In dubio pronuntiandum esse pro gratia & gratiam durare
quia in dubio reuocatio non presumitur.
- 14 Par in parem non habet imperium.

PAVCIS agendo. & omiſſa diſputatione ad
 partes videretur mihi præferendum esse do-
 minum Laurentium in canonicatu. de quo
 agitur tanquam potiore tam secundum re-
 gulas iuris communis. quam secundum Bullam Papæ
 1 Clementis: cum enim fuerit D. Laurentius receptus t.
 in canonicum supernumerarium in ecclesia sancti Pe-
 tronij assignato sibi loco: in stallo. &c. non est dubium
 primam præbendam vacantem ei debitam fuisse. c. di-
 lectus filius. de præbend. & cum præsupponatur in di-
 2 cta ecclesia esse certum numerum canonicorum: præ-
 bendas verò non esse distinctas. iste receptus statim cõ-
 sequitur in eorum ius canonicæ. quod per assequutio-
 nem alicuius præbendæ postea non extinguitur. c. si. §.
 si. de concess. præben. lib. 6. & per dominos de Rota de-
 3 cis. 4. 4. incip. si legatus. in nouis: cum secus esset. si præ-
 bendæ distinctæ essent: tunc enim quoties t. in ecclesia
 est certus numerus non solum canonicorum sed & præ-
 4 quam

bendarum. talis simpliciter receptus diceretur canoni-
 cus in aere secundum Inno. in d. c. dilectus. nec haberet
 integum ius canonicæ. neq. ius aliquod haberet in præ-
 benda. sed duntaxat ad præbendam. c. pen. de preben.
 in 6. per Anchar. in c. eui. cui de præbend. eod. l. Sed nos
 sumus etiam in casu fortiore propter bullam Clementis.
 quæ approbat. confirmat. & supplet omnes defe-
 ctus dictæ receptionis. &c. propter quam confessione.
 censetur affecta præbenda vacatura aded quod colla-
 3 tio alteri facta non valet. c. si postquam. de præbend. in
 6. c. soli ordinario. &c. si capitulo de concess. præbendo.
 eo. lib. & per do. Abbatem in c. inter cetera. de preben.
 in antiquis. & quamuis. deinde mortuus sit Clemens.
 non tamè gratia illa expirat. t. sed est perpetua. c. de cer-
 4 de reg. iur. in 6. c. si super gratia. de rescrip. eo. li. & quod
 notat Andr. Sic. in c. ex parte. de offi. deleg. & propter
 fulminationem processus. quam facit exequutor. non
 dicitur amplius res integra: vt vult Vltor & Domi-
 nic. in ca. si cui. de præb. eodem. lib. & facit gloss. in cap.
 præfenti. in verb. finitur. de offic. leg. & quod notant
 domini de Rota. decif. 285. in nouis vbi. mortuo Episco.
 po. ille. cui ab eo collatus est canonicatus. poterit accep-
 5 tare præbendam per rationes. de quibus per eos. quæ
 militant etiam in casu nostro. & ita puto vera. & de pla-
 no procedere secundum terminos iuris communis. Sed
 difficultatè facit in casu nostro regula cancellariæ san-
 ctissimi D. nostri Papæ Pauli. in qua reuocauit quascun-
 que expectatiuas. & collationes. &c. etiam si quis per
 eas in canonicos sub expectatione præbendæ. vel por-
 tionum creati. aut recepti fuissent. sed respondendum
 est quod dicta regula tanquam correctoria t. iuris com-
 6 munitis strictè est intelligenda. nec vltra vim verborum
 amplianda. de quo per Feli. in ca. i. de re iud. Dec. consil.
 clxvij. Verba autem loquuntur de reuocatione expec-
 tatiuarum. sed hæc bulla Clementis non est expecta-
 tiua sed confirmatio receptionis secundum ius com-
 mune à canonicis factæ. quæ plurimum differt ab ipsa
 expectatiua. & quod hæc non cõsuetur comprehendere
 dictis verbis neque sit reuocata per dictam regulam sua-
 7 detur multis rationibus. Prima est per gl. ante penult.
 in clem. du dum. de sepult. vbi reuocatio generalis facta
 per t. constitutionem pontificis. per verba exuberantia.
 de quibuscunq. pactis non comprehendit pacta con-
 firmata per literas pontificis. sequitur Lud. Rom. in l.
 si verò. §. de viro. ff. solut. mati. vbi concludit t. priuile-
 8 gia quæ propter aliquam qualitatem confirmata sunt.
 generali priuilegiorum derogatione non aboleri. arg.
 gloss. in l. 2. §. legati. de iudic. in cap. cum non liceat. in
 9 fi. de elect. lib. 6. & quod habetur in ca. nonnulli. de re-
 script. per Cyn. in l. i. C. quando Imper. inter pupil. Se-
 cunda. per id quod not. Bal. in ca. venientes. de iure iur.
 quem refert & sequitur Ias. in l. fin. C. de pact. quod sta-
 10 tutum t. cum pacto plus potest quam statutum de per se
 vel pactum solum. & ideo lex canonica reuocans tale
 statutum non trahetur ad casum in quo obligatio pacti
 accesserit. de quo etiam per Ias. consil. 105. in 1. volum.
 Tertia ratio: quia. istud videmus esse etiam in consti-
 11 tutione t. habente clausula non obstante. & quæ licet
 soleat multu operari. vt habetur in l. ite. Vlpianus. §.
 sunt & alij. de excus. tut. in l. nec damnosa. C. de precib.
 Imp. offer. non tamen operatur quando plura obstant.
 secundum Bald. in leg. i. C. de de furt. & in leg. i. C. de
 12 fertur. maxime quando talis clausula tenderet ad cor-
 rectionem iuris communis: vt per Bald. in l. humanu
 in 2. not. C. de legib. & habetur in l. si non speciali. C. de
 testam. Quarta ratio. quæ sumitur ex regula generali.
 t. quod duo vincula magis ligant: t. & funiculus du-
 13 plex non tam facile potest dissolui. ca. i. extra de treuga
 & pace. auth. itaq. C. communia de success. & quod no.
 Franc. de Curte. consil. xlviij. vers. circa sextum. & Dec.
 14 consil. 373. Quinta ratio. quia hæc confirmatio Pontificis
 facta est in remuneratione obsequioru sibi prestitorum
 per dictu Laurentiu. Vnde t. generali reuocatione num-

quam comprehenduntur privilegia causa remuneratio-
nis facta. l. si pater. §. si de donat. per Bald. in l. si cum mi-
hi. ff. de dolo. Roman. d. §. de viro. l. a. d. consil. cv. Sexta
& vltima est ratio, vt si dominus iudex ex scriptis
videat casum esse ambiguum, pronuntiet pro ipso Lau-
rentio, ¶ quia in dubio semper pronuntiandum est re-
uocationem non censeri factam & gratiam ipsam du-
rare, vt not. Fede. in consil. cxxxij. casus talis est, circa
fin. refert & sequitur Dec. in di. consil. clxvij. Ex supra-
scriptis ergo apparet non obstare dictam regulam Ca-
cellariae. Primum, quia non agitur de reuocanda expecta-
tione, sed potius concessione canonicorum secundum ius
commune facta. Secundum, quia reuocatio non trahitur
ad res non integras, prout in casu nostro, cum præbede
non sint distinctæ vt sup. dixi. Tertium, quia non trahitur
ad concessionem duplici iure subnixam, si iure comuni,
& auctoritate Clementis, & quia Papa Mod. facilius
reuoat in dulta antecessoris, quia par ¶ in par non ha-
bet imperium. l. est receptum. de iur. om. iud. quàm le-
gis communis secundum quam & ipse viuit. l. digna vox.
C. de le. Quarto, quia non intelligitur regula de iure
quod duplici vinculo innititur. gl. d. ele. dudum in glo.
antepe. quã sequitur Lud. Rom. sing. 7. Alex. consil. 125.
in 2. & 120. in 4. consil. 3. in 5. Feli. c. 1. vbi etiam alij Mod.
de rescrip. & latius c. constitutus. eo. tit. & in c. super his
ver. l. to. reg. in fin. eod. tit. & c. h. eo. tit. de consil. l. a. le.
pacta nouissima. C. de pact. Dec. consil. 142. & consil. 187.
Quintum, quia regula dicit de expectatiua cuius vigore
quis sit receptus in canonicum, hic non est receptus vi-
gore expectatiuæ, sed titulus huius coepit ab admisso-
ne seu receptione, quam deinde subsecuta est expecta-
tio præbendæ. Sextum, quia talis concessio facta est in
remuneracionem; & ideo non videtur voluisse Papam
pedire præmia obsequiorum suo antecessori factorum.
Et ita arbitror iuris esse, saluo tamen semper sanioris
iudicio.

CONCILII XX SVMMÆ.

- 1 Instrumentum emphyteosis non seruata formæ. i. de reb. eccl. non alienan. non valet.
- 2 Contrahens potest quandoque, acti nullo, & contra formam publicam à libertatem contrahere.
- 3 Dispositio Papæ confirmat actum nullum ob non seruata formæ, & actus sustinetur prout ex num. nō prout ex iur.
- 4 Ius publicum iuramentis priuatorum remitti non potest.
- 5 Inuestitura propter formæ defectum nulla redditur.
- 6 Nullum omnino ratihabitione confirmari non potest.
- 7 Cessante ratione legis, cessat & ipsa lex.
- 8 Lex interdicens alienationem quomodo intelligatur.
- 9 Vbi agitur de utilitate eccl. actus, in ratum valet vt confirmari possit, quamuis solemnitas vel forma à prin. non interuenierit.
- 10 Emphyteota per non solutionem canonis, sicut cadit ab emphyteosis, ita cadit à melioramentis.
- 11 Conductor simplex licet cadat ab inuestitura ob non solutionem pensionis, tamen recuperat meliorationes.

R Npropósito ¶ casu videretur prima fronte
dicendum instrumentum emphyteosis non
valere, quia non est seruata forma, quæ est ne-
cessaria in alienatione rerum immobilium ec-
clesiæ: de qua in c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. & Cle.
1. eo. tit. Et cum talis actus sit nullus, quia contra formam
publicam à lege traditam, potest ¶ contrahens quando-
que admodum. C. de agr. & censuris. lib. 11. gl. 1. à diuo
Pio. ff. de rit nupt. Quod adeo est verum, vt etiam si se-
quatur dispensatio ¶ Pontificis actum confirmantis, ta-
men actus non sustineatur prout tunc, sed valeat tantum
ex die dispensationis. ca. super eodem. de cond. app. vbi
Doct. Bald. l. quicunque C. de bon. quæ lib. Vnde ante
dispensationem secutam debet permiti penitentia, &
reuoatio actus. l. si cum. ff. de manumiss. vind. calicet,
de procur. in 6. Nec tali reuocationi debet impedimen-
to esse iuramentum, quia videtur esse nullum, ex quo

est contra ius publicum, quod ¶ priuatorum sacramen-
tis remitti non potest. si diligenti circa si. de for. cōpet.
per Doct. in c. cū contingat, extra de iure iur. in 2. casu. &
etiam si valeret iuramentum, tamen non impediretur
reuoatio actus, quamuis ille efficeretur per ius. c. di-
lecto. vbi no. extra de præb. Et quod talis inuestitura ¶
fit nulla propter defectum formæ firmat Bald. consil. 475.
vol. 1. Feli. c. causam, extra de iudic. Sed tamen ijs non
obstantibus puto meram esse sententiam, quod ista em-
phyteuta teneatur stare contractui: cum enim talis cō-
tractus proponatur esse in eiusdem utilitatem ipsius ec-
clesiæ, debet obseruari, & cogi emphyteuta, constituto
de hac utilitate vt stet conuentis, quia vt inquit Host.
Andr. & Abb. in c. 1. extra de ijs quæ sunt à prælat. & in
alienatione perpetua, in qua procedere debet tracta-
tus. & accedere consensus cap. tamen sufficit alienatio
facta per prælatum, dummodo deinde sequatur ratiha-
bitio c. per text. in cap. 3. eod. tit. Vnde apparet aliena-
tionem illam, quamuis non seruata forma, tamen non
esse sua dicit nullam, cum aliàs ratum haberi non posset,
quia quod ¶ nullum omnino est confirmari ratihabi-
tione non potest. c. non firmatur, de reg. iur. in 6. §. tutor
autem. in situr. de au. & tut. & dicit Abb. in c. 1. quod i-
sta opinio Host. magis communiter tenetur per Cano-
nistas, facit, quia vbi adest utilitas eccl. non debemus
curare de istis apicibus iuris, dummodo eccl. faciat
conditionem suam meliorem, l. cum 2. §. eam transactio-
nem. vbi doct. ff. de transact. Nam forma hæc inducta
fuit à l. pro maiore utilitate eccl. factum. Vnde si ea adit,
non est ulterius quærendum: quia ¶ cessante ratione le-
gis, quæ formam inducit, debet etiam cessare lex ipsa. l.
si. C. de fideicommiss. vbi Bal. l. neq. C. contrahen. stipul.
Bald. in margarita, verb. testis sufficit. Roman. consil.
433. incip. quoad primum sufficit, & per multa similia
ostendit in l. 1. ff. de lib. & posthum. Et facit ratio genera-
lis quia lex quæ ¶ interdicit alienationem debet intel-
ligi de alienatione rei vtilis, & lucrosæ: secus, si aliena-
tio tenderet ad utilitatem prohibiti. c. vt super. §. fin. de
reb. eccl. non alien. sicut dicimus etiam in prohibiti-
one rei maioris secundum Ang. in l. 2. ff. de acceptil. Abb.
consil. 22. quanquam. Lud. Rom. consil. 337. circa pro-
positum. Alex. consil. lxx. viso processu. in 2. vol. Addo et-
iam pro hac opinione text. in §. si verò. in auth. de non
aliena. vbi Ang. not. quod si eccl. concessit emphy-
teusim non seruata debita solemnitate & emphyteuta
rem possedisset, tenebitur ad solutionem canonis, perin-
de ac si legitime concessa fuisset: vnde apparet non om-
nino actum fuisse nullum: sequitur Iason. l. 2. C. de iur.
emphyteut. & pro ista opinione, quod vbi ¶ agitur de
utilitate eccl. actus in tantum valeat, vt confirma-
ri possit, quamuis solemnitas vel forma à principio non
interuenierit, est decisio Bald. in l. contra iuris in prin.
ff. de pact. allegatur in dict. l. cum ij. §. eam transactio-
nem, & idem firmat Petr. de Anch. in consil. clxxxvij.
vbi dicit se existimare hoc esse verum, & sentit Abb. in
d. c. 1. Nec obstant allegata in contrarium. Et in primis
quod non sit seruata forma, quia respondeo quod quã
uis actus non valeat secundum Bal. & Fel. in allegatis
iuribus, tamen favore eccl. non adeo est nullus, quin
confirmari possit: maxime per bullam Pontificis, & co-
gatur iste stare promissioni, & ideo Abb. in di. c. 1. dicit
quod contractus ipse claudicat ex quo non est omni-
modo nullus respectu cōtrahētis cū eccl. per supra
dicta, & secundum hanc distinctionem possunt concordari
supra scriptæ opiniones doctorum, de quibus etiã per
Laurēt. de Rodolf. in rep. c. sine exceptione. in 8. not. 22.
q. 1. Circa aliū punctum nunquid iste emphy. qui ob non
solutionem canonis cadit à melioramentis, censetur
etiam cadere ab ijs, quæ emit à cōductoribus & ratione
meliorationum, quas fecit tanquã emphyteuta, casus nō
habet difficultatem, quod per non solutionem cano-
nis, sicut cadit à iure emphyteusos, ita et cadit ab istis
l. 2. verb. nomine meliorationis, C. de iure emphy. vbi
Bald,

Bald. & Ias. in 6. not. & per doctor. in l. senatus. §. Mar-
cellus. ff. de leg. 1. In conductor ¶ verò simplici secus est,
quia licet ipse cadat ab inuestitura propter non solutio-
nem, tamen recuperat meliorationes. leg. colonus. in
prin. & l. dominus horreorum. §. 1. vbi Bart. ff. locati.
Quid ergo erit in isto casu misto in quo emphyteuta
habet meliorationes emptas à conductoribus, & puta-
rim eas non perdi. quia d. l. 2. pœnalis est strictè intelli-
genda, quæ loquitur in meliorationibus factis tanquã
ab emphyteuta, non ijs quæ factæ sunt tanquã à sim-
plici conductore, & ideo non debet extendi ad hunc
casum, l. ar. si quis. §. diuus. ff. de relig. & sumpt. & quæ
not. Raph. Com. consil. 65. Andr. Sicul. consil. lxx. in prin.
Cor. consil. cclxxxvij. in 3. vol. Alex. consil. cclxxxvij. in 6.
Et maxime quia ratio dict. l. colonus militat in casu no-
stro, de qua per Bar. ibi. & quia quamuis cadat tanquã
emphyteuta, tamē debet sibi remanere saluum ius, quod
habetur ex cap. simplici locationis, vt in simili per Bal.
in l. 2. q. 8. C. de ref. vend. Et quia de isto casu mixto po-
test separari iudicari secundum contingentiam, vnde
quilibet secundum suam naturam intelliguntur d. l. si
spōsus §. circa ff. de don. inter virum. l. si statulib. §. si. de
statulib. l. Arist. vbi doct. ff. de don. & quod habetur per
doct. in l. 2. in prin. vbi dixi. ff. de verb. oblig. Et ita ego
sentio, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXI. SVMMÆ.

- 1 Bigamia eodem tempore illicita.
- 2 Exod. 21. ex planatus locus.
- 3 Condicio nihil disponit.
- 4 Condicio potest verificari de facto, licet non de iure.
- 5 Argumentum à contrario sensu non est sumendum, quando resultat prauus intellectus.
- 6 Conuersatio cōtra expressam prohibitionem non est bona.
- 7 Exempla non inducunt firmum argumentum.
- 8 Ex verbis narratiuis legis, vel quæ enunciatiuè proferuntur, non inducitur firmum argumentum.
- 9 Bullæ irritande causa multiplex.
- 10 Papa non potest derogare iuri diuino.
- 11 Penitentiario magno nō sunt permissa ea quæ reseruatæ sunt supremæ potestati papæ.
- 12 Certe scientie vbi.
- 13 Concessio emanata per viam dispensationis, arguit mentem concedentis fuisse velle derogare iuri communi.
- 14 Concessio contrarius diuinum regulariter non valet, tamen quando reperiretur dictum ius diuinum aliis limitatum teneret.
- 15 Papa per viam interpretationis in iure diuino quod varijs modis intelligitur, potest vnam partem approbare magis quam aliam.
- 16 Papa ex causa sterilitatis, potest dispensare contra ius diuinum.
- 17 Penitentiarius maior dispensat in casibus penitentialibus quantumuis arduis etiam Papæ reseruat.
- 18 Cardinali dicente quid facere iussu Pontificis viua vocis oraculo sibi facto creditur.

R I M O queritur: an licuerit Gratia Deo
Hæbreo ¶ super inducere aliam vxorem sub
prætextu quod prima sit sterilis, & sic an lice-
at ei duas vxores eodem tempore habere, &
quidem in eadem domo? Et conclusiue loquendo di-
co quod non sicut ad ius ciuile attendamus, per text. in
l. nemo iudæorum. in fin. C. de iudæ. & cælicol. siue ad
ius canonicum per text. in c. gaudemus. extra. de diuor.
vbi glo. concludit, nec quidem ex causa sterilitatis hoc
hodie concedi, vt est text. S. Ambrosij 32. quæst. 4. dixit
Sara. siue ad ius diuinum respiciamus: quia scriptura
dicit. Et erunt duo in carne vna, non dixit tres, vel plures,
sed duo. nec dixit, Adhæbitis vxoribus. sed vxori, & ita
tenent omnes in dict. cap. gaudemus. Nec me mouent
quædam loca sacra scripturæ quæ videntur facere in
contrarium, veluti Genes. cap. xvj. & cap. xxix. quia re-
spondeo, quod illa exempla Abraam & Iacob, erant
ante legem: secus post, vt dicit Ambros. in dicto cap. II
dixit Sara, & ita etiam tenet Ioannes Chrysostomus in
omilia. super illo loco. Nec me mouet, quod ¶ habe-

tur Exod. c. xxi. quia verba ibi non permittant duci a-
liam, sed conditionalia sunt quod si altera ei acceperit.
& c. conditio autem ¶ nihil disponit. l. si quis sub con-
ditione, ff. si quis omiff. causa test. l. ex facto. de hære-
dib. institut. & potest conditio verificari de facto, licet
non de iure. l. mulier. §. 1. de cōdi. infer. & ita responde-
tur ad id quod habetur Deuteronomij cap. 21. si habue-
rit homo vxores duas, & c. Nec me mouet, quod habet
Leuitici cap. 18. ibi, sororem vxoris tuæ in pellicatum nō
accipies, & c. non sequitur ergo in vxorem poteris acci-
pere, tum quia istud esset argumentum à contrario sensu,
quod in hoc casu non est accipiendum, quia resularet
prauus intellectus. l. ij. C. de cond. infer. vbi doct. Tor.
Tum quia videretur facta mentio pellicatus aliter non
posse eam appellari, quæ superinducatur iam habenti
primam vxorem, & secundum supra scripta est etiam re-
spondendum ad ea, quæ habentur Deuter. ca. 17. nō
habebis vxores plurimas, non sequitur ergo habebis
duas. Nec me mouet alia loca quibus probatur, quod
aliqui habuerint plures vxores, vt Iudicum c. 8. Regum
c. 1. Paralipomenon cap. 11. & cap. 13, quia non ideo se-
quitur quod rectè fecerint & bono exēplo, neq; quod
illa ¶ consuetudo esset bona, cum accepissent plurimas
contra expressam prohibitionem. in di. c. Deuteronomij
xvij. Præterea ab ¶ exemplis non inducitur firmum
argumentum: sicut nec ex verbis narratiuis legis, vel
quæ ¶ enunciatiuè sunt prolata secundum gloss. in l. v-
nicam C. quando non per. pat. & ibi per Modern. Et ita
etiam potest responderi ad ea quæ dicuntur de Da-
uid qui habuit plures vxores. l. Regum cap. 25. & 2. Re-
gum. cap. 12. de quo tamen dicendum est, vt per Theo-
logos ad quos me remitto. Secundum queritur quid iuris
sit, considerata Bulla ¶ Pontificis, quæ est satis clara in
fauorem dicti iudæi, & difficultatem facit: quia talis
concessio est expressè contra legem, videlicet contra
text. in dicta. nemo iudæorum. & non habet dictum
rescriptum clausulam derogatoriam non obstante ta-
li. l. & c. Ergo debet non valere. l. final. C. si contrarius
vel vt. publ. Secundum, quia (vt supra dixi) talis
concessio videtur contra ius diuinum. Et erunt duo
in carne vna, & c. dict. ca. gaudemus. ergo non potuit ¶
papa illi derogare: facit quod notat Bald. in c. lator. ex-
tra de sent. & re iud. vbi dicit hæc formalia verba: nun-
quid Papa si Regina est sterilis, possit concedere licen-
tiam super inducendi aliam vxorem vel concubinam
iuxta consuetudinem veteris testamenti? Respondeo
non credo: quia scriptura dicit, erunt duo in carne vna,
& c. & sic videtur ibi decisio Bald. in terminis quæstio-
nis nostræ. Tertium, quia ista concessio non emanauit à
papâ, sed à Cardinale qui curam ¶ penitentiariæ gerit,
cui non videtur permiti huiusmodi reseruatæ supere-
mæ potestati Pontificis. c. nisi specialis, & c. quod trans-
lationem. extra de offic. leg. Sed tamen his non obstantibus,
concludo dictam concessionem esse obseruandam
prout iacet, & licuisse dicto Gratia deo super inducere
aliam vxorem, seruata tamen dispositione legis suæ quæ
habetur Exod. c. 21. videlicet, quod prouideat primæ v-
xori circa necessaria & vestimenta, & congressum seu
consuetudinem ipsi non denegat vt habetur in Græca
litera expressius.

Nec obstat, quod in rescripto non adit clausula, non
obstante, & c. quia respondeo, quod ex quo per suppli-
cationem expressa est, certificatio negotij sufficit ¶ certa
sciencia per text. in l. idē Vlpianus. §. sunt: & alij vbi Bart.
verf. ex. Ex isto text. ff. de excusa. tut. q. notat Paul. de
Castr. in l. 3. §. si is ff. quod quisque iur. & ibi Modern. &
facit, quia cum ¶ concessio ista emanauerit non secundum
ius commune, sed per viam dispensationis, satis ostendit
mens Pontificis volentis derogare iuri communi: &
istud sufficit vt per Cano in c. quæ in ecclesiis. de con-
stit. gloss. Bald. & alij, in l. rescripta C. precib. imp. off.
Non obstat, quod dicta ¶ concessio videatur contra ius
diuinum, & ideo non valeat, & c. quia respondeo, quod
istud

istud procederet quando istud esset ius diuinum quod nunquam alias limitatum reperiretur: prout declarat Abb. in d.c. quae in ecclesiarum. secus si aliquando limitatum fuerit, prout in casu nostro ante legem ex causa sterilitatis. d. cap. dixit Sara. merito & iam nunc potest Pontifex limitare in ipsis Iudeis, de quibus loquitur text. in d. ca. dixit Sara. facit quia etiam in iure diuino, quod varijs modis intelligitur, potest Papa per viam interpretationis inter Christianos magis vnam partem approbare, quam aliam, vt habetur in d. c. quae in ecclesiarum. ergo, idem etiam poterit in interpretatione restamenti veteris, quae secundum ipsos Iudeos varijs modis possit accipi: non est ergo dubitandum de potestate Pontificis, quin possit dispensare per causam sterilitatis contra ius diuinum, de quo per gloss. in c. a nobis in verbo, exemptis, de decim. gl. in c. ex publico. de conuers. coniug. Ioan. And. in regula, semel Deo. de reg. iur. in 6. cum similibus de quibus late per Moder. in d. cap. quae in ecclesiarum. Nec dictum Bald. in d. c. lator. obstat supra scriptae conclusioni, quia loquitur Bald. quando Papa dispensaret inter Christianos, quod quis haberet duas uxores istud non posset: quia in Christianis immutabiliter semper est obseruatum, vt vnicam tantum haberent: secus in Iudeis, quorum mos & consuetudo fuerit contrarium. d. l. nemo Iudeorum. non obstat vltimo quod non emanauerit concessio a Pontifice, sed a maiore penitentiario: respondeo enim, quod istud nihil refert cum penitentiarius dispeset in casibus penitentialibus, quantum uis arduis & Papae reseruatis: vt per Card. in cle. ne Rom. versi. eo ipso q. v. de ele. maxime cum in casu nostro attestatus sit ipse penitentiarius Cardinalis, se hoc facere iussu Pontificis per viam vocis oraculo sibi facto: quo casu ei creditur. ca. nobilissimus. xcvij. dist. vbi Car. Alex. & quod habetur in c. quod super his. de fid. instr. vbi omnes sequuntur. Et ita arbitrari iuris esse, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXII. SVMMAE

- 1 Decime praediales debentur de iure diuino.
- 2 Laici nullo tempore possunt praescribere libertatem non soluendi decimas integraliter fall.
- 3 Papa licet non possit in totum tollere decimas: quia esset tollere ius diuinum, tamen potest illud moderare.
- 4 Priuilegium ad futura porrigi: quandoq. contra.
- 5 Eadem res diuerso iure censi non debet.
- 6 Praescriptio decimarum in agro partim culto trahitur ad aliam partem, si contingat de nouo eam reduci ad culturam.
- 7 Seruitutem habere ducendi aquam pro rigando praedium, non potest argumentari illud, vel habere aquam ad ampliora praedia.
- 8 Promittens dare cuiilibet canonico omni anno par caponum non tenebitur si numerus canonicorum augetur.
- 9 Priuilegium concessum monasterio, & capellis suis, non trahitur ad capellam quae de nouo erigatur.
- 10 Praescriptio censetur stricti iuris & ad futura non trahitur.
- 11 In beneficijs Principum plenissima fit interpretatio.
- 12 Praescriptio strictissime debet interpretari tanquam absorbens alterius ius.
- 13 Debitor solo lapsu temporis in mora constituitur.
- 14 Decimae sunt portandae vsq. in horreum ecclesiae ad debitoris, vbi etiam non interpellatis ipsorum expensis.
- 15 Praescriptio quae diminuit veram decimam, & iam redigit ad vigesimam non valet, nisi sit a Papa approbata.
- 16 Papae scientia praesumitur per lapsum centum annorum.
- 17 Per tempus centum annorum praesumitur priuilegium non soluendi laicis a Papa concessum.

PRAESSENS casus ordinari per scribentes disputatur, me adimonet, vt conclusio tantummodo loquar: quia rationes diffusissime per omnes canonicas attinguntur, apud quos facillimum est vnicuique eas perlegere: dico igitur, quod decimae praediales debentur de iure diuino: vt per quatuor doctores ecclesiae auctoritates ostenditur, & ideo nullo tempore possunt laici praescribere libertatem

ne eas integraliter soluant. c. in aliquibus. extra de deci. per Abb. in rubr. eius tit. disputat late Hostiensis in summa de deci. §. vtrum per scribi. versi. quareo. Ant. de But. & Imol. c. statuimus. ad finem. de transact. But. in c. parochianos. de deci. cum similibus. & est communis & canonizata vbiq. conclusio, quae fallit secundum aliquos, vt possit praescribi in tanto, licet non in toto, & sic quod soluantur vigesima non decima, quae fuit sententia beati Thomae de Aquino, quem refert Fel. in ca. causam. in prin. extra de praescript. & idem etiam tenuit Bald. in l. comperire. C. de praescript. xxx. ann. quod dictum sane est intelligendum quando concurreret approbatio summi Pontificis. secundum Hosti. in loco praesalleg. & Fel. in d. cap. causam. sola enim praescriptio non sufficeret, quia laicus est incapax talis quasi possessionis. vnde nullo tempore posset praescribere. cap. sine possessione. de regulis iuris. quando vero accedit licentia Papae, secus est: quia papa licet non possit in totum tollere decimas, quia esset tollere ius diuinum, tamen potest illud moderari: secundum Felin. in cap. fin. de maior. & obed. & sic expeditum est primum dubium.

Circa secundam dubitationem facit, quia posito quod valeret praescriptio non soluendi decimas de oliuis, videretur, quod deberet extendi. vt non cederetur ablata libertas faciendi noua oliueta, quae ipsa etiam deberent eandem habere immunitatem per text. in ca. quia circa de priuilegijs. & quod ibi plene notatur, vbi priuilegium concessum ecclesiae super Episcopalis decimis retinendis extenditur, etiam ad possessiones seu praedia postea quaesita, ne per eadem res diuerso iure censeatur, & multa similia adducit Alexan. consil. clxxxvij. in occurrenti casu. in 2. vol. l. in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verbo. obligat. confirmatur haec conclusio per id quod consuluit Abb. in consil. lxxxj. videtur prima fronte. in 2. vol. vbi tenet quod praescriptio decimarum in agro partim culto trahitur etiam ad aliam partem, si contingat de nouo eam reduci ad culturam: argum. text. in c. i. & c. quid per nouale. de verb. signifi. & in ca. cum in tua. secundum vnam le. extra de deci. & ea, quae habentur per Innoc. in cap. dilectus. de relig. dom. & illam decisionem sequitur Felin. in cap. causam. in fin. extra de praescript. His tamen non obstantibus, arbitrari contrariam opinionem esse de iure veriorum, moueor principaliter per text. cum glo. ibi super verbo, modus. in l. non modus. C. de seruitut. vbi, qui habet seruitutem ducendi aquam pro rigando praedium non potest augmentare illud, vel trahere aquam ad ampliora praedia, quam prius essent. & ideo ibi infert. Petr. & Gyn. ad rusticum, qui promisit dare cuiilibet canonico omni anno par caponum, non tenebitur si numerus canonicorum augetur ad adde. quod not. glo. & doc. in c. cum in capellis. extra de priuilegijs, vbi priuilegium concessum monasterio, & capellis suis, non trahitur ad capellas, quae de nouo erigantur. argum. l. fin. §. Caio. de liber. leg. facit doctrina Bart. in l. i. §. si quis hoc interdico. ff. de itinere actuque priuati. & per Innoc. in c. Cumana. extra de elect. vbi praescriptio stricte intelligitur, vt non censeatur praescriptum nisi quatenus apparet fuisse possessum & non vltra, vnde praescriptio censetur stricti iuris, & ad futurum non trahitur, secundum Ias. in authent. qui rem. C. de sacro sancta. ecclesijs. Abb. in c. quod translationem. de offic. lega. Felin. in ca. cum ex iniuncto, de haeret. Non obstant allegata in contrarium, & primo text. in d. c. vt circa. quia (si bene eius ratio confidetur) magis probat in fauorem monachorum: fundat enim se in beneficijs principis, in quibus plenissima fit interpretatio, sed nos loquimur in praescriptione, quae strictissime intelligitur tanquam ius alterius absorbens. xvj. q. 3. c. placuit. §. potest. Non obstat consilium domini Abb. quia loquitur, non in laico praescribere libertatem a decimis, vt est casus noster, sed in clerico in quo non est dubium, quod clericus facilius praescribit in aliena parochia: nec est ita odiosa talis

talis praescriptio, vt est gl. in d. c. in aliquibus, in gl. fin. & per Felin. in dict. c. causam, praeterea Abbas ibi mouetur alijs rationibus, quae non faciunt ad casum nostrum, & ideo omitto, & concludo, quod si laici faciunt noua oliueta vltra antiquam & praescriptam formam renebuntur de eis ad solutionem decimarum, aliter esset in facultate earum eximendi se omnimode a decimis plantando, nisi noua oliueta, quod est absurdum. Circa tertium nunquid possit decima pro annis praeteritis exigi, quamuis non fuerit perita, concludendum, quod sic: quia de solo lapsu temporis debitor in mora constituitur. vt per Abb. post alios. in cap. peruenit extra de deci. per illud dictum Exod. c. 22. dum dicitur, decimas & primitias non tardabis offerre, & ideo communiter concluditur, quod decimae sunt portandae vsque in horreum ecclesiae a debitoribus, etiam si non interpellatis expensis ipsorum per c. reuertimini. 16. q. aest. 1. & not. gl. in c. 16. q. aest. 7. & per Abb. in c. ex parte 2. de decimis, bene fatetur: quod quamuis isti fuerint in mora, non tamen tenentur ad pretium quanti, plurimi, sed ad simplicem aestimationem eius quod tunc valebant per doct. Bart. in l. diuortio. §. ob donationes, vbi etiam Paul. de Cast. & Alexan. ff. sol. matri. vel saltem quatenus facti sunt locupletiores: & ita putat debere intelligi quod not. Arch. in c. de decim. in 6. quem refert Felin. in c. si autem. de rescript. cuius dictum aliter de iure non posset procedere, vt sentiunt domini de Rota. tit. de decimis. deci. in antiquis. Circa quartum & vltimum supra conclusum est, quod praescriptio quae diminuit veram decimam putat, quam redigit eam ad vigesimam non valet, nisi sit a Papa approbata: prout etiam concludit Balb. in trac. praescript. in 5. parte princ. vers. 7. quareo, forte tamen in isto casu propter tantum temporis lapsum videlicet centum annorum praesumetur praescriptio scientia, vel tolerantia; arg. c. super quibusdam §. praeterea. de verb. sig. & l. hoc iure. c. ductus aquae, de aqu. quotidiana. & gl. iura. & ita sentit. Abb. in d. c. in aliquibus, & firmat Soc. cofi. 145. circa primam in si per rex. in c. commissum. eo. ti. & idem Soc. 297. viso priuilegio. Fulg. consil. 166. Paul. de Cast. cofi. 324. & ita et tenet summa Ang. in verbo, decima. §. 2. circa si. & ista opinio videtur magis communiter approbata, quia per tale tempus praesumitur priuilegium non soluendi laicis a papa concessum. cum apostolica, vbi Bal. Card. Imol. de ijs, quae fiunt a Praelat. Old. consil. 396. Com. consil. 83. Fulg. d. cofi. 166. Dec. consil. 85. quod tamen videtur intelligendum, si allegatur tale priuilegium, ceu approbatio secundum And. Sicul. consil. 35. sapienter, in 2. Dec. consil. 152. in causa exceptionis. Et ideo putat tali casu talem vigesimam posse peti etiam de oliuetis nuper inductis: ne eadem res diuerso iure censeatur. arg. cap. cum in tua. de decim. cap. vt circa. de priuilegijs. Abb. consil. 71. Et haec omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXI. SVMMAE

- 1 Successor inobligabilis, nisi in casu.
- 2 Praelatus licet habeat administrationem omnium bonorum ecclesiae, tamen in arduis necesse habet requirere consensum capituli.
- 3 Arduae res cognoscuntur a qualitate personae & redditus.
- 4 Consensus eius qui interuenit in obligando, debet interuenire etiam in liberando.
- 5 Praelatus non potest etiam cum capite facere aliquem contractum quid ad successorem transeat, nisi interueniente auctoritate superioris.
- 6 Praeudicium perpetuum illud dicitur quo successor obligatur.
- 7 Praelato esse cum capite simpliciter afferenti quid factum in utilitatem ecclesiae non est standum, nec per eius assertionem simpliciter probatur utilitas in praeudicium successoris, nisi interuenierit auctoritas superioris.
- 8 Mutui & locationis discrimen.
- 9 Per confessionem Praelati & cap. videtur ecclesia contractisse.
- 10 Confessio Praelati & cap. non probat ecclesiam contractasse vltiter.

Consil. Andr. Alc.

In ista causa reverendissimi Commendatarij plura replicantur contra responsiones meas sed, his non obstantibus, apparebit me iuridice cum responsum in praesentibus difficultatibus dedisse. Dico igitur, quod in commendatario, siue etiam praelato, qui vel ex concessione pontificis, vel aliter faciat fructus suos deductis necessarijs pro ecclesia, consensu capituli non habet effectum, vt obligatio in successorem transeat, nisi probata utilitate vel necessitate, secundum c. i. de solut. periura & rationes alias adductas. Nec obstant tria quae in contrarium adducuntur: Primo, quod etiam in praelato habere administrationem omnium bonorum ecclesiae, tamen in arduis, vel quando velle habere magnam quantitatem pecuniae necessarius est consensus capituli, secundum Innoc. in c. 1. de procurat. quem refert & sequitur Ioan. de Imol. in cap. 1. de depos. Nam respondeo, quod istud procedit in praelato habente simpliciter administrationem, qui tamen debet administrare in utilitatem capituli, seu ecclesiae, de quo in cap. 2. extra de dona. vbi scrib. & ita est de iure communi, de quo iure loquuntur Innoc. & Imol. sed quaestio est, in praelato qui non est simplex administrator sed dominus fructuum & qui non habet conuertere in usum ecclesiae, sed ex forma indulti pontificij potest conuertere in suos usus pro sustinendo statu suo, prout solet concedi magnatibus praelatis secundum Abb. in dicto capite de monachis, extra de praeb. vnde cum nullum penitus ius in eis habeat capitulum, frustra disputatur de eius consensu. Praeterea hic non sumus in arduis, quia attenda qualitate personae, & reditus videtur potius modica summa: vt est gl. in l. sed & si suscepit. §. 1. ff. de iudic. super verbo modica. Secundo non obstat, quod ex quo consensus capituli interuenit in obligando, ita etiam debuit interuenire in liberando, l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Respondeo quod hoc concessio, non tamen sequitur quod ideo debeat talis consensus operari in praeudicium successoris. Praeterea ex quo non erat necessarius consensus iste in obligatione, nisi quatenus importarent necessitates ecclesiae: ita non erat necessarius neq. in liberatione argum. d. l. & hoc, quia vltra necessitates ecclesiae nullum penitus ius competit capitulo, sed etiam esse Commendatarij ex forma bullae. Tertio non obstat, quod amissa hac opinione superflua esset cautela Cepol. 214. aliam numerum 42. incipien. vnus est modus. quam etiam tenuit Ioannes de Imol. in capite quod quibusdam. extra de fidei. Nam respondeo, quod in isto non est superflua: quia licet non praediceret successor, tamen valebit & habebit effectum, viuentis ipso praelato, qui vna cum capitulo fecit talem confessionem, & in tali casu loquuntur predicti doctores, non autem in casu quo mortuus sit, an praediceret successor: nam tunc sumus extra illam materiam, & attendimus text. in cap. i. de solut. Secundum principaliter dixi, quod non potest praelatus etiam cum capitulo facere aliquem contractum, qui ad successorem transeat, nisi interueniente auctoritate superioris. dict. cap. de caetero. cap. venies. de transact. gl. super vers. eandem conuentionem. in cap. ex multiplici. de decimis. cum multis concord. relatis in consil. Alex. 160. in 6. vol. Non obstat, quod illa iura loquuntur, quod ad inferendum propter perpetuum praeudicium ecclesiae, quod non est in casu nostro: nam respondeo, quod in ista materia intelligit perpetuum praeudicium illud, quo successor obligaretur: & istud manifeste apparet ex illa glo. in c. ex multiplici iuncta textui. & etiam ex not. per doct. in c. fin. ne praelat. vic. suas. cum concord. Non obstat, quod in locatione videatur dici contrarium quoad successorem obligandum, dummodo vtiliter facta sit, vt probatur in clem. 1. de rebus ecclesiae non alien. & in cap. 2. de locat. quia respondeo, quod probata utilitate ego fateor successorem obligari, iuxta text. in dicto cap. i. de solut. sed ex simplici assertionem praelati etiam cum capitulo, non probatur utilitas in praedictis

dicium successoris, nisi interuenit auctoritas superioris, vt concludunt omnes doct. per me allegari. & inter locationem, & mutuum est etiam differentia: quia utilitas facilius deprehenditur in locatione, in qua praetium seu pensio correspondere debet rei, & statim potest videri si in damnum oritur ecclesiae, sed in mutuo si non constet interuenisse, nisi per confessionem lex praesumit donationem. dicta leg. si forte. ff. de cast. pec. libemus nullum, in fine principij. C. de sac. eccles. No obstat, quod istud videtur contra theoreticam omnium, in cap. 1. de depof. & dicto cap. super quibusdam. in quibus iuribus nulla fit mentio de auctoritate superioris: quia illa iura non attingunt casum nostrum: quia non loquuntur, mortuo praelato, qui recipit mutuum, sed eo viuente: ipso autem mortuo est questio nostra: quia debet probari utilitas ad hoc, vt successor obligetur, alias esset parata via praelatis qua possent facillime defraudare successores suos, & quando non essent de hoc aliqua iura, certe cuilibet prudenti viro ratio naturalis hoc debet dictare. Non obstat, quod Ioan. Cald. in dicto consil. 5. sub titulo de confessis. non dicat, quod requiratur auctoritas episcopi, quia imò dicit, si bene consideretur & praesertim in subscriptione in si. dum disputat de inualiditate auctoritatis, & etiam dum dicit tale confessionem requirere probationem veritatis causae licitae & utilitatis, vel necessitatis ad hoc vt successor praediceret, & certe ibi consuluit in casu fortiori etiam quam fit iste de quo agitur. Non obstat, quod ratio cur debeat successor teneri, militat in nostro casu: quia per confessionem praelati & capituli videtur ecclesia contraxisse, vt per Abb. in dict. cap. 1. in glossa. de depof. merito & successor debet teneri: nam respondeo, quod videtur ecclesia contraxisse quoad obligationem viuente praelato, ex quo ipsi ita potuerunt confiteri, quia habent liberam administrationem in fructibus, vt dixit Abb. in d. cap. super quibusdam, sed quoad fructus qui percipiuntur, tempore successoris non habent aliquam administrationem, nedum liberam, & ideo opus est aliter probare utilitatem ecclesiae, quam per confessionem ipsorum. Quantum ergo sit respectu successoris, non est satis, quod ecclesia videatur contraxisse, sed requiritur, quod utiliter contraxerit. & istud aliter est probandum quam ex confessione praelati defuncti vna cum capitulo. & certe non video, quod amplius possit super hoc dubitari, cum etiam ratio Abb. in dict. cap. super quibusdam. expressè hoc inferat, vnde non est quaerendus nodus in scripto.

CONSILII XXIII. SVMMAE.

- 1 Laici iudices regulariter non debent se intromittere in causis beneficalibus, & quare.
- 2 Beneficia seu spiritualia ex causa tractant laici.
- 3 Anterior in possessione debet in ca manu teneri & si anterior habet titulum ab ordinario & aduersarius a Papa.
- 4 Beneficia in curia vacantia sunt de reuerentia Papae, nec ab aliquo quomodocumque priuilegiato conferri possunt.
- 5 C. si de praeben. in 6. explic.
- 6 Beneficij appellatione in materia stricta non venit commenda.
- 7 Beneficium propriè dicitur praebenda ipsa cum tit.
- 8 Commendatarius dicitur habere tantummodo commendationem & detentionem ecclesiae & fructuum, non autem titulum vel praeben.
- 9 Reseruaciones tanquam derogantes iurisdictioni ordinariae strictè debent intelligi.
- 10 Consuetudo dicitur esse stricti iuris.
- 11 Papa dando beneficium in commenda dicitur manum beneficij apposuisse, vnde tanquam quod sit affectum nemo potest de eo disponere.
- 12 Reseruata conferri posse causa.
- 13 Rescriptum continens clausulam etiam de necessitate exprimentem derogat legi contrariae habenti clausulam derogatoriam licet non sit nominata in individuo.
- 14 Papa quid asserenti in bulla credendum est.
- 15 Papa quando attestatur de facto proprio, est praesumptio iuris

de iure quod dicat veritatem nisi admittitur probatio in contrarium, Inverisimile est quod Papa velit sibi soli crediti in praedictis cum tertij.

In causa possessorij, de qua agitur, puto Reuerendissimum Cardinalem fouere iustiorum causam & praemittere, quod licet communis, & verior conclusio sit, quod iudices laici non debeant se intromittere in causis beneficalibus, quia etiam possessorum dictarum causarum propter commixtionem dicitur spirituale, vt per Abb. & Moder. in ca. quarto. extra de iudicijs. vbi concludunt etiam idem esse quando ageretur actione personali ad rem ecclesiasticam; tamen videtur, quod magnifici Seniores ex antiqua consuetudine de possessorio cognoscant ratione temporalitatis, quae in eo vertitur sub fundamento glossae, in c. literas de iur. cal. super verbo spiritualibus, & quae habentur per Guid. Pap. quaest. 1. in incip. in manibus magistris. quod sanè intelligendum est, vt se non intromittant circa subtilem inuestigationem tituli. Sed si aliquis prius possideat, cum qualiqua titulo is debeat coram eis obtinere: alias si vterius vellet se intromittere, inciderent in censuras de quibus in constit. Martini relata per Guid. Pap. in dict. q. 1. His sic praesuppositis, dico Reuerendissimum Cardinalem in manduendum in possessione sua, in qua est praetor aduersario dato, quod aduersarius habeat titulum a Papa ipse ab ordinario. c. si a sede. de praeben. in 6. Nec obstat, quod beneficium illud asseratur vacauisse in curia, & ideo sit de reuerentia Papae, sed potest dici, quod modo per alium conferri quocumque priuilegio suffulgetur. c. 2. de praeben. in 6. quia ad hoc respondetur multipliciter. Primò, dicitur quod textus ille loquitur de beneficijs vacantibus in curia: sed nos sumus in commenda, & appellatione beneficiij in materia stricta non venit commenda, ex quo beneficium propriè dicitur praebenda ipsa cum titulo. c. ex parte. de concess. praeb. per Card. in clem. causam. vers. quod si forsitan. ff. notab. de elect. Commendatarius autem non dicitur habere titulum vel praebendam, sed tantummodo commendationem, & detentionem ecclesiae, & fructuum, vt per glo. & docto. in c. nemo deinceps. de elect. in 6. Abb. in c. de monachis. in 3. not. extra de praeb. Gemin. consil. 17. in incip. pro declaratione Rom. consil. 350. in incip. in casu propositae consultationis, in princ. cum similibus. Quod autem text. in d. c. 2. procedit in materia stricta apparet: quia reseruaciones tanquam derogantes iurisdictioni ordinariae strictè debent intelligi, vt per glo. in c. P. & G. de offic. deleg. & per Dd. item quia innuitur super consuetudine. quae & ipsa dicitur esse stricti iuris, vt per Bart. in l. 2. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. Abb. in c. quod translationem. de offic. leg. Felin. in ca. cum ex iniuncto. extra de haeret. Secundum respondeo, quod beneficium dicitur vacauisse vsque à principio antequam conferretur in commendam huic assero familiari pontificis: & ideo semper ab eo tempore dicitur vacauisse: vt habetur in d. c. nemo deinceps, & tunc quando vacauit, non vacauit in curia, nec ille primus erat familiaris: nec id aliquo modo est probatum: & ideo non militat verba d. c. 2. & si diceretur saltem Papa dando illud in commendam dicitur manum beneficium apposuisse, vnde tanquam affectum sit non potest aliquis inferior amplius de eo disponere. cap. vt nostrum extra, de appellat. respondeo, quod si dicamus reseruacionem esse factam ex isto c. potuit conferri ab ordinario, vigore secundi in d. l. ipse reuerendissimo concessi, quo disponitur, vt conferre possit omnia beneficia vel officia, specialiter apostolice dispositioni reseruata, ex qualibet causa etiam de necessitate exprimentem, per quae verba potuit fieri collatio non obstante dispositione dicti capit. vt nostrum, quia quoties in rescripto est talis clausula, potest derogari legi

legi contrariae habenti clausulam derogatoriam, licet non sit nominata in individuo, secundum Bart. in c. 1. & ibi etiam Are. extra, de rescrip. allegat text. in cap. fin. de sentent. ex com. in 6. sequitur Felin. in cap. nonnulli. vers. fallit. 2. extra, de rescrip. & licet per talem clausulam non tolleretur dispositio d. c. 1. quia in eo requiritur specialis & indiuidua mentio, secundum Gemin. & Perus. ibi tamen secus est quoad regulam dict. cap. vt nostrum in quo non requiritur certa forma derogationis, vt declarat Felin. in praesalleg. loco vers. secunda declaratio. Tertio responderetur, quod non constat illum fuisse familiarium, & beneficium vacauisse in curia. & consequenter reseruatam: nec obstat, quod Papa hoc videatur asseruisse in bulla aduersarij cui videtur credendum, per textum in Clement. literis. de probat. & ibi glossa super verbo, fecisse narramus. quae distinguit: quia Papa attestatur de facto proprio, & tunc est praesumptio iuris, & de iure quod dicat veritatem, nec admittitur probatio in contrarium, aut attestatur de facto alieno, & tunc praesumitur verum, sed potest probari contrarium: & cum glossa transeunt ibi scribentes, na dico, quod illud secundum membrum habet aliam limitationem, videlicet nisi agatur de praedictio tertij, secundum Petr. de Anchar. consil. 319. praemittit. circa finem. Paul. de Castr. consil. 169. viso. Dec. in c. quae in ecclesiarum. de constitutionib. vers. non obstat. & ideo si Papa hoc asseruasset antequam beneficium collatum fuisset reuerendissimo, satis potest dici, quod staretur assertioni pontificis secundum illam glossam, sed cum talis asseruatio facta sit vel post collatum beneficium, vel eodem tempore: quia concurrunt in data, non potest procedere d. gl. quia esset in praedictio tertij, nec est verisimile quod sanctissimus Dominus velit sibi soli crediti in praedictio tertij per supra dicta, & ista sufficiant quoad possessorium.

- 1 Dispensandi facultas in prohibitione matrimonij in tertio vel quarto gradu est de reuerentia soli Pontifici.
- 2 Papa non dispensat in tertio, & quarto gradu, nisi ex magna causa.
- 3 Penitentarius maior ex mandato speciali Pontificis quandoque concedit dispensationem in tertio.
- 4 Surruptio dicitur quando non fuit expressum id, quo expresso diffidit Papa dispensasse.
- 5 Impuberum aetas multorum captiuis est subiecta.
- 6 Copula inter impubes facile non praesumitur.
- 7 Dissolutio matrimonij ante legitimum tempus non parit scandalum.
- 8 Falsitas causae reddit dispositionem nullam.
- 9 Dispensatio cum ratificatione puellae non probat secutam esse copulam.
- 10 Dicitio forsam est dubitativa, & nihil affirmat in facto.
- 11 Dicitio qualificatiua posteriori loco posita omnia antecedentia qualificat.
- 12 Confessio recipit interpretationem secundum mentem consentientis eam declarantis.
- 13 Copula non probatur ex affirmatione mariti.
- 14 C. continebatur de desponsa. impub. nunc restringi.
- 15 Impubes secundum naturam, & regulas iuris, non praesumuntur habiles ad coitum.
- 16 Impubes licet probetur fuisse in lecto, non hoc probatur in ter ipse secutam sed potius nixum ad copulam.
- 17 Inter impubes verba de praesenti resoluuntur in sponsalia.

De o diffusè, & subtiliter allegatum est in hac causa, vt minime opera mea necessaria sit scribam tamen pauca pro maiore iudicis informatione. Et videtur mihi, quod omnis difficultas consistat circa dispensationem, qua sublata, omne ius primi mariti corrumpit. In primis figurat dico, quod ista facultas dispensandi, in prohibitione matrimonij in tertio vel quarto gradu est de reuerentia soli Pontifici, quam non solet facere nisi ex magna causa, vt dicitur in cap. literas, vbi Dd. extra, de rescrip. spolia. Et licet Penitentarius maior ex mandato Pontificis speciali

eam quandoque concedat, tamen non solent alij officiales hoc facere, & si quandoque sub alijs Pontificibus habuerit similia indulta: tamen, eorum morte adueniente nouus successor expirat, vt dicitur in regula Cancellariae, nu. 13. vnde oportuit, quod in processu fuisset producta auctoritas istius collegij, & Praepositi fabricae Lateranensis: alia dicta dispensatio nullius est momenti, per regulam hynicæ. C. de manda. Princip. & quae habetur in c. cum a nobis, extra, de testibus & in cap. nobilissimus 97. dist. Maxime cum non soleat Penitentarius permittere huiusmodi concessiones, quae tendunt in damnum officij sui, & quia in casu nostro non est seruatata forma, quae requiritur in literis dispensationum secundum regulam Cancellariae nu. 46. & si exhiberetur auctoritas ipsorum, tunc poterit videri si seruauerunt formam mandati sui, de quo pro nunc aliter non insisto. Secundo posito, quod defectus non esset in potestate tamen videtur esse in voluntate, quia dispensatio est subreptitia: ex quo non fuit expressum quod isti essent impubes: & procul dubio diffidit Papa tali causa dispensasse, leg. si non lex §. temporibus. vbi Bal. ff. de haeredib. instituend. & in terminis nostris diffusè consuluit Decius consil. 602. in 7. dub. & ideo non est opus vterius insistere, adhibetur etiam maior cautio cognitio quando de impuberibus agatur, quia aetas illa est subiecta multorum captiuis, & in eis non tam facile praesumitur tur copula, nec diffolutio ante legitimum tempus parit aliquod scandalum. c. atestationes. de despons. imp. Tertio, est nulla dicta dispensatio ob falsitatem causae. de quo per Dec. dicto consil. vbi diffusè est allegatum. Vltimo est aduertendum: quia verba dispensationis cum ratificatione ipsius puellae non probant, quod sequuta sit copula carnalis, nec videtur puella aliquo modo hoc fecerit: quia verba dispensationis dicunt, Matrimonium per verba de praesenti carnali copula, & prole forsam subsequens contraxit, &c. quia dictio forsam, est dubitativa, & nihil affirmat in facto. In substitutione. ff. de vulg. & pup. vbi no. & refertur non solum ad dictionem. Prole. sed etiam ad praecedentem, Carnali copula. &c. tum quia est in vna & eadem clausula; tum quia participium, sublequens, numero plurali necessario ad vtrunque refertur, tum quia posterius est posita vnde vtrumque ante cedens qualif. car. l. mulier. & Titio. ff. de condit. & demon. vbi Bartolus. & doct. Car. consil. 30. Felin. cap. in nostra. in 3. fall. extra, de rescrip. per Bartol. & alios in leg. si ita stipulatus §. Chryfogonus. ff. de verb. obligat. Quamuis ergo dicta puella simpliciter approbauerit dispensationem, non potest dici affirmasse de copula, cum in dispensatione nihil de ea affirmatiue dicatur. Et maxime hoc est dicendum quia non est verisimile quod sub involuero illorum verborum, & generali illa approbatione puella senserit de tali qualitate, & per ea, quae ponit Bartolus & Baldus in leg. prima. C. de diuer. rescripti. & in leg. si cui 2. ff. de leg. 1. Matth. not. xxxij Bartol. leg. fin. §. Titia. de libera. legat. Alexan. consil. xlij. in 5. Corn. viij. in 1. & debet haec confessio recipere interpretationem secundum mentem puellae eam declarantis. leg. si quis intentione. ff. de iud. Bartol. in leg. is, qui reus. ff. de pub. iud. Non etiam probatur copula ex affirmatione mariti secundum text. in cap. continebatur. extra de despons. impub. quia ille text. recipit tres notabiles limitationes. Prima vt procedat in marito iam pubere, & secundum naturam habili ad coitum, & ita loquitur textus ibi allegatus, in cap. si quis accipit vxorem xxxij. qua. 1. non autem procedit in impubere, qui secundum naturam & regulas iuris non praesumitur hoc facere. §. 1. instit. de nupt. gloss. 2. in cap. 1. de i. i. puer. & Hostien. in cap. quod sedem de frigid. & malef. Gemin. consil. xxij. & eleganter per Lanc. Galat. in l. centurio. in 3. q. 1. par. de vulg. Secundo limitatur, non procedere, quando aliqua praesumptio est contra ipsum maritum, secundum Ant. de Burt. & Praepos. in dict. cap. continebatur

in casu autem nostro sunt multæ præsumptiones contra maritum. Prima ætatis. Secunda, quia non meretur tantam dotem iuxta notata in leg. C. si aduer. dot. Tertia, concussio, & terror curatoris. Quarta, deceptio ipsius puellæ, cum similibus. Tertio limitatur, vt regula illius textus procedat quod credatur primo viro: nisi tamē mulier discesserit ante pubertatem, & accepisset alium virum, quia in præiudicium secundi mariti non statuitur dicto primi asserentis se consummasse matrimonium, secundum Card. in cap. fin. extrâ, de spons. quem refert, & sequitur Præpos. ibi, in versic. vel aliter & tertio: & hæc duæ vltimæ limitationes tollunt difficultatem, quæ posset moueri ex dictis But. quem refert Præpos. ibi in dict. cap. fin. in princ. versic. & ideo infert hic. & in dict. cap. continebatur. Nec etiam probatur per testes dicentes, quod viderunt ambos in lecto complexos, &c. cap. præterea, de testibus. Dec. consil. 577. quia cum essent simpuberes, potius probant nixum ad copulam. gloss. dict. cap. i. dict. cap. si quis acceperit. Hostien. dict. cap. continebatur. Gemin. dict. consilio. 5. hoc autem non sufficit dict. cap. fin. extrâ de spons. cap. attestaciones. de despons. impub. Et quamuis textus in d. cap. fin. loquatur in sponsalibus: tamen idem est si verba de præfenti interuenerint: quia inter impuberes talia verba resoluuntur in sponsalia. ca. 1. §. 1. de despons. impub. lib. 6. & probatur in dict. cap. attestacionem. & istud puto verum, licet aliqui dissentiant. Et quia allegationibus contrarijs copiose & subtiliter responsum est: ex parte secundi mariti: non scribo vltius: sed concludo eum fouere bonam causam, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXVI. SVMMÆ.

- 1 Matrimonium absque consensu nullum.
- 2 Nuptiæ simulate nullius sunt momenti.
- 3 Copula in casibus matrimonium non iniuri.
- 4 Dab. consilium 6. in 1. vol. reprob.
- 5 Nixus ad copulam post sponsalia de futuro non facit vt trãseat in vim matrimo. sed requirit vtrũq; recte peruenisse.
- 6 Contrahens sponsalia sub conditione si pater consenserit ipso dissentiente, licet deinde sequatur copula non purificatur matrimonium.
- 7 Sponsalia de futuro per copulam subsequentiã transeunt in vim matrimonij.
- 8 Verba cõnitiãtia temporis præfentis, non inducunt obligationem respectu futuri.
- 9 Conditiõ appõsita in contrahendo matrimonio arguit omni modo defuisse consensum.
- 10 Distio nisi, ponit casum contrarium.
- 11 Præsumptio procedit in casu dubio.
- 12 Præsumptio non extenditur ad casum certum.
- 13 Confessio etiam parte præfente facta si non sit acceptata, non præiudicat.
- 14 C. si fidem declar. præiudicat.
- 15 Dolus excludit consensum saltem in effectu etiam in causa matrimoniali.
- 16 Dissimulatio in contrahendo matrimonio, facit vt non verisimile consensum abfuisse.
- 17 In foro conscientie qui verè non consensit, non tenetur stare matrimonio.

IN hac causa matrimoniali non videtur mihi subesse consensus, absque quo nullum est matrimonium: iuxta ea, quæ habentur in l. nuptias. ff. de reg. iur. quia in casu nostro nec consensus nec verba interuenerunt apta matrimonio, cap. tua nos. in fi. extrâ. de spons. Et etiam si data esset spes matrimonij, cum tamen spes illa nec per verb. de præfenti, nec de futuro, sit ad effectum deducta, non potest dici subesse matrimonium, sed potius quædam simulatio: vnde lex ait, q. simulare et nuptiæ nullius sunt momenti. l. simulate. ff. de rit. nupt. & pro hoc. facit quod no. Cald. & Præpos. in c. ex parte, de sponsa. de puella, quæ dixit, *Nolo, quod tangas me, nisi ducas me in vxorem*, sequuta copula, non tamen erit matrimonium, nec præsumetur consensus viri, refert & sequitur Cur. Iun. in l. actione. C. de transact. vbi etiam ponit alium casum de

illa puella, quæ dixit, *Nolo quod tangas me nisi prout honestati conuenit, & vir respondeat, quod aliter non est facturus*, sequuta nihilominus copula, secundum eum non erit matrimonium, quia deficit consensus, vt detur enim potius illuisse puellam, quam consensisse, vt ibi dixi reprobato consil. Barbatia § 6 in 1. vol. prout etiam alij Mod. ibi imprebant. & Picus in l. 2. C. de secund. nup. Et facit quod habetur in c. fin. de sponsalib. vbi post sponsalia de futuro nixus ad copulam non facit vt transeat in vim matrimonij, sed requirit vtrumque recte peruenisse, facit quod habetur in ca. pen. de cond. appõs. vbi et qui sub conditione sponsalia contractit, puta si pater suus consenserit ipso dissentiente, licet deinde sequatur copula, non purificatur matrimonium. Nec obstat quod in contrarium adducitur vnde videtur succedere regula posita, in cap. is qui fidem de spons. vbi et sponsalia de futuro per copulam subsequentiã transeunt in vim matrimonij. Respondeo multis modis. Primò, quod oportet sponsalia de futuro esse contracta, & sic qui dixisset, quod in futurum esset accepturus, ista autem verba sunt et cõnitiãtia temporis præfentis quæ obligationem non inducunt respectu futuri. l. si debitor. §. verisimile. ff. de contrahen. empt. l. cum certus. ff. de tritic. vin. oleo que leg. & facit text. in l. Titia cum testa. §. Caius. vbi doct. de leg. 2. Secundò respondeo, quod dicta confessio habeat conditionem nisi quidam respectus fuisset. que et conditiõ arguit omnimodo defuisse consensum, ergo aderat respectus ne eam duceret in coniugem: quia dictio, nisi, ponit casum contrarium l. actione C. de transact. absq; quo consensu non potest esse matrimonium, & cum text. in d. cap. is, qui fidem inducat præsumptionem, debet intelligi hæc et præsumptio in casu dubio secundum suam naturam iuxta glo. in l. vnica. §. accedit. super verb. præsumatur. C. de rei vxor. act. et non autem extendi ad casum certum, quando constat de dissensu: quia sub est certus respectus: ne vltra vim verborum illa enuntiatio accipiatur. l. Lucius. §. filiam. ff. ad S. C. Treb. Tertio quia text. in dict. capit. loquitur in eo, qui dedit fidem mulieri, ista autem concessio non emanauit erga ipsam mulierem, sed erga tertiam personam, vnde non potest inducere hæc sponsalia quæ sunt per promissionem sponsi erga sponsam l. 1. cum seq. l. hæc ita ff. de sponsal. l. in sponsalibus. eodem tit. vnde solet dici, quod et confessio etiam parte præfente facta, si non sit acceptata, non præiudicat, vt diffusè cõsoluit Franc. Cur. Sen. consil. lxxvij. super articulo. Alexand. consil. cxj. in 3. consil. xx. & lxxxij. in 4. 212 in 6. Hippol. Marfil. in l. de vno quoque nu. 125. ff. de rei iud. imò videtur, quod ista confessio, quæ non est facta de directo versus puellam, censetur incidenter facta ad colorandum suum propositum, vnde non præiudicat versus puellam, secundum gl. in versic. non prodidit in c. ex pœnitentibus. fo. distinc. per doc. in c. at si clerici. in princ. extrâ, de iud. Quarto respõdeo, et quod text. in d. c. is, qui fidem loquitur, vbi sponsalia præcesserunt: deinde sequuta est culpa: nostra quæstio est in casu contrario: quia copula præcesserat & subsequuta est dicta confessio: & forte non confidat ex processu quod post dictam confessionem amplius se copulauerit, vt merito tali casu non possit dici subesse præsumptum matrimonium, secundum gl. in cap. veniens. 2. de sponsali. vbi doctores. Quintò respondeo, quod cū in casu nostro sit magna disparitas. Credibile est, quod mater & puella sinxerunt se decipi: nec tunc saltē in foro animæ sit locus præsumptioni, de qua in dict. cap. secundum Theologos maxime S. Thomam in 4. sententiarum distinc. 28. articulo. 2. quem sequitur summa Angelica in verb. matrimonium. 2. §. 2. cum similib. quod potest deprehendi ex qualitate parentum, et vnde dolus videtur excludere consensum saltem in effectu etiam in causa matrimoniali, capit. ex literis

literis. extra, de sponsal. vbi tunc non recedemus a verbis, nec quicquam præsumitur in fauorem dolo agentium. Et debet d. Iudex in hanc partem inclinare. Primo propter disparitatem, quæ facit vt non sit verisimile consensum adfuisse huic matrimonio. c. super eo. extrâ, de testibus. Secundò, quia in foro et conscientie certum est non subesse matrimonium: quia licet in foro contentioso non obstantibus verbis captiosis aliquando videretur pro matrimonio tamen in foro conscientie si ille verè non cõsensit, nõ tenetur stare matrimonio, secundum Abb. in c. ex literis. x. extrâ, de sponsali. Tertio, quia aliis isti essent in perpetua rixa, & possent sequi multa scandala: vt dicitur in c. cum locum. extrâ, de sponsalib. Quarto, quia satis apparet ex processu, quod iste fuit allestus per matrem cuius dolo stante disparitate non debet nocere huic iuueni secundum Theologos, vt sup. dixi. Quintò, quia iste pro peccato suo satis poenarum cedit cum diu manserit in carcere, & fecerit maximas expensas, & sit passus multa incommoda. l. si diutino. vbi doct. ff. de poen. & licet adducatur aduersus iuuenem quædam alia argumenta, puta donatio vnius. annuli, & verba quædam inania, quæ solent ab amatoribus efundi, tamen tam leuem coniecturam faciunt vt alia responsione non sit opus. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXVII. SVMMÆ

- 1 Emphyteosis ecclesiasticæ naturæ est, vt ad descendentes pertineat, & extraneis non deferatur.
- 2 Verba hæreditibus, & successoribus non alterant naturam emphyteosis, sed secundum eam intelligunt.
- 3 Verba vtriusque sexus non referuntur ad extraneos, sed ad descendentes.
- 4 Ecclesiastica finita linea tenetur inuestire hæredes decedentis secundum qualitatem pristinae concessionis.
- 5 Filie Patri succedunt, quando ad sexum respectus non habetur.
- 6 Eques Hierosolimitanus non potest vii beneficio statutorum sue ciuitatis.
- 7 Translatio emphyteosis in potentiorum personam est vetita.
- 8 Potentior ille dicitur, quicum difficultate potest conueniri, & aduersus quem non facilis executio.
- 9 Verba hæredis & successoris sunt collectiua & vniuersalia quemlibet ex liberis comprehendunt.
- 10 Successione paterna prima causa est descendentiũ.

RLACET mihi conclusio supra scriptorum de minorum cõsulentium, quod emphyteusis, de qua agitur, pertineat ad filios d. Claræ, tali ratione: nã emphyteusis concessa fuit Achilli pro se, hæreditibus, & successoribus vtriusque sexus, quæ verba referuntur ad filios, & descendentes: quia in eis attendimus ad qualitatem sexus, quæ hic considerata fuit, tum quia et natura emphyteusis ecclesiasticæ est talis, vt ad descendentes pertineat. §. emphyteusim. in auth. de non alie. & extraneis non deferatur. vt habetur in l. etiam. ff. sol. matr. & verba et illa, hæreditibus, & successoribus, non alterant naturam emphyteusis, sed secundum eam intelliguntur, secundum Alexand. consil. 27. in 5. Dec. consil. clxxxj. quicquid dixerit Soc. consil. clxvij. quem Dec. loco supra scripto reprobauit: & in casu nostro res est certior propter verba et vtriusque sexus, quæ non referuntur ad extraneos, sed ad descendentes, prout sentit Alexand. consil. 10. in 5. Dec. consil. 208. Curt. in tract. feud. 3. part. quæst. 17. Et ideo, mortuo Achille absque filiis, res reuertebatur ad ecclesiam tantquam finita linea. Ceterum communis et opinio doctorum est, quod teneatur ecclesia rursus inuestire hæredes ipsius decedentis, id quod secundum qualitates pristinae concessionis, vt per Bart. & Dd. in l. si mihi et Titio. ff. de verb. oblig. in fin. in l. 1. §. permittitur. de aqua quot. & acti. Dec. cõs. 120. Goxad. cõs. 86. nu. 23. Rip. late in l. 1. ff. de priu. cred. cum ergo decesserit relicto patre hærede eius et in eum transijt. & ecclesia eum recognouit quia omnino, vt dixi, erat obligata hoc facere. Mortuo

autem patre ei succedere et debent eius filie, ex quo in hac inuestitura non habetur respectus ad sexum. Nec obstat quod adfrater masculus, ad quem pertinet successio ex forma statutorum Rhegien quia respondeo, quod cum sit eques et Hierosolymitanus, & illi religioni addictus, non potest vii beneficio dictorum statutorum, prout alias dixi in auth. cassa. C. de sac. eccl. vbi reprobauit quandam opinionem Dec. in consil. 117. quia statutum Rhegien. excludit talem a beneficio suo quod facere potest. l. si quis curialis, vbi Baldus, & Fulgo. C. de episcop. & cler. la. l. de quibus. ff. de legibus. & facit ad illud statutum quod not. Andr. Sic. consil. xlviij. & l. j. in 2. Ioan. Cur. in repetitio. §. diui. l. filius familias. ff. de leg. 1. Ripa consil. 4. libr. 1. respons. Præterea talis et reputatur persona potentior. in quem vetita est translatio emphyteusis: tum quia ratione fori dicitur potentior. leg. 1. vbi Bartol. C. de ijs qui potest. nom. lafon. l. si. C. de iure emphyteut. censetur enim et difficulter posse conueniri secundum gloss. in leg. 2. in prin. ff. qui satisf. cog. tum quia aduersus eum non est facilis executio. c. Odoardus. de sol. tum quia sicut armata militie milites prohibentur, l. milites. C. loc. ita et iste facit, cap. vnico. §. qui cler. si de feud. sue. contro. merito ergo ecclesi. non tenebatur eum recognoscere: & cum in extraneos tale ius transferri non possit: sequitur vt remaneat fororibus: & earum hæreditibus, siue ex consensu ipsius de quo per Alexand. consil. 120. vers. potest. in prin. siue ex iure accrescendi: cum et verba illa, hæreditibus & successoribus sint collectiua: & vniuersalia, quemlibet ex liberis comprehendunt: vt donec aliquis super sit nõ auertatur res ad dominum: sed locus sit iuri accrescendi arg. leg. sicut. in fin. quod cuiusque vniuersi. quod Aret. & lafon tradiderunt in dict. l. si mihi et Titio. Nec obstat, quod istud ius adhuc militie Hierosolymitanæ deuoluatur iure hæreditario, siue ex authen. defuncto. C. ad Terry. vt succedat fratri, siue et ex successione paterna, in qua prima causa est descendentiũ. authentic. cessante. C. de leg. hæred. Quia respondeo, quod cum sit de personis vetitis succedere in emphyteusis, non potest eam habere, & si emphyteusis esset alienabilis in extraneos, teneretur eam alienare in personam habilem, arg. l. filii. famil. §. cum quis. ff. de leg. 1. & tradit. Spec. in tit. de locatio. §. nunc aliqua. vers. 117. gl. Ray. Alb. Guid. de Suza, in leg. si ita quis promiserit. y. ea lege. ff. de verb. oblig. Alexand. d. consil. 120. Sed cum in casu nostro non sit alienabilis in extraneos, sed transeat in hæredes & successores vtriusque sexus tantum, necessariò deuoluetur ad istas sorores, seu earum filias, & sufficit quod sint hæredes, vel pro parte vt ius renouationis inuestituræ ad eas pertinuisse dicamus, secundum Alex. & Dd. in d. l. si mihi, & Titio. & consil. lib. 3. Anch. consil. cxxxij. Dec. consil. cxxxj. 21. Curt. in tract. feud. part. 2. quæst. 15. Sunt autem hæredes pro parte tam fratris. d. auth. defuncto. quàm patris leg. maximam. C. de liber. præter. maxime cum iste frater nõ possit vii beneficio statutorum Rhegien. vt supra dixi. Et ita ego sentio requisitus de sola subscriptione, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXVIII. SVMMÆ.

- 1 In contractibus regulariter non est locus iuri accrescendi.
- 2 Distio cuiuscumque, est distributiua.
- 3 Per secundam inuestituram non censetur derogatum iuri prouenienti ex prima inuestitura, nisi appareat hoc expressè actum.
- 4 Perceptio pensionis probat continuationem possessionis.
- 5 Reseruatio iurium quod non fiat præiudicium, censetur reseruare non solum ius proprietatis, sed etiam possessionis.
- 6 Rei conuenti regulariter possunt contrariis exceptiones proponere.

SUBTILITER & copiose allegatum est in hac causa per præstantissimum d. aduocatium & sublatæ multæ difficultates quæ fiebant con-

tra Comites de Cast. veteri: quibus allegationib. ego cō
 tentus duntaxat pauca sum scripturus in articulo prin
 cipali. Et contra istos Comites prima facie sunt verba
 inuestiturae concessae à vicario commendatarij S. Cru
 cis, quibus dimidia Piagiolini conceditur Co. Roberto,
 &c. & alia dimidia nepotib. ipsius ex fratre, quae verba
 indicant istos vocari pro partibus separatis quemlibet
 pro dimidia: vnde inter ipsos nullum est ius accrescen
 di. I. Maenio fundi, in prin. del. 2. vbi habetur pro separa
 tis in vltimis voluntatibus, multo fortius in contracti
 bus, in quibus regulariter non est locus dicto iuri accre
 scendi. I. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. Sed tamen in
 casu nostro puto contrarium, quod etiā alia dimidia Pia
 giolini, quae fuit Co. Roberti, petineat ad nepotes suos, non
 quidem vigore supra scriptae inuestiturae monasterij
 S. Crucis, sed vigore inuestiturarum acceptarum ab
 Abbate S. Laurentij propter clausulam, *Pro se, & cuiusq.
 ipsorum & filijs, & descendens, &c.* propter vim distribu
 tiuae illius, cuiusq. de qua per Dd. in d. l. si mihi & Titi
 o, & dictum fuit in alio consilio. Et quamuis deinde in
 posteriore inuestitura talis clausula fuisse aliter concep
 ta, tamen non censeretur derogatum iuri prouenienti
 ex prima inuestitura, nisi apparet expresse hoc actū
 secundum Bald. in c. 1. per illum tex. de eo, qui sibi, & su
 is hæred. & in c. 1. §. si verò, ad si. de grad. suc. cum multis
 concord. pe Dec. consil. 137. 193. 194. vnde si posteriores
 inuestiturae factae ab eod. domino non nocent emphy
 teutis, multo minus ista facta ab alio qui afferebat se do
 minum. Nec ob. quod hæc secunda inuestitura facta sit
 de consensu, & licentia primi domini: quia talis licentia e
 manauit eo colore: quia ipse Abb. nolebat litigare cum
 secundo, & ideo concessit facultatem renouationis quam
 facultatē protestatus est non debere, nec posse quoque
 vel quouis quæsito colore cedere in præiudicium iurij
 monasterij. S. Lauré. quibus verbis non videtur ex parte
 ipsius monasterij S. Laurentij amissa esse possessio ci
 uilis bonorum emphyteuticorum: tum quia semper
 percepit eandem pensionem per quæ actum probatur
 continuatio possessionis. I. quamuis. r. §. si conductor, vbi
 Dd. ff. de acquir. poss. doc. c. inter dilectos, ext. de fid.
 instr. tum quia per talem licentiam renouandi non cen
 setur amissa possessio vel translata in aliū quando sit ab
 abbate, vel prelato, seu simili administratore, qui nō pos
 sider suo nomine, sed nomine ecclesiae, secundum do
 ctri. Bart. in l. 1. in prin. in 4. q. principa. vers. pone quod
 tutor. ff. de acquir. poss. & consiluit Ale. consil. 87. vers. alio
 respectu in 2. vol. & maxime quia illa reseruatō iurij,
 quod non fiat præiudicium, &c. censetur referuare nō
 solum ius proprietatis, sed etiam possessionis. In no. c.
 episcopo de reb. ecclie. non alien. Abb. e. 1. de rest. in in
 tegrum, vnde videtur omninō saluum esse ius istorum
 ex antiquiore inuestitura, vt possint isti se tueri ex iure
 monasterij sancti Laurentij.

Nec obstat recognitio C. Roberti: quia apparet
 per errorem facta, si ius erat penes monasterium sancti
 Laurentij. Vnde attenditur antiquior inuestitura, vt su
 præ dixi. Item non obstant tali recognitione solutus
 est integer canon monasterio S. Laurentij: vnde cen
 setur continuata eius possessio, vt est dictum. Item etiam
 quod aliqua possessio esset translata in commendatari
 um sanctae Crucis, tamē nihil impedit, quin isti ex dua
 bus causis potuerint possidere, & se defendere ex vti
 liore. leg. 3. §. ex pluribus. ff. de acq. pos. maxime cum
 sint rei conuentioni, qui possunt regulariter etiam con
 trarias exceptiones proponere. I. nemo prohibetur. ff.
 de excep. cum ibi not. & etiam quia factum Co. Roberti,
 non potuit præiudicare istis nepotibus suis ex fratre
 absentibus: qui alias ex prima inuestitura vocabantur.
 Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXIX. SVMMAE.

1 In decima soluenda de fructibus comprehenduntur etiam
 Porti, quia et ipsi sunt in fructu.

- 2 Transactio de decimis valet & tenet.
- 3 Qualitas secundum quam contractum fuit attendi debet.
- 4 Verba generalia generaliter intelligi debent.
- 5 Decima de animalibus solui debet in eo loco in quo pasuntur.
- 6 Consuetudo in perceptione decimarum attendi debet.
- 7 Consuetudo ex decem annis inducitur.
- 8 Ex ijs quae deinde secuta sunt praesumimus quid à princ. in contractum gestum sit.
- 9 Ab exordio tituli posterior formatur euentus.
- 10 Possessio praesumitur ex praebula forma prouenisse.
- 11 Actus sequens in executionem eius quod à princ. tractatum est intelligitur factus.
- 12 In his quae habent se sic finis ad initium, tunc per modum declarationis ex post facto praesumitur in praeteritum.
- 13 Colonus respondens mihi de fructibus praesumitur retro coluisse nomine meo.

BREVITER agendo in proposita quaestione,
 non videtur dubium, quin iste laicus teneatur
 ad solutionem decimarum porcorum: cum
 & ipsi sint in fructu, vt est text in cap. peruenit
 & in c. non est, de decim. in antiq. Sed dubium est, ad
 quem pertineant dictae decimae ad rectorem curae, an
 ad religiosos, clarum est de iure communi spectare ad
 ipsum rectorem, sed in proposita quaestione. r. fronte sua
 detur oppositum propter verba permutationis inire
 ex causa transactionis inter rectorem, & religiosos, quae
 transactio valet, & fieri potuit de ipsis decimis. c. ex mul
 tiplici. extra de deci. Nec potest refricari in dubium, an
 iste sit rector vel vicarius: cum ipsi religiosi contraxe
 rint cum eo tanquam cum rectore ipsius curae, non au
 tem tanquam cum vicario, vt ex lectura transactionis
 apparet: vnde satis confiteri videtur esse rectorem. I. op.
 C. de contrah. & commit. stip. & attendenda semper
 est qualitas secundum quam contractum fuit. I. si pater
 §. qui duos. ff. de adop. Ang. l. si proponis. ff. de inoffic.
 test. Omnis igitur difficultas oritur ex verbis transactio
 nis. Et pro religiosis facit, quia rector in parte ipsis à se
 tradita renuntiavit omnium decimarum bladi, & vitorum:
 quod in dictis terris haberet vigore curae suae, subiecit
 quae clausulam generalem, & cuiuslibet alij iuri decimarum
 quod dicto rectori occasione curae suae competit, vel
 competere posset intra dictos fines, quae verba cum
 generalia sint debeant generaliter intelligi. I. de pretio
 ff. de publicia. & consequenter ad istud ius trahi. In con
 trarium facit: quia illa verba, intra dictos fines arguunt
 de decimis tantum praedialibus actum esse: quia ille in
 tra fines proprie continentur: non autem de personali
 bus: vel mixtis. quae ex lucro animalium, seu mouen
 tium proueniunt. I. Caius. ff. de leg. 2. l. si hidae. c. missi. §.
 1. de iud. l. fin. C. de praescrip. lon. tep. dato enim quod
 pro animalibus debeat solui decima in eo loco, vbi pa
 scuntur secundum glo. in c. ad apostolicam. extra de dec.
 tamen, cum iste locus sit etiam ipse de parochia licet af
 signatus religiosi, ius parochiale saluum est, exceptis
 decimis de dictis terris: at iste non sunt de terris, sed de
 animalibus. d. l. Caius, & per Iaf. in l. stipul. hoc modo,
 in fin. de verb. oblig. Bal. consil. 232. in fin. 2. vol. vnde in
 dubio pronuntiandum est, pro dicto rectori cum ius
 commune assitit, vt est gloss. in l. omnis. ff. de reg. iuri.
 Bar. in l. quotiens. ff. si quis cau. & per Dec. in l. de reg.
 iuris. Fortius me mouet consuetudo ex post subsequuta
 ex qua apparet, quod dictus rector semper ab illa trans
 actione citra percepit dictas decimas animalium per
 15. annos continuos: quae consuetudo maxime tam
 en istis decimis attendenda est d. c. ad apostolicam, &
 c. cum sint, eo. tit. Nec est dubium per tale tempus con
 suetudinem ceteri probatam: cum etiam ex solis de
 cem annis inducatur, vt est communis opin. post Bar.
 in le. de quibus. in 2. quaestio. 2. quaestio. in prin. ff. de
 leg. & leg. prima quaestio. C. quae sit long. consue
 tudo. cum igitur talis consuetudo subsequuta sit, de
 claratur retro, quod contrahentes ipsi fecerint.
 Pro qua conclusione facit regula leg. Iulianae. §. proinde
 2. ff. ad

2. ff. ad Mace. vbi ex ijs, quae deinde sequuta sunt, pre
 sumimus quid à principio in contractu gestum sit, &
 quod per illam decidit Bartol. in l. caetera. §. fina. ff. de
 leg. 1. & Ludouic. Rom. consil. 352. Facit etiam, quod so
 ler dici quod ab exordio tituli posterior formatur euentus
 l. vnica in fin. C. de impo. lucrat. descrip. lib. 10. & quod
 10 habetur in l. quaedam mulier. ff. de rei vendicat. vbi
 poss. praesumitur ex praebula forma perseverasse. I.
 penult. ff. de vlt. cap. pro leg. l. si à te, vbi Bald. ff. si ser.
 vendi. & t. actus sequens in executionem eius quod
 11 à principio tractatum est, intelligitur factus. leg. 2. §. vn.
 de quaer. ff. de manumiss. leg. qui in aliena. §. si is qui pu
 tabat. ff. de acq. hæredit. per Iafon. in leg. post dotem,
 in lect. Din. ff. solut. matrimon. Facit etiam alia regula
 12 quod t. in his, quae habent se, sicut finis ad initium,
 tunc per modum declarationis ex post facto praesumi
 tur in praeteritum. dict. §. proinde. & leg. litiibus. C. de
 13 agrical. & cens. lib. 11. vbi si colonus responderet mi
 hi de fructibus praesumitur retro coluisse nomine meo,
 & ibi gloss. in verb. colonorum, quae hoc intelligit: du
 modo responderet per decennium, seu longum tem
 pus. facit leg. si filius. C. de petit. hæred. & notat in leg.
 1. C. qui admitti. & Petr. de Ancha. in regula semel ma
 lus, de reg. iur. in 6. vbi concludit id induci per modum
 declarationis, non autem praescriptionis, & ideo non
 requiruntur necessarii tempora, quae praescriptio
 nis sufficiant. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore
 iudicio

CONSIL. XXX. SVMMAE.

- 1 Dicitio filijs apta est comprehendere vtrumque sexum ideo
 ambigua.
- 2 Ex ijs quae deinde secuta sunt sumitur praesumptio eorum,
 quae prius gesta sunt.
- 3 Haeres tenetur habere ratum quicquid gestu fuerit per eum
 à quo hereditatem habet.
- 4 Inuestitura reuocabilis etiam si vni pronisum sit.

RO Fabricio facit prima inuestitura, per qua
 non admittuntur feminae, nisi in defectum
 masculorum. Sed pro filiabus Luciae facit:
 quia videtur Lucia, & Catharina mutuo
 consensu illi renuntiasse per secundam inuestituram à
 domino acceptam, quod probatur infra scriptis ratio
 nibus. PRIMAE, quia verba primae inuestiturae pro
 filiabus feminis, & illarum filijs, & nepotibus mas
 culis, sunt ambigua: & dictio filijs, potest compræ
 hendere vtrumque sexum. leg. inter stuprum. §. seruis
 de verb. sign. & qualitas masculinitatis referri solum ad
 nepotes, & ista interpretatio debet accipi, postquam par
 tes ipsae ita videtur declarasse accipiendo secundam in
 2 uestituram, per quam filiae feminae Luciae, & Catha
 rinae admittuntur, vt ex ijs, quae deinde sequuta sunt
 sumatur praesumptio eorum, quae prius sunt gesta leg.
 sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Mace. SECUNDA, quia
 praesupposito, quod Fabricius sit haeres matris suae, vt
 eius dotem habeat, iuxta not. per Bartolum in leg. gerit.
 3 de acquir. hæred. tenetur t. ratum habere quicquid per
 ipsam sit gestum. I. e. cum à matre. C. de rei vend. & cum
 ipsa in instrumento diuisionis liberauerit dicta bona,
 non potest nunc contrahere, de quo per Bartol. in le.
 qui Romae. §. duo fratres. q. de verb. oblig. quae diui
 sio apparet fuisse facta non solum per publicum docu
 mentum, sed etiam per lapsum temporis: quia vltra
 decem annos postederit dicta bona, secundum gloss. &
 Dd. in l. penult. C. de diuid. & ideo censetur confirma
 ra lapsu tanti temporis, etiam si non appareat de con
 sensu manente tanquam tutricis, quod si instrumentum
 tutele inueniatur, res erit quae clara.

TERCIA, quia licet magna altercatio sit inter scri
 bentes, nunquid possit inuestitura t. ab ecclesia pro se,
 4 & filijs de emphyteuti disponere in vnum tantum, &
 sic contra formam primae inuestiturae, de quo per Ale.
 consil. 52. in 4. Soc. consil. 25. in 1. Iafon. 2. q. vlt. C. de iu.

emphyteut. tamen antequam acquiratur utilis actio ip
 si Fabricio, videtur, quod accedente consensu domini,
 potuerit recedi à prima inuestitura, per text. in cap. 1. in
 prin. de proh. feud. alie. per Fed. vbi praepositus hoc tenet,
 & facit text. in l. 3. C. de ser. expor. & quod nor. Bar.
 & Dd. in l. qui Romae. §. Flauius, de verb. oblig. & l. 2. ff.
 de asig. lib. tanquam haberet hæc Fabricius per mortis
 causa capionem, quam potuit eius mater & Lucia re
 uocare, secundum Bart. in l. si mihi, & Titio. ff. de verb.
 oblig. cum ergo antequam inuestitus esset Fabricius,
 factae sunt inuestiturae illae posteriores, satis videtur il
 lis standum esse, & ita etiam tenent aliqui Moder. in le.
 quod dicitur. ff. de verb. oblig. vt cum in feudo nouo
 simpliciter est permisum. cap. 1. §. si v. a fallus culpa, si de
 feud. fuer. controuerf. cap. 1. de duobus fratri. à cap. in
 uestit. per Alexand. in dict. consil. 52. idem sit in emphy
 teuti paterna, vel auita quando adhuc non est quaesi
 tum ius nepoti, & consensus domini accesserit. Et hoc
 dicitur aequitas: ne filiae Luciae remaneant omninō ex
 clusae, vt postquam matres quamuis feminae admittae
 sunt etiam filiae admittantur, & Fabricius si est haeres
 matris teneatur habere ratam dictam inuestituram pos
 teriorem & instrumentum diuisionis, de quo supra,
 quo casu rationes Alex. consil. 105. in causa Nicolai lib.
 4. non habent ob stare, si recte videantur. Hæc omnia
 saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXXI. SVMMAE.

- 1 Conductor non nisi ex causa decimas soluit.
- 2 Decimas debere, variè probatur.
- 3 Quid actum esse per epistolam transmissam probatur, & 140
 lib. epistola fidem facit.
- 4 Ex post facto coniecturam quod retro actum est.
- 5 Contractus partim locationis, & partim donationis, debet
 regulari secundum naturam donationis quae principaliter
 etiam vertitur in contractu, &c.
- 6 Qui donat fructus trium annorum, non censetur velle donare
 re aliorum.
- 7 Fructus praeteritos esse renuntiantis.

CONCURRE & ipse in sententiam supra scrip
 torum dominorum consulentium, & subscri
 bentium. Et primò circa primum punctum.
 licet alias conductor non teneatur ad huius
 modi decimas impositas per pontificem, & similia o
 nera extra ordinaria, secundum gloss. super verb. si be
 neficiorum. in de. 2. de dec. vbi Dd. tamen fallunt, vbi
 ita actum sit: quia conductor susceperit in se id onus,
 prout in casu nostro: quia promisit. d. Sancto auos 45.
 detractis oneribus quae ipse soluebat, & quod ita actū
 sit, satis t. probatur, ex epistola transmissa t. quae si
 dem facit l. ea quae. ff. de dona. inter virum. l. Publica. ff. 3
 depo. Item probatur ex coniecturis, quia alias esset ma
 nifesta laesio, & quidem supra dimidia iusti pretij, quae
 quidem coniectura non est capienda. I. cum de indebi
 bito, de prob. Item probatur ex quantitate decimarum so
 lue, quae est ducatorum decem pro decima qualibet
 arg. gl. in l. semper in stipulationibus de reg. iur. Non e
 nim est verisimile quod de 45. aureis solueret decem pro
 decima, sed potius soluenda esset extra illos 45. aureos
 pro vero valore totius beneficij. Item probatur ex euen
 tu: quia ipse conductor soluit ipsam decimam, quam p
 secto nō soluisset, nisi id onus sibi incubisset vt ex post
 facto coniecturemus: quod retro sit actū. I. sed Iul. §. pro
 inde. ad Mace. & quod habetur in l. lib. de agricol. &
 cen. lib. 11. Cod. Circa secundū punctū sentio idē, quod su
 prafer. domini consultores: cum enim iste contractus sit
 partim t. locationis, & partim donationis, debet regu
 3 lari secundum naturam donationis quae principaliter
 etiam vertitur in contractu, secundum regulam leg. A
 risto. ff. de donatio. & probatur in leg. si sponsum. §. circa
 venditionem, vbi bonus text. in l. cum hic status. §. per
 ver. idem dicendum erit. ff. de don. inter vir. & vxor. per
 gl. in l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. & firmat Lud.

Rom. in l. 2. in prin. de verb. oblig. Anch. & Imo. c. cum caulam, extra de empt. Soc. consil. 22. in 4. vol. clarum autem, & indubitatum, quod regula l. item quaeritur. §. si. ff. loc. non procedit in donatione: quia qui donat fructus trium annorum, non censetur etiam velle donare aliorum l. si certis annis, vbi dixi. C. de pac. & tradit Alex. consil. 76. visis dubitationibus, in 5. vol. & in simili per Socin. l. serui electione. §. 1. ff. de leg. 1. Vltimus circa alium punctum cuius sint pensiones beneficij, que percipiuntur occasione fructuum & praeteritorum perceptorum ante renuntiationem, puto esse clarum, quod sint renuntiantis, per regulam l. defuncta. ff. de usufr. vbi Alb. infert ad casum nostrum. Sed cum iste renuntians decesserit ab intestato in eis succedit ecclesia vnde prouenerunt, & consequenter eius rector. c. 1. c. vt vnusquisq; extra de pec. cler. si verò fecisset testamentum, esset recurrendum ad distinctionem gloss. in c. praesenti de offic. ord. lib. 6. Abb. c. cum esset. de testa. And. Sic. ca. fin. de pec. cler. cum siml. quod non prosequor, quia ista non fecit testamentum. Et ita de sola subscriptione requisitus arbitrarius iuris esse, saluo sepe rectiore iudicio.

CONSIL. XXXII. SVMMAE.

- 1. Omnes fundi debent prestare decimam ecclesiae suae parochiali.
- 2. Quarta pars decimarum Episcopo debetur regulariter.
- 3. Decimarum genera differunt, diuino scilicet modo.
- 4. In dubio praesumendum est decimas esse ecclesiasticas.

VNDATA est intentio reuerendi episcopi Nouariae circa decimas, de quibus agitur: quia secundum regulam & iuris communis omnes fundi debent prestare decimam ecclesiae suae parochiali. cap. 2. de restit. spol. in c. cum conuagat & c. apostolicae, de deci. & earum quarta pars debetur episcopo. cap. de quarta extra, de praescrip. nisi episcopus totum praescripisset, vt ibi habetur quod videtur procedere in casu nostro, in quo decimae circumuicinae omnes praestantur episcopo: vnde etiam ista de qua agitur, quamuis empta à laicis, tamen censetur habere originem ab ecclesia. & potest per eam peti, seu eius condutores, nisi probetur, quod dicta laici eam habuissent ante concilium Lateranense factum, iam à ducentis annis supra, vt dicunt communiter Dd. in cap. cum apostolica extra, de ijs quae sunt à praelat. & in cap. prohibemus extra, de decimis, & extat diffusum consiliu And. Sic. in supra scriptis locis à Dd. allegatum. Nec obstat, quod potest ista decima possessa per laicos & empta à Rhodis esse merè laicalis, puta si habita esset ab imperatore vel principe saeculari, de quo dixi in l. sylua §. noualis. verfic. ait Appianus, de verb. sign. per Bald. in l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrah. empt. Cald. cle. 1. de dec. Respondeo quod in dubio praesumendum est quod haec decima sit ecclesiastica, non autem imperialis. Primò quia iniure non reperiuntur aliquando praestationes specificae ad decimas coarctatae, nisi haec quae ecclesiae dantur secundum titulum, extra de decim. Secundò quia cum omnis terra debeat decimam ecclesiae vt habetur in cap. de decim. & num. 102. & in ijs bonis de quibus agitur non soluatur alia decima, quam ista, sequitur quod sit illa, quae ecclesiae debebatur, per ea quae habentur in leg. cum seruus. ff. de verb. oblig. Tertio, quia alias sequeretur, quod de istis bonis duae decimae praestari deberent, in primis ista empta à Rhodis, deinde de alia ecclesiae: cui omnino soluendum esset, nisi probaretur emptam à laicis fuisse ante concilium Lateranense, vt supra dixi, & videtur communis opinio. Quarto, quia isti haeredes de Rhodis pro alijs decimis retentis recognoscunt ecclesiam: vnde verisimile est idem quoque fuisse respectu istius venditae ab antecessoribus suis. Facit enim hoc probabilem coniecturam. l. à sententia. ff. de app. per Abb. cap. quamuis. q. 3. vbi Felin. extra, de re iud. maxime in antiquis vbi alia omnis probatio est difficilis. Et ita arbitrarius iuris esse saluo semper, &c.

CONSIL. XXXIII. SVMMAE.

- 1. Quando beneficiatus contrahit a alienum pro refectione alicuius rei, vel domus si illa domus est patrimonialis, cogitur haeres redimere pignus hoc nomine contra eum, si verò est ecclesiae tenetur ecclesia, siue successor in ea.
- 2. Si clericus fecit meliorationes in utilitatem ecclesiae, tenetur successor ad solutionem, quando utilitas ecclesiae est euidentis.
- 3. Si Praelatus promisit aliquid alicui pro opera in ecclesiam impensa, & moriatur, eius successor in beneficio tenetur soluere promissum.
- 4. Non est permittendum quod ecclesia locupletetur cum alia iactura.
- 5. Quando debitum est contractum pro necessitate ecclesiae, & quando est contractum in euidentem ecclesiae utilitatem parifacit.
- 6. Aetna nostri vpluntarij non extenduntur vltra quam a pe parcat.

ACTVM tale est. Reuerendus d. Martinus Agrippa in domo ecclesiae fecit multa melioramenta, impedit de suo supra quadringentos aureos, adeò, quod domus illa nunc longè maiore pretio locatur, deinde decessit, relicto quodam modico debito: erga Lapidam ex dicta causa, quaeritur, ad quem pertineat onus satisfaciendi dicto creditori, an ad successorem in beneficio, an ad haeredem patrimonij, & quia casus est clarus, paucis agam. Concludo enim tale onus pertinere ad successorem in dicta ecclesia. Primò per doctrinam Ioan. Andr. in cap. ex praesentium. extra, de pignorib. vbi concludit, quod quando beneficiatus contrahit a alienum pro refectione alicuius rei, vel domus: q. aut talis domus est patrimonialis, & cogitur haeres redimere pignus hoc nomine contractu: aut est ipsius eccl. & tunc tenetur eccles. seu successor in beneficio. & cum illo transeunt communiter Dd. vt attestatur ibi Abb. Secundò per doctrinam Abb. in cap. quod quibusdam, de fideiuss. vbi si clericus fecit meliorationes in utilitatem ecclesiae, tenetur successor ad solutionem: secundum l. in fundo. ff. de rei ven. quado utilitas ecclesiae est euidentis, prout in casu nostro; cù domus cariore pretio locetur, & istud debitum sit, quid minimum respectu impensa, quam fecit dictus Agrippa. Tertio per id. quod no. Arch. in cap. sunt nonnulli, quae l. vbi concludit, quod si praelatus promisit aliquid alicui pro opera in ecclesiam impensa & moriatur, eius successor in beneficio tenetur soluere promissum, sequitur aliqui Mod. in cap. 1. extra, de depof. facit quod no. idem Arch. 2. §. quae l. 2. cap. decessorum, & quia alias ecclesia locupletaretur cù damno alterius, quod non est permittendum. d. c. quod quibusdam ca. 1. extra, de depo. & habetur in c. fi. extra, ne prael. vic suas. Merito ergo successor in benefic. tenetur, facit quod no. Card. consil. 95 in fi. Dec. consil. 137. Nec obstat quod text. in c. 1. extra, de sol. solum obliget successorem in beneficio, quando debitum est contractum pro necessitate eccl. nam respondeo quod idem est, etiam si in euidentem utilitatem: quia ista purificatur. glo. cler. 1. verb. necessitas, de reb. eccl. non alie. & ita tenet. Abb. d. cap. quod quibusdam, cum quo transeunt ibi Ioan. de Imo. Andr. Sic. & caeteri. Non obstat, quod potuit Agrippa soluere de fructibus dicti beneficij, prout in simili dicit se consuluisse And. Sic. in d. c. ex praesentium, in prin. respondo, deducta pensione minimè superest Agrippae: vnde frustra tractatur de fructibus. Non obstat, quod possit dici, quod omnem hanc impensam censetur donasse Agrippa ipsi ecclesiae: respondeo non censetur donasse, nisi quatenus expendit, quod verò erat expendum, remanet in terminis iuris, vt ad successorem beneficij onus pertineat: quia factus nostri voluntarij non extenduntur vltra quam appareat, secundum Bart. in l. Titium & Meium. §. altero. ff. de administ. tut. Et ita teneo saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXXIII. SVMMAE.

- 1. Emphyteusis ecclesiastica non transit in filios naturales & Feuda in filios naturales non transeunt.
- 2. Quare, Legitimus

- 3. Legitimati non admittuntur ad feuda.
- 4. In emphyteosi magis attendimus ad fauorem accipientis, Clausula & quibus dederit vis. (Quam dantis.
- 6. Ecclesia abhorret naturales in beneficijs spiritualibus, non autem cum de bonis tractatur.
- 7. Ecclesia curat solum quod in emphyteosi canon sibi soluatur, & res in potentior non transeat.
- 8. Legitimato dicitur abolita omnis macula, & est perinde ac legitimus nec est infamis aliqua infamia.

VIA per aduocatos praestantissimos diffusè hoc in puncto allegatum fuit, paucis sententiam meam exponam. Et in primis constat emphyteusim & ecclesiasticam non transire in naturales filios, quia non est verisimile ecclesiam propter sui dignitatem de ijs cogitasse. l. ex facto. §. 1. ad Treb. & quia tales non possunt haberi absque peccato, quae ratione, nec feuda in naturales filios transeunt. cap. 1. §. naturales, si de feu. fuer. controu. inter domi. & agnat. & ita se habet communis opin. quam ampliant Bal. & alij in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & sublt. vt procedat etiam si tales essent legitimati: sicut etiam videtur in feudo, ad quod legitimati non admittuntur. d. §. naturales, & haec opinio etiam ipsa est communis, & certa propter auctoritatem Dd. licet concludentiatione non probetur, nec etiam satis bona lege, quia text. in §. naturales, loquitur in feudis, & sic beneficijs in quibus ad solam mentem concedentis attendimus, nostra quaestio est in emphyteosi, in qua plus attendimus ad fauorem accipientis, quam dantis. l. veterib. de pact. in conuentionibus, de verb. sign. sed (vt dixi) quae iam diu placuerunt maioribus nostris, non sunt refricanda in dubium. Ampliauit supra scriptam conclusionem neuisimè Dec. consil. 171. vt procedat non solum in filio legitimo, sed etiam in emphyteusi cum clausula, pro fe, & haeredibus, & successoribus, & quib. dedit. contrarium in terminis tenuit Matth. Afflic. in decisionibus regni Neapolitani. deci. 336. & ego etiam vidi ita quandoque iudicari. Quaeritur ergo, vtra opinio sit verior? Et puto hunc legitimum debere admitti ad hanc emphyteusim propter vt vim dictae clausulae, & quibus dederit, & c. quae facit vt talis emphyteusis ecclesiastica, transire possit in extraneos c. 1. de feud. non hab. prop. na. & satis fatetur Dec. d. consil. 171. & latè consuluist Francis. Curt. consil. 4. in primis, & cum transeat in extraneos eadem ratione in istum legitimum: nam & videmus, quod stante tali clausula, transeat emphyteusis haec ex delicto emphyteutae in filium, & cogitur ecclesia accipere eum in emphyteutam, vt sentit Barto. & Dd. in l. si finita. §. si de velt galibus. de dam. insec. qui tamen est odiosior ecclesiae, & etiam potentior, vt etiam concludit Curt. d. consil. 4. vt meritò etiam admittatur legitimus. & hanc interpretationem suadent verba clausulae, & cui dederit, quibus apparet non esse limitatum, cui sit dandum, nec fuisse in consideratione qui nam hic esset legitimus, an legitimatus, an extraneus. Nec obstat, quod ecclesia videatur abhorretere tales: quia istud est verum in beneficijs, & spiritualibus, non autè cù de bonis tractatur. vt dicit Io. Andr. in c. 2. de fil. presb. byr. lib. 6. in glo. defectu. in nouel. in emphyteusi enim solum cura quod canon sibi soluatur, & res in potentior non transeat. l. 2. & 3. C. de iure emphyt. & cum ipse sit legitimatus dicitur abolita ei esse omnis macula. perinde ac si verè esset legitimus: & ideo non est infamis aliqua infamia, secundum Bal. consil. 14. §. 1. 388. in 5. per text. in l. imperiali. §. 1. vers. nam omni macula C. de au. sequitur Lac. Gauliaula in l. Gallus. §. & quid sit tantum. de lib. & posth. maxime, si restitutus sit ad dignitates & honores, secundum Alex. consil. 2. vers. praeterea in 1. vol. & dictum Azo. quod allegari solet in contrarium loquitur in spurio qui non sit legitimatus, & hac procedit cum constat bona fuisse ecclesiae, & data deinde in emphyteusim: quod si hoc non constet, sed appareat duntaxat de consensu praelati in venditione melioramen-

torum adhibito, res esset clarior: quia non constat: quod emphyteusis sit ecclesiastica, cum potuerit prouenisse à laico, qui legauerit directum ecclesiae: quo casu ecclesia deleteretur iure Laicali secundum notat. per Bartol. in l. cum filius. §. in hac, de verb. oblig. Cin. auri. quas actiones §. C. de sacro sanctis ecclesijs & cù non solet ecclesia dare in emphyteusim: cum clausula, quibus dederit credendum est in dubio prouenisse à laico, qui legando ecclesiae non potuit facere deteriorem emphyteutae conditionem: qua tamen in re vltimus non insisto, quia non sum de hoc requisitus, nec vidi quod in processu sit probatum.

CONSIL. XXXV. SVMMAE.

- 1. Omnes terrae iure communi soluunt decimam,
- 2. Decima non afficit fundum, sed fructus ex quo proueniunt
- 3. Emptor de decimis non tenetur.
- 4. Pactum per quod venditor obligasset se ad decimas non valet.
- 5. Emptor non potest emere aliud quam ius quod habet venditor.
- 6. Dicitio omnis restringitur ad habitatem & verisimilitudinem.
- 7. Dicitio omnis non compræbendit decimas.
- 8. Decima ex conuentione debetur.

IS est mihi dubia supra scripta consultatio, quia vendens rem liberam, & francam ab omni onere videtur intelligendus de hypotheca, vel seruitute, vel canone, vel vassalla, & similibus non autem de decima? alioquin nulla res esset libera: cum omnes terrae iure communi soluunt decimam cap. 1. & cap. antep. extra de decim. Ne res ipsa dicatur minus libera. Cum decima non afficiat fundum, sed fructus prouenientes ex eo. c. tua nobis, de decim. & xvj. quae l. x. cap. si quis laicus, vbi per Arch. nisi tamen propter reliqua praeterita temporis, vt per doctores, in capit. pastoralis de deci. Et tale onus ad emptorem pertinet ex persona & facto ipsius, non autem ex facto venditoris: vnde venditor teneri non debet. leg. fundum, vbi Bartol. ff. de euic. §. Nec valerit pactum: per quod venditor obligasset se ad decimas. Bartol. le. inter debitorem. ff. de pact. & quod habetur in leg. epistola. §. penul. eod. tit. cum de sacro, & commoditate istius pacti omnino emptor ad decimas tenetur, dicit. cap. nobis, & dicit. cap. antep. eodem tit. Nec generalitas dictae promissionis adiuuat emptorem in his oneribus, quae sciebat, vel scire debebat habesse. leg. 1. §. si leg. quæro. ff. de act. emp. l. 1. §. si in l. quæro. ff. de act. emp. l. 1. §. si intellig. ff. de ad. l. edi. Cum igitur sciret emptor, non potest videri aliud emisse, quam ius quod habet. venditor. dicit. l. qui tabernas. de contr. empt. non autem ipsas decimas: prout in casu fortiori decidit Alb. de Ros. in l. Seia. §. Tyraniæ. ff. de fund. in str. & habetur in dicto capit. tua nobis. Et hoc satis sentit Baldus, in allegata leg. fistulas. §. frumenta. de contrahen. emptio. & Felinus. in capit. sedes, de rescriptis intelligentes remissionem exemptionis à decimis, intelligi de extraordinarijs tantum, quae decisio est vera quia de ordinarijs non potest intelligi per supra dicta. Nec hic est aliqua superfluitas: cum verba illa, ab omni onere, debeant intelligi de seruitute, canone, & similibus: & dicitio, omnem, restringitur ad habitatem & verisimilitudinem, secundum not. in leg. 1. §. nuntiat. de operis nou. nunt. Felin. dicto capite, sedes & per Baldum in allegata leg. à procuratore. capit. mandat. & quod per dictionem, omnem, non compræhendantur decimae firmat. Innoc. in capit. ex literis. de iure patro. Sed tamen in hac quaestione non videtur recedendum à distinctione Speculatoris, qui fuit magister practicae, quam possit in tit. de emp. & vend. §. 1. versic. non nunquam, vt si res vendita sit in loco, in quo de consuetudine communiter non soluuntur decimae: & tamen res illa soluatur: tenetur ad onere emptorem, alias conueniri possit ad interese: secus, si sit in loco, vbi oēs soluunt, prout est regulariter de iure communi c. cù non sit, de deci. Quae distinctio refert, & sequitur Nicol. Mihi in verb. venditor. Si ergo in loco, de quo agitur

agitur, erat consuetudo, quod decimæ non soluerentur...

CONSILII XXXVI. SVMMAE

- 1 Admissus semel ad dandum vocem in capitulo per talem...

REVIUS præfens casus decidi potest, nam prima fronte pro canonico facit, quia semel...

admissus est ad dandum vocem in c. unde per talem actum dicitur ei acquisita possessio eligendi...

potest prætere de spoliato, & spoliatus ante omnia restituendus est...

canonicorum, unde nunc non debet rejici: quia quod semel placuit, amplius displicere non potest...

non obstat, quod in dicta ecclesia ad sit statutum, quod nemo habens canonicatum non pacificum in sacris...

non obstat, quod in dicta ecclesia ad sit statutum, quod nemo habens canonicatum non pacificum in sacris...

CONSIL. XXXVII. SVMMAE

Prescriptionis tempus, Ius patronatus ex fundatione præsumitur per consuetudinem...

MI placet supra scripta conclusio quod reuerendissimus D. Rodolphus sit potior in beneficio de quo agitur...

per istos parochianos, videtur istud ius esse quæsitum præscriptione, quo casu valet concessio reuerendissimi legati aduersus tale ius...

CONSIL. XXXVIII. SVMMAE

- 1 Canonici vna cum Episcopo tenentur ad reparationem ecclesie...

NON videtur dubitandum, quin canonici vna cum episcopo teneantur ad reparationem ecclesie...

quæ sunt à maio. par. cap. vbi à contrario sensu requiritur consensus maioris partis capituli...

de iure vero communitenentur citra statutum, & inuiti, in casibus tamen à iure communi prouisis, vt quia diuites, vt quia non sufficientes redditus...

de iure vero communitenentur citra statutum, & inuiti, in casibus tamen à iure communi prouisis, vt quia diuites, vt quia non sufficientes redditus...

de iure vero communitenentur citra statutum, & inuiti, in casibus tamen à iure communi prouisis, vt quia diuites, vt quia non sufficientes redditus...

episcopus ratam portionem ad Canonicos spectantem soluere de suo, sed quod in se est, non petere. Quamuis huic argumento etiam aliter responsum sit, & bene per clariss. consultorem reuerendum d. Bernardinum de canum, qui omnes difficultates, & copiose, subtiliter discussit, aded vt mea opera minime sit necessaria, & ided in eius sententiam transeo tanquam veram & iuri consentaneam.

CONSIL. XXXIX. SVMMAE

- 1 Emphyteosis ecclesiastica secundum magis communem opinionem non transit ad heredes extraneos...

sculis, excludantur famine: intelligitur de masculino ex origine, & naturaliter legitimum, non qui per rescriptum principis sit legitimatus, secundum Antonium de Butt. in cap. per venerabilem. extra, qui filij sunt legitimi, quæ refert, & sequitur Paulus Castr. in lege, cum acutissimi. C. de fideicommissum concordant. per Decium consilio l. j. cclxxv. & cccxvj. Nono facit ratio ipsius statuti, quæ fuit, ut in fauorem eorum, qui sunt de iurisdictione, & qui subeunt onera communitatis Laudensis bona non possent iure seu titulo dotali transferri non subiectos: qui difficilius collectentur, & detraherent subire dicta onera, ut per Bartolum in lege, rescripto. §. final. ff. de mun. & honor. nõ quid ergo istud statutum factum in fauorem subeuntium onera in dicta ciuitate, extenderet etiam in fauorem illustri Sigismundi civis privilegiati? certe non, quia cessat ratio statuti: & t. cum istud statutum sit penale, & odiosum non porrigetur ad hunc casum, in quo est minor ratio. lege, finali. C. de interdict. matrimo. lege, relegatorum. §. interdicere. §. constitutum. ff. de interdict. & relegat. & quod habetur in lege, adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus, & per Decium consilio 64. & consilio 346. operabitur ergo privilegium respectu eorum, quæ competunt civi tantquam civi simpliciter, non quæ competunt tantquam subeunti onera, vel tantquam originaria, per doctrinam Bartoli, in lege, si maritus. §. legis Iulæ, in fin. ff. ad leg. huiam. de adul. & quæ notar Baldus in lege, omnes populi. ff. de iustitia & iure. & per Raph. Com. in lege, his qui pro emptor. ff. de vtiacap. vbi etiam Ioann. Crotus in materia fictionis inductiue. vericulo, secundum casus. Decimò, quod supra scriptum statutum non excludat dom. Lucretiam, probatur ex eo quia conceptum est in personam, *Nulla mulier nubat.* &c. vnde non potest eam comprehendere. quæ est forensis, & non subiecta statuto, secundum doctrinam Bartoli in l. cunctos populos. quæstione vij. C. de summa trinitate & fide catholice. Alexand. consilio xliij. in v. & consilio cccxij. in j. cum similib. Nec obstat, quod imò sit subiecta statuto, quia est civis per privilegium: nam respondeo, quod t. privilegium non operatur, nisi in ijs, quæ respiciunt fauorem ipsius, non autem, ut includatur in statuto odioso, & penali, secundum regulam l. quod fauore. C. de legibus. & quod notat Bartolus in l. iij. §. si emancipatus. ff. de bonorum possessione contratabul. Alexand. consilio xxxij. in v. volumi. Felinus cap. dilectus. ij. in vij. conclusionem. extra, de rescript. maxime t. cum tale onus statuti sit separabile a privilegio ciuitatis, iuxta l. cum ex oratione: & quod ibi notat. ff. de excus. tur. & per Bald. in d. l. quod fauore. 8. opposit. Et quamuis t. in privilegio sint amplissima verba, quod in omnibus habeantur pro veris & originarijs civibus, &c. tamen sepe subaudi t. respectu cõnventiõis suæ utilitatæ: quia talis fuit mens principis cõcedentis l. falla. §. j. de condit. & demon. & Ang. p. c. 457. generosus. Ias. consil. 65. & 59. in 3. quia illa æquiparatio, quæ fit per talem clausulam, ut in omnibus & per omnia habeatur pro civibus, restringitur tamen t. vnde inducitur ad fauorem, non retorquetur in odium. l. si Rufinus. C. de test. mil. vbi Alexand. & Ias. sicut & restringuntur, ne indebitè damnum patiantur. l. scire. §. aliud. ff. de excus. tut. Ang. conf. 6. gl. l. princeps. ff. de legib. & per Moder. in leg. j. ff. de leg. j. Vnde cum, si statutum intelligeretur arctare d. Lucretiam, quod auberet in iurisdictione Laudensi, profectò non valeret: & ideo t. non est faciendæ interpretatio per quam statutum sit nullum iuxta l. quoties. de verb. oblig. vel cõtineat illicita. ca. j. de iure iu. in vj. & l. si quis sub conditione. vbi Bartolus. ff. de cond. in. ff. & per Car. conf. lxxvj. t. non possunt enim laici statuere super matrimonio, nec eius libertatem restringere, secundum Ioan. Andr. Ant. Abb. & ceteros in c. j. extra, de sponsal. a. ded. quod pena statuto adiecta non potest committi, ut ibi omnes fatentur: & licet subijciatur ibi, quod potest valere statutum, quando excipere solum certum

genus personarum, secundum Bart. in l. m. n. leg. l. C. de
 murileg. l. xj. tamen Fel. ibi. vers. vj. fallit. tenet contra-
 rium, cuius præcisè loquens, in statuto nostro: contrari-
 um etiam sentit Bal. per eum allegatus. in l. nemini. C.
 de nuptijs. vbi se remittit ad notata per Ioan. And. in ca-
 statutum. de hæret. lib. vj. in nouella: vbi tenet non va-
 34 lere tale statutum. Sed tamen pro concordia ex men-
 te aliorum doctorum videtur distinguendum, vt si ex-
 ceptio certi generis personarum non sit onerosa matri-
 monio, valeat statutum, & ita loquitur Bart. & in casu
 nostro mulieri Laudensi non est onerosum, quoniam in
 ciuitate sua homini æquè Laudensi. arg. l. cum ira lega-
 tum. in princip. de cond. & dem. & per Andr. Sicul.
 consil. 4. in 5. Curt. Sen. consil. 27. & consil. 42. cum sequi.
 Si verò talis exceptio sit onerosa, est secus. l. Titio. §. re-
 scriptum. de cond. & dem. Raph. Com. consil. 164. Ful-
 go. consil. 66. Bal. consil. 54. in 5. l. in l. 2. C. de iur. emph.
 vers. vltra Bal. cum ergo dom. Lucretia. sicut Ferrarien-
 sis origine, & domicilio, satis fuisse ei onerosum, si nõ
 potuisset alibi nubere, quam extra patriam suam, &
 eogeretur nubere in ciuitate Laudensi, in qua nullos
 habet cõsanguineos certè hoc esset valde onerosum:
 & ideo statutum nõ debet intelligi in hoc casu. Quod si ita
 intelligeretur puto indubitanter, quod non valeret: &
 quod opinio Fel. sit vera. Duodecimõ videretur etiam di-
 cendum, quod istud statutum non obstat Lucretiæ, tã
 quam ei sit derogatum per literas priuilegij ducalis, dũ
 ijs dicitur. *Dominus Hercules succedere possit quouis titulo, &
 reliqua capere. Idemq. facere possit quacunque mulieres, quas
 ipse Hercules, suiq. descendentes in vxor. es acceperint. Et subij-
 citur, Et quicunque ex talibus vxoribus progeniti tam masculi
 quam femina, &c.* Ita ergo femina poterit succedere,
 obstantibus quibuscunque in contrarium: & maxime
 statuto Mediolanensi. De pena mulieris nubentis &c. qui-
 bus verbis apparet esse derogatum huic dispositioni sta-
 tutariae, imponenti pœnam nubenti extra territorium
 & si dicatur derogatum esse statuto Mediolanensi, non
 autè Laudensi,pondeo, q. imo etiã Laudensi quatuor
 rationibus. Prima est, q. supra equiparauerit istas tres
 ciuitates Mediolanensi Papiensi, & Laudensi, quãtũ sit ad vires
 priuilegij, vnde quãuis meminere statuti Mediolanensis,
 tamè intelligendũ est idem esse etiã respectu statuti Lau-
 densis. l. si quis serui. C. de iur. glo. c. nõ debet. extra
 de consanguin. l. si. l. pen. de constit. tanquam facta sit
 mentio Mediolani: quia ibi erat principalis domi-
 liũ per gloss. in authentic. causa. C. de sacrosanct. ecclesi. Decius
 consilio lxx. Secunda, quia ex eo, quod derogatur
 illi statuto Mediolanensi, declaratur mens principis vo-
 lentis istos descendentes non subesse pœnis dicti statuti
 secundum Baldum in leg. eam, quam. vers. siculo dicas
 quod si ex clausula, non obstante. C. de fideicom. & id
 non solum respectu Mediolani, sed vbiq. propter di-
 35 sionem, & maxime positam in priuilegio, quæ stat in im-
 pli-
 catiue ad casum magis dubitabilem, secundum gloss.
 in l. illud. ff. ad leg. Aquil. Fulg. Alexand. l. son. Decis in
 l. qui se patris. C. vnde lib. & facit, quod de dictione *ma-
 xime* inserta in sententia. ponit fac. But. in l. 2. §. ignomi-
 niæ. ff. de ijs, qui notant infra. per Alex. in l. qui Romæ. §. de
 duo fratres. ff. de verbor. obligat. vbi Ripa. Tertia ratio
 est, quia in fine priuilegij est clausula. *Et hæc omnia sta-
 tutis infra dictis & decretis statutis ordinibus, & alijs
 quibuslibet in contrarium disponentibus, aut aliam
 formam dantibus non attentis etiam si talia ferent, &c.*
 36 tibus omnibus & singulis ex certa sciencia, &c. quæ clau-
 sula est adeo generalis, vt deroget etiam dicto statuto
 Laudensi, per ea, quæ habentur in l. fina. C. si contra-
 rius. vel vtil. pu. bli. Alexand. consilio cxx. in 4. volum.
 Decius consil. x. & per Can. in cap. quæ in ecclesiis. de
 constitut. c. nonnulli. de rescriptis. Quart a ratio, quod
 cum ista bona sint exempta de pœna statuti resp. ad d.
 Hercules, debent censi exempta, in perpetuum resp.
 ad suæ descendentiæ, tum per regulam l. pater. §. quin-
 decim. ff. de leg. 3. & quæ per illum textum accumulatur
 doctri-

doctores varijs locis, maxi mē a son leg. de eff. eius cui
 Decis. consilio lxxxvij. tum quia verba priuilegij æqui-
 parant descendentes suos ipsi dict. Herculi. Vnde pro-
 pter verba priuilegij nõ potest dici, quod dicta bona re-
 maneant sub onere dict. statuti: licet fortè aliud esset
 circumscriptis verbis priuilegij, tamen prægnantibus.
 Nec obstat, quod in priuilegio sit clausula limitatiua,
 quod dominus Hercules succedere possit, & prout alij 37
 ciues naturales antiqui, & originarij, &c. respondeo
 primo, ista clausula in priuilegio posita, non stat limita-
 tiue, sed assertiue, secundum Bart. in extrauagan. ad re-
 primendum verbo, prout, & ideo non impedit, quin
 succedere possit, etiam in casibus, quibus veri ciues ex-
 cluderentur: & cum sit adiecta ad augendum gratiam, 38
 non debet operari restrictionem. d. l. falsa. §. j. de con-
 ditioni. & demonstrationibus, & cum respiciat vili-
 tatem, non debet trahi ad statuta, quæ nocerent, iuxta
 no. in d. leg. si Rufinus. in d. leg. iij. §. si emancipatus.
 cum similibus. Secundò respondeo, quod cum
 verbis priuilegij sit sublatum obstaculum dicti statu-
 ti, vt supra ostendi, illa clausula intelligitur quod suc-
 cedant descendentes, sicut originarij succederent, qui-
 bus sublatum pariformiter esset obstaculum di-
 cti statuti: ne aliàs priuilegium quodammodo sibi ipsis
 aduerteret & contineret negationem, secundum gloss.
 in verbo. salua. in fin. in lege, si debitor. §. j. ff. quibus mo-
 dis pign. vel hypo. & quod nota. l. so. in l. si fundum
 per fideicommissum. ff. de leg. j. Tertio respondeo, quod
 illa clausula loquitur in successione affirmatiua, vt æ- 39
 quiparetur d. Hercules ciuibus originarijs. Sed nõ
 quæstio est in successione, negatiua: quia statutum ex-
 cludit nuptiam extra territorium, ne succedat & de hac
 negatiua nihil in illa clausula disponitur, sed in alijs in
 quibus tollitur dictum statutum. Nec obstat quod su-
 præscriptæ clausulæ videntur istos descendentes æqui-
 parare veris, & naturalibus ciuibus, vnde debent ligari
 statuto, quia priuilegia transeunt cum qualitate sua. &
 40 qui vult vti statuto quoad acquisitionem debet illud
 acceptare etiam quoad onera acquisitionis, & pati cen-
 suram alterius statuti: vt per Bald. in l. 4. C. ad leg. falc.
 & in lege, omni. C. de sacrosanct. ecclesi. & nõ debet plus 41
 operari fictio, quã veritas, ut scilicet melior sit conditio
 ficti & adoptati ciuis, quàm naturalis, & veri. l. sub con-
 ditione. ff. de solut. l. quamuis. §. si mulier. vbi Aret. ff. ad
 Velleia. l. filius fam. ff. si cert. pet. Nam pro responsio-
 ne considerandum est, quod in priuilegio ciuilitatis isti
 non simpliciter equiparantur alijs ciuibus: nec quoad
 omnia, sed ea quod cessat in casu nostro disputatio Dd.
 de qua in l. j. ff. de lega. j. quãdo priuilegium dicit, quod
 scholares in omnibus habeantur pro ciuibus, vel in om-
 nibus & per omnia. Sed solum efficiuntur ciues, quo-
 ad quãdam videlicet, quod succedere & acquirere possunt.
 & sic duntaxat in eorum fauorem: quod manifestius
 apparet ex illis verbis, quod possint fungi, & gaudere 43
 omnibus honoribus, pactis, immunitatibus, exemptio-
 nibus, commoditatibus, prout alij antiqui ciues, &c.
 quæ verba concernunt duntaxat fauorem istorum. Vn-
 de existimandũ est, quod respectu eorum, quæ concer-
 nunt onus, & incommodum, non habentur pro ciui-
 bus antiquis, & veris per doctrinam Bartoli in dict. l. iij.
 §. si emancipatus. quæ est communiter ab omnibus ap-
 probata, & per regulam dict. l. quod fauore. & quæ ha-
 bentur in dict. l. si Rufinus. tenebuntur ergo ad onera
 ciuium duntaxat, quæ connexa sunt concessioni, se-
 cundum Baldum in dict. l. quod fauore. in vij. opposi-
 tio. per text. in l. cum ex oratione, in fin. ff. de excusa. tut.
 ita quod separari ab ea non possint. vt declarat etiam
 Aretinus in l. quidam cum filium. de verborum obliga-
 tione. sed concessio loquitur duntaxat, quod æquipa-
 rentur veris ciuibus, vt possint succedere, & acquirere,
 & gaudere commoditatibus eorum: ergo non intel-
 ligitur respectu statuti exclusiui, separari ab alijs lo-
 quētibus de inclusione, & sic de commoditate, secundũ
 doctri-

doctrinam Bartoli in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de
 lib. leg. & per Angel. di. consilio cccij. generosus. l. as. dict.
 consilio. lviij. in iii. Et allegata in contrarium non lo-
 quitur in eo, quipotesit vti statuto ex priuilegio sibi con-
 cesso in fauorem: talis enim non cogitur pati censuram
 alterius statuti nõ cõnexi, sed separati ab alio, secundum
 44 supradicta. & tali casu melior est conditio ficti ciuis,
 quàm naturalis propter verba priuilegij, prout dicunt
 doctores in dict. leg. si filius famil. quando priuilegium
 non restringitur ad habilitatem. facit textus cum gloss.
 in lege, si ei. ff. mand. vbi Aretin. & leg. si sponsalibus.
 §. j. de iure dot. prout declarat Rapha. Fulg. in leg. sin-
 gularis. ff. si cer. petat. Barb. cap. constitutus. in fin.
 extra, de fideiussor. Vltimò non omitto quod com-
 munis practica, in ducatu Mediolanensi, ita habet, quod,
 statutum illud non intelligatur de ciuibus priuilegiatis
 & sunt infiniti ciues Mediolani, possidentes bona in
 agro Laudensi, habentes ius ciuilitatis Laudensis per
 priuilegium, qui filias suas maritant Mediolani, & ni-
 hilominus illis succedunt dictæ filiæ in bonis Lau-
 densibus: nec vnquam a seculo fuit auditum, quod
 fieret in hoc difficultas: & nullus est iudex in istis
 partibus, qui admitteret talem allegationem. vnde
 non sunt mutanda. &c. leg. minime. ff. de legibus. Cir-
 ca statutum Papiæ, verior est opi. quod domina Lucretia
 etiam sit admittenda cum fratre, ex quo statutum
 non excludit eam ab hæreditate materna, nisi quando
 dotata est ex bonis maternis, vt mox ostendam: in eo
 enim dicitur, quod mulieres dotatæ de bonis auitis, pa-
 ternis, maternis, vel filiarum fratris non faciant
 partem cum fratribus in hæreditate auita, paterna,
 materna, vel fraterna, neque in dote materna cum ma-
 sculis filiis fratrum, quibus verbis sic præsuppositis sci-
 endum est, quod certa, & communiter approbata est
 45 conclusio, quod statutum excludens fœminas do-
 tatas a successione intelligitur, non generaliter omni-
 um. sed a successione dotantis tantum, secundum gl.
 vbi Bal. Cast. Fulg. Cor. in l. j. C. de legit. hæred. Ful. con-
 sil. iij. in subscriptione Alex. ij. §. veteres. de acq. poss. Soc.
 cõsil. xxx. lxxx. iij. Cor. cõsil. lxxiij. in j. xlvij. in iij. cccxij.
 in iij. Dec. l. vbi liber. vij. no. C. de colla. Franc. curt. fe-
 nior consil. lxxv. per totum: Sratio conclusio est, quia
 cum fœmina & ratione naturali, & iure ciuili ad suc-
 cessionem admittatur. l. maximũ vitium. C. de lib. præ-
 tæ. non debet censi exclusiua, nisi quatenus verba clarè
 & expressè eam excludant. at in prædicto casu non est
 clarè exclusiua: quia statutum potest intelligi de hæredi-
 tate dotantis tantum: sicut videmus fieri sapissimè ta-
 lem interpretationem. vt in d. l. j. C. de leg. hæred. dict.
 l. vbi liber. ibi de cuius hæreditate agitur, & in l. quoni-
 am nouella. C. de inoff. test. vbi Bal. & l. so. iij. no. ab. &
 47 in l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. Nec enim verissi-
 mile est, quod statutum propter dotem ab vno datam
 velit mulierem ab alterius successione excludi: & sic,
 quod factum ad vno prodesset respectu alterius. arg. l.
 vnus. §. ante omnia. ff. de pact. alioquin statutum esset
 absurdum, & iniurum: cum posset contingere, vt ex
 minima re in dotem ab vno fratre paupere accepta ex-
 cluderetur mulier ab opulenta hæreditate alterius frat-
 ris. Debet ergo statutum potius declarari, vt singula
 singulis concordentur: & dotatæ de bonis auitis exclu-
 dantur ab hæreditate auita, de paternis a paterna, &
 sic de similibus, quæ interpretatio in iure nostro est fre-
 quens maxime quando lex est concepta verbis disiu-
 48 ctis, & vel per solutam, quæ disunctæ verbi disiu-
 49 ctur in eo. §. vbi verba. cum gloss. ff. de reg. iur. tunc enim
 sit interpretatio per applicationem singulorum ad
 præcedentia. l. quoties. §. non mutar. C. fam. ercill. l. j. C.
 de fal. ca. adiecta. l. fin. in verbo. vniuersitatis. vbi gloss. C.
 de fide commiss. l. j. §. fin. autem. aliquid sub. condi-
 tione. vbi gloss. C. de fortuna. C. de cad. tollen. gloss.
 verb. ex fortuna. C. de cad. tollen. gloss. in verb.
 non ergo. & in verb. vltra. in off. testamen. §. j.

Decius consilio ccccccxlvj. in fin. cum similib. vnde 50
 Dd. concludunt, quod quando statutum, vel per
 solutam, vel per disunctam est conceptum, quod
 mulier non censetur exclusiua, nisi ab hæreditate do-
 tantis, secundum Per. de Anchar. consilio lxxx. quod
 consilium communiter Dd. sequuntur vt Alexand.
 consilio clj. in ij. Benedictus Capra consilio xxxix.
 Cornæus consilio clxx. in ij. Soc. in consilio xxxv. &
 cxxvij. in iiii. Ludo. Bolog. inter consil. Ioan. de Ana.
 consilio lxxxix. Alber. Bru. in tracta. stat. exclusiui fœ-
 min. quæst. xvj. artic. vij. & nouissimè in terminis statu-
 ti Papiensis. de quo agitur Dec. consilio cccxlvj.
 & licet nuperrimè dictum consilium sit renocatum
 in dubium per consultores partis aduersæ: tamen
 eorum rationes non sunt adeo videntes, vt propter
 eas recedamus à communis sententia, & negligamus
 auctoritatem Decij, deducunt autem quãdam
 coniecturas, per quas conatur ostendere, quod
 mens statuentium fuit simpliciter dotatam exclude-
 re à quacunque hæreditate: in primis autem & po-
 tissimum ad hoc est attendendum, vt fatentur Bald.
 & Corn. & Modern. consulendo vbiunque venantur
 aliquas coniecturas ad euadendam istam communem
 opinionem, vt Castrensis consilio cccxlj. & Cor-
 ne. consilio cxxiiij. in ij. Cum tamen in statuto non sit mē-
 51 tio de cuius bonis dotetur. Vel cum loquitur statu-
 tum de exclusiua successione vnus personæ tantum,
 puta hæreditate fratris: vt Corneus consilio cxxij. in
 ij. Alexand. consilio. xxix. in j. Vel cum rubrica ad e-
 dem generalis sit, vt nigrum declarat. Curt. in consilio lxxij.
 per totum de quo tamen aliter loquitur Dec. d. l. vt
 libertis. vij. not. dũm respondet argumentis l. as. &
 Corn. consilio cxxxiij. in ij. Vel cum qualitas dotati-
 onis esset in conditione posita propter naturam con-
 ditionis simpliciter adscriptæ, secundum Corne.
 consilio cxliij. in j. quæ coniectura est satis leuis. Vel
 cum statutum haberet clausulam taxatiuam à patre tan-
 tum, vel à fratre tantum: de quo in consilio. Franc.
 Curt. sen. vbi allegat Rapha. Ful. consilio xxxv. cum
 subscriptione Raph. Com. & Signoroli de Homo-
 deis. Vel cum auus dotasset nepem: censebitur enim
 pater dotasse, secundum l. dedit dotem. ff. de collat.
 bon. secundum Ancha. consilio clxvij. Vel cum sta-
 tutum loqueretur alternatiue respectu dotationis,
 seu copulatiue respectu exclusionis secundum Bal.
 cõsil. lxxj. vt l. iij. de quo tamè aliter sentit Alexan. consi-
 lio clj. sed nostra quæstio est extra omnes has conie-
 cturas: quia statutum vtrouique in conceptum per
 disunctam seu solutam, quæ in singularitates suas re-
 soluitur. l. falsa. §. si. de cond. & demonst. & singula sin-
 52 gulis refert, vt supra dictum. Non obstant ergo
 coniecturæ adductæ in consilijs contrarijs. & in pri-
 mis ponderatio dicti statuti, in ver. in capillis verò, &c.
 vbi fratres, vel fratrum filij, si eas dotent, excludunt
 eas à successione cuiuscunque: respondeo, cum sta-
 53 tutum ponat hos casus t pro diuersis non est de vno
 ad alium arguendum, quippe ratio diuersitatis est eui-
 dens, si sunt in capillis, debent ex forma statuti dotari
 competenter secundum qualitatem patrimonij: & sic
 habito respectu etiam ad hæreditatem, a quo exclu-
 duntur per fratrem: & sic ex ea hæreditate aliquod ha-
 bent, id est, pinguiorem dotem. At quando iam dotatæ
 sunt, nihil haberent, excluduntur ergo quæ in capil-
 lis sunt: quia à statuto aliquid æquipollens consequen-
 ter, non excluduntur dotatæ: quia nihil loco exclu-
 sionis habent: quare responsione etiam tollitur ponde-
 ratio statuti tertio loco facta in fine: habet enim quæ
 in procedentia. l. quoties. §. non mutar. C. fam. ercill. l. j. C.
 de fal. ca. adiecta. l. fin. in verbo. vniuersitatis. vbi gloss. C.
 de fide commiss. l. j. §. fin. autem. aliquid sub. condi-
 tione. vbi gloss. C. de fortuna. C. de cad. tollen. gloss.
 54 verb. ex fortuna. C. de cad. tollen. gloss. in verb.
 non ergo. & in verb. vltra. in off. testamen. §. j.

æqualiter debet ea determinare. respondes, dictam regulam non habere locum, quando subest diuersitas rationis. l. coh. x. c. redi. §. qui discretus. ff. de vul. & pup. tradit diffuse Decius in l. in testamento. §. notab. G. de testamen. milit. diuersitas stat in hoc: quia dictio, dotata, habet subauditionem adotante: sed dictio professæ, non potest pati hanc subauditionem à profitente, quia is, qui moritur non facit ipse professionem, sed mulier: potest tamen ipse dare dotem. Excluditur ergo mulier professæ in totum: quia respectu ipsius subauditio loci habere non potest. Et si locum habere posset non excluderetur in totum à dicto statuto, sed fortè ab alijs statutis excludentibus moniales, quale est illud quod Papienses habent n. me. c. j. vbi mulieres professæ non succedunt in hæreditate alicuius intestato. Nec obstat, quod præfati consulentes conantur tollere argumentum Decij ab eo efficaciter in ductum ex verbis statuti in versiculo declarantes. si enim dotata ab vno excluderetur ab hæreditate omnium frustra disponeret statutum quod præsumatur dotata à viuente: ad quod argumentum responderet duobus modis. Primo, quod inducitur facilius probatio, quod sufficit ad tollendam superfluitatem. respondeo, ad quod opus est inducere hanc probationem siue facilem, siue difficilem, cum nullus usus sit, si fœmina indistinctè excluditur etiam ab hæreditate eius, qui non dotauit. Secundo, quod illa præsumptio nõ inducitur, quando allegaret se dotatam ab extraneo: sed ab hoc responsum est per Dec. in dicto consilio, & non est casus verisimilis quod dotetur ab extraneo, & verba statuti indicant differentiam respectu ipsorum patris, fratris, aui inter se, non respectu extranei, & videntur mihi ista esse satis leuia, sicut & illud vltimum, quod illa præsumptio cū facultate probandi cõtrariū cõcessa mulieri, nõ potest videri facta, vt excludatur mulier à successione eius de cuius bonis dicitur dotata: ex quo non inducitur aliqua præsumptio respectu bonorum maternorum, respondeo, istud fuit quia statum magis fauet filiabus fœminis in successione matris propter communionem sexus, & præsumptam voluntatem matris, quam in successione masculorum, vt in simili per gloss. & doctores incipit. j. de nat. succell. feud. in vlib. feud. gloss. cap. j. §. & quia vidimus. & q. notat Petrus de Anchar. consilio 341. pro maiori. cum similibus, eodem libro. & ideo tali casu noluit inducere aliquam præsumptionem contra eas, sed nõ reliquit in terminis iuris cõmunis, certè hæc coniecturæ contra Decium adductæ sunt satis frivole, & omnino negligendæ à dominis iudicibus præstantissimis iurisconsultis. Et hæc omnia falso semper saniore iudicio.

CONSIL. II. SVMMÆ.

- 1 Iuramentum omnino seruandum est.
- 2 Donatio vltra legitimum modum que non sit insinuata iuramento confirmatur.
- 3 Omisio intimationis faciendæ ex forma statuti non videtur comprehendi sub promissione iurata de non contrahendo, & quare.
- 4 Verisimile est cogitatum fuisse de intimatione ac insinuatione cum necessaria sit ex forma statuti.
- 5 Iuramentum tertio non præiudicat.
- 6 Donationem solennia.
- 7 Lex civilis non potest disponere super actu iurato.
- 8 Detrahere seu adijcere quicquam iuramento est extra facultatem statuentium.
- 9 Iudex ecclesiasticus non curat statuta laicorum sed simpliciter iubet seruari iuramentum.
- 10 Donatio non reuocatur per susceptionem filiorum ex concubina qui postea per privilegium fuerint legitimati, secus si per subsequens matrimonium.
- 11 Spurius non legitimitur per subsequens matrimonium sed naturalis sit.
- 12 Donatio simpliciter facta simpliciter intelligi debet.
- 13 Propositum in mente retentum nihil operatur.
- 14 Condicio illa si liberos susceperit à lege sub intellectu de

- 15 filijs naturalibus non potest accipi sed solum de legitimis.
- 16 Legislator habet naturales tanquam alienos à politia sua.
- 17 Dispositio l. si vnquam tanquam exorbitans à regulis iuris communis debet intelligi de legitimis & naturalibus tantum.
- 18 Legitimitas nunquam trahitur ad præiudicium iuris alteri quæsit.
- 19 Principis indulgentia alteri damnosa esse non debet.
- 20 Lex non habet legitimatos pro liberis.
- 21 Præsumptio legis in fauorem iustæ sobolis inducta ad iniuriam trahi non debet.
- 22 Donatario cui iam questum est ius non debet nocere Patris testimonium.
- 23 Filius naturalis non habetur pro iusta sobole.
- 24 Legitimus saltem tunc dicitur legitimè nasci cum legitimitate.
- 25 Legitimus habetur pro posthumo & rumpit testamentum.
- 26 Generalitas verborum facit vt etiam de beneficio principali expressione digno videatur in genere cogitatum.
- 27 L. si vnquam non est fundata super fauorem filiorum sed super simpliciter præsumptione voluntatis donan.
- 28 Annullatio actus est pœna.
- 29 Pœna non habent locum nisi sint expressæ.
- 30 A conventionem non est recedendum.
- 31 Pœna dupli que in instrumentis passim apponi solet in casibus locum non esse.

DVo sunt principales articuli præsentis consultationis, qui diffusissimè à doctoribus disputantur: quorum argumenta & rationes hinc inde si referre vellem nimium excederetur scripturæ modus. More ergo veterum breuiter ea duntaxat attingam, quæ necessaria videbuntur pro præsentis casu dilucidatione. Primus est articulus, an valeat donatio à Hieronymo facta fratribus suis: cum seruata non fuerit forma statuti Lucæ propter omissionem decretum & omissionem intimationem, seu insinuationem, quæ à statuto requiruntur, cum clausula decreti annullatiua. Et breuiter agendo & insistendo communibus opinionibus, dico valere huiusmodi donationem, propter vim iuramenti, quod omnino seruandum est. ca. cum contingat. de iureiur. tale enim statutum videtur principaliter in ductum in fauorem donantis: ne de facili decipiatur. vnde si iuramentum interuenit, sufficit & debet contractus tenere per text. in dicto ca. cum contingat. vnde concludunt doctores, quod si donatio vltra legitimum modum, quæ non sit insinuata, nihilominus confirmatur iuramento, secundum Ioan. Andr. in Spec. tit. de instr. edit. §. porro. in fin. sequitur Abb. in dict. capit. cum contingat. vbi etiam Imol. in re. pot. vbi etiam dixi. versicul. ex eadem declaratione. & idem Imol. in l. Modestinus. ff. dona. Guido. Pap. questio. ccl. incip. vtrum renuntiatio. Alexand. in l. nemo potest. in ij. quæst. Bartol. ff. de leg. j. vbi dicit, se ita consuluisset, & vidisse multa consilia doctorum pro hac parte, & ita consuluit, consilio 4. consilio 12. consilio 15. in 1. consilio 83. & consil. 177. in fin. 2. & consilio liij. in 3. & Aretinus consilio 2. in cip. intellecta. versicul. tertio etiã & consilio 17. consideratis. Corsetus in repet. rubr. extrã de iureiurand. priuil. 26. Cornæus in repet. authent. sac. publ. C. si aduef. vend. versicul. 4. in fertur ad donationem. vbi dicit, quod in practica non putaret recedendum ab ista opinione, secundum quam fatetur se consuluisset, & in supra dictis locis respondent diffusè doctores rationibus, quæ in contrariū adduci possunt. Sed in casu nostro videntur tria potissimum fundamenta facere non modicam difficultatem. Primum est, quia promissio illa intimationis faciendæ, ex forma statuti non videtur comprehendi sub promissione iurata, de non contrahendo: quia tale iuramentum non debet trahi ad annulationem suprauenientem, ex post facto propter culpam patris, nec de tali casu videtur fuisse cogitatum, argument. capit. ad nostram.

stram. ii. cum gloss. extrã, de iureiurand. & quod tradit Federicus de Senis consilio clxxxj. Angel. lvij. in fin. clxxxvij. nam tali casu donans, qui contrahentem, non potest dici periurus: cum allegat solum negligentiam partis vnde: ex tali causa supraueniente potest contrahentem argumen. capite cum. P. extrã, de renuntia. & istud tenent Baldus & Angelus in lege illud. C. de sacrosanct. eccles. Angelus leg. si quis pro eo. de fidei. ius. Raph. Com. Ludouic. Pont. in dict. l. Modestinus. & consilio xij. Paulus de Castr. consilio c. v. i. quædam scriptura. & consilio cv. circa bona, quæ fuerunt. & dicit Ioann. Crot. in dict. lege nemo potest. quod vidit consilium Card. Alexand. subscriptum à pluribus doctoribus, secundum hanc conclusionem & puto quod sit consilio lxxvj. inter consilia Franciscj de Curte Sen. Sed tamen (quicquid ipsi dicant) in præscripta ratio in casu nostro non procedit propter generalitatem verborum iuramenti, in quo promittit non contrahentem etiam prætextu alicuius insinuationis, vel solennitatis legum vel statutorum omissione, &c. quæ verba satis clarè comprehendunt hunc casum: maxime cum verisimile sit de hac intimatione & insinuatione cogitatum fuisse, cum esset necessaria ex forma statuti, quamuis etiam sufficiat, vel in genere fuisse cogitatum lege qui iure militari. ff. de testamen. milita. per sason. in dict. authentic. sacramenta puber. in iij. limitat principali vnde postro, quod ista limitatio vera, quæ tamen non videtur communiter approbata esse, nihilominus adhuc non obstat; quin donatio suum effectum habeat, propter generalitatem verborum iuramenti, quæstante mens omnium doctorum est, quod defectus insinuationis, non obstat donationi. Aliud & secundum fundamentum est, quod obstat, quia in casu nostro solennitas omisita videtur à statuto requiri, non simpliciter respectu contrahentium, sed etiã respectu aliorum: ne quis clam donaret, & deinde contraheret cum creditoribus, & sic eos deciperet, lege donationi siue lege data. C. de donat. & ideo, quamuis iuramentum interueniat, contractus non debet firmari: quia hoc esset in præiudicium tertij: quo casu si iuramentum tertio non præiudicat, vt dicitur in dicto capit. cum contingat. Sed respondeo, quod hæc obiectio posset militare respectu creditorum qui ignorantes præfatam donationem Hieronymo credidissent: ne remaneant decepti. Sed de ijs non loquitur questio nostra, verum de ipsò Hieronymo, qui iurauit, & teneat seruare iuramentum, & quomodo ad ipsum donatio valet per supra dicta, & per cap. cum venissent. in si. vbi Anto. Butr. extrã, de institut. Aret. consilio clvij. in j. dubit. Tertium fundamentum est quia statutum si requirit iuramentum, & præterea etiam alias solennitates puta decretum, & intimationem siue insinuationem. vnde apparet quod statuentes non fuerunt contenti solo iuramento. Sed respondeo, quod cum Hieronymus iurauerit non contrahentem donationi prætextu cuiuscumque solennitatis statutariæ, teneat obseruare dict. iuramentum, & non possunt statuentes eum liberare à periurio: quia si lex civilis non potest disponere super actu iurato, vt per Bartolum in leg. omnes populi. in iij. quæst. principali. ff. de iusticia & iure. per Alexand. dict. consilio xxvij. cum multis concordant. quod procedit etiam si statuentes non solum detrahant iuramento, sed etiam si adijciant quia istud omne est extra eorum facultatem. argument. capit. tua cum ibi not. extrã de ordinari. cog. & quod not. Ioan. Andreas in cap. statutum. j. de hæret. lib. vj. & ita sentit Ray. & Bartolus in dict. lege omnes populi. Federicus consilio ccl. xxij. Butr. Abb. Imol. dict. cap. cum contingat & est communis opinio secundum Corn. in dict. authent. sac. publ. versic. ij. quæro. in obseruantia quicquid dixerit Baldus & sequaces. Et hoc maxime dicendum in casu nostro: in quo voluit donans posse conueniri sub quocumque iudice ecclesiastico eius iurisdictionem pro-

rogando: clarum enim est, quod talis iudex non curat de statuto laicorum, sed simpliciter iubet seruari iuramentum. c. fin. de foro compet. libr. vj. capit. licet. de iureiurand. eodè libro. Sequens articulus principalis est, an quia post donationem, Hieronymus donator ex concubina suscepit duos filios naturales, deinde & legitimatos talis donatio reuocetur, per lege si vnquam. C. de reuoca. don. & communis conclusio est, quod talis donatio per legitimatos, non reuocetur: nisi essent legitimati per subsequens matrimonium, secundum Baldum in capit. innovat. extrã, de elect. Refert & sequitur la. in lege, Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de liber. & posth. & loquuntur præfati doctores in eo, qui potest legitimari per subsequens matrimonium, & sic in naturali nato ex concubina, non autem in spurio: quia si talis non legitimatur per subsequens matrimonium. capit. tanta. extrã, qui fil. sint leg. & ita etiam sentit Baldus in lege ij. circa fi. C. si quid in fraud. pat. in lege i. C. de in officio. donat. Salic. in leg. si totas. C. eodem titulo Mart. Laud. in disputat. incipiente, Angerius. nam sequuta legitimatio, nihil differunt spurij à naturalibus. & sic legitimitas spurij non operatur reuocationem donationis: ita nec legitimatio naturalis, maxime cum hodie concubinatus sit prohibitus, etiam iure ciuili, secundum Feli. in cap. cum sit generale, extrã de foro compet. vbi allegat concordantes. dico igitur communem esse opinionem, quod donatio non reuocetur natiuitate, vel legitimatione istorum naturalium, prout etiam tenet Ray. in rub. ff. de lib. & posth. vbi respondet rationibus Soci. libi, qui videtur cõtrariū tenuisse. Et pro ista parte facit ratio: si donatio est simpliciter facta, simpliciter quoque intelligitur, & mēs donatis qd donaturus nõ fuisse si de filijs cogitasset, secundum regulas iuris non debuit attendi: si quia prepositum in mente retentum nihil operatur, lege si repetendi. C. de condic. ob causam. Verū Constantinus Imperator, ex quadam æquitate motus in tali donatione sub audiuit conditionem resolutiuam, nisi liberos susceperit, &c. quæ si conditio à lege subintellecta de filijs naturalibus non potest accipi sed solum de legitimis. l. generaliter. §. cum autem vbi gl. super verb. liberos. ff. de per illum tex. C. de inst. & substit. quã ibi communiter sequuntur doctores. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. quia si legislator istos naturales, tanquam alienos habet à politia sua, vt dicitur in auth. quibus mod. nat. eff. sui. in prin. quia si dispositio d. l. si vnquam. tanquam exorbitans à regul. iur. communis, debet intelligi de legitimis, & naturalibus tantum, secundum l. filium cum diffinitus. ff. de ijs, qui sunt sui. & per Alexand. conf. 39. incipiente, super primo dub. in 4. volu. nec legitimatio debet hoc casu operari. quia nunquam trahitur ad præiudicium iuris alteri quæsit, vt per Bartolum. in d. §. & quid si tantum. in fin. quia tali casu legitimatus nunquam pro posthumo habetur. Præiudicare tunc iuri alteri quæsit cum si principis indulgentia alteri damnosa esse non debeat, lege, impuberi. de adm. nist. tut. & lex præsumptionem suam aduersus vim verborum inductam ad hunc casum non extendit: quia verba legis de eo loquuntur, qui liberos susceperit, lege, j. vbi Baldus. C. de de posth. hæ. inst. si lex autem istos pro liberis non habet. lege quia. ff. de in ius vocan. nec me mouet quod conditio, si deceferit sine filijs legitimis, & naturalibus, legitimatione deficit, tolliturque spes fideicommissarij, lege ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebellianum. vt Alexand. respond. receptiore que sententia traditum est, Alexander consilio ij. in j. quia respondeo, aliud esse spem eludere, aliud ius certum, & pure quæsitum auferre. cap. finem. de conc. præbenda in vj. Arbitror itaque indistinctè reuocationem don. non fieri, quicq. Soci. & Deci. attentarint. Soc. con. ccvj. Dec. consilio, 266. & in l. posth. C. de contratab. allegat que Soc. Dyn. Castr. Baldusque in quibusdã locis, qui non reperiunt, nec sunt in im-

in impressis literis. Nec me moueret amplitudo priuilegij Comitum, propter quam dicit Soci. in d. rub. se respondisse reuocari donationem: respōdeo nihil hoc ad ius tertij, facit. l. si de nat. restitu. nec t̄ ideo p̄scriptio legis in fauorē iuste sobolis inducta ad iniustā debet trahi. l. ij. §. legitimos. de excusat. Nec etiam moueret si tales filij iure communi legitimi essent, vt quia oblatus curiæ vel paterno testimonio filij appellati: quod Ruy. censuit, auth. si quis liberos. C. de nat. lib. Bartol. q. xj. quia t̄ testimonium hoc patris, donatario, cui ius iam quæsitum est nocere nō debet. l. si superatus, de pig. Nec rursus moueret, quod filius ille t̄ naturalis duntaxat esset, non autem damnato coitu natus. Ripa. d. l. si nunquam. q. xxvij. quia non ideo pro iusta sobole habendus est. d. §. legitimos. quod si horum naturas fidei commissario, qui solam sp̄e habet: nihil obest. l. generaliter. §. cum autē. C. de instit. & substitutio. Ripa. dicit. §. si quis rogatus. nume. xxvij. minus donatario nocere cuius potestatis est ius. vt supra vidimus: nec enim lex p̄sumptionem suam aduersus vim verborum inductam hūc casum extendit: cum hi naturales pro liberis non habeantur. dicit. l. filium eum definimus. ff. de ijs, qui sunt sui. & d. l. quia. de in ius vocan. Vnde apparet fundamenta Socini, & Decij in dictis consilijs, ea ratione subuerti, quod dispositio d. l. si nunquam. in fauorem legitime narorum inuenta non debet ad istos trahi in p̄iudicium donatariorum, qui ius in re quæsitum habent, quod absque ipsorum facto auferri non potest. Minusque vrget argumentum Ripæ in rep. d. l. si nunquam. q. xxx. vbi dicit, quod dicta opin. Socini, & Decij, in totum corrui, nisi sustineatur tali ratione. quod t̄ legitimatus tunc saltem dicitur legitime nasci, cum legitimitatur, secundum Ancha. consil. cccxxx. Bald. l. si filij a patre. §. j. de lib. & posth. Bald. & Imol. l. certum. ff. de in ius. r. vnde verificatur verb. d. l. si nunquam, respōdeo p̄fati doctores. hoc non dicunt & quamuis t̄ legitimatus habeatur pro posthumo, & rumpat testamentum vt dicunt omnes, vt non procedat in p̄iudicium iuris quæsti tertio. & ideo inferunt ei, qui post mortem patris legitimatus sit, pro posthumo non esse, ne tollat ius quæsitum venientibus ab intestato. Item inferunt idem esse in casu d. l. si nunquam. quia ius pure est tralatum in donatarium, non procedit ergo suprascripta Ripæ ratio, quando auferretur ius tertio quæsitum, nam tunc non est verum censi talem legitimum tunc nasci, imo habeatur pro quandoque non nato. Et certe solēt iudices in practica negligere huiusmodi subtilitates, que inducuntur a modernis contra communes opin. & ipsemet Soci. autor huius opinionis non audeat firmare, in d. rub. sed potius via disputatiua duntaxat laborat pro tollendis rationib. Bal. quas infideliter declarat, vt eis possit comodius responderet: sed secundum suprascripta apparet, quod d. opi. Bal. vltra quod est magis communis, innititur etiam efficacioribus fundamentis: & ideo in via iudicandi nō est ab ea recedendum. Et mirum est, quod Ripa in d. l. si nunquam. q. x. teneat opinionem pro naturalibus. & non aduertat, quod communis opinio est in cōtrarium. & adducit solū rationes friuolas cōtra illos, quib⁹ potest facillimē respondere. Rationē autē verā cui innitit cōm. opin. non refert, nec recitat, sed simpliciter trāsit, & ipsemet fatetur q. sua opinio est cōtra Alexand. & Rui. quorum autoritas est maior, quam sua. Fortius dispositioni dicit. l. si nunquam renuntiatum sit per seipsum donantem illis verbis, quibus promisit non tenere aliqua causa, vel occasione etiam ingratitudinis vel alia: quæ dici vel excogitari possit, &c. quæ verba generalia sunt & casum quoque comprehendunt supernascentium liberorum, vnde etiam dictæ legi videtur renuntiatū per ea, quæ ponit Bartol. in l. si qui sub conditione. de testamē. tutel. Arcin. consil. 13. t̄ generalitas enim verborum facit, vt etiam de tali beneficio videatur in genere cogitatu, idque sufficit, vt per Roman. in l. si qui certus. C. de testa-

ment. milit. Angel. in l. tres fratres. ff. de pact. Alexand. consil. xj. in ij. vol. idque maxime propter iuramentum quod habet vim specialis consensus. de quo etiam per Mod. d. l. si nunquam. q. l. ij. Puto autē non esse dubitandū, quin dictæ legi, si nunquam. possit renuntari, etiam simpliciter renuntiatione nedum cum iuramento, quia dicta t̄ lex non est fundata fauore filiorum, vt quidam crediderunt, sed super simplici p̄sumptione voluntatis donantis secundum gl. ibi, vnde potest ei etiam sine iuramento renuntiari. l. si quis in conscribendo. C. de pact. & ita est communis opinio quam tenet Bartol. Imol. Raph. in l. Titia. §. imperator. de leg. ij. Anch. Bur. Abb. Imol. in c. fin. de donat. cum multis concordantibus, per Alexand. consil. iij. perspectis. in 3. volum. quicquid dixerit Fran. de Curte. consil. suo j. cuius opinio est communiter reprobata, vt alias dixi, in d. c. si contingat. & per Ripam, d. l. si nunquam. q. l. j. Circa aliud dubium, an dicta donatio possit infringi: quia dicti fratres non soluerunt quantitatem in tempore conuento ex forma instrumenti dubium facit text. in l. j. C. de donat. quæ sub modo. Sed tamen concludendum est cōtrarium, quod imō infringi non possit: quia t̄ annullatio actus est pœna. l. senatus. ff. de contrahen. empt. cap. cognoscentes vbi Felin. de const. t̄ pœnæ autem locum non habent nisi expressæ sint. l. at si quis. §. diuus. de relig. & sumpt. l. ij. §. diuus. de sepulcr. viol. An. Sic. consil. l. j. in j. volum. Sed in casu nostro non solum non est expressa hæc pœna rescissionis donationis, sed potius, cōtrarium videlicet, quod soluat duplici eius quantitatis in qua contracta fuerit mora: vnde t̄ a dicta conuentione nō est recedendum. l. inciuile. C. de rei vend. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & cū duplici fuerit appositum pro pœna, eius solutio facit, vt amplius non possunt donatarij molestari. l. rescipitum. §. si pacto. ff. de pact. quamuis etiam dici possit nec t̄ quidem pœnæ duplici in casu nostro locum esse, si aliqua probabilis sit excusatio: cur dicti fratres in tempore non soluerint, vt haberetur in l. quod te. ff. si certum pet. vbi dixi. & in terminis nostris per Cur. Junio. consil. xxxiiij. Circa vltimum dubiū casu quo donatio ex aliqua legitima causa possit infringi, quid iuris sit de melioramentis per dictos fratres in bonis donatis factis. Respondeo casus est clarus & expeditus, quod huiusmodi melioramenta essent ipsis fratribus soluenda quatenus, scilicet meliorata essent bona ipsa cap. j. §. si vasallus. sic finitur lex Corradi. in feu. vbi Prapofir. & quod haberetur in l. domus. cum l. seq. ff. de leg. j. sed quia hæc quæstio est satis plena, & tractata locis vulgaribus, & (vt arbitror) futura superflua, in p̄senti casu, vltierius non insisto. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII III. SVMMAE.

1. Qui relicta patria propria alibi per 12. annos moratur videtur ibi domicilium contraxisse.
2. Habitare, familiam in loco constituere, vxorem ibi ducere indicant, quem habuisse animum ibi domicilium constituendum.
3. Maritus potest sua simplici voluntate prius domicilium mutare & aliud constituere.
4. Per ea quæ subsequuntur declaratur quenam fuerit mens quid facientis.
5. Maritus pro restitutione dotis potest conueniri in loco vbi mortua est vxor.
6. Paria sunt forum sortiri & statutis ligari.
7. Ratione bonorum statutum loci cui subiecta sunt bona attendi debet.
8. Qui habet domicilium duobus in locis locus ille attenditur in quo diutius mansit, familiam constituit, vxorem duxit, eam sepeliuit, bona immobilia accepit, &c.
9. Semper in restitutione dotis attendimus ad forum domicilij ipsius mariti, & quare.
10. Quoties quis sortitur forum in pluribus locis attendimus ad illud quod est principalis.
11. Domicilium originis videtur esse principalis.
12. Domicilium originis habet annexam causam naturalem quæ p̄ualere debet.

13. Quis dicitur habere domicilium vbi maiorem partem facultatum habet.
14. Qui contrahit cum heredem videtur respectu illius qualitatis heredis contrahere.
15. Semper inspicendum est qua contemplatione actus fiat.
16. Qui habitat in loco tanquam officialis illius loci nunquam acquirit domicilium eo in loco.
17. Habitans in loco tanquam officialis inibi quid faciens tanquam simplex habitator videtur fecisse & finito officio in patriam suam recessurus.
18. Declaratur quomodo procedat regula illa paria sunt forum sortiri & statutis ligari.
19. Quando agitur simplici rei vendicatione attenditur forum vbi res sita sunt.
20. Forum principale mariti respectu lucri tributi à statuto & sic in decisionis iudiciorum attendendum est, & quare.
21. Verba hæc sine filijs referuntur ad vxorem.
22. Qualitas secundum quam statutum loquitur attendenda est, & quare.
23. Verba debent intelligi eo respectu quo prolata sunt.
24. Semper in successione prima est causa filiorum.
25. Maritus nō admittitur ad lucrum dotis nisi ex pacto expresso & statuto.
26. Non est dicendum in statuto reperiri verba superflua.
27. Verba simpliciter posita simpliciter intelligi debent.
28. Si vir & vxor cōducant in emphiteosim pro se & filijs admittentur etiam filij prioris matrimonij.
29. Plerumque fit relatio ad id quod olim fuit licet nunc non sit.
30. Casus omnes quandoque pro omisso habentur.
31. Statutum non est extendendum vltra vim verborum.

D Omnia Castora vidua Cefenensis inuoluitur Domino Iaco. Forliuensi p̄fecto arvis portus Cefenatici deinde decebit nulli relicti filijs cōmunibus ex dicto Iacob. sed relicta Catharina ex priore matrimonio, quæ nunc est professa, & vocatur soror Thecla, quaritur eius dos ad quem pertineat. Pro dilucidatione p̄sentis cōtrouersie. In primis videndum est quod statutum debeat attendi: an statutum Cefenense, quod respectu certæ partis est in fauorem mariti, an verò statutum Forliuense quod est in fauorem monialium? Et prima fronte pro marito facit, quod attendatur statutum Cefenense: quia maritus, relicta t̄ patria iā per duodecim annos, & plus steterat Castellanus dicti portus Cefenatici, vnde videtur contraxisse ibi domicilium. l. ij. C. de incol. lib. xv. vbi omnes notant. Secundo, quod ista fuerit mēs sua, probatur ex eo: t̄ quia ibi habitauit, familiam constituit vxorem duxit quæ omnia indicant eum habuisse animum domicilium ibi constituendi, not. Barto. in l. hæres absens. §. pro in de. ff. de iud. in l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniur. l. domicilium. ff. ad municip. & potuit, t̄ maritus sua simplici voluntate prius domicilium mutare, & aliud cōstituire. c. fin. extrā. de paroch. vbi Host. Abb. & ceteri. Tertio facit, quia dictam vxorem suam nunquam tradidit ad ciuitatem Forliuensem: vnde satis declaratur ex ijs, t̄ quæ subsequuta sunt quod mens ipsius erat perseverare in domicilio Cefenensi tantum per ea, quæ notat Bald. in l. final. C. si à non competen. & ita etiam dicta vxor in dicto loco est mortua, quo casu sicut maritus potest ibi conueniri pro restitutione dotis. l. si vxor vbi Angel. & Paul. de Castr. ff. de iud. ita etiam videtur eius loci statutū attendi, quia t̄ paria sunt forum sortiri & statutis ligari, vt not. Inn. in rubr. extrā. de consuetud. sequitur ibi Anto. de But. Alexand. consil. cccix. ponderatis. lib. ij. Deci. consil. cclxxxij. vers. vij. cum similibus. Quarto facit, quia p̄supponitur, quod bona. de quibus agitur sint in agro Cefenensi: vnde t̄ ratione bonorum videtur attendendum statutum Cefenense, vt voluit Baldus in l. j. in quibusdam lecturis. C. de summ. rritin. in cap. j. de iur. calum. Andr. Sicul. in dict. rubr. de consuetud. versic. limita nisi dos Ioan. Bapt. de S. Seuerino in repet. dicta. l. j. Dec. dicit consil. cclxxxij. versic. vij. & sentit Angel. in l. exigere. ff. de iud. Quinto & vltimo quia dato, quod haberet, etiam Forliuense domicilium, tamen istud Cefenense videtur magis attendendum t̄ in quo tam diu mansit, fa-

miliam constituit, vxorem duxit, eam sepeliuit, bona immobilia accepit, quæ omnia debent facere vt tale domicilium p̄ualeat, vt in simili per Abbatem in capit. dilectus filius. de rescip. versic. iij. conclusio, & quod late consuluit Alexander consil. 100. ex inspectione. lib. l. j. vbi vult attendi ad locum domicilij, non autem ad locum originis mariti seu eius patriæ. Sed ijs & similibus non obstantibus, puto in casu nostro contrariam opinionem esse veriore, quod imō attendi debeat statutum Forliuense, quia regula est generalis posita in l. exigere. ff. de iud. quod t̄ semper in restitutione dotis attendimus ad forum domicilij ipsius mariti, quia mulier cum eo contrahit tanquam in eius domum accessura, & eum sequutura, vt notat Bartol. in d. l. prima. versic. ex p̄dictis. & sequuntur ibi communiter doctor. & Bald. in cap. primo. §. fin. de inuest. de re alien. fac. & idē tenent Butrig. Abb. Felin. & ceteri, in cap. j. de spōs. cū concord p. Decij consil. xix. & ab ista regula, & conclusione non est facile recedendum. Secundo, quia stāte supradicta conclusione forum Forliuense tanquam principalis debeat attendi: quia t̄ quoties quis sortitur forum in pluribus locis attendimus ad illud, quod est principalis. l. assumptio. §. vitis prudentibus. ff. ad municip. cap. ij. de reg. in vi. & domicilium originis t̄ videtur esse principalis, prout in simili notat Bart. in l. quod conclaue. in fin. ff. de damno infect. & t̄ domicilium originis habet annexam causam naturalem, quæ p̄ualere debet. l. qui habent in princip. quod notat ibi Bartol. ff. de tutel. notatur in l. prima. §. bestias. ff. de postul. maximè quia t̄ ipse maritus habet ibi maiore partem fortunarum suarum, nec eas alienauit vt Cefenam habitatum veniret, secundum Bartol. in l. ciues. C. de incol. lib. xv. vnde satis arguitur mens eius volentis forum originis retinere vt haberetur in dicto cap. fin. & in dicta l. lex Cornelia. l. & c. de minus fundum. versic. ego puto. cum similibus. Tertio, quia in instrumento facto cum fratre vxoris contraxit tanquam ciuis Forliuensis, & frater ei fecit promissionem certæ partis dotis ijs verbis, domino Iacobo ciui Forliuensi, ad p̄sentes Castellano, &c. quibus verbis arguitur contractum esse, cum eo tanquam cū Forliuensi, argum. l. si bonas. §. primo. de in offic. testa. vbi ille, t̄ qui contrahit cum heredem videtur respectu illius qualitatis contrahere. & Angel. ibi allegat alia iura idem probantia, est enim t̄ semper inspicendum, quia contemplatione actus fiat. l. si pater §. qui duos. vbi Bald. ff. de adopt. facit tex. in l. si quis domum. §. si quis tamen. ff. locati. in l. debitor. §. fin. ff. ad Trebellianum. in l. profectitia. §. fin. ff. de iur. dot. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. per Decium. dicto consil. cclxxxij. versic. & hoc cōfirmatur. Nec obstant rationes in contrarium allegatæ, & in p̄senti, quod supra decennium habitauerit, & c. l. j. C. de incol. lib. x. quia respondeo secundum doctor. ibi, t̄ quod cum habitauerit tanquam Castellanus seu officialis nullo tempore acquiri domicilium, etiam per mille annos. l. quæsitum. in princip. de de legat. iij. per Bartol. in dicta l. lex Cornelia. §. domum. item respondeo, quod etiam si acquirisset domicilium, tamen in casu nostro debet attendi Forliuense, tanquam domicilium principalis: vt supra dixi in l. si quis nec causam. ff. si certum per. Non obstat secundum: quia quamuis fecerit aliquos actus arguentes voluntatē constituendi domicilij Cefenæ t̄ tamen cum esset Castellanus, videtur potius fecisse tanquam simplex habitator, & finito officio, in patriam suam recessurus. d. lege quæsitum in principio vnde ista p̄sumptio aliam tollit. l. cum de indebito. ff. de probatio. lege diuus. ff. de in integrum. restitutio. Et (vt dixi) etiam si teneremus contractum fuisse domicilium Cefenæ tamen illud Forliuense est principalis: & ideo attendendum. Non obstat tertium, de d. j. si vxor. quia satis fateor posse maritum conueniri ad restitutionem dotis in loco vbi vxor est mortua, de quo etiam per Bald. Nouell. in tract. dot. par.

par. ix. q. xix. Sed non sequitur ius loci statutum attendi: quia illa regula, quod paria sunt forum sortiri, & statutis ligari intelligitur de statutis concernentibus modum procedendi: non autem respectus concernentium decisionem, & merita causa. I. si fundus. ff. de iur. & quod habetur in cap. quod clericus de foro comper. Et istud maxime procedit in dote, quae videtur excepta ab illa regula, per dictal. exigere. No obstat quartum, quod bona sint in agro Cesenensi, &c. quia allegata in contrarium possent procedere quado ageretur in simplici rei vendicatione: quia tunc attenditur forum ubi res sita. l. fin. C. ubi in rem actio. cap. fin. de foro cõpet. ff. respõctũ verò lucri tributũ à statuto, & sic in decisione iudiciorum attendendum est forum principale mariti, quia non reperitur hoc casu limitata esse regula dictal. exigere. secundum Rapha. Comen. consilio cix. & idem sentit Anchara. in capit. statutum. ff. cum aut. de scriptis. lib. vj. per Andr. Sicul. consil. v. in iij. Iason dictal. prima. versic. vltim. C. de summa trinit. & fide cathol. in prima lectura & late ita concludit Purpur. in dictal. prima. Item respondeo, quod cõtraria procederent in statuto, quod afferret lucrum dotis ipsi marito, nam non potest hoc operari extra territorium, vt declarat Bald. in cap. j. iur. de iur. calũ. sed noster casus est. in statuto non deferente lucrum, sed relinquente rem in terminis iuris communis, secundum quod filij excludunt maritum. l. j. C. vnde vir & vxor. quod tamen potest statutũ facere. item respondeo, quod contraria procederent in dote rerum immobilium, seu fundo dotalem æstimato, quod peteretur rei vendicatione, secus si ageretur actione personali ad restitutionem, prout in simili distinguimus. dictal. Nefennius. ff. j. ff. de re iudic. Præterea est aduertendum quod doctores allegati in contrarium, non bene probant illam opin. & Bald. in lectura d. l. j. non reperitur quod hoc dicit. & Ioann. Bapt. de S. Seuerino qui refert, non tamen in hoc eum sequitur, sed potius tenet contrariũ, quia mēs doctorũ est, quod regul. dictal. exigere, procedat generaliter. & Deci. dicto consil. allegat alias quæstiones, quas dicit simul sufficere, quasi sentiens hanc separata non esse veram. & Felin. in dicto cap. j. de spons. ponēs vij. limitationes ad regulam d. l. exigere. non ponit istam, tanquam non veram. Non obstat quintum & vltimum. quod nõ aiten datur locus originis, de quo per Alexad. d. consil. 100. quia in casu suo maritus omisso prorsus foro originis, cõstituerat aliud domiciliũ, q. non est in casu nostro, in quo manifeste apparet, quod maritus semper retinuit anti quum domiciliũ, & ideo allegata per Alexandrum potius faciunt in contrarium quatenus concludit semper domiciliũ mariti attendi. Restat vt nũc videamus de sequenti articulo, de interpretatione verborum statuti Forlitiensis. Et vide retur dicendum, quod maritus lucretur tertiam partẽ propter verba statuti, quibus dicitur. quod Maritus lucretur tertiam partem dotis vxoris sue præmortua, sine filijs, & c. intelligi enim debet absque filijs communibus, etiam si haberet aliquos ex alio matrimonio, quia t verba, sine filijs. referuntur ad vxorẽ, & sic quos habeat tanquam vxor dicti mariti: secundum Signor. de Homod. consil. xxxvij. in iij. dub. & consil. lxxvij. per totum. attendenda enim est qualitas secundum quã statutum loquitur: quia quando lex disponit sub nomine qualitatibus, valet argumentum de tanquam. l. ij. de auro & argento leg. l. si verò. in gloss. super verb. quasi ad patrimonium. ff. soluto matrimonio. litem eorum. in princip. ff. quod cuiusq. vni. l. debitor. ff. fin. ff. ad Trebellianũ. l. nã & tertium. ff. de hæredibus instituendis, & sic vbi videtur esse deciso in terminis pro marito, quod in simili etiam casu sentit Deci. in dicto cõsil. c. lxxxij. Ias. in l. j. C. vnde vir & vxor. quia secundum eum t verba intelligi debent eo respectu quo prolata sunt. l. si quis domum. ff. quid tamẽ. ff. locati. l. pro se citia, ff. final. de iur. dot. &

per Felin in cap. cum ordinẽ. extra de rescript. vbi allegat multas similes decisiones. Confirmatur quia si statutum intellexisset de filijs prioris matrimonij, nihil necesse fuisset dicere vxoris, sed potius mulieris: cũ respectu Catharinæ finita esset vxoris qualitas per mortem primi mariti prout in simili dicunt doct. de filio primogeniti. in l. Senatoris. ff. de Senat. in cap. inter ceteras. vbi Decius in no. j. de rescript. Suadet & hoc sequitur: cũ aliã maritus nihil lucraretur, & homines retraherentur à matrimonijs, secundum Pau. Castr. in l. vnica. C. de inoffic. dot. Ad idem facit quia statutũ defert illud lucrum marito, quia mli contrariũ expressẽ sit conuentum cum vxore, vel quolibet alio dante dorem propria: tunc sic, plus iuris habet extraneus in dote à se data repetenda, quando expressẽ conuenit, quam mulier vel eius filij. l. vnica. ff. accedit C. de rei vxor. aet. Si ergo statutũ præfert in illa tertia maritum extraneo dotanti, multo magis liberis matrimonij primi. Sed tamẽ his non obstantibus contrarium est verius, quia t semper in successione, prima est causa filiorum, instituta. de hæred. quæ ab intest. ff. j. & de Senatus consulto Orfi. in princip. melius probatur in ff. j. in authent. de hæred. ab intest. veni. collat. ix. & quia per statutum nunquam censetur esse derogatum liberis prioris matrimonij, nisi quatenus verba expressẽ dicantur. secundum Barto. Bald. Salicet. & alios. in l. hac edictali. C. de secũd. nup. & quia t maritus non admittitur ad lucrum dotis, nisi ex pacto, vel ex statuto d. l. hac edictali. & quod nõ interuenit in casu nostro, quia verba statuti sunt clara, vt maritus lucretur, si non adsint filij, vero in casu nostro adsunt. videlicet Catharina, seu soror Thecla. l. non est sine liberis. ff. de verborum significatione. l. Deo nobis C. de episcop. & cleri. Non obstat allegata in contrarium: quia omnia tolluntur vnica ratione, id est, propter verba statuti, quæ dicunt, si contingat vxorem præcedere viro absque filijs legitimis, & naturalibus. quibus verbis ostenditur non posse illam dictionem. filijs, intelligi tanquam ex vxore. t aliã dictione illa legitimis, & naturalibus, effect superflua in statuto, quod non est dicendum. l. si quando. ff. de legatis primo per Bald. in rubrica C. de contrahen. emp. q. 9. cum similibus, & in casu isto non procedunt rationes Signoroli, in dicto consil. vt de se patet præterea in casu Signoroli cõtrarium, & melius consuluus Ray. d. Forliuio eius præceptor, & grauioris autoritatis, vt apparet in eius consilio impresso in fine consiliorum Signoroli. Hæ etiam rationes ipsius sunt efficaces. Et in primis quod valeat argumentum de tanquam seu quod verba intelligantur eo respectu quo prolata sunt. Respondeo enim hoc esse verum, sed in casu nostro non apparet, quod sint prolata tantum respectu filiorum communium, imò t simpliciter posita sunt, ergo & simpliciter debent intelligi. l. i. ff. quod autem. ff. de alea lusu. l. de pretio. ff. de public. l. moris. ff. liberos. ff. de penis, facit, quod notat Bald. in authent. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. t vbi si vir & vxor conducant in emphyteusim pro se, & filijs admittentur etiam filij prioris matrimonij, de quo etiam per Cyn. Bald. & alios in l. penult. in fin. C. de impub. Nec quicquã facit, quod statutum vtatur dictione, vxoris non autem mulieris: quia istud dixit propter relationem ad maritum, non autem ad filios, de quibus nos loquimur, quamuis etiã t plerumque fiat relatio ad id quod olim fuit, licet nũc non sit. l. si ancillã. ff. de condit. & demõst. l. penult. ff. si cert. pet. vbi Docto. notant, & per Bartolum in l. si cognatis. in vlt. quæst. de reb. dub. Alexand. consil. 20. in 2. Nec est vlla equitas in fauore mariti: qui sibi imputet, si non est stipulatus lucrum dotis in tali casu, sed reliquit illud in terminis iuris. vt t merito casus omisus habeatur pro omisso. l. si extraneus. ff. de cond. causa dar. & quod habetur in l. si cum dote. in princip. ff. soluto matrimon. Minus etiam facit, quod statutum deferat lucrum contra pactionem expressam extranei, quia statutum limitate loquitur in casu suo: scilicet quando non

no adfuit filij? vnde non est extendendum vltra vim verborum l. 3. ff. hæc vera. ff. de neg. gest. per Bartolum in l. omnes populi. de iust. & iur. Da. in l. quicquid. ff. de verborum obligatione. Circa vltimum dubium delegato relicto: per primum virtum dominæ Castoretes non habet aliquam dubitationem, quin reuertatur ad filiã per leg. feminae. C. de secund. nup. Idemque de paraphernalibus cum remanserint in dominio vxoris. iuxta l. si ego. ff. dotis autem. ff. de iur. dot. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. III. SVMMAE.

- 1 Statutum inextendibile.
- 2 Mulierem variè successione excludi.
- 3 Si quis sortiat fori in duobus locis & habeat bona viros big. qualibet pars bonorũ secundũ suam legẽ iudicabitur.
- 4 Statutum excludens feminas extra Territorium nuptas valet de iure.
- 5 Vera & antiqua ciuis si excluditur à statuto ex eo quod fors nupte, excludetur etiam ciuis quæ beneficio privilegij ius ciuitatis est affecta.
- 6 Fictio deberet naturam imitari.
- 7 Privilegium tranfit in privilegiatos cum qualitate sua.
- 8 Privilegiati non possunt vti privilegio quoad acquisitionem nisi etiam vtantur quoad onera acquisitionis imposita à statuto.
- 9 Forenses vel clerici volentes vti beneficio statuti debet pati cõsuram alterius statuti, quia non possunt recipere illud dũ taxat quot pro se facit quin accipiant et quod est cõtra se.
- 10 Laicus volens in foro ciuili vti beneficio can. redintegrandã q. 1. non poterit allegare quod in foro ciuili non appellatur à possessorio.
- 11 Volens vti aliquo iure debet vti cum suis qualitatibus & circumstantijs.
- 12 Possidens bona in loco & ex privilegio si ciuis loci satis dicitur ratione domicilij ibi posse conueniri.
- 13 Quis potest habere domicilium in diuersis locis cum id pendat à factis & animo.
- 14 Domicilium originis licet aliã sit principalis, fallit tamen quando bona sunt in alio foro & de bonis tractatur.
- 15 Ciuitatis quæ non prouenit ab origine sed à privilegio potest repudiari.
- 16 Ciuitate repudiata res deuenit ad casum à quo incipere non potest & ideo vitatur successio respectu ipsius repudiatis.
- 17 Actus consumatus infirmatur in penã eius qui legis iussioni aduerfatur.
- 18 Raro contingit vt puellæ à se ipsis nubant.
- 19 Dictio hereditas accipitur tam pro delata quàm pro deferenda.
- 20 Hereditas nondum adita probi dicitur hereditas.
- 21 Statutum simpliciter excludens feminam an censetur etiã à legitima excludere.
- 22 Pactum vel renuntiatio generalis non trahitur ad legitimã nisi de eius fiat specialis mentio.
- 23 Legitima debetur tanquam portio hereditatis: vnde qui est exclusus ab hereditate censetur exclusus à legitima.
- 24 Exclusus à toto censetur & à qualibet parte etiam specialiter etiam & in diuisio exclusus.
- 25 Dos succedit loco legitime.
- 26 Mulier quando habet dote omnes fatentur de pleno quod statutum potest ei legitimam auferre.
- 27 Ius tertio questum auferri non potest.
- 28 Rescriptum Principis nunquam trahitur ad præiudicium iuris alteri questi.
- 29 Per literas Principis quibuscunq. clausulis conceptis non censetur Mediolanen. nunquam approbat literas Principis continentes præiudicium tertij.

In sequendo ordinem dubiorum mihi propositorum, primo videndum est an ista mulier Mutinensis nupta Bononiæ possit succedere in bonis maternis, quæ sita sunt Carauagij obstante statuto dicti oppidi. Et videretur dicendum t prima fronte, quod sic: quia si bona essent Mutinæ, posset succedere secundum formam iuris communis l. maximum. C. de liber. præter. ergo idem dicendum de istis Consil. Andr. dicit.

in alieno territorio existentibus: tamen quia dispositio iuris communis debet extendi etiam ad dictum territorium tanquam fauorabilior, secundum doctrinam Bartol. in l. i. C. de summa trinit. versic. 6. videndum. tũ quia statutum Carauagij non debet comprehendere istam mulierem alibi nuptam, & non subiectam. l. i. in fi. de tut. & cur. dat. ab ijs. l. fi. de iur. om. iud. maxime cũ loquantur in personam, quo casu non potest exeedi ad hanc forensẽ, secundum doctrinã Barr. in d. l. cunctos populos. quæst. 7. in q. Anglicana, quam concludendo diffusè approbat Alex. consil. 44. in 5. vol. & etiam cum sit odiosum. l. ex ea. ff. de postul. Sed tamen t contrariũ est verius, cum enim per privilegium pater & filij effecti sint ciues terræ Carauagij: nec potuissent ex forma statuti acquirere dicta bona, nisi fuisset illud privilegium, & dicuntur esse de iurisdictione Carauagij, quoad illa bona, & subijciuntur eius statuto secundum quod masculi excludunt feminam dotatam, & c. vñ cum utroque loco sortiantur domicilium Mutinæ respectu originis, & habitationis Carauagij respectu dictionum bonorum iudicantur de hac hæreditate, tanquam de duplici, vt bona Carauagij, deferatur bona verò Mutinæ, secundum legem Mutinensem, & hoc facit diuersitas patrimoniorum. facit l. pupillo. ff. de tut. & cur. dat. ab ijs. l. si arrogator. vbi not. ff. de adopt. l. certa forma. C. de iure fil. lib. x. & ita sentit Barr. in d. l. j. q. 7. dũ dicit quod si verba sunt concepta in personam, & ille non esset Anglicus, quod consuetudo Angliæ eum non ligaret quia forensis: vnde sentit, quod si forensis non esset vt ciuis Anglus per privilegium, prout in casu nostro, quod si ciuis esset, cessat enim tunc ratio Barto. cuius opinio est communiter approbata, quantum sit ad hoc, vt per Paul. de Castren. consil. 32. circa primum. in 2. volum. in nouiss. & per Alexandrum consil. 127. in 1. & dicto consil. 44. in v. cum similibus. Eandem opinionem expressè tenuit Bald. in l. si arrogator. versic. 3. quæritur, ponamus. ff. de adopt. vbi decidit, quod t si quis sortiat fori in duobus locis, puta Rhegij, & Bononiæ, & habeat bona utrobique, quod sit separatio bonorum, vt qualibet secundum suam legem, vel statutum iudicentur argum. in l. apud eum in princip. ff. de manumiss. & in l. i. de separ. bonorum. & refert, & sequitur Alexan. in consil. 16. in 1. volum. Eandem sententiam etiam sequutus est Ias. consil. 80. in 3. volum. versic. confirmo etiam. vbi refert Salicet. in d. l. cunctos populos. idem concludisse, & consil. luiffe: & consilium fuisse approbatum per Ioannem de Lignano, & alios doctores. Et idem etiam tenent modernũ videlicet Alber. Brunus. in tracta. suo, de statuto, quod existentibus masculis, &c. in 8. parte principali q. xxv. vbi dicunt, quod ista communis opinio, & ideo in practica non esset ab ea recedendum. Allegata autẽ in contrarium procederent, quando ista femina non esset ciuis Carauagij, nec subdita statutis dictæ terræ, sed prorsus forensis, quod non potest dici in casu nostro propter privilegium ciuitatis concessum patri, & descendentibus, absque quo ipsa esset prorsus incapax dictorum bonorum, cum ergo respectu illorum bonorum subijciatur statuto dicti oppidi, & secundũ illud fratres excludunt sorores dotatas in successione matris, apparet hanc feminam non posse aliquid petere ex dictis bonis. Nec obstat quod dispositio iuris communis tanquam fauorabilis videatur ad hæc quoque bona extendi debere: quia respondeo, quod cum statutum, cui bona subijciuntur, possit in ijs fratribus & sororem locum habere: quia propter ciuitatem ei allegantur, potius seruabimus statutum tanquam legem magis specialem dicti loci: vt sentit Bald. in d. l. si arrogator. & Ias. d. cõsil. 80. & alij doctores supra allegati. scus si tali statuto non subijcerentur, vt quia essent forenses: quo casu militaret ratio contraria. Ex ijs apparet hanc mulierem excludi per statutum, quod existentibus masculis feminae non succedant, &c. quod viget in dict. terræ Carauagij. Secundo, principaliter excludi-

4 fur per aliquid statutum de foemina, quae nubit forensi, &c. cuius statuti verba sunt clara: nec est dubium, quin de iure valeant, ut per Alexan. consil. clj in 2. And. Sicul. consil. 4. in 1. vol. Fel. c. 1. versic. 6. extra, de sponsal. non enim debet melioris conditionis esse haec mulier nupta Bononiae, & cuius Carauagij ex privilegio, quam si esset vere originaria, clarum autem est, quod vera & antiqua cuius nubendo Bononiae excluderetur a statuto: ergo ista etiam quae beneficio privilegij id ius est assequuta l. filio quem pater. ff. de lib. & posthum. vbi Alexand. l. 3. §. de contrario vbi Aretin. & Modern. ff. de acquir. poss. l. qui ad certum. ff. locati. cum ibi no. deberet ergo quod si filio naturali sibi adoptio. instituitur de adop. & sicut naturalis cuius nubendo extra territorium excluderetur: ita & hic commentitius, & factus auctoritate principis. Nec obstat, quod cum semel ista bona transferunt in istos Mutinenses, videntur perpetuo excepta esse ab onere statuti. argu. l. cum pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. & quae habentur in l. 1. ff. de off. eius. cui. le. 1. C. qui pro sua iuris. per Deci. consil. lxxxvij. Alex. consil. lv. in fin. in 3. vol. Respondeo non esse verum, quod bona exempta sint ab onere statuti: imò transferunt cum dicto onere simpliciter tanquam in Mutinensem, sed potius tanquam in ciuem Carauagij: unde durat semper vis, & potestas statuti erga illos: facit quod notat Deci. consil. 69. & consil. 182. cum seq. in fin.

Probatursq; eadem sententia ex verbis privilegij, quibus vbiq; dicitur, quod isti succedunt sicut veri & antiqui ciues, &c. unde sicut antiqui ciues ligantur tali statuto, ita etiam isti, quia privilegium in eos transit quoad qualitatem suam, & non possunt ipsi vti privilegio quoad acquisitionem, nisi etiam vtantur quoad onera acquisitionis imposita a statuto, vt in simili habetur per Bald. in l. 1. C. de contrah. empt. & in l. omni. C. de sacro sac. eccles. in l. 4. C. ad l. Falc. §. vbi forenses, vel clerici volentes vti beneficio statuti, debent pati censura alterius statuti: quia non potest recipere illud duntaxat, quod pro se facit, quin accipiant etiam quod est contra se, & facit quod not. practica Papien. in forma libelli, in causa spoliatae possessionis. in verbo, per vestram sententiam vbi dicit se vidisse consultum a Bal. quod si laicus volens in foro ciuili vti beneficio. can. redintegrandam. 3. q. 1. non poterit allegare, quod in foro ciuili non appelletur a possessione. l. 2. C. si de mom. poss. su. app. §. quia volens vti aliquo iure, debet vti cum suis qualitatibus & circumstantijs, arg. l. fin. §. & si praefaram. & §. fin. autem hoc. C. de iur. delib. cum ergo illud sit remedium iuris canonici, conuenienter erit etiam appellabile. Quia ratione & idem dicendum est in casu nostro, vti isti ciues privilegia non sint melioris conditionis, quam veri & antiqui, sed vtantur privilegio cum suis qualitatibus, vt dixi & scriptum est primam dubium, quod est principatus. Circa secundum, an isti sint de comprehensis in statuto Carauagij: cum ne ratione originis, nec domicilij alligentur foro eius oppidi, &c. respondeo, ex supra scriptis patet quod sic: quia propter verba ciuilitatis effecti sunt de foro illius patriae: §. cum enim ibi bona possideant, & ex privilegio sint eius loci ciues, satis dicitur ratione domicilij ibi posse conueniri: §. cum possit quis habere domicilium in diuersis locis, pendeatque id a facto & animo ipsorum. & dicit Abb. in c. fin. extra, de paroch. & habetur in l. assumptio. §. iurisprudentibus. ff. ad munic. in l. domicilium. in l. placet vbi Bartol. ff. eo. tit. & §. licet alias domicilium originis sit principalis, tamen fallit quando bona sunt in alio foro, & de eius bonis tractatur, secundum Abb. in c. dilectus filius. de rescrip. & per Marian. Socin. in c. fin. in v. de foro compet. & in terminis nostris consuluit Deci. consil. 183. & hoc maxime est dicendum in casu nostro propter pugnata verba ciuilitatis, quibus rediguntur isti in statum originarium, & efficiuntur de iurisdictione, &c. quibus verbis apparet non posse eos dici forenses, sed ciues quoad dicta bona, de quo per Cor. consil. 202. in 2.

& Albertum Brunum in dicto tractatu in 6. articulo. & per Felin. in c. 1. extra, de sponsa & Deci. in dict. consil. 283. cum similibus. Circa tertium dubium, an dicta foemina possit repudiare ciuilitatem a patre obtentam, &c. satis puto, quod ista ciuilitas, quae non prouenit ab origine, sed a privilegio possit repudiari, per regulam l. si quis in conscribendo. C. de pactis. gloss. in verb. contrauenient. capit. cum accessissent. extra, de constitu. Bartol. in l. 1. C. de ijs, qui spons. mun. lib. x. & per Alex. consil. 198. in 2. volum. Bartol. l. beneficiu. de const. princ. versic. quareo, quanto tempore. sed in casu nostro obstant tria. Primum, quia ciuilitas erat quaesita filiae, tempore quo mater est mortua, & sic tempore debita haereditatis, quod debet attendi. §. proximus. instituitur. de legit. agnat. success. l. quid ergo in princ. de ijs, qui not. infam. Bald. consil. 357. in 1. versic. sed nunquid dicitur Paul. de Castr. consil. x. in antiquis. & sic tunc excludi debatur a fratribus, unde quamuis deinde repudiet talem ciuilitatem, hoc non potest nocere fratribus, quibus ius iam quaesitum erat secundum Salicet. & Aretin. in l. non plures. C. de sacrosanct. ecclesi. Secundum est repudiata ciuilitate ista, remanet extranea & forensis & ex forma alterius statuti remanet exclusa, adeo, vt succedere non possit: quod statutum valet, & est in viridi obseruancia. de quo per Bald. in l. fin. §. si. circa prin. C. comm. de leg. Alberic. de Ros. in 2. parte stat. 2. quaest. Aretin. l. si quis ita. §. ea lege. de verb. obligat. Tertium est quia repudiata ciuilitate, res deuenit ad casum, a quo incipere non potest: vt ideo vitatur successio respectu ipsius repudiantis, vt probatur in l. 4. §. final. ff. de adulter. in versicu. sed neque eum. in auth. quemadmodum oportet. episcop. etenim generaliter traditum est etiam actum consummatum, infirmari in poenam eius qui legis iurisdictioni aduersatur secundum Aretinum. in leg. penult. §. si placeat. vbi dixi versic. rursus non procedit. in 2. limitat. ff. de verb. obligat. & ideo concludo, quod talis repudiatio nihil adiunget hanc mulierem quae omnino remaneret exclusa. Circa quartum dubium, ex quo haec foemina marito tradita fuit per patrem, verificentur verba statuti quae loquuntur de foemina quae se nupsit? & Bal. consil. 377. in 1. arguit. quod non verificentur: qui non videtur se nupsisse, quae iussu patris nupsit, quae ratio est valde friuola: quia etiam si iussu patris nupsisset, dicitur ipsa nupsisse, dicitur ipsa nupsisse non pater, & sic verificantur verba statuti, & etiam ratio statuti, quae est, ne bona transeant in forenses. Unde non est dubitandum, comprehendam hanc mulierem in prohibitione statuti, alias nunquam statum haberet locum: cum §. raro contingat, vt puellae a se ipsis nubant. 3. 2. quaest. 2. cap. honorantur & ita etiam seruatur practica Mediolani. Praeterea (vt dixi) etiam circumscripto hoc statuto extenditur haec mulier per aliquid statutum, quo stantibus masculis foeminae excluduntur: & ideo non est necessarium insistere circa hoc dubium. Circa quartum dubium nunquid dictum statutum intelligatur non solum de haereditate acquisita tempore nuptiarum, sed etiam de acquirenda post contractum matrimonij, respondeo verba statuti sunt clara, propter illa verba, *Et si nupta fuerit non succedat, &c.* & quia ratio statuti militat utroque casu, & §. dictio illa, cum haereditate longe accipitur tam delata, quam de ferenda: vt est communis opinio l. 1. §. veteres. ff. de acq. poss. vbi Iason multa allegat, & etiam Soc. quam opinionem etiam ego sum sequutus in l. nihil aliud est haereditas. ff. de verb. sig. & ita etiam vidi saepissime praefari dictum statutum & licet disputent doctores circa intellectu istius statuti magna §. sit altercatio inter illos, tamen (quantum sit ad quaestionem nostram) nulla est ambiguitas: aliqui enim tenuerunt, quod verba illa, *Nulla mulier nubat cum haereditate*, intelligantur de §. haereditate nondum adita, quae probe dicitur haereditas, & ita tenuit Bal. in l. si matrem C. de suis, & legit Raph. C. & Lud. Rom. in l. heres per seruum. c. de acq. hered. & in d. l. 1. §. veteres. Cor. col. 30. litera.

34. litera. E. & consil. 314. litera. L. in 4. vol. C. nrt. Sen. consil. 44. statuto. Alij vero tenuerunt quod imo intelligatur etiam de haereditate adita: quia verba statuti de ea loquuntur: non autem solum de iure adeundi, & ita tenuit Bal. in c. consultationib. de offi. deleg. & in consil. 393. in 3. & sequitur Soc. Iaf. Mod. in d. §. veteres, & Albertus Brun. in d. trac. 6. Soc. consil. xxx. sed quaestio nostra est de haereditate delata postquam mulier iam nupta est, quia articulus caret omni serupulo propter verba statuti quae sunt clara: dum dicit. *Et si nupta fuerit extra iurisdictionem non succedat alicui, &c.* & ita firmat etiam Alex. in d. consil. clj. in 2. vt merito ista nupta Bononiae non possit succedere matri in dictis bonis. Circa sextum quaestum, an ista mulier adeo excludatur, quin saltem non habeat legitimam debitam iuri naturae in dictis bonis: & magna est altercatio inter doctores, nunquid §. statutum simpliciter excludens foeminam censetur etiam a legitima excludere? de quo, per Soc. consil. cl. cum concord. ibi relatis. Sed in terminis statuti nostri, quod saltem debeatur legitima firmavit Fran. Cur. Iun. consil. cv. ad fin. 2. vol. quia sicut pactum vel renuntatio generalis non trahitur ad legitimam: nisi de ea fiat specialis mentio. l. si quando. §. si. C. de inoffi. testam. ita etiam debemus dicere de statuto, secundum Raph. Com. consilio. cxxvj. in fin. & consil. clxxxij. Oldr. consil. cvij. Sed (quidquid dixerit praefatus doctor) contraria opinio est verior: quia ratio sua non est vera & eam reprobat Iaf. in d. l. si quando. §. si. in fin. & Alex. consil. lxxvij. in 4. & ostendunt, quod cois opinio est in contrarium §. legitima enim deberet tanquam portio haereditatis: unde qui exclusus est ab haereditate censetur exclusus a legitima, secundum Alex. post alios, in l. quia poterat. ff. ad Trebel. & consil. lxxv. in 1. Abb. capit. Ray. ad fin. extra, de testam. cu. en legitima sit pars haereditatis exclusus a toto censetur, & a qua liber parte etiam specialiter & in diuiduo exclusus, l. si quis cum totum. ff. de exception. rei iudic. & hoc in quaestione maxime est dicendum, in qua mulier excluditur a statuto, quando est dotata vel potest dotari, quo casu §. dos succedit loco legitima, nec potest mulier vltierus petere, vt habetur per Bar. Pau. de Castr. Raph. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonst. tali casu §. quando mulier habet dotem omnes fatentur de plano, quod statutum potest legitimam ei auferre, de quo habetur in d. §. Titio genero, & in l. Gallus. §. & quod si tantum, de liber. & post hu. & per Abb. & alios, in c. Raynuitius. in vltimo no. de testa. per Alex. consil. lxxv. in 4. lib. Dec. consil. xij. consil. cvj. cum similibus, & ita quotidie practicatur Mediolani. Et quoad statutum, quod non nubat extra territorium, idem est: quia excluditur facto suo, sibi enim imputet quae nupsit, & lex ei non deserit ius adeundi, imò deserit alijs coniunctis, vt merito non possit petere aliquam, & ita etiam tenet Albertus Brunus in d. trac. in 9. parte. versic. casu, & dicit etiam communem opin. Soc. con. clxxxvij. Cor. 86. in 1. & consil. i. in 2. Curt. Iun. consil. x.

Circa septimum, & vltimum dubium, an haec foemina possit nunc dispensari: vt succedat non obstante tali statuto? respondeo paucis: quia casus non habet difficultatem, & dico quod non, quia cum ius quaesitum sit fratribus confestim, a tempore mortis maternae. §. proximus. instituitur de leg. agna. suc. l. si alienum. §. in extraneis, vbi no. ff. de haer. inst. §. non potest istud ius eis quaesitum auferri, & satis sentit Raph. Com. consil. lxxxij. circa medium & transcriptum principis nunquam trahitur ad praedictum iuris alteri quaesiti. l. impuber. ff. de admin. tuto. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico. & quod habetur per Sal. & Aret. in l. non plures. C. de sacrosanct. eccles. Et istud maxime procedit in ducatu Mediolani. vbi est decretum conditum anno 1424. §. quod nunquam per literas principis quibuscumque clausulis conceptis censetur sublatum ius tertij, de quo decreto habetur, per Deci. consilio. 410. nu. 14. & tenatus Mediolani.

- diol. nunquam interinat seu approbat literas principis contententes tale praedictum, vt est notorium in d. ducatu.
- CONSILII. V. SVMMÆ.**
- 1 Statutum excludens foeminas dotatas a successione intelligitur non generaliter omnium sed a successione dotantis tantum.
 - 2 Foemina & ratione naturali & iure ciuili ad successione admittitur.
 - 3 Statutum volens quod mulier excludatur a successione aliorum propter dotem ab vno datam est in verisimile quia sic factum vnus alteri prodesse.
 - 4 Persona extrinsecus facile non est intelligenda.
 - 5 Statuti transire in absurdam significationem non est credendum.
 - 6 Verba indefinita & simplicia ad habilitatem & sanum sensum rediguntur.
 - 7 Statuta ad terminos iuris communis restringuntur maxime si sint correctoria.
 - 8 In correctorijs angusta fit interpretatio, vt minus ledatur ius commune. (resoluitur.)
 - 9 Copulata non eiusdem finis respectu in orationes separatas.
 - 10 In clavis non est locus coniecturis & tunc non est fas recedere ab expressa statuentium mente.
 - 11 Dispositionum genera & differentiae.
 - 12 Alternatiua altero contenta est, vt sit locus dispositioni.
 - 13 Disiunctiua simplex in vno verificata totam orationem affirmatiuam veram efficit.
 - 14 Natura alternatiua est casuum singulorum distinctionem inducere citra vllam improprietatem.
 - 15 Natura vera alternatiua est profus separatum stare debet.
 - 16 Argumentum a commixtione capitum legis non debet attendi in statutis praesertim correctorijs.
 - 17 Verba in dispositione legali facilius separatum & singulariter accipiuntur quam verba in dispositionibus testatorum vel contrahentium accipi solent.
 - 18 In vltimis voluntatibus saepissime singula singulis applicantur.

VIA praesens casus adeo quotidianus est, vt quam plurima cum veterum, tum etiam Modernorum consilia, quae pugnant simul videntur, ponemus primò conclusiones certas, deinde attingemus, quid in dubijs sit dicendum. Prima §. ergo est conclusio certa, & clara & communiter approbata, quod statutum excludens foeminas dotatas a successione dotantis tantum, secundum glo. super. verb. dotatas, vbi Bald. Paul. Fulg. Corn. in l. 1. C. de legit. haered. & ista est communis opinio, vt per Imol. in consilij Ful. subscriptione consil. liij. & per Alex. l. 1. §. veteres, de acq. poss. Soc. consil. xxx. & 84. Corn. 84. in l. 49. in 3. 314. in 4. Dec. in l. vt liberis. 7. not. C. de collat. vbi ampliat hac conclusionem, & allegat multos concord. & Fran. Cur. Iun. consil. lxxv. per totum. Et ratio conclusionis est, quia §. cum foemina, & ratione naturali, & iure ciuili ad successione admittatur. l. maximum. C. de lib. praetere. non potest ceteri exclusi, nisi quatenus verba clare & expresse eam excludant, at in praedicto casu non est expresse exclusa ab haereditate aliorum: ex quo potest statum intelligi de haereditate tantum, sicut videmus fieri saepissime talem interpretationem, vt in d. l. 1. C. de legit. haered. & in d. l. vt liberis. C. de collat. ibi, de cuius haereditate agitur, & in l. quoniam nouella. C. de bon. quaer. liber. Nec enim verisimile est, quod §. statutum propter dotem ab vno datam velit mulierem ab alia successione excludi, & sic, quod factum vnus alteri profuit, arg. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. vbi Doct. §. Nec facile persona extrinsecus est subintelligenda. l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus, de ver. oblig. quod procedit non solum in contractibus, sed etiam in legum dispositionib. & statutis, vt ibi per Signor. Homod. & Alberic. de Ros. loquentes in statuto Florentino: alioquin §. statutum transiret in absurdam significationem, quod non est credendum. l. nam absurdum, de oper. libert. esset etimiquum, cu. posset contingere, vt ex minima re in dotē ab vno fratre paupere accepta, excluderet ab opulenta haereditate alterius fratris, quod esset valde impiū, debet ergo potius statutum restringi, quatenus commode fieri possit i verba eni indefinita & simplicia ad habilitatem, & ad sanum

sentum rediguntur. l. i. §. nuntiatio, vbi Bar. de ope. nou. nunt. & statuta ad termini iuris cōis restringuntur. l. 2. de noxal. l. vt gradatim. §. de muner. & hon. maxime si correctoria sint, vt est istud, de quo agit. §. fit enim in correctoria angusta interpretatio, vt minus lædatur ius cōis. l. sancimus. C. de testam. cum vulgarib. merito ergo accipietur diuissim, & non coniunctim, vt secundum singularitates suas in qualibet persona operetur. l. falsa. §. fin. de cond. & demonst. sicut videmus, quod copula nō eiuſdem finis respectu in orationes separatas resoluuntur, secundum Bar. l. si is qui ducenta. §. vtrū de reb. dub. in l. de ijs, q. not. in fam. Fallit tamen supra scripta conclusio, quando constat ex verbis statuti, quod voluerit femina excludi, à quocunque sit dotata, secundum Bal. & Paul. in d. l. i. C. de legit. hæred. Paul. in consi. cccxxviii. Corn. consi. xxxij. in 3. Alex. 86. in 6. In claris enī non est locus coniecturis. Et tunc nō est fas cedere ab expressa statuētū mēte, videtur autē ea mēs clara multis modis & exemplis. Veluti, quia statutum loquatur in rem: quia dicat. Mulier dotata, nec subiciat, à quo ag. l. trē veniunt. §. à quo. ff. de pet. hæred. Paul. C. de leg. cccxxxj. nec subiciat quo tempore sit dotata. Si enim restringeretur ad hæreditatem dotantis requireret, quod tempore, quo hæreditas defertur, sit dotata. arg. l. in delictis. §. si dum extraneus. de noxal. secundum Pau. d. consi. & Laur. de Palac. Traçt. Quod ex. a. masc. fœmi. & Corn. consi. cxxij. in 2. arg. not. per Bar. consi. xxxj. Idem quoties ex verbis statuti apparet, quod dotata ab vno excluderetur ab hæreditate alterius, secundum Corn. consi. 133. in 2. vt quia diceretur quod non succederet dotanti, nec alij: vel diceretur, q. non succederet alicui eorum, secundum Corn. consi. cxxij. in 3. vel diceretur, esse dotata ab extraneo, secundum Rom. consi. 485. in 2. in casu propositæ consultationis quo ad primā, etenim extranea mentio arguit generaliter excludi, cum extraneo succedere nequeat tanquam non statuto, sed iure cōi exclusā, vel si statutum diceret, quod femina dotata excludatur ab hæreditate fratris, à quocunque ergo erit dotata, cēsebitur exclusā. Alex. consi. xxix. in 1. Idem quando rubrica in rem esset concepta, & generalis & nigra specialiter enumeraret personas, à quarum hæreditate mulier excluderetur secundum Fran. Cur. l. in. consi. lxxv. per totum quod intellige si specificaret personas respectu dotationis: si enim eo respectu loqueretur in rem, nihil referret, quod in capite exclusionis specificarentur personas, vt sentit Dec. d. l. vt liberis. 7. not. dum respondit ar. l. f. & quod not. Corn. consi. cxxxij. in 2. Idē, quando

1. §. qualitas dotationis esset simpliciter in conditione posita, puta, femina si dotata sit, non succedat patri, matri, auo, intelligitur enim à quocunque sint dotata, propter naturam conditionis simpliciter adscriptæ secundum Cor. consi. cxxij. in 2. quod tamē ego secundum supra scripta intelligendum arbitror. Idem si statutum diceret, quod femina dotata à patre, vel à fratre tantū pro paterna, vel fratrena substantia sit dote contenta, propter dictionem, tantum, de quo in consil. Car. Sen. consuluit. Rapha. Fulg. consi. xxxv. cum subscriptione Rapha. Cō. & Signor. Humod. vbi addunt quod tale statutu de hæreditate paterna extēdatur ad hæreditatem patruū in qua est maior ratio secundum eos, quia est remotior. Idem quando statutum excluderet dotatas à patre, auo vel proauo, & auus dotauerit neprem, excludetur etiam ab hæreditate patris: quia censebitur pater dotasse. l. dedit dotem. de coll. bon. secundum Anch. consi. clxxvij. Idem, quando statutum loqueretur alternatiuæ respectu donatio. & copulatiuæ respectu exclusionis, secundum Bal. consi. lxxj. vol. 4. de quo infra dicemus. Sed difficultas est in casu statuti Laudensis dicētis, *Filia, vel soror, dotata à patre, vel fratre, sit contenta dote sua, nec venire possit ad successionē, vel diuisionem cum fratribus, vel descendētibz fratrum masculis, in bonis paternis, vel fraternalibus.* Et videret eā quæ dotata est à patre excludi

à successionē fratris, ppter r̄vim & naturā alternatiuæ quæ altero cōtēta est, vt sit locus dispositioni in alter natiuis, de reg. iur. in in 6. l. hæc verba, ille. de verb. sign. vt cōsultuit Bald. cōsi. lxxj. vol. 4. incip. de iure cōmuni. Sed tamen aduertendū est, quia Bal. ibi potius sentit cōtrariū, quia ponderat, q. verba exclusionis stabant copulatiuē senties secus esse, si starent alternatiuē, prout in casu nostro. Et sine dubio ista opinio est verior, secundu quā in terminis statuti loquentis alternatiuē consuluit. Anch. d. consi. 80. q. consi. Anch. Doct. cōiter sequuntur, & approbant, vt Capra. consi. 39. Corn. 170. in 2. Soc. consi. 127. in 4. Bologn. in cōsi. Ananij. 89. Dec. 34. Brū. in tract. stat. exclud. fœm. 16. q. art. 8. & in terminis huius statuti Laudensis. Alex. consi. 151. vbi loquitur formaliter in casu nostro, & certē in iudicādo & cōsultando nō esset tutū recedere ab hac opinione, quæ est cōiter approbata, & secundū quā in indiuiduo cōsultuit Alex. nec est aliquis Doct. qui ijs in terminis contradicat: quia (vt supra vidimus) loquuntur in alijs casibus separatis à nostro. Nec quicquā facit natura alternatiuæ, quia et proprie loquendo, accipi potest duobus modis. Primū, vt sit simplex disiunctiua quæ vel in vno verificata totā rationē affirmatiuā verā efficit. l. si is, qui ducenta. §. cū ita, de reb. dub. vbi Bart. l. si quis ita stipulatus fuerit de cō aureos. ff. de verb. oblig. & secundū hūc sensū obstat supra scriptæ conclusioni. Secundū modo accipitur, quando non solū est disiunctiua, sed etiā disiunctim, id est, separatim casū supposito distinguit, singula singulis referēdo, vt in sit. de in offi. test. in prin. & in l. i. C. de falsi. caus. ad ec. leg. & in l. si. in verb. siue vniuersitatis: vbi glo. C. de fidei cōm. l. i. §. fin. autem, aliquid sub conditione, vbi glo. verb. ex fortuna. C. de cad. tollend. l. general. in prin. vbi glo. ver. expectata. C. de reb. cred. & secundū hunc sensum probatur optimē communis conclusio. Et quod hic sensus potius sit accipiendus, probatur, quia si doctores intelligunt statutum excludens mulierem dotatam, vt intelligatur ab hæreditate dotantis, & sic verba generalia restringunt ad dotantē (vt supra vidimus) rationibz supra dictis. Ergo fortis in casu nostro, in quo hæc interpretatio accipit, nō per viā restrictiōis, sed ppter naturā dictæ alternatiuæ quæ casuū singulorū distinctionē inducit citra impropriatē vllam, vt dicit Alber. Ros. in d. cōsi. verb. aut cōfirmat per text. in d. l. si is, q. dūcēta. §. si. de reb. dub. vbi illa cōditio, si filij, aut filia hæres non erit, separatim accipit, & subauditur, si filius qui solus nascatur, aut filia, quæ sola nascatur, id quæ ex mente testatoris, ergo idem in casu nostro ex mente statuentium, vt verba statuti, filia vel soror dotata à patre, vel fratre, intelligantur, à patre tantum, si de eius hæreditate tantū agatur, vel à fratre, si de fraterna solum, & c. per quem textum idem dicunt esse Dd. in statuto: quo cauetur, decedente filio absque patre, vel matre, vocari agnatum, intelligitur enim separatim, quando sola mater extet non autem coniunctim, etiam si pater extet, vt dicit Raph. Comm. & Jacob. Put. & Socin. ind. l. si is, qui ducenta. §. fin. in vlt. not. & Mod. in l. Lucius. 2. ff. de hæred. institut. Idem que etiam tradunt in conditione, *Si Titius, aut seius hæredes non erunt, Caius esto.* admittetur enim substitutus, altero repudiante, non in tota hæreditate, sed in parte, tanquam à principio facta esset separatio. l. si post. §. quo vulgo. ff. de liber. & post. vbi l. in fin. & l. penult. ff. de iniust. rupt. l. æquissimi. §. si duo. de bonor. poss. secundū tab. per Bart. & Dd. l. i. de vulg. in 2. que sit. vlt. partis. Cōfirmatur hæc intelligētia, quia dū verba statuti dicūt, filia, vel soror dotata à patre, vel fratre & c. Si intelligant, vt secundū singula fiat relatio, seruabit natura vera alternatiuæ, quæ prorsus separatim stare debet, alijs si ponamus patrē dotasse, & à fraterna excludi, cōmiscēbuntur capita statuti & quod argumētū cōmixtione capiti legis non debet attendi in statutis, & maxime correctorijs. l. is qui puteū. §. interdicitū. ff. quod vi aut clam. l. vim passā. §. p̄scriptio, vbi Doc. de adul. l. si ita scriptū. de lib. & post. Monet me

etiam, quod video statuentes perpetuē seruasse eum ordinem, quater vtendo ea serie, verborum filia, vel soror dotata à patre, vel fratre, nō veniat ad successionē vel diuisionē cū fratribus vel descendētibz in bonis paternis, vel fraternalibus: paternis qñ cōcurrūt cū fratribz, fraternalibus, qñ cōcurrūt cum descendētibz fratru: vt in casu nostro. Quis non videt in hoc casu expressam applicationē singulorum ad singula? vnde satis clarē determinari potest intentio statuentium, argū. l. cum quo. §. si. ad leg. Falcid. vbi Ang. Imo. Alex. Quæ sententia maxime est seruanda in verbis legum, seu in dispositione legali, quæ facilius separatim, & singulariter accipitur, quam dispositiones testatorū, vel etiā contrahentiū soleant accipi. l. si. in prin. ff. de vulg. & pup. l. & Proculo. ff. de leg. 2. quam uis etiā in vltimis voluntatibus sæpissime singula singulis applicemus. l. quoties. ver. nec mutar. C. famil. erisc. vt per Dec. in consi. 646. in si. sicut & plerunque facimus in contractibus, vt per Soc. consi. 38. in 4. volum cum siml. merito ergo & hoc alij idem est faciendum in supra scripto statuto. Et licet aliqui velint nodum in serpo querere, ponderantes in contrariū verba statuti, tamen eorum ponderationes sunt satis tenues: nec indigent alia resolutione, cum ex supra scriptis omnes difficultates diluciderent.

CONSIL. VI. SVMMÆ.

1. In successione filia mater sola in totum preferenda est amitis de iure comm.
2. Masculinum non concipit femininum ad exclusionē matris.
3. Statutum vocans consanguineos ad successionem censetur hoc facere contemplatione agnationis vt familia conseruetur & ideo femine non sunt admittendæ quia cessat ratio statuti.
4. Masculinum regulariter in qualibet materia concipit femininum.
5. Amite sunt agnatæ.
6. Successiones debent esse reciproca.
7. Statutum referens se ad ius commune secundum ius commune debet intelligi.
8. Clarum est de iure communi in successione non esse differentiam inter masculos & feminas.
9. Amite dicuntur esse priores in gradu filie quam sit patruus magis.
10. Radice submotu submouentur & omnes stirpes.
11. Banni fides.
12. Bannitus propter homicidium amittit proprietatem bonorum suorum & deuoluitur ad Patrem vsu fructuarium.
13. Bannitus non amittit iura communia sed duntaxat iura ciuitatis.
14. Bannitus qui possit impune offendi habetur pro hoste ciuitatis & etiam pro mortuo, ideo respectu bonorū iā acquisitorum potest in eis à quocunque offendi vel à suo spoliari.



VAERITVR de intellectu statuti Papiensis 94. ant in successione filie mater excludat amitas. Et videretur prima fronte matrem in totum preferendam, quia de iure cōi sola admittitur, illis exclusis. auth. defuncto. C. ad Tertyl. Nec obstat supra scriptum statutum admittens consanguineos patruos in duabus parribz. hæreditatis: quia triplici fundamento non potest verificari in istis amitis. Primo, quia non loquitur simpliciter de quibuscunque consanguineis, sed restrictiue, quibz de iure deferretur hæreditas defuncti, si amite istę de iure non admittent: quia remotiores in gradu: vnde videtur solū intelligendum de fratribz & sororibus, qui sunt consanguinei. l. 3. C. de legit. tut. l. 2. §. si sit consanguinea. ad Tertyl. & qui de iure admittentur in viriles cum matre. d. a. h. defunct. Secundo, quia statutum vocat consanguineos paternos, & sic masculos, ergo non amitas, quæ sunt feminas. quia §. ad exclusionem matris masculinum non concipit femininum, vt dicit Arch. 17. q. 4. c. si quis suadente. Bal. l. Gallus in prin. de lib. & post. in l. qui cum. C. de ser. fug. & in terminis huius statuti, cōsultuit Alex. consi. xlv. in 7. lib. Tertio, quia §. statutum vocans istos consanguineos censetur hoc facere contemplatio

ne agnationis, vt familia conseruetur, & ideo femina non sunt admittendæ: quia cessat ratio statuti: vt diffusē consiluit Curt. iunior, consi. v. & consi. clxxvij. vbi aggregat aliquot decisiones, de quibz per eum. Sed his non obstantibus, concludendum est contrarium, quod immo istæ amite admittantur ex verb. supra scriptis statuti vocantis patruos consanguineos: quæ verba comprehendunt etiam feminas: quia hoc est regulare, vt in materia statutorum sicut in qualibet alia masculinum concipiat femininum. l. j. de ver. sig. & in casu dicti statuti consuluit Cur. senior in d. consi. 9. vbi respondet omnibus rationibz. quæ in contrarium adduci possunt, & consuluit Bal. consi. xlvij. in 5. vol. & etiam Alex. consi. cxy. circa dubitationem. in 2. referet, & sequitur Ias. si quis id q. ver. 4. de iur. om. iud. & hoc ego puro certissimū, maxime in ciuitate Papiensī, in qua viger illud statutū nu. 53. sub rubr. de regimine potestatis, q. in statutis Papiæ masculinū genus concipiat femininum, & c. de quo per Bald. d. consi. 47. Nec obstat, quod tale statutū habeat rationem illam conseruationis agnationis. quia respondeo etiam amitas esse agnatas. §. ceterum in istis, de leg. agn. sic. & de familia. l. voluntas. C. de fidei. nec statuta in hoc distinxit masculos à feminis, q. apparet, q. ad exclusionē matris admittit et filia fratris, & alibi: statuto. 96. vocat agnatos masculos vel feminas. ad successionē decedentis ad intestato, vnde apparet nō curasse statuentes de conseruatione familie, quæ per solos masculos fit, cum admittunt etiam feminas. Et cum decedente amita statutum expressē vocet filiam fratris credendum est idem esse etiam in casu contrario, vt istę decisiones sint reciproca. §. filium, in auth. quib. mo. na. eff. sui. per Doct. in l. 3. ff. de acq. poss. Non obstant nunc allegata in oppositum: & in primis quod statutum restringat consanguineos per relationem, quibus de iure, & c. respondeo, quod non potest intelligi de consanguineis, puta, fratre, prout supra dixi, quia statutum in prin. facit specialem mentionem fratris, & eo existente matrem in totum excludit. Vnde cum deinde admittat in vna tertia existentibus cōsanguineis intelligitur consanguinei remotiores, quam in primo gradu, & sic patruus vel amita, & vltiores ordine successiuo. §. tertio gradu, instit. de gradibz. per Bar. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. hæ. Non obstat, quod masculinum supra scripto in casu non debeat concipere femininum: quia respond. primū regulam esse in oppositum cui locus etiam est in penalibus. l. si quis. de iur. om. iud. nec dicatur id odium esse irrationabile, secundum l. i. §. quare, de ven. in poss. nit. respondeo id factum esse: imò statutum principale est fauorabile: quia factum non in odium matris, sed in fauorem consanguineorum paternorum, secundum l. qui exceptionem, de cōd. in deb. cū concor. per Fran. Cur. d. consi. 9. Secūdo respondeo quod cum statutum iubeat admitti consanguineos, quibz de iure, & c. cōprehendit etiam feminas. quia in ea clausula §. refert se ad ius cōis, ergo secundum ius cōis debet intelligi. c. cum dilectus, de consueto. §. clarum autē est de iure cōi nō esse differentiam inter masculos, & feminas. l. maximum. C. de lib. præter. §. ceterum, instit. de leg. ag. success. nec de iure municipali ipsius statuti: ex quo admittitur et filia fratris vt dicit expressē verba statuti, & alibi statuto 96. vocat agnatos, vel cognatos masculos vel feminas ex parte patris: vnde satis indicat mēs statuētū feminas admittentiū prout etiā dicit in casu dicti statuti Ias. cōsi. liij. & cōsi. ccv. Tertio respondeo, quod omnis hæc difficultas subla ta est per aliud statutū, de quo supra, q. in statutis cōis Papiensis, masculinū gen⁹ concipiat femininum: nisi quotiens ius, vel natura resistit: at in casu nostro & ius & natura assistunt istis amitis. d. l. maximum, & per Bal. d. consi. xlvij. vt merito magnificus magistratus in iudicio possessorio ita illud statutum intellexerit à qua interpretatione, nec in petitorio quidē est recessurus. Nec auctoritas Alex. consi. xlv. in 7. lib. quæq; mouere debet

quia ipsemet pro feminis consuluit in consi. cxv. Item ipse loquitur in alio casu. s. respectu sororis non vtrinq; coniuncta: ubi ibi potest videri. & in fine consilij satis sentit admitti amicitiam in casu dicti statuti, dum allegat. Bal. in l. illam. C. de colla. & etiam in casu suo, dum censet excludendam sororem altero tantum latere coniunctam. Contrarium sentit Fran. Cur. senior in d. consi. ix. Ticinensi, & laf. dictis consilijs l. ij. & 205. qui diffuse respondet omnibus rationibus contrarijs: ad quos me remitto: quia iudicio meo in re clara non est laborandum & profecto Alex. nunquam consuluisse in illo casu, si fuisset sibi exhibita alia statuta ex quibus praesens declaratur. Nec obstat, quod statutum sit factum favore agnationis, quia etiam si verum id esset tamen etiam amicitia sunt agnatae, vt supra dixi, & statutum non constituit differentiam inter masculos, & feminas: sed vocat aequaliter secundum gradus praerogativam: vnde et cum amicitia sint priores in gradu, quam comes Galea, qui est patruus magnus. Iurisc. consilijs de gradib. s. tertio gradu. iuncto. s. seq. ver. patruus magnus, debeat non solum matrem, sed etiam ipsum patrum magnu excludere, & vt dixi res nullam habet difficultatem. Hincq; apparet superfluum esse omnem illam allegationem: qua disputatur, an mater, quae vincit amicitia, vincat etiam comitem Galeacium, secundum no. in l. illam. C. de colla. quia non est verum amicitia istas vincit a matre, nec ab ipso comite, imo verba statuti sunt clara in earum favore. Nec obstat. consi. Curtij 179. quia non habet nec legem nec rationem, sed solum innuitur quibusdam decisio. seu decisionibus potius, nihil ad propositum facientibus. In primis allegat consi. Soc. 31. in lib. 1. respondeo loquitur, quando statutum ad exclusionem matris vocabat parentes masculos. & concludit, quod non veniunt masculi. & coniuncti per feminas, quia cum feminas excludantur et sub mota radice, sum mouentur & stirpes oes. l. si. viua. in fi. C. de bo. ma. sed in casu nostro non est illa dictio, masculos. Secundo alleg. Bal. in l. quicumque. C. de ser. fugi. ad ostendendum, quod istud statutum continet odium irrationabile: respondeo, imo habet rationem euidentem, & fauorabilem, nempe vt consulatur agnationi tam masculi, quam feminas, quam voluerunt statuentes praefere matri, & eius legem, & Bald. loquitur quia mater omnino excluderetur in casu nostro reservata est illi portio concedens, aliam sequitur, ante statutu. Tertullianum, quod vocauit matrem ad successionem filiorum, omnes leges de successione loquentes fuissent odiosae & irrationabiles, quod non est credendum Tertio alleg. Io. de Ana. consi. iij. & ibi Polog in add. respondeo, si videantur verba statuti posita in casu suo vocabunt duntaxat masculos: ibi ad hoc, vt masculi, & coniuncti, & c. Praeterea in casu suo mater prorsus excludenda: hic habet partem competentem: vt dixi: & etiam non sunt multi anni cum in ciuitate Commensi fuit pronuntiatum contra dictum consilium: sed quicquid sit, loquitur in alijs terminis. Quarto allegat consilium Ang. 284. cum consilio praecedenti, quod inscriptum est Bal. ad quod respondeo, quod non possumus coniecturare qualia essent verba statuti in illo casu, & certe ista mendicata suffragia prorsus negligenda sunt: & in illo casu videtur quod statutum in specie ad exclusionem matris requireret agnatum masculum, vt dicitur in d. consi. Ang. ver. contrarium credo, quod non est in casu nostro, & vnicuique tolluntur omnes istae decisiones, ibi non erat statutum quod masculinum concipiat femininum sic. Vltimo alleg. Cor. consi. 276. in 4. respondeo in casu statuti illius excludebatur amita expressis verbis statuti, quae vocabant matrem in quarta agnatos masculos in residuo: vt ibi ipse Cor. dicit littera L. quod est contra in casu nostro, in quo statutum vocat simpliciter consanguineos patruos: nec dicit masculos, imo oppositum, vt supra conclusi, & plus credendum est ipsi Corn. in consi. suo quam impressori qui fecit summarium consilij. Quae sunt rursus de haeredi-

tate Com. Franc. ad quem pertineat? & cum mortuus sit, relictiis duobus masculis, & alijs feminis clarum est ex forma statuti pertinuisse ad masculos: de Hieronymo dubium non est: difficultas est respectu Baptistae qui fuit bannitus viuentis patre, de banno, constat: quia est in albo descriptus Modiolani in archiuo pannigalaru: quae descriptio plenam fidem facit, vt dicit Bal. in rub. C. de fide instr. Bal. Sali. l. moueor. C. si. ser. ex. p. ven. Alex. l. 1. in prin. de ope. no. nu. l. decem. in fi. de ver. obliga. Nec obstat, quod dicatur fuisse bannitus: quia sequitur partes Sforziacas, & sic ex causa nulla & iniusta: quia hoc debet probari: nec est credendum. Imo ex multis testibus examinatis pro defensione illoru, qui eum occiderant apparet contrarium, quod imo fuit bannitus de homicidio commisso in personam cuiusdam scholastici nomine Mondraglari. Cu ergo iste bannitus iussit proprietate bonoru suoru & est deuoluta ad patrem suu in fructuariu secundu magis comune opin. Bar. & alioru in l. finita. s. si de uet. sig. lib. 2. de da. in fi. & omnia sunt effecta patrimoniu patris & consequenter deuoluta ad comitem Hierony. qui solus erat capax. Quamuis enim dicant doctores, quod bannitus non amittit iura coia, sed duntaxat iura ciuitatis, & c. tamen si sit talis bannitus qui possit impune ostendi, habetur pro hoste ciuitatis: & etiam pro mortuo: ideo respectu bonoru iam acquiritoru potest in eis a quo cunq; possendi: vel a filio spoliari. l. trans fugam. de acq. rer. dom. Bar. in l. i. C. de haered. institua. respectu vero acquirendoru etiam secundum iuris cois dispositione in territorio in quo est, bannitus non potest acquirere, sed facit locu proximiori, secundu Pau. de. Cast. Ray. de For. Lud. Roman. l. in d. l. i. si. Ioan. de Imo. in l. ex factu. s. ex facto ad Treb. & dicit idem Imo. in l. Gallus. s. ille casus, de liber. & posth. quod habetur p. mortuo, tale ius non deuoluitur ad filiu, sed ad proximioru puta fratru, vt in casu nostro. & licet Alex. variauerit, tamen consulendo sequitur est eandem sententia, cons. xxxij. & 75. in 1. vol. Soc. consi. xxvij. in fi. in 3. vol. Iaf. consi. clxvj. & sequi. & semper vidi seruari Modiolani quod bannitiam mittunt etiam iura comitia respectu bonoru existentium in ducatu: nec quicquam prodest allegatio tollerantiae: quia per decretu ducale talis allegatio est sublata. Ex ijs igitur concludendum est omne hereditate comitis Francisci pertinuisse ad Hieronymu duntaxat: quo mortuo admittuntur in totu sorores: quia Baptista non potest eas excludere quin succedant in capita eius, ex quo non potest vt beneficio statuti excludentis feminas propter masculos, vt dicit Bal. in l. Gallus. s. & quid sitanti. ver. item. cauetur, de lib. & posth. Imo nec ipse in aliquo succedit, quia amisit etiam iura communia, vt supra dixi.

CONSIL. VII. SVMMÆ.

- 1 Hypotheca prioritas praescribitur spacio 30. anno. vel 40.
- 2 Argumentum a contrario sensu habet locum in statutis quibuscunq; dispositionibus quamuis alias strictis.
- 3 Non sunt mutanda quae certam interpretationem semper habuerunt.
- 4 Decretum repugnans regulis communibus iuris est odiosum ideoq; strictè interpretandum.
- 5 Quoties aut verba aut ratio statuti cessat locum non habet statutum.
- 6 Aliud est damnnum non pati aliud lucrum facere.
- 7 Contrarium est, eadem dispensa.
- 8 Crude est in inuenta in fauorem ponentis & contradicentiu non debet operari in fauorem eius qui non contradixit.
- 9 Pactum legis commissoriae intelligitur si ipse velit.
- 10 Pactum caducitatis intelligitur si dominus velit.
- 11 Quoties praesumptio aliqua fauorem alicuius respicit non attenditur, nisi quatenus ille eam alleget.
- 12 Regulariter beneficia statutorum non prosunt tertio nec extenduntur inter alios.
- 13 Statutum quamuis generale semper recipit interpretatione & restrictionem ex alia parte statuti.
- 14 Remissio pignoris quae sit tacite puta tacito vel permittendo labi tempus solum excludit creditorem per viam exceptionis.

- 15 Sublato pignore non est sublata retentio aduersus secundum creditorem.
- 16 Speciale est fauore dotis quod competat retentio etiam cessante pignore.
- 17 Lex nouat generaliter loquens non intelligitur in damnnum iuris dotalis.
- 18 Mater tenetur in subsidium soluere dotem pro filia quando alias bona patris non sunt soluendo.
- 19 Si vinco vincentem te magis vinco te.
- 20 Pro reo in dubio pronuntiandum est.
- 21 Capienda est praesumptio pro liberis in hereditate parentum.

N causa haeredum d. Antoniae fundata est eorum intentio aduersus dominos praefectos Charitatis ex instrumento dotis datae d. Nicolao marito: in quo adest hypotheca et omnium bonorum, & c. quae est anterior tempore ipsis praefectis, & quae iure cois non perimitur, nisi spacio 30. vel 40. annorum, vt dicitur in l. pen. s. 1. C. de praescrip. trig. vel quadrag. annorum. Sed in casu nostro difficultatem facit lex municipalis, quae post proclamationes, lapsis sex mensibus, excludit quoscunq; non contradicentes, prout in simili de iure comuni est tex. in l. si. tempore. C. de remiss. pig. in l. locor. C. de omni agro deser. lib. 11. per Bar. & doc. in l. rem quae nobis. ff. de acq. poss. vnde cum d. Antonia non contradixerit, videtur remississe hypothecam: & consequenter in dictis bonis vis Charitatis esse potestius: cum eius praefecti veniant ex capite, excepto a decreto proclamationum: quo dicitur non praediacare eas in casum euictionis, & c. quod extinguitur situs d. Antoniae, satis videtur probari ex verbis decreti quibus dicitur, qd. cridae illae, non sequuta venditione non praediacant creditoribus ponentis, ergo a contrario sensu praediacant ceteris venditoribus aliorum: quam ponentis, et argumentu autem a contrario sensu habet locum etiam in statutis, & quibuscunq; dispositionibus: quamuis alias strictis. l. inter soceru. s. cum inter. ff. de pact. dot. Alex. in l. 1. ff. de officio eius cui. Confirmatur etiam quia videtur antiquitus semper intellectum dictum decretu vnde et minime mutanda sunt, quae certa interpretatione semper habuerunt. l. minime. ff. de legib. Sed tamen istis non obstantibus puto contrarium esse verius, & praemitto quod istud decretum inducens praescriptionem hanc trium vel sex mensium, est satis odiosum, & repugnans regulis iuris communibus: ideoque strictè interpretandum, vt dicit Alex. consi. cvj. in 6. & est etiam contra ius commune, & maxime ex eo capite, qd. non sequuta venditione inducitur remissio pignoris, l. sicut. s. voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypot. fol. vnde sequitur, quod dictum statutum locum non habeat, quoties aut verba legis aut eius ratio cessat. l. 4. s. reus. ff. de dam. in se. l. adigere. s. quamuis. ff. de iure patr. vnde cum in casu nostro vtrunq; cesset, vt mox ostendemus, sequitur quod dictum decretum attendi non debeat. Et in primis ratio decreti est expressa in eo, vt consulatur venditori, qui absque fideiussione possit vendere, & emptori vt securius emat. Item contradicentibus, de quoru prioritate in hoc iudicio tractatur: respectu vero non contradicentium non militat talis ratio: quia eis non lauit statutum succurrere, ergo non possumus dicere, quod respectu Charitatis, qua non contradixit, sub sit aliqua ratio, cur vt possit beneficio statuti, vt allegat sublata hypotheca anteriorem, quantum ergo ad eam debet esse firmum vis prioris creditoris. ar. l. 2. s. si emancipatus, verum non enim. ff. de contratu. & quod ibi Bar. not. & per Alex. consi. l. ij. in 5. vol. Fel. c. dilectus. 2. in 8. conclu. extra, de rescrip. Confirmatur hoc ex verbis statuti, quod simpliciter cauetur non praediacare cridas in casibus euictionum, qua verba indicant venientibus ex dicta causa non auferri ius suum: non tamen augeri, & dari eis aliquid lucrum: cum aliud sit praeseruare in dñem, aliud lucrum deserre, vt qui posterior erat, efficiatur anterior,

quod quidem verba illa non significant. Iurisc. gentium. s. praetor. ff. de pac. vbi dicitur illud. Pacta conuenta seruabo non intelligitur iure actionis: quia istud esset augeri, & manifesta est ratio differentiae: cum aliud sit damnnum non pati, aliud lucrum facere. l. si. C. de codic. Et quod hoc sit veru, suadetur tali ratione: tum enim ponens visus sit diligentia ea bona proclamationibus subiciendo. d. Antonia fuerit negligens non contradicendo: talis negligentia non debet prodesse Charitati: quae fu it in pari negligentia: sed ipsi ponenti, qui diligentiam adhibuit, vt in simili dicitur in l. si. C. de alluio. & palud. & s. ne aut labor. in auth. de iudic. & in l. si pupillus. ff. de priuil. credit. Et sicut dictae proclamationes non nocet Charitati, quauis non contradixerit, quo minus ex causa euictionis agere possit, ita etiam non debent prodesse. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. quia contra prioru est eadem disciplina. glo. rub. ff. de acq. poss. facit l. pen. C. de solut. Suadetur supra scripta interpretatio: quia cum (vt supra dixi) dictae cridae sint inuenta in fauorem ponentis & contradicentium, non deberet contrarium operari in fauorem eius, qui non contradixit, per regulam l. quod fauore. C. de legib. Et quia licet dicatur, quod bona efficiantur libera, tamen debent intelligi, si ipse qui obtinuit vellet. l. si sponsus. s. si qui rogatus, vbi Raph. Fulgo. ff. de don. inter vir. vnde et pactum legis commissoriae intelligitur si ille velit. glo. l. 2. ff. de leg. com. Bal. l. si. in fi. C. de reuoc. don. & pactu caducitatis, si dominus velit. l. j. ff. si ager vestig. lason l. 2. C. de bono. contratabul. poss. & qd. libet pactu penale, si stipulator malit pona eligere, qua ad factu agere. l. si qs a socio cu duobus. s. idem respondit. ff. pro socio. & quoties praesumptio aliqua fauore alicuius respicit, non attenditur, nisi quatenus ille eam alleget. l. si adulterium. s. idem Polilioni. ff. ad l. Iu. de adult. quod & ad rescripta principum extenditur, vt ei solum personae, qui illarum beneficio vti velit. & possit. l. vniuersa. C. de precib. imper. offer. & quod no. Dec. consi. xij. Castr. consi. cccxcvi. non detur ita quae haec praesumptio ex cridis oriens prodesse: nisi eis quorum fauore inuenta est, non aut contra eos operari. Et maxime hoc dicendum est in casu nostro, in quo d. Antonia non contradixit, vt ius generi sui efficiacius fieret, & si vidisset quod aliquis posterior creditor contradixisset, vtrique & ipsa litu se obtulisset, & adiuuaret suam filiam vnde si nunc isti volunt mouere litem, dicitur equitas visus hypothecae maternae sit saluum per ea quae habentur in l. petenda. C. de tempo. in integ. rest. pet. glo. l. si cum tibi. C. de iudic. & pro hoc videtur tex. in l. voluntate. ver. neque enim omnimodo. ff. quib. mod. pig. vel hypot. fol. Pro eadem sententia etiam moueor, quia tale statutum liberans bona respectu non contradicentium debet intelligi quantum sit in fauorem ponentis, vel eorum, qui contradixerint, no vt respectu tertij, qui nunquam in tali iudicio comparuit: quia regulariter beneficia statutorum non prosunt tertio, nec extenduntur inter alios, vt dicit Alex. consi. 82. in 3. lib. Dec. consi. 410. & multa similia adducit Feli. in c. qualiter extra, de accu. ver. secundo limita, facit quod not. Hubertinus Ferrarien. in repet. l. si. C. de edict. diui. Adr. rol. vbi dicit quod disposito d. l. si eo tempore. C. de remiss. pign. quae est conformis supra scripto statuto, non habet locum respectu absentis, qui veller iuri tertij praediacare. Et hoc tenendo non obstant allegata in contrariu, s. quod verba statuti excludant hanc hypothecam, di dicitur non sequuta venditione no praediacari creditoribus ponentis: ergo a contrario sensu praediacabitur creditoribus alioru, & sic huic Antoniae creditrici mariti in dote, & habenti hypothecam. Nam ad istud, in quo vertitur cardo omnis difficultatis, respondeo pluribus modis. Et primo dico esse aduertendum, quia thema quaestionis propositae in statuto erat, quod aliqui ponebant ad cridas vt liberarentur bona: & deinde non vendebant, & sic loquitur de liberatione bonorum, quae fiebat respectu ponentis & in eius utilitate, respondit princeps,

quod non præiudicent creditoribus ponentis, ergo a contrario sensu præiudicant alijs, fateor respectu ponentis prout præsupponit semper statutum, & sic in eius utilitate, quia ita loquitur statutum, & secundum hoc procedit argumentum a contrario sensu semper præsupposita qualitate secundum quam statutum loquitur, ut in simili dicit Anto. de But. in c. cum apostolica. in vlt. notab. de ijs quæ sunt à præl. Et si dicas, si præiudicat respectu ponentis, ergo etiam in utilitatem aliorum saltem in consequentiam, dico, quod non: quia isto casu respectu aliorum, puta Charitatis, gestat ratio statuti: ut supra dixi in primo fundamento, & quia si præiudicat respectu ponentis, intelligitur statutum, si ponens velit vnde potest renutiare favori suo, ut dixi in alio fundamento. Item intelligatur ut non prosit hoc alijs qui non contradixerunt, sed ponenti, ut dixi. Secundo respondeo, quod si statutum quamvis generale, semper recipit interpretationem, & restrictionem ex alia parte statuti ut est gl. & Bart. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clā. & habetur in l. ita nobis C. de adulterijs. Alex. cōs. lvj. in 2. Felin. c. dilecti. de exceptio. Dec. consil. xliij. & consil. cxcv. vnde cum in alio capite statuti simpliciter dicat, quod non præiudicent cridæ in casum euictionis, satis limitat aliud caput, quod bona liberantur respectu aliorum debitorum ut intelligatur, quantum ad hoc, ne præiudicent non ut maius acquiratur, ut dixi supra in secundo fundamento. & quod ista fuerit mens statuti ex eo ostenditur: quia simpliciter dicit sine præiudicio in casu euictionis, non autem dicit, quod iste habeatur perinde ac si contra dixisset, quo casu, ut infra dicā, conseruasset ius suum. Et ideo infero quod illa verba statuti, quod non præiudicent creditoribus ponentis, licet a contrario inducant quod præiudicent alijs, tamen intelligitur secundum suprascripta, scilicet quod hic contrarius sensus referatur ad dispositionem iuris, ut dicit Bal. in l. 1. §. C. de inq. stip. quæ est quod agens ex casu euictionis habeat reseruat ius suum, non autē, quod acquirat ex facto alieno. Tertio respondeo etiam si intelligamus simpliciter quod liberentur bona, tamen intelligitur statutum de liberatione de qua loquitur scilicet respectu præiudicantis dominium, vel hypothecam: sed in casu nostro cum isti filij d. Antonie possideant hæc bona, videtur eis competere retentio, & respectu istius iuris retinendi debent præferri Charitati, quia d. Antonia non contradicendo est exclusa ab hypotheca non ipso iure, sed ope exceptionis tantum quæ competit ponenti, ut dicit gl. in l. si tibi decem, circa mediū. ff. de pæ. vbi remissio pignoris, quæ sit tacite puta tacendo, vel permittendo labi tempus, solum excludit creditorem per viam exceptionis, alleg. l. 2. C. de remiss. pig. cū ergo ipso iure tuti sint filij d. Antonie, videtur quod habeat beneficium retentionis aduersus istos posteriores tempore, quia sublato pignore, non est tamen sublata retentio aduersus secundum creditorem l. ex sex rate. §. Lucius. ff. de excep. rei iudi. Bart. l. 1. prin. ff. quib. mod. pig. vel hypot. fol. Cor. consil. cxxliij. videtur in præsentia litera. in 2. vol. Mod. in trac. pig. in 5. parte 3. membro. Quarto respondeo, quod istud maxime debet procedere in hac hypotheca dotali, quia speciale est fauore dotis, quod competat retentio, etiam cessante pignore. l. si filio famil. ff. solut. matr. vbi Bart. & per Mod. in d. tract. pig. in 2. parte. in 4. membro. Et ideo dico, quod clausula illa statuti, argumentum a contrario sensu supra. non debet habere locum in causa hypothecæ dotis, ppter fauorē dotis qui trasiret ad liberos. l. afsidais. C. qui pot. in pign. & in hoc casu vera erit opin. Ias. in l. 13. not. ff. solut. matrim. q. lex noua generaliter loquens non intelligat in damnū iuris dotalis alleg. Sal. idem tenentem in l. si in prin. per illum tex. C. de iur. dot. Bal. consil. 323. vt per eū, addo et, quod idē tenē And. Sic. in addit. ad Bald. in c. 1. §. donare qual. olim. feud. part. alie. Soc. consil. 76. in 4. Bal. nouel. in trac. dotalium, part. 6. priui. 4. 7. & seq. & ista opinio videtur communis quicquid dixerit Dec. cōs. v. qui tamen

non aduersatur nostræ sententiæ cū in hac retentione sit specialiter privilegiata dos. dic. l. si filio famil. ut supra dixi. Quinto respondeo, q. si d. Antonia contradixisset d. cridis d. Princiualbus eā excluderet ex eo capite: quā mater tenetur in subsidiū soluere dotē pro filia, qñ alias bona patris non sunt soluendū: sic exigeretur quatenus facere potest. Ineque mater. vbi not. C. de iure dot. per mod. in l. 1. ff. sol. matr. vnde mater non contradicere docetur ei in solutū dedisse ppter hanc obligationē. Si er goponens erat potior matre, igit & Charitati pferet quā in istis obligationibus si vinco vincetur te, vincto te: vt habetur in l. 1. Claudi. ff. qui pot. in pig. quamuis ergo statutū velit a contrario sensu, q. cridæ præiudicent creditoribus aliorū tamen non cōprehendit hunc casū, qñ creditores aliorū essent debitoribus ponentis, tunc enim non esset dubiū, quin debeant prodesse ponenti. Sexto respondeo, quod deputati Charitatis, qui est locus pius, non possint vti rigore huius actionis ad excludendam dotē istius dominæ, quod sic probatur: autem in d. Antonia non contradixit: quia volebat filia suā esse securē dotatā, & sic faueret genero, & ista casu non debet hoc refecti in odiū d. l. 2. §. si emancipatus, vers. non en. vt supra dixi: aut non contradixit, quia ignorabat factas cridas, & consequenter heri præiudiciū suæ hypothecæ, & in isto casu concludunt Canonistæ in c. fi. extra. de præscrip. q. non valet statutū inducens hanc præscriptionē triū, vel sex mensiu: quia inducit peccatū vt quis re alienā spatio tā modici temporis alteri auferat, ut dixi in rubr. extra. de præscr. Merito ergo hic locus pius non debet vti talirigore, ex quo in tali requiritur exuberantior cōscientia & maior pietas, vt in simili de monach. dicit Bal. cōs. ccccx. in 5. & facit gl. in c. hoc ius. verb. vt plus. 10. q. 2. cum concord. per Petr. Girardū, in sing. 22. & per gl. & Dec. in l. semper in contractib. ff. de reg. iur. Vltimo non omitto, quod in hac ambiguitate debet iudex inclinare in hanc partem. Primò, propter naturam cridarum quæ sunt strictè intelligendæ vt dixi. Secundò propter exonerationē conscientie deputatorum: quia non conuenit loco pio vti tali rigore per ea quæ supra dixi. Tertiò, quia agitur de conseruanda hypotheca dotis. l. in ambiguis. ff. de iur. dot. Quarto, quia pro reo in iudicio pronuntiandum est. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Quinto, quia capiendā est præsumptio pro libris in hæreditate parentum. l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cle. in gl. verb. simili. Nec obstat, quod statutum habuerit certam interpretationem, & c. d. l. minime respondeo, non in isto casu, quando quis ex capite euictionis agit per supradicta, nec reperitur aliud quod exemplum, quod ita fuerit in tali casu seruatum. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. VIIII. SVMMÆ.

- 1 Filius ipso iure hæres,
- 2 Donatio rescinditur per superuentientiam filiorum.
- 3 Rescisso principali contractu rescinditur etiā constitutum in eo postum.
- 4 Constitutum transfert verā possessionē.
- 5 Possessionem variè probari.
- 6 Donatio facta filio non rescinditur per superuentiā alterius filij nisi usque ad legitimam, secus si facta esset extraneo. Vt verbi non posse.
- 7 Annullato contractu annullatur etiā possessio.
- 8 Statutum prohibitorium in personam si continet prohibitionem fauorabilem extenditur extra territorium.
- 9 Statuti facti principaliter in fauorem descendentiū, & non in odium ascendentiū dicitur fauorabile.
- 10 Lex approbat æqualitatem inter filios.
- 11 Iure cōi licitū est Patri facere partes in æquales inter filios.
- 12 Lex non multum approbat restrictionē facultatis testandi.
- 13 Statutum prohibens relinqui coniugi nisi vsque ad certam quantitatem licet sit contrarius cōmune & restringat facultatem testandi tamen est fauorabile.
- 14 In statuto non attendimus conceptionē verborum sed sensum.
- 15 Prohibitio cum sit odiosa respectu prohibiti non extenditur extra territorium.
- 16 Statuti quod stantibus masculis femine non succedant tan-

- 17 quā odiosum non debet extendi extra territorium.
- 18 Successio ab intestato defertur secundum præsumptam mentem decedentis qui videtur se conformare cum dispositione legis.
- 19 Domicilium principale originis scilicet attendi debet sed in casu consilij statutum domicilij vbi sita sunt bona de quibus agitur attenditur.
- 20 Actus qui semel tenuit & fuit perfectus non debet vitari quamuis perueniat ad casum a quo incipere non potest.
- 21 Verbum futuri temporis non debet trahi ad actus retro factos.

DVO videnda sunt in proposita questione. Primò circa possessorium. Secundo circa petitorium. Circa primum dubium difficultatem facit primo decretū continuans possessionem defuncti in hæredes, ex quo videretur, quod fundata sit intentio actoris pro dimidia, ex quo test filius, & consequenter ipso iure hæres. §. i. in sit. de hæred. qual. & differen. & quamuis alius frater cōuentus preter dat ea bona ad se pertinere vigore cuiusdam donationis, tamen talis si donatio videtur rescissa per superuentientiam filij. l. si vnquam. C. de reuo. can. donatio. & si rescisso principali contractu, rescinditur etiā constitutum per. Alex. in l. q. meo. in prin. ff. de acqu. poss. Bal. in l. ex testamento, ad fin. C. de fideicom. cum concord. per Ias. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cert. pet. Sed tamen in casu nostro cōtrariū est verius: quia (vt apparet ex lectura donationis) in ea fuit insertum si constitutum, quod transfert veram possessionem. d. l. quod meo, & vltra constitutum facti sunt multi actus possessorij: quia comes Franciscus præstitit ipse homagium si fidelitatis ipsi Regi: & posuit castellanos, & etiam recepit pecunias de cōductoribus: & fecit multas confessiones, qui actus probant possessionem veram vt per Pau. de Castr. consil. clxxxix. de causa quā, in 1. lib. in nouissimis. Nec obstat, quod etiam pater viuens receperit aliquos fructus, & etiam maximam quantitatem, quia cum titulus spectaret ad comitem Franciscum, præsumitur fecisse iure familiaritatis. l. qui iure. ff. de acqu. poss. & per Paul. Castr. in d. consil. clxxxix. imò etiam si titulus esset solum putatiuus, non autē verus, adhuc præsumeretur fecisse iure familiaritatis, vt dicit Soc. consil. 13. in 4. arg. l. si. ff. de rebus eorum, & cum ante natiuitatem filij (quo tempore non erat dubium, quin donatio valeret) præsumeretur possidere iure familiaritatis, ita etiam post natiuitatem: videatur sibi causam possessionis mutasse. l. 3. §. illud. ff. de acqu. poss. Soc. consil. cxxxj. in 1. Nec obstat, quod donatio videatur rescissa arg. d. l. si vnquam, quia argumentum procederet, si donatio esset facta extraneo: sed si cum sit facta filio non rescinditur nisi vsque ad legitimam. l. si totas. C. de inoff. donat. vbi omnes & per gl. super verbo, quicquid in d. l. si vnquam, & Bar. in l. Titia. §. Imperator. vers. distingue ergo sic. ff. de leg. 2. & est opin. in differenter ab omnibus conprobata. Nec obstat decretum continuans possessionem defuncti in hæredes: quia negatur respectu bonorum, quæ continentur in donatione quod defunctus possideret: imò donatarius possidebat, vt supra deduxi, & etiā illud decretum seipsum limitat in eo, qui haberet possessionem vigore cōtractus initi cum ipso defuncto, vnde casus non haberet difficultatem. Circa petitorium difficultas consistit in statuto nostro Mediolanensi quo ascendens non potest meliorare aliquem ex descendentijs quin partes sint æquales: & est aduertendum: quia istud statutum non videtur nocere nobis in possessorio: quia licet vtatur verbo non possit, & sic videatur annullare contractum. l. cum lex, vbi Bar. & Imol. ff. de fideiuss. & si consequenter annullato contractu, annullatur etiam possessio. l. 1. §. si vir vxori, vbi etiam dixi. ff. de acqu. poss. tamen statutum procedit vltra disponendo, vt si contractus sit factus suppleatur alteri, vel de bonis descendentijs, vel ipsius meliorati, & quod filius ex post natus possit auocare, & si per actio-

nē reuocatoriam, non autē ipso iure, Bar. in l. non dubiū. C. de legi. vers. i. oppono. in tit. de dolo, & ibi et Ias. & cū cōtractus non sit nullus cōsequenter tenet trāslatio possessionis & ideo (vt dixi) tale statutum solū noceret in petitorio. Et licet bona sint sita extra territorij, tñ videt q. debeat hoc statutum etiam operari per doctrinā Bar. in l. cunctos populos. vers. vj. videndum est. C. de summa trinitate & fide cath. vbi si statutum prohibitorium in personam si continet prohibitionem fauorabilem, extenditur extra territorium, arg. l. Iulianus. ff. de curat. furio. si verò continet prohibitionem odiosam, nō. l. ex ea. ff. de postul. sed istud si statutum videtur fauorabile, ex quo est principaliter factum in fauorem descendentiū, non autem in odium ascendentijs. arg. l. qui exceptionem. ff. de conditio. indeb. & quia si lex valde approbatam æqualitatem inter filios. l. vt liberis. C. de collatio. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. cum similibus, & quamuis sit correctorium, seu potius limitatorum iuris cōmune: quia si eo iure licitum est patri facere partes in æquales & restringat facultatem testandi, quod lex non multum approbat. in situ. de leg. Can. toll. tamen non per hoc cessat, quin sit fauorabile, sicut dicit Bar. de si statuto prohibente relinqui coniugi, nisi vsque ad certam quantitatem, quod statutum, licet sit cōtrarius cōmune, & etiam restringat facultatem testandi, tamen est fauorabile, vt dicit ibi Bart. a quo in practica non esset recedendum, licet ibi Bald. aliter sentiat, & etiam Moder. dicant distinctionem illam Bartol. in puncto iuris non probari. Sed tamen ad hoc statutum responderetur pluribus modis per quos apparebit non esse seruandum in casu nostro. Primo dico, quod non debet attendi extra territorium, prout in simili statuto dicit, Dec. consil. xxxvj. vbi loquitur in statuto quod mulieres maritentur, secundum paragium: quod non habet locum extra territorium: & licet in casu. Dec. si statutum esset conceptum per verba affirmatiua, tamen non attendimus formam cōceptionis verborum, sed sensum vt dicit Bar. in l. inter stipulantem. in si. prin. ff. de verb. oblig. gl. & doc. in l. actor. C. de prob. & eodem modo statutum nostrum potuisset poni affirmatiue, quod ascendens teneat tractare æqualiter, & nec per hoc deberet induci diuersitas iuris. Nec ob. doctrina Bart. quia Bart. debet intelligi, quando statutum continet prohibitionem fauorabilem, vel odiosam non quidem absolute, sed fauorabilem, vel odiosam ipso prohibito, & ita eum intelligit. Pe. de Anch. in repet. ca. canonum statuta. charta xxxj. versic. venio ad alium. de constitut. & Ludo. Roman. consil. xxxix. incipiente, in proposita questione. Sed in casu nostro prohibito est odiosa ipsi ascendenti, licet sit fauorabilis filijs: ergo cum sit odiosa respectu prohibiti, nō extenditur extra territorium arg. d. l. ex ea. & quod ista intelligentia sit verissima ad Bart. apparet ex eius exemplo dū dicit, quod si statutum quod stantibus masculis, femina non succedat tanquam odiosum, non debet extendi extra territorium: nam tale statutum si simpliciter loquitur est fauorabile: quia factum est principaliter propter fauorem masculorum, non autem in odium feminarum arg. d. l. qui exceptio. nem. & ita est communis opin. vt attestatur latè Franc. de Curt consil. ix. in cip. Ticiensi statuto. & consil. 81. incip. rectè. & tamen Bar. dicit, quod non debet extendi: ratio est, quia respectu personæ prohibiti, id est, femine dicitur odiosum. Et si adetur hoc rationē, nam successio ab intestato defertur secundum præsumptam mentem decedentis, qui videtur se conformare cum dispositione legis. l. consiciuntur. ff. de iure codic. l. quidam cum filium. ff. de verb. obligat. cum ergo defertur ex præsumpta mente decedentis, si statutum est fauorabile ipsi decedenti, verisimile est, quod voluerit seruari respectu omnium bonorum etiam extra territorium: & ideo extenditur: si verò continet prohibitionem odiosam ipsi decedenti prohibito, est verisimile, quod noluerit extendi

dato, quod inde resularet fauor alteri: vnde merito debemus considerare fauorem vel odium respectu prohibiti, non autem generaliter, praesertim cum statuta omnia limitantia, vel corrigentia ius commune non possint esse fauorabilia vni, quin sint odiosa alteri. Secundo ad doctrinam Barto. respondetur, quod non loquitur, quando non solum agitur de bonis, quae sunt extra territorium: sed etiam persona est originaria extra territorium: nam tali casu forum bonorum corroboratur a foro originis: & illud praevalet ita in terminis in statuto prohibitorio. de dicit Bald. & dicit cum pluribus se ita consueuisse in l. si arrogator. ff. de adopt. Pet. de Anch. in praes allegato c. canon. Salic. in d. l. cunctos populos. in vers. & ex predictis infero. Lud. Rom. in d. consi. 39. sequitur Alex. consil. 16. vers. in eadem sententia. in 1. vol. Sed in casu nostro ita est, quia isti nobiles comites sunt origine Laudenses, & habent bona ibi. Imò sumus in fortiori casu, quia habent ibi etiam domicilium: vnde dato, quod illud domicilium non esset principale: tamen quia ibi sunt bona, de quibus agitur, debet attendi statutum illius domicilij. arg. c. ex parte B. de foro compet. Abb. & not. Marianus Soci. in c. fin. vers. quinto principaliter eod. tit. Vnde concurrentibus istis non est dubium doctrinam Bart. in d. l. cunctos. non procedere, qui non loquitur in isto casu, vt apparet ex eius verbis. Tertio etiam seruando statutum possit responderi, quod non procedit in casu nostro, ex quo tempore quo facta est donatio nondum erat natus alius filius: & sic tunc factus tenuit, & fuit perfectus, vnde non debet vitari quavis perueniat ad casum a quo incipere non potest. l. pluribus. ff. ff. de verb. obl. regula iuris, actus legitimi. vbi Di. in 6. facit reg. l. patre furioso. ff. de ijs qui sunt sui vel alieni. confirmatur haec opin. ex verbis statuti, dum dicitur, ascendens non possit meliorare: quod t verbum est futuri temporis: vnde non debet trahi ad actus retro factos l. nouissima. ff. iud. sol. l. si stipulatus fuerim. ff. cum stipulamur. ff. de ver. obl. praesertim cum non sit tanta ratio, ex quo tali casu non potest imputari patri, q. aliquid fecerit in fraudem statuti, vel quod habeat differentiam beneuolentiae inter filios suos. Item quia statutum in casu retro facto annullat solum diuisionem, vel assignationem supernatante deinde filio, igitur non debet trahi ad donationem, ex quo statutum debet intelligi ad literam, vt alibi statuitur, & non est eadem ratio in donatione per quam ius translatum est in totum, & irreuocabiliter, quae est in assignatione, vel diuisione simpliciter quae est reuocabilis. l. j. ff. assignare. ff. de assign. libertis. na nisi pater reuocet assignationem cum possit videri facere contra prohibitionem statuti, quod non habet locum in donatione quae non potest reuocari, vnde statutum concedit auocationem de bonis patris: quia per assignationem, vel diuisionem non desinunt esse bona patris, sed per donationem sic, vnde tali casu non possunt verificari verba statuti, facit gl. & ibi do. in l. mancip. C. de ser. fugit.

CONSILII IX. SVMMÆ.

- 1 Statutum feminas excludens variè eliditur.
- 2 Laici non possunt statuere super matrimonio nec eius libertatem restringere.
- 3 Statutum super matrimonio factum à laicis excipiens duntaxat auctum genus personarum, non dicitur arctare matrimonium, sed auctum valet.
- 4 Si exceptio certi generis personarum non sit onerosa matrimonio valet statutum super matrimonio.
- 5 Statutum prohibens mulieri ne nubat forensi valet, quia potest esse iudicium homini illius loci, et sibi non est onerosum.
- 6 Pena non debet habere locum vbi subest iusta excusatio.
- 7 Vbi pronominis se.
- 8 Casus mixtus non continetur sub simplici.
- 9 Non debet priuari quod dolus non commisit, aut cui culpa imputari non potest.
- 10 Ab obseruatione communi non est recedendum.
- 11 A verbis legis non est recedendum.
- 12 Hodie hereditas matris defert ad similitudinem paternae.

13 Pater non potest exheredare filium, nisi nominatim hoc faciat.
 14 Statutum in nunquam censetur excludere filiam per verba generalia, ideo oportet nominatim excludi.
 15 Dos materna filijs defertur iure hereditatis.
 16 Dos est propriam Patrimonium mulieris, quoad eius liberos titulo hereditario transmittitur.
 17 Hodie in aduentibus filij fam. heredem habent.
 18 Dos quae datur cum pacto quod in casum solati matrimonij restituatur filijs videtur esse aduentitia.
 19 Dicitio hereditas proprie refertur ad proprietatem.
 20 Vusufructus est seruitus personalis debita à re personae.
 21 Quis potest dici diues, & subire munera patrie quamuis immobilia non possideat.
 22 Per verba generalia statuti excluditur filia ab hereditate paternae, & quare.
 23 Voluntas legislatoris ex generali sermone percepta non minus obligat, quam si nominatim concepta esset.
 24 Lex excludens proximum, censetur & remotiorem excludere.
 25 Filius vt submouetur à iure legitime sufficiens verba generalia statuti. (respicendum.)
 26 Cum tractatur de alicuius successione ad eius agnationem est in successione prima causa est descendentiū.
 27 Filia non est agnata patri.
 28 Dicitio propinquos quae est generalis, quid comprehendat.
 29 Intellectus ad l. feminæ. C. de secun. nup.
 30 Extensio passiva habet locum in statutis, & in correctorijs.
 31 Verba legis quamuis non possint ex toto verificari, principalis tamen dispositio locum habet, quatenus in ea possunt verificari.
 32 Statutum penale, & priuatum dicitur esse odiosum, & ideo strictè debet intelligi, & restringi quantum fieri potest.
 33 Quod est secundum quid, non est proprie tale.
 34 Statutum quamuis penale principaliter factum fauore publico, licet in consequentia videatur alicui odiosum, tamen recipere debet fauorabilem interpretationem.
 35 In materia quantumuis odiosa semper verba accipiuntur quatenus significare possunt.
 36 Forum incolatus seu domicilij est potentius foro originis, & illi praeualeat.
 37 Pena efficiens originariam propter identitatem rationis de eo etiam qui fuit incola intelligitur.
 38 Qui onera non sustinent, non debent frui beneficijs statutorum.
 39 Clerici cum subeant onera spiritualia & proprie sint ciues, possunt vti beneficio statutorum.
 40 Statuto tanquam concernenti ius publicum, non possunt contrahentes pactis suis derogare.
 41 Semel exclusa, perpetuò remanet exclusa.

VIA verba statuti Laudensis sunt clara in fauorem magnifici & reuerendi d. Maphaei Cademusti conantur aduocati partis aduersae arguementis suis, & subtilitatibus re clarant obsecrare, & (vt ita dicam) oculis iudicum tenebras si possint offundere. Sed cum controuersia ad clarissimum, perspicacissimūq; Iuriscō. sit. deuoluta: nihil est quod dubitemus, quin veritas p. deat in lucē, quo vt facilius fiat fundamentis contrarijs sigillatim respondebo. Verba ergo statuti sunt rub. De pena mulieris nubentis cum hereditate. extra iurisdictionem Laudae. Nulla mulier nubat, &c. Quibus verbis apparet, quod ista mulier nupta Papiæ est exclusa ad hereditate matris suae. Sed contra hanc t conclusionem inducitur. Primò, quod tale statutum non valeat, quia t laici non possunt statuere super matrimonio, nec eius libertate restringere, secundum Io. And. Ant. Abb. & ceteros, in c. 1. extra de spons. aded. q. pena statuto adiecta nō potest committi, vt ibi ones fatetur. & ideo videretur statutū istud nō valere, vt tenet Fel. ibi, ver. 6. fallit alleg. Bal. in l. ngini. C. de nupt. vbi se remittit ad notata per Io. And. in ca. statutū, de her. 6. in Nouella. vbi tenet non valere statutum, & ita etiam diffusè consuluit Laurent. Calcan. consil. xliij. & fuit subscriptum per alios. Sed tamen ad hoc respondetur contrariam opinionē esse veriorē: quia qñ t statuti excipit duntaxat certū genus personarū nō dicitur arctare matrimonium, & valet secundū Bart. in l. m. i. leg. ver. facit in arg. C. de m. i. leg. lib. ii. in quo pūcto dītinguitur

4 **S**tingitur vt t si exceptio certi generis personarum nō onerosa matrimonio valeat statutū. vnde in casu nostro, t cum mulieris. laudensis non sit onerosum, quo nubat in ciuitate sua homini aequè Laudensi, valet statutū prohibens, ne nubat forensi. arg. l. cū ita legatū. in prin. de cond. & dem. & per And. Soc. consil. 4. in 1. Curt. Sen. cōl. 27. 43. cū seq. Si verò talis exceptio sit onerosa, est se cūs l. Titio. ff. re scripta. de cond. & dem. & ita procedūt d. Fel. & Can. in d. c. de spons. & quod no. Bal. consil. 4. in 5. Raph. Cō. consil. 16. 4. Fnl. 61. l. a. l. 2. C. de iur. emph. vers. vltra Bal. & ista opinio est approbata per practicā tam ciuitatis Laudensis, quam Mediolani, vbi vrgit simile statutum nec vnaquam fuit dubitatum de eius valore. vnde minimè mutanda sunt arg. l. minimè. ff. de leg. gib. Secundo adducitur, quia statutum est penale inducens penam amissionis iuris succedendi, vt apparet ex natura rei, & ex verbis rubricae, t pena aut non debet habere locum vbi subest iusta excusatio. c. r. de cōstit. in 6. l. ff. de decr. ab ord. fac. & quod not. in l. ff. de iust. in fi. Cū igitur pater eā tradiderit nupti, habet iustum excusationem propter voluntatē patris, cui non potuit contradicere 32. q. 2. c. honorantur. & habetur in l. copulandis. C. de nupt. Tertio si dicitur hoc ex illa dictione, *se nubat*, quae ostendit non esse locum statuto: quando pater eam maritauit: sed solum quando à seipso hoc faceret, prout in terminis huius statuti sentit Bal. consil. 377. in 1. vol. & Calca. consil. 4. quia t pronomen se indicat à seipso, & non cum patris auctoritate c. in criminali 5. q. 3. vbi Dominicus de S. Gemin. & quod not. Specul. in tit. de offi. deleg. ff. sed nunc dicendum. in ficum aliās tale pronomen esset superfluum in statuto quod non est dicendum, vt in simili per Alex. in l. 3. ff. si procurator. ff. quod quisq; iur. vers. l. i. m. a. Et quia si pater eam maritauit, iste est t casus mixtus, qui non continetur sub simplicibus. l. hoc legatū. de leg. 3. de quo in siā dicitur. Et quia videtur consensusse propter cultū paternae reuerentiae. l. 1. ff. quae oneradae. ff. quar. rer. actio. vnde excusatur, ne incidat in penam in successibilitatis l. ad ea. ff. de reg. iur. l. velle non creditur. ff. eo. tit. t non enim debet primari quae doli non commisit, aut cui culpa imputari non potest. l. seruus non in omnib. ff. d. act. & obli. l. ff. de ijs, qui not. in fa. Sed ad supra scripta duo fundamenta respōdetur, quod verba statuti sunt clara: nec recipiunt aliquam ambiguum voluntatem. Ille aut ille, ff. cum in verbis. ff. de leg. 3. quamuis enim pater tradiderit eam nupti: tamen ipsa est, quae dicitur nubere 30. q. 5. c. nec illud. & satis verificatur pronome, se, quod est personale in personam mulieris: nec potest verificari in personam patris, quia pater non dicitur eam nubere, sed nupti dare, seu maritare, vt est clarum apud Grammaticos, & quod ista fuerit mēs statuti, apparet ex rub. & etiam in 28. parte statuti. vbi non est apposta illa dicitio, se, & ita etiam se habet t communis obseruantia vnde ab ea nō est recedendum. d. l. minimè. Nec Bal. in d. consil. 377. decidit dictū contrarium, sed solum loquitur argumentando. Et seu fecerit propter paternam reuerentiam, seu aliter, satis est, quod verificata sunt verba statuti, & militat eius ratio et hoc casu, vnde sū verbis legis non est recedendum. l. prospexerit. ff. qui & à quib. man. Quarto adducitur, quia statutum dicit ne se nubat cum hereditate, & videtur, q. dicitio, *hereditate*, nō verificari in casu nostro. Primò, quia ista est dos materna, quae videtur differre ab hereditate, tanquam quoddam lūcrum delatum patre. C. sol. mat. & quod no. Bar. in l. post dotem. ff. sol. mat. per Paul. de Cast. in l. si cum dotem in prin. ff. sol. matrim. Dec. consil. 387. in 2. dubio, cū similib. Secundo, quia quando nupti, licet mortua esset mater, tamen vsus fructus pertinebat ad matrem le. 1. C. de bon. mater. vnde non potest dici nupsisse cum hereditate cum vsus fructus esset alienus. Tertio, quia ratio statuti est, vt bona conseruentur in ciues, qui facilius habeant onera: quae ratio procedit in hereditate, quae consistat

14 Volens per vim prohibere ne quis habitet in domo, quia minus fuit in ea saxa & sordes, & stercorea iniecerit ad suum vt dicta domus sibi vendatur, talis cadit à iure suo.
15 Quando quidè domo aliqua projicitur, licet nesciatur à quo tamen præsumptio est contra dominum.
16 Præsumitur quemlibet scire que domi sue gerantur.
17 Familia præsumitur agere de voluntate domini.
18 Verba super re quid importent.
19 Exceptio declarat regulam.
20 Facilius tollitur & præiudicatur iuri ad rem quàm iuri in re.
21 Facilius tollitur ius quæsitum quàm quærendum.

Llustres relatores, in hac causa, in qua agit de decreto, Si quis velit lautè edificare. debet in primis dominationes vestre obseruare cõmissio. nem suam, ¶ quæ intelligitur secundum supplicata: fuit autem supplicatum, quòd cum decretum ponat rem in arbitrio principis per clausulam in fine decreti positam, debet potius illustrissimus Senatus arbitrari pro ipso Alciato, & pronuntiare non esse seruandum. & sic commissio vestra non est in cognoscendo, nunc an sumus in casu decreti, vel non: sed dato quod effemus in casu dicti decreti, an subit aliqua equitas, per quam debeat princeps potius arbitrari pro ipso Alciato: ita quod in casu, quo coram ordinario erit disputandum, an sumus in casu decreti. Quod autem res ipsa sit arbitraria apparet ex clausula: quæ est in fine decreti, dum dicitur, quòd antequam aliud agatur, res omnis principi declaratur. cum enim sciret princeps tale decretum esse valde odiosum, & iniquum voluit

sibi rem significari, ut videlicet vteretur aliqua moderatione habito respectu ad qualitatem volentis emere, & eum quod pellitur vendere, item habito respectu ad rem ut si domus non esset hereditaria, & antiqua maiore ipsius, quod conuenitur, vel esset domus vilis, quod impediretur pulchrum edificium. Nam intel ligere illam clausulam, quod idem sita dicta, ne quis faceret fortalitiu, est intellectus valde abusiuis, tum quia absurdum, quod clausula illa varios motus animi principis comprehendens ad vnum casum restringatur: cum quia iste casus ante erat prohibitus & per ius commune, & per decreta, quibus manifeste prohibentur subditi facere fortalitia, unde non est verisimile factum fuisse relationem ad arbitrium principis de re iam antea manifeste prohibita. Tertio, quia si iste intellectus esset verus, hoc erat generaliter statuendum, non solum in volente rem a vicino emere, sed generaliter in quolibet volente edificare: ex quo arces potuissent constructi etiam quoda vicino aliquid non emeretur, si edificans habuisset magnum ambitum, sequitur ergo, quod clausula illa absolute sit in fine decreti posita, ut re ad merum arbitrium principis dirigeret. Sicut videmus multa in iure esse certa, & constituta, quae tamen arbitrio iudicis ex aequitate moderationem correctionemque recipiunt. I. verbum, oportere. ff. de verb. sig. Fel. c. i. vers. salit 7 extra, de consi. quod maxime procedit in poenis. I. quod ergo. ff. poena grauior. ff. de his qui not. infam. & ff. poena est aliquem inuitum compellere ad vendendum: ut per Ioan. And. in add. Spec. in rub. de poenis. Quod vero princeps debeat arbitrari in isto casu pro ipso Alciato ne decretum seruetur, adducunt plurimae rationes. Prima, quia decretum est contra ius diuinum, quod habetur 3. Reg. c. 21. vbi Deus punitur Acham regem Iudaeorum: qui voluit compellere Naboth vicinum, ut venderet vineam, ut posset lautius facere palatium suum: & hoc, quamuis obtulisset sibi quodcumque pretium veller, ut etiam meminit Iosephus de antiq. Iud. lib. 8. c. 11. & sic quamuis & ibi ageretur de ornamento publico, videlicet de ornamento palatii Regis, tamen non licuit regi compellere vicinum. Et certe debemus semper imitari gesta optimorum principum, sicut fuit Aug. Caesar, qui (prout refert Sueton. Tranquillus. in eius vita c. 56.) cum forum edificaturus esset illud fecit angustius, ne vicinis inuitis sibi ad vendendum compelleret: & tamen fori amplitudo ad ornatu publicum pertinebat: merito ergo debet Christianissimus Rex potius Augustum tantum principem imitari, quam Ludovicum Sphortiam auctorem eius decreti, cuius administratione nunquam approbavit, ut cum eius decretum sit irrationabile, de eo dicatur, quod dixit Bal. de lege Lombarda, extincto Regno, extincta est etiam eius lex. c. tralato, de consi. Nec obstat, quod ad sint quaedam similia statuta, veluti statutum de quota, & de re paterna luenda, quae tamen sunt in viridi obseruantia: quia per illa quis non compellitur vendere, sed loquuntur in eo qui iam decreuit vendere, ut magis vni vendat, quam alteri, alia vero statuta loquuntur de venditione rei modice: de qua non solet haberi magna consideratio vbi fauor publicus aliud suadeat. I. scio. ff. de integ. restit. Mod. in c. de appellacionibus, extra. de appell. Secundo, quia Bartholomeus hanc denuntiationem solum fecit ad cumulationem, quod probatur ex lectura ipsius denuntiationis. nam in ea respondet. Primo denuntiationi factae per ipsum Alcium eius domum petentis iuxta formam statuti nostri de quota, & subdit, quod ipse intendit habere domum Alciati vigore dicti decreti. Unde ex actu incontinenti, & in eadem scriptura gesto satis apparet de expressa emulatione, & lex loquens de re emenda non habet locum, quando hoc fieret per emulationem argumento eorum quae notat Bal. in l. i. in pen. q. C. qui test. fac. poss. per gloss. super verb. sui domini, in l. per prouincias. C. de aedif. priuat. & in l. opus. ff. de ope. public. Tertio, quia tale decretum debet intelligi, ut quis laute edificet. cum minore tamen in-

commodo vicini, quam possibile sit. I. si cui Dd. ff. de seruit. sed ipse potest hoc facere absque quo extruit domum dicti Alciati, quae dirimitur a domo d. Bartholomei mediante aditu seu via communi ipsorum. & etiam alterius tertij, cum habeat aliam domum suam penitus cohaerentem, cuius habet directum dominium, & longe viliori pretio poterit ab emphyteuta suo luere vile quam domum Alciati, non ita sibi contiguam. Quarto, quia in decreto dicitur fuisse promissum: quia vicini propter malignitatem deseruire necessitati edificantium recusabant. quae ratio cessat in isto casu: quia lex non presumit malignitatem in eo, qui recusat vendere domum suam paternam, & maiorem suorum, & in qua natus est, & in cuius parochiali, ecclesia sunt sepulchra sua: & quae est pars alterius domus suae, quae omnia inducunt instam affectionem. I. in fundo. ff. de rei vend. l. libertus, qui soluendo in ff. de bon. lib. l. si in emptione. ff. de minor. vnde cum nec verbanectio decreti militet, debet cessare eius dispositio. Quinto, quia in decreto subijcitur, quod inuit rationem, qua quisque damno suo priuatum vibus, publicoque decori seruire possit: & sic vult princeps decretum seruari sine damno eius qui compellitur vendere quod in casu nostro esse non potest: tum quia propter iustam affectionem ex causis supra relictis venditor ipse in damnum incurreret, quod probatur per d. l. si in emptione. ff. de minor. vbi propter dictam affectionem quis restituitur in integrum: ergo presuppouitur laesio: & sic damnum, tum etiam quia ista domus est vnita cum alia domo ipsius Alciati. vnde ex dispositione patrisfam. est vna & eadem domus: iuxta not. in f. l. plan. ff. de lega. 1. l. si quis duas. ff. plan. ff. communia praediorum. licet pro maiori commoditate suae eam partem locum inquilinis, vnde cum sit vna & eadem domus non debet compelli ad venditionem partis. cum ex causa ff. de verb. obl. Bart. in l. qui vsum fructu ff. de vsum. leg. & maxime, quia decretum dicit, compellatur vicinus ad venditionem domus, ergo de domo integra intelligenda est, quia appellatione rei, proprie loquendo, venit res integra, non autem pars. leg. Titia cum testam. 2. ff. Lucius Titius. & ibi Barto. ff. de leg. 2. l. si rem. ff. de rei vend. Aret. l. seruire l. c. ff. de i. l. cum simi. Ex venditione enim partis, pateretur multum detrimentum, etiam quod excederet illud quantum plus, quod offert dictus Bartholomeus. Sexto, quia decretum loquitur in eo, qui vult edificare ad ornatu: sed Bartholomeus non vult edificare, sed potius demoliri: quia intendi facere curtem pro pullis, & horum, quae quidem demolitio est praecise contra ornatu ciuitatis: vt not. in l. 2. C. de aedif. priuatis. in l. caetera, & in l. Senatus ff. de leg. 1. quod autem velit demoliri, & facere curtem seu hortum, probatum est per eius confessionem & testes & hoc etiam dixit coram reuerendissimis senatoribus. vnde valde inconueniens est, quod compellat vicinum ad venditionem domus satis ornatae, ut eam destruat pro curte pullorum, vel horto: imo istud est contra ornatu ciuitatis, vt dixi. Septimo, quia decretum loquitur in eo, qui vult laute edificare: & sic loquitur de futuro: iste autem edificauit, & per fecit suum edificiu. & sic iam multo ante de decretum loquens de futuro non debet trahi ad praeteritum, nec de faciendo ad factu. I. nouissima ff. ind. solui. l. si stipulatus. ff. cum stipulamur. ff. de verb. oblig. Nec dicatur, quod velit laute edificare in domo, quam est empturus: quia ista solutio confunditur ex verbis decreti, dum dicit si quis locum laute edificare volenti contiguu habuerit, quibus non edificiu vsum esse possit. & sic praesuppouunt quod quis velit laute edificare non respectu solius loci vicini, sed respectu etiam suae domus, seu noui edificij faciendi, non autem ante per aliquot annos facti: & suadet hoc fundamentu per rationem decreti. Vt enim ciues incitentur ad exornandam ciuitatem pulchris domibus fuit factum tale decretum, & data licentia volenti edificare, sed ista ratio cessat, quando iam est edificatum: non enim est incitandus, qui iam est in-

citatus, & perfecit, licet velit nunc de praesenti aliquid addere. illa enim additio tanquam modica non est, quae ornet ciuitatem, sed illa domus, quae iam est perfecta, alias sequeretur, quod quicumque haberet pulchram domum perfectam iam ab antiquis temporibus posset indistincte compellere vicinum secundum formam illius decreti, tanquam velle addere aliquid domui suae laetae, quod absurdum est, nec vquam factum fuit. & facit quod in simili de hoc decreto not. Bal. in l. i. C. de co. sermo. man. vt non habeat locum, quando cessat ratio, refert & sequitur la. leg. fi. C. de ind. vidu. tol. Octauo, quia in re sua debet esse potior conditio ipsius domini. I. in re. C. mandati. Vnde in casum, quo illustrissimus princeps tantum curet hoc ornamentum ciuitatis, si dominus rei vult ipse hoc facere, debet sibi permitti, nec debet compelli ad venditionem: & ideo potius quam Alcius compellatur vendere, maualt ipse facere istud ornamentum, & edificare. seu altius tollere faciem parietis versus viam publicam, quae nihilo minus erit ornata, quam domus Bartholomei, & hoc in casu quo praedictae rationes non militarent in fauorem ipsius Alciati, quae tamen militat, vt supra videmus. Nono, quia laute edificare intelligitur, id est, splendide, vt dicit gloss. in l. sed & si lege. ff. si quis in verbo lautius. ff. de perit hered. quae lautitia & splendor, accipitur secundum communem vsum & estimationem ciuitatis: sed per testes probatum est, quod talis lautitia intelligitur in edificare volentibus palatia. & ff. quod domus ipsius Bartholomei non est palatium secundum reputationem ciuitatis. facit. an in totu. C. de edif. priua. Decimo, quia probatum est quod Bartholomeus adhibuit vim vt domus haec venderetur: quia minatus est, quod non permitteret, quod aliquis in ea domo habitaret, & oriecit faxa, & sordes, & sterora in eam domum, vt est probatum per testes, vnde cadit iure suo. l. extrat. ff. q. met. caus. & talis delicti est grauisima poena, vt est text. in l. sacularij. ff. sunt quaedam. ff. de extr. cri. & ibi Albe. de Ros. & certe debet princeps in dubio arbitrari contra eum, qui vult est talis improbitate. Nec obstat si diceretur quod non est probatum quod ipse fuerit, qui proiecerit, quia respondeo quod cum ex domo sua hoc peruenit, presumitur contra ipsum. l. i. ff. de his, qui deiecit. ff. presumitur enim quemlibet scire quae domus suae geratur iuxta not. in l. de tutela. C. de in iat. restit. min. & illud A. Gellij. Aedibus in nostris, quae recta, aut praua gerantur, & familia praesumitur agere de voluntate domini extrat, de rest. c. constitutus. l. 4. ff. de min. & istud tanto fortius praesumendum propter minas quae praecesserant: vt habetur in l. i. C. de his quibus, vt indi. ff. per Bar. in l. si quis mihi bon. ff. sed quid si mandauit ff. de acq. haer. vbi Alex. & Fel. c. 2. extra. de presump. Vnde videtur, contra Bartholomeum obstant cridere: quia postquam Bartholomeus perfecit istud suum edificiu, Alcius posuit dictam domum ad proclama. & cridere pertransiuerit liberu, & ideo censetur praedictasse iuri emendi, quod compererat ipsi vicino, probatur ex verbis cridarum, quae volunt quod habentes ius in re, vel super re compareant: illa enim verba, ff. super re, intelliguntur de iure ad rem, & quod istud sit verum, apparet exceptione posita in cridis, vbi nolunt, quod praedictum statuto de quota, & de re paterna luenda: ergo praedictabitur decreto si quis vult laute edificare enim declarat verba regulae. l. nam quod liquide. ff. si ff. de pen. leg. vnde cum exceptio sit ius competens ex statuto ratione facultatis emendi, sequitur quod in regula de tali iure intelligeretur. & sicut ius quota non comperit nisi domino emendi domus volenti emere, ita ius decretum comperit, nisi vicino volenti edificare: nec satis esset dicere tempore cridarum, nobilem edificare, sicut in statuto quoten, nisi fuisset exceptio, non erat satis dicere, Tunc nobilem emere, quia (vt dixi) proclamata praedictant etiam respectu iuris ad rem seu facultatis. & facit ratio: quia sic per ea tollitur ius domini & hypothecae: & sic ius in re, quanto magis debet tolli ius ad rem, cui facultas praedictatur, capit. fina. in princ. de concess. praeb. in 6. cap.

pen. d. praeb. eo. titu. Domini de Rota. decif. 9. de concess. praeb. in antiquioribus & decif. cxliij. in nouis Dec. consi. 147. & etiam facit quia facilis tollitur ius quaesitum, quam quaerendum. I. qui autem in princip. ff. quae in frau. cred. not. in l. si seruus, C. de pactis. Desist aliqua quae reperiri habent non potuerunt.

CONSILII XIII. SVMMAE.

1. Casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris communis.
2. Filius sororis in dispositione legali dicitur agnatus.
3. Dicitio parentes ex vulgari consuetudine loquendi intelligitur pro quolibet coniuncto.
4. In statutis masculinum concipit femininum, etiam si statuta intelligi debeant ad contextum prout iacent.
5. Quod statutum sibi ipsi aduersetur, vel seipsum corrigat absurdum est.
6. Filius sororis loco agnati est de iure communi.
7. Statutum loquens de agnatis non intelligitur de filiis sororum.
8. Agnatus si excludit feminas ex forma statuti filius sororis non intelligitur agnatus.
9. Statutum tendens ad correctionem iuris communis, non debet interpretationem ab ea accipere.

ISO statuto incluyta ciuitatis Comensis in materia successionum, oritur difficultas, an filij sororum praedefunctorum admittantur ad haereditatem Lucini auunculi vna cum sororibus ipsius, an vero excludantur ab illis? Et prima facie dicendum videbatur eos admitti cum materteris ad dictam haereditatem: quia licet vno gradu sint posterioris, tamen iure communi succedant in locum matris & vna admittuntur. auth. cessante. C. de legit. haer. ff. si in autem defuncto, & ff. seq. in auth. de haer. ab intest. Nec haec dispositio iuris communis est sublata per statutu. quod loquitur existentibus agnatis masculinis vnde casus hic tanquam omissus remanet in dispositione iuris cois. I. como dissimile. ff. de lib. & posth. l. sancimus. C. de testam. cum simi. Secundo, quia etiam ex verbis statuti videntur isti admitti, ex quo statutum desert haereditatem agnato, seu parentibus paternis proximioribus, quae omnia verba verificantur in filiis sororum: nam filius sororis in dispositione legali dicitur agnatus, vt est gl. communiter approbata in rub. C. vnde legit. Item talis dicitur esse ex parentibus, quia ista vox ff. ex vulgari consuetudine loquendi intelligit pro quolibet coniuncto, vt dicit Angelus. ff. de conom. in alien. & emph. & ita etiam accipitur apud Diuum Hieronimum in libro aduersus Rufinum secundo. Vnde & parentela apud Iulium Capitolinu in vita Gordiani Imp. dicitur etiam ira proximius, sicut soror, ex quo subintrat in locum matris: & ideo in dispositione legali vocante ad successionem proximiores admittitur filius fratris vna cum sorore, secundum gloss. in verb. nominati sunt in l. cum ita, ff. in fideic. ff. de leg. 2. vbi Baldus & Ioannes de Imo. sequitur Alexand. consilio. lxxxviii. lib. 1. consilio. xxij. lib. 3. Iaf. & Decius in leg. si auita. C. de success. edicto. Cor. in leg. fi. C. de verbo significatione. & pro hoc facit consil. Decij 11. Sed tamen praemissis non obstantibus in praesentibus casu, puto solam sororem admittendam esse: & hoc ex verbis statuti vocatis agnatum proximiorum: quae verba includunt etiam sororem. leg. voluntas. G. fideic. c. per Alex. consilio. 53. in 3. & quia in hoc, statutum concordat cum iure communi ad exclusionem remotiorum in gradu. Vnde debet fieri lata interpretatio, iuxta gloss. cum ibi not. in l. 2. C. de in ius vocan. & quia in statutis masculinum concipit femininum: vt per Bart. in Liura non in singulas. vers. quae ro. quid si statutum. ff. de legibus, praesertim in eo, in quo concordat cum iure communi, vt per Bald. consilio. 47. factum tale. lib. 5. & in l. in multis. ff. de stat. hom. Rom. consi. 48. quoad id circa si. Fulg. consi. 20. visis. Dom. de S. Gemi. in c. generali. de elect. in 6. & licet cautum sit, vt statuta intelligantur ad contextum prout iacent, tamen non excluditur haec interpretatio vt masculinum concipiat femininum, vnde dicit Franciscus de Curte consilio. viij. Ticinensi, tum quia haec interpretatio est

de statuentium secundum Anc. conf. cxij. & conf. cccxxij. A
 tum quia eam communis usus loquendi approbat se-
 cundum Bald. in c. ad audientiam de rescriptis. & hoc in casu
 nostro est verisimilimum in quo statutum respectu capitis,
 de quo agitur, videlicet, existente sorore ad exclusionem
 agnatorum remotiorum concordat cum iure com-
 muni. Fortius potest dici quod imò etiam ex vi, &
 proprietate verborum sorores vocentur: quia statutum
 vocans agnatos subdit se declarando, seu parentes
 proximiores, quæ voces non sunt simpliciter mascu-
 lini generis, sed etiam feminini: & idem etiam proprie
 comprehendunt sorores. arg. l. inter stipulantem. §. si
 ff. de verb. sig. & quod notat Sign. Homod. consil.
 clxxij. & licet addat qualitatem masculini generis, vi-
 delicet patruos, tamen non idem minus proprie con-
 tinentur feminæ, vt dicit Bart. in l. i. ff. de verb. sig. Et
 quod istud statutum vocet sorores ad exclusionem
 agnatorum remotiorum in gradu aliis consilii in ca-
 su Io. Ac Alb. quæ fundamenta possunt videri in meo
 consil. proximè sequenti: & idem non existimari esse
 operæpretium ea repetere: & ex his tollitur prima
 ratio in oppositum allegata, quia non est verum, quod
 casus sit omissus: imò, soror vocatur ex vi verborum,
 & mente statuentium, vt dixi. Non obstat, quod filius
 sororis videatur admissus etiam à statuto: quia respon-
 deo non esse verum, ex quo repellit omnes coniunctos
 ratione feminini sexus, quæ verba proprie excludit
 ipsos filios sororum. §. hos etiam. instit. de successio.
 cogn. & idem non potest capi intellectus quod appella-
 tione agnatorum ipsi comprehendantur: quia ille modo
 statutum seipsum corrigeret, vel potius sibi ipsi ad-
 uerteretur, quod esset absurdum. l. non ad eam. de cond.
 & dem. Barthol. l. i. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. Rô.
 consil. xciiij. visis his quæ narrantur. Alex. in l. si mihi.
 §. si ff. de leg. i. consil. cxxxv. in consil. xxvij. in 4. Pre-
 terea si et filius sororis loco agnati sit de iure commu-
 ni, vt dicit glo. in d. rub. C. vnde legit. tamen si statu-
 tum loquens de agnatis, non intelligitur de filiis soro-
 rum, vt notant Baldus Raph. Fulg. Corneus. in l. me-
 minimus. de legit. hæred. quia non est verè agnatus
 per illum tex. qui dicit tanquã & idem not. Bald. in
 lege. 2. Tab. in si eod. tit. & sequitur ibi Paul. de Casir.
 quia secundum eum non habet veram agnationem, &
 idem tenet Paul. in l. si. §. in computatione. C. de iure
 desib. in si. Bald. in c. i. versic. extra quæro. in tit. an ag-
 natus, vel filius. vbi concludit. quod si agnatus exclu-
 dit feminas ex forma statuti, filius sororis nõ intelli-
 gitur agnatus, & ita ipse consuluit consil. cccclxxix. statuto
 lib. i. sequitur Decius in d. rub. C. vnde legi. Nec etiã
 in eo verificatur verbum, proximioribus, ex quo sor-
 or est proximior in gradu. Nec obstat distinctio Bal. Io.
 de Imo. & aliorum, in d. l. cum ita. §. in fideicommissio.
 quia illa procederet secundum ius commune: nos au-
 tem loquimur in materia statuti, quod debet ad literã
 intelligi: & secundum literam, verum est, quo iste non
 est proximior licet lex communis fingat esse. vnde tali
 casu stamus statuto secundum Bald. & Cor. in d. l. me-
 minimus. & Pau. de Casir. & Cor. in d. l. si. §. in com-
 putatione. istud enim non esset ad literam, sed ex legi-
 extensione, quæ censetur sublata per tale statutum, v-
 per Ias. & Mod. post Bar. in l. omnes populi. in 6. que sit
 princ. ff. de iust. & iur. Alex. in l. i. ff. si. cer. pet. And.
 Sicut. in Rep. l. cum aoutissimi. C. de fideic. vbi latissimè
 attingit Ias. l. i. & in 4. not. ff. de off. eius, cui. Et hoc ma-
 ximè procedit cum appareat statutum quoad exclusio-
 nem coniunctorum ratione feminæ sexus tendere ad
 correctionem iuris communis. vnde tab eo non debet
 interpretationem accipere arg. l. tribunus. §. si. ff. de test.
 mil. per quem text. ita concludit Bal. in l. i. §. sed exci-
 piantur ff. de feriis. & ex his concludo sororem admittendam
 exclusis filijs sororum. Saluo tamen semper iudicio
 cuiuslibet rectius sentientis.

CONSIL. XV. SVMMAE.

- 1 Per masculos conseruatur agnatio, per feminas verò de-
struitur.
- 2 Licet in materia indifferenti masculinum concipiat femi-
ninum, etiam in statutis, tamen secus est quando ex con-
iecturis colligitur legislatorem non ita dilexisse feminas
sicut masculos.
- 3 Statutum si præponit agnatos cognatis, intelligitur de agna-
tis masculis tantum non de feminis.
- 4 In statutis pœnalibus vel exorbitantibus à iure communi
masculinum non concipit femininum,
Statuta intelligi debent ne inducant absurditates.
- 5 Quoties causatum tollitur propter causam multò magis ipsa
causa censetur esse sublata.
- 6 Vna pars statuti aliam declarat.
- 7 Hæredes fratris de iure communi non videntur posse cogi ad
dotandam vel alimentandam sororem, nisi in extrema ne-
cessitate.
- 8 Sorores licet sint nuptæ in aliena familia, tamen sunt agnate
de agnatione & parentela, &c.
- 9 Quod ascendentes succedant, est quedam turbatio ordinis
nature.

MISIS his, quæ in facto proponuntur, & disti-
 genter pro tempore consideratis, videretur
 prima fronte hereditatem Ioannis de Albricis
 ad eius agnatos, citra quartum gradum ex-
 istentes pertinere, exclusis sororibus & earum liberis,
 & illud probatur ex verbis statuti Comensis, quibus
 cauetur, vt exclusis matre & auo materno, & qualibet
 persona coniuncta defuncto ratione feminini sexus, vt
 hereditas perueniat in agnatos siue parentes paternos
 proximios: nam ex hoc statuto non admitti sorores
 probatur pluribus rationibus. Prima quia ratio statuti
 fuit causa conseruandæ agnationis, vt bona in ea
 conseruentur. leg. i. §. quamuis. ff. de vent. in spic-
 pio, quæ per masculos conseruatur; per feminas verò de-
 struitur, vt dicunt doctores communiter in l. publico.
 C. de adult. vbi Cin. & per Soc. inter consilia Franc. de
 Cur. consil. xl. in 4. & plena sunt consilia Moder. Vnde
 censetur soli agnati vocati exclusis quibus-
 cunque alijs, vt dicit Bart. in l. i. §. videndum. ff. ad Ter-
 tyll. cum concord. Secunda, quia verba statuti, loquun-
 tur per dictionem masculinam, dum dicunt, quod bona
 perueniant in agnatos, & in hac materia non videtur,
 quod masculinum comprehendat femininum: & sic,
 vt censetur vocatæ etiam agnatæ: ex quo videmus in
 illo statuto vbi que feminas reijci, & his masculos
 anteponi: vnde succedit regula, quod si licet in materia
 indifferenti masculinum concipiat femininum etiam
 in statutis, tamen vbi apparet ex coniecturis colligi-
 tur legislatorem non ita dilexisse feminas secus est, vt
 per Bal. in l. tres fratres. in 10. not. ff. de pact. Alex. consil.
 cxxvij. visò testamento. lib. i. & ideo si statutum
 præponit agnatos cognatis, intelligitur de agnatis mas-
 culis tantum, non de feminis, vt consuluit Io. de Ana.
 in consil. liij. in 2. dubio. vbi in casu nostro decidit in ter-
 minis pro agnatis masculis contra sorores, sequitur
 Decius in rub. C. vnde legi. in si. facit quod not. Alex.
 consil. cxxv. in 1. consil. xxliij. in 2. consil. xxvij. in 3.
 Cor. consil. 14. in 2. Barth. Veron. consil. 26. Decius con-
 sil. 339. cum similibus vbi in statutis pœnalibus vel exor-
 bitantibus, à iure communi masculinum non concipit
 femininum. Tertia ratio: quia nisi diceremus excludi
 sorores, sequeretur absurdum quod mater, quæ est
 proximior, & cui magis debetur hereditas filij, exclu-
 deretur non alia ratione, quam quia femina & sorores
 admitterentur, quibus tamen obstat eadem sexus
 qualitas, & eodem modo etiam amita excluderet
 matrem, quod in se nullam rationem videtur ha-
 bere, vt dicit Baldus in consilio. cccclxxij. circa quæst.
 libro. 5. per totum & si statuta debent intelligi ne in-
 ducant istas absurditates, vt per Baldum in l. quod verò
 si, de

ff. de legibus. & quod not. Socinus consil. 3. in 1. Quarta
 ratio, statutum excludit coniunctos defuncto, ratione
 feminini sexus, quibus verbis excluduntur expressè
 filij sororum, vnde eodem modo debent ceteri etiam
 exclusi ipsæ sorores, quæ vnà cum filijs aliorum foro-
 rum prædefunctis de iure communi ad hereditatem
 vocantur. §. si autem defuncto. & §. sequi. in auth. de
 hæred. ab intestat. in auth. cessante. vbi Cor. C. de legit.
 hæredibus. si enim excluduntur, quia coniuncti per
 feminas, ergo & feminæ debent excludi, quia t quo-
 tiens causatum tollitur propter causam, multò magis
 ipsa causa censetur esse sublata, vt per Iacob. Buc. Bald.
 Sal. Pau. de Casir. in auth. multo magis C. de fac. sanc.
 eccl. Soc. consil. cclxxvij. in 2. & melius quod not. Paul.
 de Casir. per illum text. in l. maritus. C. de procu. vbi
 dicit se consuluisse. & sequitur Alexand. consil. xxxliij.
 in 3. Quinta ratio, quia statutum in proxima clausula
 loquendo de agnatis precisè restringit se ad masculos,
 vnde eodem modo debemus dicere in superiore clau-
 sula, ex quo vna pars aliam declarat. arg. l. si seruus
 plurium. §. fin. ff. de legat. 1. & per hanc rationem in
 simili ita tenet Abb. consil. xxxvj. videtur. lib. i. Raph.
 Com. consil. cxxvij. And. Sic. consil. xlviij. inter consilia
 Alexand. in 4. Dec. consil. xv. & 270. Franc. de Cur. consil.
 xj. Sed tamen his non obstantibus, licet casus sit per-
 iculosus & ambiguus, tamen sentio contrarium. & sic,
 quod sorores excludant agnatos istos. Nam clarum est,
 quod de iure communi esse admittuntur, & potior est
 earum causa, vt est casus in d. §. si autem defuncto. &
 in d. auth. cessante. ergo, si ostenderimus statuti verba
 illis non obstat, casus erit clarus in earum fauorem. &
 quod ita in dubio tenendum sit, multum me mouet,
 quia si statuentes voluissent sorores excludere, non
 fuissent vti illa circumlocutione de persona, quæ con-
 iungitur defuncto ratione feminini sexus, seu de de-
 scendentibus ex linea feminina, sed dixissent quacun-
 que feminas excludi. Item me mouet æquitas natu-
 ralis, quia ponamus sororem esse indotatam, si eius
 frater moreretur, sequeretur quod agnati totum ha-
 berent, & ipsa remaneret sine dote: ex quo de iure
 communi hæredes fratris non videntur posse cogi ad
 dotandam vel alimentandam sororem. l. si quis, à libe-
 ris. §. item rescripta. ff. de liber. agnost. nisi in extrema
 necessitate, quod esset valde iniquum, & certè si statu-
 tum voluisset excludere sorores, prouidisset huic
 casui quod cum non fecerit, satis apparet non fuisse
 eius intentionis aliquid illis innovare in fraterna heredi-
 tate. vnde verius puto, quod istæ sorores ab ipso sta-
 tuto non solum non sunt exclusæ, sed vocatæ per illa
 verba, quod hereditas perueniat in agnatos, seu parentes pro-
 ximos, nam etiam ipse sunt de agnatione & parentela
 dato, quod sint nuptæ in alienam familiam. l. voluntas.
 vbi est casus. C. de fideicommiss. & facit text. in §. 1. &
 §. ceterum. Institution. de legit. agnat. success. & quod
 not. Alexand. consil. liij. in 3. & regula est, quod in
 statutis masculinum concipit femininum: vt per Bartol.
 in l. iura. in fin. ff. de legib. cum concord. per Alexand.
 in l. si constante. §. fin. ff. soluto matrimo. Nec obstat,
 quod statutum sit correctorium iuris communis, quia
 quoad casum nostrum non est correctorium: imò secun-
 dum ius commune, videlicet, quod soror excludat
 istos agnatos remotiores, vnde faciendâ est lata inter-
 pretatio, vt in simili habetur per gloss. & Doctores in l.
 2. de in ius vocando, quatenus ergo est correctorium,
 tunc fateor quod deberet restringi, & fortè posset pro-
 cedere contraria ratio, quatenus verò est conforme iuri
 communi, prout in casu nostro, debet ampliari vt mas-
 culinum concipiat femininum, & sic tollitur ratio Ioan.
 de Ana. in allegato consil. liij. Quamuis & in simili casu
 Bal. in allegato consil. cccclxxij. in 7. post longas alle-
 gationes resideat in opinione contra masculos, tanquã
 pro eis sit ruditas (vt eius verbis vtar) pro contraria
 parte equitas, satis enim apparet in casu nostro dilectas

feminas dummodo sint agnatæ ex quo statutum
 eas vocat: sed si vocasset solos masculos, & sic tollitur
 duæ primæ rationes. Non obstat 3. ratio, quia non est
 absurdum sorores admitti etiam exclusâ matre: nam
 videmus quod istud idem erat etiam ante senatus con-
 sultum Tertullianum. & ratio statuti militarent in isto
 casu, ex quo sorores seruantur rationem agnationis & fa-
 miliam, quod cessat in ipsa matre, & est quædam tur-
 batio ordinis quod ascendentes ipsi succedant. l. nam
 & si parentibus. ff. de inoffic. test. No obstat quarta ratio,
 quia non est absurdum quod filij sororum prædefun-
 ctarum excludantur, prout etiam iure veteri exclu-
 debantur. l. 3. C. de legit. hæred. §. si plures institu. de
 leg. agn. success. l. auunculo. commu. de success. & ad-
 mittantur sorores priores in gradu prout etiam in fi-
 dei commissis familiæ accidit. secundum Bald. & Ra-
 pha. Com. in l. cum ita. §. in fideicommissio. ff. de leg. 2.
 Ang. Aretin. in §. cum filius, Instit. de hæredib. quæ ab
 intest. & verba statuti clara sunt: dum excludunt con-
 iunctos defuncti ratione feminini sexus, quibus ver-
 bis filius sororis censetur reiectus. §. hos etiam. Instit.
 de suc. cogn. & in simili per Bald. Rapha. communiter
 Mod. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liberis & posth.
 & licet ipsi excludantur, non tamen excluduntur
 sorores, in quibus est qualitas, in ipsis deficit: sorores
 enim sunt de agnatione defuncti, ipsi autem non sunt
 l. pen. §. in his igitur. C. de leg. hæredib. §. j. Instit. leg.
 agnat. rut. vnde cum in eis deficit qualitas propter quam
 admittuntur, debent censeri exclusi: vt per Bart. in l.
 liberorum. ff. de verbo. sign. & sic falsum est quod ex-
 cludantur simpliciter à statuto propter causam femi-
 narum, sed propter causam agnationis, quæ in eis nõ
 est, vnde regula d. auth. multò magis. & l. maritus. ni-
 hil aduerfantur in nostro casu. Non ob. quinta & vlti-
 ma ratio, quia potius potest retorqueri in oppositum,
 nam si statutum in prima clausula, quo vocat agnatos ex-
 clusis cognatis, solum intellexisset de agnatis masculis,
 vti que expressisset, sicut expressit in sequenti clausula
 exclusiua descendenti ex linea feminina arg. l. vni-
 ca. §. si autem ad deficientis. C. de cad. toll. & cap. ad
 audientiam, extra, de decimis. & per hanc rationem
 ita in simili tenet Petr. de Anc. consil. cxx. Io. de Ana.
 consil. xxij. Alex. consil. xxxliij. in 6. lib. & consil. xvij. in
 7. Lud. Bolo. in consil. xliij. in 4. vol. consiliorum Alex.
 Ias. in l. qui filiabus. ff. de leg. 1. Cor. in consil. cccxxij.
 versic. Item circa. in 3. vol. & est communior & verior
 conclusio, & allegata in contrarium posset procedere,
 quando essent in sequenti clausula separata, adiecta ali-
 qua verba relatiuè, seu repetitiua qualitatis præcedentis,
 puta dictos agnatos masculos: & ita loquitur Abbas in
 dicto consil. xxxvi. & Raphael Com. in allegato consil.
 cxxvij. & doctrina Bartol. in l. fina. ff. ad Trebel. & ita
 latius ista adtingendo pluries consului, sed quia istud
 venit incidentet, non est opus in presentia repetere
 & sic concludo dictam hereditatem ad eas sorores solu
 pertinere, quæ erant superstitis tempore mortis ipsius
 Ioan. exclusis agnatis, & liberis sororum, quæ præde-
 cesserant. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XVI. SVMMAE.

- 1 Matrícula nihil confert ad substantiam rei, sed duntaxat ad
probationem.
- 2 Lex requirens aliquam qualitatem quæ verisimiliter subs-
tantiam rei respicit, oportet eam adesse, aliter verba le-
gis non verificantur.
- 3 Scholaris etiam non matriculatus ciuis.
- 4 Nona consuetudo præualet, & censetur subrogata veteri ob-
seruationi.
- 5 Semper faciendâ est interpretatio per quam lex aliquid ope-
retur & obseruantiam suam habeat.
- 6 Qualitas adiecta non restringit dispositionem præceden-
tem.
- 7 Rubrica declarat legem, & facit vt generalis intelligatur.

- 1 Licet verba legis non possint verificari ex toto, non tamen ideo cessat lex, sed secundum legislatoris mentem adhuc habet locum, quantum observari potest.
- 2 Delicta remanere non debent impunita.
- 3 Habentes præcipua scholaria verè & proprie censentur scholares.
- 4 Dum quis habet libros Bononiæ, & habet animum revertendi perinde est ac si esset Bononiæ.
- 5 Regulariter secuto delicto confunditur mandatū cum delicto.
- 6 Delictum non punitum, non potest extinguere præcedens.
- 7 Præparatorium consumitur per actum subsequentem, tanquam per actum finalem.
- 8 Delinquens debet puniri in loco delicti non in loco mandati.
- 9 In loco domicilij non potest procedi aduersus absentem.

MERIOR est conclusio, quod statutum volens scholariam tractari tanquam civem habeat locum, etiam si non sit matriculatus, Matricula enim nihil confert ad substantiam rei, sed duntaxat ad probationem. I. Hetennius. cum gl. ff. de decur. Ant. de Butr. Imol. Felin. cap. 1. extra. de fid. infr. Alex. in l. scrinarios. C. de test. mil. vnde si aliter constat, quod sit scholaris fruatur tali privilegio statuti. Nec obstant verba statuti, *Scholares forentes, qui in matriculis universitatum conscripsi sunt, &c.* Quia respondet, quod in hac materia solet tradi à doctoribus distinctio. aut enim lex requirit aliquam qualitatem, quæ verisimiliter substantiam rei respicit: & tunc oportet eam adesse, aliter verba legis non verificatur. I. Fulcinius. §. 1. ff. ex quib. causis in possess. ea glo. l. mancipia. C. de serv. fugit. Ioan. And. & Lan. in c. de homicid. lib. 6. Aut verò talis qualitas probationem seu quid extrinsecus accidens respicit: & tunc nihil refert, quod ea non interueniat. l. 1. §. quod vulgo. ff. quod vi. aut clam. l. à diuo. §. in venditione. ff. de re iudic. per Bart. in l. denuntiasse. §. quod tamè. vers. vltimus quaro. ff. de adult. Bald. l. Tertia. ff. salut. matr. In casu autem nostro quod sit matriculatus non videtur respicere ad substantiam rei infrascriptis rationibus. Primo, quia matricula respicit solum probationem, ut supra dixi. Secundo quia aliàs sequeretur quod statutum nunquam haberet locum: cum hodie nemo matriculatur. & hæc qualitas amplius non sit in usu, vnde non nova consuetudo præualeat: & censetur subrogata veteri observationi. §. postea. in st. de success. lib. 3. q. habetur in c. tralato. extra. de const. & per Bar. in l. Gallus. §. & quid sit tatum. de lib. & posth. vbi conditio quæ & ipsa quædam qualitas est, per æquipollens adimpletur & semper faciendâ est interpretatio per quam lex aliquid operetur, & observantiam suam habeat glo. clem. 1. de stipul. verbo. sepelire, & quod habetur in c. si civitas. de sen. excomm. lib. 6. Tertio, quia statutum in rubrica & in prima parte simpliciter facit mentionem de scholasticis. Vnde qualitas quæ deinde adiecta non restringit eam dispositionem. leg. regula. §. licet. ff. de iur. & fact. ign. lo. de Imol. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl. Nec in c. cum non ab homine. not. 2. extra. de iudic. Quarto, propter generalitatem rubricæ, *Quod scholares tractentur, &c.* & non dicit de matriculatis: & ideo intelligatur statutum etiam de non matriculatis & rubrica declarat legem. & facit, ut generalius intelligatur secundum Bald. consilio. lxxvj. an statutum, in 3. & xxxij. in 5. Pau. Cast. consilio cccxxxij. præfens casus. Alexand. consilio lxxxij. & cons. cxxij. in 3. vol. Soci. cxxvij. & est communis opi. ut per Mod. in leg. 1. ff. si cert. per. Quinto, quia licet verba legis non possint verificari ex toto, non tamen ideo cessat lex. sed secundum legislatoris mentem adhuc habetur locum quantum observari potest secundum gloss. in cap. leg. in verbo, in primitijs, extra. de decim. glossa. in Clem. vnica. verb. censura. de fur. Lud. Roman. in consilio cccxxxij. incip. in quo quaeritur. versic. secundo ad idem cum similibus per Felin. in c. nonnulli. extra. de rescript. Sexto, quia hoc casu faciendâ est lata interpretatio, & ne aliàs delictum remaneat impunitum. leg. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & quia revertitur ad ius veteris, seu ius commu-

ne, secundum quod quis punitur in patria de crimine extra patriam perpetrato, quando burfa fiscalis est vna & eadem secundum Bar. in leg. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide cath. vnde tali casu dispositio secundum qualitatem ei adiectam non restringitur. c. cum illorum. versiculo, non tamen. vbi Felin. extra. de sen. excomm. Non obstant, quod statutum in fine excipit eos, qui non sunt verè scholares. respondeo, quod quamvis quis non sit matriculatus non ideo minus est verè scholaris: quia matricula est solum ad proprietatem, ut dixi, & habetur in d. l. scrinarius. & tales per hodiernâ observatiã habent vocem inter scholares, & fruuntur privilegijs. vnde cū habet præcipua scholaria verè & proprie censentur scholares. l. scire oportet, vbi oēs. ff. ad munic. Non obstat, quod talia privilegia scholasticis concessa videntur circumscribi loco, & non extendi extra territorium. & c. Respondeo hoc esse falsum. imò coheret præsonæ extra territorium, secundum Bal. in leg. si non speciali. C. de testa. in l. omnia. C. de episc. & cle. in tit. & de pac. Conf. vers. quæro nunquid civitati & dum habet libros Bononiæ & habet animum revertendi, perinde est ac si esset Bononiæ. I. questum. de leg. 3. l. penult. C. de priuileg. eorum, qui sac. pala. libro xj. Septimo & vltimo non omitto, quod hic etiam non obstante dicto statuto debet puniri reus ille saltem propter mandatū, & tractatum hic factum. secundum Bar. in leg. si amicis. §. sed & si. ff. de adulte. licet enim regulariter, sequito delicto confundantur mandatū cum delicto l. illud in fin. ff. ad leg. Aquil. gl. l. qui de crimine. C. de accusa. & habet in l. non solum. §. si mandato. vbi Bar. ff. de iniur. tamen hoc dictū recipit aliquas limitationes, quæ habent locum in casu nostro. Prima est, quando quis non ordinavit, quod ipse occideret, sed alius tunc mandatū alij factum qui executus sit, non confunditur: sed potest in loco mandati puniri, ut sentit Bar. in d. §. sed & si in domum, per illum tex. vbi est casus huius limitationis. Secunda est in mandato assassinationi, per tex. in ca. 1. de homicid. lib. 6. & sequitur Ang. in tract. maleficiorum. verb. existens Florentiæ. Tertia est limitatio, quando in loco delicti homicida fuisset cõtumax, & non potuisset puniri: quia delictum non punitum, non potest extinguere præcedens, secundum Bar. in d. §. sed & si domum. Refert, & sequitur Angel. in loco supra allegato. & facit quod idem videmus in furto, in quo rei cõretractio extra territorium facit novum furtū videri, si in loco delicti non potuit puniri, secundum Bar. in leg. si dominium. ff. de fur. vbi Ang. ita tenet: sequitur Ioann. de Anna. in c. si. extra. de fur. Nec obstat, quod Ang. in d. §. sed & si domum. dicat hoc sibi non placere, sed in tractatibus rationibus. Prima, quia confunditur tractatus per maleficium, non autem per impositionem penæ. respondeo hoc esse falsum, aliàs maleficiū redderet omnino impunitum, & ipsemet Ang. hoc sentit, in d. l. si dominium. & Bal. in l. si executorem. C. de exe. rei iud. & facit quod not. Bar. in l. sepulcri. ff. de sepul. viola. Secunda præparatorium consumitur per actum subsequentem, tanquam per actum finalem, secundum Angel. in l. nunquam plura in si. de priua. delict. Respon. hoc verum est si actus finalis sit punitus, sicut accessio non extinguitur per principale quod sit infirmū seu inutile. l. heres à debitore. §. quod si hic seruus. c. si de iud. quæ fuit cum Bar. iudicio meo concludens. ideo ab eo non recedendum. Quarta limitatio videtur posse dari, ut procedat conclusio, quando & mandatū. & delictū factū est in eodè territorio: scilicet, si in diversis. c. si ex mada dato, & tractatu, quæ situm sit ius fisco incolatus, si deinde alibi delinquat, non debet tolli ius semel, primo fisco acquiritum, sicut dicimus de crimine mixto punito in foro ciuili q. potest etiam in foro canonico puniri & e contra, quia iurisdictiones sunt separatae, ut est tex. in c. 1. extra. de offi. ordi. in si. & per Iac. de Aren. Guil. Iac. Butr. & Bal. in l. placet. per illum tex. C. de sacrosan. eccl. Bal. consil. cclx. facta est inquisitio, in 3. vol. cum cõ-

cord. per Felin. in c. de ijs. in 12. limitatione. de accusa. vbi attestatur ita communiter teneri: facit tex. in c. scilicet. de penis. lib. 6. Quinto, limita per gl. in l. si quid fur. in prin. ff. de fur. Flor. in d. l. illud. §. 1. Sexto, limita ut per Bar. in l. quod ait lex. §. quod ait. de adult. Septimo, limita ut per Alexan. consil. cccxj. 6. lib. Nec obstat etiam consilium Philippi Cisolæ, inter consil. Bal. 321. in 4. facit in proposito quia ibi non poterant illi malefici puniri de tractatu in ciuitate Genuesi, quia non habebant ibi domicilium, ut expressè ibi dicitur. q. contra est in casu nostro: quia iste delinques est ciuis Bononiæ. Non obstat, quod debeat delinquens puniri in loco delicti, non in loco mandati, secundum Bar. in l. si ut proponitur. ff. de hie iuss. quæ sequitur Ang. in tract. malef. varijs locis, respondeo, procedit hoc secundum regulam, quæ fallit infrascriptis casibus. Non obstat, quod in loco domicilij non debet posse procedi aduersus absentem. l. 1. C. vbi de crimi. agi oportet. c. si. de foro comp. respondeo, prouisum est per statutum, ut etiam cõtra absentes procedatur. Et ideo istud nihil est.

CONSIL. XVII. SVMMAE.

- 1 Fraus præsumitur ex coniunctione personarum, quando quis non potest relinquere marito, aut filijs mariti relinquit vxori, seu mari filiarum.
- 2 Nulla maior coniunctio personarum quam inter matrem & filios reperitur seu inter maritum & vxorem.
- 3 Statutum à iuro communi exorbitans censetur odiosum, & quare.
- 4 Statutum à iure communi exorbitans restringi debet ut minus ledat ius commune, quam sit possibile & ultra verba sua non extendatur.
- 5 Donatio inter coniuges reuocatur quatenus donataria effecta sit locupletior vnde si consumpserit nulla est actio.
- 6 Heres hæreditatis dicitur heres testatoris primi.
- 7 Vxor prohibita dare marito secundum l. hæc distali, C. de secun. nupt. potest filijs ex eo quantum velit dare, nec fraus vlla præsumetur.
- 8 Fraus præsumitur per interpositionem personæ, vbi probetur positio, & de re prohibita agatur.
- 9 In statutis non attendimus formam conceptionis verborum sed sensum.
- 10 Statutum quod stantibus masculis femina non succedant tanquam odiosum non debet extendi extra territoriam, nam tale statutum simpliciter loquendo est fauorabile, quia factum principaliter propter fauorem masculorum non autem in odium feminarum.
- 11 Successio ab intestato defertur secundum præsumptam mentem decedentis, qui videtur se conformare cum dispositione legis.
- 12 Mulier nupta sequitur forum mariti post mortem, tamen post mortem mariti potest mutare incolatum, & mutare etiam forum.
- 13 Forum vbi adijnt bona & adest incolatus præualeat.
- 14 Quando quis habet plura domicilia & vnus sit principalis altero, sed in domicilio inferiori sit res de qua agitur, tunc debet attendi domicilium minus principale propter bona quæ ibi reperiuntur, & quare.
- 15 Duo vincula magis stringunt, quam vnum.

RRAESENS quæstio vertitur circa intellectum statuti nostri Mediolanensis, quod accessus non possit meliorare conditionem decedentis directè, nec per indirectū, & c. nunquid habeat locum in præfenti casu, in quo sororus prælegauit plurima nuri. Et dubitatione facit: quia videtur huiusmodi prælegatum esse factū in fraudem statuti quæ fraus præsumitur ex cõiunctione personarū. Cum enim non possit relinquere marito aut filijs mariti, reliquit vxori, seu matri filiorū: vnde fraus videtur præsumenda arg. l. si is, qui ff. de vulg. & pupil. & quod not. Albe. in secunda parte statutorum, quæst. 112. & Paul. Cast. consil. cxcij. in 2. succedent enim in eo tandem matri sui filij, si quæ plus consequentur, quam alij. leg. Lucius Titius. in si. de iure fisci. vbi Bar. suadet dolum etiam cõiunctione personarum qua nulla maior quam inter matrem & filios. leg. data. C. de don. seu vxorem & maritum, c. debitum.

extra, de big. Sed tamen ijs non obstantibus, putodictum statutum in casu nostro locum non habere: est enim tale statutum exorbitans à iure communi. leg. non vsque ad ead. ff. si à pa. qui fu. manu. & censetur odio sum: quia restringit potestatem ascendentibus relinquendi, & remunerandi obsequia liberorum secundum benemerita. Corrigitque ius causæ secundum quod possunt parentes, salua legitima, disponere arbitrio suo inter descendentes. leg. cum quaeritur. leg. parentibus. C. de inoff. test. vnde debet restringi, ut minus ledat ius commune, quam possibile sit, & ultra verba sua non extendatur, quod regulare est in omni statuto odioso, ut in terminis huius statuti dixit Ias. consil. xlij. vers. ij. in iij. Modo in casu nostro non verificatur meliorata esse conditio domini Caroli. vel filiorum eius: quia relictum sit vxori. Cum enim vxor possit hæc bona consumere aliter, quam in utilitatem mariti, vel filiorum, non potest interim dici eorum conditio melioratam. l. sed & si lege. §. consiluit. ff. de pet. hæc. sicut videmus in donatione prohibita inter coniuges, quæ non reuocatur, nisi quatenus donataria effecta sit locupletior vnde si consumpserit, nulla est actio. l. si prædia. in si. ff. de don. int. vlt. tuc possit subesse probabilis dubitatio, si hæc mulier mortua esset, & bona hæc prælegata reliquisset marito, vel filijs: obstat etenim illa dictio, per in directum, posita in statuto. Et quia hæc hæreditas dicitur primi testatoris hæres. l. si quis filium. in si. de acq. hæc. verum ipsa viuente, non militat verba statuti: & sicut potuit relinquere cui libet extraneo, multò fortius nuri: maxime propter benemerita, ut ipsa asserit in dictis donationibus. Cui assertioni videtur standū cum respectu nurus, nulla sit prohibitio: per ea, quæ not. Dd. in l. si donatione, C. de coll. Dec. cons. xx. Et quod ista opinio sit vera, probatur per textum expressum in l. si. ff. de ijs quib. ut indig. vbi prohibitus relinquere vxori vulgari, vel eius liberis potest focerū instituire: nec ideo fraudem legi facere dicitur. Pro eadem sententia etiam facit, quia vxor prohibita dare marito secundum legem, hæc edictali. C. de secun. nupt. potest filijs ex eo, quantum velit dare, nec fraus vlla præsumitur. §. nec illud. in si. & §. pen. in auth. de nupt. & in quæstione facti ita respondent Bald. Pau. Cast. & alij, quos refert & sequitur Dec. cõf. cccxlvj. & ita videtur magis communis opinio. Nec obstat, quod fraus præsumitur per interpositionem personæ: quia hoc verum, vbi probetur interpositio, & de re prohibita agatur, iuxta l. si quis in integris. ff. qui, & à quib. manumif. & d. l. si is, qui. de vul. & l. ij. §. siue itaque. C. de natu. lib. Sed in casu nostro non constat, quod sumus in vetitis, cum relinquere nuri de se sit permissum, nec constat ei datum tanquam interpositæ personæ, imò verba contractum sonant in oppositum, quod contemplatione ipsius, & propter eius benemerita, & in casti Paul. Cast. erant aliæ coniecturæ efficaciores maxime q. prius fecerat aliam donationem vxori, quam interponeret sororem. Et ita ego soleo tenere in l. post contractum. ff. de don. in iij. præsum. Bar. ad si. Præterea, ut intelligo, maxima pars bonorum est sita in agro Papiensi: vnde dico quod supra scriptum statutum non debet attendi extra territorium, prout in simili statuto, dicit Dec. cons. xxvj. vbi loquitur in statuto, quod mulieres maritentur secundum paraginm, quoniam non habet locum extra territorium, & licet in casu Decij statutum esset conceptum per verba affirmatiua: tamè non attendimus formam conceptionis verborum, sed sensum, ut dicit Bar. in l. inter stipulantem, in si. prin. ff. de verb. obl. gl. & Dd. in l. actor. C. de probat. & eodem modo statutum nostrum potuisset poni affirmatiue quod ascendens teneretur tractare æqualiter, & c. nec per hoc deberet induci diuersitas iuris. Nec obstat doctrina Bart. in leg. j. vers. vj. videntum. C. de sum. trin. & fid. cathol. quia Bartolus, debet intelligi quod statutum continet prohibitionem fauorabilem, vel odiosam, non quidem absolute sed fauorabilem vel odiosam ipsi prohibito, & ita eum

ita eum intelligit Pet. de Anch. in rep. c. canonum statuta. vers. venio ad alium. de const. & Lud. Rom. confi. xxxix. sed in casu nostro prohibitio est odiosa ipsi ascendenti, licet sit favorabilis filijs ergo cum sit odiosa respectu prohibiti non extendetur extra territorium arg. d. l. ex ea. & quod ista intelligitur sit verissima ad Bar. apparet ex eius exemplo, dū dicit, quod statutum q. stantibus masculis femina non succedat, tanquam odiosum non debet extendi extra territorium: nam tale statutum, si simpliciter loquimur, est favorabile, quia factum principaliter propter favorem masculorum, non autem in odium femininarum. arg. l. qui exceptionem. ff. de cond. ind. & ista est communis opi. vt attestatur late Fran. de Car. confi. ix. inci. Tamen statutum. & confi. lxxxj. inci. recte. & tamen Bar. dicit, quod non debent extendi, ratio est quia respectu personae prohibita. id est, feminae datur odiosum. Et suadetur hac ratione, quod successio ab intestato defertur secundum praesumptam mentem decedentis, qui videtur se conformare cum dispositione legis. l. conficiuntur. ff. de iur. condic. l. quidam cum filium. ff. de verb. ob. Cum ergo deferatur ex praesumpta mente decedentis, si statutum est favorabile ipsi decedenti verisimile est, quod voluerit servari respectu omnium bonorum etiam extra territorium & ideo extenditur. Si vero continet prohibitionem odiosam ipsi decedenti prohibito, est verisimile quod non tulerit extendi: dato, quod inde resularet favor alteri, vnde merito debemus considerare favorem, vel odium respectu prohibiti, non autem generaliter, praesertim cum statuta omnia limitantia, vel corrigentia ius commune non possint esse favorabilia vni, quin sint odiosa alteri, & non potest negari, quin supra scriptum statutum sit odiosum vt de plano fatetur Ias. d. conf. xlij. Vltimo est advertendum, quod in casu nostro non solum agitur de bonis, quae sunt extra territorium, sed etiam persona est forensis, seu originaria Neapolis, vnde si licet propter matrimonium sequuta sit forum mariti, & ceperit esse incola Mediolan. tamen dictum incolatum post mortem mariti mutavit, quod facere potuit. l. domicilium. ff. ad municip. l. placet. vbi Bar. eod. tit. & accessit habitatum, vbi erant bona, & quamvis potuerit retinere etiam domicilium Mediolan. tamen cum ierit habitatum extra territorium respectu bonorum ibi existentium, illud forum praevalet, & consequenter etiam illius statuta fori, non autem statuta Medio. vt in simili voluit Abb. in c. dilectus filius. ij. de reser. vers. iij. conclusio, vbi inquit, quod si quando quis habet plura domicilia, & vnum sit principaliter altero, sed in domicilio inferiori sit res, de qua agitur, tunc debet attendi domicilium minus principale propter bona, quae ibi reperiuntur, quia tunc in domicilio inferiori duo concurrunt, domicilium, & res litigiosa: ideo praevalet quia duo vincula magis stringunt. c. j. de treug. & pac. Idem tradit Abb. in cap. ex parte. C. de for. compet. Maria. Soc. in c. fi. de foro comp. in v. q. prin. in fin. vers. aduer. tamen. sequitur Dec. confi. cclxxxij. & ideo concludo respectu bonorum istorum extra territorium cessare omnem difficultatem, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XVIII. SVMMAE.

- 1 Statutum correctorium iuris communis strictè intelligendum est, & cum loquatur in genere masculino non debet trahi ad femininum.
- 2 Statutum loquens de habitatore non habet locum in muliere habitatrice.
- 3 Natura correctoria debet strictissime intelligi.
- 4 Natura statuti est quod strictè eius verba intelligantur, nec ab eius verbis recedatur.
- 5 Clausula omni meliori modo virtus.
- 6 Praesumitur quis procuratoris nomine agere dato quod non expresserit etiam respectu tertij, quando tertius sit de mandato.
- 7 Dicitio quatenus quid denotet.
- 8 Lex non recepta non obligat.
- 9 Index non debet iudicare secundum leges non receptas.

Contra nobilem Ioannam Boni tursus adducitur quod videatur absque actione experiri propter statutum quod alienari ordinare, Ne aliquis de civitate possit acquirere dono, vel emptione actionem aliquam contra civem. sed ad hoc statutum respondeatur. Primò, quod est correctorium iuris communis, & ideo strictè intelligendum: vnde cum loquatur in genere masculino, non debet trahi ad femininam acquirere. vt dicit Alex. in l. Gallus. de lib. & posth. & confi. 23. animaduersis his. lib. 2. vbi concludit q. statutum loquens de habitatore non habet locum in muliere habitatrice, & idem confi. 28. preclare, & subtiliter. lib. 3. Conf. cōf. 14. in prin. lib. 2. Bar. Veron. cōf. 26. cū similib. & ista opi. in correctorijs, prout nos loquimur non habet difficultatem, quia concurrunt duo, & natura correctoria, quae debet strictissime intelligi. l. precipim. in fi. C. de appel. & etiam natura statuti, à cuius verbis non recedimus, l. 3. hęc verba. ff. de neg. gest. & si quid Dd. contradicant loquunt in altero, non autem vtroque concurrere. Confirmatur, quia ratio statuti non videtur ita haberet locum in femina, sicut in masculo, videtur enim id factum propter praesumptas fraudes, quae plerumque in celsionibus interuenient. l. ab Anastasio. & l. per diuersas. C. mand. quae ratio cessat in muliere, praesertim in casu nostro: cum ipsa esset absens, vnde omnis dolus cessat. Ad idem facit quia statutum, dum loquitur de persona cedentis, fecit mentionem specialem sexus feminei, dum dicit quod non possit acquirere ab aliquo vel aliqua: quando verò loquitur de celsionario, solum vtriusque ditione masculina, Statuimus, ne aliquis. & c. cum si intellexisset de femina vtrique sciuisset exprimere, Ne aliquis vel aliqua. prout fecit respectu alienantis. arg. l. vnicae. ff. sin autem ad deficientis. C. de cad. toll. & c. ad audientiam. de decimis. per quam rationem in simili ita concludunt Pet. de Anc. confi. cxx. Io. de Ana. confi. xxij. Alex. con. xxxvij. in vj. vol. & confi. xvij. in vij. Lud. Bol. confi. xlix. in iij. vol. confi. Alex. Corn. confi. cccxxx. vers. item circa. in iij. vol. Ias. in leg. qui filius. de leg. j. Secundò respondeo, quod si statutum valeat, ius ad huc remanet in credente cuius nomine potuit nobilis Ioanna experiri: quia in instrumento celsionis, in quo etiam constituit eam procuratricem est clausula, quod omni meliori modo, & c. vnde si propter statutum non valuit acquisitio actionis, saltem debet valere constitutio procuratricis, vt agere possit & exigere, quia istud operatur virtus clausulae illius. l. j. ff. de iure cod. l. fi. C. e. per Alex. confi. exij. in iij. vol. Fel. in c. cum super. de off. deleg. Moder. in l. j. ff. si quis ita. ff. de verb. ob. nec petito ipsi reptugnat, quae simpliciter agit vigorem dicit instrumenti, quatenus ea tangebant, vnde quando laetus soluerit, tunc poterit de hoc statuto disputari inter ipsam, & cedentem, interim laetus omnino debet solvere. Tertio respondeo, quod etiam si vera esset assertio Ias. adhuc fouet iniquam causam, nam si celsio nihil valet, & ius remansit in cedente, sequitur q. d. Franciscus pater agere potuit tanquam procurator cedentis. Nec obstant quae in contrarium adducuntur. Et primò quod d. Bordini non est constitutus procurator, tanquam substitutus vigore mandati Malabailae, respondeo q. imo contrarium est verum, q. apparet ex libello in quod. Bordini expressè dicit se agere tanquam substitutum ex facultate, per Malabailam concessa. vnde cū reus non possit pretendere aliquam ignorantiam de hoc valet processus, praesumitur enim quis procuratoris nomine agere, dato q. non expresserit et respectu tertij, quado tertius scit de mandato. l. post mortem. ff. j. vers. nisi forte creditor. ff. quando ex facto tut. & est de mente Alex. & aliorum, in l. j. ff. nūtiatio. ff. de oper. nō. nūn. & satis est id expressum fuisse reo cuius intererat, licet inter mandantem & mandatum non fuerit expressum cum potuerint hoc etiam tacite agere, & ita actum fuisse praesumitur. l. pignori. ff. si. ff. de vluca. Imol. Corn. Alex. & Ias. in l. post dotem. in lectura Din. ff. sol. matr. q. ratio magis procedit: cum in libello deinde fuerit expressum. Secundo non obstant q. petitio patris, & filij videant inuicem contrariari: & ideo non

non possit dici quod pater filiae consenserit iuxta doct. Erinam Bar. in l. cum pater. ff. libertis. in fi. ff. deleg. ij. quia respondeo, quod imò non contrariatur, cum in libello dicatur quod agunt quatenus ad eos tangit, & ista clausula etiam pluries repetatur, ex quibus verbis apparet, quod si celsio tenet, filia agit propter proprietatem, pater propter vltimofrutum: iuxta D. l. n. C. de bon. quae lib. si verò celsio non tenet, pater agit ad totum, quia dicitio, quatenus rem refertur etiam ad totum. l. ij. C. de haered. insti. vbi Ias. facit. l. virilis. ff. de verb. signi. l. si ita te. eo tit. Item potest agere directis actionibus, quae remanserunt incedente filia vtilibus. sibi celsis, vt habetur in l. si pecunia. vbi Ias. de leg. j. & in l. C. de transac. & sic apparet, quod imò petitiones inuicem se compatiuntur. Vltimò est advertendum, quia (vt ego intellexi) tale statutum moribus recipiuntur celsiones aduersus civies non obstant tali statuto, vnde succedit communis conclusio, quod lex non recepta non obligat gl. in c. j. extra, de treug. & pace. vbi Dd. Bal. in l. re non nouam. in fi. per g. ibi. C. de iudi. & in auth. omnes peregrini. C. com. de succes. & de hoc debet iudex se informare dato, quod in processu probatum non sit, quia istud principaliter tendit ad officium suum, qui non debet iudicare, secundum leges non receptas, vt habetur in l. i. C. vt quae def. aduo. part. facit tex. in c. ad audientiam de simo. & gl. in ff. j. in verb. officij. in auth. de testib. & j. Sal. in l. iij. in verb. inimicitiae. ff. eo tit. aliquid est si impliciter ageretur de probanda contraria consuetudine. Et haec omnia saluo saniori iudicio.

CONSIL. XIX. SVMMAE

- 1 Statuta recipiant strictam interpretationem & in eis à verborum proprietate non recedimus.
- 2 Statutum loquens de vendendo, non intelligitur de alijs contractibus.
- 3 Licentia data à domino, vt vassallus possit feudum vendere non intelligitur quod possit in vltima voluntate relinquere, nec quidem per donationem causa mortis alienare.
- 4 Lex prohibens alterationem bonorum civibus, non intelligitur de alijs alienationibus.
- 5 Eadem ratione qua permittitur venditio eadem permittitur quaelibet alienatio titulo particulari.
- 6 Verbum vendo comprehendit quamlibet alienationem.
- 7 Statutum disponens feudum posse vendi, censetur alterare naturam ipsorum feudorum.
- 8 Alterata senel natura feudorum nihil impedit, qui quacumque alienatione transferri possint.
- 9 Extensio passiva habet locum in quacumque materia quamuis correctoria.
- 10 Extensio de stricta significatione vocabuli ad latam, habet locum in quacumque materia exorbitanti, & penali propter identitatem rationis.
- 11 Filius familias quamuis contrahere possit de re paterna cum consensu patris non tamen potest testari.
- 12 In dispositione hominis non fit extensio ex identitate rationis.
- 13 In statutis vbi est par ratio, ibi eadem est iuris dispositio.

Statuta permittunt feuda vendi posse, quaeritur vtrum ex ipsa permissione venditionis, legari possint in vltima voluntate. Et videtur prima facie dicendum quod non: quia statuta recipiunt strictam interpretationem, & in eis à verborum proprietate non recedimus. l. iij. haec verba. de neg. gest. per Bar. in l. omnes populi. in vj. q. princip. de iust. & iure. Vnde si statutum loquens de vendendo non intelligitur alijs de contractibus, secundum Io. & And. in addi. Spe. de emp. & vend. ff. nunc videndum. Alex. confi. lxxxvj. in v. Io. Firm. in trac. de gabel. viij. parte principali. particula iij. q. iij. & seq. idem simpliciter: in quacumque materia stricta procedere firmavit. Bal. in l. voluntas. C. de fidei commi. Sicut videmus in simili, quod licentia data à domino, vt vassallus possit feudum vendere non intelligitur, quod possit in vltima voluntate alienare, nec quidem per donationem causa

mortis. l. filius famil. vbi Imol. ff. de don. Bald. cap. j. de prohib. feu. alien. per Fed. si verfic. quod si vassallo. Socin. confi. xix. in i. & c. facit, quia lex prohibens vend. bonorum civibus non intelligitur de alijs alienationibus; l. final. C. de praed. cur. lib. decimo, ad idem. l. si pupillorum. ff. praeter ubi. Alber. de rebus eorum. l. milites: in sine & in princ. de rem. lit. Sed tamen iis & similibus, (quae adduci possent) non obstantibus dico contrarium vltius esse, quia & ratio & verba statuti hoc inferunt, quae enim ratione permittitur venditio, eadem etiam quaelibet alienatio, quamuis titulo particulari. l. in conventionibus. ff. de verborum signifi. vbi dixi. & quia ex lata significatione verbi, vt vendere comprehenditur quaelibet alienatio, vt est text. in l. sicut. ff. venditionis. ff. quib. mod. pignor. vel hyp. sol. l. statuliberi à cae in fin. ff. de statu liberis. quod procedit etiam in statutis, & legibus penalibus. gloss. l. quemadmodum. verba bo. vendi. C. de agr. & censuris lib. vndecimo. Alexand. confi. j. in iij. volu. Ias. l. fin. C. de iure emphyteu. post de leg. j. Et facit quia non potest dominus aliquid inter esse pretendere: si enim permittitur venditio, quo casu venditor habet pretium, non tamen dominus in illo pretio aliquid ius habet, nec res ex eo empta censetur feudalis, vt dicunt omnes in cap. j. in fi. de feud. non habent. prop. nat. in vrbis feu. ergo nihil sua interest magis quod vendat, quam quod donec, vel in vltima voluntate cui voluerit relinquat. Confirmatur quia statutum disponens feuda posse vendi censetur alterare, naturam ipsorum feudorum. d. c. j. de feud. non habent. proponas. vt vnde alterata semel eorum natura nihil impedit, quin quacumque alienatione transferri possint, quia istud est regulare in feudis non habentibus propriam natu. & ideo extensio passiva hoc inducit, quae habet locum in quacumque materia, quamuis correctoria, secundum Alexandr. & alios in leg. ij. ff. de leg. j. & etiam in statutis, vbi per Iason. & Modern. merito ergo leges feudales prohibentes, tam feudalem extraneis legari. c. j. de successio. feudor. verbo nullo ordinarij, non habebunt locum in talifundo, prout sentit Bal. in tir. de pace Constantiae. verb. libellariae in c. significavit de rescript. c. e. j. & quia vidimus, post Odofr. qui feud. da. poss. in vrb. feud. & quod no. Alex. confi. cccxxvj. viso & examinato. in j. vol. Cor. confi. xvj. in j. Curt. Iun. in trac. feud. iij. parte. vers. sic. vj. limitat. cum similibus. Et hoc tenedo non obstant allegata in contrarium, & in primis, quod verba in statutis intelligantur proprie, nec in eis sit licentia extensio, nam respondeo primo, hoc non procedere, quando extensio fieret de stricta significatione vocabuli ad latam, quia talis habet locum in quacumque materia, sine exorbitanti, vt est glo. in auth. vt hi, qui obligatas. in prin. vers. haec omnia. verb. ad curationem. & in clem. j. verb. obligatur. de electione. sed etiam in penalibus, propter identitatem rationis. l. si vxor. ff. de adult. facit l. cum lege. vbi Arét. ff. de testa. Secundò respond. quod istud videtur in dicit vigore extensionis passivae, vt supra declaravi quae extensio habet locum etiam in statutis & quacumque materia, vt per Bartol. & dicit. in d. l. ij. ff. de leg. j. Non obstant decisiones supra dictae Arétini, & Alexandr. quia in casu ipsorum non erat identitas rationis, & decisio Ioan. And. in d. ff. nunc videndum simpliciter. non est vera, vt dixi libr. secundo de verbo. signif. & solum eo casu potest defendi, quando ratio quae militat in venditione non haberet locum in datione in solutum. l. peto. ff. praedium. ff. de legat. secundo. Non obstat quod licentia de vendendo non trahatur ad alienationem, quae fit per viam vltimae voluntatis. dicit. l. filius famil. vbi Imol. quia hoc procedit in illo casu propter diuersitatem rationis, quia filius familias quamuis contrahere possit de re paterna cum consensu patris, non tamē potest testari, vt ibi dicitur, & procedit supra scripta decisio in licentia paterna, & sic in dicit.

positionis hominis in quo fit extensio ex identitate rationis, ut dixi per multa similia in .3. li. de verb. sign. in princip. Sed quomodo nostra est in dispositione legis, & sic in statuto, in quo maxime attenditur ratione statutum, ut vbi sit par ratio, ibi & eadem sit iuris dispositio. Ad idem de iure patronatus, leg. ijs. fol. in fi. C. de reuoc. don. l. nec in ea. de adul. Nec obstat text. d. l. final. C. de præd. curial. vbi lex prohibens venditionem non censetur prohibere donationem, nam ibi est diuersa ratio inter hos contractus, ratio prohibitionis fuit, ne accepto pretio in diuersas regiones delaberetur & muneraria curiæ euitarent, quod non est verisimile eos facturos si pretium habere non possint. Nec obstat. si pupillorum. §. si prætor, quia illud est ex eo quod quandoque expedita venditio, vtilior est pupillo, & quia forma decreti prætoris fuit ad vnguem obseruata, vbi per Albertic. Non obstat dictum Bald. in l. voluntas. C. de fidei commissi. existimantis in materia stricta appellatione venditionis non contineri alias alienationes: quia loquitur in prohibitione venditionis, facta per contractum. Sed nostra quæstio est de permissione venditionis facta per statutum, quæ est longè favorabilior, & plenior interpretationem recipit, ut etiam habetur in l. quorum. vbi Bartol. ff. de pignori. Et ita ego sentio, saluo tamen cuiusque meliore iudicio.

CONSILII. XX. SVMMÆ

- 1 In ordinarijs iudicijs offerenda est petitio seu libellus in scriptis, & quomodo hoc intelligatur.
- 2 In summarijs iudicijs, vel quando reus libellum non petit, non est necessaria petitionis oblatio.
- 3 Ex verbis statuti simpliciter aliquid disponens non inducit formam.
- 4 Lex pro forma requirens citationem censetur obseruata quamuis non sit citatus ille qui præfens erat.
- 5 Statutum formam inducens recipit conditionem si petatur.
- 6 Exceptio ordinis præposterationis est de apicibus iuris.
- 7 Agens ex statuto debet probare qualitates statuti.
- 8 Vbi deficiunt verba legis deficit dispositio.
- 9 Satis est qualitatem intervenire per equipollens.
- 10 Statutum requirens oblationem petitionis loquitur, secundum communem cursum causarum in quibus necessaria est oblatio.
- 11 Protestatio Notarij extra iudicium facta non præiudicat parti, sed actis tantum statuit, ne in facultate ipsius sit auferre ius quæsitum parti.
- 12 Nuntius non potest reuocare relationem semel factam.
- 13 Lex presunt pro primo dicto, & quod secundum emanauerit a subordinationem partis.

Verba statuti sunt, Si quas oblata petitione coram iudice, & penes notarium actorum dimissa citatus fuerit, &c. Videndum est, quid iuris sit, si citatio facta sit ad videndum fieri oblationem petitionis, nunquid videatur seruata dispositio statuti. Præmitto in primis quod secundum ius commune distinguuntur ordinaria iudicia à summarijs, vel ab ijs in quibus reus ipse libellum non peteret, in ordinarijs enim iudicijs offerenda est petitio seu libellus in scriptis, authent. offeratur. C. de litis contestat. quod intelligendum est, si reus petierit, quo casu, si actor non offerat, & quidem expensis suis iudicium erit nullum. cap. primo. de lib. obl. vbi doct. In summarijs vero iudicijs, vel vbi reus libellum non petat non est necessaria petitionis oblatio: sed satis est in actis à notario describi. clement. sæpe. de verb. significat. & ita hodie obseruatur. maxime sub legatis, & gubernatoribus, quæ omnia iudicia expeditum summariæ & de plano, nec res vllam habet difficultatem. Secundò præmitto, quod quamuis statutum posuerit illa verba, Si quis oblata petitione. non tamen inducit formam, per quam actus vitietur, sed sufficit, quod per equipollens statuti dispositio obseruetur, quia regula est, & communis conclusio, ut ex verbis statuti simpliciter aliquid disponens non inducit formam, l. statuti. C. de sen. ex breuic. recit. vbi Bal.

Salic. gloss. clement. prima. verbo. inhihentes. de iur. patr. tradit Bald. Paul. de Castr. & Alex. vbi attestatur hanc esse communem, in l. prima. ff. de liberis & posthumis, & quamvis ab hac conclusione excipiatur aliqui casus, de quibus per Felin. in ca. cum dilecta. de rescr. tamen quæstio nostra non pertinet ad illos casus exceptos, puta quâdo adiecta esset clausula actus aliter facti infirma. c. dilecto. de præb. aut prohibitive loqueretur, perpetuamq; prohibitionis causam haberet. l. nō dubium. C. de legib. gloss. cap. tua. de spons. duo. aut per viam mandati ad substantiam rei pertinentis procederet. gl. in l. nō intelligitur. §. diuus. ij. ff. de iur. sic. Bart. l. j. quæst. 4. ff. de exer. aut alias verbis legis expressum sit formam induci. secundum Marianum, quem refert Felin. in d. c. cum dilecta. quem tamen ego non soleo sequi. in d. l. j. & quicquid sit, isti casus excepti non pertinet ad quæstionem nostram, vnde standum est regulæ, ut dispositio statuti in causa equipollenti adimpleatur, & pro hoc est decisio Baldi Alexand. & aliorum in leg. fi. C. de procur. vbi lex pro forma requirens citationem censetur obseruata, quamuis non sit citatus qui præfens erat sic, & statutum formam inducens recipit conditionem si petatur. l. vniuersa. vbi laf. C. de prec. imp. offer. Tertiò præmitto, quod istud ut præcedat oblationi petitionis: recipit quandam ordinem præposterationis, quæ exceptio est de apicibus iuris. gloss. leg. si mancipium. §. j. de euid. & ideo coram gubernatore, vel similibus maioribus magistratibus non esset attendenda, secundum Guid. Pap. quæst. xxj. incip. in superiore. allegat not. per Cyn. & Bartolum & in leg. ij. ut quæ defaduo. His sic præmissis tolluntur argumenta subtiliter in motiuis, per iudicem adducta. Et in primis dum dicitur quod agens ex statuto, debet probare qualitates statuti. leg. j. quod ait prætor. ff. ne quid in sum. pub. quia vbi deficiunt verba legis, deficit dispositio. l. iij. §. totiens. ff. de dam. iactat. Respond. primò, quod satis est qualitatem intervenire per equipollens. d. leg. statuti. per Baldum & Alexand. d. leg. fia. C. de procur. Secundo respondeo, quod dicta qualitas non est necessaria in iudicio coram gubernatore, qui ad solam facti veritatem attendit per supradicta. Tertiò respondeo q. d. qualitas interuenit, licet ex post facto: sed istud non refert, quia concernit apices iuris. d. leg. si mancipium. Quartò respon. quod verba illa, oblata petitione, intelliguntur in casibus in quibus alias offerri debet, ut statutum intelligatur secundum ius commune. leg. si ferui. C. de nox. per Baldum. in leg. j. §. sed excipiuntur. ff. de ferijs. intelligentur ergo oblata petitione, si pars libellum petierit, quia alias statutum etiam inducens formam recipit subauditionem à iure commune, si parpetierit. dist. leg. vniuersa. C. de prec. imp. offer. vbi lafon multa cumulat. Quintò respon. quod statutum requirens obla. petitionis, loquitur secundum communem cursum causarum, in quibus necessaria est oblatio. d. authent. offeratur. d. c. j. de lib. obla. sed tamen non ideo sequitur quin dispositio statuti habeat locum etiam in casibus in quibus descriptio notarij loco oblationis, subrogatur, cum labit eadem ratio. leg. si. n. §. qui iniuriarum. cum ibi notaris. ff. si quis cant. Sextò est aduertendum, quia illud quod dicitur ad qualitatem statuti esse aduertendum, intelligitur de qualitate necessaria, secundum mentem statuentis, non si eadem subsit ratio etiam si qualitas deficiat, secundum gloss. in ca. primo. in verbo. primitiæ. extra. de deci. gloss. in clement. prima. verbo. censura. de vsur. Rom. consilio. ccccxxx. iij. de quo per Felin. in cap. nonnulli extra. de rescript. & facit quod not. Bartolus in leg. Titia. ff. sol. matr. Et suprascriptis etiam tolluntur cetera motiua, quatenus dicitur quod necessaria sit petitio in scriptis & oblatio, &c. quia supra responsum est, scilicet necessariam esse in ordinarijs, si pars petat, in summarijs vero vel parte non petente sufficere scripturam quam facit notarius actorum, dist. clement. sæpe. in verbo necessario libellum non

lum non exigat. Nec obstat quod citatio non videatur legitime facta, quia etiam ad hoc supra responsum est, & cum præfens pars fuerit satisfactum est statuto requirenti citationem, ut per Baldum. & Alexand. dist. leg. fi. C. de procuratoribus. & satis apparet ex testibus quod d. Galeatius non erat ibi casualiter. Nec obstat protestatio notarij, extra iudicium facta, quia non præiudicat parti, sed statuit ipsi actis, ne in facultate ipsius sit auferre ius quæsitum parti, ut per Bartol. in l. silibrarius. ff. de regul. iuris per doct. in cap. cum Ioanes, quod not. Alexand. in l. sciendum. ff. de verborum obligat. & quod dicitur de notario, idem etiam de nuntio, qui non potest reuocare relationem semel factam: subest enim semper eadem ratio, & quia lex præsumit pro primo dicto, & quod secundum emanauerit ad subordinationem partis. cap. præterea. de test. cog. & habetur in §. quia verò multi, in glo. verbo, nam etiam in authent. de testibus. Cætera suppleat acutissimum ingenium iudicare debentis.

CONSIL. XXI. SVMMÆ.

- 1 De iure communi proximior admittitur in successione non habita differentia agnatorum.
- 2 Extra, hæc dictio est localis.
- 3 Quando aliquis sortitur forum in varijs locis, ratione originis, honorum, domicilij, propriè subditus dicitur qui respectu domicilij subijctur.
- 4 Forum domicilij quandoque potestius, &c.
- 5 Supplicatio mariti in alia causa, & inter alias personas non noceret ipsi marito, multò minus debet nocere vxori.

Defuncto Marchino suborta est controuersia de eius hæreditate inter agnatos in quinto gradu, & Anastasiam consobrinam, quæ est in quarto gradu, & consequenter proximiore secundum formam iuris communis, secundum quod non habita differentia agnationis, vel cognationis proximior admittitur. authent. post fratres. ij. C. de legit. hæ. Sed aduersus istam consobrinam opponunt agnati, quod non potest hæc cedere, quia nupta extra iurisdictionem Laudensem, & non supposito prætori, ex quo Petrus eius maritus est Bergomensis originis, & adhuc seruat illud forum, & ibi habet bona, & subit onera, licet supra annos decem & octo habitet in agro Laudensi, nec vnquam vxorem suam transferit ad partes Bergomenses. Quæritur quid iuris? Respond. Anastasiam præferri istis agnatis. Prima ratio, quia statutum eam punit, quæ se nubit extra iurisdictionem, at cum ista nunquam iuerit extra iurisdictionem, sed semper cum marito permanserit in iurisdictione Laudensi, nō verifi catur verba statuti, quia dictio, extra, est localis. l. ff. de iurisdictione omnium iudicium: Secunda ratio, quia statutum infra se declarat illis verbis: Qui nati fuerint ex non supposito, &c. certè Petrus dicitur suppositus: quia cum à tot annis semper domiciliū tenuerit in agro Laudensi, non potest haberi pro non subdito, secundum gloss. cap. statuti. §. eum verò, verb. vnā dieta. de rescr. in vj. vbi Dd. & Mod. in rub. ff. sol. matr. Fel. c. si. de foro comp. vbi quod aliquis sortitur forum in varijs locis, puta ratione originis, ratione bonorū, ratione domicilij, propriè subditus dicitur, qui respectu domicilij subijctur: merito ergo nihil refert, quod probatū sit eum esse Bergomensem: & ibi subire onera: quia satis est respectu statuti istius: quod domiciliū tenuerit in Laudensi. glo. clement. j. verbo, subditos. de foro comp. in fi. Tertia ratio oritur ex alio statuto Laudensi, quo simpliciter dicitur, quod Quia modo stabunt per decem annos in districtu, in omnibus habeantur pro incolis & municipibus & trañterunt, sicut ceteri &c. quod statutum est satis clarum in hac materia, & conforme iuri communi. l. ij. C. de incol. lib. x. Quarta ratio oritur ex ipsius statuti ratione, quæ fuit in fauore eorū, qui sunt de iurisdictione & subeunt onera: ne bona transferant in non subditos qui difficultatis collectantur, & detrectant onera, ut per Bartol. in l. rescripta. §. fin. ff. Consil. Atar. Alci.

de muner. & honor. quæ ratio cessat in isto, qui tot annorum domiciliū in agro Laudensi contraxit. Quinta ratio ex verbis statuti, quia oportet quod agnati probassent, quod hæc mulier se nupsisset, quia statutum non habet locum si nupta sit à patre, vel fratribus, vel similibus sed oportet, quod à seipsa propter illud pronomen, se, quod est personale secundum Bal. cōsil. cccxlvij. in j. quod not. Gemi. in c. in criminalib. v. quæst. iij. alias tale pronomen esset superfluum in statuto, ut in simili per Alex. in l. iij. §. si procurator. ver. limita. ff. quod quis que iur. & quia statutum inducit pœnam in successibilitatis, vnde ei pœnæ locus esse non debet si reuerentia paternā vel fratrum adducta nupsisset, l. ad ea in. princ. de reg. iur. l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum act. & ita consuluit Bald. ut dixi, cuius magna est auctoritas maxime quā non habet contradicentē, ut in consil. Calca. cōf. 4. Sexta ratio, istud statutum pœnale debet intelligi de ea, quæ nupsit non supposito verè, non autem secundum quid. l. Lucius. §. quæsitum. de leg. iij. vbi Bart. c. j. vbi Bal. de feud. March. Iste autem Petrus propriè dicit non potest non suppositus, vel extra iuris dictionem, cum tot annorum domicilio sit suppositus. Non obstat, quod iste est originarius Bergomensis, & ibi habet bona: quia (ut dixi) potestius est forum domicilij, per gloss. d. clem. j. & per Ruin. consil. x. num. ix. in iij. lib. Non obstat, quod iste supplicauit, ut haberet immunitatem tanquam forensis. Quia respond. quod sumus in ijs, quæ tractu temporis mutantur, erat enim forensis à principio, deinde habitatione decenniali factus est incola, & tēpore quo cessit dies ad eundem hæreditatis, iam erat incola quod tempus debet attendi. l. eum qui. ff. de cond. & demon. vbi Dd. & l. interuenit. ff. de leg. præst. Secundò respon. quod supplicatio mariti in alia causa & inter alias personas non noceret ipsi marito, multò minus debet nocere vxori. l. j. l. fin. C. ne vxor pro mari & facit quod habetur in l. cum pretium. C. de lib. causi. Imò non sufficit supplicatio esse potestatis nomine Petri, nisi probetur quod verè ipse Petrus eam potestatem potuit ab alio porrigi ipso insciente: vnde debet probari ratificatio. Tertiò respon. quod stat simul quod Petrus tanquam forensis petierit immunitatem, & tamen vxor non excludatur, quia istud onus habitandi per decennium, requiritur in vim mediæ, vnde sufficit, si deinde adimpleatur, quo casu retrotrahitur, acquisitio, & perinde est, ac si à principio iste fuisset eius, secundum Soc. cōf. xix. in iij. vol. & sentit Bartol. in l. inuileguli. C. de iur. lib. xj. Fulgos. cōf. c. ij. ad fin. Castr. consil. cxcij. in cip. potest quis dicere. Et ita nihil videtur de iure esse dicendum, saluo semper, &c.

CONSILII XXII. SVMMÆ.

- 1 Inducta ad diminutionem non debent operari augmentum.
- 2 Statutum debet intelligi, ne seipsum statim & incontinenti corrigat.
- 3 Verbum derogetur quid importet.
- 4 Relatum quis vel qui quandoque stat restrictiue quandoque declaratiue ex propria significatione.
- 5 Statuta generaliter vel in definitè prolata recipiunt interpretationem restrictiuam, & quare.
- 6 Statutum generale quod vxor lauetur post mortem mariti omnia eius causa parata recipit restrictione à iure communi.
- 7 Argumentum de contractu ad statutum valet.
- 8 Interpretationi statuti magis conformi iuri communi in illa mandandum est.

Statuto de quo agitur viso, & subtilissimis allegationibus vtrinque factis, licet prima frontes vita sit dubia, tamen penitus, & in recessu magis inspicendo videtur verior opinio, quod legitima in primis debeat à filiis primi matrimonij percipi: & deinde dos in capita diuidi cum secundo marito: moueor in scriptis rationibus. Primò, quia statutum veris simpliciter dicebat, saluo quod non

dero getur iuri liberorū prioris matrimonij, & se referat simpliciter ad dispositionem l. hac edictali. C. de secun. nupt. vt consulit Bal. in allegato consi. cclxxij. sup. pōto statuto in ij. & nouissimē per Dec. consi. cclxxxij. in z. dub. quo statuto stante, si filij habuissent alia bona æquivalentia dori iuxta formam dic. l. hac edictali. maritus lucratu fuisse totam dotem, & tamen per ad ditionem in statuto nouo factam aliud est, quia quicquid habeant filij de bonis matris, adhuc vocantur ad ratam partem dotis. & sic statutum apparet factum ad ↓ diminutionem lucri, quod maritus facturus erat: ergo non debet interpretari, vt operetur argumentum l. legata in iurilit. ff. de adi. leg. & ista ratio tollit illud obiectum, quod statutum superfluum sit. Secundò, quia statuta ita debent intelligi, ne seipsum statim, & in contenti corrigat. l. non ad ea. iuncta ibi gl. ff. de cond. & demon. & in simili per Alex. in consi. cxxxv. vers. prærea in i. lib. sed statutū primò dicit, q. nō deroget iuri liberorū prioris matrimonij, q. verb. deroget, importat ē respectu cuiuslibet partis, vt dicitur in l. derogatur. ff. de verb. sig. Vult ergo nō derogari neque respectu legitime vnde per subsequētia verba non debemus intelligere id correctum. Non obstat generalitas statuti, dum dicit quibus existentibus succedat maritus in dote capta, &c. Quia talis generalitas optimē verificatur, quando filij prioris matrimonij habent legitimā in alijs bonis non dotalibus: vbi verò non habent non est in contenti, quod restringatur statutum ad terminos iuris, tum quia satis apparet de mente statuti se referentis ad ius vt dicit Bal. in alleg. consi. cclxxxij. tum quia illud restrictiuum, quibus non semper stat restrictiuū, sed quandoque declaratiuū ex propria significatione vt no. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fid. cath. & pro hoc est generalis doct. Sal. in l. vnica. C. de rap. vir. vbi concludit, quod statuta generaliter, vel in definitè prolata recipiunt interpretationem restrictiuam. l. ij. C. de noxa. maxime quando particularium sub genere compræhensiuum varia est ratio: prout in casu nostro, quando filij habent legitimam in alijs bonis, & quando non habent. Et magis in simili facit quod not. Raph. Com. in l. secunda. ff. de leg. i. vbi dicit se consulisse in regno Neapolis, quod statutum generale quod vxor lucretur post mortem mariti omnia eius causa parata, recipit restrictionem a iure communi, videlicet, quod tamen tenetur reservare filijs prioris matrimonij, iuxta dispositionem l. si quis prior. & l. formine. C. de secund. nuptijs, sequitur Aretin. in d. leg. ij. Fortius stringit, quia vterque argumentum de contractu ad statutum. l. nō impossibile. ff. de pac. sed promissio mariti de dote restituenda patri intelligitur, nisi de dimidia, quando statutum vult quod præcedente vxore maritus lucretur dimidiam, quia generalitas promissionis, de dote restringitur, id est de dimidia, ita dicit Ray. de Forli. in l. post dotem. in 4. lectura. ff. solut. matr. & sequitur ibi Alexand. Iason & idē Alexand. consi. 33. in quinto. & consi. v. in iij. & in simili quæ. idem decidunt Angel. & Imol. in l. damni infecti quidam. ff. cum parietem. per illum text. ff. de damn. infecti. si ergo conuentio de dote restringitur ad partem dotis, vt intelligatur secundum formam statuti, ita statutum de dote debet restringi ad partem, vt intelligatur secundum ius commune. præsertim in casu nostro in quo statutū se refert ad ius commune, vt dicit Bald. in dict. consi. cclxxxij. Et in hanc partem facilius debet inclinare doctissimus iudex, tū quia hæc interpretatio est magis conformis iuri communi, argum. l. præcipimus. in fin. C. de appel. tum quia non est verisimile quod statuentes in illa generalitate noluerint intelligere de legitima quod minus filij eam præcipuam habeant. argum. l. si quando. ff. in. C. de inoff. testam. cum ibi not. per Iaf. & alios.

CONSIL. XXIII. SVMMAE.

- 1 Iure communi excluso patre ab hereditate sibi delata per repudiationem locus est sequenti in gradu secundum naturam successorij edicti.
- 2 Statuta correctoria iuris communis stricte sunt intelligenda.
- 3 Repudiata quibus debita.
- 4 Dicitio deinde quid importet.
- 5 Verbum adiri quid significet.
- 6 Non minus operari debet casus fictus quam presumptus.
- 7 Exceptio statuti quæ est conformis iuri communi, secundum ius commune accipi debet.
- 8 Potest eadem persona ab vno gradu exclusa ex alio admitti.
- 9 Quod factum patri filio præiudicat est contra naturalem æquitatem.

IN casu proposito in primis sciendum est iure communi excluso patre ab hereditate sibi delata per repudiationem, locum esse sequenti in gradu secundum naturam successorij edicti. l. de succed. edic. & ideo si do. lo. Angelus. repudiavit, potest eius filius. Henricus ipse adire, quia repudiatione patris nō perimitur ius filij. l. fin. §. si nauatem in ij. C. de bo. quæ lib. Vnde apparet, quod statutum nimirum contrarium dispositionem est correctorium iuris communis, & ideo stricte intelligendum secundum not. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccl. Cuius quidam verbis diligenter ponderatis, puto in casu nostro eillocum non esse: mouer principales sex rationibus. Prima est, quia non in statuto est expressa, ne patres astuta & calumniosa ratione in fraudem repudient & curent a filijs adiri: vnde apparet tunc loqui statutum, cum fraus ex eo deprehenditur, quia repudiatione sua sciat patris ius ad filium suum deuolui: sed in casu nostro tali repudiatione ius non ad filium, sed ad sororem defuncti deuoluebatur, ergo nulla fraus dici potest subesse. Secunda ratio t causa successiois Henrici non est repudiatio patris, sed repudiatio sororis defuncti conturbine sue, nec statutum impedit, quia possit quis adire hereditatē a consobrina repudiatam, attendendaque potius est repudiatio consobrinæ, tanquam causa immediata, secundum l. Papinianus. §. sed nec impuberis. de inoff. testa. c. j. §. illud vbi Bald. de prohib. feu. alien. per Feder. & nor. l. sed si plures. §. in arrogato. de vulg. quam repudiatio patris, qui non potuit diuinare, quod soror repudiaret, & sic vocaretur deinde filius suus: vnde non subest consilium fraudis, arg. l. Iulianus. ff. qui & a quibus. & §. in fraudem. in sti. quib. ex caus. ma. Tertia ratio, statutum scriptum est aduersus patres, qui repudiant hereditatem, & deinde qui filios adiri curant, quæ verba non verificantur hoc casu, tum quia dictio t deinde intelligitur post, & quidē immediate. l. pen. §. fin. C. de bon. damn. & per Gemin. in c. j. de res. spo. lib. vj. Iaso. in l. fructus. ff. solu. matr. in casu autem nostro intercessit medium sororis, tum quia t verbum, adiri, non potest verificari post repudiationē patris: cū non ideo esset hereditas filio delata, sed foron. l. delata. de verb. sig. Quarta ratio, statutum excipit emancipatum, nec præsumit fraudē, ergo fortius censebitur exceptus hic casus, vt exceptio ea ratione facta, quia fraus non præsumatur, ad huc casum trahitur in quo constat non subesse fraudē t ne minus operetur casus verus, quam presumptus. l. filio quem. ff. de lib. & posth. & vt exceptio statuti, quæ est conformis iuri communi, secundum ius commune accipiatur, vt est text. in c. ad audientiam. extra. de cle. non res. vbi canon. Quinta ratio, cum soror media intercessit inter patruum & eius filium, cessat suspicio fraudis propter interuentum mædie personæ; sicut videmus in l. fin. ff. de ijs quib. vt indi. vbi si quis legat vxori in fraudem legis facit; & tamen legando fecero non dicitur fraudem facere, quamuis a locero in vxorem res deinde possit peruenire ad idem. l. hac edict. C. de sec. nup. vbi vxor non potest dare secundo marito, nisi secundum dispositionem illius legis, & tamen vxor dans filio mariti

non dicitur fraudem facere, vt ibi concludit Bald. & probatur in §. nec illud quoque. in fin. in auth. de nup. & ita etiam consulit Paul. de Cast. consi. cccxj. vilo & examinato. in ij. parte in nouissimis. De e. col. ccccxxxvj. requisitus. cum si. Sexta & vltima ratio est, quia considerandum est, si dici possit, quod posito, absque veri præiudicio, quod repudiatione patris si ius impediatur, tamen non propter hoc excludatur post repudiationem consobrine, potest enim t persona eadem ab vno gradu exclusa ex alio admitti. l. j. §. si proponatur. ff. si quis om. cau. testa. l. j. §. sed videndum. de success. edict. & l. æquissimū. §. j. ibi. & rursus anus vocabitur. ff. ad Tertyl. quod maximè est dicendum in casu nostro, in quo verba statuti hunc filium simpliciter & absolute non excludunt, sed temporaliter. vt videtur in iuxta doct. Bart. in l. fin. §. fin. ff. ad Tertyl. Repudiante ergo patre, erit exclusus filius a gradu immediate post patre sequenti propter statutum, & vniuersa hereditas ad sororem defuncti pertinet, quæ si repudiet iterum ex alio gradu iste filius, qui est consanguineus defuncti vocabitur. Et certè debet iudex in dubio hanc partem inclinare, cum quia statutum illud est correctorium, vt dixi, tum vt faueat agnationi, tum t quia est contra æquitatem naturalem, vt factum patris præiudicat filio. leg. j. & toto titulo. C. ne filius pro patre.

CONSIL. XXIII. SVMMAE.

- 1 Verba generaliter et simpliciter posita, generaliter sunt intelligenda.
- 2 Restrictio quæ fit vt singula singulis aptentur eo casu fit, quo singula omnibus aptari non possunt, secus si possunt.
- 3 In materia quantumvis penali & odiosa verba generaliter accipiuntur, quatenus vis verborum importat.
- 4 Statutum illud dicitur fauorabile quod principaliter est factum ad tollendam æmulationem, non est in odium alicuius.

VIA in prioribus allegationibus sufficienter adducta sunt argumenta in fauorē Aromatarij Melonis. Nūc dūtaxat summoueo ea quæ in contrarium valde subtiliter inducuntur per præstantiss. iudicem. Primò igitur non obstat, quod statutum videatur singula singulis aptasse. Vt non possit scribium ponipenes aliud scribium, & discum penes aliud discum, & apotheca scribi penes aliam apothecam, &c. Respondeo hæc intelligentia statuti, repugnat verbis ipsius t quæ generalia sunt & simpliciter posita, non possunt commode hoc modo restringi, sed generaliter sunt intelligenda. l. de pretio. ff. de publicia. & t restrictio, quæ fit vt singula singulis aptentur, eo casu fit quo singula omnibus aptari non possunt, secus si possint. l. sæpe ita comparatum. vbi not. ff. de verb. sign. l. si quis ita stipulatus. de verb. oblig. cle. in plerisque. de elect. ingl. Præterea hæc intelligentia repugnat etiam rationi statuti, quæ est ad tollendam æmulationem artificum, orientem ex vicinitate quæ vicinitas inducitur siue quis sit mihi vicinus per scribium, aut bancum aut alio modo. Præterea videtur etiā repugnare sensui naturali, vt vicinitas per scribium tuū facta alteri scribium meo noceat: si vero per scribium fiat nō alteri scribium, sed apothecæ non noceat, certè non potest assignari ratio diuersitatis: ergo erit idem ius. l. adigere. §. quamuis. de iure patr. Secundò non obstat, quod tale statutum factum sit ad similitudinem artis salariorum. &c. respondeo, solent salarioli habere tales discos separatos ab apothecis, & aromatarij solent habere contiguos apothecis, vnde cum non soleant habere separatos, sicut salarioli: & similitudo locum habet quatenus habere potest, vt in simili statuto, dicit Bartol. & Dd. in l. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. Alex. consi. cvj. in iij. volumin. Decius c. arti cleric. in fin. de iudic. & non est dubitandum si salarioli habent apothecam, & scribium extra, quin ab eo scribium accipienda esset mensura. Tertio non obstat, quod ex verbis statuti ap-

paret, quod vltra apothecæ etiam super alijs, & in alijs locis dictæ artes exercentur, &c. respondeo, esto, quod istud sit verum, non sequitur, qui exercentur in apothecis, præterea in scrinio exteriori, quin mensura statuti accipienda sit à dicto scrinio, & ab appendicijs exterioribus apothecæ, vt dictum est. Quarto nō obstat, quod alijs temporibus concurrerint dictæ apothecæ, quin, &c. respondeo, sufficit interuenisse quinquennium, quod non cōcurrant, & quod qualitas prohibitiua superuenierit, arg. l. tandiu. de cu. fu. & per Bart. in l. cum vir. ff. de vfuc. & in l. pluribus. §. fin. de verb. obli. id est vicinitas intra tres perticas terræ, quæ facta est propter ampliationem apothecæ melioris, & licita est tali casu præoccupatio. l. naturalē. §. i. de acquir. rer. dom. Bart. l. quo minus. ff. de flumin. vnde facta ampliatione acquisitum est ius statim illi præoccupanti, ne quis possit illi amplius appropinquare ad dictā mensuram, quamuis prius potuisset, qualitas ergo prohibitoria superueniens, perimit ius volentium amplius appropinquare. Quarto non obstat, quod credendum sit dictam apothecam olim factam fuisse, quia non esset intra mensuram & sic præsumendum sit secundum regulam statuti, &c. respondeo, vt supra proximè. Præterea est aduertendum, quod cum potuerit illa apotheca fieri in proximo delicta, onus probandi quod licentia non interuenit pertinet ad ipsos, qui volunt iterum facere, vt in simili concludit Lap. allega. cxxxvj. quem referunt & sequuntur Anton. de But. & Io. de Imo. in. e. super his, de accu. & facit quod not. Bartol. in l. nō solum. §. sed vt probari. ff. de oper. no. nunt. Sextò, non obstant respōsiones datæ rationibus meis, quatenus dicitur, q. mæuiantæ, & suggrundā sunt pars domus, quia peperit remanent, &c. respondeo, statutum in casu nostro non considerat, quod remaneant seu perpetuò sint, cū loquatur etiam de scribijs & discis, quæ abspōtantur noctis tempore, &c. Septimò non obstat, quod statutum istud est correctorium iuris communis, & ideo restringendum, &c. respondeo, in t materia quantumvis penali & odiosa, tamen verba generaliter accipiuntur, quatenus vis verborum imputat. l. cum lege. ff. de testament. vbi Aretin. statutum autem non abque alia extensione ex vi verborum suorum comprehendit hunc casum: quia expressè loquitur de scrinio, seu re aliqua, &c. Præterea (vt dixi) tale statutum est fauorabile, quia principaliter factum ad tollendam æmulationem, non autem in odium alicuius. l. qui exceptionem vbi omnes not. ff. de cond. indebit. Octauò & vltimò non obstat, quod videtur cessare ratio statuti seu tollendæ æmulationis, ex quo via publica est in medio, &c. respondeo, statutum solum considerat distantiam triū perticarum, non autem quod sit apotheca ex eodem latere, vel ab alia parte, & ideo concludo pronuntian-dum pro Helonibus. Et hæc omnia salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXV. SVMMAE.

- 1 Proximiore præferri.
- 2 Dicitio ad hoc stat restrictiuè seu modulariter secundum sus prædicta.
- 3 Argumentum de re ad personas valet.
- 4 Difficilius fit extensio de persona ad personam, quam de re ad rem.
- 5 Remotiores in gradu censentur minus dilecti.
- 6 Ratio fauoris agnatorum siue tacita siue expressa a statuto, restringitur personis in statuto nominatis.
- 7 Casus magis dubius rationaliter exprimi debet.
- 8 In correctorijs & statutis licita est extensio ex identitate rationis, quando ratio est expressa.
- 9 Dicitio proximiores, quid.
- 10 Absurditas semper est vitanda.

REQUISITVS de subscriptione, & vt paucis sententiam meam explicarem, non potui id denegare auditori & discipulo meo, maxime pro veritate id peteti. Et videtur mihi Do-

minuicium amittitur praeferendum esse Ioan. Anton. filio colanginnei Bonaquilti testatoris: quia proximior est in gradu, cum Dominicus sit in quarto, Ioan. Anton. in quinto gradu. Verba autem testatoris vocantur ad fideicommissum proximiores gradati, & de iure communi res nullam habet difficultatem: cum sublata sit differentia agnationis & cognationis authentic. post fratres. ij. de legi. haered. Non obstat statutum Tridentinum, quia testator vocando proximiores gradatim, intelligitur derogasse statuto, quod praeferret remotiores agnatos proximioribus cognatis, quia quicquid dicat statutum non est recedendum à verbis testatoris, qui proximiores vocavit, non autem remotiores, quamvis ex forma statuti praeferantur proximioribus, & licet in dispositio ne legis sit aliqua dubitatio, tamen in dispositione hominis, seu in verbis fideicommissi hoc est certum, prout tenent Bald. Raph. Florian. in l. cum ita. §. in fideicommissio. ff. de legat. & fideicommissi. secundo. & laepe consuluit Alexand. & alij relati per Deci. consil. i. quae sententia est magis communis, & attestatur Cur. Tun. in l. 2. C. de success. edict. Et ego arbitror id verissimum in casu nostro, in quo agitur de successione transeuntis, in qua si non succedit persona patris, unde cessant haec casuationes contradicentium, de quibus per Socin. consil. xxxvij. in iij. volumi. & Cor. xxiii. in 2. cum similibus. Et maxime in casu nostro, hoc dicendum est, quia statutum respectu descendentiū fororis non vocat agnatos, tanquam proximiores, sed potius etiam si remotiores, unde verba statuti nullo modo congruunt cum verbis testatoris, merito non possunt mutua declarationem accipere, secundum Bald. l. i. §. excipiuntur. in fin. ff. de fer. & quod not. Bartol. l. Caius. penul. q. ff. sol. matrim. & in l. si dorem. C. de iur. dot. Alexand. l. si prior. ff. sol. matrim. & dixi lib. i. de verb. signif. vers. secunda sectio. vbi declaravi doctrinam Bartol. in l. haeredes mei. §. cum ita. ad Trebel. & istud solum sufficit pro victoria Dominici. Praeterea dictum statutum nullo modo obstat, quia loquitur de eo qui motus relinquit fratrem, & sororem, & praefert descendentes ex fratre, &c. quod non contingit in casu nostro. Et licet subiiciat ad hoc, ut parentela ex parte masculina valeat, melius cum honore stare, &c. tamen ista ratio est limitata, & restricta ad personas supra expressas quia dictio illa, *ad hoc, ut &c.* stat restrictiue seu modaliter secundum suam praedicta, ut est text. vbi Bartolus. l. quibus diebus. §. Terminus. ff. de condition. & demonstration. quod etiam ex verbis statuti apparet, quibus non omnino excluditur descendens fororis, quamvis non sit de parentela, sed solum pro parte. Sicut ergo illa ratio non ampliat statutum, ultra partem dimidiam praecise in eo determinatam, ita nec ampliare debet, ultra personas in eo nominatas, & arguendo de re ad personas. l. miles ita. in princip. de testamen. mili. Maxime cum diffi- scili fiat extensio de persona ad personam, quae de re ad re. l. Titius. in princip. de lib. & posthu. l. si ita quis. §. penul. de testamen. tur. l. si ita stipulatus. §. Chrylogonus. in fin. ff. de verb. oblig. & no. Are tin. in l. Gallus. §. & quid si tati. & §. quid si is. ff. de liber. & post. & facit. in §. Seio. ff. de lega. 2. & quod not. Bald. in l. C. de haered. in sti. opp. xvj. Felin. c. super literis. de rescrip. quae conclusio procedit etiam in statutis, unde lata lege, Titius censetur esse ex patricijs non fiet extensio ad eius filios, secundum Alber. post veteres, in d. §. Chrylogonus. ne fiat extensio ad personas. c. penultim. & c. fin. de offic. deleg. Et certe durum & irrationabile videtur, quod statutum istud loquens de descendentiis fratris, extendatur ad descendentes consanguinei, qui non est in adeo propinquo gradu defuncti, & à quo minus censetur dilectus, & sic in quo non est tanta ratio, ut etiam dicunt Doctores. in leg. i. C. de success. edicto. lafon. consilio. vice simo quarto & ducentesimo quinto, quia ratio fauoris agnatorum, siue tacita, siue expressa, à statuto restringitur in personis in statuto nominatis, secundum

Dec. ibi, allegat Baldus. in leg. sed & milites. ff. de excusation. tuto & concludit. statutum non extendi per talem rationem, ut etiam tenuit Bartol. l. liberorum. de verb. signi. cum multis concordant. ut ibi per eum, & Alexand. consil. lxx. in i. lxxxvij. in 2. Aret. xxvij. So. ci. 3. Quae interpretatio in casu nostro est certior, quia si restringeremus dictam rationem ad personas expressas, sequeretur, quod statutum absurdè disposuisset, nominando in specie descendentes fratris, & mittendo casum dubitabiliorè in descendentiis consanguinei, cum tamen rationabiliter debuerit exprimere, casus magis dubius. quod Labeo. de Carbon. edicto. Merito ergo non fiet talis extensio, ne incidamus in tale absurdum. Non obstat igitur argumentum illud vulgare quod dicitur in correctorijs, & statutis licita sit extensio ex idé tate rationis, quia ratio est expressa, & scriptis apparet satis responsum esse. Primum, quia posito quod hoc verum sit, verba fidei commissi non vocant remotiores, de quibus in statuto, sed proximiores, & ideo frustra allegatur statutum, & dictio proximiores, referretur ad terminos iuris Alexand. consil. clxj. in vij. Secundo, quod hoc non procedit quando statutum limitat ad aliam rem, ita nec ad aliam personam, quam comprehendit in statuto. Tertio quod non procedit quando casus expressus haberet minus dubium si fieret extensio, ne videantur statuentes absurdè concepisse verba tunc semper vitanda sit absurditas. l. cum patrem. vbi Bald. C. de condi. in ser. per Bald. in l. conuenticula. C. de episc. & cleric. Alexand. in l. sed si hac. §. liberis. ff. de in ius voc. & not. in l. nam absurdum. ff. de bon. lib. & ex ijs transeo in sententiam suprascriptorum dominorum aduocatorum concludendo male iudicatum, & bene appellatum fuisse. Saluo semper iudicio melius sententis.

CONSILII XXVI. SVMMÆ

- 1 De iure communi instrumenta non habent paratam executionem sed solum ex eis via ordinaria agitur.
- 2 Quia non dicitur apparere nisi post productionem instrumenti.
- 3 In causa quantumvis summaria semper productio fieri debet, per quam probetur iudici instrumentum fuisse ostensum.
- 4 Index non potest abbreviare terminos à statuto datos.
- 5 Exceptio compromissi impedit executionem.
- 6 Verbum pretendat quid denotet.

De iure communi instrumenta non habent paratam executionem sed solum ex eis via ordinaria agitur, & porrecto libello, & contenta lite, & ceteris solemnibus obseruatis. l. mino. xxv. an. cui fidei commissum. ff. de minoribus vbi Dd. & per Ias. l. fin. v. not. C. de edic. diui. Adr. toll. Non obstat statutum Papiense, quia responderetur, quod cum coram episcopo seruetur clerico ius commune contra laicum, ita etiam clerico coram praetore contra laicum idem ius seruandum est, ut dicit statutum 19. & valet tale statutum, nec dicit contra libertatem ecclesiasticam, tum propter regulam edicti, quod quisque iuris, de quo per Decium in cap. ecclesia S. Mariae de constitutum quia istud non est auferre beneficia clericorum, sed sua illis non concedere, ut dicit Bald. l. si quis curialis. C. de episcop. & cleric. per Dec. d. c. Praeterea non est seruata forma statuti talis: quia duo requiruntur in statuto. Primum, quod quis appareat creditor. Secundum, quod statuatur debitori terminus x. dierum vtilium ad probandum quicquid voluerit &c. In casu autem nostro neutrum videretur obseruatum. Primum, quia non fuit productum instrumentum ante illa praeccepta non apparebat quia non dicitur apparere nisi post productionem instrumenti ut per Alex. consil. 4. in causa. & consil. 37. in ii. volumi. Felin. c. i. de probat. & tamen in causa quantumvis summaria, & in qua sufficiat quod prima facie appareat, semper productio fieri debet, per quam probatur instrumentum iudici fuisse ostensum: vbi est textus, in l. si

CONSIL. X XVII. SVMMÆ.

- 1 Dotem quandoque vir lucratur non liberi.
- 2 Liberis in casu mulierem nocere.
- 3 Prima dos data primo viro censetur data etiam secundo in iurisdictione.

vbi Decius. l. ij. no. C. de edic. Adr. toll. per Inn. c. cum venissent extra, de in int. rest. Secundum etiam non fuit oblatum: quia non fuit statutus terminus x. dierum, sed quinque tantum dierum, deinde de quatuor. & non potuit iudex abbreviare hanc dilationem: iuxta tradita in l. 2. ff. de re iudic. Nec in hoc termino computatur biduum datum ad calculandum. quia statutum vult terminum dari generaliter, ad omne genus probationum, non ad calculandum tantum. Rursus aduertendum est, quia etiam si locator posset uti statuto & iurata fer eius formam tamè in casu nostro non posset propter verba pacti: quibus conuentum est, ut fuit compromissum: & exceptio autem compromissi impedit executionem, auth. si tamen. C. de temp. appellat. Cle. quando de appellat. Dd. in c. ex ratione. extra. eod. titu. & dum pendet articulus seu cognitio, an sumus in casu pacti, & sic an bellum fuerit notabile, eodem modo impeditur executio. gl. super verb. deliberationis. l. iij. C. de appella. l. i. in princip. ff. nil nouari. & sicut causa principalis ex forma pacti arbitro committenda est, ita etiam ipse articulus an bellum fuerit notabile, ut per Ias. Dec. & ceteros communiter, in l. penul. C. de pactis. per Anchar. consil. lxxvij. & hoc maxime suadet ex verbis pacti, quibus dicitur ad eundem articulum, si partes pretendant, &c. satis ergo est, quod tamen id est simpliciter allegent. c. fin. de in int. restit. lib. vj. Nec obstat decisio Soci. in l. pecuniam. si cer. per. quia in casu suo statutum debet executionem instrumentum, in nostro non, cum det. x. dies ad probandum. Item in casu suo ex instrumento constabat de debito & relinquebatur iurisdictioni iudici exequenti. In nostro non relinquitur, sed ad eundem sunt arbitri, tam circa principale quam circa articulum. Item in casu suo non resultabat exceptio, ex eodem instrumento: ut in simili per Bartol. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. de pactis. facit quod idè no. in l. i. §. & partu circa si. ff. quod vi. auc. cl. cu. vulga. Item in casu suo loquitur Socin. quando instrumentum erat liquidum ex parte producentis, sed in casu nostro non ita est: quia producus instrumentum locationis ut obtineat, oportet quod praestiterit patientiam, & ipse, & quilibet alius conductor: aliam non obtinet, sed in casu nostro non est praestita propter milites, ut text. in l. ex conducto. §. j. ff. loc. ibi oportet enim praestari agrum conductori, ut frui posset, & ideo indistinctè locatori obstat exceptio remissionis mercedis: quia quamuis non sit liquidum, nec instrumentum suum est liquidum, & scita respondetur ad notata per Alex. & Dd. l. 4. §. condemnatum. de re iur. Nec etiam obstat aliud statutum praecedens, quae debita sunt condemnata, &c. quia statutum illud habet duo capita. Primum, quando reus citatus non comparere, de quo nunc non tractatur: quia reus comparuit. Secundum, quando comparere, & tunc statutum non dat executionem, sed potius cognitionem ut committat consilio sapientis si petitur sit, vel ipse cognoscat, &c. & sic res est cognitionis, non executionis: & quamuis consilium sapientis non sit petitum tamen est petitum quod committatur arbitris iuxta formam istam. Nec etiam obstat decretum, quod inter dominum & locatorem agnoscat summare: simpliciter sola facti varietate inspecta, &c. quia non per hoc incipiendum est ab executione. Clementina saepe de verbo. sign. l. i. C. de except. re iudic. imò decretum expressè dicit. quod praetor faciat ius, & non remouet consilium sapientis, multo minus compromissum, de quo expressè conuentum est inter partes. & secundum facti veritatem notoria est veritas exceptionis, quod in bonis conductis propter bellum notabile conductor passus est notabile damnum. Minus obstat allegata confessio, quia non sunt confessi se debere illam pecuniam, imò negauerunt, petendo remissionem, & compromissum.

MISIS verbis statuti Papiensis sub rubrica. De lucris Matrimonialibus, & requisitus quid sentia, duxi paucis respondendum, quod verba statuti deferunt lucrum dotis marito, etiam in praedictum filiorum primi matrimonij. Quia tamen licet Bartol. in l. hac edictali. C. de secund. nupt. & Dd. in authent. praeterea. C. unde vir & vxor. dicant, quod per statutum simpliciter deferens lucrum dotis marito non censetur derogatum liberis prioris matrimonij, tamen ipsi loquuntur in statuto simpliciter loquente: qui non est casus noster: quia statutum Papiense specialiter & indiuiduo loquitur ad praedictum filiorum, nec dubium est, quin statutum hoc possit facere secundum Bald. & Salic. in d. l. hac edictali. Paul. de Cast. in l. i. C. de inoff. don. Ludo. Roman. consil. 44. Decius consil. xix. Sign. Homod. consil. xvij. & consil. lxxix. cum similibus. Quod autem statutum hoc fecerit, apparet ex verbis eius, dum constituit regulam hoc modo: *Vxor mortua in matrimonio, maritus lucratur dotem, in casu vero non existentium viro ex ipsa liberorum, &c.* propter enim illa verba, *in casu non existentium viro ex ipsa liberorum,* apparet statutum non simpliciter loqui sed specialiter excludere prioris matrimonij liberos, quia non sunt liberi existentes ex ipsa & dicto secundo viro: ut eleganter in simili casu consuluit Soc. consil. lxxij. in 3. volumi. & Decius consil. cclxxxij. quorum rationes non expedit referre, cum verba statuti sint clara, maxime cum praedictus Papien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in verbo, *dicta domina Margarita,* attestetur ita semper fuisse practicum, dictum statutum, & etiam Francisc. de Curte senior, in consil. lxxvij. domina Franciscina hoc fateatur saltem, quando non ad sunt liberi ex secundo matrimonio: prout in casu nostro. Et ideo frustra laborat ipse Curtius in dicto consil. lxxvij. & Ias. in consil. 50. in i. volumi. dum nituntur ostendere quod statutum hoc non inuenit, & inuenit circa vericulum, & quod mortuo primo viro &c. quia non facio fundamentum in dicto vericulo. sed in regula statuti ad quam ipsi non aduertunt. Et si dicas, si hoc cautum erat ex regula statuti, ad quid statuentes adiecerunt dictum vericulum, quod in regulam possit pacifici in praedictum liberorum prioris matrimonij, respondeo adiunctus est dictus vericulum causa ampliandae regulae, quae non potuisset locum in tertio pluri, quod omnino de iure seruandum erat sibi prioris matrimonij. l. fecimuz. C. de sec. nupt. item non habuisset locum regula, quando extitissent liberi communes ex secundo matrimonio, & tunc dictus vericulum ampliat, ut tali casu possit mulier pacifici in fauorem communium liberorum in praedictum liberorum prioris matrimonij: ut eleganter aduersus Curtium seniore docet Curtius Junior in dic. authent. praeterea. vbi dicit, quod dicta opinio senioris nunquam sibi placuit. Circa secundam difficultatem dico, quod cum haec mulier dederit dotem primo viro, censetur t iuris praesumptione eandem, & secundo dedisse. leg. dotem primo quae in principio. l. diuus. §. ff. de iure dot. l. pen. §. vxor. ff. solut. matrim. l. cum maritus. §. Titius. ff. de pact. dotalibus & est communis opinio, ut per Bartol. in dicto quaest. 7. inci. mulier habens magnum. Paul. de Cast. in l. si mulier dixerit, ff. sol. matr. cum similibus. Nec obstat, quod Barto. in dic. quaest. vij. dicat non censeri dotem datam secundo viro in praedictum liberorum primi matrimonij. per dic. l. hac edictali secundum quam videtur mulier non luisset contrahere, sequitur Raphael. Com. consilio. cix. domina Ioan. Curti Junior consil. lxxij. respondeo dicta.

lex est correcta per statum, vnde videtur potius voluisse contrahere secundum statum, ut dicit Socin. in I. Gallus. §. i. versicul. ex hac communi conclusione. ff. de liber. & posthum. vnde cessat ratio Bartol. in casu nostro, & militat contraria. Nec obstat, quod dictum statutum loquitur, quod liceat mulieri dare, & tradere, &c. at in casu nostro nihil est traditum; ergo non debet habere locum statutum, & dicit Iason. in d. consi. 50. & Curt. Ionior in d. authen. præterea, respondeo, nos non inicitur in dicto verbi. statuti. secundum quem peteremus tertium plus, & etiam dotem extantibus communibus liberis, ut supra dixi, sed inicitur regulæ statuti, quæ non requirit istas qualitates, sed simpliciter defert secundo viro lucrum dotis. & tale statutum habet locum etiam, in hac dote per legem præsumpta, ut dicit Paul. de Cast. in d. l. si mulier decesserit Raph. d. consi. cix. domina Iohan. & Soc. in consi. 50. in iiii. lib. vbi hoc probat & multis rationibus & auctoritatibus, quas breuitatis causa non refero. maxime cum ad rationes Iasonis sit particulariter per aduocatos responsum, quorum laboribus acquiescendum duco. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXVIII. SVMMAE.

- 1. Solutionis locus.
- 2. Soluendum vbi res est.
- 3. Leida rem ipsam afficit sicut tributum.

MIS quæ in facto proponuntur visis, videretur prima frõte istos emptores tritici in ciuitate Arelateni nõ teneri ad solutionem leidæ Domino Montis Draconis: quia cum contractus sit factus Arelatæ, gabella ibi, hoc est, in loco contractus soluenda est: non autem in loco Montis Draconis, vbi erat positum triticum secundum Doct. in c. fin. extra, de foro comp. Nec possunt statuere in loco Montis Draconis imponere legem contractui qui celebreretur alibi, & extra iurisdictionem ipsorum. I. fin. ff. de iur. omni. iud. & maxime hoc procedere videtur in casu, de quo agitur in quo solutio destinata videtur in ciuitate Arelateni: vnde cum & contractus ibi sit celebratus, & solutio destinata videtur cessare omnes difficultates, de quibus per Fel. in d. c. fin. Sed si his non obstantibus puto contrarium esse verius, & consi. dero, quod verba statuti rem ipsam afficiunt, & concepta sunt in rem, non autem in personam contrahentium: quia dicunt de omni, & quolibet grano soluatur leida, vnde talicafu debet arte di statutum loci, vbi est res ipsa secundum Bartol. in l. cunctos populos. in vlt. q. vers. secundo casu. C. de sum. Trin. & fid. cath. Pet. de Anch. in repet. c. canonu statuta. in 2. q. prin. vers. quæro iuxta prædicta. de consi. & est communis conclusio, ut per Ioa. Bapt. de S. Severino, in repe. d. l. cunctos populos. Et sua detur hæc opinio, quæ aliàs statutum redderet elusorium, quia irent semper contrahentes ad villam proximiorum causa contrahendi, ut euitarent solutionem leidæ, ut dicunt Dd. in c. si ciuitas. per illum text. de sentent. excomm. lib. vj. Nec obstat allegata in contrarium. Et primo de gabela soluenda in loco contractus: quia illa respicit personas contrahentium sicut collecta, nos vero loquimur in leida quæ afficit rem ipsam, sicut tributum, ut res non possit leuari extra castrum Montis Draconis, nisi soluto vno de xxx. duobus. Vnde attendimus statuta loci vbi est res. Non obstat, quod statuentes non possint ligare eos, qui contrahunt extra territorium, quia hoc fateor, sed ex statuto de quo in casu non sanctigata personæ contrahentium, sed res ipsa, videlicet, bladum existens in dicto loco Montis Draconis, quod subiaceret iurisdictioni ipsorum, prout in simili etiam dicit Salic. in auth. casta. C. de sacrosanct. eccl. Non obstat, quod destinata sit solutio Arelatæ: quia istud nihil est, ex quo (ut dixi) statutum afficit rem ipsam, ne possit extrahi de territorio, nisi facta solutione, & ista procedunt con-

cesso pro vero, quod illa transactio habeat vim statuti, quia facta sit ab habentibus potestatem.

CONSIL. XXIX. SVMMAE.

- 1. Statutum cogens dominum ad alienandum rem suam ipso iure nullo est odiosum, & contra regulam iuris civilis.
- 2. Statutum licet odiosum sit, valet.
- 3. Exceptio concordans cum iure communi & naturali latius & favorabilius est accipienda.
- 4. Dicitio simpliciter posita, debet intelligi de qualicumque &c.
- 5. Appellatione ædificiorum comprehenduntur etiam fundamenta iacta tantum.
- 6. Qui totum dicit, quamlibet eius partem dixisse censetur.
- 7. Ædificiorum alia sunt perfecta, alia imperfecta.
- 8. Ædificiorum alia sunt informia, alia habentia certam formam.
- 9. Statutum loquens simpliciter de ædificijs intelligi debet de quibuscunque.
- 10. Edicta prætorum loquentia de ædificijs intelliguntur etiam de tantum modo ceptis, vel fieri preparatis, seu in odiosis & num. 11.
- 12. Dicitio, aliquod, verificatur in quolibet minimo.
- 13. Dicitio ædificij est generalis: & comprehenditur locus sine partibus & tecto solum dum modo in eo sit quid fundatum.
- 14. Beneficia non deferuntur, nisi volentibus.
- 15. Facultas à statuto delata ante acceptationem, non dicitur in bonis nostris.
- 16. Non dicitur fraudem fecisse, qui vsus est iure suo.

HINC, & inde adductis, circa interpretationem statuti, de quo agitur, visis arbitrari partes clariss. D. Iudicis esse in absolendo hunc medicum reum à petitis. Et ultra ea quæ subtiliter & verè per eius aduocatos sunt adducta. Imprimis si considerandum est, quod statutum illud, quoad regulam, est odiosum: quia cogit dominum rei suæ inuitum ad alienandum, quod est contra regulam iuris civilis positam. neq. emere. C. de iure. delib. & l. inuit. C. de cõtra. ept. & cõtraregulari iuris naturales, de quib. habet Reg. li. 5. cap. xxj. & dixi in l. ædificia. §. perfectisse. vers. sed sine. ff. de verb. sign. §. valet tamen statutum licet odiosum, ut per Bar. & Io. de Plat. in l. ij. C. de deb. ciuit. lib. xj. Alex. consi. xxxij. in vij. Quantum verò sit respectu exceptionis, quatenus excipit prædia in quibus sunt ædificia est fauorabile: quia concordat cum iure communi, & naturali: merito ista exceptio est latius, & fauorabilius accipienda. c. odia. de reg. iur. lib. vj. Deinde consi. dero, quod verba statuti sunt pro reo conuenio quia statum simpliciter loquitur excipiendo prædia sub quibus sunt ædificia. quæ si dicitio simpliciter posita, debet intelligi de qualibuscunque ædificijs, & ideo debet sufficere etiam si solum iacta sunt fundamenta, quia & ista appellatione ædificiorum continentur, cum sit pars: & qui dicit totum, quamlibet eius partem dixisse censetur. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iudi. Secundò, quia si ædificiorum alia sunt perfecta, alia imperfecta. d. l. ædificia. §. perfectisse. ff. de verb. sig. alia sunt informia, alia habentia certam formam. l. iis, qui cccc. §. quædam. ff. ad l. falc. vnde cum statutum simpliciter loquitur, de quibuscunque intelligi debet. l. de pretio. ff. de publi. l. j. §. quod autem. ff. de ale. lusu. Tertio, quia videmus idem in edictis prætorum, loquentibus de ædificijs, quæ intelliguntur etiam de tantum modo ceptis vel fieri preparatis, puta per cõmentorum præparationem. l. i. §. prætor ait vers. ædificare videtur. ff. de mort. infer. l. de pupillo. §. nuntiationem super verbo, inchoet. ff. de ope. no. nunt. l. i. §. cepisse. de pollicit. Quarto & pro hoc etiam facit distinctio Ias. Dyn. Oldr. Bart. in l. stipulatio. §. opus autem nouu. ff. de oper. no. nunt. vbi distinguunt aut sumus in fauorabilibus & sufficit cepisse, seu fundamenta iecisse. l. & si non sint. §. quid ergo. & §. cui. ff. de aur. arg. lega. aut in diosis puta in interdito demolitorio: tunc, secus. d. §. opus autem. Suprà autem conclusi exceptionem, de qua agi-

tur esse fauorabiliter accipiendam. Quintò, confirmatur hoc ex verbis statuti infra positis, dum dicit posse reum conuentum eligere cambium alterius prædij, si per quo nõ sit aliquod ædificium. vnde apparet per aliquod ædificium excludi prouisionem illam. Pondero dictionem *aliquod*, quæ verificatur in quolibet minimo glo. in Clemen. j. verb. aut earum parte. de foro comp. Abb. c. super eo. extra. de eo, qui cogn. consang. vxor. l. i. planè. §. fin. ff. deleg. i. Sextò, quia vox hæc *ædificium*, est generalis, & complectitur locum etiam sine partibus & tecto. l. j. §. deinde. vbi Bartol. ff. de cloacis. & solum ipsum: dum modo in eo sit aliquid fundatum. l. si fundum. j. §. qui fundus. ff. de leg. j. vbi doc. Septimò, propter rationem statuti volentis fauere ædificijs. l. ij. l. 5. l. si quis post. C. de ædific. priu. quæ ratio militat etiam hoc casu, & fatius est ædificia fieri à domino suo secundum regulam iuris, quam inuitum compelli. Octauò, propter auctoritatem Rosfredi in quæstio. 4. 4. & Lambertini quæst. v. quos refert, & sequitur Ioan. Andr. in add. Spec. tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum. vers. sed pone statutum, vbi concludunt, quod vniõ facta de bonis ecclesiæ & bonis istius actoris non debet nocere reo quia trahit res cũ sua causa: & sicut ecclesia non potuisset cogere, ita necesse ex iure superueniente ab ecclesia rationibus & iuribus, de quibus per eos. Nonò, quia beneficium statuti non censetur delatum ipsi volentem emere, nisi à die denuntiationis: quia si beneficia legum non deferunt nisi volentibus. l. si sponsus. §. si quis rogatus. ff. de don. int. vir. vbi Raph. Fulg. l. si adulterium. §. idem Pollioni. ad l. Iul. de adult. vbi Bar. & per Bal. l. si in si. C. de reuoc. donat. & quia ista est quædam facultas à statuto delata, quæ ante acceptationem non dicitur in bonis nostris. l. pretia rerum. ff. ad l. falc. per Aretin. in l. Iulianus. ff. de leg. j. in l. qui in aliena. in princ. ff. de acqui. hæred. cum ergo reus præparauerit fundamenta ante talem denuntiationem, dicitur præoccupauisse. ut deinde ius aliquod acquirere actori negauerit. l. 2. §. j. ibi & tantum iuris habemus. ff. ne quid in lo. publ. & per Bartol. in l. quominus. quæst. v. de flumi. Decimò, quia iste reus ædificando fecit, ne verba statuti verificarentur pro actore, quod quidem sibi licuit, quia non dicitur fraudè fecisse, sed potius censetur vsus iure suo. l. nullus videtur. ff. de reg. iur. & facit tex. in l. Seia. §. virginii. ff. de don. inter vir. & est doctrina Bartol. in l. iusturandum. ij. §. si. ff. de iureiur. & in simili per Archid. xij. quæst. ij. c. sancimus. & per Bal. consilio. cccix. in iij. & ex istis tolluntur omnes rationes quæ adduci in contrarium possent.

CONSIL. XXX. SVMMAE.

- 1. Statutum laicorum nominatum factum de clericis non valet idque ex defectu potestatis.
- 2. Paria sunt foro alligari, & statutis subijci.
- 3. Clericus foro laicali non alligatur.
- 4. Sicut laici de clerico cognoscere non possunt, ita nec de eo statuere.
- 5. Statutum de clericis loquens quatenus conformaret cum iure canonico à clericis obseruandum est, licet per laicos fuerit factum.
- 6. Statutum non valeret quatenus ultra ius commune deterior fieret conditio clericorum tanquam aduersus libertatem ecclesiasticam.
- 7. Clericus beneficiatus de iure communi debet abstinere ab officio aluocationis in curia seculari.
- 8. Clerici possunt pro viduis, & orphanis intercedere in foro seculari.
- 9. Clerici, imò & religiosi possunt intercedere pro ecclesia sua, & pro amicis sua ecclesie, quatenus talis intercessio redundet in utilitatem monasterij.
- 10. Clerici possunt in foro seculari intercedere quando non cupiditate lucrandi, sed ex charitate, & zelo defendenda iusticie hoc faciunt.
- 11. Clerici in foro canonico in causis ecclesiasticis in distincte

possunt intercedere. Consistere allegationes, & dare consili um petentibus est opus meritorium, & maxime conuenit prelati. Prohibitus aduocare, non censetur prohibitus consulere in camera. Statuta dissonantia aliquem in collegium non admittit, nisi secundum certas qualitates sunt benigne, non autem rigide interpretanda, ut quis admitti possit. Quilibet admittitur qui pro bibitus non reperitur. In dubio semper pronuntiandum est pro habilitate, cum quilibet presumat habitus, & idoneus. Pars nemini onerosa in dubijs eligenda. In eo quod neminem lædit, benignior via est sequenda. Quod mihi prodest, & tibi non nocet, debet facile peritari. Honor collegij est vsus frequentissimus, cum homines ordinari, non ord. hominibus conferat auctoritatem. Verba restringuntur ad qualitatem secundum quam prolata sunt. Statutum excludens clericum à iure aduocandi, & se in malis aduocatorum describendi, non intelligitur excludere à ceteris actibus doctoralibus, prout est consulere in camera, & frui alijs priuilegijs doctorum. Exclusus ab vno effectu generis, non intelligitur exclusus à toto genere.

VERBIS statuti in dicitur ciuitatis Veronæ visis, dubitari contingit an clericus beneficiatus in collegium doctorum, dicitur ciuitatis admitti possit, ad cuius rei declarationem præmitto tria. Et primò illud vulgare quod statutum laicorum nominatum factum de clericis, non valet, idque ex defectu potestatis. c. ecclesia S. Mariæ. de consi. vbi Abb. in ij. principa. q. & per Bar. in l. j. vers. 5. quæro. C. de sum. Trin. & fid. cath. & hoc tenent omnes, & ratio est quia si paria sunt foro alligari, & refert ibi Ant. de But. cum concord. per Dec. consi. cclxxxij. & per Alex. consi. ccc. x. in ij. Clarum autem est, quod clericus foro laicali non alligatur, c. si diligenti. de for. comp. ergo nec statuto subijciatur, & si sicut laici de eo cognoscere non possunt, ita etiam nec statuere. l. nulli. C. de sent. quatenus tamen statutum conformaret cum iure canonico: tunc satis putauerim esse obseruandum argument. gloss. in Clemen. ne Romanij super verbo, talli. de elec. & quæ he post alios notat Corn. in autehent. sacramenta puberum. vers. quarto fallit. C. si aduer. vendit. alias in isto si statuto ita tenui, in. collegiarum. de verb. signif. Quatenus verò ultra ius commune deterior fieret conditio clericorum, statutum non valeret tanquam aduersus libertatem ecclesiasticam. authent. casta. C. de sacrosanct. eccl. & per Doct. in d. cap. ecclesia S. Mariæ. Vnde tali casu statutum etiam si de facto seruaretur, tamen strictè intelligendum esset, de quo per Lau. Calcan. in cõsi. 7. Soc. consi. 545. Ang. 48. & 289. cum simil. Rursum, præmitto, quod clericus beneficiatus de iure communi debet abstinere de officio aduocationis in curia seculari. c. j. vbi Abb. in v. not. extra ne cler. vel. mon. & cul. quod tamen variis modis restrictum, & limitatum inuenitur. Et in primis pro viduis, & orphanis possunt intercedere: de quo inc. j. & in cap. fin. de postul. Secundò, possunt pro ecclesia sua hoc exercere, imò (quod plus est) hoc in religiosis quoque pro cedit, & non solum pro ecclesia, sed etiam pro amicis ecclesie sue, quatenus superior videat hoc in consequentiam ad utilitatem monasterij sui, secundum Inn. in c. cum I. & A. de re iudic. Tertio, possunt hoc facere, quando non cupiditate lucrandi, sed ex charitate & zelo defendendæ iustitiæ hoc facerent, ut probatur in c. peruenit, lxxxvj. distri. & a contrario sensu, & per Abb. in c. ij. ne cle. vel. mon. & tali casu debet hoc fieri gratis, secundum Hostien. & Abb. in dicto cap. j. cum hoc eis permittatur ex pietate. Quarto, hoc possunt non generaliter facere, sed ad vnum negotium: non enim prohibentur secundum Innoc. in cap. vnico. de obl. ad ratio. de quo per Abb. in dicto ca. ij. Quintò, videtur hoc eis in distincte permittè dicitur foro canonico, saltè in causis ecclesiasticis: de quo

in cap. ij. de postu. & cap. in nostra. de procur. Sexto videtur, quod altem domi possint allegaciones conficere & consilium dare petentibus: quia hoc est opus meritoriu quod maxime prelati conuenit. capit. j. 34. distinct. & per Ioan. de Ripa in cap. decernimus. vers. tertio extra. de iudi. & quia prohibitus aduocare non censetur prohibitus consulere in camera, secundum Bart. in l. Paulus. §. Paulus de legationib. l. j. §. j. de postu. Abb. in rub. extra. de postu. & est magis comū opinio. Septimo, quamuis clericus non debeat tale officium exercere, si tamen faciat actus, ipse tenet, licet possit per exceptionem, à parte repelli. cap. ij. de postu. cap. dilecti. de arbit. de quo per Abb. in d. c. ij. & probatur in ca. non magnopere. eod. titul. vers. & in nulla causa. ubi est speciale in religiosis, quod iudex ex officio suo eos non audiatur, sed teneatur repellere. ergo, in alijs secus, ut iudex ex officio eos non compellitur excludere. Tertio premitto, quod si statuta disponnentia aliquem in collegium non admittit, nisi secundum certas qualitates sunt benignè, non autem rigide interpretanda, ut quis admitti possit, quia pro tali admissione faciunt plures iuris regulæ. Prima, quia sumus in materia prohibitiua, id est, in qua permittum est quilibet admitti, nisi reperiatur prohibitus. l. ab ea. ff. de proba. gloss Bartol. si queramus de testam. cum tale collegium sit licitum secundum statuta quam secundum ius commune. c. ex literis. de cõst. Secunda, quia in dubio semper pronuntiamus est pro habilitate: cum quilibet presumatur habilis & idoneus. cap. fin. de presump. d. l. ab ea de proba. l. huiusmodi. §. legatum. vbi l. de leg. j. Tertia, quia ista pars nemini est onerosa, & ideo in dubijs eligenda. l. j. ff. si quis cauit. & quod ibi not. Paul. de Cast. cum in eo quod nemini lædit benignior via sit sequenda. l. 2. §. i. tem Varus. de aqua plu. arc. Quarta, quia tibi mihi pdest, & tibi non nocet debet facile obtineri. l. secunda. in princip. vbi Doct. soluto matri. glossa. l. si quis sepulchrum. Quinta, quia honor collegij est, ut sit q̄ frequentissimum: cum homines ordinem, non ordo hominibus conferat auctoritatem. l. magistros. ibi optimorum conspirante consensu. C. de profes. lib. x. l. iij. §. pe. ff. de decuri. Sexta, quia hoc in terminis statuti ciuitatis Veronensis tenuit Bal. consil. clxxxij. Incip. statuto Veronæ. in. 2. vol. secundum impressionem Medioli. Refert, & sequitur l. as. in d. l. huiusmodi. §. legatum. & dicit se ita solitu tenere consulendo, & ego etiam sum sequutus in l. Neratius. ff. verb. signif. His sic præmissis apparet manifesta resolutio supra scriptæ quæstionis, quod clericus beneficiatus sic in prædictum ordinem recipiendus: quia nulla subest prohibitio, & verba statuti de hoc casu non loquuntur. Nec memouent illa verba quod non possit esse aduocatus nec esse in matricula iudicium, siue aduocatorum, quia ex supra scriptis apparet resolutio. Primo, quod statutum non valet tanquam contra libertatem ecclesiasticam, & tanquam disponens de personis iurisdictioni suæ non suppositis. Secundo, quia licet non possit esse in matricula iudicium, vel aduocatorum, tamen poterit esse in collegio doctorum, non tanquam officialis, seu aduocatus, sed tanquam doct. l. relocatorum, §. item alicui. ff. de interd. & releg. Tertio, quia statutum loquitur de aduocato, & sic secundum illam qualitatem debet intelligi: quia verba restringuntur ad qualitatem secundum quam prolata sunt. l. si pater. §. qui duos. vbi Bald. de adopt. Si ergo est admittatur non tanquam aduocatus, sed tanquam doctor, utique verba & qualitas statuti cessabunt. l. Fulcinius. §. i. quib. ex caus. in possess. & Quarto, quia si statutum excludens clericum, à iure aduocandi, & se in matricula aduocatorum describendi, non intelligitur excludere à cæteris actibus doctoralibus, prout est, consulere in camera. & frui alijs priuilegijs doctorum: per ea, quæ supra dixi, & quæ notat Bart. in d. §. Paulus, & in d. l. j. §. i. de postu. quia exclusus ab vno effectu generis, & non

intelligitur exclusus à toto genere. §. Item alicui & l. spurij. §. minores. ff. de cur. l. j. C. de re milit. l. xij. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXXI. SVMMÆ

- 1 Solennitas non scripta, non obest.
- 2 Satis est solennitas fuisse seruata, licet non sit scripta.
- 3 Nulla est ratio cur à verbis statuti recedamus, maxime ad infirmam ultimam voluntatem.
- 4 Annulatio actus censetur pœna.
- 5 Hodie formulæ verborum sunt sublata, & à lege reprobata.
- 6 Et qui formam per errorem neglexit est succurrendum.

Intentiam concurro supra scripti Dñi cõsultoris, quod error ille corrigi debeat, & nihil sit imputandum notario, quamuis non affirmauerit inter testes testamentarios adfuisse sacerdotem, qui ita publicè in vicina haberetur, quia etiam si hoc pro forma requireretur, satis est quod verè interuenit, licet scriptum non sit, & potest quando cunque scribi, & error corrigi per doct. Bar. in l. si libarius. ff. de reg. iur. ver. vlt. melius ibi loquitur, & c. satis enim est solennitate fuisse seruata, licet non sit scripta: ut ibi per eum cum quo transeant Doct. Nec obstat: quod statutum dicit, quod teneatur notarius, apponere, & c. quia illis verbis infertur præceptum ipsi notario, quod si sit omisum, non tamen nocet partibus: ut per Ioann. Andr. Ancha. & Abb. in c. sicut. extra, necler. vel mon. glo. Clem. 1. verb. inhihentes, de iure patron. Felin. cap. decernimus. de iudi. Nec obstat. clausula illa statuti, si aliqua vltima voluntas reperiatur non facta, & scripta prædicto modo, & forma, pro non legitima habeatur, & c. quia respondeo quod statutum copulatiuè requirit quod reperiatur non facta & non scripta: ergo non habet locum quando solennitas facta esset licet non scripta, alioquin verba statuti debuissent alter natuè non autem copulatiuè concipi. l. si quis ita stipulatus. ff. de verb. oblig. l. si quis cc. §. cum ita. de reb. dub. Corn. consil. xcxi. in ii. & nulla est ratio, cur à verbis statuti recedamus, maxime ad infirmam ultimam voluntatem. l. si quis hæredem. in fin. C. de institut. & substitut. maxime quia etiam casibus, quibus aliàs copulatiua concursus non requireret, tamen hoc fallit quoties aliàs induceretur aliquid pœnale secundum Ange. cõsil. xvi. visis. hic autem annullaretur actus, quæ si annullatio censetur esse pœna. l. non dubium. C. de legi. l. turpia. in principi. ff. de legat. 1. l. senatus. de contrahenda emptioe. Idem si induceret aliquid odiosum vel correctorium secundum gloss. vbi Anch. & Imol. in Clem. in perisique. de elect. & quod istud sit regulare in statutis etiam firmat do. Alexand. consil. xlviij. & consil. cx. in iii. Er certè non est verisimile quod statuentes curauerint ad eam formalitatem scripturæ dummodo res ipsa interuenit, quia hoc careret ratione. Vnde omisio nō vitaret tanquam leuis esset solennitas, secundum Bald. in l. hac consil. i. s. i. qui rest. fac. poss. & quia t̄ hodie huiusmodi formulæ verborum sunt à lege reprobata. l. 1. C. de form. & t̄ ei qui formam per errorem neglexit est succurrendum, ut sentit Bartol. & Doct. in l. in si ff. de hæred. instit. in l. qui Romanæ. §. fin. quæst. 4. de verb. oblig. & facit lex antepen. ff. de man. vindict. & q. not. Bald. in l. Margar. verb. testis sufficit. Nec obstat consil. Ias. xvij. in iij. quia non est verum, & pluries vidi illud reprobari aut aliàs dixi iam sunt. 2. anni in lib. v. Paradox. cvj. & hoc anno et nominatim reprobaui in l. nemo potest. ff. de leg. j. nec expediat nunc referre rationes cum non sum rogatus nomine partis, sed duntaxat pro defensione notarij.

CONSIL. XXXII. SVMMÆ.

1 Iuramentum semper confirmat contractum, etiam si in eo solennitas

- 1 Solennitas statuto requisita adhibita non sit.
- 2 Papa, neque lex canonica non potest in fauorem priuatum impedire obligationem, quæ virtute iuramenti queritur Deo.
- 3 Per transactiones à litibus recedimus, impensis quæ parcamus
- 4 Statutum prohibens alienationem, non intelligitur de trãsa actione.
- 5 Natura transactionis est, non vt ex ea transferatur dominium, vel quicquam alienetur, sed simpliciter actio remittatur.
- 6 Emphyteota non potest alienare sine consensu domini.
- 7 Emphyteota potest transfere sine consensu domini relinquendo rem possessori.
- 8 Ecclesia quamuis prohibita sit alienare, potest tamen transfere relinquendo rem possidenti.
- 9 Clausula omni meliori modo quid operetur in contractu.
- 10 Diuisio presumitur in lapsu decennij.
- 11 Statutum nunquam potest tollere naturalem obligationem, quæ secundum veritatem propter consensum oritur.
- 12 Iudex debet inclinare in fauorem transactionum sustinentium.
- 13 Quærens rescindere contractum facile non est audiendus.
- 14 Tacitus, & diuturnus consensus videtur ratificare omnia facta.

PLACE T mihi supra scripta consultatio in fauorem domini Nicolai Palsij, aduersus d. Herculeum eius consanguineum, quod valeat transactio inter eos facta, nec amplius possit retricari in dubium. Er quia omnis difficultas pendet à statuto Bononiensi, sub rubrica, de contract. à minoribus fact. in vers. adiungentes, & c. Videtur mihi posse variis modis responderi. Et primò, quod quamuis seruata non sit illa solennitas, nihilominus si transactio valeat propter vim iuramenti, quod semper est obseruandum, & confirmat contractum: iuxta capitulum cum contingat. extra. de iure iuran. cum ibi notatis per Doct. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Ias. in l. si. ff. qui satisd. cog. Alex. consil. lxx. in j. Et quamuis statuta Bononiæ sint confirmata per Bullam Papæ, & iussa obseruari, etiam si contractus sint iuramentis roborati, tamen non videtur impediri iuramenti efficacia talibus verbis. Tùm quia non potest Papa neque lex Canonica in fauorem priuatum impedire obligationem, quæ virtute iuramenti queritur Deo. secundum Abb. in d. cap. cum contingat. per tex in ca. ad apostolicam de regularibus. & c. qui post vorum. eod. tit. in vj. & gloss. in c. non est. extra. de voto. Tùm quia etiam si possit, debet semper subesse iusta causa: & ideo requiritur certa sciencia, & causæ cognitio secundum Bald. in d. c. cap. cum contingat. & per Card. consil. xliij. in fi. Alex. d. consil. lxx. in j. & facit quod not. idem Alex. consil. xxvij. in iij. & Aretin. consil. viij. Tùm etiam quia in casu nostro cessat ratio posita in Bulla pro vtilitate, pace, & commodo, & fugiendis litibus, ne sumptibus, & expensis homines fatigentur, & c. Quæ ratio facit, vt Bulla intelligi nequeat de instrumentis transactionum, vt mox dicam. Secundo, quia verba statuti loquuntur in venditione, vel alienatione bonorū immobilium, vnde non videntur trahenda ad transactionem in qua cessat ratio Bullæ: cum t̄ per transactiones, à litibus recedamus, & impensis parcamus, quæ ratione multa fauore transactionum inducunt, vt habetur in l. quamuis. C. de transact. Vnde t̄ statutum prohibens alienationem, non intelligitur de transactione. c. si vassallus, de suo. Si de feud. fu. cõtro. in vltibus seu. per Modern. l. j. C. si aduersus transf. & est ratio, quia natura transactionis non est, vt ex ea transferatur dominium, vel quicquam alienetur, sed simpliciter actio remittatur. l. si profundo. C. de transact. Tertio, quia etiam quod quandoque prohibitio alienationis extendatur ad transactionem. l. si. ad resoluend. C. de præd. minor. per gloss. in d. l. j. C. si aduers. vend. tamen hoc non procedit, quando prohibitus rem illam non possidebat, sed alius cum quo celebratur transactio: prout dicimus in t̄ emphyteota qui non potest alienare sine consensu domini. l. si. C. de iur. emphyt.

& t̄ tamè potest transigere relinquendo rem apud possessorem, vt declarat Bald. in c. j. de prohibit. feud. per Feder. cum concord. per Ias. in d. l. fin. vers. x. quæro idem que etiam videmus t̄ in ecclesia, quæ quamuis prohibita sit alienare, tamen potest transigere relinquendo rem possidenti. l. in vltibus seu. glo. ff. de transact. Abb. consil. lvij. in j. lxxij. eo. vol. in casu autem nostro ex lectura transactionis apparet quod Nicolaus habuerat tenentam de dictis bonis, & sic possidebat. Quarto, supra scripta transactio habet duas dispositioes, vna est per illa verba, *Debit, tradidit, & c.* & hæc potest comprehendere in prohibitione statuti. Alia est, promittit non moueritem, & c. & ista non potest comprehendere, neque sub verbo, *venditionis*, neque sub verbo, *alienationis* d. l. si profundo. & l. stipulatio ista habere licere. ff. de verbo. oblig. Vnde quamuis contractus infirmaretur respectu primæ dispositionis, tamè sustinetur respectu istius secundæ, & agenti obstat exceptio, & contractus valebit, vt valere potest, tunc propter vim iuramenti, tùm propter clausulam, t̄ omni meliori modo. secundum Doct. Barto. in l. j. §. si ius ita. ff. de verb. obligat. per Felin. in cap. cum super, in fin. extra. de off. deleg. & quod habetur in l. j. ff. de iur. codicillorum. Quintò, cum ista transactio sit obseruata per longum tempus, & partes possederint secundum eam ultra t̄ decennium, videntur ita diuisione ex lapsu tantis temporis secundum glo. in l. penult. C. com. diuid. per Balb. tract. præscript. iij. parte. num. xlv. & nullitatem istam remississe, quod facere possunt iuxta glo. in l. j. C. com. vtriusque iud. per Alex. consil. cxxij. in j. videtur quoque quod huiusmodi ratificatio eis noceat, sicut respectu restitutionis in integrum: ita etiam respectu huius nullitatis. l. si. C. si maior factus ratum habuerit. Bald. consil. cclxxxij. proponitur, quod minor in ij. volum. Sextò, est sciendum quod quibuscumque verbis concipiatur t̄ statutum nunquam potest tollere naturalem obligationem, quæ secundum veritatem propter consensum oritur, & in qua fundatur evangelica denuntiatio, vt dicit Bal. in auth. ad hæc. C. de vsur. & habetur in c. nouit extra. de iud. Vnde quamuis prædicto statuto impediat omni ciuili obligatio, impediatur etiam forte effectus naturalis obligationis illi à lege attributi: de quo per Bar. & Doc. in l. cum lex ff. de fidei ius. tamen in casu nostro cum iam sit facta executio, & agatur de sola retentione, videtur quod ista naturalis ex consensu, & iuramento proueniens non obstante statuto sufficiat retentioni, & limitetur statutū tali casu prout in simili per Bart. in l. j. in prin. quib. mod. pig. vel hy. sol. doct. l. si filius fa. ff. solut. matri. Deci. consil. cclvij. Benedictus. Capra consil. lxxix. in fi. Alex. cclxij. in 6. volu. facit quod habetur in l. amplius nō peti. ff. rem rat. hab. cap. ad nostram j. extra. de iure iur. Vltimò debet iudex inclinare in hanc opinionem propter multa, quæ simul concurrunt, etiam si separatim non concluderent, iuxta not. in l. ij. §. j. de excul. tur. Imprimis enim fauor t̄ sustinentæ transactionis, & litium finientiarum hoc suadet, propter quem multa priuilegia in iure sunt inducta, vt habetur in d. l. quamuis. & in l. in summa. de cõd. indeb. & in l. si quis maior. C. de transac. Dinde odium iudicij rescissorij: cum tendat iste aduersarius ad eorum rescissionem, quæ semel placuerunt t̄ vnde facile non est audiendus. l. Seio cum ibi notatis. ff. de in integ. restit. Rursus periculum animæ: quia quicquid disponat statutū negari non potest, quin iste sit periuus, vt habetur in c. dilecto. extra. de præben. per Io. And. inc. quod semel. de reg. iur. in vj. Et quia res amplius non est integra: cum forte interim perierint testes spurietatis, & deficiant Probationes Nicola. vnde non videtur succurrendum isti minori, de quo in l. nam postea. §. si minor. ff. de iure iuran. vbi Alexand. Et quia iam longum tempus trãsit, & t̄ tacito cõsensu omnia videtur ratificata secundum conuentus. gl. in d. l. pen. Et quia iste Nicolaus est reus vnde præsumptio pro eo est accipienda. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. l. qui accusare. C. de edend. ex quibus

omnibus conclusio eum suprascripto consulente in fa- uorem dicti Nicolai, saluo semper saniore iudicio.

CONS. XXXIII. SVMMÆ.

- 1 Donatarij primi dicuntur habere fundatam intentionem ex instrumto prime donationis pro qua presuntur.
2 Donans licet sit minor, per iuramentum tamen confirmat donationem.
3 Statutum tollens auct. sacramenta puberum tanquam fauori contrarium est odiosum.
4 Statuta odiosa prohibitiua in personam non porrigunt vires suas extra territorium.
5 Prohibitio facta minoribus, ne alienent immobilia sine decreto, est in personam.
6 Statim facta donatione transfertur dominium, & possessio.
7 Beneficium restitutionis est transmissibile in heredem.
8 Dispositio statuti regulariter non ligat eos, qui sunt in probabili ignorantia.
9 Per constitutum transfertur possessio.
10 Minor potest (dammodo non sit pupillus) alienando nulliter transferre possessionem.
11 Transferitur possessio ex donatione, quamuis nulla ob defectum insinuationis.
12 Spoliatus ante omnia restitui debet.
13 Possidens non tenetur ostendere titulum sue possessionis.
14 Contractus factus per minorem in alienatione rerum immobilium ipso iure est nullus.
15 Declar. auct. sacramenta puberum.
16 Paria sunt quod dolus ex proposito, vel in re ipsa interueniat.
17 Quando quis contrahit cum verisimiliter consumpturo non confirmatur contractus per iuramentum.
18 Iuramentum habere debet tres comites, iudicium, iustitiam & veritatem.
19 Validatio contractuum non est iuris diuini, sed gentium, vel civilis.
20 Statuentes facere non possunt, quod iurans non teneatur reddere iuramentum Deo prestitum.
21 Rei vendicatio presupponit dominium in agente.
22 Actio personalis non sequitur feudum, nec competit contra successorem particularum.
23 Successor particularis obligatus est ad seruandum iuramentum eius, a quo causam habuit.
24 Declara. Doctr. Bart.
25 Iuramentum debet imitari naturam actus cui accedit.
26 Iuramentum intelligitur rebus sic stantibus.
27 Donatio iurata propter defectum insinuationis non inuadit.
28 Statutum Laudense cum habeat clausulam decreti annullatiuam, videtur etiam ligare ignorantes.
29 Statutum potest ligare etiam eos, qui extra territorium conuenerunt, & quando.
30 Quilibet presuntur scire iura.
31 Paria sunt scire, vel scire debere.
32 Ex contractu nullo nunquam transfertur possessio per actus civiles, sicut est, constitutum, vel reseruatio vsus fructus.
33 Vbi contractus est nullus, etiam constitutum in eo appositum est nullum.

Contra do. Catharinam secundam donatariam multa deduci possent: sed perstringendo punctum, videtur, quod t. primi donatarij habeant fundatam intentionem ex primæ donationis instrumto pro quo presuntur. l. cum prescibus. C. de probat. præsertim cum sit iuratum, & factum seruata solennitate statuti Mediolanensis. Nec, h. contra instrumentum adducuntur, videntur vrgere: quia dato quod donans esset minor, iuramentum tamen confirmat donationem secundum auct. sacramenta puberum. C. si ad. vend. quæ auct. procedit etiam in donatione omnium bonorum, & etiam in impubere, qui tamen sit doli capax, vt nouissimè consuluit Philipp. Corn. in c. cxl. in j. vol. Nec obstat statutum Mediolanum quo tollitur dispositio dictæ auct. sacramenta. tum quia communis conclusio est non valere tale statutum: vt per Iasibi, & But. Abb. & Imo. in c. cum contingat. extra, de iureiur. & per doct. in c. licet, eo. tit. in vj. tum

etiam quia dispositio dictæ auct. est fauorabilis propter fauorem animæ, vt ibi communiter concluditur, & firmat Alexan. in l. qui iurasse. ff. de iureiur. Vnde t. statutum eam tollens tanquam fauori contrarium est odiosum, vt not. in l. ij. ff. de lib. & post hu. sed t. statuta odiosa prohibitiua in personam prout in effectu istud non porrigunt vires suas extra territorium, vt est doct. Bar. in l. cunctos populos. vers. vj. videndum. C. de summ. trinita. & fid. cath. t. prohibitio enim facta minoribus ne alienent immobilia sine decreto est in personam. l. j. ff. de reb. eorum. l. non solum. C. de præd. min. & per Anto. de But. Abb. & Imo. in d. cap. cum contingat. in 3. membro. princip. Raph. Com. Ias. in d. auct. sacramenta puberum. Alexan. consi. xxvij. vers. vj. probatur in j. vol. cum siml. Vnde cum dicta auct. eam prohibitionem tollat, accedente iuramento, & statutum nostrum eam authenticam auferat, sequitur perinde esse ac diceret, minor non possit sine solennitatibus, & causis à iure communi requisitis alienare etiam si iuret: quo casu apparet manifestè statutum esse prohibitorium in personam, & consequenter non debet operari respectu bonorum existentium in agro Laudensi. Nec etiam obstat statutum Laudense requirens insinuationem intra mensum alias annullans donationem, quia sine dubio, etiam stante tali statuto, t. statim facta donatione transfertur dominium & possessio, vt per Bart. in l. cum lex. ff. de fideiuss. & est comunis opin. in l. vniuersa. C. de precib. Imp. offer. vnde cum donatarius esset minor & Mediolanensis dato, quod non fecerit insinuari secundum formam statuti: tamen habet duo remedia. Primum, ex capite minoris ætatis: cum enim in eum esset mero iure translatum dominium, si propter lapsum talis temporis perderet illud dominiu, quia donatio annullaretur, incidere in damnum. vnde esset restituendus in integrum vt per Bartol. & doct. in l. auxilium. in fin. ff. de minor. Card. Anch. Anto. Abb. & Imo. in c. constitutus extra, de restit. in integ. & tale beneficium restitutionis t. est transmissibile in heredem. l. non solum. ff. de restit. in integ. fortius dixit Bald. in l. minoribus. per illum text. C. de donat. ante nuptias, quod minoribus tale tempus ipso iure non currit, sequitur Riminaldus in l. quamdiu. in fin. C. qui admitti. Secundum remedium est, ex capite iustæ ignorantie, cum enim esset ciuis, & habitator Mediolani habet iustam ignorantiam statuti Laudensis: & ideo sibi succurrendum est: vt per Bald. & Alexan. in d. l. quandiu. C. qui admitti. & quod habetur in c. vn animarum, de const. in vj. vbi t. dispositio statuti regulariter non ligat eos, qui sunt in probabili ignorantia. per Rom. consi. cccxxvij. ij. Alex. consi. xxxiiij. in j. consi. xlj. in v. & per Canon. iurub. extra de consuet. & per hoc remedium incurritur etiam maioribus: & consequenter hæredibus istius donatarij Præterea dato etiam, quod prædicta fundamenta non militarent, sed donatio esset nulla, tamen non videtur aliqua esse difficultas in possessione: cum in tali donatione contractus sit t. constitutum per quod transfertur possessio. l. quod meo. ff. de acq. poss. sit etiam reseruatio vsus fructus quæ inducit alium modum transferendæ possessionis. l. quisquis. C. de donatio. & t. potest minor (dummodo non possit pupillus) alienando nulliter nihilominus transferre possessionem. l. pupillus. vbi not. ff. de acq. rerum dom. sicut t. transfertur & possessio ex donatione, quamuis nulla ob defectum insinuationis, vt concludunt omnes in l. j. §. si vir vxor. ff. de acq. poss. per Soc. in consi. l. in iij. cum igitur primus donatarius sit constitutus possessor. potest agere tanquam t. spoliatus, & erit ante omnia restituendus cum fructibus. c. grauis. de restit. spol. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi publ. & vbi erit restitutus, si do. Catharina intencabit petitorium, potior erit primus donatarius: quia dicit aut visillum minorem potuisse donare, & ego sum prior: vnde debeo obtinere. l. quoties. C. de rei vend. aut. vis quod non potuerit donare

nare, & tunc tua donatio non valebit, quæ etiam ipsa est facta à minore. vnde in pari causa, si possidet, abioluendus est l. qui aeculare. C. de edendo & ista sunt quæ in veritate in presenti casu difficultatem maximam faciunt. Sed tamen, his non obstantibus, puto contrariam opin. de iure esse veriorum: & secundum ea, quæ in facto proponuntur, presuppono hanc dominam Catharinam esse in possessione, & sic cum possideat, si pars aduersa non fundat intentionem suam, ipsa dato quod nihil probaret, est absolueda à petitis: iuxta not. in l. qui accusare. C. de eden. & inc. r. vt eccler. beneficia nec teneret dicta domina allegare, neque ostendere titulum possessionis suæ. l. cogi. C. de petit. hæred. & in terminis nostris est tex. in l. fin. C. de rei vend. videndum ergo solum est nunquid actor legitime doceat de iure suo: & dicendum est, quod non: quia dato, quod habent donationem, tamen talis donatio non valet, ex quo per eam in effectu alienarentur bona immobilia sine decreto: t. vnde contractus est ipso iure nullus. d. l. i. ff. de reb. eorum. & toto. tit. C. de præd. min. Nec obstat, quod interuentum iuramentum, per quod in effectu conualidatur etiam donatio. d. auct. sacramenta. & ibi not. doct. quia primò respondeo quod illud procederet in aliqua donatione aliquarum facultatum: vnde non induceretur enormis læsio, puta: quia non alienaretur ultra t. dimidiam facultatem, alioquin si excedat dimidiam, vt in casu nostro resultat enormis læsio: & tali casu teneo non procedere dictam auct. quia videtur minor per talem contractum fraudari. l. si quis superflite. circa fin. C. de dolo. ex quo paria sunt, quod t. dolus ex proposito vel re ipsa interueniat. l. si quis cum aliter. ff. de verbor. oblig. vnde sicut t. quando quis contrahit cum verisimiliter consumpturo non confirmatur contractus periuramemum. argum. l. si vero. §. adolefens. ff. mand. l. quod si minor. §. pen. ff. de minoribus. à fortiori non debet confirmari in hoc casu, in quo quis actualiter consumit donando. & ista ratio est concludens in opposito nostro, quam approbat dominus Antonius & Abb. in dicto ca. cum contingat. vers. nonus casus. pro qua opin. etiam adducunt, quod t. iuramentum debet habere tres comites, iudicium, iustitiam & veritatem. c. & si Christus. extra, de iureiur. quod iudicium maxime deficit in eo, qui se spoliat omnia bona donando, & ideo tale iuramentum non tenet, & per hanc rationem idem sentit Petr. de Ancha. in c. i. de const. in xj. dubio. & consi. lxxxij. visis Ioan. Cald. in consi. s. de apuella. in fi. Aretin. in d. l. qui iurasse. cum multis similibus allegatis per Deci. qui hanc partem tanquam comunioram amplectitur, in c. lxxx. & licet ille loquatur in renuntiatione, tamen idem est in quolibet contractu, in quo induceretur talis læsio, & Cald. in fin. d. l. consi. & etiam Anchar. satis innuit in hoc non esse constituendam differentiam, prout etiam Ant. & Abb. sentiunt. & And. Sicul. consi. lx. vers. circa aliud dubium in iij. lib. & idem etiam concordando opiniones affirmat Corn. in reo. d. auct. sacramenta. in verbo inuolabiliter. in fin. quando contrahens esset idiota, & ex qualitate personarum accederent aliquæ coniecturæ fraudis, quod potest esse in casu nostro, & ab ista opin. quæ est æquior, non videtur esse recedendum. & licet Alexand. aliter plerumque consulerit, & aliqua videantur in contrarium facere, tamen quia Mod. in prædictis locis respondent, non insisto vterius. Secundo respondetur, dictam donationem esse nullam propter statutum nostri Mediolani, derogans d. auct. sacramenta. & licet doct. concludant non valere tale statutum tanquam de re spirituali, tamen dato, quod hoc sit verum, valet saltem quoad hoc, quod contractus non cõfirmetur, t. validatio enim contractuum non est iuris diuini, sed gentium vel civilis. l. iurisdictionem. ff. de pact. vnde licet non possunt statuentes facere, quod iurans non teneatur reddere iuramentum Deo prestitum: iuxta c. debitores extra, de iureiur. possunt tamen face-

re, quod nihilominus contractus sit nullus, & auferre vires obligationis. quæ ex iuramento caufatur in partem illud recipientem, vt satis innuit Ant. & Abb. in dicto cap. cum contingat. & firmat Card. consi. xliij. Marian. Socin. consi. lxx. in i. lib. vbi dicit ita tenuisse aliquos. in d. c. cum contingat. & idem sequutus est Paul. de Cast. in repet. d. auct. sacramenta. & ibi etiam Corn. vers. tertio fallit. vbi dicit, quod rutijs est pro iudicibus in syndicatu. quo seruent hanc opinionem, & quod tali casu non firmetur contractus, voluit etiam Fed. de Senis consi. clxxij. quem refert, & sequitur Petr. de Anc. in rep. d. c. canonum. & licet d. consi. Fed. reproberet ab aliquibus, tamen stante tali statuto, non reperio qui contradicat, quoad hoc quod contractus ipse non remaneat nullus. & eius opinio sine dubio in hoc casu est vera: & licet Ioan. de Imo. in d. c. cum contingat. multum variauerit tamen vers. sed illud. potissime refidet in effectu cum hac opin. concludendo in foro ciuili non posse iuramentum compelli. vt ibi per eum, & ista est vera: & communis opin. quæ etiam in practica seruat. licet Alex. consi. lxx. in i. vol. inaduerter dixerit oppositum. Cum ergo stante dicto statuto, contractus non confirmetur, non potest actio aliqua competere huic donatario aduersus hunc possessorem: nam actio reali agere non potest, ex quo contractus non tenuit: & ideo dominium non fuit in eum translatum, & t. rei vendicatio presupponit dominium in agente. l. officiu. ff. de rei ven. nec factioe personali potest agere: quia illa non sequitur fundum, nec cõpetit contra successore particulari. l. fin. ff. de cõtr. ept. l. i. §. hæres. ff. ad Trebell. & q. notat Bar. sigs. peoin. 4. casu. cū quibus transiunt doct. ff. de fideiuss. & istud maxime procederet, si ista quæ possidet suum titulum non ostenderet, nec probaretur, q. habet causam ab illo, qui iurauit: nam tunc cessaret opinio quæ d. Antonij volentis in d. c. cum contingat quod imò etiam t. successore particularis obligetur ad seruandū iuramentum eius à quo causam habuit. arg. l. apud Celsum. §. de auctori. ff. de dol. except. Sed Antonius non loquitur stante tali statuto, per quod extinguitur omnis obligatio quæ parti ex tali iuramento acquirere, vt supra ostendi. Nec obstat, quod tale statutum tanquam odiosum non debet operari quoad bona existentia extra territorium, per Doct. Bar. in d. l. cunctos populos, quia Bart. loquitur, quando verba statuti respiciunt personas contrahentium simpliciter, sed statutum nostrum vterius procedit limitando iurisdictionem iudicum Mediolani ius reddentium, & mandando, vt illud seruent, non autem dictam authenticam: vnde etiam si vellent eam seruare non possunt, quia quoad hoc deficeret iurisdictione, & essent tanquam personæ priuatae, vt in simili dicit Iacob. Batrig. & Bald. in authent. statuimus. C. de episcop. & cler. Bald. in l. obseruare §. proficisci. in xxvij. q. ff. de officio. proconsul. & istud est quod voluit Ioann. de Imo. in dicto. capit. cum contingat. vbi dicit quod stante tali statuto non esset prouisum ei qui recipit iuramentum aliquo modo in foro ciuili ex quo iudex non haberet iurisdictionem. & tex. in c. licet, de iure iu. in vj. dum vult posse compelli iudices, vt faciant obseruari iuramenta, debet intelligi de habentibus iurisdictionem, cuius vigore hoc possint facere quod non est stante tali statuto. Præterea est aduertendum, quia imò tale statutum est fauorabile ipsi minori: quia fuit factum vt ei consuleret, vnde debet extendi etiam in bonis existentibus extra territorij secundum ibi not. per Bart. Nec obstat quod noceat animæ, & ideo possit dici odiosum: quia respõdeo trib. modis. Primo quod quo ad inualiditatem contractus & obligationis ex iuramento parti ipsi quærendæ, non respicit aliquod odium animæ, nec habet aliquod commune cum anima. vnde quantum sit ad hoc debet operari quauis extra territorium, & iste est casus noster. Vnde distinguendus modus agendi, aut minor vult dicere denuitate contra

Consil. And. Alci.

24 **Etus** & obligationes quoad dicta bona, & posse, aut vel dicere se non teneri ad seruandum iuramentum & non posse, tum quia statutum quo ad hoc, non valeret, tum quia etiam si valeret non traheretur ad dicta bona. Secundo respondetur, quod doctrina Bartol. debet intelligi, quando statutum continet prohibitionem favorabilem, vel odiosam, non quidem absolute, sed quando dispositio in fauorem prohibiti, vel eius odium, & ita eum intellegit Petrus de Ancharan, in repet. capit. canonum. vers. venio ad alium. de constitutione. & Ludouicus Romanus. consilio xxxix. & quod istud sic verum apparet ex exemplis per eum positis, dum dicit, quod statutum, quod stantibus masculis feminæ non succedant, tanquam odiosum non debet extendi extra territorium: nam tale statutum simpliciter loquendo est favorabile: quia principaliter factum in fauorem agnatorum, leg. qui exceptionem. ff. de condic. indebit. & est communis opinio vt late per Franciscum de Curte consilio. ix. incip. Ticinensi statuto. & consilio lxxxj. recte. & tamen Bartolus dicit non debere extendi, ratio est: quia respectu personæ prohibiti, id est, feminæ dicitur odiosum. Igitur in casu nostro non potest negari quin respectu personæ prohibiti tale statutum sit favorabile: quia factum in eius fauorem, vt apparet ex doctrina Bartoli ibi dum exemplificat in minore prohibito testari, ergo trahetur etiam ad dicta bona. Tertiò considerandum est, quod Bartolus loquitur, quando fauor vel odium statuti consistit re principalis prohibitionis & in principalis prohibitione clarè est, quod statutum nostrum est favorabile prohibiti, vt dispositio talis, prohibitoria circa scripto iuramento sine dubio trahitur ad bona extra territorium existentia: & idè dato quod accesserit iuramentum debet imitari naturam actus, cui accedit leg. fin. C. de non numerat. pecun. leg. iij. C. plus valere quod agitur. nec debet posse facere, vt non videatur de eis bonis actum, de quibus eo non interueniente nulla erat difficultas, quin actum fuisset, & sic apparet ex isto capite primum donatarium excludi.

25 Ex alio quoque capite excluditur, videlicet ex forma statuti Laudensis requirerentis inscriptionem intra triginta dies, aliàs donationem ipsam annullantis, & eam nullitas donationis censetur ex culpa donatarii, qui non fecit eam in tempore debito registrari: talis contractus non sustinetur, etiam si iuramentum interuenierit: non enim videtur in tali iuramento de hoc casu fuisse cogitatum argument. tex. in cap. ad nostram. ij. vbi glo. extrà, de iureiurand. & quia iuramentum intelligitur de rebus sic stantibus. cap. cum inter. extra, de renuntiat. l. fin. ff. qui facis dare cogunt. & Federicus de Senis consilio cclxxj. casus talis est. Anch. consilio cclxxvij. vbi in instrumentis. & consilio lxxvij. in fin. Baldus & Angelus in leg. illud. C. de sacros. ecclsi. Angelus in l. si quis pro eo. ff. de fido iuss. Raph. Com. & Lud. Rom. in l. Modestinus. ff. de solut. Rom. consi. xxij. Paul. de Cast. consi. 100. vbi quaedam scriptura. & consi. cv. circa bona, que fuerunt. Ant. in c. cum contingat. in viij. casu de iure iur. Io. de Imo. in d. c. cum contingat. in 7. membro princ. & est de mente Ioan. Cald. in c. 2. sub rub. de iureiur. & idè tenent Mod. repe. in leg. nemo potest. in ii. q. Bart. ff. de leg. i. vbi dicunt, quod viderunt consil. domini Car. Alexandrini subscriptum à pluribus doctoribus, & est verum, quia ita consuluit inter consilia. Fran. de Cur. consi. lxxvi. & ibi etiam Curt. hoc tenet in seq. cōf. & licet Alex. in d. l. nemo potest affir. met donationem iurata m propter defectum inscriptionis non invalidari, & ita pluries consuluerit, prout etiam facit Aret. in consi. ij. & consi. xvij. tamen non debet intelligi, quando statutum requireret hanc solennitatem infra certos dies, prout in casu nostro per supra dictam rationem. Nec obstat, quod competit beneficium restitutionis in integrum transmissum per minorem in hæredes suos, quia in casu nostro non apparet fuisse

imploratum tale beneficium & amplius implorari non potest: statim adita hæreditate per maiores succedentes minori, debuerat fieri illa in sinuatio facta intra 30. dies. ex quo minor fuit læsus in illo numero dierum tantum. l. sed & si per prætozem. ff. si feræ. & ff. quoties. ff. ex quibus causis maiores. notatur in l. interdum. ff. de minor. & per glossam, Bartolum Bal. Salic. Paul. de Castr. in fi. C. de tēpor. in integ. restitut. pet. licet velint. quo dperita per illud tempus restitutione, causa possit deinde per quadriennium durare, sed in casu nostro lapsus est ferè decennium vnde casus non habet difficultatem, præsertim, quia illud quadriennium est constitutum non solum liti inchoandæ, sed etiam terminandæ, vt ibi dicunt omnes doctores: vnde etiam coram iudicibus nõ suppositis instantiæ, tamen illud tempus currit, & causa extinguitur, nisi eo termino fuerit expedita. Non obstat, quod hæredes habeant præsumptam ignorantiam, & illud tempus non currat ignorantum vt per Bald. & Alex. in d. l. quandiu. quia cum statuti Laudense habeat clausulã decreti annullatiuã, videtur ligare & ignorantes vt est tex. in c. i. ff. adiciiebant. de concess. præb. in v. gl. in c. eo tēpore. de elec. eo lib. tradit Paul. de Eleaz. in proœmio. clemen. & Lap. in cle. i. de elec. Abb. in c. cæterum. de rescript. Perus. in c. vnostrum. de appel. Ant. Ioan. de Imo. & Mod. in c. cognoscetes. extra, de consit. Nec videtur etiam adesse causa restitutionis in integrum. vt. n. apparet ex verbis statuti eo ligatur etiam qui extra territorium contraxerunt, & potuit statutum illud facere, vt per Bal. in l. fin. ff. de iur. om. iud. Pet. de Anch. in rep. d. c. canonum, in xij. q. & per Alex. in d. consi. xlj. quia potest hanc legem imponere rei suæ sub sua iurisdictione constitutæ, ne videlicet possit transferri sine certa solennitate, & facit quod not. Fed. de Sen. consi. 132. in cip. in hoc dubitabili. Anch. in d. c. canonum. Rom. & Mod. in a. fin. de consi. in vj. & ideo hæredes aduertes hæreditate, & consequenter volentes acquirere dominium rei sitæ in iurisdictione Laudensi, debuerunt se informare de statutis illius patriæ. & si non fecerunt sibi imputent: quia satis est, quod potuerint in genere cogitare esse aliqua statuta, quæ for mam imponerent, vt per Aret. in consi. xj. vers. sed respon. siones. Et suadet hoc forti ratione: nam licet vulgò dicamus, quod quilibet præsumitur scire iura l. leges 30 sacratissimæ. C. de legi. tamen istud est, quia si necit sibi imputet, qui non consuluerit scientes, vt dicunt doct. in l. iuris ignorantia. C. qui adm. & per Fel. in c. de quarta. extra, de præser. Idem est in nostro casu: debuerunt. n. hæredes informare de se statutis Laudensib. Vnde cum debuerint hoc facere in eorum damnum sit præsumptio, quod fecerint, & sic non possint allegare ignorantiam: quia si paria sunt scire, vel scire debere. l. quod te ff. si cer. per. Bal. in auth. ad hæc. C. de vlturis Non obstat, quod isti hæredes debeant obtinere saltem in possessorio, ex quo per clausulã constituti, & reseruatio nem vsus fructus iste donatarius videatur constitutus possessor, quod possessio ex forma decreti nostri continet in hæredes: de quo in l. cū hæredes. ff. de acq. poss. per Ias. l. forori. C. de iur. de liber. quia respōdeo, quimò dictus donatarius nunquã possedit, quia (vt s. conclusimus) cōtractus erat nullus, & ex contractu nullo nunquam transferretur possessio per istos actus civiles sicut est constitutum, vel reseruatio vsus fructus: istud fuit solenneditum Argentini de Forliuio d. l. i. §. si vir vxori. quod approbant Paul. de Castr. Ias. & Soc. ibi, vbi etiã adducunt quod si vbi contractus est nullus, etiam constitutum in eo appositum est nullum, vt per Bal. in l. ex testamento. C. de fideicom. de quo dicendum est, vt per eos.

CONSIL. XXXIV. SVMMAE.

1 Domicilium originis & incolatus generaliter præfertur, eo est potentius, fallit tamen, quando bona sunt sita in alio foro & de eis bonis tractatur.
2 Fictio plus operari non debet quam veritas.

- 1 Si quis fortiatu forum in duobus locis, & habeat bona utroque, sit separatio bonorum, vt quælibet secundum suam legem, vel statutum inducantur.
- 4 An quis possit succedere tanquam ciuis, loci debet attendi tempus hereditatis delate.
- 5 Actum consummatum infirmari in penam eius qui legis in se sioni aduersatur.
- 6 Pater potest filii sui ius ciuitatis acquirere.
- 7 Sororem & fratrem matri equaliter succedere
- 8 Statuti originis attendi.
- 9 Statutum personale forenses non ligare.
- 10 Præiudicij fauorabilis & collectiuus sensus.
- 11 Quis non potest vti privilegio contra alium, qui sit in pari causa.
- 12 Inter pares non est dare victoriam.
- 13 Fictio descendentes, est fictio collectiua.
- 14 Disposita collectiua pro parte aliquorum versus extraneos non habent locum inter ipsos.
- 15 Præiudicium hypothecæ concessum legatariis per Iustinianum, non habet locum quando legatarij inter se litigarent.
- 16 In fideicommissis substitutio facta post mortem omnium, sic collectiua respectu omnium non inducit fideicommissum reciprocum inter ipsos.
- 17 Præiudicium concessum Episcopis Canoniciis, non attenditur inter Canonicos simul litigantes.
- 18 Dispositio statuti prouidens inter socios eorum creditores, non habet locum si inter ipsos socios non mutuo litigetur.
- 19 Prohibitio alienationis facta filiis, respectu aliorum non habet locum inter ipsos.
- 20 Interpretatio passiva à lege inducitur habet locum & in statutis, & in quibuslibet dispositionibus, siue odiosis, siue etiam correctorijs.
- 21 Interpretationem passivam ex causa restringi.
- 22 De defectu iurisdictionis semper & quoadcunque opponi potest.
- 23 Accipere aliquem in ciuem, est contrahere, & contractus fieri non potest, nisi ex veriusque consensu.
- 24 Præiudicium licet possit conferri absentibus, & ignorantibus, tamen requirit acceptationem.
- 25 Beneficia Principum non queruntur absentibus & ignorantibus, quamuis principes sint persone publicæ, sed omnimò opus est acceptatione.
- 26 Legitimitas filij absentis per rescriptum Principis, non est valida nisi secuta ratificatione.
- 27 Acceptatio seu ratificatio legitimitati trahitur retrò in præiudicium aliorum, quando facta est à Patre viuente.
- 28 Ratificationem in alicuius præiudicium retrò non trahi.
- 29 Manumissio licet equiparetur legitimationi, non tamen trahitur retrò.
- 30 Contractus transit in filios hæredes, & eos obligat quamuis inuitos.

LECTO & diligenter considerato consilio Clarissimi Iuriconsulti domini Sigismundi Augustini, visa est mihi certissima conclusio sua, quantum sit respectu Laudensis, cuius verba non excludunt feminam, quin succedat vnã cum fratre in bonis maternis, nec etiam mens statuti, quæ sequitur voluntatem matris, quam non est verisimile abhorruisse sexum suum, & voluisse masculum præferri feminæ, prout eleganter in consil. dicitur. Maior est dubitatio circa bona existentia in agro Papiensi, vbi statutum expressè excludit feminã, stantibus masculis. Et difficultatem facit, quod per privilegium concessum Illustriss. Herculi eorum parenti, pro se, & descendentes, effecti sunt ciues ciuitatis Papię, nec potuisset dictus eorum pater, ea bona in dotem accipere, nisi habuisset dictum privilegium, propter statuta dictæ ciuitatis excludentia forenses ab omni acquisitione bonorum suorum in suo territorio. Vnde quamuis illustris dominus Sigismundus, & do. Lucretia eius foror, nati dicto domino Hercule, respectu originis, & domicilij sint ciues Ferrarienses: tamen quia respectu dictorum bonorũ concurrat duplex vinculum: quia sunt ciues Papię per privilegium, & etiam bona functi bi sita, videtur quod quoad dicta bona statuto Papię subiciantur.

Quia licet aliàs domicilium originis & incolatus i præferatur, & sit potentius: tamen fallit hoc, quando bona sunt sita in alio foro, & de eis bonis tractatur, secundum dic. Abb. c. dilectus filius. ij. de rescrip. per Maria. Soc. c. fin. in v. q. de for. compe. & consuluit Dec. consi. cclxxxij. Et hoc maxime est dicendum in casu nostro, propter amplitudinem verborũ privilegij, quibus isti rediguntur ad similitudinem originariorum ciuium Papię, quibus verbis apparet, non posse, eos dici forenses, sed ciues, quantum sit respectu dictorum bonorum de quo per Corn. consil. ccij. in ij. Felin. c. i. extrã. de sponsa. Dec. dicto consil. cclxxxij. Alber. Brun. in tract. statuti ex Iustini feminatum. in vj. articulo. Probaturque hæc opinio manifestè ex verbis privilegij, quibus expressè dicitur, quod succedant sicut alij veri & antiqui ciues: vnde privilegium in eos transit cum quantitate sua vt non possunt esse capaces horum bonorum, nisi tanquam ciues, nec deferatur eis in dictis bonis hæreditas, nisi secundum formam aliorum statutorum, per text. in l. cum ex oratione. ff. ff. de excus. tut. & in simili habetur per Bald. in l. j. C. de contr. emp. in l. omni. C. de sacros. eccl. in l. 4. C. ad l. Falcid. Vnde sicut d. Sigif. mundus ex dicto statuto excluderet veram, & antiquã ciuẽ Papiensem, ita etiam excludit hanc foro rem, quæ est ciuis, per privilegium, & quæ non potest vti ciuitate, nisi cum qualitate sua, id est, quod excludatur à masculo, ne melioris sint conditionis privilegiati ciues quam veri, & plus operetur fictio quam veritas. l. sub conditione. ff. de sol. l. bona. in fin. ff. de capt. leg. filius fam. vbi omnes not. ff. si cert. petat. Et propria videtur esse communis doctrina scribentium dum dicunt, quod propter diuersitatem bonorum censetur mater decessisse cum duplici patrimonio, vt respectu bonorum, quæ sunt in agro Papiensi deferatur hæreditas secundum statutum Papiense: respectu verò aliarum rerum attendatur forum originis, sicut aliàs videmus fieri propter diuersitatem patrimoniorũ. l. pupillo. ff. de tut. & cura. dat. ab iis. l. si arrogator. vbi not. ff. de adopt. l. certa forma. C. de iure hsc. lib. x. & ita in simili casu sentit Bart. in l. j. q. vij. C. de sum. Trin. & fid. catho. dum dicit, quod si verba statuti sunt concepta in personam, & ille non esset Anglicus, quod constitudo Angliæ eum non ligaret, quia forensis: vnde sentit quod si forensis non esset, vt quia ciuis Anglus, per privilegium, prout in casu nostro, quod secus esset. cessat enim tunc ratio Bartol. cuius opinio quantum ad hoc, est communiter approbata, vt per Paul. de Cast. consi. xxxij. circa primum in secundo volum. in nouis. & per Alex. consilio cxxvij. in i. & consil. xliij. in v. cum similibus & in ciue privilegiato idem sentit Bald. consilio cccclx. in l. incip. Ioan. de Allignana. Eandem opinionem expressè tenuit Bald. in l. si arrogator. ff. de adopt. vbi decidit, quod si quis fortiatu forum in duobus locis, puta Regij, & Bononiæ, & habeat bona utroque, quod sit separatio bonorum, vt quælibet secundum suam legem vel statutum iudicentur, allegat not. in l. apud eum. ff. de manumiss. in l. i. de separat. refert & sequitur Alex. consil. cvj. in volum j. Eandem sententiam etiam sequutus est Ias. consi. lxxx. in iij. volum. versic. confirmo etiam, vbi refert Salicetum in dict. l. cunctos populos. idem conclusisse, & consilium fuisse approbatum per Ioan. de Lignano, & alios Dd. & idem etiam tenet Albert. Brun. in d. tract. suo in viij. parte principali quest. 25. vbi dicit, quod ista est communis opi. & quod in practica non esset ab ea recedendum. Nec quicquam facit, si diceretur, quod d. Lucretia non debet alligari tali statuto: quia potest repudiare illam ciuitatem, & nolle vti illi statuto, cū ratione originis & incolatus, non sit subiecta illi gl. c. cum accessissent. extra, de consil. Bar. l. j. C. de his qui spont. mune. libr. 10. l. beneficium. de mand. princip. in fi. Alexand. consi. cclxxxvij. in secundo vol. Nam hoc nihil obstat. illustris domino Sigif. mundo fratri suo, qui tempore quo mater est mortua

erat ciuis, & sic tempore delatæ hereditatis, quod tē-
pus debet attendi. §. proximus. insi. de legit. agn. suc-
ces. Bald. consil. ccclvij. versic. sed nunquid dicitur. in
i. vol. Paul. de Cast. consil. x. in antiquis, & sic tunc exclu-
debat a fratre, quamuis nunc repudiet, non potest
nocere fratri, cuius est quæsitum. l. non plures. C. de
sacrof. eccl. vbi Sal. & Are. Nam & repudiata ciuilitate
ista, remaneret extranea & forensis, & ex forma alteri-
us statuti esset exclusa, aded vt succedere non posset,
quod statutum valet, & est in viridi obseruantia, de quo
per Bald. in l. si. §. si. C. com. de leg. Alberti. de Ros. in le-
cunda parte statutorum. q. 2. Areu. l. si quis ita. §. ea lege.
de verb. obli. Addo, quod repudiata ciuilitate, res
deueniret ad casum à quo incipere non posset, & ideo
vitaretur successio respectu ipsius repudiantis, vt pro-
bat in l. §. si. de adul. & in §. sed neque eum in auth.
quædam. oport. episc. etenim generaliter traditum est,
quod in factum consummatum infirmat in pœnam eius,
quæ legis infirmitati aduertitur secundum Aret. in l. pen. §.
& si placet. vbi dixi. ff. de verb. obli. Nec etiam videtur
obstare ipsi d. Sigismundo si dicatur, quod tempore de-
latæ hereditatis maternæ, nō constat quod acceptasset
priuilegium ciuilitatis: vnde non potest deinde accep-
tare in præiudicium sororis, cuius erat pro sua parte
delatum, vt consuluit Pet. de Anch. consil. clxix. refert &
sequitur Decius consil. clxj. Nam absque alia accepta-
tione statuti ex facto patris, videtur ei quæsitæ ciuilitas,
licet possint filij, eam repudiare si velint, secundum d. l. z.
vbi Bar. & Ioan. de Platea. C. de iis qui spon. mun. publ.
l. x. §. potest enī pater filiis suis acquirere ius ciuilitatis.
l. libertus. §. patris. vbi Bar. ff. ad municip. per eundem
Bar. in l. assumptio. §. filius. in si. eo ti. per Bal. l. i. C. de
parr. qui fil. & loquitur Bartol. in casu quo pater expres-
se non conuenit de filiis, nihilominus transit multo ma-
gis in casu nostro in quo expressè indulta est ciuilitas
descendentibus. Quātuis etiam videatur posse dici, quod
sit locus rati habitationi, & quod trahatur tertio etiam in
præiudicium sororis. Sicut dicimus de legitimo absente,
a principe, qui post mortem patris ratificare potest
legitimationem, quis beneficiū principis satis est quod
acceptatum sit per patrem, & prodest filio, secundum
Are. in l. Gallus. §. forsitan. de libe. & posth. Alex. consil.
cxix. in l. sentit Aug. consil. lxxj. & tenuit Ruin. in l. si
is qui pro emptore. in materia fictionis translatiæ. ff. de
vtr. cap. Sed tamen his non obstantibus, visa mihi est
probabilior opinio superscripti domini consulenti, q.
imō illi d. D. Lucretia sit admittenda in hereditate
matris, æquis portionibus cum fratre suo, nec per eum
excludatur, habet enim fundatam intentionem de iure
communi secundum l. maximum vitium. C. de lib. præ-
ter. cui statuta originis suæ non contradicunt, ad quæ
statuta §. & fo tum originis videtur esse attenden-
dum, vt attendatur patria cui sunt subditi. l. i. C. vbi
de hered. agi oport. per Bal. in l. i. C. quemadmod. testa.
aper. & est consilium D. Signorol. clxvij. quod sequitur
d. Io. Campeius, in tract. dot. in vlt. par. q. lxiii. vbi al-
legat concordantes, & licet dicta conclusio in terminis
suis possit esse dubia; tamē in casu nostro videtur certa,
quia dispositio iuris communis debet extendi tanquā
fauorabilis ad territorium Papiensē. secundum do. Bar.
in d. l. i. vers. vj. videndum. C. de sum. Trin. maxime cū
statutum Papiensē §. sit conceptum in personam: vnde
non debet operari, vt excludat hanc mulierem illi non
subditam, & quæ verè est forensis quantum sit ad dictū
statutum, secundum doctrinam Bar. in d. l. i. q. vij. in que-
stione Anglicana, quam consulendo diffusè approbat
Alex. consil. xliij. in v. vol. & per Petr. de Anch. in d. consil.
clxix. Nec obstat priuilegium ciuilitatis, quia concessum
à Duce Ioan. Galeacio, qui nullam habebat inuestiturā
ab Imperatore, & solum de facto incubabat Ducatui:
vnde hodie Imperatoras habet concessiones Ducis: Ludo-
tantum, qui accepit inuestituram pro se & filiis istas ver-
bō Ioan. Galeacii: pro nullis habet, vt est notorium in

locis Ducatus. Sed omīssa ista quæstione & supposita
potestate Ducis Ioan. Galeacii, adhuc dico hanc domi-
nam esse admittendam: quia si videantur verba dicti
priuilegij, totū emanauit in fauorē ipsius Illustr. Hercu-
lis, & filiorum: vnde operatur duntaxat in his, quæ
eorum fauorem respiciunt, non si ad alterius in priuile-
gio cōprehensū. damnum pertinerent, per regu. l. si Ru-
simus. C. de testa. mili. cum ibi not. per Alex. & alios. &
per reg. l. quod fauore. C. de legi. & cum priuilegium
emanauerit fauore ipsorum, operabitur contra alios
volentes eis mouere controuersiam, puta si Papienses
vellent eos excludere, tanquā non ciues: sed si lis inter
ipfos descendentes, priuilegium nō operabitur. cessat enī
ratio priuilegij, & mens Ducis, qui noluit vni ex eis fa-
uere quando noceret alteri. Et probatur hoc ex doct.
Bar. in lege. 3. §. si emancipatus. ff. de contra. tabulas vbi
dicit, quod tale statutum vel priuilegium censetur in-
ductum ad rescissionem obstaculi, quod esse posset ne
ille esset ciuis, non vt tollatur vetus, inter ipsos, sentit
Alex. consilio. xxxij. in v. vol. & per Felin. in ca. cum di-
lectus. 2. in vij. conclus. extrā, de rescript. per Ang. cō-
silio ccclj. incip. generosus, & quod habetur in l. falsa §.
1. de cond. & demon. & quia regula est generalis quod
¶ quis non potest vt priuilegio contra alium qui sit in
¶ pari causa l. priuilegia. ff. de priuileg. credit. l. sed & militis
¶ §. cōequalitas. ff. de excus. tutor. per Deci. c. in presentia
extrā, de probat. cum ¶ inter pares non sit dare victori-
am l. qui soluendo. in fin. cum l. sequen. de hered. in-
stitui. l. cum enim. de stip. ser. Et quia in hoc priuilegio
vocati sunt isti, per ¶ dictionem, descendentes, quæ di-
¶ ctio est collectiua, & conclusio est generalis quod ¶ dis-
¶ posita collectiue ex parte aliquorum, versus extraneos,
non habent locum inter ipsosmet. l. qui duos. §. l. se-
¶ quen. ff. de procur. l. si quis ingenuum. §. inciuilibus. ff.
de capt. Doc. e. ff. de præb. in vj. & quod habetur in l. ac-
cipientis. ff. de auct. tuto. vnde & primo videmus, quod
¶ priuilegium hypothecæ concessum legatariis per Iulij
¶ niatum, non habet locum quando legatarij inter se liti-
¶ garent, vt est gloss. in l. i. C. com. de leg. vbi Paul. de Cast.
not. in dict. l. ad si. vers. 2. quæritur, vbi pro hoc allegat
duos textus, videlicet l. si fidei commissorum. ff. vbi in poss.
leg. & l. procuratoribus. §. pe. ff. de tribut. Secundò, quia
etiam in fidei commissis videmus, quod ¶ substitutio
¶ facta post mortem omnium, & sic collectiue respectu
omnium, non inducit fidei commissum recipere cum in-
ter ipsos, vt habetur in l. pater filiam. §. si ad l. Falcid. in l.
Titia Seio. §. Seia. libertis. de leg. 2. in l. vel singulis. l. si
pater impubes. ff. de vulg. Tertio, & magis in termi-
nis, quia idem videmus in priuilegijs, vnde ¶ priuilegi-
um concessum episc. & canonicis, non attenditur in-
ter canonicos si nulli litigantes, secundum Io. And. in c.
in iudicijs. de reg. iur. in mercurial. in si. & quæ habentur
inc. si. de off. deleg. in vj. per Inno. in c. prudentiam. de
off. deleg. Dd. in l. minor autem magistratus. de mino-
ribus. Quarta quia idē videmus etiam in statutis, vnde
¶ dispositio statuti prouidens inter socios & eorum credi-
tores, non habebit locum si inter ipsos socios mutuo
litigetur, secundum Alexand. consilio cxxxix. in v. vol.
Quintò quia hoc idem obseruatur etiam in compromi-
sis, vnde si inter plures ex vna, & Titij ex alia factū sit cō-
promissum: non potest arbiter laudare inter istos plures
adinuicem: quia nullum censetur factum compromi-
ssum in tali casu, secundum Bald. consilio ccxix. in i. vol.
quem refert & sequitur Soc. in l. Gallus. §. 1. de liber. &
posthum. vbi refert Anto. de Butr. & alios idem consu-
luisse & ita consilium Butr. dict. consil. lxxvij. visis actis.
Sextò, quia idem videmus etiā ¶ in prohibitione aliena-
tionis, quæ si sit facta filiis, respectu aliorum non habet
locum inter ipsos. lege, voluntas. C. de fidei commiss.
& per Bald. consilio cccclxxxvij. in fin. in i. volum. &
facit, quod consilium Deci. consil. cclij. vbi instituto fratre
& liberis, considerantur liberi solum respectu fratris,
non autem inter se. Septimò, per id quod not. Alexan.

in rubr. matrimo. versic. Sed quid contra vbi post Ioan.
Andr. & alios veteres, concludit, quam repræsentat con-
cessæ Bononiensibus, contra Perusinos, non compræ-
hendunt Bononiensem habitantem Perusij: quia non
trahunt ad ipsos Bononienses inter se. meritò igitur in
casu nostro non habetur ratio istius priuilegij inter ip-
sos priuilegiatos inter se litigantes, sed statitur foro ori-
ginis, quod concordat eū iure cōmuni. Nec obstat deci-
siones supra allegatæ, quia procederent vbi Illustriss.
dom. Sigismundus, & Lucretia non ex solo priuilegio
haberent ius ciuilitatis, sed etiam haberent contractū
domicilium Papiæ: quia tunc non solum in fauoribus,
sed etiam in oneribus subicerent, statuto Papiensi, &
ita loquuntur decisiones supra allegatæ & vidi nuper
in causa cuiusdam Mutinensis consultum: secus vbi
adeo solum priuilegium quod fauorem tantum opera-
tur, per supra dicta. Nec obstat textus in dict. l. cum ex-
oratione. §. fin. de excus. tutor. quia ibi priuilegium facie-
bat, ne verba legis concedentis exculationem verificata-
rentur, quod non est in casu nostro, ibi enim dicebat lex
libertini procuratōes pro senatore patrono excusentur,
pone quod quis impetrauerit ius aureorum annulorū
certè definit esse libertinus, nec verba legis conceden-
tis exculationem amplius verificatur: sed in casu nostro
quamuis quis habeat priuilegium ciuilitatis Papiæ, nō
definit esse ciuis in foro originis, & incolat, quod forū
est potentius, & debet attendi, vt supra dixi. Non ob-
stat eadem ratio regula generalis quæ habetur, quod isti
per priuilegium sint effecti ciues Papiæ, & debent de eis
iudicari perinde ac de cæteris ciuibus, quia hæc est que-
dam interpretatio passiuæ quæ allegatur, & habet
locum in statutis, & in quibuscunque dispositionib.
siue odiosis siue etiam correctorijs. l. §. lex Falcidia. ff. ad
Fal. per Bar. Alex. & cæteros. in l. 2. ff. de leg. 1. & in ter-
minis nostris per Bald. consil. xxix. in v. lib. Sed adhuc
difficultatem satis apparet responsum ex supradictis.
sciendum enim est etiam hanc interpretationem. ¶ pas-
siuam restringi, vt locum non habeat, quando diuersitas
rationis hoc suadet, vt est gloss. in §. omnem. verb. cau-
tionem. in authent. de litig. per Bart. in l. hæres. §. i. ff. de
iudi. & quod habetur in l. fin. iuncta auth. quas actiones.
C. de sac. eccl. in l. si. ff. de reg. Cato. in casu autē nostro
diuersitas rationis subest ex diuersis causis: vnde indu-
cuntur diuersæ responsiones ad dictam difficultatem.
Primò non dicuntur affecti ciues Papiæ, quia dux Ioan.
Galea. non habuit legitimum titulum Ducatus, vt supra
dixi: vnde priuilegium est nullum defectu ¶ iurisdictionis,
de quo defectu potest semper, & quodcumque
opponi, iuxta glo. in de. 1. in verb. non obstante. de
seq. post. Bald. l. i. C. si non comp. iudi. Alex. l. i. & cæ-
terum in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de op. no. nunt. cum
concord. & licet quoad acta, quæ executionem habue-
runt, possit dici ea sustineri per l. Barbarius. ff. de off.
prætor. tamen secus est, quoad ea quæ nondum habue-
runt effectum, in casu nostro, per l. decernimus. C. de
sacrof. eccl. l. i. ff. de incest. nup. Secundò non opera-
tur priuilegiū reciproce inter ipsos priuilegiatos per ea
quæ supra dixi in alio fundamento: quia mens princi-
pis non fuit magis vni descendentiū fauere quàm al-
teri, sed solum eos adiuuare respectu cæterorū extra-
neorum: & ideo supra scripta regula non habet locum,
quando concessa in fauorem, alias verterentur in odiū:
quia tunc cessat ratio priuilegij, vt in terminis nostris in-
quit Bar. in d. l. 3. §. si emancipatus. cum cōcord. Tertio,
quia est quod vterque sit ciuis Papiensis per priuilegi-
um: tamen origine & incolat uterque est ciuis Fer-
rariensis, & forum originis & domicilij est principalis
inter ipsos, & ideo debet attendi secundum Bar. in l. as-
sumptio. §. viuis prudentibus. ff. ad municip. & not. inc.
2. de sepul. lib. vj. & quod not. Bart. in l. quod conclaue.
in si. de dam. in fec. Et licet res de qua litigatur sit Papiæ,
& ideo tale forum videatur quoad dictas res potentius,
per ea quæ no. Abb. in c. dilectus filius. secundo supra

allegato: tamen istud posset esse ve rum, si ibi litigaretur
& litigium esset contra extraneum, & ita loquitur Abb.
non si inter se ipsos, maxime cum verba statuti Papien-
sint in personam, non autem in rem, vt supra dixi, quod
ergo dicitur virtute interpretationis passiuæ eos in om-
nibus & per omnia subiacere statuto Papiensi, verum
esset nisi ratio potentioris fori resisteret per supradicta.
Quarta respōdet, quod prædicta regula pcederet in ciuib.
priuilegiatis: sed in casu nostro, illi nō sūt ciues: ergo ces-
sat difficultas. Hoc autē sic probatur ¶ recipere aliquē
ciue, est cōtrahere, & cōtractus nō potest fieri nisi ex vtr-
iusq; cōsensu. cōfessio. ff. de act. & oblig. ex parte enī recipi-
entis est cōsensu, quo recipit, ex parte recepti est cō-
sensu, quo acceptat, & cōbligat ad munera subeūda iux-
ta formam iuris, adeoq; videtur si ista receptio fiat etiam
per priuilegiū, nihilominus opus esse acceptatione: quia
priuilegiū, licet cōferri possit absenti & ignoranti, tamē
requirit acceptationē. cap. si tibi absenti. de preb. l. 6. cap. 1.
de cō. preb. eo. lib. not. in l. Labeo. ff. de iur. ciu. Et in priu-
legio ciuilitatis a principe concessæ, quod nō ¶ statuitur
acceptationem, firmat Bal. consilio cccclvij. statuto
Placentiæ. in i. vol. Et facit conclusio generalis, quæ
habet, quod etiam ¶ beneficia principum non queruntur
absentibus, & ignorantibus, quamuis Principes sint
publicæ personæ: sed omnino opus est acceptatione, se-
cundum Rom. & Are. in l. qui absenti. ff. de acquir. pos.
Curium seniore, consil. 4. in fin. & consil. lxiiij. incip.
seriosa. & loquitur Rom. & Aret. in priuilegio ciuilitatis
ante ergo acceptationem non est effectus ciuis ipse d.
Sigismundus, & istud omnes tenent. & Ancha. d. consil.
clxviij. & Deci. c. consilio. 661. supra allegato. vnde se-
quitur, quod cum tempore mortis maternæ, non con-
staret de aliqua acceptatione, quod hæreditas deuoluta
sit etiā sorori, secundū ius cōmune, nō attempto statuto
Papiæ, cuius ciuilitatis ipsa adhuc non erat ciuis. Sed dif-
ficultas est, quod si ipse ciuilitatē hanc deinde acceptet,
an retro habeatur hæc ciuilitas, ad exclusionem sororis,
Et videretur quod sic: quia Dd. hanc ciuilitatem æqui-
parant legitimationi, vt per Bald. in d. consilio cccclxix.
Lud. Rom. & Aret. in d. l. qui absenti: dum dicunt, quod
sicut ¶ legitimitio filij absentis per rescriptum princi-
pis non est valida, nisi sequatur ratificatione. §. generali-
ter. in auth. quib. mod. nat. efficit. sui. l. fin. ff. de iis qui sunt
sui, vel alie. iur. ita etiam est dicendum in ciuilitate: quia
ius in ciue, & patria potestas æquiparantur, secundum
eos: vnde stante hac æquiparatione, sicut ¶ acceptatio
seu ratificatio legitimitati trahitur retrò in præiudicium
aliorum, quando facta est a patre viuente. l. fin. ff. de nar.
rest. per Alex. in l. Gallus. §. & qui sit tantum. ff. de liber.
& posth. & ita procedunt, quæ supra dixi per Aret. in
d. §. forsitan. & Alex. d. consil. cxxxix. in v. cum similib.
& ita debet hæc acceptatio ciuilitatis retrorahi in
præiudicium sororis. Sed tamen aliud est in legitima-
tione, quæ non ciuis iure tantum subsistit, sed iura quo-
que naturalia sibi secundū veritatem suffragata habet:
aliud in ista ciuilitate a principe concessa, quæ iuri natu-
rali non innititur, acceptatio enim ¶ in ea non retrahitur
in præiudicium alieius, vt est tex. in d. cap. 1. de concess.
præb. in vj. qua ratione & ¶ manumissio, licet aliàs æ-
quiparetur legitimationi, non tamen trahitur retrò. l.
homo liber de sta. hom. §. liceat in auth. quib. mod. nat.
eff. leg. & facit etiam gloss. in c. per tuas. de cond. appof.
& reg. l. si partem. §. fin. ff. quemadmod. ser. amitt. statim
enim mortua matre quæsitum fuit ius sorori, quod ei
aufertur non potest, vt in simili per Bal. in rub. versic. aut.
ista legitimitio. Decium in l. semper, qui. ff. de reg. iur.
Card. Paris. consil. xvij. in 2. Sicut etiam videmus, quod
si maritus vxori obligasset pro restitutione dotis feudū,
sub conditione, si Princeps cōfessisset, non nocet agna-
to proximo cōsensu principis, qui post mariti mortē
interuenit, cū iam ipsi agnato ius sit quæsitū. c. Imper.
in c. si. prin. de proh. feud. alie. per Feder. in dec. Neap.
clxxxvj. ergo idem dicendū in casu nostro. Nec obstat

agnatio, non cognatio, cap. 1. de grad. succ. c. 1. de
 nat. succ. feud. Idem q. re probat Afflic. c. 1. num. 14.
 de grad. succ. arguena ad partes, sed hanc dicens esse
 veritatem, quod consanguineus frater pariter cum v-
 trinque coniuncto in feudo, diuisibili (prouit de con-
 suctu dinemulta reperitur) admittatur, sicut cōtra vte-
 ritus in feudo foeminino, Chals. in cons. Burg. de suc-
 cess. §. 8. in princ. nu. 2. Ceterum quod Afflic. ibidem
 conuincit sensu feudum indiuisibile excipere videtur
 ad constitutiones locales regni. Neap. & Sic. pertinet
 Socin. cons. 252. visis. nu. 1. vol. 2. Ad idem Ardiz. rub.
 de success. feudi m. fol. 27. versic. sed nunquid frater
 ex vtroque parente excludit fratrem ex patre tantum.
 Videtur, inquit, quod sic. §. reliquā. in auth. de her. ab
 intest. §. si quis hic incipit. constit. reg. §. in iudicio, hic ex-
 pon. lib. primus. Ceterū ego puto, quod non, sed q. æ-
 qualiter admittantur: cum in feudum non succedant
 cognati, sed solummodo agnati vt in tit. qual. iura. deb.
 val. §. ad filias, & agnati fratres intelligantur, siue sint
 ex vtroque parēte, siue ex patre tantū vt Inst. de legit.
 agnat. success. §. itaque. & de legit. ag. tut. §. j. & leg. vt. §.
 inter de grad. aff. l. j. C. de legit. hered. Hæc Ardizo, quæ
 ad verbū fere recitat & sequitur Bald. cap. 1. §. his verb.
 numer. j. versic. quæro, nunquid frater ex vtroque pa-
 rente excludat fratrem à patre tantū, de success. frat. ad-
 iungens l. si quis. C. de prox. sac. scrib. libro. 11. Et hæc etiā
 ratione licet, inquit, in vtrique coniuncto dæ partes
 concurrant, tamen cum altera nempe foemina sit im-
 pertinens non augetur effectus. idem Bald. consilio. 37.
 & 422. casus parte. 1. Eandem sententiam copiose con-
 firmant Iacobin. in inuest. verb. presentes nū. 11. ad d. 6.
 ira fuisse iudicatum. & Aluar. & communiter. Dd. cap. 1.
 de grad. success. Curt. tract. feud. parte. 3. quæstione. 6.
 num. 16. Laudens. cap. 1. §. & quia vidimus, qui feud. da-
 re poss. Ferrar. in for. lib. quo agitur ad reuocationem
 feudi: ver. nec superstitibus num. 10. Alexan. cōs. 9. pon-
 deratis ad fin. vol. 5. & cons. 144. visio. num. 4. vol. 9.
 Decius consilio. 139. diligenter nu. 2. 3. ac consil. 143.
 Curt. tract. feud. parte. 3. q. jv. princip. I Ego, tamen
 soleo tenere contrarium, & lib. 1. de verb. sig. reprobaui
 hanc decisio. quia statutum non videtur habuisse respe-
 ctum ad coniunctionē maternam, sed solum ad pater-
 nam, secundū Bar. Fulg. Cast. Corn. in l. j. C. de legi. hæc
 & hoc tenet Steph. de Feder. in trac. de interpre. ij. part.
 Lud. Ro. consilio. ccccj. 4. Soc. cons. vlti. ad fin. 2. Ant.
 de Rosin. trac. de success. ab intest. num. cix. Mod. apost.
 in cons. ix. Alex. in §. Alber. Bru. in trac. stansibus mascu-
 lis, & c. art. xij. q. 4. vbi allegat alios cōcordantes, & at-
 testatur hanc esse magis cōmunē sententiā, & ideo ab
 ea non est recedendum in practica. Vnde non ob. de-
 decisio. Anch. in d. c. canonum. Respondeo illa opi. Anch.
 habet contra se magis communē opi. & cons. Ruyn. ni-
 titur et aliis rationibus. Nec obstant illa verba iuxta
 iuris ciuili ordinē, & c. quia debent intelligi de ordine
 graduū, vt prior in gradu admittatur, non qñ duo sunt
 in eo gradu, & vnus eorū habet qualitātē potētiore rub.
 quis ord. in bon. poss. cum legib. seq. Et illa verba iuris
 ciuili, debent intelligi, de iure ciuili ordinario, & regu-
 larit, non de extraordinario, & commentitio solius
 Iustiniani, vt in simili q. de cidit Bal. in l. memini mus. C.
 de legit. hære. Dec. in rub. C. vnde legi. Et in alia idē tra-
 dit Cur. lu. cons. v. nu. 29. Et in alia Craue. cons. clxxxij.
 nu. vij. Et ego aliā dixi in ij. lib. de verb. signifi. versicu-
 lantē in correctoriis. Et hæc conclusio, pcedit in casu no-
 stro: maxime, cum statutū, de quo loquimur, vocet pro-
 ximiores vsque ad quartū gradum, Et sic videtur hanc

proximitatem considerare secundū gradus. Clarum est
 autem, q. tam coniuncti ex vtraq; parte, quam ex pater-
 natum dicuntur esse in eo de gradu, & in pari proxi-
 mitate ipsi defuncto. Et ita mihi videtur: licet res non
 careat difficultate. Saluo tamē semper saniore iudicio.

CONSIL. XXXVIII. SVMME

R Donata ad feminas in casu non transferri.
 Lex simpliciter prohibens, vel restringens actū, non debet trahi
 ad actum iuratum.
 Iuramentum est personale, nec egreditur personam iurantis.
 Statutum trahi et ad actū iuratum. (bet omnia exprimere.)
 Pars tacito iuramentū dicitur surrepsisse Principi, ex quo de
 Ro Comite Scarmucia & successoribus cū iura-
 mento de non cōtraueniendo, & c. vnde videtur tale de-
 cretum non debere trahi ad donationem iurata: quia
 lex simpliciter prohibens vel restringens actū non debet
 trahi ad actū iuratum, secundū gl. in c. cū non deceat. de
 elect. lib. vj. Alex. cons. cxxv. in primo. & 38. in tercio & ali-
 bi sæpe. Sed hoc non obstante contrariū est verius pro-
 pter verba decreti valde generalia, quibus loquitur de
 donationibus quibuscunq; verbis, clausulis, conditioni-
 bus, titulis, derogationib; & amplificatione & munite fuerint,
 quæ clausula et ad iuramentū trahitur, q. verbis concipi-
 tur. §. sed neq; in auth. de mand. principū. Præterea nisi
 ita intelligeretur, decretū redderetur ferē elusoriū, q. cū
 ex forma alteri decreti oēs donationes fiat cū iuramento
 nunquā traheretur istud ad donationes, quod creden-
 dum non est c. si ciuitas. de senten. ex com. lib. vj. Vte-
 rius aduertendū est q. iuramentū illud est personale,
in vj cum si. Secundo principaliter confirmatur haec sententia in verbis inuestiturae quibus quandoque fit mentio non simpliciter de hereditibus, sed adicitur dicitio legitimis, quo casu propter dictionem legitimis, necessario intelligitur de descendentes carum. & hereditibus sanguinis, vt dicit Raph. Coin. & Claud. de Sciffello. in d. lege, ex facto. §. si non est autem dubium quin ista dicitio, legitimis, in parte inuestiturae posita debeat declarare dictionem hereditibus, alibi simpliciter descriptam, vt in simili dicit Franc. de Aret. consilio xiiij. incip. viso, & diligenter considerato: & facit regula generalis quod vna pars instrumenti aliam declarat lege, si feruus plurium. §. si ff. deleg. j. sicut in simili dicunt Dd. de dictione, masculis, quae in vna parte testameti posita, declarat aliam simpliciter de filiis loqueret, vt per Raph. Com. cōsi. cxxvij. Abb. cōsi. 36 j. cum similibus per Dec. consilio ccccxv. Et facit quod magis ad propositum disputauit Ray. de Forli. quae refert, & sequitur Bal. in lege, Caius. ff. sol. matr. quod quando inuestitura facta est pro se, & hereditibus masculis, propter dictionem masculis, declaratur dicitio hereditatis, vt intelligatur de hereditibus sanguinis. & feudum non censetur hereditarium. ca. vnic. §. & si filius. de alien. feud. & not. in ca. j. de eo, qui sibi, vel heredit. malc. & late per Dec. consilio clxxxv. & consilio cccclxxxvj. ergo idem dicendum, quando adiecta est dicitio, legitimis, subest enim eadem ratio. Sed tamen non obstat contrarium est verius, nempe quod feudum, de quo agitur, est hereditarium, nec potest a filiis habere nisi etiam sint heredes, quia natura feudi est, etiam si esset simpliciter pro se acceptum, vt ubi nascitur filios, nisi quatenus sint heredes, vt est tex. vbi omnes not. in c. j. an agna. vel filius defunc. in vlt. sen. & glo. in c. j. quibus mod. feud. tradit Bartolus & omnes in lege, quod dicitur. ff. de verb. oblig. & in hac distat feudi natura ab emphyteusi ecclesiae, feudum enim principis beneficio conceditur ob clientis merita, quod autem ob merita acquiritur aduentitij peculij pars est, vnde filius clientis tanquam partem hereditatis paterna beneficii tale consequitur, merito oportet heredem esse, secundum Baldum & And. de Her. in dict. cap. j. an agnat. quod non est in emphyteusi ecclesiastica, quae principaliter ob canonem annuum conceditur, spe consolidationis meliorationum salua, & in emphyteusi filij veniunt ex stipulatione patris, quam acceptando emphyteusim censetur ratificare lege, Caius de manumif. leg. fin. C. ad Maced. Imo. & Alexand. in lege, Iulianus §. qui fundum. & dicit lege, quod dicitur de verb. oblig. & in feudo veniunt, filij persona patris tanquam eius heredes: quia videtur eis acquisiuisse tanquam hereditibus, prout in alij quoque contractibus dicitur, glo. ff. de pact. §. si pactus. ff. de pact. & quia ista acquisitio a patre facta debet intelligi, prout ei utilius est, interest autem sua habere heredes, qui adimpleant omnia ab eo disposita, & eius fidem obseruent. §. valde enim prospiciendum erat, in istis, quibus ex caus. manu. Et ideo in feudo in dubio censetur esse hereditarium, etiam si non sit facta mentio hereditum, secundum Alexand. consilio xxxvj. in v. vol. quod multo magis dicendum est, cum in instrumento facta est mentio hereditum, vt quia feudum sit acceptum pro se & filiis, & hereditibus, non n. sufficeret esse filium, nisi etiam sit heres, vt dicit Bartol. in leg. vt iurand. §. si liberi. ff. de ope. lib. cuius opinio communis est magis communiter approbata: Idemque si dictum esset pro se & hereditibus, vel successoribus. Ang. consilio. clxxxiii. Cur. Sen. consilio. clxxxij. cum si. Idemque si dictum esset pro se & suis, intelligitur in hereditibus, secundum Imol. conf. xij. Ias. in l. Gallus. §. etiam de lib. & posthu. ff. de quo etiam per Alexand. consilio xxxvj. in v. Idem quoque aliqui censuerunt quando dictum esset, pro se & hereditibus masculis, licet n. dicitio, masculis, faciat vt intelligatur de filiis, tamen non

tatus, nam talis clausula nihil infert respectu dominij. & proprietatis, prout alias allegabatur in litē pro Cō. Salē, prout potest in eius allegationibus videri, quas non refero. Et hoc maxime verum est stante firma illa conclusionē, quod dicta investitura nihil probat contra hæredes Com. Io. Galea. qui ipse nec auctores sui non ratificauerunt dictam investituram, de quo infra videbimus. Quarta exceptio aduersus hanc restitutionē in integrum, ostendit ex eo, quia si vt cōparat restō, oportet quod minor probat se lesū fuisse, aliās lesione non probata, nunquam conceditur restō in integrum. **L. non postea. §. si minor. ff. de iureiu. vbi Alex. 1af. & ceteri.** In casu autem nostro non videtur vlla lesio ex trāsfactione oriri: quia per eam relaxauit Co. Gibertus illud, quod ad se non pertinebat: sed potius ad hæredes d. Co. Io. Galea. cum quibus nouissime trāsfactum est, aded quod omne quod remāsit ipsis Corrigenfibus ex dicta trāsfactione, dicit remāsisse ex industria sua, non autem ex titulo investituræ præcedentis. d. l. 3. in prin. ad l. Falc. c. 1. extra de trāsf. vbi Bald. quod autē istud sit verum demonstrabitur ex subsequēti dubio. Quarta ergo est principalis questio, nūquid istud feudum Com. Io. Galea. post eius mortē uenerit ad Com. Gibertus agnatiū in quāto gradu, an uerō ad sorores, an ad neutros? Et uideretur quod ad sorores pertineret multiplici ratione. Prima, quia quoties feudum ab Imperatore duobus fratribus concessum est, deficiente linea vnus, in non succedunt agnati: sed feudum reuertitur ad dñm. c. 3. cū uerō. uerū. in autē vnus. qui feud. dare potest. nec in eo habet locum ius accrescendi c. 1. §. si Titius. de grad. succ. & c. 2. de duob. fra. de no. ben. inuestit. vbi And. de l. ser. Aluar. & Mar. de Land. hoc tenet, & Cy. & Sal. l. 1. c. quando non per. par. Corn. conf. 196. in 2. Cur. ma. in trac. 3. par. principali. & ita etiam ego tenui in l. si mihi & Titio. ff. de uerbo. ob. quod Alex. Arr. 1af. Fran. Cur. uideantur tenere contrarium per l. 1. c. l. i. perial. liberati. Soci. lib. 10. quia alia opinio est uerō, & receptior nūquid enim uolantur uerba textus in c. 3. c. 1. §. cū uerō. cū simi. si restringitur quādo investitura esset facta ab inferiore magistratu, & nō a p̄cipe. Et ex ind. l. loquit in donatione Princip. & sic in libera litate procedente ex motu proprio principis: secundū quod declarat glo. ibi: nō ser. autem casus est in feudo, quod processit ad supplicationem partis, ut apparet in inuestitura, quo casu etiam Mod. fatentur non esse locū ius accrescendi, ut per Cur. loco. præalleg. & per 1af. in l. re cōmūdi. ff. de leg. 3. char. pe. item procedit in feudo, quod non continet meram liberalitatem, in dō requirit mutuum officium, quod domino cliens debet, ut Sal. & 1af. dicit uel vt Sign. de Homo. & Alb. de Resa. in d. l. si mihi & Titio. quia feuda sui naturam, faciliē ad dominum reuertuntur, quod in mera liberalitate non est. cum ergo ius ad Imperatorē reuertetur, potuit rescripto suo concedere, quod Com. Io. Galea. disposeret in dictas sorores, & ualet rescriptum quo Cæsar non ius agnatorum, sed suum remittit, & istud est indubitatum. Altera ratio est, quia istud feudum est concessum pro se, & hæredibus, quo casu supra conclusi non admitti nisi eos, qui sint hæredes: aut ergo sorores petiissent se admitti, & nō potuissent, quia si dictio hæredibus, in materia feudali, intelligitur de masculis tantum, c. 1. de nat. feud. c. 1. quæd. feud. ad fil. per. Soc. conf. 19. 1. vol. aut Com. Gibertus petiisset, & nec ipse potuisset admitti, quia excluderetur ab hereditate à fororibus in gradu, unde ei non erat delata hereditas. l. delata. ff. de uerbo. sign. cū feudalibus ab alodialibus, stante forma illa investituræ separari non possint. l. 1. de acq. poss. l. sed si plures. §. filio. de vulg. sequitur ergo, ut feudum ad dominum, & sic ad Imperatorē sit reuersum, ut sentit Dec. conf. 390. Cur. in trac. feu. 1. par. uer. 4. & conf. suo feudali. unde potuit Imperator gratificari fororibus, ut ipse succederent, & ualuit rescriptum suum. c. 1. quemadmodū feu. ad filiam pert. vbi 1af. de Beluifio, & Card. in fi.

A Tertia est ratio, quia possit etiam dici, quod tales feudū. 47 ad feminas trānsire possit: quia est feudum francum, & q. p. nullo seruitio concessum est: quo casu limitat regula posita in c. 1. §. & quia videmus, qui feud. dar. poss. vbi. Bal. & per Cur. d. trac. 3. par. prin. uer. 5. limitat. Corn. conf. 239. vol. 1. Dec. conf. 32. 38. 209. 313. 424. & alibi sæpè & maxime hoc dicendum est in feudo isto, quod nō ex mera liberalitate Cæsaris prouenit, sed ex liberalitate Com. Manfredi, qui bona alodialia recognouit in feudum. unde tunc uidetur omnino etiam feminas admittendas, ut per Curt. Senio. conf. 48. Curt. Iun. d. conf. 1. Alber. Brun. conf. 11. & 18. Et licet quod habetur in l. si rem aliquam. ff. de acq. poss. Et licet ex antibus masculis, non admittantur ad feudum feminæ: tamen istud debet intelligi, quādo essent tales masculi qui possent admitti ipsi, quod non est in casu nostro, ex quo requiritur quod sint hæredes, at ipsi non possunt esse hæredes, quia excluduntur à feminis proximioribus. Item debet intelligi nisi Imperator rescripto suo eas habilitauerit, quod potest facere in præiudiciū, masculorum, qui ex priuilegio feminis præferuntur, non autem uerbis inuestituræ, aut iure cōmuni. ut consuluat Alber. Bru. conf. 1. 1. facilius enim tollitur alicui quod ex priuilegio competit, quā quod iure cōmuni. l. eius militis. §. si militia missus. ff. de testa. milit. habetur in l. Centurio. Quarta est ratio, per quam potuerunt masculi agnati excludi per rescriptum Cæsaris, admissis fororibus. Nam licet magna sit inter doctores altercatio, nūquid is qui feudum stipulatus est sibi, & filijs, possit mutare sententiam, & vnus excludere, alium uerō admittere, aded ut uaria in hac re consulerint. Alex. & Soci. & alij Mod. ut apparet in conf. Alex. 52. vol. 4. Soci. 25. vol. 1. Mod. Repe. in l. Gallus. §. 1. de lib. & posthu. tamen receptum uiderur, quod si possit tale ius filiorum reuocari, antequam patris contractum approbaret. l. 3. ff. de ser. expor. not. in l. qui Romæ. §. Flauius. de uerbo. oblig. cum enim habeat filij istud ius per mortis causa capionem, secundū Bar. in d. l. si mihi & Titio. ff. de uerbo. ob. non est dubium locum esse penitentia: & istam opi. saltem quando Imperator ipse, seu dominus feudi consensisset, puto esse ueriores, prout tenet d. Prepos. in c. 1. in prin. de phi. feud. alie. p. Fe der. & etiam ego sum solitus sequi. in l. quod dicitur. de uerbo. obli. saltem quando adhuc nullum ius, seu nulla actio, est acquisita ipsis filijs, prout in casu nostro in quo Com. Io. Galea. cum consensu Maximiliani Imp. reuocauit concessionem respectu masculorum, & uocauit forores eo tempore, quo præcedebatur à patre suo Cō. Giberto, & forte adhuc non erant nati, unde non potest dici, quod ius aliquod illis acquisitum fuisset: & ideo tali casu cessat rō Doctorum in eo se fundantium quod iuri ipsis descendentibus quæsto, non possit facto patris fieri præiudicium, ut per Bar. in d. l. ius iurandi. §. si liberi. doc. in c. 1. de suc. feud. per illum. tex. Alex. conf. cxliij. & seq. in 4. vol. Quinta est ratio, quia ut supra dixi ista bona, sicut quælibet alia debet præsumi alodialia, ut habere in d. c. nimis. de iureiu. & d. c. si. de l. d. & p. Dec. in cōfi. 588. nec sufficenter pbant esse feudalibus, ex inuestitura seu confessione, quæ in ea emanauit: quia talis confessio non potuit nocere Com. Io. Galea. aut dictis fororibus, per regulam l. trāsfactione matris. C. de trāsf. l. 1. Seia. ad Velleia. & ea quæ habentur in l. si vnus. in prin. ff. de pac. Soci. conf. 38. in 4. vol. & Abb. conf. 5. in 1. & Lud. Ro. in l. si constare. in vlt. uerbis repetitionis. ff. sol. mat. Nec obstat, quod in indulto impetrato ab Imp. Maximiliano dicitur concedi licentiā testandi de bonis feudalibus, & c. quia non per hoc confessus est Com. Galea. quæ essent bona feudalibus, unde i probatio oriens ex tali confessione implicita, tanquam incerta non probat, ut per Bartolum. in leg. si sic. §. 1. de leg. 1. & habetur in leg. 3. §. in certam. ff. de acq. possess. Nec obstat etiam mandatum Com. Nicolai in Erasmus Brasiam, ad recognoscendum & præ-

standum homagium, & iurandum & c. quia respōdetur quod nec in eo est specificatum quæ bona sint feudalia, & subest eadem incertitudo. Præterea non apparet: q. dictus procurator executus sit: & ideo ante quam fuerit executus, non est ius aliquod translatum in Imperatorē. l. absentis. ff. de dona. l. si pater. ff. de man. vind. nec potest ceteri ratificasse, quod nō constat esse gestum. Et si dicatur quod eo ipso quod constituit procuratorē ad ratificandū, censentur ratum habuisse. l. si procuratorem absentem. ff. de procura. gl. l. 3. §. pen. uerb. consentirent. ff. de rat. hab. & per Bal. in l. 1. in vlti. oppo. C. de procur. quia in ijs quæ dependent ab animo nostro per constitutionem procuratoris ad faciendum dicimus statim ipsi facere. l. per procuratorē. alias Paul. respondit. ff. de acq. hæred. per Bar. l. serui electione. ff. de lega. 1. Respondeo, quod istud non procederet in ijs, quæ cum alio agenda sunt, & in ijs enim non censetur quis ratificare, nisi postquam alius & ipse consenserit, ut declarat Bar. in d. l. per procuratorem. & facit tex. in l. 4. §. Caro. in si. ff. de uerborū oblig. & maxime in casu nostro hoc est dicendū, in quo requirebatur etiā i præstatio iuramenti fidelitatis, quæ requirit uerborum solennitatem. c. pen. extra. de success. ab intesta. vbi canonist. & in c. 1. eo. tit. l. 1. ex ea. de uerbo. oblig. Socin. conf. 24. & 85. vol. 1. & 99. in 3. Et facit, quia huiusmodi recognitio non transfert dominium in Imperatore, nisi aliter apparet, bona esse feudalibus, de quo tamen dicendum, ut per Alex. in conf. 69. vol. 5. Rapha. Com. conf. 16. Corn. conf. 20. lib. 1. idq. est uerissimum respectu tertij, ut per Soc. dictis locis cōfi. 266. & Guid. Papæ, q. 172. per totam. Cū ergo concluderet non probetur bona esse feudalia, ius ad feminas potiores in gradu pertinebit. d. l. maximū uitiū. C. de lib. præteri. Sexta & vltima est ratio pro istis mulieribus, quæ sumitur ex indulto Cæsarē, quod concessum est ob causam remunerationis, & potuit præiudicare istis agnatis, ut latè in hac causa consuluat Dec. d. conf. 188. ad cuius dicta me remitto. Si ergo ius erat in feminis, potuit Com. Gibertus concordare cum nepotibus suis arbitrio suo, nec ideo censetur præiudicasse iuribus filiorū suorū, quæ iura nulla erāt, ut merito nec vlla restitutio in integrū sit concedēda. Ex superscriptis in fertur omnino obseruandam esse superscriptā trāsfactionē à Co. Giberto factam, & successiue à filijs approbatam, scūm possit uasallus de feudo trāsfigere, dūmodo bona fide id faciat: & ualebit trāsfactio non solū successorū, sed etiam in domini præiudicium. c. 1. §. si uerō. qualiter olim feud. alien. c. 1. de cōtro. int. uasal. & alium de benef. & licet alias i nemini liceat ultra suum temporis, rei seruitutem imponere. l. his qui. §. si. ff. de i. qui. ff. ff. que madmo. seruit. amit. l. & in prouinciali ff. de pign. tamē hoc fallit propter beneficij feudalibus fauorem, ut permittatur trāsfactio dūmodo bona fide fiat, ut habetur in dictis iuribus: quæ bona fides satis ex eo perpenditur, quod etiā si superscriptæ rationes nō essent concludētes in fauorē dictarum fororum, tamen saltem faciunt probabile dubium, sufficiens ad inducendam bonam fidem, & ualorē trāsfactionis, ut dicatur Co. Manfredus habere potius ex industria sua, non autem ex titulo feudali. d. l. 4. ad leg. Falcid. & ideo non possit amplius contrariari: nec possent allegare isti minores se dolo, aut nimia facilitate circumuentos, ut approbarent hanc trāsfactionem, & uirō supplicarent Cæsarī pro eius confirmatione: cum ergo nimia facilitas nulla allegari possit, non est restō in integrum concedenda, ut habetur in d. l. nam postea. §. si minor. de iureiu. Nam & uidemus in i prælati ecclesiarum, qui minus iuris habent, quā uasalli, & Comites tamē possunt trāsfigere dere debita ecclesie, & trāsfactio talis obligat successores in beneficio, dūmodo trāsfigat bona fide, & super re dubia & incerta, in qua uerissimiliter possent succumbere, ut probatur in c. contingit. de trāsf. & dixi in l. præses. C. de trāsf. & maxime si logo tempore, puta, per 20. annos sit seruata, ut dicit Pet. de

Ancha. conf. 135. & Dec. conf. 474. Quod & dicendū in hoc casu, in quo accessit longi temporis obseruatiā, 60 & etiā Impera. Caroli confirmatiō, à cuius rescriptis nō est facile, sed perrard indulgenda in integrū restō. l. minor autem in magistratus. §. si autem princeps sententiam dixit. ff. de minoribus 25. annis, & ibi glossella super uerbo, & induci iā a contrario sensu, quod in iure est validissimum. l. 1. §. huius autem. ff. de offi. eius cui, & c. Et ita arbitror iuris esse.

CONSILII II, SVMMÆ.

1. *Credendum est uerbis Pontificis.*
2. *Vasalli ex iuramento in forma fidelitatis tenentur ad præstandum auxilium domino, & adiuuandum ad recuperationem amissorum.*
3. *Si quis tenetur adiuuare aliquem personaliter multo magis pecuniariter.*
4. *Si dominus sit belligeratus extra territorium, tenetur uasallus eum sequi & adiuuare pro uiribus suis.*
5. *Licet feudum concessum sit ad certa seruitia, tamen non est actum quod illud solum præstetur, unde tenetur feudatarius etiam ad cetera seruitia ex natura feudi, quamuis aliqua certa sint nominata.*
6. *Si feudatarius haberet expressum in inuestitura quod ad nihil aliud teneretur, tamen propter imminens periculum tenetur in casu consilij, quia omnia priuilegia cessant tali tempore.*
7. *Propter imminens periculum quamuis uasallus non esse obligatus ad pecuniam tamen tenetur, si ita expeditat domino.*
8. *Vasallus non tenetur domino ad pecuniam si ipse in casu periculi debitum auxilium præstare sit paratus, quia electio est uasalli pecuniam offerre uel, an auxilium competens mittere.*
9. *Vasallus non tenetur auxiliari domino de pecunia, etiam si uideat eum in periculo amissionis vite.*
10. *Vasallus si conuenit à principio in inuestitura, quod sit soluetur dum, satis est canonem conuenitum soluere.*
11. *Vasallus si non conuenit à principio quod sit soluendum, si agit tur pro defensione patrie, tenetur.*
12. *Vasallus alicuius principis ratione corti domini, tenetur eum adiuuare in bello contracto, respectu illius domini, non autem respectu aliorum regnorum, nisi quando dominus ipse solueret expensas.*
13. *Ecclesia Romana & uinuersalis differunt.*
14. *Causæ quibus uasallus non inuat dominum.*
15. *Charitatiuū subsidium impositum per dominum in casu quo uasallus tenetur intelligitur in subsidium, quando dominus aliter se defendere non potest.*
16. *Intimatio Bullæ in qua decernitur ut sufficiat affixio in ualuis ecclesie, & in campo Florie, non est necessario speciatim liter faciēda.*
17. *Pœne incurruntur ex contumacia seu culpa.*
18. *Ignorans non potest dici contumax: nec in culpa.*
19. *Vasallus data scientia tenetur succurrere domino.*
20. *Quilibet Episcopus est iudex in causa ecclesie sue.*
21. *Papa iudex in causa propria propter supremam ipsius auctoritatem.*
22. *Curie supremorum Principum cognoscunt in causis inter uasallos & dominum.*
23. *Quoties lis est inter uasallum & dominum, non ipse dominus, sed pater Curie iudicant in causis feudalibus, & quo modo procedat.*
24. *Quilibet Episcopus est iudex in causa sue ecclesie reo consentiente, secus est si reus recuset, & alleget ex iusta causa, eaq. probabili suspitionem.*
25. *Episcopus in causa feudali non potest cognoscere, quando uasallus ad suam ecclesiam pertinet.*
26. *Papa licet sit iudex in causa propria, tamen de honestate debet arbitros eligere.*
27. *Consuetudo est facti.*

LICET sciam in hac causa plures præstantissimos Doctores esse scripturos, idq. aded diligenter, ut opera meamini mēnecessaria sit futura p. mea tamē

erga Illustrissim. Ducem singulari affectione, volui & ipse pauca scribere, eius acutissimo iudicio subijcienda. Queritur ergo in presertim casu, an Excellentissimus Dux Ferrariae sit in casu Bullae Pontificiae, mandantis charitativum subsidij solutionem usque ad quartam redditus, omnibus vasallis, etiam Ducali dignitate insignitis, &c. Et prima fronte videtur dicendum quod sic: quia bulla videtur fundata magna ratione, propter imminens periculum à Turcis, qui infestauerunt orā Italiae, & Regnū Hungariae occuparunt, sicque imminens ceruicibus ecclesiae, & ista notoria sunt: & etiam si non essent, tamen credendum est verbis Pontificis, Clem. 11. de probatio. & in simili est glo. not. in c. pastoralis. in prin. de offi. deleg. vbi Doc. Et cum in inuestitura teneatur Dux ad ea omnia, ad quae vasalli Duces domino tenentur, videtur quod debeat teneri ad hanc pecuniam. In primis tunc iuramento in forma fidelitatis, quo tenetur ad prestandum auxilium domino, & adiuuandum ad recuperationem amissorum, c. 1. de form. sic. c. 1. de no. for. fid. & si tenetur adiuuare etiam personaliter, multo magis pecuniariter, vt dicit Iac. de Ardi. in summa feud. secunda parte primae principalis. §. sed queritur ad fin. & facit text. in c. 1. §. firmiter. de prohib. feud. aliena. 4. per Federic. Et hoc procedit, etiam si dominus sit beligeraturus extra territorium, dummodo pro defensione teneatur enim vasallus sequi & adiuuare dominum pro vitibus suis. vt dicit And. de Iser. & Bald. & ceteri in c. 1. quibus mod. feud. amittat. Curtius in tract. feud. in 4. parte. vers. tertio cadit. Iacobinus de S. Georgio in verb. etiam promiserunt. quae st. 4. Et licet d. Dux habeat tunc feudum concessum ad certa feruitia, id est, ad solutionem certae pecuniae: tamen non est actum, quod illud solum praestetur: vnde tenetur etiam ad caetera feruitia ex natura feudij, quamuis aliqua certa sint nominata, vt dicit Iacob. Ardi. in summa vers. & est notandum. allegat in argument. leg. verba. ff. de alim. & cibarij leg. leg. si verò. de consi. pecun. quanto magis in casu nostro, vbi est expressum, quod teneatur ad ea omnia, ad quae vasalli Duces, &c. Et etiam si d. Dux tunc haberet expressum in inuestitura, quod ad nihil aliud esse quacunque causa teneretur, tamen adhuc videtur esse in hunc casum obligatus, propter imminens periculum: cessant enim tali tempore omnia priuilegia, vt dicunt Dd. in l. si ex toto. ff. de leg. 1. Vnde in tali casu tamen vasallus non esset obligatus ad pecuniam: tamen tenetur, si ita expeditet dominum, vt consuluit Io. de Ana. consi. 7. quem refert & sequitur ibi Iac. allegant Iacob. Ardi. in summa. parte secunda. §. sed queritur. vers. sed quid si potuit. Sed tamen his non obstant. puto contrarium esse verius: & praemittit quasdam conclusiones quas habeo pro certissimis in iure. Prima est conclusio, quod tunc vasallus non tenetur domino ad pecuniam: si ipse in casu periculi debitum auxilium praestare sit paratus: quia electio est vasalli pecuniam offerre velit, an auxilium competens mittere, vt tenet omnes feudistae in d. c. 1. §. firmiter. de prohib. feud. az 9. lien. per Frideric. Secunda est conclusio, quod tunc vasallus non tenetur auxiliari domino de pecunia, etiam si videatur eum in periculo amissionis vitae, vt est text. in §. licet. fide feud. def. conten. fit inter dom. qui textus loquitur in domino, qui est in periculo amissionis animae, id est, periculi faciendi: ergo idem de vita, secundum Doc. ibi, videtur quae ista esse communis opi. And. de Iser. Bal. Aluar. & ceterorum: & licet aliqui dissentiant, tamen nos sumus extra omnem difficultatem, quia hic non subest periculum animae, vel corporis domini. Tertia est conclusio, quam ponit Ioan. Blan. in summa feud. in secunda parte. vbi dicit, quod si vasallus conuenit à principio in inuestitura, quod sit soluendum, satis est, canonice conuentum soluere argumento. l. 2. C. de collati. fundo. par. trimo. & emphyteu. lib. 11. l. operas. ff. de oper. liberto. in auth. vt nulli iud. §. 1. Si verò tunc conuenit tunc aut agitur pro defensione patrie, & tenetur & sic loquitur in graui pe-

riculo pro defensione patrie, & tamen concludit, vasallum non teneri, ex quo satis est, quod soluat pecuniam conuentam. Quarta est conclusio, quod tunc vasallus alicuius Principis ratione certi domini, tenetur eum adiuuare in bello contracto respectu illius domini, non autem respectu aliorum regnorum, nisi quando dominus ipse solueret expensas. c. 1. vers. & si contigerit. de noua forma fid. vbi Praepositi. post alios cap. antiquitatum. de feud. in extraordinarijs, & est communis opi. Cum autem do. Dux sit vasallus Romanae ecclesiae, vt in inuestitura dicitur, non debet teneri ratione belli, quod tunc sit ecclesiae vniuersali, quae distat à Romana. c. primae. c. nullus. c. seq. 99. distin. & habetur in registro S. Gregorij, idque ad adiuuandum suis expensis. Et facit, quia potius debet ceteri vasallus particularis ecclesiae Romanae, quando assumitur cum vniuersitate, per leg. hoc legatum. vbi Bar. ff. de leg. 3. Bar. leg. 1. ff. de eden. Bal. l. vniuersa. C. de confess. Alex. rub. sol. mari. Marian. c. significatibus. vers. vicesimo casu extra, de lib. oblat. Iac. in leg. certi conditio. ff. si certis petatur. Socin. c. 65. Dec. consilio 13. & facit quod not. Abb. & Can. in cap. Rodulph. de rescript. bellum ergo Hungariae specialiter pertinens ad Sereniss. Regem Romanorum, nihil debet obesse d. Duci cum Papa eum adiuuet ratione vniuersalis ecclesiae, & Christianitatis, non autem quia quicumque particulariter attineat ad ecclesiam Romanam, nisi ratione dictae vniuersitatis, cuius vniuersitatis d. Dux non est vasallus, vt merito suis expensis adiuuare non debeat. Si ergo velit suis expensis ad ucevasallo iuuari, tunc etiam respectu aliorum feudorum tenebitur iuuare eundem. cap. vnico. de noua for. fid. à contrario: & hoc si requisitus fuerit, dicto cap. vnico. tunc tamen certae causae quibus dominum non iuuabit vasallus. gl. in dicto capitulo vnico. Quinta est conclusio, quod charitativum istud subsidium impositum per dominum, in casu quo vasallus teneatur, intelligitur in subsidium, quando dominus aliter se defendere non potest: adeo quod ea, quae de suo habet, non sufficerent, nisi vasallus adiuuaret. l. ab omnibus. §. Titio. vbi per Din. & Bal. ff. de leg. 1. Bald. c. conquerente. in fi. de offi. ordin. Pet. Cin. Alber. Bald. & ceteri in leg. neminem. C. de sacros. ecclesijs. Bal. in leg. 1. in fin. C. de bon. libert. In casu autem nostro prius essent exigendae omnes ecclesiae, cum id bellum ad vniuersalem ecclesiam pertineat, antequam inquietarentur vasalli ecclesiae Romanae, & attempta opulencia vniuersalis ecclesiae, praesertim hodiernis temporibus, satis potest deprehendi, an tanta subest necessitas, quae suadeat manus ad vasallos porrigi. In qua tamen re ego non ausim ponere os in caelum, sed hoc relinquendum est ijs, qui melius sunt informati. His conclusionibus sic praesuppositis resultat aperta responsio ad ea, quae in contrarium allegantur. Non obstat ergo, quod vasallus teneatur dominum adiuuare etiam pecuniariter, etiam in bello, extra territorium, &c. Nam respondeo, hoc non procedere. Primo, cum dominus de suo potest occurrere necessitatibus prouidere. Secundo non procederet, cum belligeretur extra territorium pro defensione rei cuius respectu vasallus non est feudarius, tunc enim non tenetur nisi expensis domini militare. Tertio non procederet respectu pecuniae soluendae, quia ad eam non tenetur vasallus, qui offerat personaliter, & armata manu se adiuuaturum. Quarto, non procederet, quando de periculo mortis domini non tractatur: tunc enim non potest compelli ad solutionem pecuniae. Quinto, non procederet in feudo conditionato ad certam pecuniam, quia dominus debet esse illa contentus, vt supra dixi. Nec ob. decisio Ioan. de Ana. in d. consilio. 7. & Iac. in d. leg. si ex toto, fundat enim se Doctores quod talis casus censetur inopinatus & improuisus, quod non est in quaestione nostra cum etiam eo tempore subest haec eadem causa, scilicet timor belli Turcici. Imo in inuestitura dicit Pontifex, se illa re. M. velle impendere in bello Turcico, vnde

cum fuerit nihilominus illo annuo canone contentus, non potest nunc ultra quicquam augere. Secundo respondeo, quod Io. de Ana. & Iac. fundat se super auctoritate Iac. Ardi. in summa, in iij. parte loco supra alleg. qui si bene videatur, non firmat hanc opi. imò potius sentit oppositum. Tertio respondeo, quod d. decisio non procedit in casibus quinque conclusionum supra relatarum, quae vt dixi, sunt comuniter per Doctores & sensu naturale approbatae. Circa procedendi modum, dubitari potest: quia haec bulla intimata non est specialiter d. Duci, an sit excusandus. Et tunc videretur necessariam non esse intimationem: cum in ea decernatur, vt sufficiat affixio in valuis ecclesijs, & in campo Florae, & hoc videtur satis p. cle. 1. de iudic. & indubitanter potest Papa hoc facere, & valet, vt habetur per Abb. in c. quoniam frequenter. §. porro. vbi Abb. vers. quareo: an ille. extra, vt lit. nō cōtēst. Sed tamen ista possent procedere, nisi tractaretur de incurrendo in poena caducitatis in bulla expressam, cum enim tunc incurrantur ex contumacia seu culpa. c. 1. de feud. sine culpa nō amittent. tunc non potest dici contumax, vel in culpa qui ignorauit. c. 1. §. si vasallus feudum alienauerit si de feud. defunct. fuer. contr. & ideo tales citationes generales non sufficiunt, secundum Abb. in cap. exhibitata. vbi Felin. extra, de iud. idque maxime dicendum in causa ista feudali, in qua non ipse Pontifex, sed pares curiae sunt iudices, vt mox dicam. Illud tamen certum est, quod tunc data scientia, tenetur vasallus domino succurrere. cap. 1. §. sed non est alia. vbi oēs not. quae fuer. pri. caus. ben. amittent. & §. praeterea eod. tit. Quareo igitur, ad quem pertineat huius rei iudicium, & videretur, quod ad ipsum Pontificem. Primo, quia in inuestitura tradita est forma, secundum quam debeat per ipsum Pontificem procedi in causa caducitatis huius feudij: vnde satis apparet id actum esse inter ipsos. Secundo, quia tunc quilibet episcopus est iudex in causa ecclesiae suae, glo. c. cum venisset. de iudic. & 1. questio. 7. c. si quis erga, quareo magis ipse Pontifex maximus. Vnde videmus quod aduersus Imperatorem Henricum pronuntiauit, in cap. ad Apostolicam. de re iudic. in sexto. & dicunt Doctores quod regula illa, tunc quis in propria causa ius sibi dicat, non habet locum in Papa, propter supremam auctoritatem ipsius gl. in d. c. cum venisset. & cap. si quis pecunia, vel gratia. 79. dist. Et maxime hoc debet habere locum stante consuetudine, quae videtur esse vbique, quod tunc curiae supremorum Principum cognoscunt in causis inter vasallos ordinum. sic sit Romae, sic sit Lutetiae Parisiorum, sic Spira, in terris Imperij, sic vbique, de quo per Baldum in cap. Imperialem. §. praeterea de prohib. feud. aliena. ger Frideric. Abb. ca. nouit. de iudic. Curt. in tracta. feud. parte vlti. vers. 11. Sed tamē de iure puto esse contrarium. Quia regula est certa, quod tunc quoties lis est inter vasallum & dominum, non ipse dominus, sed Pares curiae iudicant in causis feudilibus, vt est text. in d. c. Imperialem. §. penul. de prohib. feud. alien. per Fride. Innoc. in cap. caeterum extra, de iud. quod procedit in quocunque non recognoscente superiorem, etiam si sit Imperator, vt loquitur text. in d. §. pen. vel Papa. Aluar. in cap. 1. apud quem contr. feud. fin. Nec obstat modus ille procedenti traditus in inuestitura: quia procedit in casu suo, quoad citationem transmittendam, prout loquitur: non autem impedit, quin causa cognoscatur sub suo iudice, secundum terminos iuris, maxime quoties dubitaretur, ad quod onera teneretur d. Dux: prout in casu nostro. tunc non obstat, quod quilibet episcopus sit iudex in causa suae ecclesiae: Respondeo hoc est verum, reo contentiente: sed si reus recuset, & alleget ex iusta causa, eaque probabili suspitionem. c. postremum. vbi not. omnes. extra, de appel. l. apertissimi. C. de iudic. & ibi Bald. Abb. & ceteri in d. c. cum venisset. tunc maxime in causa feudali, in qua ipse non potest cognoscere, quando vtilitas ad ecclesiam suam pertinet. Bald. c. 1. in prin. an apud iudic. vel cur. Alexan. consi. 79. circa primum lib. 1. Et tunc Papalicer sit iudex in causa propria: tamē de ho-

neffate debet arbitros eligere, secundum glo. in verb. ecclesia. 16. quest. 6. cap. 1. & in c. nos si in competenter. 2. q. 7. vbi Doct. & hoc verum in alijs causis, prout loquitur Doctores sed in causis feudilibus non reperitur limitata conclusio, quin etiam ipse apud pares litiget, & sit firma regula. d. c. Imperialem. §. si. & c. 1. de cont. feud. apud pat. termi. Nec obstat vltimum de consuetudine, quia respondeo, tunc consuetudo est facti, non videtur subesse in casu nostro, imò potius contrarium: quia etiam superioribus annis Papa non cognouit: sed factum fuit compromissum in Cesarem. Vnde satis apparet, non subesse aliquam consuetudinem. Et quicquid sit respectu aliorum, respectu Ducis Ferrariae magis specialis consuetudo stat in contrarium: & ideo non videtur recedendum à iure communi. gl. §. item mista. in lit. de actionibus. Bald. c. 1. §. porro. quae sit pri. caus. & quod habetur in c. quod translationem. de offic. lega. In qua tamen res, sicut in caeteris omnibus supra scriptis me subijcio iudicio cuiuslibet rectius sentientis.

CONSILII III. SUMMÆ.

- 1 Feudum ob finitam generationem reuertitur ad dominum.
- 2 Femina non impedit quin linea dicatur finita, cum femina ad feudum non admittatur.
- 3 Agnatorum appellatione non comprehenduntur feminae.
- 4 Quando Neptis ex fratre petit se admitti ad possessionem in iudicio possessorio, non debet admitti obiectio petitoris, concernens & requirens aliorum indaginem.
- 5 Vasallo mortuo si inter feminam & agnatos sit contentio, femina ipsa in possessionem mittenda est.
- 6 Femina in iudicio possessorio praefertenda.
- 7 Donatio facta de feudo absque consensu domini directi, non valet, & alienans cadit à iure suo.
- 8 Alienatio rei feudalis facta irrequisito domino, nulla temporis praescriptione confirmatur.
- 9 Transactio vasalli domino praepiudicari, adeo vt illum ratum habere teneatur dominus quo modo procedat.
- 10 Feudum concessum pro se, & heredibus censetur hereditarium.
- 11 Vasallus non potest de iure tertij opponere.
- 12 Contractus ipso iure nullus, & nullo declarato, quis contrahens nire potest, etiam si contractus sit iuratus.
- 13 Concessio prior attendenda est.
- 14 Princeps de plenitudine potestatis, non tollit ius questum ex contractu.
- 15 Donatio facta per metum rescindenda est.
- 16 Iuramentum metu extortum permittendum est.
- 17 Quomodo probetur metus.
- 18 Iustus est timor Patris pro salute filij.
- 19 Non est verisimile aliquem sponte donasse, & ius liquidum remississe, sed potuit per circumuentionem & metum.
- 20 Nimis caute le fraudis suspitionem arguunt.
- 21 Renuntiatio metus auget suspitionem.
- 22 Quoties de probando metu agitur sufficiunt leuiores probationes.
- 23 Plus creditur vni testi, qui rem metu factam dicat, quam duobus qui spontanea voluntatis sint assessores, & quare.
- 24 Metus purgatur per ratificationem secutam, dummodo idem timor, seu timoris causa non subsistat.
- 25 Contrahens metu & contractum iuramento firmatum, postea ratificans, videtur potius timore iuramentum cum ratificasse, quam libero consensu.
- 26 Longi temporis lapsus vim priuilegij habet.
- 27 Gestum ante hominum memoriam in casu licito, gestum praesumitur, etiam si alijs talis actus regulariter non sit licitus.
- 28 Concessio facta pro se, & heredibus masculis, & feminis, quo modo intelligatur.
- 29 Participia dandi casu, esse ex proprietate sermonis feminas complectuntur.
- 30 Feudum Marchionatus conexum, secundum legem Marchionatus diiudicari debet.
- 31 Quomodoque appellent partes contractum suum, seu accordium, seu donationem, semper attendimus ad id,

- 32. quod ex eo quod actum est, deprehenditur.
- 33. Donatio facta ob remunerationem pecunie debita censetur potius in solutum datio.
- 34. Feudum censetur processisse ex mera liberalitate, sed potius ex necessitate precedentis promissionis.
- 35. In feudis legibus femine admittuntur ad successionem.
- 36. Quae causae sufficiant ad hoc ut vasallus cadat à iure suo.
- 37. Quotiescumque vasallus aliquam in partem causam allegat quae excusationi sufficiat, pœnas legales evadit.
- 38. Iusta causa pœnas legales effugiendi est ignorantia vasalli, existimantis se lege feudali illi non alligari.
- 39. Iusta causa credulitatis regulariter excusat ab omni contumacia.
- 40. Femina semel exclusa perpetuo remanere debet exclusa.
- 41. In feudis etiam si actum sit feminas succedere intelligitur ex linea descendenti, non autem ex collateralibus.
- 42. Femina non extante masculo succedit.
- 43. Femina statuto exclusa masculis extantibus licet in successione fratris fuerit ab hereditate Patris exclusa, poterit nihilominus ipsi fratri succedere.
- 44. Ius in feudis desertur non iure successionis ab eo, qui vltimo loco decedit, sed concessionis vigore illi facta, qui prius impetravit.

ROPTER rei, de qua agitur magnitudinem personarum que excellentia, tot consultationes, tot responsa, & veteru, & recentioru extant. in hac causa ut mihi non multa relicta sint, quae illis addere possim. Solum ergo id restat, ut post optimoru vindemiatorum terga, racemationem ego quadam conficiam, quae omnis acutissimo praestantissimorum iudicum examini subijciatur. Eaigitur omittere quae parum ad rem facere videntur, illustrissimi Ducis Sabaudi causa, eo potissimum fundamento innititur, quod cum Marchiones Montifferrati, post Ioanem Iacobum Palaeologum, castra de quibus agitur, recognoverunt in feudum ab illustris Ducibus Sabaudi, finita que sit masculorum linea, videtur feudum ipsam ad dominum reuerti debere ob finitam generationem. cap. 1. §. si vasallus, hic fin. lex. cap. penult. de leg. Corr. Et licet super sit adhuc illustris Ducissa Mantuae, tamet quia femina est, non impedit, quin dicatur finita linea d. cap. 1. §. his consequenter. cum feminæ ad feudum non admittantur. cap. 1. §. & quia feud. dar. poss. cap. 1. in fin. ex quibus caus. feud. amit. maxime quia in inuestitura feudali dicitur, eam fieri Ioanni, & suis descendentiibus. & collateralibus agnatis, quae verba femine non continentur que in alienam familiam transit, nec agnatione conservant. Bald. l. quoties. C. de suis & legit. in colum. penult. Sed his non obstantibus, puto contraria sententiam veriore in casu nostro esse, & illustrissim. Ducissam Mantuae, potiore in dictis castris esse: idque potissimum rationibus, ex quibus remanebunt dissoluta, quae in contrarium adduci possunt. Et prima ratio est, quia cum mortuo Marchione Ioan. Georgio tractetur de eius successione, & neptis ex fratre petat se admitti ad possessionem, in hoc iudicio possessorio, non debet admitti supra scripta obiectio, & concernens petitorum, & requirens altiore indaginem. leg. 1. & 2. C. quor. bon. vbi Bartolus. lex. enim manifeste ait, si mortuo vasallo contentio sit inter feminam, & agnatos, feminam ipsam in possessionem mittendam esse. capit. 2. si de feud. def. fuer. contr. & alibi. quod de agnatis dicitur: extendit, etiam si contentio cum ipso domino sit: interim enim ipsa debet possidere, & in iudicio possessorio praerenda est. capit. 1. de contro. inter episcop. & vas. quo argumento Suzarius, Alexander, & ceteri tradiderunt, in bonis quoque feudibus constitutioni illi locum esse, quae statim iubet in possessionem haeridem scriptum poni, & ei interdictum adipiscendae possessionis concedit. Doctores leg. fin. §. C. de edit. diui Adria. toll. & in d. capite. de contr. inter episc. Quae sententia in casu nostro maximam habet aequitatem, cum ius Sabaudi, in petitorio quoque ipso sit valde ambiguum, imò, ut infra videbimus nullum,

non debet retardari missio in possessionem, quae est licitius iuris, propter huiusmodi obiectionem illi quida, & valde obscuram. Secunda principalis ratio est, quia ius d. Sabaudi processit à donatione sibi facta per Marchionem Ioan. Iacobum; & eius filium: quae bona sibi donata ille deinde in feudum ipsi Marchioni concessit. Sed cum illa donatio facta sit absque consensu Imperatoris domini directi, non valet, & alienans cecidit à iure suo cap. 1. de prohib. feud. alien. per Loth. idque etiam si ex magna feudatarij. necessitate, puta famis facta esset: quia nihil illa ad dominum directum. c. n. quali. olim per feud. vbi Bald. nec confirmatur talis alienatio vlla temporis praescriptione. c. Imperiale. de prohib. feud. ali. per Feder. Nec refert, quomodo modum facta sit talis alienatio: puta, colore quaesito per compromissum, vel transactionem: non enim valet, quoties feudum tali contractu non remaneret vasallo, sed in aduersarium transiret. l. non solum. C. de praed. min. Curt. tra. 4. parte quaestio. 7. 8. 9. ut receptissimo calculo omnes probat. Et licet quadoque lex dicat transactionem vasalli praediciari domino, ad eod vllam ratam habere, consolidato vel commisso feudo teneatur dominus. cap. 1. de contr. inter vasal. & alium. tamen hoc potest procedere, cum ius quoque domini dubium fuisset, & ideo super eo transactum: alias enim non potest respectu domini, dici transactio bona fide facta, cum ius domini clarum liquidumque sit. l. in summa. de cohdit. inde Bald. d. c. Imperialem. Cum ergo in casu nostro ius Imperatoris super omnibus illis castris clarum esset, non tenuit alienatio: quod ab alijs diffuse disputatum extat. Aret. cõsi. 14. Nec obstant tria fundamenta, quae in contrarium deduci possunt. Primum quod non debet admitti illustrissim. Ducissa ad hoc allegandum, quia feudum istud est concessum ab imperatore pro se & heredibus, quo casu censetur haereditarium. l. vbi iurando. §. si liberi. vbi Bartol. de ope. libertor. c. 1. an agnat. vel filius. vnde non potest ipsa venire contra factum defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendi. Secundum, quia ita demum alienatio haec est nulla, si ipse dominus voluerit. gloss. l. 2. ff. si ager vestigal. vbi Bartol. & ideo non potest vasallus de iure tertij opponere: quod elegantior Bartol. tradit. l. 2. ff. de except. Tertiu, quia nouissimè Maximilianus Imperator ratam habuit eam alienationem in amplissima forma, cum clauula, certe scientiae, & motus proprii, & de plenitudine potestatis. Afflictus Decis. 12. cum clauulis derogatorijs derogatarum, prout latius in eius privilegio continetur. Sed ad haec omnia responderetur quod iam diu ante per Fridericum Imperat. fuerit facta declaratio, quod intendebat talem alienationem esse nullam, & de nouo inuestiebat Marchionem Montifferrati: idemque deinde etiam à Maximiliano factum fuerat: vnde et cum contractus esset ipso iure nullus. & ita per Imper. declaratus, licuit ipsi Marchioni contrauenire. gloss. à diuo, de rit. nupt. l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. 11. Bartol. l. post mortem. de a dopt. etiã si alienatio sit iurata: quia iuramentum intelligitur, quatenus domino placuerit. Luc. de Pen. l. nulli. C. de fund. patr. lib. 11. Afflict. decif. cccxxxv. nec dicitur tali casu opponere de iure proprio, seu auctoris sui. l. qui superatus. de pignor. cum de nouo fuerit ei concessum feudum. Nec me mouet Maximiliani confirmatio: quia cum ius iam esset quaesitum Marchioni, non potuit tale ius ei auferri. Bald. c. x. §. ad haec. colum. §. veric. item nota ex gloss. de pace iur. fir. Pau. Casl. digna vox. C. de legibus l. 1. d. c. Imper. in princ. maxime cup deceniũ ante p similes clauulas, & etiã efficaciores, ius Marchionũ aduersus Sabaudiensem confirmasset: vnde prior concessio attendenda est. l. Si mihi. §. fin. de leg. 1. vbi doc. & clauulae illae, certae scientiae, & plenitudinis potestatis, & similes, non operantur: quia etiam de plenitudine potestatis non tollit Princeps ius quaesitum ex contractu: quod Bald. tradit. c. 1. de probatio. vbi Dec. 1. not. & nouissimè respondit. Dec. consil. ccccx. colum. penult. Et quicquid

quicquid sit in alia materia, in feudis hoc est certissimum, quod non debet ferri. Carolus successor Maximiliani ratam habere inuestituram factam à praedeceffore suo ipsi Sabaudienfi, cum de re esset, quae ab alio possidebatur. cap. 1. qui successi. feuda. ubi Praepos. sed potius approbare possessoris ipsius inuestituram, quae tempore quoque anterior erat. Nec obstat, quod Fridericus, & ipse Maximilianus declarauerint contractum illum fuisse nullum, Duce ipso Sabaudienfi hoc ignorante, & nemine citato. cap. 1. de caus. poss. Quia respõdo, cum id à solâ Imperatoris voluntate penderet, an vellet contractum valere, non fuit necessaria alia ratio: quae & omnes doctores vno ore fatentur. Bartol. l. non solum. §. morte. 1. part. de ope. nou. nunt. l. quia. ad Trebell. idque non in feudis solum, sed & in emphyteusi receptum est. Rom. consil. cccxij. Alexan. consilio. 15. vj. in ij. Tertia ratio principalis est, quia talis donatio facta est per metum, quo casu videtur rescindenda. l. 1. de eo quod met. caus. idque etiam si iurata sit: quia iuramentum metu extortum remittendum est. c. si verò c. verum. de iure iur. §. metus autem probabitur. Primò. ex literis in dictis bellis, emanatis per Ducem Sabaudiae ipsi Ioan. Iacobo, Bald. in l. 4. C. de obs. patr. praestand. Secundò, ex bello Ducis Philippi, qui eum deiecerat de toto statu: deinde in restitutione voluit arbitrari circa dicta castra. arg. c. accusatores. 13. quaest. 1. Tertio, quia hoc actum fuit, ut idem Dux Philippus comminaretur, bellum Marchioni, nisi pareret pronuntiatum, ut in ipsa arbitratorum sententia legitur. Quarto, quia filius primogenitus erat in potestate ipsius Sabaudienfis: vnde si iustus est, timor patris pro salute filij. l. isti. quod met. caus. Quintò, fama publica, & Chronica Benuenuti. Doc. l. 1. si cert. per. Sextò, quia acta sunt, hac in ciuitate Taurinensi: vnde apparet, tam filium, qui patrem fuisse in potestate ipsius Sabaudi, qui potuissent statim arbitrato eius carcerari. Satisque ostendit, rem non esse gestam tuto loco, c. cum te. de offic. deleg. Bartol. tra. Tyr. col. 5. Septimò, communis regula, quod si non est verisimile, aliquem sponte donasse, & ius liquidum remississe, sed potius per circumuentionem & metum. cap. super hoc. de renunt. vbi Inn. c. solite. de restit. spolia. Octauò, clauulae in solite adiectae illis instrumentis, c. quam graui. de crimin. fals. l. constitutionibus in fin. ad Municip. §. nimis enim cautela fraudis suspicionem arguunt. gloss. l. si quis sub conditione. de condit. institut. qualis illa, quod ipse protestetur, se esse in sua potestate, & habere facultatem recedendi ad libitum. Item illa, quod arbitri gressibus reuerfis ad ciuitatem Marchionem concomitentur, & c. clauulae enim huiusmodi, sicut & renuntiatio metus, augent suspicionem. Bald. tra. schisma. in col. 7. ver. & si dicatur. quae omnia debent simul iungi, & in antiquissimis iisce negotijs probationi sufficere. l. cum aliquis. C. de iur. delib. vbi doct. illud enim sciendum, quod quoties de probando metu agitur sufficere leuioribus probationes. Bald. l. decernimus. colum. 3. C. de sacros. eccles. vnde Barth. Veronensis tradidit pro credi vni testi, qui rem metu factam dicat, quam duobus, qui spontanea voluntate sint assertores. Cap. cautel. 144. nam & Inn. Baldusque quandoque censuerunt (quoniam metus ab arcans mentis pendet) magis credendum duobus esse, qui de eo attestentur, quam centum contradicentibus. Bald. l. obseruare. §. proficisci. quaest. 13. de offic. proconf. Dec. consil. c. pen. col. merito ergo in nostro casu ex coniecturis presumimus metum. Nec obstat si diceretur, quod purgatum fuisse hunc metum ex ratificationibus deinde factis: quia cum semper subesset idem timor, non potest credi, vllam fuisse purgationem cap. 1. extra, quod met. cau. l. nouissimè, quod fallitur. vbi Bald. maxime cum vel solius iuramenti respectus faciat, ut videatur quod quis potius timore iuramenti ratificasse, quam libero consensu. l. 2. C. quod met. caus. vbi doct. Sed quia per alios consentientes, circa hoc caput

latius disputatum est, non insistam in eo ulterius, sed eorum laboribus interim acquiescam. Vltima ratio, quae inducit aduersus Sabaudiensem est talis: nam etiam si diceremur donationem, conventionem, inuestitionem, caeteraque instrumenta valere, quae pro parte ipsius Ducis Sabaudi sunt exhibitae, adhuc ramentum illis Ducissa Mantuae esset potior, saltem quod attinet ad vtile dominium: quia non est verum finitam esse lineam, imò ipsa est capax dictorum feudorum: quod sic demonstratur. Et in primis si volumus attendere primum privilegium, secundum quod domus Aledrami successit in Marchionatu, constat feminas in tali dominio successisse. Per feminam enim, id est, Violantidem transijt feudum in Palaeologos, & cum id factum iam ferè 300. annis elapsis, credendum est iure fieri potuisse, & feminas capaces dicti feudi extitisse: quia tanti temporis lapsus in vim privilegij habetur. l. 1. §. ductus a quae. de aq. quot. l. as. cõsi. cccxxvij. & quod ante hominum memoriam gestum est, in casu licito gestum praestatur, etiam si alijs talis actus regulariter non sit licitus. Doct. in c. cum apostolica. extra, de ijs quae à praelat. Alexan. consilio 6. colum. 2. Afflict. Decif. 305. in fin. quod si attendimus privilegia Palaeologorum, id est: cum in concessione Caroli 4. & Vencislai, fiat manifestat concessio p. se, & suis heredibus masculis, & feminis: quae verba hoc sonant, ut non existentibus masculis, quod in casu nostro est, feminæ admittantur. c. 1. §. quin etiam episc. vel Abb. Idemque dicendum ex verbis concessionis, quam fecit sereniss. Imper. modernus, qui Ioan. Georgium recognouit, pro se, & suis heredibus, & successoribus, quibus verbis censetur etiam admissae feminæ, ne alijs dictio illa, successoribus sit superflua. si quando de leg. 1. quod ex facto respondit Soc. con. cel. ij. Corn. 16. vol. 1. Corn. 3. parte. qu. 19. & quod not. Alex. consil. cxcv. in 6. Dec. consil. cclxix. vol. 1. & nos indubitatum in casu nostro existimemus, propter naturam feudi, quae ex Caroli, Vencislaique privilegio illi erat tributa, vnde ad feminas quoque transire possent. Videamus nunc, quid iuris sit ex Sabaudienfi inuestitura. In ea sit concessio Ioanni pro se, & ascendentiibus, & descendentiibus, & collateralibus agnatis. Quibus verbis videtur admitti illustrissim. Ducissam, quae est agnata, & collateralis Ioan. Georgio. l. 4. C. de fideicom. & ista participia dandi casu, etiam ex proprietate femonis feminas complectuntur. l. inter stuprum. §. fin. de verb. signific. vnde ab ea proprietate recedendum non est, & licet soleat dubitari, quã do masculinum in feudis concipiat femininum, Alexan. consilio. 1. col. 1. ver. plus etiam. lib. 5. tamen in nostro casu cessat omnis dubitatio: quia verba non sunt simpliciter masculini generis, sed communia, quo casu vtrumque sexum aequè proprie comprehendunt. Confirmatur haec sententia ex pacto inuestiturae, in qua dicitur, quod sit inseparabilitas perpetua inter dignitate Marchionatus. & dicta feuda, adeo ut quilibet successor in Marchionatu, succedat etiam in dictis feudis: vnde apparet hoc feudum connexum esse Marchionatu, & secundum legem Marchionatus diiudicari debere, si conuenit. §. si nuda. vbi Bartol. de pign. act. c. translato. de constit. vbi Felin. colum. 3. vt sicut Marchionatus ex inuestitura Imperatorum, vt supra vidimus, ad feminas transit, ita etiam ista feuda transeunt. Ad idem quod femine admittantur, facit quia istud feudum originis sua non emanauit à Duce Sabaudiae: sed ipse directum dominium consequutus est, iure cuiusdam transactionis: quia asserbat se esse creditorum maximae summae pecuniarum, vt in ipsis instrumentis dicitur: vnde non sapit propriam naturam feudi, vt ab eo mulier excludatur: sed potius donationis in solutum: quia quomodo cumque appellent partes contractum iustum, seu accordium, seu donationem, semper attendimus ad id, quod ex eo, quod actum est, deprehenditur. In ista de praescript. verb. l. si vno. ff. locat. & ideo cum talis donatio sit facta ob remunerationem pecuniae debita

re, censetur potius in solutum datio. l. lictis. ff. de vscap. pro empt. & quodammodo venditio directi domini pro eopretio: quia pactum illud, quod res donata retro infundatur, pars est contractus. l. fundi partem, de contrah. emp. & facit, ne sit pura donatio. & feudum non censetur processisse ex mera liberalitate, sed potius ex necessitate præcedentis promissionis: quo casu dicunt doctores feudum non iudicari secundum propriam naturam, sed transire in feminas, sicut & feudum emptum transit. Doct. c. 1. §. & quia vidimus. qui feud. dar. post. Rom. consil. cccxxvj. Cur. 3. part. versic. 6. quod Odof. Bald. Rom. & non pauci alij censuerunt. Corroboratur eadem conclusio: quia cum actum esset, ut incontinenti facta donatione, sequeretur infudatio, perinde est ac si Marchio alienasset simpliciter directum dominium, reseruat sibi vtili. l. si tibi. si cert. per. l. qui vxori. vbi Bald. & Alberi. de aur. & argent. leg. vnde sicut si alienatio nulla sequuta esset, femina ex concessione Imper. succederet, ita etiam succedere in vtili dominio debet, quod effectum alienatum non fuit. l. qui sic. de sol. Bald. in add. Spec. de feud. versic. 5. quæritur. sed ipsi Marchioni reseruat. Quod & ex eo confirmari potest: quia inuestitura concedit ea castra in feudum legitimum: censent autem doct. in feudis legijs admitti ad successionem feminas quoque, quod vereres aliqui tradiderunt, & ab Alexand. responsum extat in consilio xxx. in 1. Dec. d. consilio cclxix. Nec obstat, si diceretur, quod præsupposito huius infudationis valore dicti Marchiones à iure suo cecidissent: quia intervertunt possessionem domini, & mouerunt illi controuersiam, & non petierunt inuestituram, prout de iure deberent, quæ omnes causæ sufficunt, ut vasallus à iure feudi cadat. c. 1. quæ tu. prim. causa benefic. amit. Respondeo enim pœnas istas legales euadi, si quotiescunque vasallus aliquam iustam causam allegaret, quæ excusationi sufficeret. c. fin. de prohib. feud. al. per Loth. cas. quo temp. mil. si iusta autem causa est ignorantia vasalli existimantis se lege feudali non alligari: quod Bald. censuit, & alij probarunt Bald. l. fin. c. h. pend. app. Alu. d. c. 1. in princip. in vltim. colum. At ex istis satis ostenditur, non solum iustam ignorantiam habere Marchiones respectu iuris ipsius Ducis: sed etiam certam scientiam respectu iuris proprii, vnde si iusta causa creditur debet eos excusare, prout regulariter ab omni contumacia excusat. Bartol. l. 2. §. non solum. ad Terrull. Maxime cum vice mutua ipse Dux erga Marchiones teneretur ad plurima, quæ ex parte sua minime obseruauit, vnde nec ipsi per vasallos suos fuit obseruandus. l. cum proponas. C. de pa. vbi dixi, quod argumentum apud alios consules diffusius tractatum ego omitto. Mar. in fin. consilij sui. Non rursus obstat, quod illustris Ducissa Mantuæ semel exclusa sit à successione fratris, per Marchionem Ioan. Georgium. vnde si femina semel exclusa, perpetuo remanere debet exclusa. c. 1. §. quin etiam episc. vel Abb. vbi doct. cuius rei illa est ratio: quia si succederet Ioan. Georgio, succederet ex linea collateralis. At in feudis etiam si actum sit feminas succedere, intelligitur, ex linea descendentiæ. non autem ex collateralis, secundum Andr. Hern. & quosdam alios d. §. quin etiam. ar. l. sed si plures. §. 2. de vulgar. & pupill. Respondeo verum esse, quod femina semel exclusa, perpetuo remaneat exclusa, ab ea hæreditate, à qua semel exclusa est: & ideo si illustris Ducissa vellet venire tanquam hæres Bonifacij fratris sui, non posset, ex quo ab ea semel exclusa, per existentiam masculi, scilicet, Ioan. Georgij. Bart. l. fin. ad Terrull. Alexand. consil. xxix. col. vltim. in. vol. 1. Quod si uellet venire ad hæreditatem Ioan. Georgij, uelque admittenda est, cum ab ea nunquam fuit exclusa. Lex enim non existente masculo, feminam succedere ait. c. 1. §. filia. de succ. feud. & alibi, donec masculus extet. c. 1. de eo qui sibi & hered. succ. &c. quæ uerba ostendunt ad tempus tantum feminam excludi, & deinde post masculum admitti. Bart.

ad l. fin. ad Terrull. quam sententiam Iac. Bel. Martinus, que Laud. disertè approbarunt, & responsum à Falso extat, Fulgos. consil. xij. qui humanius hoc esse affirmat, & iuriam scripto, quam naturali conueniens. Sentit hoc & Bald. & Aluarot. d. §. qui etiam Od. Ioan. Blanc. in sum. & post eum non pauci alij, qui huc casum æquiparant, illi, cum si femina à statuto existentibus masculis exclusa est: licet enim à fratre in patris successione fuit exclusa, poterit nihilominus ipsi fratri succedere. Doct. leg. 1. §. veteres. de acquir. possess. quia iam non de patris hæreditate, sed fraterna agitur. Et licet recentiores aliqui conentur ostendere aliter se habere communem sententiam Præpos. d. §. quin etiam. Cur. in tract. 3. part. quæst. 7. Brun. consil. lxx. & lxxvij. c. vij. colum. vij. Dec. consil. ccccxxxvij. colum. 2. 634. num. 5. in. 4. Soci. volum. 1. consil. xj. & consil. xxx. tamen aucto ritates, quas adducunt parum ad rem faciunt, ex quibus Alber. & Ancha. nihil dicunt, quod ad id propositum faciat Raph. Comensis, & Paul. de Cast. nihil affirmant, Fulgos. manifestè illis aduersatur, Bartol. in neutro consilio, quicquam attingit Bald. & cæteri. Feudistæ respectu hæreditatis primiloquuntur: quid uero si excludenti ipsi uelut femina succedere, non explicant, sed sententiæ potius posse, exemplo eius, quæ à lege municipali exclusa est, ut supra dixi. d. §. Veteres. vbi Ias. solus est ex adductis per eos, iudicio meo, qui clarè dissentiant. Hernia, & Cald. consil. iij. tit. de feud. Paul. Castr. consilio ccc. viso quodam. colum. 2. lib. 2. & 191. visis. eod. lib. Butr. consilio xlvij. aduersus quos stant glossæ Iacobæ Martini, Fulgosijque auctoritas, & ratio ipsa naturalis, quæ sepe omnia est, rigorosa enim nimis est alia sententia, ut quodam loco Pontanus ait. Nec me mouet Hernia ratio, dum ait, quod hoc modo femina succedens illi, à quo semel exclusa est, succederet collateraliter: quia talis ratio in casu nostro locum non habet, in quo ex inuestitura manifestè uocantur etiam collaterales: & idè indubitanter etiam secundum eorum rationem illustris Ducissa admittenda esset. Scio etiam supra scriptam rationem, qua ipsi mouentur non satis ueram esse. In feudis enim ius defertur non iure successionis ab eo qui uelimo loco decedit: sed vigore concessioni illi factæ quiprimus impetrauit. Bartol. authent. post fratres. 1. C. de legit. hæred. gloss. c. 1. §. cum uero. Conrad. in qui feud. dar. post. cui si mulier esset descendens, non autem collateralis est, uerisimileque est id ab eo actum, ut mulier à se descendens potius haberet, quam dominus ordine quo successio prius masculi, quam femine. l. Gall. §. 1. de lib. & posthum. & illè prius, quam dominus haberent. Et quicquid sit hac in re, casus præsens extra omnem difficultatem est, cum inuestitura expressè de collateralium successione actum sit. Et hæc omnia saluo semper rectiore iudicio.

CONSILII. IIII. SVMMÆ.

- 1 Patruels in feudis iure communi succedere.
- 2 Inuestitura potissimum attendenda.
- 3 Descendentium appellatio ualde generalis est, in feudis generaliter accipitur.
- 4 Successiones debent esse reciprocae, & qualiter quis succedit, taliter sibi succeditur.
- 5 Verba supplicationis simpliciter prolata, intelligi debent de successione tam actiua, quam passiuâ.
- 6 Extensio, intelligi debet secundum qualitatem præcedentem.
- 7 Concessiones principum secundum supplicationem intelligende.
- 8 Qui unum dicit, aliud excludit.
- 9 Quando lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.
- 10 Fautor gratiæ Principis facit ut dispositio largius accipiatur.
- 11 In fauorabilibus non censetur repetita qualitas per quam dispositio fauorabilis restringeretur contrahentem legibus.

Illustris Ducis Ferrandinae in primis fundata est intentio de iure communi, secundum quod in feudis patruels inuicem succedunt: nec refert, an is qui decessit sit masculus, uel femina. cum inter se in quarto gradu, alio proximior non existente, ipsi uocentur, iuxta tex. c. 1. §. 1. de nat. success. feud. c. 1. §. 1. de successio. feud. fundata quoque est eadè intentio ex uerbis inuestituræ, ad quam potissimum semper est attendendum. d. c. 1. §. fin. de success. feud. Quibus uerbis dicitur, per se, suosque hæredes ex suo corpore legitime descendentes, utriusque sexus: constat autem hunc esse descendentes, id est, nepotem ipsius primi inuestiti: quia descendentiū appellatio ualde generalis est, & in feudis etiam generaliter accipitur. c. nouit. vbi Dec. post alios, extra, de iud. Fundata quoque est ex concessione, & gratia Cæsareæ maiestatis, per quam ampliata est successio in feudis aduersus veterem constitutionem Regni, ut extendatur ad fratres patruels masculos, prouenientes per lineam masculinam, à primo inuestito, seu stipite. Cæterum difficultas omnis in presenti casu uertitur super uerbis dictæ concessionis: quia uidetur prima fronte debere intelligi, quando patruelis masculus decederet, ut ei succedat fratres patruelis pariter masculus, non autem quando decedens patruelis esset femina, prout in casu nostro: quod probatur per regulam generalem quæ habet, quod successiones debent esse reciprocae, & qualiter quis succedit, taliter sibi succeditur. l. lege 12. C. de legit. hæred. vbi doct. Sed in casu nostro decedente masculo patruel, non admitteretur femina: quia uerba concessionis Cæsareæ in hoc sunt clara: ergo nec uice mutua, decedente femina, debet admitti masculus. Et quod ista fuerit mens constitutionis, apparet ex supplicatione in qua petitur, quod dicti patruels inuicem succedant, & sic uidetur respectus habitus ad mutuum successionem. Confirmatur ex illis uerbis, extendatur ad patruels masculos, &c. quæ si simpliciter plura intelligi debent de successione, tam actiua, quam passiuâ. l. filius. vbi doct. ff. de testam. l. cum lege. ff. eod. tit. ut semper qualitas illa masculina debeat subintelligi etiam respectu successioni passiuæ. l. Herennius, vbi dixi, de uerb. sign. & qd. not. Abb. consil. xxxvij. in 1. Raph. Com. cxxvij. eum simili: potest etiam non improbabilius dici, quod eum regula ex constitutione Regni est, ut isti transuersales excludantur, & concessio Cæsaris, eam limitet quoad patruels masculos, debet talis concessio restringi, ut minus de regula corrigat, & locum non habeat, nisi quando utriusque sint masculi, tam decedens, quam succedens, per ea quæ in simili not. Bald. & Pau. Castr. in l. in ijs. ff. de legib. Sed tamen his non obstantibus, puto contrariam partem esse ueriores, ut omnino illustris Dux admittatur, propter uerba Cæsareæ concessionis, quæ uidentur esse satis clara, quatenus dicitur, extendatur ad patruels masculos, &c. & loquitur concessio manifestè de successione actiua, ut sufficiat, quod succedens sit masculus. Quod apparet primo, ex præcedentibus uerbis loquentibus de successione actiua patri, & amitæ: vnde quod subijcitur, quod extendatur ad patruels, &c. eodem modo est intelligendum respectu successioni actiuæ, ut si extensio intelligatur secundum qualitatem præcedentem. l. sed & si manente. ff. de precar. Bald. in repet. l. Amilius. de minor. Deinde ex uerbis supplicationis, quibus apparet simpliciter petitum, quod usque ad quartum gradum inuicem succedant, non distincta persona, cui debeat succedi, an sit masculus, uel femina: clarum autem est si concessiones principum secundum supplicationem intelligendas esse, si præterea, in situ. de inutil. stipul. l. de ætate. §. quod autem. cum seq. ff. de inter. act. per doct. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. oblig. cum ergo Cæsar, maiestas ad dictam supplicationem responderit, placet quod extendatur ad fratres patruels masculos, &c. quia si unum dicit aliud excludit. l. cum

pretor. ff. de iud. cap. nonne. extra. de presump. satis apparet illam dictionem, inuicem esse reiectam, & simpliciter admissos masculos non distincta persona, cui succedendum sit, dummodo in quarto gradu sit. Suadetur etiam hæc opinio: quia ut apparet ex uerbis concessionis, Cæsareæ maiestas eam fecit causa ampliandi successiones, & concedendi gratiam subditis suis, quæ ratio proprie procedit respectu successioni actiuæ, ut masculi succedant, & nihil infert respectu successioni passiuæ, cui succedatur. vnde postquam respectu huius capitis passiuæ successioni lex nihil dicit, nec nos distinguemus. l. de pretio. ff. de publicia. Adiuuatque hanc interpretationem si fauor gratiæ principalis, qui facit, ut talis dispositio largius accipiatur. l. si. ff. de consti. prin. c. odia. de reg. iur. in 6. maxime in hac materia feudali, quæ de se est fauorabilis, propter naturam beneficij principalis, secundum Petrum de Ancha, in repeti. c. Canonum. 14. q. prin. de consti. cum concordantibus, per Ias. in l. Gallus. §. instituens. de lib. & posth. Illud quoque non parum me mouet, quod si decedente masculo patruel, lex uult istum admitti, multo magis uidetur admittendus, decedente femina, eum lex soleat ita interpretari, ut hæreditas ad masculos plerumque pertineant, uersic. quod ideo iustit. de legitim. agnat. succel. quod maxime in feudis uidetur dicendum. d. c. 1. de success. feu. Et hoc tenendum non obstant allegata in contrarium: & in primis, quod successiones debeant esse reciprocae: quia hoc uerum, nisi appareat, quod lex potior causam faciat alterius, ut in casu nostro, in quo potior est conditio masculorum, & in simili per multa exempla declarat Corn. in auth. post fratres. 2. C. de leg. hæred. & per Soc. consil. lxxv. in 3. vol. & tradunt Mod. in rub. ff. de acquir. possess. vbi aliquando dixi. Et quamuis in supplicatione esset apposta dicitio, inuicem, tamen Cæsar, maiestas in decretatione aliter constituit: quia uocando solum masculos, censetur exclusisse feminas, ut supra dixi. Non obstat rursus, quod qualitas masculina uideatur intelligenda etiam respectu personæ cui succeditur, &c. Nam respondeo, quod uerba concessionis, non patiuntur hunc sensum: quia expressè loquuntur de persona quæ succedit, non cui succeditur: quia respectu eius cui succeditur, nihil dicunt, uel distinguunt: nec in istis fauorabilibus censetur repetita qualitas, per quam dispositio fauorabilis restringeretur contra mentem ipsius legislatoris: & Bald. & Castr. in d. l. in ijs. loquuntur in exceptione odiosa, & strictè intelligenda: non in fauorabili: prout est casus noster. Et ita mihi uidetur, saluo semper maiore iudicio.

CONSILII V. SVMMÆ.

- 1 Præuilegia Principum regulariter transferunt ius absque aliqua apprehensione seu traditione possessionis.
- 2 In feudibus competit primo uasallo ex sola inuestitura rei uindicatio aduersus eum qui secundo inuestitus fuit & cui tradita sit possessio.
- 3 Prioritas tituli in personis ecclesiasticis semper attenditur.
- 4 Verba in dubio debent interpretari in uim modi, potius quam in uim conditionis.
- 5 Verba prænantia, & clausula derogatoria in casu consilij quid operentur.
- 6 Concessio posterior de re alij concessa, est ipso iure nulla.
- 7 Contrahens tenetur actione personali erga contrahentes.
- 8 Actio non competit, nisi domino.
- 9 Domina non transferuntur absque traditione.
- 10 Consensus non potest retraheri in præiudicium secundæ emptoris seu donatarij.
- 11 Prior in possessione licet sit posterior in titulo, debet tamen præferri priori in titulo absque possessione.
- 12 Dominium præsupponit ius in re.
- 13 Principes in dubio uidentur agere & contrahere secundum regulas communes.
- 14 Passio non censetur translata ex inuestitura.
- 15 Princeps potest si uult transferre dominium ipso iure, sicut lex animata.
- 16 Inuestitura sola non transfert ius in re, nec ex ea acquiri

Consil. Andr. Alciati.

bur dominium vile vasallo.
 17 *Consuetudo vnius loci ad alium non extenditur.*
 18 *Clausula in fine rescripti posita, limitat & restringit supra scriptam omnem dispositionem, & vim conditionis obtinet.*
 19 *Beneficia & rescripta principum magis equiparantur vltimis voluntatibus, quam contractibus.*
 20 *In vltimis voluntatibus potius presumitur conditio, quam modus.*
 21 *Quando consensus in actu aliquo requiritur in vim solemnitatis expressè debet interuenire, quia tacitus non sufficere.*
 22 *Specialitudo in vno casu allegata, denotat ius commune in contrarium.*
 23 *Qui semel contrarium conditioni fecit, eam perpetuò facit deficere.*
 24 *Quando assensus requiritur in aliqua confessione, oportet talem assensum esse simplicem, non autem sub conditione resolutua.*
 25 *Consensus in fraudem tertij factus, non debet ei nocere.*

In causa vertente inter magnificum Rodolphum possessorem Castri ducie, & nobiles Maluitijs, dubium facit: quia ipsi Maluitij videntur esse priores in tempore, propter concessionem papæ Clementis factam cum clausulis efficacissimis, ex qua videtur ius in ipsos translatum, vt est regulare in priuilegijs principum. cap. ad audientiam. de prescrip. vbi Bald. l. in concedendo. ff. de aqua pluui. arden. Confirmatur, quia concessio tunc operatur talem translationem etiam absque alia apprehensione, seu traditione possessionis, secundum Bald. in preiudicij feudorum sub fine explanationis diffinitionis feudi, vbi sed in priuilegijs. sequitur Alexan. conf. cccxxvij. incip. in hac causa & lite. Idem etiam tenuit Bald. in cap. i. quid sit inuestitura vbi loquitur in assignatione castri, prout est quæstio nostra. Ad idem facit, quia cum hæc concessio sit facta secundum naturam feudij, non videtur fuisse necessaria alia apprehensio: quia in feudibus tunc competit primo vasallo ex sola inuestitura rei vendicatio, aduersus eum qui secundò inuestitus fuerit. & cui tradita sit possessio. ca. i. rei. de inuest. de re aliena fac. & ita dicit seruari de consuetudine. Ioannes Fabri, in l. quoties. C. de rei vend. Et maxime istud dicere debemus in casu nostro, in quo hæc prima concessio apparet facta à papa Clemente: vnde succedit quod dicit Host. Ioan. And. in c. continebatur. de his, quæ sunt à præla. quod in tunc personis ecclesiasticis semper attenditur prioritas tituli, nec curamus quod posteriori fuerit tradita possessio, sequitur Rom. in repetit. auct. similiter. in l. 2. special. C. ad le. Falc. & conf. cccxv. circa præmissam. Ioan. de Imol. in clem. cum illulio. per illum tex. de renuntiat. in l. notab. Nec huic sententiæ videtur ob stare, quod concessio Clementis censetur esse condicionalis propter illa verba, volumus etiam quod quod ad præmissa communitatis Imolensis expressus accedat consensus: quia videtur quod ista tunc verba non sunt in vim conditionis, sed potius modi prout in dubio fit interpretatio, secundum Bart. & alios in l. cum mota. C. de transact. & sic non suspendant dispositionem, prout est natura modi, vt per Bart. in d. loco. & satis suadetur, quod ista fuerit mens Pontificis ex verbis valde tunc prægnantibus ipsius concessionis, & ex clausulis derogatorijs, etiam derogatorijs, de quibus per Fel. in cap. non nulli. de rescript. quæ indicant, quod hoc agebatur vt ius tunc, & de præsentis transiret, non autem, staret in suspensio. Nec etiam obstat concessio posterior facta reuerend. Cardinali Campegio: quia ista posterior de re alijam tunc concessa, est ipso iure nulla, secundum Bald. in l. 2. in 3. not. C. de legi. qui dicit de hoc esse text. & gloss. in l. si qua locatio. C. de fundis, & salti. rei dom. lib. ii. sequitur Fulgos. & Paul. de Cast. ibi dicentes, q. Bald. hanc quæstionem in facto proprio habuerat in Castro quodam communitatis Eugubensis, quod Urbanus sextus Baldo donatū, alteri deinde dederat: quod maxime dicendum est in casu nostro, cum in concessione

A hac posteriore non appareat, in specie derogatum priuilegio Maluitiorum: vnde arguitur surreptio, cum Clementis illud Castrum concedat, tanquam sedis Apostolicæ esset: cum tamen fuisset alienatum. Ita sunt que rem faciunt dubiam aduersus Campegijs possessores: sed tamen his non obstantibus, puro rem clarum esse aduersus istos actores, & secundum terminos iuris tutissimū esse præfarum dominum Rodolphum: quia ipse cum Maluitijs non contraxit, ideo erga illos nulla personali actione tenetur. l. si. in si. de contra. empt. l. i. §. si hæres. B. uerbi. neque enim. ff. ad Trebell. actione vero in rem, ratione dicti Castri, conueniri etiam non potest: quia dicta actio tunc non competit, nisi domino. §. i. Instit. §. de act. Maluitij autem dominium probare non possunt, quia absque traditione dominia non transferuntur. l. traditionibus. C. de pac. & quia ante concessam Imolensium non apprehenderunt, nec poterunt apprehendere possessionem dicti Castri, post consensum verò frustra apprehendissent: quia dominium iam in alium translatum erat, nec talis tunc consensus potest retrahere in præiudicium secundi emptoris, seu donatarij, vt est gloss. in l. si indebitum. §. primo. ff. rem rat. hab. quam ibi Bart. & ceteri sequuntur. Idem tenuit Bald. in l. si debitor. C. de distra. pign. facit quod not. Alexan. in l. quod meo. ff. de acqui. possess. Stat ergo firma conclusio pro domino Rodolpho, quod ipse quamuis posterior in tit. tamen quia est tunc prior in possessione, debet præferri, per regulam. l. quoties. C. de rei vendic. quæ procedit non solum in venditione, sed etiam in datione in solutum, & in quacunque donatione, vt tenent ibi omnes, & per Bart. in l. filius fam. §. Dini. ff. de leg. i. q. 5. Et hoc tenendo, non obstant allegata in contrarium. Et in primis, quod Maluitijs sit quæsitum ius absque traditione, & c. Respondeo, quod tale ius dicitur ad rem, non autem in re. cap. fin. de concess. præb. in 6. vt autem possint obtinere aduersus tertium possessorem, oportet vt probent dominium, & sic ius in re, quod vt dixi non habent. Non obstat, quod in concessionibus principum non videat esse necessaria traditio possessionis: quia respondeo, quod regula l. traditionibus, generaliter procedit, quæ est fundata super iure gentium: & ideo ea ligantur etiam tunc principes, qui in dubio videntur agere & contrahere secundum regulas communes, & illa est magis communis conclusio, vt alius dixi in d. l. traditionibus. & per Bal. in l. 3. in fin. C. de test. & in c. 2. de noua for. fid. & per Ias. in d. l. quoties. & ideo ex inuestitura, tunc non censetur esse translata possessio, §. 2. de consuetu. test. feud. ibi doct. quod maxime in casu nostro est dicendum, in quo apparet expressè quod dicitur et ne transferretur dominium, per illam clausulam, volumus etiam quod Imolensium accedat consensus, & c. vnde dato, quod tunc princeps possit si velit transferre dominium ipso iure, sicut lex animata. l. fin. C. de sacrosanct. eccl. tamen hoc intelligitur in hoc manifestè voluit, actumque sit, vt per Bald. d. c. i. §. fin. de noua for. fid. & dixi in dicta l. traditionibus. verb. transferuntur. in l. 3. limitat. Non obstat, quod in feudibus non videatur necessaria traditio: quia respondeo, quod veritas est in contrarij, cum tunc sola inuestitura ius in re non transferatur, nec dominium utile vasallo acquiratur, secundum Bald. in d. cap. 2. de noua form. fid. cum concord. per Ias. in dicta l. quoties, in l. 2. limitat. nec aliqua consuetudo est in contrarium, saltem in Italia: quia Ioannis Fabri loco præallegato, sequitur in consuetudine Franciæ. tunc consuetudo autem vnius loci ad alium non extenditur. l. 2. §. si quis hoc interdicto. de itin. actuque priu. vbi Bart. Non obstat etiam, quod regula d. l. quoties. non videatur procedere in alienationibus factis à personis ecclesiasticis, & c. Respondeo enim, quod magis communis opinio est in contrarium secundum Anto de Butr. Card. Archaran. Imol. Abb. in d. cap. continebatur. de his quæ sunt à præla. & l. à te sequitur Ias. d. l. quoties. 7. limitatione. Et quicquid sit.

fumus in in casu claro: quia actum fuit vt dixi ne ius transeat, nisi accedente consensu Imolensium, & c. Nec obstat, quod videatur dicta clausula, volumus etiam quod quoad præmissa accedat assensus, & c. videatur inducere modum, non autem conditionem: quia respondeo quod imò statim vim conditionis, cum enim clausula illa tunc in fine rescripti posita sit, limitat & restringit supra scriptam omnem dispositionem, & ideo vim conditionis obtinet. l. qui promisit. de condit. indeb. l. cum tale. §. i. vbi Paul. Cast. de cond. & demonst. quod & in dubio in rescriptis & tunc beneficijs principum, & priuilegijs esset dicendum, quæ magis equiparantur vltimis voluntatibus, quam cõtractibus. ca. sciscitarus. de rescript. secundum Bartol. l. ius quoque. §. i. de hered. instit. gl. in l. i. C. de ijs quibus vt indig. Ias. l. ita stipulatus. de verb. oblig. Clarum autem est tunc in vltimis voluntatibus potius presumi conditionem, vt est gl. in l. 2. ff. de in diem addit. Confirmat hoc etiam ex argum. subiectæ materiæ: cum enim consensus Imolensium requiratur propter præiudicium quod alijs eis fiebat, cõsetur talis consensus in vim cuiusdã solemnitaris requiri. vnde noluit papa tacitum sufficere: sed duntaxat expressum, & sic merito huiusmodi tunc consensus ante omnia interuenire debuit. cap. auditis, de elect. Bal. in l. i. in vltim. charta. C. qui admitt. Alex. & Ias. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæred. doct. in c. nihil. de præscr. si ergo ante requiratur, apparet non in vim modi, sed conditionis requiri. Nec quicquam faciunt clausula ipsius priuilegij valde prægnantes: quia limitantur & restringuntur omnes per dictam clausulam in fine positam, vt habetur in l. talis scriptura. ff. de leg. i. & in c. cæterum. de rescrip. Nec obstat, quod concessio Cæpegij tanquam posterior, & de re alteri concessa debeat esse nulla, per gl. & doct. ind. l. 2. respondeo, non loquuntur ibi doct. quado posteriori facta est traditio, prout in casu nostro, & ideo dicit ibi Paul. de Cast. quod Bald. licet multum litigauerit in curia Romana nunquam potuit obtinere: quia aduersarius suus prius habuerat possessionem. Præterea in casu nostro prima concessio (vt dixi) erat condicionalis, nec adhuc euenerat conditio. doct. autem ibi loquuntur quando prima concessio esset pura, vnde apparet quod termini non sunt pares, secundum Angel. consil. clxxxij. incip. ex forma & serie. in fin. Nec etiam quicquid facit q. in specie derogatū non sit priuilegio Maluetiorum: quia istud non est necessarium, stante clausula motus proprij, de qua in ca. si motu. de præb. in 6. & quia speciale est vt requiratur talis expressio in casu l. prædia C. de loca. præd. ciui. lib. ii. vt ibi dicit Bar. ergo in contrarium est ius commune. l. fin. C. de pac. conuen. Nec potest argui vlla surreptio, quia verum est, quod castrum illud sedis Apostolicæ erat, licet enim Maluetijs concessum, tamen dominium adhuc sedi ipsi remanserat, ex quo in eos translatum adhuc non fuerat. l. qui absent. §. j. de acq. possess. Nec etiam transferri poterat ante consensum Imolensium, vt supra conclusum est. Non omitto etiam circa hunc consensum Imolensium, ad duo aduertendum esse. Primum est, quod si Imolenses requisiti à Maluetijs noluerunt semel consentire, quod ius omne Maluetiorum extinctum fuit, nec deinde potuit suscitari per penitentiam: quia cum ille consensus in vim conditionis requiratur, vt supra dixi, qui semel tunc contrarium conditioni fecit eam perpetuò facit deficere. leg. penult. C. de conditio. insert. vbi Pet. & ita inquit Bal. in l. i. C. de furt. & ideo nullum impedimentum obstitit Cardinali, quo minus ipse posset impetrare. Secundum est, quia cum in concessione Maluetiorum requiratur tunc expressus assensus, vt verificentur verba concessionis, oportet talem consensum esse simplicem, non autem sub conditione resolutua, vt in simili per Ioan. And. in c. si verb. assensu. de iudic. in nouella. Dec. consil. clxxvj. Et ideo si Maluetij eis fecerunt pactum de retro dando, non videntur ipsi consensisse, vt Maluetij habeant. l. qui sic. ff. de sol. Bart. l. per diuers.

A fas. quæst. 7. C. mand. l. Titia. in prin. ff. de verb. oblig. iuxta formã bullæ: sed potius cõtrarij, vt scilicet Imolenses habeat. Maluetij non habeat. q. est cõtra bullã, & ideo talis tunc consensus nihil potest nocere cõcessionis reuerend. Card. Campegi, tanquam in eius fraudem factus. l. si quis duos. ff. de solut. & tanquam non interfit Maluetiorum, qui alteri sunt restitutori, cui præferuntur ipsi Campegi. argum. l. si donatorus in fia. vbi Ange. & Ias. in iij. not. de cond. ob caus. l. si totum. de acquir. hæred. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII VI. SVMMÆ.

- 1 Principis feudale decretum odiosum, ad emptum feudum non pertinet.
- 2 Perimere ius alterius est valde odiosum.
- 3 Feudum quod origine gratuitum non est, sed emptum propriè feudum non est.
- 4 Decretum exorbitans à regulis iuris, strictè intelligendum est.
- 5 Dicitio quibuscunque propter vim geminationis trahitur ad casus improprios.
- 6 Generalitas ad hoc vt non tollat ius quæsitum ex contractu restringi debet.
- 7 Fiscus licet reuocet alienata in fraudem suam, tamen ab eo non reuocat, qui habet titulo oneroso, nisi probata eius fraude.
- 8 In feudo semper attenditur tenor inuoluturæ.
- 9 Dicitio feudum non verificatur propriè in feudo acquisito per pecuniam.
- 10 Ius feudi ex contractu iuris ciuilibus, vnde à Principe potest tolli etiam sine causa.
- 11 Ius de futuro facilius tollitur quam ius de presenti.
- 12 Princeps potest in præiudicium legitimorum restituere naturam natalibus.
- 13 Renunciatio feudi, etiam facta in manibus domini per vasallum, non præiudicat agnato.
- 14 Qualitas secundum quam celebratur contractus, semper attendenda debet.
- 15 Consensus directi domini non perimit ius agnatorum.
- 16 Clausula ex certa scientia quid operetur.
- 17 Clausula de plenitudine potestatis quid importet.
- 18 Princeps non potest sine causa cognitione feudum auferre vasallo.
- 19 Papa vel imperator non possunt priuare quem iure suo, nisi cõtra causam cognitionem, & præcedente legitima citatione.
- 20 Donatio facta à Principe male informato, de re donata non valet.
- 21 Clausula ius tertij tollens, debet restringi quantum fieri potest.
- 22 Vasalli interest potius esse feudatarium ducis, quam alicuius priuati, vel inferioris à duce.
- 23 Clausula legitimationis sine præiudicio legitimorum hæredum quomodo intelligatur.
- 24 Non citatus habet pro se ignorantiã probabilẽ.
- 25 Princeps non potest tollere ius tertij de potestate ordinaria in his, quæ sũt iuris ciuilibus facta, nisi in modis hic enumeratis.
- 26 Promissio ratihabitionis & non contrauentionis, non inducunt euersionem.

VNDATA videtur intentio magnificorum Valeagorum ex instrumento recognitionis feudi factò domino Iuliano, & deinde domino Ioanni eius filio, in quo fit recognitio pro se, & filijs suis legitimis, & descendentibus masculis tantum, quibus verbis solum masculi admittuntur, exclusis feminis, prout etiam est de natura successione in feudis, c. i. §. & quia videmus, qui seu. dare poss. c. i. §. quin etiam. episc. vel Abbas. c. i. de success. feud. cum similibus. & istud non habet dubium. Sed difficultas in casu nostro oritur ex duplici capite. Primum est, propter decretum Illustr. Ducis, quo data est tunc facultas, quod subditi quicunque, de quibuscunque feudis, quæ ad eos peruenirent, præhabito consensu Ducis, liberam habeant in tertius disponendi facultatem, siue feudum, sit nouū, siue antiquum, nec alienationes facte reuocari aut quouis modo infringi possint, & seruetur decretum ad vnguem, prout litera sonat, nec aliter interpretari possit, aut glossari, & c. Sed videtur, quod tale decretum

non habeat locum in casu nostro, vt enim ex eius lectura apparet, princeps ius aliquod suum non remittit, sed referuat in omnem casum consensum suum remittit autem, & permittit ius alterius, id est, agnatorum, quod est valde odiosum. l. toties. ff. de pollicita. l. si priuatos. ff. qui & a quibus. Et omnia disputatione nunquid possit hoc facere, de quo artic. habetur, in l. Antiochenium. vbi Bart. ff. de priuileg. cred. in l. omnes populi. in fin. 5. quæstio. prin. per Can. in c. quæ in ecclesiis. de constit. in casu nostro dico, quod non voluit hoc facere: quia verba decreti, loquuntur in feudo nouo, vel antiquo, &c. & sic debet intelligi in feudo proprio loquendo, quod scilicet habeat propriam naturam feudi: non autem in isto, quod fuit in emptum pro pecunia ab illo primo vasallo, accedente tamen consensu domini: tale enim feudum quod sua origine gratuitum non est: sed emptum proprie feudum non est, & leges feudorum de tali non intelliguntur. c. i. extra. de feud. non hab. propr. nat. & ideo decretum istud exorbitans a regulis iuris, & ideo stricte intelligendum, ad tale feudum non exenderetur, vt in simili per multa consultiu. Socin. consil. cclxij. Cor. consil. xvj. & tradit Alexan. in l. vtrum. ff. de verb. oblig. cum similibus. Sed huic conclusio non obstat primo: quia decretum loquitur de quibuslibet feudis: at dictio, quibuslibet, propter vim geminationis videtur mihi trahi etiam ad casum improprios. c. ij. vbi Dominicus. de sanct. Gemin. de reb. eccl. nō alien. Rom. in l. id est. in fin. de vfu. Aret. & Mod. in l. Gall. ff. etiam par. re. ff. de lib. & posthu. Respondes, hoc non procedit in l. exorbitant, vel odiosa, quæ ius alterius tolleret, per ea que ponit Felin. in c. sedes. de rescript. versic. quinta declaratio, & quæ scribit. Andr. Sicul. consil. j. in 2. vol. Dec. consilio cccj. & facit text. in c. Tit. si de feud. defuncti. & quod not. Bald. in c. donare. quem admodum olim feud. amitt. Dec. cap. in præsentia. de prob. & maximè cum tollatur ex contractu quæsitum, quod esset aduersus ius naturæ. quo casu quælibet generalitas restringitur, secundum doct. Bart. in l. i. 9. nuntia. ff. de oper. nou. iudic. Secundo obstat, quia feudum hoc non fuit emptum à principe, sed à primo vasallo, licet subsequuta deinde sit recognitio principis, vnde quod ad principem atinet, videtur esse merum & simplex feudum, vt de eo quoque tale decretum possit intelligi, & sentit Albert. Bru. in consilio cvij. versic. item etiam non dicit. sed ad hoc respondet, quod siue à principe, siue ab alio, negari non potest, quin titulo oneroso hoc feudum in Valeagos perueniret: quia numerauerunt pretij librarum dcc. tale autem decretum non debet intelligi, vt operetur in præiudicium illorum, quibus titulo oneroso ius est acquisitum, arg. l. cum ij. ff. de translat. iur. vnde videmus, quod licet hic ius reuocet alienata in fraudem suam, etiam si donatarius non fuerit particeps fraudis. l. post contractum. ff. de donat. l. qui poenæ serui. ff. de manumiss. l. si quis post. C. de bon. proscr. tamen secus est in eo qui titulo oneroso habeat, non enim reuocat, nisi probata eius fraude. l. si debitor. cum l. seq. ff. quæ in fraud. cred. & quod not. in l. hæreditariu. ff. de bonis auth. iud. possid. ad idem reg. l. fin. C. de iure codicil. & quod per illum text. not. doct. dato ergo, q. respectu principis sit feudum: tamen quia ius ipsum est acquisitum agnatis titulo oneroso, non debet decretum illud exorbitans, & alienum à ratione naturali de tali feudo intelligi per prædicta. Tertio obstat, quia videtur quod ista numeratio pretij deberet facere, quo magis isti agnati excludantur, non autem includantur: quia si feudum est emptum, tanquam non seruans naturam feudi, potest etiam ad feminas peruenire, vt per Alex. in d. l. vtrū. & Corne. dicto cōs. 16. Dec. cōs. 208. & cōs. 360. nū. vij. Cur. in tract. feud. 3. par. versic. vj. limitat. cum similib. vnde potuit do. Ioan. secundus illud dare in dotem filie suæ, in præiudicium agnatorum. Augetur hinc difficultas, quia emptio facta à do. Iuliano fuit facta simpliciter, pro se & hæredibus, non distinguendo feminas à masculis: ergo videntur etiam eius fuisse capaces feminæ, & feudum factum hæreditarium, & licet restrictum deinde sit per recognitionem principis ad masculos tantum, tamen potuit princeps decreto suo hanc restrictionem tollere. l. eius est. cum ibi not. de reg. iur. Sed tamen etiam ad hoc respondetur, quod etiam in feudo quantumuis empto, semper attenditur ad tenorem inuestituræ, secundum Abb. xxxvj. in j. vol. Alber. Bru. in consil. lxxij. versic. ad tertium. cum similib. tenor autem inuestituræ est, quod solis masculis ius competat: tum quia primus venditor ita habear expresse cautum in prima inuestitura, tum etiam quia sequentes inuestituræ factæ in Valeagos eadem formam habebunt, & ideo illa verba emptionis, pro se & hæredibus, intelliguntur solum de masculo. c. i. ff. & quia vidimus, qui feud. dar. poss. vbi doct. & habetur in c. i. ff. quin etiam. E. pif. vel Abbas in vrbibus feud. Alex. consil. xxxix. ad fin. vol. i. cum similib. cum ergo quæsitum esset tali inuestitura ius masculis tantum, non censetur tali decreto voluisse princeps illud auferre, cum titulo oneroso quæsitum sit, vt supra dixi. Nec me mouent verba decreti prohibentis glossari, vel interpretari & volentis ad litteram illud intelligi: quia etiam ad litteram intelligendo, dictio feudum, non proprie verificatur in hoc acquisitione per pecuniam, secundum supra allegata: & quia etiam non obstatibus talibus verbis, nunquam censetur reiecta sana interpretatio, vt habetur in l. omnes populi. in vltima par. de iust. & iur. & per Anchar. in c. canonum statuta. ad fin. de constit. Sign. Homo. consil. xxxvij. Aret. consil. cix. Franc. Curt. senior consil. ix. & consil. xij. & consil. xxxv. Dec. consil. lxxij. in fin. & cccx. cum similib. Secundum caput principalis difficultatis est in casu nostro: quia do. Ioan. secundus dedit hæc bona feudalia in dotem filie suæ: cum consensu ipsius Ducis, qui abseuit & liberauit dicta bona nexu feudali, & voluit, iussit, atque mandauit, vt propria, & libera, & allodialia essent, etiam in præiudicium agnatorum, & quorūcumque; in dicto feudo comprehensorum, & omne ius suum ipsi Ioanni dedit, & donauit, &c. quibus verbis videtur omninò sublatu esse ius ipsorum agnatorum: tamen quia ius feudi est ex contractu iuris ciuilibus, secundum glo. & doct. in l. ex hoc iure. de iust. & iur. vnde potest à principe tolli, etiam sine causa. l. Lucius. vbi Ang. de euit. Bald. in l. fin. C. sent. rescind. non poss. Pau. de Cast. in l. cum hæredes. in prin. de acquir. possel. tum quia non est ius de presenti, sed in futurum, quod facilius tollitur. l. si. C. de acq. possel. gl. & doctores. in l. seruus. C. de past. & facit gl. in c. i. ff. naturales. si de feu. fuer. contr. vbi potest princeps etiam in præiudicium legitimorum restituere naturalem natalibus, quamuis hæreditas iam delata illis esset. Et idem ad præiudicium substituti per fideicommissum, secundum Alex. consil. 2. vol. 1. maxime cum isti qui nunc agunt non essent adhuc nati, nec in rerum natura, de quo Isorn. & Aluar. in cap. i. ff. hoc quoque. de success. feudi Dec. consil. cccxv. in fin. & consil. cccxcvij. nu. x. & habetur in cap. i. in prin. de prohib. feu alien. per Frid. vbi Præp. Sed tamen ijs. & similibus, quæ allegari possent non obstantibus, puto contractum esse verius, & agnatos adhuc admittendos, qui habent fundatam intentionem ex regula generali, quæ habet, quod renuntiatio facta in manibus domini per vasallum, non præiudicat agnato. d. c. i. ff. hoc quoque. vbi Bal. versic. i. conclus. de success. feu. & Bal. c. l. 2. de alienat. feu. par. & per Iacob. de Ardis. in summa sua, secunda parte inc. si vasallus refurauerit & tali casu consensus domini non præiudicat agnatis secundum Bal. in d. ff. hoc quoque. q. 6. per Decium. d. consil. cccxcv. Non obstat ergo superscripta liberatio à iure feudi facta per do. Ducem: quia responderet pluribus modis. Primo quia in primis semper attendimus ad qualitatem secundum quam contractus celebratur. l. si proponas. ff. de in offic. testam. vbi Ange. l. si pater. ff. qui duos. vbi Bald. ff. de adopt. in hoc autem contractu illustrissim. Dux præstitit

consensum non tanquam Dux volens ex suprema potestate auferre ius tertij: sed simpliciter tanquam dominus directi domini, quo casu clarum est quod talis consensus directi domini non perimit ius agnatorum, vt supra dixi, post Bald. in d. ff. hoc quoque. & per Paul. de Cast. in l. digna vox. C. de legib. Andr. de Iser. in cap. imperialem. in prin. de prohib. feu alien. per Frid. & quauis apposerit in dicto instrumeto clausulam, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, & similes clausulas de quibus per Afflictum, decis. sua cxij. cum concordat. tamen positæ sunt aliæ ad effectum, vt infra dicam. Secundo responderet, quod etiam si dicta liberatio à iure feud. facta sit non simpliciter tanquam à domino, sed etiam tanquam à Duce volente ius istorum agnatorum tollerere: tamen non valeret: per illud quod tenet Abb. in c. quæ in ecclesiis. de constit. & sequitur ibi Felin. & Decius consil. ccccx. vbi dicunt, quod non potest princeps sine causæ cognitione feudum auferre vasallo: quia non est in potestate principis priuare aliquem iure suo, nisi culpa probetur. cap. 1. de feud. sine culp. non amitt. tum quia vt quis priuetur iure suo, oportet cum causæ cognitione fieri, & præcedente legitima citatione, adeo quod etiam Papa vel Imperator non possint aliter hoc facere. cap. 1. de caus. possel. & pro. vbi Abb. l. si. vbi Bal. C. de legibus. facit text. in clem. pastoralis. de re iudic. per Dec. d. consilio ccccx. Tertio responderet, quod etiam si potuisset, tam non censetur voluisse: quia peccat talis actus vitio obreptionis, non enim constat quod princeps esset informatus de natura istius feudi, videlicet quod habitum esset titulo oneroso, seu emptum, cum difficultus censetur sublatum tale ius, vt supra dixi. facit l. originarios. cum ibi not. C. de agric. & censit. lib. 2. vnde non valet talis donatio tanquam à Principe male informato facta, sicut videmus etiam in l. i. C. de peritio. bon. sublat. lib. 10. in cap. quomuis. de rescript. lib. 6. & in c. intellecto. de iure iur. in antiq. cum similib. Quarto responderet, quod cum talis clausula tollat ius tertij, debet quantum fieri potest restringi interpretatione. l. si. C. si contra ius vel vtil. publ. vnde intelligemus etiam in præiudicium agnatorum, quod ad ius directi quod transferebat princeps in do. Ioannem, & deinde de eius filiam, vt agnati eueniente casu non censerent feudatarij principis: sed eorum in quos Dux dictum directum tunc transferebat. Quamuis enim inter sit vasalli potius esse feudatarium ipsius Ducis, quam priuati alicuius, vel inferioris à Duce. c. i. ff. eadem l. de l. Corra. gl. in l. imputus. de fideic. lib. doct. cap. dilecti. de maio. & obed. tamen videtur etiam, in præiudicium tale agnatorum voluisse princeps valere illam liberationem, non autem debet talis clausula referri ad ius conditionale, casu quo morte Ioannis ius ad istos agnatos reuertetur. l. si ita stipulatus fuerim. l. si a colonio. de verb. oblig. l. si ita scripsisset. de leg. & si deica. p. Bar. & Dd. in l. qui Romæ. ff. duo fratres. ff. de verb. oblig. q. 4. restringitur ergo generalitas illius clausulæ, secundum actum qui tunc gerebatur, vt clausula illa etiam in præiudicium agnatorum, intelligatur de præiudicio præsentis, quod tunc suberat non de futuro, in euentum conditionis: sicut dicimus in casibus in casu contrario de clausula legitimatōis sine præiudicio legitimorum hæredum, quæ intelligitur de præiudicio præsentis, non autem de futuro: quia ius nullum possunt prætere agnati viuente testatore, nec eorum spes probabilis est, ut dicit Angelus cōs. cclxij. Ancha. consil. clj. incipit pro fratrib. Paul. de Cast. consil. xxxvij. dicendum, in 2. Alex. consil. ponul. in v. vol. Quinto responderet, quod etiam quod illud ius, Dux tunc voluerit, & potuerit tollere istud ius agnatorum, tamen ex quo citati non fuerunt, habent probabilem ignorantiam: vnde in hoc iudicio, si exhibeat per partem aduersam dictum instrumentum, statim cum ad eorum notitiam peruenerit poterunt per viam quærelæ adire illustriss. Modernum Ducem, & petere vt auferat dictum præiudicium. l. 2. C. de precibus. Imp. of-

fer. & princeps debet hoc facere, vt per Abbatis in c. consultiu. 3. ad finem de appellationib. Bart. in l. fin. ff. de appellat. recipi. vbi allegat. Cin. in l. i. in 4. quæst. prin. C. quæ sit long. consuetud. & facit quod not. Felin. in c. cum omnes. extra. de constit. Nec obstat, quod vt supra dixi, possit princeps in præiudicium agnatorum legem mare naturalem, &c. quia respondeo quod istud est propter iura naturalia, quæ erant in tali filio: quæ præstant sufficientem causam, vt possit princeps hoc facere: quod non est in casu nostro: quia qualitas masculinitatis, de qua in inuestitura, nunquam fuit in hac filia Ioannis, & quod istud sit propter dictam causam tenent omnes in l. Gallus. ff. & quid si tantum. in fin. de libe. & posthu. Non obstat, quod istud præiudicium agnatorum vertatur circa feudum, & sic in ijs quæ sunt iuris ciuilibus, &c. quia respondeo, quod etiam in ijs quæ sunt iuris ciuilibus tantum non potest princeps tollere ius tertij de potestate ordinaria, nisi in modicis, puta concedendo exceptionem dilatoriam. l. quoties. C. de precib. Imper. offeren. Bart. in l. si. C. si contra ius, vel vtil. public. licet secus sit, quando apponit clausulam ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, de quo per Bal. in l. rescripta. vbi etiam Iaf. C. de precibus Imp. offeren. & licet in casu nostro, sint appositæ tales clausulæ: tamen sunt multi effectus: quia non interuenit causæ cognitio, nec etiam habuit princeps notitiam, quod istud feudum esset emptum, seu habitum titulo oneroso, per ea quæ supra dixi, & quæ not. Dec. in d. consil. ccccx. nu. xxj. cum seq. ad quem remitto. Nec obstat, quod videatur princeps ipse promississe de manutentione, &c. de euitio, &c. Nam respondeo, quod si verba instrumenti diligenter considerentur, non est promissa aliqua euitio per Ducem ex isto capite: sed solum quando euincerentur illa bona data in solum pro decem millibus libris: & in fine instrumeti princeps solum promittit, de rato habendo, & non contrahendo per se nec alium, quæ verba nullam obligationem euitiois inducunt. l. stipulatio ista habere licet. in prin. de verb. oblig. per contrahentem enim agnatorum, non censetur Dux ipse contrahente: & ideo non verificantur verba promissionis poenalis, vt de se patet. facit quod notatur in l. aluminium. ff. quanquam. ff. de dam. in fec. l. qui infula. ff. si. de verb. oblig. l. is cuius. ff. si seruit. v. d. maxime cum verba promissionis sint verba Polyphemum: at quæstio nostra est respectu liberationis factæ Ioanni, & hoc puto esse certissimum, licet autem superiores articuli sint magis dubij, tamen in re dubia malui inclinare in eam partem per quam vniciq; saluum sit ius suum, & non videatur princeps ius alteri sustulisse. Et hæc omnia, saluo semp. saniore iudicio.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24

- CONSILII VII. SYMMÆ.
1. Communitatem lesam in integrum restitui.
 2. Dominus alicuius loci non potest locum alteri subijcere hominibus d. loci inuitis.
 3. Rex Franciæ non potest vendere vnam ciuitatem Regni inuisitibus ciuibus.
 4. Constantinus quando donauit vrbem Syluestro, fecit cum cōsensu populi.
 5. Ciuium inter est esse immediatè sub maiori domino.
 6. Interueniente consensu ciuium alienatio ciuitatis per superiores rem facta valet.
 7. Per desertionem appellationis inducitur presumptus consensus appellantis.
 8. Præstatio homagij, & responsio facta de fructibus, denotant consensum manifestum alienantis.
 9. Respublica pupillis æquiparatur.
 10. Præiudicia concessa pupillis, censentur concessa omnibus, qui per administratores reguntur.
 11. Vniuersitates Castrorum, & villarum habent beneficium restitutionis in integrum, sicut minores, & ciuitates & quare.
 12. Ad impetrandum restitutionem in integrum non sufficit mandatum generale, sed opus est mandato speciali.
 13. Contra vniuersitatem habet locum prescriptio.
 14. Communitati competit restitutio in integrum aduersus prescriptionem ex capite prescripti ignorantie per clausulam

- 15 clausulam si qua mihi iusta causa.
- 16 Facti alieni probabilis est ignorantia.
- 17 Ignorantia praesentitur, nisi probetur scientia.
- 18 Ad impediendum restitutionem in integrum non sufficit probare aliquos particulares de communitate scivisse pactum, vel aliquos syndicos etiam, quia eorum scientia non debet praesudicare toti communitati ignorantem, quominus sibi succurratur.
- 19 Communitati ignorantem succurratur ne dum adversus desertionem appellationis, sed etiam adversus rem indicatam.
- 20 Quando transactiones per syndicos factae cum domino teneant.
- 21 Syndici quando electi sunt a toto populo, vel a consilio generali totum populum representante, permittitur eis de rebus dubijs transigere.
- 22 In casibus claris qualiscumque sit, syndicus non potest transigere, & quare.
- 23 Quando in casu constat litem subesse.
- 24 Iuramentum nunquam firmat actum nullum ex defectu potestatis in prejudicium tertij.
- 25 Transactio per longum tempus observata per communitatem videtur ratificata.
- 26 Si aliqui ex communitate observaverunt transactionem ut singuli non nocuerunt communitati, secus si ut universi, quia aliud singuli aliud universi.
- 27 Factam paucorum de communitate qui noluerunt observare transactionem videtur conservata iura universitatis respectu omnium.
- 28 Fides non est servanda si dem non servanti, etiam si iuramentum intervenisset.
- 29 Dominus si non servat fidem vasallo, vasallus non tenetur ei servare iuramentum fidelitatis.
- 30 Connexum quid dicatur.
- 31 Correspective quid dicatur.
- 32 An aliquid sit connexum si atar arbitrio iudicis.
- 33 Servitia praestita per subditos domino ultra consuetudinem veterum, praesumuntur per metum extorta.
- 34 Dominus si monitus a subditis ut desistat ab iniusta exactione non desistit, poterit per superiores priuari feudo.
- 35 Inter dominam & subditos non ipse dominus, sed superior est iudex cuius officium subditi possunt implorare, ne eos permittat in delictis oneribus gravari.
- 36 Per vicium actum, vel per vicium solutionem factam per subditos domino, non acquiritur domino aliqua pars personalem, neque possessionis, vel quasi.

Via casus praesentis controversiae mihi generaliter, & in nube figuratus fuit, in se quar ordinem propositorum dubiorum, decidendo prout mihi iuris esse videbitur. Circa primum dubium, nunquid universitas castri alicuius, quae ex pactis antecedentibus erat immediate de dominio regis, si fuerit de eo castro aliquis investitus in feudum, possit reclamare, & se opponere quod minus praestet homagium illi domino. Et in hoc puncto paucis concludendo, dicendum est universitatem posse opponere: quia hoc in terminis tenet Host. & Ioan. And. Bal. & Felin. inc. dilecti filij, extra, de maior. & obed. vbi concludunt, quod hominibus investitis, non potest dominus alicuius loci subijcere locum alteri, & facit l. in iuris. in prin. & quod ibi not. Angel. Alber. de Ros. & Bened. de Plumb. ff. de fideicom. libert. & ideo dicit Bald. in cap. in generali si de feu. fuer. contr. inter do. & agna. quod Rex Franciae non possit vendere unam de civitatibus regni, in iuris civibus: & ideo Constantinus quando donavit urbem beato Sylvestro fecit cum consensu populi Romani, secundum eum, & ideo tenet Bal. in c. 1. si quis in prin. quo temp. miles. vbi dicit tali casu admittendam esse contradictionem hominum, quia teorum interest esse immediate sub maiore domino, & cum hac opin. etiam transeunt doct. in c. 1. si praeterea, de prohib. feud. alien. per Frider. Abb. in c. auditis. vbi etiam Fel. de praescript. Ang. de Aret. in tit. de eo cui lib. cau. in princ. & in si. item Serviana. Institut. de act. vbi etiam Iaf. Franc. de Aret. in l. j. ff. solut. matrim. Bald. consilio cxxv. Rex, & consilio seq. in 1. volu. Andr. Sicul. consilio xj. volu. 2. Et istud di-

Actum non videtur habere dubium: sed difficultas stat in casu nostro, quia videtur quod isti subditi consenserint: unde stante consensu ipsorum non est dubium, valere alienationem, ut dicit ipsemet Host. & sequuntur doct. in d. dilecti. & Andr. Sicul. in d. consilio. 11. Colligitur autem iste consensus varijs modis. Primo, quia cum syndici contradixissent alienationi, & appellassent a praescripto ipsi emanato, ut parerent nouo feudatario, permiserunt labi fatalia, & remansit appellatio a desertia, quo casu inducitur praesumptus consensus. l. hi qui. C. de app. l. ab eo. C. quomo. & quan. iud. Secundo arguitur consensus ex praestatione homagij alijs facta, & quia semper responderunt de fructibus, tam illi nouo feudatario, quam eius successoribus habentibus causam ab eo: unde cum executi sint quod in illo praescripto continebatur, apparet de manifesto consensu. l. penult. C. de iud. Tercio arguitur consensus, ex transactione facta per syndicos nomine communitatis: & videtur quod isti syndici hoc facere poterint, ut haberet per Doct. in l. praes. C. de transact. & ista sunt quae casum reddunt difficiliorem. Sed his non obstantibus, puto adhuc superesse remedium, quo huic communitati consulatur. Et sciendum est, quod si probetur quod interstiti istorum hominum magis esse in dominio Regis, quam esse sub aliquo dominio, & istud interesse sit probabile, ut quia communitas damnum aliquod inde patiatur, videtur quod non obstante tali consensu sit restituenda in integrum. l. respublica. C. ex quibus cau. mai. aequiparatur enim respublica pupillis, & habet eandem restitutionem quam illi habent: ex quo omnia privilegia concessa pupillis consentur omnibus concessa, qui per administratores reguntur, ut est gloss. sing. in l. 1. C. de cur. fur. quam tenet Bald. in l. habemus nulli. in princ. de sacrosanct. eccles. Et in terminis, quod ista universitates castrorum, & villarum habeant beneficium restitutionis in integrum, sicut minores, & civitates. tenet Iac. But. & Bartol. in d. l. respub. quando regitur per administratores: imò etiam si non regatur id est, propter infantes, furiosos, & mulieres, quibus non est equum ex alieno facto inferri praescriptum, ut tenet Iac. de Aren. Bald. Sal. Paul. de Cast. & communiter moder. in d. l. respubl. Ioan. Andr. Spec. in tit. de restit. in integ. in addit. incip. quadriennij. Abb. in c. 1. de rest. in integ. Rom. consilio cccxxij. Soc. consilio lxxvij. 4. cum simi. Poterit ergo ista universitas petere restitutionem in integrum ex capite laesionis, dum tamen constituat procuratorem specialem ad hoc, ut enim impetretur restitutio in integrum, non sufficit mandatum generale, ut haberet in c. tum ex literis. extra, de in integ. restit. & in rubr. & nig. C. etiam per procur. cau. restit. vbi Bald. tenet quod ipsi syndici absque procuratore poterint petere dictam restitutionem, de quo per eum. Nec obli. contra eam induceretur praescriptio longissima, qua probaretur longissimo tempore praestita fuisse fidelitatem & homagium per dictos homines: clarum enim est, quod contra universitatem villae, vel castri habet locum praescriptio, nec in hoc aequiparatur universitas pupillo, ut haberet in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. & per Sali. in l. penult. C. ex quibus cau. maior. Nam ad hoc responderetur, quod ex capite praesumptae ignorantiae competit restitutio in integrum dictae communitati, etiam adversus praescriptionem, & hoc ex clausula si qua mihi iusta causa, de qua in l. 1. in si. ff. ex quibus cau. maior. per Bart. in l. 2. si quis autem. ff. de iur. act. priua. per mod. in l. cum filius. ff. de verb. oblig. & magis communis conclusio est, quod d. restitutio competit etiam lapsis xxx. annis, ut per Alexand. consilio lxxxj. & consilio lxxxij. in ij. vol. & consil. cxvij. in v. & Soci. consilio lxxxvj. in j. & alibi saepe, & idem tenet Iaf. in leg. sicut. de testamen. mil. Fel. in cap. vigilant. de praescript. & ab hac opinione non esset recedendum in consulendo, ex quo est magis communis, ut etiam dicunt Mod. Taurinenses in trac. de praescript. in vlt. parte quartae partis princ. quae est. 28. vniuersitas enim potest

testiuam ignorantiam praetendere, ex quo ius dominij fuit illi questum ex pacto inito inter Regem, & illum de morantia: unde facti alicui probabilis est ignorantia, ut haberet in l. cum quis. C. de iur. & fac. ignorant. & in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Et in proposito nostro, Paul. de Castr. consil. cccxj. circa idq. primo in ij. vol. praesertim cum ignorantia praesumatur, nisi probeatur scientia. c. ignorantia. de reg. iur. lib. 6. Et dato, quod probaretur aliquos particulares scivisse tale pactum, vel etiam aliquos syndicos, non tamen eorum scientia debet praesudicare communitati ignorantem, quod minus sibi succurratur: cui succurratur non solum adversus desertionem appellationis, sed etiam adversus rem iudicatam. l. fin. C. si aduer. rem iudica. in 2a d. l. pen. C. ex quibus cau. maiores. Circa secundum dubium, nunquid valeant transactiones factae a syndicis cum domino suo, breuiter concludendo, si isti syndici sunt electi a toto populo, vel a concilio generali, totum populum representante, permittitur eis de rebus dubijs transigere, l. praes. C. de transact. si vero sint electi a decurionibus simpliciter, est secus: quia isti censentur tanquam priuari procuratores, secundum Bart. in l. iusurandum & ad pecunias. ff. de iur. iur. & habetur per Iaf. in l. praes. & ideo non possunt transigere absque speciali mandato. l. transactionis. C. de transactionibus. In casibus vero claris, qualiscumque sit syndicus non potest transigere: quia istud esset dissipare & donare, quod non est ei permittendum, ut haberet in d. l. praes. & per Alexand. consilio xxij. vlt. in instrumentis. in 1. volum. Idem in casibus in quibus lis non subest, non enim possunt litem fugere ut valeat transactio, secundum Bartol. in l. cum hi. ff. si cum lis. ff. de transact. nunquid autem subisset lis, poterit constari ex actis, secundum not. in c. quoniam contra falsam. extra, de proba. Item poterit iudex arbitrari nunquid esset probabile dubium, ut haberet in d. l. si cum lis. Et in casu in quo transactio in isto casu non valeret, non tamen firmaretur per iuramentum, iuxta regulam text. l. cum pater. ff. de leg. & fideicommiss. secundo. & not. per Bartol. & doc. in l. si quis maior. C. de transact. l. fin. eleganter in versic. 4. limita. ff. de condit. E

Indeb. quia iuramentum nunquam firmat actum nullum ex defectu potestatis, in praescriptum tertij, ut haberet in c. cum contingat. extra, de iureiur. in casu autem nostro esset manifestum praescriptum ipsius communitatis, ad quod inducendum syndici non habent potestatem. Sed in hoc dubio maior est difficultas: quia dato quod syndici non potuissent transigere: tamen transactio fuit per quam plurimos annos, & longo tempore observata, unde videtur communitas tacite ratificasse, arg. l. si de i. de dolo. ff. de dol. p. Innocent. in c. graua. ff. de sentent. excomm. Bartol. in l. aur facta. ff. fin. ff. de poenis. & ita consuluit Pet. de Ancha. consil. clvij. incipiente, ex narratis ex factis, & tenet Anton. in cle. 2. de poenis. Socin. in l. 1. ff. de acquir. possess. sed argumentum militaret, quando dicta transactio fuisset ab his eo modo observata, quomodo potuissent etiam de nouo fieri: in casu autem nostro praesupponitur, quod multi nunquam obseruauerint, illi vero qui obseruauerunt transactio singuli obseruauerunt, unde non potest dici quod nocuerint vniuersitati: quia illud singuli, aliud vniuersi. leg. in tantum. ff. vniuersitatem. ff. de rerum diuisione. l. sed si hac lege. ff. qui manumittitur. ff. de in ius vocando. cum concordant. per Fel. in c. eam. de rescriptis. Imo factum illorum etiam paucorum, qui non noluissent obseruare, videtur conservasse iura vniuersitatis respectu omnium, ut in simili casu dicit Guliel. de Cun. in l. habemus nullam. C. de sacrosanct. eccles. Circa tertium dubium, cum capitula concernentia fauorem Castri, dominus non obseruauerit an liceat vicissim imponere dictis hominibus non seruare capitula facientia pro domino? Videretur dicendum quod sic: quia fides non seruanti non est ser-

nanda. l. cum proponas. 2. C. de pact. quae regula procedit etiam si iuramentum interuenisset. cap. 3. cap. sicut. vlt. in fine. extra, de iureiur. facit gloss. in cap. 1. in gloss. penult. de noua for. fid. in vbius feudorum. quae dicit, quod si dominus non seruatur fidei vasallo, quod vasallus similiter non tenetur ei seruare iuramentum fidelitatis. facit etiam quod not. consulu. Cord. 24. 6. in tertio. vbi dicit, quod poena. l. si quis maior. C. de transact. non habet locum, nisi agens ad eam, pro parte sua in totum adimpleuerit. alius si non adimpleuit, ut quia in parte fidei non obseruauit, non potest uti beneficio dicta. l. si quis maior. quod solum competit eis qui intemperate pacti iura seruauerunt, ut ibi dicitur. Breuiter pro resolutione est distinguendum: quia aut loquimur quoad poenas positas in transactione, quae ex controuentione deberentur, secundum formam d. l. si quis maior, & vera sit opinio Cornei, quod non competant nisi ei qui plenarie pro parte sua seruauerit: aut loquimur quoad actionem concedendam ad id quod in transactione deductum est: & si capitula sint connexa, non debet concedi nisi ei qui pro parte sua adimpleuerit: si vero sint separata secus est, quia quilibet poterit alium compellere ad obseruandum. l. si duo. ff. de dolo. l. fin. ff. de eo per quem. fac. etic. & ita distinguunt Petr. Cyn. Sal. & Morder. in d. l. cum proponas. Et quid dicatur connexum vel correseptiuum, declarant Ant. & Abb. in c. 3. de iureiur. Putarem etiam hoc maxime consistere in arbitrio iudicis, prout in simili concludit Ioan. de Imo. in consilio cxxxix. vbi concludit, an aliquid sit connexum stari arbitrio iudicis, per gloss. in c. si ciuitas. de sentent. excomm. in 6. unde si dominus non obseruauerit aliquid, unde verisimile sit subiectos eo non obseruato, nullo modo fuisse transacturos, videtur dominum agentem ex contractu esse reiiciendum, saltem in vim exceptionis, quod tanto magis procedit respectu poenarum in transactione contentarum, ut supra dixi. Circa quartum dubium, dum dicitur quod in praestatione homagij ultra consuetudinem antiquam, exegit dominus pro quolibet vnam aurum seu oliuarum. Item fecit sibi promitti, quod homines irent ad suum molendinum, nunquid censetur inde praescriptum ipsis. Et concludendum est, quod non: quia non potest dominus releuari si allegat quod aliqua seruicia praeter veterem consuetudinem sibi tuerint per subditos soluta: praesumuntur enim in dubio metu extorta, secundum Ioan. And. in c. 1. de praescript. in 6. in nouel. & secundum Bal. in tract. de pace const. in verb. pactiones quem refert & sequitur Praepo. in praescriptis feud. vbi etiam concludit, quod si dominus a subditis non desistat ab iniusta exactione, quod poterit per superiores priuari feudo, vel per Bal. in tit. de pace tenen. ff. publici. facit text. in c. ad apostolicam. de re iud. in 6. & sibi communitate docto. & Oldr. consil. cxxxiii. factum tale. Nec isto casu dominus ipse erit iudex, sed superior cuius officium poterunt subditi implorare ne eos permittat indebitis oneribus aggravari, ut dicit Specul. tit. de feu. ff. quoniam in charta fin. vers. & no. & ibi Ioan. And. in addit. & in si. nunc dicam. vers. ceterum. Old. in d. consil. cxxxiii. Bal. in c. 1. de cap. qui cur. vend. Iac. Alu. in c. 1. apud quos contr. feud. & Praepositus in loco praescripto allegato. Et ista tanto maxime procedunt in praestatione illius vnae oliuarum, quae ut asseritur, semel tantum modo praestita fuit: clarum enim est, per illum transactum non acquiri domino aliquod ius, neque personale, neque possessionis, vel quasi, ut per Cin. Bal. & ceteros in l. si certis annis. C. de pac. unde casus non videtur habere difficultatem.

CONSILII VIII. SVMMÆ.

- 1 Vasalli non contribunt cum suis subditis & vicinis, & quare.
- 2 Vasalli equiparantur militibus veteranis.
- 3 Dominus vasallos cogere non potest ultra naturam feudi, & satis est, si adimpleant contenta cum domino.

- 4 Domini feudorum successerunt in locum fisci & non tenentur ad munera extraordinaria vel super induita, & quomodo procedat.
- 5 Consuetudo immemorabilis habet vim privilegij specialis.
- 6 Partes possunt agere ut sua dispositio etiam ad casus incognitos trahatur.
- 7 Aestimium ipsum secundum ius commune nullam hypothecam inducit, nisi statuto sit expressum.
- 8 Hypotheca non oritur ex catastro, nisi id dicitur statutum.
- 9 Bona que sunt in catastro dicuntur affecta, & ad quemcumque transeunt cum onere suo, quomodo intelligi.
- 10 Bona ubi transierunt in personam non subditam, aestimium diminuitur, & hec est causa iusta diminuenti aestimium, quod aliis diminui non possit.
- 11 Venditor qui bona alienavit in personam non subditam, aestimium releuandus est in noua reformatione aestimi, & emptor grauandus si talis sit, qui grauari possit.
- 12 Confessio catastro concernit iurisdictionem.
- 13 Excepti per conventionem ad casus insolitos, non tenentur.
- 14 In contractu venditionis venit casus insolitus, quando actum est ut venditor eum preestet.
- 15 Consolidatorum eadem est natura.
- 16 Si res concedatur in feudum & exprimentur confines, quicquid in dictis confinibus comprehenditur censetur esse feudale.
- 17 Vile dominium quando reuertitur ad directum, & cum eo consolidatur, non fit noua acquisitio.
- 18 Vasallus ecclesie si accipiat mutuum pecuniam ab ecclesia, & tradat predium feudale ipsi ecclesie in pignus, ecclesia non computat fructus in sortem, & quando.
- 19 Abbas vnire non potest fructus beneficiorum.
- 20 Per consolidationem iudicatur perinde ac si a principio bona semper fuissent incorporata, seu consolidata.
- 21 Originalis causa praeuallit, & res de facili reuertitur ad naturam suam.
- 22 Ecclesie licet aliis per restitutionem in integrum succurratur tamen fallit si ecclesia habens emphyteosim non soluat canonem, & quare.
- 23 Persona ex qua quis lucrum sentit, illius factum debet approbare.
- 24 Resoluto iure ditoris, resoluitur ius accipientis.

Conclusio suprascripta mihi placet, quod isti domini Tupporelli, non teneantur ad contribuendum cum vicinis & subditis suis, istis oneribus extraordinarijs, stante generali consuetudine vbique locorum vigente, quae habet quod nunquam do. Castorum contribuunt cum subditis ad onera. Cum enim vasalli teneantur secundum naturam feudi ad onera vasallorum, de quibus in c. de noua for. fid. & in c. de prohib. feud. alie. per Frid. non fuit æquum ut etiam contribuant cum subditis suis. æquiparantur enim ij vasalli qui militibus veteranis. cap. 1. de feud. sine culp. non amit. vbi glo. & Doctores. & per Alua. & d. Car. in rub. feu. qui non tenentur nisi ad certa onera, in ceteris sunt exempti. l. j. C. de veteran. lib. 2. & dominus eos cogere non potest ultra naturam feudi: & satis est si adimpleant conuenta cum domino seu Rege, nec ulterius cogi possunt, secundum Ioannem. Planc. in in summa seu in secunda parte, qui allegat in argumentum tex. in l. operas. de oper. libe. & §. 1. in auth. vt nulli iud. & l. r. C. de collat. feud. lib. 1. & quia isti domini feudorum successerunt in locum fisci, qui non tenentur ad munera extraordinaria, vel super in d. l. 1. C. de priuileg. domus august. lib. 1. per Dec. consilio xlvij. & ista est ratio cur nobiles non contribuant cum vicinis, ad eorum exonerationem, & ita vbique seruatur, vt per Guid. Pa. q. 384. Iacobin. tract. de homag. Alber. Bru. consil. c. iij. cum similib. Et procedit suprascripta conclusio, etiam respectu extraordinariorum, quae inducuntur propter necessitatem belli: quia licet alijs qui tuti sunt solo generali privilegio immunitatis, hoc casu non excusarentur ne impugnetur utilitas publica: & quia non videtur de tali casu cogitatum, tanquam valde insolitum. l. 1. C. vt nemini liceat ab emp. lib. 20. l. iubemus nullam. C. de sacros. eccle. & fuit opi. Din. cum qua magis commu-

A uiter transeunt doc. in l. si ex toto. ff. de leg. 1. vbi Iaf. allegat multas similes decisiones, tamen ista procedunt respectu eorum, qui nituntur privilegio generali tantum, non autem habent locum respectu eorum, qui ex consuetudine immemoriali sunt tuti. Cum isti nobiles nullo vnquam tempore contriuerint, quae consuetudo maxime in istis oneribus est attendenda, etiam in casibus quantumuis insolitis & non praemeditatis, secundum gl. in 2. C. de exco. & transla. mil. ann. lib. 12. vbi Ioann. de Platea. & facit ratio, quia talis consuetudo habet vim privilegij specialis. cap. super quibusdam. §. preterea. de verb. sign. l. hoc iure. §. ductus aquae. ff. de aqua quot. & esti. Certum autem est specialiter posse concedi ad tales necessitates bellicas etiam insolitas, quis non teneatur, vt dixi in d. l. iubemus. & facit. l. qui iure. ff. de test. mil. possunt enim partes agere vt dispositio sua etiam ad casus incogitatos trahatur, secundum Ang. in l. tres fratres. ff. de pact. Lud. Rom. in l. si cut certi. C. de test. mil. Alex. consil. 11. in 2. vol. Rursum procedit conclusio in casu nostro, etiam respectu bonorum alias ab istis nobilibus emptorum a vicinis, & quae fuerunt in aestimo seu Catastro vicinorum: quod in casu nostro probatur tribus principalibus fundamentis. Primum est, quia aestimium ipsum, secundum ius commune, nullam hypothecam inducit, nisi hoc expressum sit statuto, vt dicit Bart. in l. rescripto. §. sciendum. ff. de mu. & ho. cum quo ibi transeunt doct. & Ancha. consil. 104. hoc statuto Car. consil. 154. Alber. Brun. d. consil. 103. Et licet doct. dubitent, an tale statutum noceat ecclesiae, & in hoc sit maxima altercatio: tamen omnes fatentur, ex Catastro non oriri hypothecam, nisi stante d. statuto. Et licet Bal. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cu. vni. quem refer. & sequitur Dec. consil. 285. dicant quod bona quae sunt in Catastro, dicuntur affecta, & ad quemcumque transeant cum onere suo: tamen loquuntur in oneribus merè realibus, id est, triburis l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mu. & ho. l. modios. C. de fusc. & arc. lib. x. non autem in collectis quae imponuntur personis pro rebus. d. l. rescripto. §. si Bartol. & doctores in l. placet. C. de sacros. eccle. Bartol. consil. clxxx. Bald. in tit. de pac. const. verbo, munitione ciuitatum. Alexand. consil. 50. vol. 5. Socius cclij. cum similibus. Et vbi bona transierunt in personam non subditam dicto aestimo, subest causa iusta cur aestimium diminuat, quod alijs diminui non possit. l. 1. C. de collatio. donat. vel releuat. lib. x. vbi Bartolus & in noua reformatione aestimi venditor ipse est releuandus iuxta l. forma. §. illum. ff. de censibus. l. 3. §. si. ff. vbi pupil. educ. & grauandus emptor, si sit talis qui grauari possit, vt quia subditus, cum confessio catastro concernat iurisdictionem l. r. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuers. si. vero grauari non potest: quia non subditus, aut alijs exemptus, vt ecclesia, vel dominus, tunc est secus, secundum Bartolum in l. sciendum. & in leg. libertus. §. sola ratio. ff. ad municipal. de incol. per Alexand. c. 6. §. 1. nu. 4. in 1. & consil. lxxvij. in 2. & dicto consil. 52. in 5. Secundum fundamentum est, quod colligitur ex capitulis conventionum ipsarum partium, quibus cauetur pro bonis immobilibus, quae obuenient in futurum ipsis dominis, ex causa successione, vel successione, quod non teneantur ad tales extraordinarias, seu collectas, quae rebus imponi solent pro personis: quia de iure communi talis res non transit cum onere suo, quibus verbis videtur expressim decus praesens casus. Et licet loquatur conventio in causa successione: tamen ratio expressa in illo capitulo, militat etiam in casu nostro: quia tale onus extraordinarium non sequitur rem, quae ratio ampliat dispositionem, secundum Baldum in l. suum. C. de iure deliberan. & in l. si seruus legatus. §. qui quinque. ff. de lega. 1. & quae not. Bartolus in l. qui volebat. de haered. instituend. in l. si soror. §. 1. soluto matr. Socinus consil. xxxij. l. vij. in ij. Dec. consil. xxij. 182. & quae habentur in l. cum pater. §. dulcissimi. ff. de l. 2. Et licet loquantur aliqui in vicinis voluntatibus;

A tibus: tamen idem est etiam in contractibus, in quibus potissimum voluntas contrahentium magis quam verba attenduntur, vt in simili est tex. in l. in conuentionibus. vbi dixi. ff. de verbo. signification. & quia verbis successione, comprehendit etiam successores particulares. d. l. in conuentionibus. & l. id tempus. §. 1. de vsu. & l. si in iurum. §. ad iur. ff. de dam. in fec. maxime propter dictionem, successione, praecedentem, secundum Alexand. consil. cxxv. in secundo. & dixi in l. haeredis appellat. de verbor. signification. & propter expressam rationem censetur decus etiam hic casus. l. fin. §. & licet. ff. de iur. & facti ignorant. qui saltem sublata significatione comprehendebat iuxta glo. in auth. vt ij. qui obligat. in princip. verbo, ad curationem. Et licet principaliter dicta conventio sit facta propter bona forensium; tamen ratio est generalis, & ex ea ostenditur, quod idem sentiebant de bonis quo modocunque applicatis ipsis dominis: vnde cum isti domini sint exempti ab istis oneribus, etiam per conventionem, non est dubitandum, quin talis conventio extendatur etiam ad casus insolitos, & non procedunt not. per doctores in d. l. si ex toto. prout tenuit Ioan. Bapt. de sancto Severino, in repet. omnes populi. ff. de iustitia & iure. Alber. Brun. consil. xij. & probatur haec conclusio in l. si iustas. §. frumenta. de contrahen. emptio. secundum in intellectu Salice. qui congruit verbis literae, vbi in tractatu venditionis venit casus insolitus, quando actum est ut venditor eum preestet. & ita tenuit Bald. Angelus, Fulgo. Castren. Alexand. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. per Ripam in tractatu pestis fo. 17. Tertium fundamentum est, quia ista bona seu per emptionem seu alio titulo reuera ad dominos, sunt in consolidata directo dominio, & censentur eiusdem naturae cuius sunt reliqua ipsorum dominorum. Cum enim ipsi domini habeant fundatam intentionem in toto territorio, non solum respectu iurisdictionis, quod est in dubitatum. c. si diligenti vbi. Abb. 2. not. de prefer. Sed etiam respectu domini directi, quod apparet ex instrum. Franchisiam, in quo vbi que dicitur, quod illa bona prius erant serua, seu praestabant seruitutem dominis, quae verba significant feudum, secundum glo. in l. si vsus fr. leg. ff. de vsu fr. Et quia soluebant tertiam in alienationibus, quae succederat loco quinquagesime, de qua in l. si. C. de iur. emph. quod ius est reueratum etiam hodie in certis casibus: vnde arguitur ius directi domini. Et quia ita in dubio videtur praesumentum, vt cum constet eos respectu aliorum bonorum esse vasallos, idem praesumamus de alijs nisi probentur allodialia, vt tenet Spec. in tit. de emph. §. nunc aliqua. vers. 40. cum seq. & vers. 62. Baldus in c. 1. de vasall. qui contra cost. not. tradunt omnes in c. §. vasallus. si de fun. Iaf. in l. 2. §. num. 173. C. de iure emph. maxime cum concessum sit castum, & eius iura omnia, ad dictos confinibus in inuestitura: vnde quicquid est inter dictos confines censetur esse feudale. d. c. si diligenti. facit text. in §. fin. quibus modis feud. omit. & quod not. Paulus Castren. & Socinus in l. 1. in not. ff. de acqui. posses. & diffuse allegatum est in suprascripto consilio, ad quod remitto. Cum igitur fundata sit intentio dominorum respectu directi domini: si deinde vile ad eos reuertatur sit consolidatio, nec dicitur noua acquisitio. l. 4. ff. de iur. dot. vbi Bartolus, Baldus, Fulgo. l. si conuenit. §. si nulla. vbi Aretinus. ff. de pig. act. vnde cum non sit noua acquisitio, imitatur naturam ceterorum bonorum. Et pro hac opinione est text. valde not. in c. 1. extra. de feu. secundum intellectum magis comunem, quae tenet ibi Hofst. Guer. Abb. Anch. Car. 1. mo. vbi si vasallus ecclesie accipiat mutuum pecuniam ab ecclesia, & tradat praedium feudale ipsi ecclesie in pignus, ecclesia non computat fructus in sortem: quia censetur facta consolidatio, nec amplius attenditur natura pignoris, pro quo etiam est text. in cap. 1. in fin. & in capit. conquestus. extra. de vsuris. Sicut ergo ibi pignus non attenditur: sed consolidatio, ita & in

A casu nostro non attendemus venditionem seu titulum singularem per quem dicta res redierit ad dominum, sed potius vim vnionis, seu consolidationis. Facit in simili, quia nos videmus quod Abb. qui vnire non potest fructus beneficiorum. c. cum singula. verbo, vnire. de praeb. in c. clemen. ne in agro. §. adhuc. de statu monachorum. c. sicut. de excess. praetorum. & tamen potest hoc facere bonis in qua originaliter sub directo dominio suae ecclesiae fuerunt, c. vt super. de rebus eccle. non alien. vbi doctores quia per talem consolidationem iudicatur perinde ac si a principio semper dicta bona fuissent incorporata, seu consolidata. facit quod not. Alexand. consilio vlti. in 4. vol. quod consiliu est Andr. Sic vbi declarat doctrinam Bartoli tenentis in leg. si vacantis. C. de bo. vac. lib. 10. vnde videmus, quod licet clericus non possit prorogare iurisdictionem alterius iudicis, potest tamen ad eum reuerti a quo fuit exemptus: quia originalis causa praevalet, & res de facili reuertitur ad naturam suam. l. si vnus. §. pactus. in fin. ff. de pact. vt tenet Abb. post alios in cap. significasti. de for. compet. & consilio xxv. in 1. in disputatio. in cap. duo clericali. & facit quod not. Baldus in leg. placet. C. de fac. san. eccl. per illum tex. in verbo translationem vbi licet alias ecclesiae succurratur per restitutionem in integrum: tamen fallit si ecclesia habens emphyteosim, non soluat canonem: quia res reuertitur ad dominum, & sic ad originem suam, eique consolidatur absque restitutione. Nec me mouet distinctio do. Iacobini de S. Georg. in tract. feudali. fo. 17. in princip. dum videtur distinguere, an feudum reuertatur ad dominum vt dominum, an vero reuertatur ad eum tanquam priuatum, vt quia vasallus domino donasset: nam tunc succederet regula, ex qua persona quis lucrum sentit illius factum debet approbare. l. ex qua persona. de regul. iur. alleg. Petr. de Bellapert. in leg. 3. ff. de fer. & Petrus, Iacobus & Ioannes Rayn. vt per eum. Respondeo enim quod illa distinctio procedit in terminis in quibus loquitur, si in reuolutibus & iure reali, quod sequitur rem ipsam: non si quaestio est in muneribus & catastro, quae muneribus imponuntur personis, licet pro rebus: vnde quando res peruenit ad personas non subiectas tali oneri in distincte remanet libera, nisi aliter statuto esset cautum, vt dicit Bar. in d. leg. rescripto. §. sciendum. ff. de mu. & ho. & supra dixi. Secundo respondeo, quod illa distinctio habet locum in iuribus alteri debitis, seu iam quaesitis, cum enim fundus vasalli debet seruitutem fundo vicini, si fundus seruiens reuertatur ad dominum, iure domini resoluitur seruitus: quia resoluto iure ditoris, resoluitur ius accipientis. leg. lex vestigali. ff. de pig. si vero ad dominum transeat ex emptione, vel donatione, vel simili titulo: quia dominus succedit in locum ditoris, tenetur ratum habere factum ipsius d. leg. ex qua persona. sed nostra quaestio est in istis oneribus, quae non imponuntur iure successione, nec in quibus aliquis tenetur ex persona alterius: sed quilibet ex sua: adeo quod venditis bonis venditor liberatur. d. leg. forma. §. 1. emptor vero non ex persona ditoris sui. sed ex sua tepetur. vnde si ipse sit immunis ultra non quaeritur. Tertio respondeo, quod dicta distinctio in casu nostro non potest esse vera, per text. expressum in d. cap. 1. extra. de feud. secundum intellectum communem, vbi dominus recuperauerat rem non tanquam dominus, sed tanquam quilibet extraneus, ex contractu pignoris ob pecuniam mutuo datam vasallo, vel emphyteutae, & tamen res illa iudicatur secundum qualitatem aliorum bonorum domini propter consolidationem: & ideo fructus non imputantur in sortem, & probat ille text. a fortiori, quia ibi non erat adeo plena consolidatio, sicut in casu nostro: in quo vile dominium omnino fuit translatum in dominos, ibi sola possessio pignoris transfertur in creditorem, secundum l. sciendum. §. si creditor. ff. qui satisd. cog. leg. legata. §. fin. ff. de sup. leg. Nec rursus obstant

aliae rationes, quae oriuntur ex quibus conuentionibus & instrumentis: quia ad illas optime fuit responsum per dominum consulentem do. Nicolaum Taparellum: cuius iudicio acquiesco. Salua semper sententia cuius libet melius sentientis.

CONSILII IX. SUMMÆ.

- 1 Concessionem per tyrannam factam non valet.
2 In Ducatibus, Comitatus, vel similibus magnis feudis praesertim mala fides continuata in quoscunque successores, nec vnquam talia feuda praescribuntur etiam si lapsi essent, plus quam centum anni.
3 Vitium reale in quoscunque successores perdurat.
4 Bone fidei possessor alienando seu infeudando Castrum non potuit transferre aliquod dominium vel ius, cum ipse non habeat, sed solum transiit vti vti conditionem.
5 Coram Rege non seruantur solemnitates iuris, sed proceditur sola facti veritate inspecta, et attendit, et sicut coram Deo.
6 Disputare de potestate Regis seu Ducis Mediolani, et annulare eorum gesta esset vel reformare totum mundum.
7 Patientia diuturna civitatis approbat tacito quodam consensu dominium Principis seu regentis dictam civitatem.
8 Non est recedendum a iure, quod longo tempore placuit.
9 Primum in possessio de iure non mutandum est.
10 In possessio exceptiones respicientes dominium reiiciuntur.
11 Possessio antiquior praesumitur magis iusta.
12 Standum est literis Regis, et cuiuslibet Principis superiorum non recognoscens exculpantibus aliquem et quomodo hoc intell.
13 Dux mediolani habet omnia iura imperialia etiam alias reservata.
14 Concessio Regis contra ordinationem alias per eum factam, est nulla, quia praesumitur circumuentus.
15 Princeps non potest priuare vasallum feudo sibi concessio, nisi si vasallus fuerit conuictus de culpa.
16 Feudum est contractus.
17 Princeps ligatur propriis contractibus propter consensum, qui est de iure naturali.
18 Princeps de plenitudine potestatis non potest contravenire proprio contractui.
19 Concessionem bonorum sive applicatorum, vel applicandorum parte petente nullam.
20 Princeps ex causa potest ius tertij tollere.
21 Princeps si restituit bannitum, non absente quacunque condemnatione quem vult haberi pro infecta talis bannitus, recuperabit etiam bona in tertium alienata.
22 Citatio partis, quando requiratur, et quando non.
23 Princeps potest legitime aliquem in praedictum iuris quae sit, tertio etiam eo non citato.
24 Citatio ex causa per Principem tolli potest.
25 Papa si faciat aliquam ecclesiam exemptam, licet sit in graue praedictum Episcopi, tamen valet concessio, quamuis eo non citato.
26 Patronus restitutus acquirit iura aduersus libertum absque aliqua citatione.
27 Restitutio regulariter non trahitur ad alienata.
28 Res semel alienata per fiscum amplius non potest euari.
29 Princeps quando quid vere, et ex propria scientia scit, debet attendere conscientiam suam non autem probationes, nec ordinem iudicium, sed prouidere, sicut Deus.
30 Oblitio non praesumitur de rebus se praesente intra decennium gestis.
31 Dispositio magis specialis attendi debet.
32 Non valenti agere non currit praescriptio.
33 Princeps potest intuitu innocentiae sententias criminaliter latis annullare quamuis sit statutum, quod ab illis non possit querelare, seu supplicare.
34 Princeps debet reuocare sententiam, quae transiit in iudicatum propter innocentiam condemnati.
35 Princeps etiam sine causa potest annullare sententias contra aliquem latis, et quare.
36 Princeps potest derogare beneficio ordinarum.
37 Decreta quae contra ius commune fiunt, debent stricte interpretari.

PRÆSENTI in causa, in qua simpliciter sum requisitus, vt dicam, quid iuris esse existimem breuiter duxi procedendum: tñ quia per alios

fuit diffusissime allegatum: tum etiam quia solet veritas à mululo quo abhorre, videndum erit igitur de duobus tantum artic. Primus est, nunquid illustri domina Galeaz sancto Seuerinus magnus Scutifer regius possit pretendere sibi aliquod ius competere in feudo Castru noui, vigore concessionis sibi factae per Sphortiacos. Secundus est, nunquid si quod ius habuit censeatur perdidisse. Et iure censeatur translatum in illustre Comitum Musochi. Circa primum articulum videretur prima fronte dicendum, quod inuestitura feudalis sibi facta per quendam ducem Mediolani Ioannem Galeaz nullum ius in eum transfulerit. Et pro hoc facit, quia dictus dominus Ioannes Galeaz non habebat aliquod ius in ducatu, sed eius maiores illum armis occupauerant: vnde dicebatur Tyrannus, & consequenter concessiones per eum factae nihil valent. I. decernimus. vbi Bald. & doct. C. de sacros. ecclesijs. & firmat per Bar. in tract. suo de tyrannia in 1. quaestione. & Pet. de Anchar. in c. funda. de elect. lib. 6. C. confirmatur, quia dato prout negari non potest, quod eius maiores per vim, & armis illum occupauerint, eodem modo dicebat ipse in mala fide, sicut primi occupatores: quia in ducatus, comitatibus, vel similibus magnis feudis. 2 praesumitur mala fides continuata in quoscunque successores, nec vnquam praescribuntur etiam si lapsi essent, plusquam centum anni, vt in notabili casu consulti Abb. in consi. 3. incip. inter in presenti. ver. 16. quaestio. in 2. vol. sequuntur mod. in c. si diligenti. extra de praeser. & est ratio, quia in tali occupatione vertitur vitium reale: q. 3 vitium in quoscunque successores perdurat. l. vitia. C. de acq. poss. §. furtiuae. insti. de vsuc. Confirmatur etiam, quia dato quod ipse do. Ioannes Galeaz esset bonae fidei possessor: tum alienando seu infeudando tale castrum, non potuit transferre aliquod dominium, velius, cum ipse non haberet, sed solum transiit vti vti conditionem. l. i. C. de vsuc. trasfor. §. sed tantummodo. insti. de vsuc. in prin. vnde ante vsucapionem potest versus dominus tale castrum in que voluerit transferre, prout in apposita quaestione fecit christ. Rex Ludouicus, qui concessit illud castrum comiti Musochi quocunque; ad eum peruenisset, & ex his casus iste redditur satis dubius in fauorem magni Scutiferi. Sed tamen his non obstantibus videtur dicendum, quod imo illustri do. Galeaz possit pretendere iustum titulum, vigore concessionis sibi factae tam per d. Io. Galeaz, quam etiam vigore tacite recognitionis, factae per quendam d. Ludouicum Sfortiam. Et pro huius opinionis fundamentum considerandum est, quod ipse d. Io. Galeaz, & deinde d. Ludouicus in ducatu Mediolani tunc temporis habebantur pro veris ducibus, nedum à cæteris potentibus Italiae, sed etiam ab externis: & etiam Christianissimus Rex Francorum Carolus octauus, quado ad eos scribebat non aliter eos appellabat, quam Mediolani duces: quini imò & fortius etiam Maximilianus Imperator, quando ducit in uxorem ipsius Io. Galeacij sororem, ad eum scripsit, Mediolani ducem appellando, & istud etiam est magis manifestum in principe Ludouico, qui habuit inuestituram feudalem ducatus ab ipso Imperatore, & licet aliqua ex istis forte non sit deducta in processu: tamen ex quo causa est auocata, vt iudicetur per Christianissimum Regem poterit ipse ex seipso hoc cognoscere, & ex aliorum relatione intelligere, ex quo coram eo proceditur si sola facti veritate attenda, & sic coram Deo, vt per Bartolum in l. vnica. C. vt quae deser. aduoc. in fi. & can. in c. dilecti. extra, de iudicijs. Et certe disputare de potestate istorum principum, & annullare totum gesta, esset reformare totum mundum, vt dixi Bal. loquens de principe Mediolani, in consi. cclxij. recolo me consuluisse in 1. & facit quod in simili casu consulti Corn. consi. cxxvij. primo aspectu in 2. vol. vbi idem consulti in do. Pandulpho de Malatestis qui de facto per multa tempora tenuerat dominum Arimini, & istud fortius procedit in dictis Sfortiacis, quorum dominium videtur approbatum ex quo

ciuitas

7 ciuitas tacito consensu diu eos passa est, vt dicit Card. in cle. i. §. terra. in 4. quaest. de penis. Vnde etiam Christianis. Rex Ludouicus, quando eos deiecit de possessione ne dicti ducatus: non tamen rescindit eorum gesta, sed potius confirmauit: quia priuilegia & donationes per eos olim variis nobilibus factas, ratificauit: nec vnquam in ducatu Mediolani fuit istud rescricatum in dubium. vnde non debemus recedere à iure quod tandiu placuit. l. minime. ff. de legibus. Et certe incoueniens esset, vt quod in aliis obseruatum est, non etiam per Christianissimum Regem obseruaretur in magno Scutifero, qui infinita semper seruitia ex hibuit versus regiam maiestatem. Et ex hoc possunt tolli deducta in contrarium, quia procedunt in vero tyranno, quorum acta fuerint rescissa, sed Christianis. Rex non est solitus rescindere inuestituras, factas per Sfortiacos, attento quod omnes eos habebat pro veris principibus, & quod Ludouicus habebat etiam ruculum, & quod ciuitas diutius eos passa est: vnde saltem attenda aequitate negotij, videtur in hanc partem inclinandum. Et istud tantò magis procederet si feratur sententia in iudicio possessorio, prout prius de iure pronuntiandum est. c. i. de cau. posses. & prop. l. ordinarij. C. de rei ven. in quo iudicio reicitur ista exceptio respiciens dominium. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Jul. de vi pub. c. fi. de ord. cogn. cum si. & praesertim si feratur sententia possessorio, (spectans redintegrationem. secundum can. redintegranda. t. q. 3. in quo sufficit probare possessionem magis antiquam agentis, & conuenit ipsam possidere, quia possessio agentis tanquam antiquior praesumetur magis iusta, vt dicit Abb. in c. u. ad sedem. de rest. spo. cum concor. per Alex. consi. 6. in 3. vol. & consi. 89. in 3. & per Mod. in l. rem qua nobis. ff. de acq. poss. & si reus conuentus volet probare actorem cecidisse à possessione ex iusta causa, reicitur per literas regias attestantes magnum Scutiferum de iure non potuisse baniri, nec expelli de quarum literarum viribus dicam in sequenti articulo: & sic quantum sit ad iudicium possessorium, casus iste videtur clarus. Et quamuis vtrumque iudicium tam possessorium, quam petitorium sit cumulatim tamen prius debetur in possessorio pronuntiar. c. 2. vbi omnes extra, de cau. poss. & prop. Circa secundum articulum, casus est longe clarior in fauore do. Scutiferi: cum enim Christianis. Rex Ludouicus attestatur ipsum nihil deliquisse, & nullam famam bonorum iurium, dignitatis ve priuationem incurrisse, standum est illis literis. cle. i. de prob. quae constitutio habet locum nedum in pontifice, sed etiam in quolibet principe nou recognoscere superiorem, vt est communis conclusio in c. cum à nobis. de restibus & per Alexan. consi. 15. vol. 3. & istud propterea procedit in d. d. Mediolani, qui habet omnia iura imperialia, etiam alias reseruata, vt per Bald. consi. cclix. quaedam odum Imperator. lib. 3. Paul. de Castr. consi. cccxxv. in Christi nomine, ad primum Lud. Ro. sing. 457. an dux Mediolani. Fel. in c. quae in ecclesiarij. num. 33. vers. quarta declaratio extra, de consi. Ioan. Bap. de S. Seuerino in repert. l. imperium in 18. q. ff. de iurid. omni iud. Moder. in l. ex hoc iure. de iur. & iur. & ex dictis literis resultat solidum fundamentum in fauorem domini Scutiferi. Sed hic insurgit difficultas, quia licet text. in cle. i. dicat standum esse verbis principis aliqui referentis: tamen istud non procedit, quando ex hoc resultaret praedictum tertio, vt concludit Pe. de Anch. consi. 198. premitto. in fi. & Pau. de Castr. consi. clvj. Et iste proprie est casus noster, in quo resultat magnum praedictum comiti Musochi. Sed respondeo, quod dicti doctores loquuntur in casu quo sum pliter princeps aliqui asseruit iniustum, nec aliter constat de eius enixa voluntate, nam tunc non statim tali assertioni sed praesumitur male informatus, & rescriptum non tenet: sed in casu nostro in quo Rex ita attestatur, & propter eius innocentiam reuocat omnia banita, & sententias motu proprio, & de plenitudine potestatis, quo casu nihil potest opponi, quo minus

Conj. Andr. Alc.

concessio suum fortiatum effectum, vt per Baldum in l. 2. C. de ser. & aqua. cum concordat. Nec obstant oppositiones factae per aduocatos illustri comiti Musochi. Et in primis dum dicitur, quod istae literae declarantes magnum Scutiferum nihil deliquisse, non debent retrahi in praedictum ipsius comitis Musochi: pro qua ratione facit quod norat. Baldus in c. cum olim per illum textum extra, de re iudi. vbi dixit, quod concessio Reges Franciae contra ordinationem, alias per eum factam, est nulla: quia praesumitur circumuentus: & idem in Regi Aragonum consulti Lud. Rom. consilio. cclxxxvij. circa praemissa & propterea dicit Fel. in d. cap. cum olim. quod ille text. inducitur ad id, quod quotidie facit Papa, declarando qualis fureit sua intentio in aliqua concessione: nam si illa declaratio non consonat verbis prioris concessionis, habetur pontifex pro circumuento, & ipsa declaratio est nulla: ergo idem debemus dicere in casu nostro, in quo ista declaratio Regis, ne dum non consonat verbis prioris concessionis per eum factae in comitem Musochi: sed penitus aduersatur & eam annullat, & pro hoc faciunt multa allegata per Felinum in d. c. cum olim. sed tamen in casu nostro contrarium est verius, quia text. in d. c. cum olim. procederet, quando essemus in casu in quo princeps non haberet seu non praesumeretur habere certam scientiam: nam tunc praesumitur circumuentus, & ita procedunt allegata in contrarium, & illum text. ita intelligit Abb. & Caro. ibi. Sed nos loquimur in casu qui erat cognitissimus ipsi Regi: vnde ipsemet attestatur seriem facti, prout fuit in literis deducta esse veram, & attestatur veram fuisse protestationem factam Regi Carolo de capiend. arma contra quam curaque personam, & facit illam declarationem cum efficacissimis clausulis, de quibus infra dicam. Secundò videtur ob stare, quia per talem declarationem in effectu tolleretur ius tertij, & priuaretur comes Musochi feudum sibi concessio, quod tamen non potest fieri. c. 1. de natura feud. vbi non potest princeps priuare vasallum feudo sibi concessio, nisi fuerit vasallus conuictus de culpa, & ille text. procedit etiam in Papa & Imperatore, & quibus libet principibus non recognoscensibus superiorem de facto. Et pro hoc facit, quia ex quo feudum est contractus, vt dicit Bart. in l. legitima ff. de pac. principes ligantur propriis contractibus, propter consensum, qui est de iure naturali. c. j. extra, de prob. imò dicit Pau. de Castr. in l. digna vox. C. de legibus. quod nec etiam de plenitudine potestatis potest princeps contravenire proprio contractui: ad idem quod not. Baldus in c. 1. §. ad haec vers. item not. ex glo. de pace iur. rament. firmant. in vrbibus feudorum. Sed ad hoc respondetur, quod imò non tollitur ius tertij, scilicet comitis Musochi, ex quo ipse nullum ius habebat, tum quia dictum feudum non potuit dici applicatum camerae, ex quo dictae sententiae, & banua, contra ipsum magnum Scutiferum sunt irrita, & nulla, prout declaratur in literis regijs, & et circumscriptis literis, latissimè fuit demonstratum in alijs allegationibus: tum etiam quia concessio facta comiti Musochi est nulla, per leg. j. & ij. C. de per. bon. sub. lib. vbi concessio bonorum q. pertinetur in fisco tantum ante incorporationem, quae post, est nulla, si sit facta ad postulationem partis, quod in dubio praesumitur, vt ibi per omnes: nec sufficit si in tali concessione sit generalis clausula, non obstantes, &c. ex quo procedit specialis prohibitio, vt ibi declarat Ioan. de Pla. Nic. de Neap. Et licet Baldus in cap. ad audientiam. extra, de praescrip. in vltimis verbis dicat, quod ille titulus. C. de per. bo. sub. non procedat in feudis, sed in alijs concessionibus tantum, tamen illud dictum caret ratione, nec reperio doctorem qui eum feratur: sed feudistae praesupponunt contrarium in cap. 1. qui success. teneant. vbi Andre. de Serr. & Prepositus sancti Ambrosij dicunt, fuisse multas infeudatio

in

res hoc prætextu per Innoc. quartum in regno Siciliae reuocatas. Secundo responderetur ad istud argumentum, quod ex quo Rex attestatur ipsum magnum Scutiferum fuisse innocentem, certe ista est causa sufficiens per quam debeat restitui ad bona etiam interim alienata dum bium est, quod potest princeps ex causa, præsertim quando procedit de plenitudine potestatis, tollere ius tertij, vt dicit Abbas & sequuntur omnes in capit. quæ in ecclesiis. extra, de const. & per doctores in l. si. C. si contra ius vel util. pub. & pro hoc facit quod not. Card. in c. quia diligentia, de elec. vbi si princeps restituitur bannitum. non obstante quacunq; condemnatione, quã vult haberi pro infecta, talis bannitus recuperabit etiam bona in tertium alienata. & sequitur Imo. & Alexand. in l. Gallus. §. & quid sitantur. in pen. char. de lib. & posthum. & licet aliqui Moder. in c. fin. extra, de const. dubitent de ista decisione: tamen eorum rationes procedunt, vbi aliquis esset restitutus simpliciter de gratia: scilicet in casu nostro, vbi princeps attestatur eum fuisse innocentem. Tertio videtur ob stare, quia in tali concessione non fuit citatus comes Musochi: ergo non debet illi fieri præiudicium. c. i. vbi Abb. & alij extra, de causa possessionis & proprietatis: sed quia ad istud argumentum pluribus modis responderetur, vltra dicta aliorum potest etiam responderi, quod cum rex fecerit istam declarationem de plenitudine potestatis, non fuit necessaria citatio partis, vt dicit Ioan. And. Innocen. & Imo. in c. inter quatuor. de maio. & obed. per doct. in d. c. i. Præterea quado aliquid contra aliquem principaliter statuitur verum est eum debere citari, & ita possunt procedere contraria: sed vbi aliquid principaliter tendit in fauorem alicuius, licet in consequentiam resultet alicui damnum, videtur quod princeps indistinctè hoc possit facere, eo non citato, per not. per Barto. & doc. communiter in l. Gallus. §. quid sitantur. ff. de lib. & posthum. vbi potest princeps legi timare aliquem in præiudicium iuris quæsiu tertio etiam eo non citato arg. l. 2. ff. de nata. resti. & facit, quia citatio ex causa per principem tolli potest glo. in l. an. tep. ff. ex quib. caus. maio. quæ causa in principe præsumitur. glo. in l. relegati. ff. de pen. & doct. in d. c. quæ in ecclesiis. & pro hac solutione facit, quod not. Corn. consil. liij. in 4. volum. vbi si Papa facit aliquam ecclesiam exempta, licet sit in graue præiudicium episcopi, tamen valet concessio, quamuis eo non citato. c. si papa. c. cum capella. de priuil. Et pro hac solutione etiam facit text. in l. 2. §. si deportatus. ff. de bon. lib. & in l. siue. ff. de iure patro. vbi patronus restitutus acquirit iura aduersus libertum, nec ibi fit mentio aliqua de citatione. Quarto videtur ob stare, quia illa declaratio facta per Regem per quã in effectu dñs Scutifer restituitur, non debet trahi ad bona alienata, præsertim per fiscum, tum quia regulariter restitutio non trahitur ad alienata, vt per glo. doct. in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de lib. & posthum. tum quia vbi res est semel alienata per fiscum, amplius non potest euinci. l. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip. & per Bar. in l. si. C. de sentent. passis. & in terminis nostris per Ioan. Fabr. in §. cum autem. Inst. quibus modis ius pat. pot. sol. sed ad hoc respondetur quod imo ista declaratio trahitur ad alienata, ex quo est facta contemplatione iustitiæ, non autem de gratia, & ita communiter tenetur in d. §. & quid sitantur. & per Can. in C. quia diligentia, extra, de elec. & per Fel. in c. inter quatuor. de maior. & obed. per text. in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. & ibi proprie doc. loquuntur in bonis alienatis per fiscum, & facit etiam text. in l. ij. C. de reparation. quæ fiunt in iudic. & quod not. Nellus in trac. bannitorum in quæst. tertij. temp. vis. in si. Nec ob st. si dicatur, quod non videtur istam declarationem facta esse de iustitia, ex quo non est seruatus modo iudicialis: imo princeps fecit hanc declarationem aduersus binas sententias & banna contra eum latas: quia respondetur quod ex quo princeps sciebat ipsum

esse innocentem, prout ipsemet attestatur, debuit de iure dictas sententias annullare. l. diui fratres. ff. de pœnis & in l. 2. §. si quis vltro. ff. de quæstio. & in hoc debuit attendere princeps conscientiam suam, non autem sententias prius latas, nec alias probationes, vt not. in leg. illicitas. §. veritas. ff. de offi. pœsi. nec p se debuit attendere ordinem iudicium, sed potuit procedere sicut Deus, vt not. per Bar. & docto. in l. i. infini. C. vt quæ desunt aduoc. par. Nec obstat dic. l. bene à Zenone. quia potest multipliciter responderi. Et primo respondetur, quod illa solū procedit, quia sciscus bona sibi possidebat rem alienatam credens esse suam, prout declarat Bar. in l. si. C. si contra ius vel util. Iac. de Are. Bald. & Ange. in leg. ij. C. de com. rer. alie. & per Felin. in cap. quæ in ecclesiis. extra. de const. quod non est in casu nostro, ex quo Rex Ludouicus sciebat rem non esse suam, ex quo verum non erat quod dominus magnus Scutifer esset rebellis propter protestationem Regi Carolo factam, nec aliquo modo deliquisset, & cum ipse hoc attestetur in literis concessis do. Scutifero est verisimile quod eandem scientiam haberet etiam tempore literarum concessarum comiti Musochi, quia obliuio non præsumitur saltem de rebus se præsentibus in tra decennium gestis, glo. & docto. in leg. i. C. de seruus fug. Secundo responderetur, quod dispositio d. l. bene à Zenone. est generalis, sed ista alia dispositio, quod restitutus de iustitia recuperaret bona etiam alienata, est magis specialis, vnde ista attenditur per regulam iuris. l. in toto. ff. de reg. iur. & quod not. Baldus in l. executionem. C. de execution. rei iudi. Corn. consil. 66. volum. 1. Tertio est aduertendum: quia præscriptio quadriennij, de qua in d. l. bene à Zenone. non videtur habere locum in casu nostro: quia dominus Scutifer non potuisset agere si voluisset propter iustum timorem officialium regionum, vnde non t valenti agere non currit præscriptio l. sed et si prætorum. ff. ex quibus. cau. maio. & per Innocen. & Abb. in cap. ex transmissa. extra. de præscrip. Quinto videtur ob stare, quia contra do. Scutiferum lata est sententia, qua non licet pronocare. vel quærelare, ita disponentibus decretis. Item bona fuerunt proclamata secundum prouisiones communis Mediolani, nec fuit contradicendum, vnde bona sunt libera: sed istud argumentum est leuissimum: tum quia, quamuis non liceat quærelare, nec supplicare à sententia criminaliter lata: tamen potest princeps intuitu innocentie dictas sententias annullare. dic. l. diui. ff. de pœn. c. si similibus. vbi quauis sententia transierit in iudicatum, tamen debet princeps eam reuocare propter innocentiam condemnati: de qua in nocentia ipse Rex attestatur. Præterea potest princeps, et etiam sine causa, annullare sententias contra aliquem latas, ex quo istud non est nisi derogare ijs, quæ statuta sunt iure ciuili, vt est communis conclusio omnium in dicto cap. quæ in ecclesiis. Et eodem modo etiam potest derogare beneficio cridarum, ex quo istud non est, nisi tollere præscriptionem trium vel sex mensum. Præterea quo ad cridas potest etiam responderi, quod si bene videantur, verba proclamationum dicunt, quod si quis prætentat se habere ius in bonis magni Scutiferi, compareat intra tres menses, alioquin bona censentur libera, & c. quæ verba non vocant ipsum domi. Scutiferum, sed alios prætentantes habere ius in eius bonis: vnde fatuum est dicere, quod præiudicent ipsi magno Scutifero: illud enim decretum introducens illam prouisionem est strictè interpretandum, ex quo contra ius commune. Et etiam est satis iniquum, quod contra aliquem præscribatur ius dñij, vel hypothecæ, tã breui termino, vñ strictè est interpretandū, nec est recedendū à verbis, prout in casu istarum cridarū cõsiderat Rapha. Cu. & Moder. in l. si stipulatus fuerim. §. c. stipulamur. ff. de verborum oblig. Posset etiam ad supradicta omnia argumenta aliter responderi, sed quia per alios fuit

fuit optimè responsum, non duxi vterius insistendum, sed istis breuib; contentus fui, saluo semper meliori iudicio.

CONSIL. X. SVM MAE.

- 1. Femina in feudo semel exclusam, perpetuo exclusam esse.
- 2. Dicitur donec quid importet.
- 3. Verba habere possint, quid significent.
- 4. Glossa debet intelligi ne contradicat textui, sed secundum textum quem allegat.
- 5. Successio in feudis deuoluitur non ab eo qui vltimo loco decessit, sed vigore concessionis illi factæ, qui primò impetrauit.
- 6. Declar. doct. Bar. in l. in ambiguo de rebus dubijs.
- 7. Fæmine admittuntur in feudo empto.
- 8. Feudi emptionem à tertio nihil nocere domino.
- 9. Tenor inuestituræ attendendus est in feudo empto.
- 10. Sororem viuus fratribus, & citatis inutiliter purè inuestiri.

Secundum communes opiniones aduersus quas non oportet querere nodū in scirpo, præsertim in iudicio casus præsens est satis clarus & expeditus. Cum. n. inuestituræ feudales factæ sint, pro se & hæred. suis masculis, & fæminis: mortuo fratre non admittitur amplius fæmina t̄ de iure feudorum, per text. in c. j. §. quinetiam. episc. vel Abb. in v. lib. feud. nisi quando dictus masculus incontinenti post patrem esset mortuus. c. j. §. filia. de succel. feud. vel nisi dictum esset, donec masculus exeret. ca. de eo qui sibi, & suis hæred. propter vim temporalis dictionis, donec de qua per Bal. in d. §. quinetiam. & probat ille text. à fortiori: quia ponit casum, quando dictum est vt eius descendentes masculi, & fæminæ habere possint, quæ verba habere possint, respiciunt tempus futurum, & secū dū illud intelliguntur, vt declarat Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in v. q. ff. de verb. oblig. & tamē non comprehendunt fæminam: & ratio est, quia fæminæ naturaliter excluduntur à feudis: vnde earū mentio supra scripto modo facta restringitur, secundum subiectam materiam, vt non comprehendat, nisi quando succederent patri acquiritori, non autem transfuersalibus, & sic intelligitur, vt succedant ex linea descendentium, non ex collateralibus, secundum Andr. de Iser. & alios vbi vnde si filius semel successit exclusit que fæminam, hæc fæmina semel exclusa, perpetuo exclusa, vt talis exclusio secundum naturam suã perpetua conseruetur. l. pater. §. quidecim. de l. s. Corn. consil. xii. in j. vol. in fi. in quibus. vbi Bal. d. C. de sec. nupt. Cin. auth. sed & si quis in fi. C. eod. tit. declarat Alber. Brun. consil. cviii. & ista est communis opinio feudistarum in cap. quinetiam. vbi Andr. de Iser. Bald. Aluar. & nouissimè Præposi. ita late disputat, & concludit Matth. de Assis. & consuluit Cald. consil. liii. Imo, xxvii. Dec. cclxxx. titu. de feud. cum multis concordantibus. per Cur. in trac. feud. tertia parte. quæst. xxvii. Socin. xix. cui adde Lud. Ro. consil. i. Alex. consil. ii. in i. ad fin. Alber. Brun. d. consil. cviii. lxx. & lxxxviii. & alibi sæpe Card. Paris. consil. xxii. & xxiii. adeo quod ista opinio est tam approbata, & canonizata præscribentibus, vt non sit de ea dubitandum: maxime in iudicio, Brun. trac. stantibus. mascul. artic. x. vers. quinto. quæro, Et licet Marti. de Laud. ibi attentauerit contrarium per tres rationes satis fragiles: tamen sua opinio est à scribentibus reprobata, maxime à Card. Alexandri no, ibi, qui responder dicit rationibus, & etiam à Cur. in d. trac. q. 27. & maxime reuiciedus est dictus intellectus Martini ad d. §. quinetiam. quia est expressè contra verba illius textus, in verb. vterius, quod est præcisum propter sequentem negatiuam. Et quamuis iisdem rationibus quibus opinio Mart. à Dd. confutatur, possit, etiam responderi argumentis nouissimè deductis. in consil. quod mihi nuper exhibitum est, in quo Marti. opinio adstruitur, tamen particulariter etiam respondebo. Et in primis non distat gloss. in dict. §. quinetiam. dum dicit, fæminã non admitti, donec masculus superest. quia si sentiat mortuo masculo admitti: quia debet gloss. in

intelligi ne contradicat textui: sentit enim mortuo masculo admitti, quando talis masculus est mortuus viuo stipulatore, vel incontinenti post, vt seipsum declarat. Nec ab hoc intellectu dissidet ibi Iac. de Beluisio, nisi quod limitat illū tex. in feudo conditionali dato ad certū seruitium, non autem in feudo simplici, vt est casus noster, & verba Iacob. ibi formaliter refert Aluarot. quæ nullo modo contradicunt nostræ sententiæ, licet Martini de Laude aliter retulerit, & non ex fide, & dictam limitationem Iacobii probat Alex. consil. x. ponderatis, in volum. Non obstat, quod Præposi. in cap. i. de eo qui sibi, vel suis hæred. & c. dicit, quod quando feudum est acquisitum est pro se & hæredibus suis masculis & fæminis, non differt ab acquisitione facta in casu illius textus qui est, quando acquiritur pro se & masculis, & iis deficientibus, pro fæmina. Nam respondeo hoc esse verum quantum sit respectu illius textus, quo quæritur quando feudum propter non existentiam masculorum deuenit ad fæminam, quæ decessit, restitit masculo & fæmina, & masculus præferatur, intelligitur enim secundum textum quem allegat in d. §. quinetiam. scilicet propter non existentiam masculorum qui perierant viuo stipulatore, vel incontinenti post, & ita intelligitur secundum text. quem allegat, vt in simili per Bar. in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de lib. leg. secus si perierit ex interuallo: tunc enim est magna differentia. Virtus enim clausulæ suspensivæ facit fæminas admitti, vt supra dixi, quod non esset sublata dicta clausula, quo casu fæminæ vterius non admitterentur, vt dicitur in d. §. quinetiam. & tradit ibi clarè Bal. non obstat, quod text. in d. §. quinetiam. non loquitur in casu nostro: quia ibi forma inuestituræ erat cõcepta, vt descendentes masculi, & fæminæ illud habere possint: vnde soror non admittitur mortuo fratre: quia succederet illi non tanquam descendens, sed tanquam collateralis, vt dicit Andr. de Iser. in casu verò nostro non est dicitio, descendens, & sic merito debet admitti. Respondeo, ille tex. probat à fortiori, vt supra dixi, & procedit etiam si dicitio, descendens, non est apposta, vt dicit Præposi. d. c. j. in prin. de eo qui sibi vel suis hæred. quia omnino illa dicitio semper subintelligitur, non enim potuit, nec voluit pater stipulari, nisi suis descendentibus. & in feudis t̄ deuoluitur successio non ab eo, qui vltimo loco decessit: sed vigore concessionis illi factæ, qui primò impetrauit. glo. ca. j. §. cum verò Conradus. qui feud. dar. pos. Bar. in auth. post fratres. secunda. C. de legit. hæred. & tamen ibi est textus, quod soror non admittitur ex quo semel fuit exclusa: quia verba inuestituræ intelliguntur de primo actu si decessat stipulator non relicti masculis, vt supra dixi, & ita tenent omnes, in d. §. quinetiam. excepto Martino Laudensi. vt dixi: & licet domina Ioanna fuerit hæres d. Francisci, primi acquiritoris: tamen non in feudo, ad quod non potuit admitti existentibus masculis, propter naturam feudi, d. §. quinetiam. d. cap. j. Et nihil refert, quod text. in dict. §. quinetiam. habeat plures intellectus, quia verba literæ sunt clarissima, ibi, vterius non admittatur, & doct. in Bar. in l. ambiguo. de reb. dub. procedit, quando nullus est communis intellectus, aut verba non sunt clara, quod non est in casu nostro: & puto, quod d. Mart. de Laude, & dominus consulens non habuerit in textu suo illam dictionem, vterius, aut non aduenterint ad eam, alioquin non dixissent, quod verum est quod fæmina non admittitur viuentis masculo, sed bene illo defuncto, quod est falsum. & contra illum text. in illo verbo, vterius. Non obstat rursus, quod istud feudum fuit pretio emptum à quibusdam de Percellinis, vnde text. in d. §. quinetiam. non debet procedere in feudo empto: quia in tali admittuntur etiam fæminæ, secundum Alexand. in l. vtrum. de verb. oblig. Corn. consil. xvi. volum. j. Dec. consil. ccviii. cclxxx. lib. ii. Respondeo siquidē istud procederet, si esset emptum à domino seu ab ipso episcopo, sed ista temptio à tertio facta nihil nocet dño, & respectu domini censetur vetus &

proprium feudum, vt sentit Alber. Brun. d. cōsi. cvij. ver-
 fic. item etiam non dicitur, imò hoc facit deterio-
 rem conditionem vasalli, qui asserit se emisse à Percillinis
 nō apparet de cōsensu dñi, cui ius per alienationē esset
 acquirum, de prohibita feud. alien. per Frider. in v. s. b.
 feud. & p. Franc. Cur. Seniore conf. xlvij. Præterea et in
 feudo empto attendendum est ad tenorem inuestituræ,
 secundum Abb. consil. xxxvi. in l. volum. Alber. Brun.
 consil. lxxij. vers. ad tertium. tenor t̄ autem est talis, vt
 perpetuo excludat feminā, iam semel à masculo exclu-
 sam. d. s. quineriam. Non obstat vltimò, quod domina
 Ioan. fuerit inuestita viuentibus fratribus, & illis citatis:
 & c. Nā respōdeo, q. talis inuestitura de re ad masculos p-
 rtiante non potuit fieri, & nihil valet, nisi facta esset con-
 ditionaliter, in casu quo feudum aperiretur domino,
 quo casu adhuc successor in episcopatū non tenetur ha-
 bere ratam illam, nisi dicta Ioanna consentientibus fra-
 tribus fuisset in possessionem missa, vt est tex. in ca. qui
 success. feud. dar. teneantur. Sed in casu nostro plura rē
 quiritā nō interueniunt: in primis inuestitura nō condi-
 tionalis, sed pura & de iure præsentis fuit, cum tamē nul-
 lum ius de presenti esset. dicit, q. in etiam. Deinde dicta
 d. Ioanna non habuit consensum fratrum, qui quamuis
 citati potuerunt non comparere, quia sciebat ius suum
 saluum esse. l. sicut. s. non videtur. ff. quib. mod. pign.
 vel hypo. sol. & in simili per Paul. de Cast. consil. clxxxv.
 viis & consideratis omnibus. in l. vol. vers. nec sibi
 præiudicauit: & quia alius fuit necessarius consensus ex-
 pressus, dicitur ibi Alvaro. in vlt. q. Tandem nec dicta Io-
 anna vniquā fuit missa in possessionē dicti feudi, vt mi-
 hi præsupponitur in facto, licet in consilio contrario a-
 liud dicatur. Sed quicquid sit suprascripta sufficiunt
 ad exclusionem dictæ mulieris, vt feudum censetur re-
 uersum ad ecclesiam Vincentinam. Et hæc omnia saluo
 semper sano iudicio.

CONSIL. XI. SVMMÆ.

- 1 Legitimos & arrogatos beneficio principis in feudis succedere.
- 2 Naturales non succedere in feudis, est de iure positio intro-
 ducto per consuetudinem feudorum.
- 3 Naturales per viam adoptionis non traduntur ad legitima iura,
 est de iure positio.
- 4 Imperator ea quæ sunt iuris positivi arbitrari potest
 tollere.
- 5 Concessio facta in magnum præiudicium tertij non valet secus
 si præiudicium non sit considerabile.
- 6 Pater potest præiudicare filio
- 7 Citandi non sunt, qui non habent ius probabile de presenti.
- 8 Legitimationem immediato domino ex causis præiudicatis
 ibi plures enumerantur.
- 9 Legitimare naturales ad feuda, non est nouas personas aduer-
 sus naturam feudi inducere, sed potius impedimentum ma-
 culæ simpliciter tollere.
- 10 Fictus ad bona vacantia vltimo loco vocatur.
- 11 Imperator nō dicitur præiudicare alteri, nisi ex certa scientia.
- 12 Reseruationis iuris quod competit sensus.
- 13 Verbum presentis temporis, non debet trahi ad futurum.
- 14 Imperator licet possit declarare mentem suam, & valeat talis
 declaratio, tamen illud est verum, nisi iam ius esset quæsi-
 tum parti, quia non potest ei auferri sub pretextu declaratio-
 nis, quando verba erant clara in fauorem eius, cui ius est
 quæsitum.
- 15 Verbum legitime descenditibus vis.
- 16 Surreptio in substantialibus infirmat gratiam.
- 17 Verbum decernimus ex se competit rescripto declaratorio, ma-
 xime si subiecta materia suaderet.
- 18 Reseruare ius quod competit alicui, intelligi debet de cōpes-
 tenti, nunc de presenti, non autem de competituro.
- 19 Verba ius quæsitum quid denotent.

N quæstione proposita tam diffusè & subti-
 liter in quæstione allegatum est à clarissimis
 subsignatis Calorio, & Cotta, vt in eorum
 sententiam statim debuerim accedere, & so-
 la subscriptione esse contentus: sed tamen vt melius sa-

tis faciam magnificis istis clientibus saltem pauca scri-
 bere decreui. Et puto omnino sentiendum esse pro istis
 legitimatis seu arrogatis, vt possit admitti ad bona feu-
 data, propter expellam mentem Cæsareæ maiestatis,
 de qua cōstat in priuilegio amplissimis clausulis conce-
 pto, & quidem geminato. Quod enim naturales non
 succedant in feudis iuxta s. naturales. t̄ si de feu. de
 funct. cont. istud est de iure positio, introducto per
 consuetudinem feudorum: sicut etiam quod natu-
 rales t̄ per viam adoptionis nō traduntur ad legit-
 ma iura pariformiter est iuris t̄ positio. l. legem Anast-
 sij. C. de nat. lib. vnde potest per Imperatorem talis di-
 spositio arbitrari suo tolli, vel temperari, maxime acce-
 dere clausula, supremæ potestatis, de cuius efficacia sit
 plena consilia Modernorū. Non obstat quod talis con-
 cessio t̄ censetur in præiudicium tertij, id est, istorū agna-
 torum, qui ipsi admitterentur: quia respondeo duobus
 modis. Primo, quod istud præiudicium non est conside-
 rabile: agnati enim caperent istud feudum à principe
 per mortis causa capionem: scilicet per mortem domi-
 norum Baptistæ & Georgij. secundum Bar. in l. si mihi,
 & Titio. ff. de verb. oblig. vbi alij sequuntur: natura
 autem huius capionis est, vt sit ad libitum reuocabilis.
 & ideo de consensu Principis, potuerunt isti adoptan-
 tes præiudicare istis agnatis in feudis, secundū And. de
 Fern. c. r. de alien. feu pat. & Præop. in ca. r. in prin. de
 prohib. feud. alien. per Fed. vbi loquitur et in fortiori
 b̄ terminis, vt patet possit præiudicare filio multo ma-
 gis agnato ultra quartū gradū. Secundo respōdeo, q. ver-
 ba priuilegij sunt clara, quemadmodum simpliciter istos
 legitimatos habilitat, nō obstante prole illegitima,
 & existentia agnatorum, quibus nullum ad huc ius cō-
 petit. Cum enim istud ius agnatorum sit conditionale,
 vt pote proueniens post mortē duntaxat legitimantiū,
 non dicuntur agnati habere ius aliq. quæsitum, nec eis
 competere secundū doctri. Bart. in l. is potest. ff. de ac-
 quiren. hæred. & q. nor. Bar. & alij. in l. Gallus. s. & quid
 sit tantum. ff. de lib. & posth. vbi concludit non esse citan-
 dos, t̄ quia non habent ius probabile de presenti.
 Gomezus in reg. cancell. de non tollendo communiter
 quæsitio. q. xvi. cum similibus. Non obstat aliud obie-
 ctum dum dicitur, quod istud tenderet in præiudicium
 illustrissimi Marchionis ad quem finita linea, feudum
 deuolueretur: & quia sequeretur, quod Marchio habe-
 ret vasallum qui per inuestituram non esset vocatus.
 Nec videtur fuisse mens Imperatoris derogare iuribus
 domini Marchionis, cum & narratum non sit, quod isti
 vasalli haberent do. Marchionem, immediatum domi-
 num. Nam ad ista omnia responderetur, quod illa quæ
 fuit Salic. in auct. Item si quis. C. de naturalib. lib. quod
 talis legitimatio t̄ non extendatur ad præiudicium dō-
 mini immediati est periculosa, & contrarium consuluit
 Curt. Iun. consil. j. nu. xxx. & clvij. num. xxiiij. & Soci. in-
 ter consilia Brun. consil. x. & sentit Alexan. consil. 2. volū-
 1. & est contra mentem glossæ, & ceterorū scribentium
 d. s. naturales. Et etiam si sit vera dicta opinio, tamen
 debet limitari per alias regulas magis speciales in hac
 materia. Et primò, vt nō procedat, nisi qñ ipse immediat-
 dñs hoc, allegaret: q. facultas de hoc opponēdi nō de-
 bet cōpetere tertio, iuxta gl. i. h. cōsequēter. in p̄cip. ff. famil. ercisc. & q. not. And. Sic. in rub. extra. de succes-
 s. ab intest. Alex. consil. c. viij. lib. vj. & c. xxvj. in vij. Secun-
 do, vt non procedat, quando subest alia persona, quæ
 præteritur, ipsi domino immediato, quia tunc non vi-
 detur inter esse domini. l. lex veltigali. ff. de pig. saltē du-
 rante iure illius, per ea quæ habentur in l. & in prouincia
 li. C. de feruit. & interim mutatio personæ vasalli non cō-
 setur præiudicialis domino. c. i. s. rursum. vbi doc. quib.
 mod. feud. amitt. & quod in casu fortiore dicitur in c. r.
 de controuer. inter val. & aliam. Tertio, vt non proce-
 dat, quando Princeps vsus esset clausula, plenitudinis
 potestatis, tunc enī non cōsideratur præiudicium interio-
 ris domini: quia tali clausula nihil potest aduersari, vt in
 simili

in simili per Ioa. de Ana. consilio lxxxj. Soc. consil. iij.
 in iij. volu. cum similibus. Quarto, vt non procedat,
 quando ipsem et Imperator legitimaui, quia Alex. cōsi.
 lx. visa legitimatio lib. ij. qui sequitur hanc opin. Salic.
 loquitur quando Comes Palatinus legitimaui, qui
 non habebit facultatem derogandi quicunque iuri ip-
 sius domini immediati: sentiens aliud esse in ipso Imper-
 atore, secundū Cur. in d. consil. clvij. nu. xxiiij. Quinto,
 vt nō procedat quando ille immediatus dominus esset
 feudatarius ipsius Imperatoris, respectu castrorum, de
 quibus agitur, cum enim in inuestitura illi facta, conse-
 atur Imperator reseruasse ea, quæ concernunt superio-
 ritatem, & quæ sibi competunt in signum supremæ po-
 restatis. c. quod translationem. extra. de offic. l. c. quod
 sedes. vbi Felin. de offi. ordin. sicut est ius legitimandi,
 secundū doc. in l. Imperium. ff. de iur. omni. iud. & per
 Alex. in l. j. & seq. ff. de offi. eius cui mand. consequens
 est vt possit ad ea feuda legitimare, t̄ etiam naturales,
 quia istud non est nouas personas aduersus naturā feu-
 di in ducere, sed potius impedimentum maculæ sim-
 pliciter tollere. l. quæris. ff. de natalib. restit. per Cur. Iun.
 d. consil. j. num. xxx. cū similib. Et ideo, vt supra dixi, nō
 est cōsiderabile istud interesse domini, immediati: quia
 nō noua persona inducitur, sed solum impedimentum
 maculæ aboletur: aliās non posset neque Imperator le-
 gitimare quoad allodialia: vocat t̄ fictus istius immēdi-
 ati domini, qui vltimo loco vocatur ad bona vacantia,
 secundū l. j. ff. de iure fisc. posset in hoc p̄tere interesse
 cum excluderetur ab isto legitimo, quod tamen est
 falsum. d. l. quæris. Nec obstat, quod nō videtur Imper-
 ator t̄ præiudicare dicto domino immediato, ex quo
 nesciebat dicta feuda illi subiecta. l. mater decedens. ff.
 de inoff. c. testam. Nam respondeo, quod falsi sciebat
 de se immediatē non pertinere, sed ad alium. & istud
 sufficit: quia in facto proprio, & c. leg. fin. ff. pro suo. vbi
 not. Item cum tractetur de solo impedimento amouen-
 do, id est, sublatione maculæ, non erat necessaria alia
 expressio, & satis ista obiectio tollit supradictis de qui-
 bus, & alii diffusè & eleganter scriptum est per præstā-
 tissimos aduocatos, in quorum sententia & ipse tras-
 eo. Nec obstat, quod per nouissimas literas ad petiti-
 onem agnatorum Cæsareæ maiestatis declarauerit, per præ-
 dictam legitimatorem, agnatis t̄ in suo iure quod illi
 competit in feudis prænaratis, derogatum non esse, sed
 tale ius saluum & illæsum permanere. Nam ad istud
 dictum responderetur pluribus modis. Primo, quod istæ
 literæ non sunt contrariæ primis, & vt hæc literæ habe-
 ant simplicem declarationem, prout in eis dicitur, nō
 autem correctionem, debent intelligi de iure si quod
 illis competet de presenti: tum quia ita erat expressè
 dictum in primis literis: tum quia verbum t̄ compe-
 tit, est presentis temporis, nec debet trahi ad futurum
 sed comprehendere duntaxat ius re competentis, vt
 dixi, non spe, quæ ad futurum pertinet. l. si stipularis
 fuerim illud. s. cum stipulamur. l. si à colono. ff. de verb.
 oblig. vbi doct. & tacit gloss. in ca. h. de concess. præb. lib.
 vj. Secundo, quia si aliter diceremus, non valeret hæc
 postremæ literæ, quia licet Cæsareæ maiestas possit t̄
 declarare mentem suam, & valeat talis declaratio: tamen
 istud est verum, nisi iam ius esset quæsitum parti: quia
 non potest ei auferri sub pretextu declarationis. quan-
 do verba erant clara in fauorem eius, cui ius est quæsi-
 tum, secundū Paul. de Ca. in l. hæredes palam. s. si
 quid. de test. & consil. cccxxxvij. incip. quia exceptio-
 nes. in fi. vol. j. Ancha. consil. cccxxvij. Felin. c. cum o-
 lim. extra. de re iud. & in c. si quando. de rescrip. Soci.
 consil. cdx. in causa. Dec. l. edita. nu. xlix. C. de eden. in
 l. j. C. de impub. in c. si. de constit. & in l. edita. respon-
 det ad consilium Ange. cclxxij. quod procedit in bene-
 ficialibus, quæ sunt manualia pontifici, secus in casu
 nostro in feudis, quæ debentur per viam contractus. c.
 j. extra. de probat. Tertio, quod videtur hæc nouissi-
 mæ literæ esse subrepticia: cum supplicauerint agnati,

quod inuestituræ veteres erant pro agnatis legitime de
 scendentibus t̄ primo stipite inuestitor: & tamen istud
 est falsum, quia inuestituræ veteres solum sunt pro hæ-
 redibus, vel pro hæredibus masculis: & magna est dif-
 ferentia, quando dictū esset, legitime descendentes:
 quia tunc naturales etiam persequens matrimonium
 legitime excluderentur, secundum Alexan. consil.
 v. in vij. vol. vnde cum ista subreptio sit in substantia.
 libus, infirmat prorsus has secundas literas, secundū
 c. postulasti. cum ibi not. per doc. de rescrip. Quarto res-
 pondeo, quod mens Cæsaris omnino fuit reseruare istis
 agnatis ius in re presens tantum, non autem quod spe
 compereret: quod probatur ex eo, quod vbiq. proce-
 dit per viam declarationis, non autem correctionis, vt
 supra dixi. Et quia ad interrogationem patris petentis,
 quod iuri agnatorum in spe probabili & considerabili
 consistenti nō præiudicaretur, respondet & ordinat, quod
 eis cōpetit, vnde satis innuit præiudicari in eo quod nō
 competit, sed in spe tantum est. Et in simili per Bald. in
 l. si cui. ff. de leg. j. Matth. not. xxxiiij. Specul. tit. de pō-
 sitionibus. s. vij. versic. vj. Arer. J. gest. de acqui. hæred.
 Corn. consil. cvij. in j. & facit tex. in cap. nonne. cum
 ibi not. extra. de præsump. & licet dicat. decernimus
 & declaramus, & c. tñ copula ibi stat pro. r. & sic per po-
 sita gloss. in l. ij. ff. ad l. Aquil. gloss. & doc. in l. vbi padū.
 C. de transact. quamuis etiam verbum, t̄ decernimus,
 ex se comperat rescripto de claratorio tantū. ca. ad audi-
 entiam. vbi Host. & Card. extra de cler. non resid. ca.
 decernim. vbi Ripa. j. not. extra. de iudi. maxime si sub-
 iecta materia hoc fradeat per Abb. & Can. in c. nam cō-
 cupiscentiam. de constit. Quinto respondeo, quod etiā
 intelligendo literas hæc vltimas prout iacent, nihil ad-
 iuuant istos agnatos, quia Imperator reseruauit ius quod
 illis competit: t̄ quæ verba nō verificantur in iure quod
 in spe duntaxat est, etiam si spes sit pbabilis, quia ius cō-
 ditionale, non dicitur ius competentis, sed competiturum
 lege, si ita scripisset. de legat. ij. & per multa transi-
 Ludou. Rom. consil. clvj. incip. approbo sententias, quæ
 sequitur Felin. in ca. super literis. de rescrip. facit deci-
 sio do. de Rot. xx. in tit. de præben. in nouis: incipien-
 tem supposito. versicu. secundo principaliter illa enim
 verba, t̄ ius quæsitum, vel ius quod competit, non de
 spe intelliguntur, sed de re, & perfecta acquisitione, se-
 cundum Aegid. consil. xxxiiij. in vij. dubio & decis.
 ccccccxxxviii. Socin. consil. lxxxvij. nu. xxv. in iij. Bar-
 tol. Cassan. consil. lvij. licet quantum sit ad mentionem
 de tali iure faciendam, aliud sit, secundum Arer. consilio
 clxvj. magnifici & excellsi, ne rescriptū censetur subrepti-
 tium, circa quod multa possent dici, sed ista videntur
 sufficere. Saluo semper sano iudicio.

CONSIL. XII. SVMMÆ.

- 1 Famine in bonis allodialibus patris & fratris reueruntur.
- 2 Famine remedium possessorum etiam ab intestato adipiscere
 de possessionis causa obtinent.
- 3 Famine ponuntur in possessione, licet agnatus alleget bona
 esse feudalia.
- 4 In peritorio agnatus dicens bona esse feudalia, habet hoc pro
 bare, & quod sint talis conditionis, vt in feminas transire
 non possint.
- 5 Bona presumuntur potius allodialia, quam feudalia.
- 6 In clavis non est opus contestatur.
- 7 Princeps quando dicit: dono tibi tale castrum non censetur
 dare iure feud. sed simplicis donationis, & mera libera-
 titatis.
- 8 Princeps donans, si dixerit sed dare remunerationē fidei præ-
 stitæ, hæc verba non inferunt, quod res donata sit feud.,
 & quare.
- 9 In dubio faciendū est talis interpretatio vt contractus cum
 Principe gestus plenius & favorabilis accipiatur.
- 10 Ius commune in successibus non constituit differentiam
 inter viros & feminas.
- 11 In iurisdictionibus & dignitatibus præsumptio est, quod sint
 potius feudales, quam allodiales, & quare.

- 12 *Femina licet sit exclusa a successione patris per statutum tamen deinde potest admitti, tanquam heres fratris.*
- 13 *Acquiritur alteri per traditionem secuta ratificatione.*
- 14 *C. j. de duobus frat. limit. plur. modis.*
- 15 *Renouatio actus, intelligitur secundum naturam præcedentis nisi expressè actum sit contrarium.*
- 16 *Ex lectura inuestiturae cognoscitur an sit noua inuestitura, vel renouatio antiqua.*
- 17 *Natura feudorum est, quod feminae excludantur, & de masculis tantum intelligatur.*
- 18 *Dictio heredes quid in porter.*

Satis videtur clarus casus præsens de quo agitur, & nihilominus adeo diffusè per tres excellentes Iuriconsultos fuit disputatus, ut eorum scriptis addere, nihil aliud sit quam in syluam ligna deferre. Acquiesco ergo sententiæ eorum, quod filia Comitissæ Antonii de Urbino, & habeant meliorem causam in portione patris sui, & fratris Nicolai, quam aduersarij habent enim fundatam intentionem de iure communi, ut succedant patri, itemque fratri suo, secundum autem, cessante. C. de legit. hered. & remedium possessorum etiam ab intestato adipiscendæ possessionis causa obtineant, iuxta l. j. vbi Bart. c. quorum bon. idque si quamuis sint feminae, & agnatus alieget bona esse feudalia, nihilominus ponentur in possessione, secundum text. in c. j. si de feud. def. content. sit. vbi doct. per Alexand. in l. si. C. de edict. diu. Adria. tollen. In iudicio verò petitorio, necesse habebit agnatus probare, quod talia bona sint feudalia, & talis conditionis, ut in feminas transire non possint, quod minimè facere poterit: tum quia ipsi habent præsumptionem legis pro se, quæ est, quod bona præsumuntur potius allodialia, & libera quam feudalia, per regulam l. altius. C. de seruit. & quod not. Hostien. & Io. And. in c. si de iudi. in c. nimis. de iureiur. vbi Anton. de Butr. & alij. Iaf. in l. si prius. de ope. no. nun. Alexan. consil. xv. in v. Dec. consil. cccxcviiij. cum similibus. tum etiam quia ex instrumentis in causa productis apparet, quod talia bona partim habentur titulo emptionis, partim titulo donationis, & in claris non est opus coniecturis, nec est facile querendus nodus in scripto. & constat, quod quædo Princeps dicit, dono tibi tale castrum &c. non censetur iure feudi dare, sed simpliciter donationis, & meræ liberalitatis, secundum Andr. de Ifern. Martin. de Laud. Card. & alij. in c. j. in quibus caus. feud. amit. Et licet si dixerit se dare in remunerationem fidei præstitæ, & ut in ea perseueret: tamen ista verba nihil inferunt ad feudum, cum fides sit præstanda etiam à simpliciter subiectis, quamuis feudum non habeant, secundum Bart. in extrauag. reprimendum in gloss. iij. & facit quod not. Paul. Cast. consil. xvj. Corn. consil. xvj. in j. Dec. cccxiiij. Iaf. in rubri. feud. sicut non illa verba, quod remaneant sub protectione Ducis, & sint commendati, & habeant dependentiã ab eo. l. non dubito. in si. de capti. c. accepimus. extra. de priuileg. c. ad audientiam. vbi doc. extra. de appel. per. Bart. in j. consil. digest. Et in dubio faciendã est talis interpretatio, ut contractus cum Principe gestus plenius & favorabilius accipiatur secundum Doct. in d. c. j. in quibus caus. feu. amit. & in casu magis dubitabili, quod tamen sit simplex donatio, non feudi datio, consuluit Oldra. in allegato consil. quem refert & sequitur Alberi. de Ros. in rub. C. de dona. sequitur etiam Bald. in prohi. feud. & ibi dem. Claudius de Aquis, & Franciscus Cur. in trac. Alexand. consil. xxiiij. in quinto, Dec. cõf. xxxij. ccviiij. clxix. cccxc. Cum ergo hæc bona transferint per viam donationis, apparet esse allodialia, & non feudalia, & ideò deferuntur in eis successio, non secundum naturam feudorum, sed potius secundum ius commune, quod differentiam non constituit inter mates, & feminas. l. maximum vitii. C. de libe. præterit. merito igitur in casu nostro, succedent in iis castris hæc sorores, prout in simili tradit Angel. consil. ccxliij. Bal. consil. cccj. in bonis. lib. iij. &

sentit. Card. consil. lxxiiij. in prime. & Decius in consilijs supra allegatis, ut fuit diffusè scriptum per dominos consulentes. Nec obstat, quod quicquid in alijs rebus videtur, quod in iurisdictionibus, & dignitatibus præsumptio sit, quod sint potius feudales, quam allodiales, cum respectu iurisdictionum fundata sit Principis intentio in toto territorio, argu. cap. si diligenti. extra. de præscrip. vbi Abb. in princip. & per Bald. in c. cum venerabilis. eod. tit. idque satis sentit Anto. de Butr. & Abb. in d. cap. nimis. extra. de iureiuran. Nam respondeo, quod possunt ista procedere in dubio, sed verba donationis, & venditionis sunt clara. quod princeps sibi non referuauit ius vasallitium: sed dedit ad eius proprium, liberum, &c. cū clausula, ad habendum, & quicquid placuerit faciendum, &c. Nec obstat. si diceretur, quod verba contractus sunt, ut dicta bona non possint transferri in alium, nisi in ipsos emptores, & descendentes tantum, &c. vnde videtur permissa duntaxat successio, ex gradu descendenti: sed istæ sorores videntur succedere ex gradu transuersali: quia Nicolaus successit Antonio, patri tanquam masculus, ipse verò sorores succedunt Nicolao fratri, & sic transuersali. quod facere non videntur posse, propter verba conuentionis. de quo est text. in cap. j. §. quinetiam. Episc. vel Abb. vbi doc. in vbihas feudorum. Cald. consil. iij. intentio. de feud. Paul. de Cast. consilio clxxxj. visis & diligenter. in ij. Nam respondeo, quod etiam hoc argumentum posset procedere in feudo vero & simplici, prout loquitur text. in d. §. quinetiam. sed in re allodiali, vel in feudo epico non procederet: in allodialibus enim licet femina sit exclusa successione patris per statutum: tamen deinde potest admitti tanquam hæres fratris ut tenent omnes in l. j. §. veteres. ff. de acquir. possessio. facit quod not. Fulg. consil. xij. Præterea etiam in feudis certum est ius deferri non vigore successione ab eo, qui vltimo loco decessit, sed vigore concessione illi factæ qui primus impetrauit, secundum Bart. in authen. post fratres. ij. C. de leg. hæred. gloss. c. j. §. cum verò Conradus. qui feud. dare possunt. sed illi primò istæ mulieres sunt descendentes, non autem collaterales. Nec obstat vltimò, quod aliqua ex istis bonis non sint allodialia, sed emphyteutica ecclesiæ: quia respondeo, in iis attendendum esse ad formam inuestituræ, quæ est, quod inuestita fuit do. Perablanca pro se in eius vita tantum, & Iulius posthumus eius filius, pro se & vice, & nomine Comitissæ Antonij fratris absentis, notario ut publicæ personæ pro eo recipiente, & pro eorum & cuiuslibet filijs, & nepotibus masculis, vsque in tertiam generationem, ita quod pars præmorientium in superuiuentes deueniat, & accrescat, & masculis filijs, & nepotibus prædictis deficientibus, & non existentibus, ex nunc recipientibus & stipulantibus pro filijs & nepotibus ex ipsis, & eorū quolibet per lineam femininam, &c. Et in primis dico, quod potuit notarius, & etiam frater, stipulari Antonio fratri, istam emphyteusim, cum in casu nostro accesserit actus naturalis, id est, traditio per quam sequuta ratificatione, alteri quæri potest. l. ea q̄ ciuilit. ff. de acquir. rer. do. mi. l. certi conditio. §. pen. si certum perat. maximè per notarium, de quo in l. j. ff. rem pup. tal. formam & idem videmus in feudo, quod quis sibi & fratri suo fuerit stipulatus. cap. j. de benef. frat. cap. j. de feud. March. ca. j. in si de success. feud. in vbius feudo. & tradunt Doct. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. Rursus dico, quod in tali inuestitura pluralitas resoluitur in suas singularitates, ut perinde sit, ac si quilibet frater ea forma sibi, & suis descendentibus stipulatus esset secundum Bartol. in l. si mli & Titio. versicul. sed quando conceditur. ff. de verb. oblig. quem ibi sequitur Alexan. & in consilio cciiij. consideratis verbis in secundo. & ideo cum amplius non extent masculi ex Antonio, admittentur feminae, quæ sunt ex linea Antonij, antequam transeamus ad lineam Iulij, secundum Bald. in authen. qui re. vtr. in contrarij arguo. C. de sacros. eccle. & ita

& ita tenet Salic. in l. ij. quæst. xxiiij. C. de iure emphy. Rom. consilio. xix. Fulg. cccxxij. Alexand. consilio. xvij. in secundo. cxix. in v. Corn. xxiiij. in ij. Et pro hoc est textus expressus in ca. i. de duobus fratribus à capi. inuestit. vbi omnes feudistæ notant. Sed tamen adhuc superest aliqua difficultas, quia conclusio posita in d. ca. i. recipit aliquot notabiles limitationes, quæ videntur habere locum in casu nostro. Prima est limitatio, ut textus ille procedat, quado emphyteusis prouenit ab vno, per text. in ca. i. de eo qui sibi, & hæredi. mascul. & quod consuluit Paul. de Cast. consilio. ccc. viso quodam in si. & consilio cccxvj. supra scriptus dominus. in ij. volum. Corn. consilio. xxiiij. in 2. volum. in casu autem nostro fuit acquisita, & stipulata per Iulium tantum, &c. sed hoc habet facilem resolutionem: quia ratio limitationis est, quia respectu communis ascendentis qui stipulatus sit, sola attenditur ratio quod masculi excludantur feminas, ex quo omnes sunt descendentes: sed in casu nostro, non ita est: quia quilibet videtur suos descendentes, quamuis feminas, prætulisse descendentes fratris sui, ut declarant prædicti doctores, maximè Corn. dict. consilio. xxiiij. & non refert, quod ambo simul stipulati sint, vel vnus in o. & nomine fratris, qui deinde ratum habuerit, ut per Fulg. d. consil. cccxxij. Alexand. consilio. cxix. Secunda limitatio infertur ex præcedenti, quod text. in d. cap. i. procedat prout loquitur in feudo nouo, secus in feudo antiquo per supra scriptam rationem, ut declarat Paul. de Cast. dict. consilio. cxij. in secundo. ergo idè dicendū in emphyteusi: sed in casu nostro, ista emphyteusis videtur fuisse accepta iã antiquitus, & illa q̄ stipulatus est Comes Iulius, videtur potius fuisse quædã renouatio, q̄ semper intelligitur, & secundū naturam præcedentis, nisi expressè actum sit contrarium. c. i. in si. de eo qui si. facit agn. de feud. pat. & declarat Paul. in d. eo nullo. Sed respondeo, quod imo non apparet, quod alia vnquam inuestitura accepta sit ab ecclesia, quæ hæc de qua agitur, nec apparet q̄ aliud ius in personâ aduersarij descendit, quàm ex acquisitione Co. Iulij. limitatio autem procederet, si ius descenderet à cõmuni ascendente aduersarij & istarum, sororum imo, ex lectura inuestituræ satis cognosci, non fuisse renouatione antiquæ, sed nouam prorsus inuestituram, de quo per Dec. consilio. cccx. cum concordan. per per d. consultorem allegatis. Terria est limitatio, quam tenet Mart. de Laud. & Card. in d. c. i. de duobus fratri. à capitu. secundū quæ dicunt se consuluisse, q̄ feudū fuisset à duobus fratribus acceptum, pro se & descendentibus suis ita ut descendentes sui succedant: tunc enim masculus alterius, & feminam alterius excluderet, propter naturam feudorū, q̄ est ut intelligatur solum de masculis. c. i. §. si clientulus de alien. fe. Sed respondeo, quod hoc est quia supra scripto casu non fuit facta specialis mentio feminarum, prout prædicti Doct. declarant, quod non est in casu nostro, in quo disertè actum est, quod feminae succedant post cuiuscunque ipsorum masculorum, ut supra dixi. Quarta est limitatio, ut text. in d. c. i. procedat in quo loquitur quando feudū nouum est quæ sitū duobus fratribus, quæ diu ipsi vel hæredes masculi, &c. tunc enim propter dictionem hæredes, succedit ratio in textu posita, quod vnusquisque sibi, suis que hæredibus prospexit videtur, &c. vnde secus esset si dicti filii non essent hæredes, & seu non succederent iure hereditario secundum Iacobi. Aluar. & sentit Socin. l. cum auus q. 8. de condi. & dem. vnde cū emphyteusis ecclesiastica non deferatur iure hereditario secundum Bar. in l. vt iurifurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. videretur ei conclusio nisi non esse locum in casu nostro. Sed respondeo, quod imo illa dictio hæredibus, propter naturam feudorum, intelligitur de hæredibus sanguinis, maximè propter adjectionem dictionis, masculis, de quo in c. i. de eo qui sibi & hæred. mascul. & que habentur in l. quod dicitur. ff. de verbo. oblig. in l. Gallus. §. etiam si. ff. de liberis &

posthu. & semper subest illa ratio, quod quis videtur potius descendentes acquirere quàm alij. dict. l. cū auus. & potest stipulari pater filijs, etiam si non sint hæredes, ut habetur in l. quod dicitur & in emphyteusi ecclesiastica, quamuis non deferatur iure hereditario, faterentur omnes esse locum supra scriptæ conclusioni, ut per Alex. dict. consil. cxix. in v. cum similibus supra allegatis. Nec conclusio Bald. in l. cum acutissimi. in fin. C. de fideicommissis quam ibi sequitur Ioan. Bapti. de S. Severi: Aluar. in d. c. i. de eo qui sibi vel hæred. Iaf. l. 2. C. de iure emphyte. quæst. xiiij. obstat supra dictæ responsioni licet videatur ponere aliam limitationem ad c. i. de quo diffusè per dominos consulentes scriptū est, ideo vltius non in fito, sed in eorum sententiam transeo: saluo semper iudicio cuiuslibet rectius sentientis.

CONSILII XIII. SVMMÆ

- 1 *Femine arma ferre non possunt, nec ea facere, quæ continentur in forma fidelitatis.*
- 2 *Dictio quibuscumque est vniu. ersalis, nec debet restringi.*
- 3 *Dictio quibuscumque quandoque restrictionem recipit.*
- 4 *In dispositione hominis non est recedendum à proprietate verborum.*
- 5 *Iuri naturali nunquam censetur derogatum.*
- 6 *Feminas in feudo ligio, deficientibus masculis admitti.*
- 7 *Feudum emptum allodialia potius sapere.*
- 8 *Princeps si pro feudo recipiat pretium, etiam si utatur verbo indulgemus, significat de feudo venditionem fecisse.*
- 9 *Nomen contractus à partibus positum, non est attendendum sed quod uere actum est.*
- 10 *Absurdum est apud eundem rem & pretium remanere.*
- 11 *Verborum proprietati mens contrahentium assistit.*
- 12 *Femine per lineam masculinam descendunt.*
- 13 *Posteriori inuestitura standum esse.*
- 14 *Inuestitura primæ regulariter standum est, tamen id non procedit quoties communi consensu ab ea recessum sit.*
- 15 *Femine sunt feudorum capaces.*
- 16 *Meliorationes heredibus vasalli finito feudo restitui.*

Veritur nunquid Illustriss. domina Ioana Paulina nupta Illustrissimo Comiti Canelarum possit succedere fratri suo in Comitatu Stiponisi. Et uideretur per se fronte dicendum quod non, propter regulam generalem, quod feminae excluduntur à successione feudorum. ca. i. §. & quia vidimus. qui feud. dare poss. cuius rei illa est ratio, secundum Bald. in l. quoties. C. de suis & legit. quia femina q̄ arma ferre non possunt, nec ea facere quæ continentur in forma fidelitatis, de quo in ca. i. de form. si del. cum tit. seq. & istud in casu nostro videtur tanto fortius dicendum, ppter primam inuestituram de anno 1419. in qua apparet feudū concessū do. Rolando, & suis liberis masculis, &c. & q̄ lineam masculinam descendit, q̄ verb. satis apparet hoc actū fuisse, ut feminae à talifeudo excluderent. ca. i. vbi Bald. de natur. feud. cap. i. q̄b. mod. feud. cõf. poss. cum simi. Et maximè q̄ in vltima inuestitura addita sunt verba, de more tñ patrie, capacibus &c. Vnde videtur excludi feminas, nisi quatenus extaret consuetudo, prout in regno Franciæ, & Siciliæ quod etiam feminae admittentur in def. & m. masculorum, secundum And. de Ifern. Iac. de Belui. & Aluar. in d. §. & quia vidimus. Sed tamen istis non obstantibus, puro contrarium in casu nostro dicendum, & Illustrissimam dominam Ioannam admittendam, propter verba secundæ inuestituræ factæ in dominum Bartholomæum pro se suisque hæredibus & successoribus quibuscumque: illa enim dictio, quibuscumque, tanquam vniuersalis non restringitur ad habilitatem, & ideo etiam feminae debent admitti. lege. prim. §. permittitur verb. qualem cunque successorem, ff. de aqua quotidiana, & æstiu. gloss.

fœminæ debent admitti. l. j. §. permittitur. verb. qualis est que successorem. ff. de aqua quotidiana, & æstiva gloss. iuncto text. in cle. j. de iudi. & ista videtur magis communis opin. vt propter talem dictionem, nō hæt restrictio de habitate, vt attestatur Iaf. in l. Gallus. §. etiam. ff. de libel. & posth. vnde tali casu admitterentur etiam extranei, vel singulares successores. ca. j. de feudo non habent. propr. natu. Bal. in l. j. q. xxxiii. ff. derer. diuisio. in c. Imperialem. in princip. de prohib. feud. alien. per Frideri. vnde stante tali forma verborū potest feudum transmitti in extraneum, etiam p vim fideicommissi, secundū Alexan. in l. si parroni. in princip. ff. ad Treb. & vt dixi ista est cōmānis opinio, sicut attestatur Curt. Iun. in tractat. feud. parte tertia. q. penul. & Matth. de Affli. in c. j. §. donare. qualiter olim feudū poter. alien. Albertus Brunus conf. x. & xliij. Iacobinus in tract. feud verbo & cum pacto, quod de ipso feudo possit. & habetur in apostil. nouis ad consilium Alexand. xxx. in j. Et licet aliqui contradicant, imō sint inuicem sibi cōtrarij: tamen in iudicio nō est recedendum à communi sententia, maxime cum casus noster sit extra difficultates quas ponunt contradicentes, quorū aliqui dūtaxat dubitationē loquuntur, vt Bald. in dict. §. donare, & in l. cum vitum. C. de fideicommissi. & Soci. in dict. §. etiam vbi relinquit cogitandum. Arer. verō in dict. §. & Cur. Sen. cōsilio lxxxiij. & Rub. cōsilio lxxxiiij. nō loquuntur in terminis nostris, in quibus concurrunt alia argumenta. Mōuentur ipsi, quia dicitur, quibuscumque, recipit restrictionem de habitatione. l. ij. §. prætor ait. verfic. q. ait prætor. ff. qui sacid. cog. ca. j. §. si de iure iurand in v. l. instrumenta. verb. quibuscumque. C. de fid. instru. & iure hactæ sica. li. x. quod argumentum potest esse verū in dispositione legis, & ita loquuntur iura suprā allegata: non autem in dispositione hominum in qua non recedimus, à proprietate verborum, vt distinguit Iaf. in l. j. §. nuntiatio. ff. de oper. no. nun. & Cur. Iun. dict. q. pen. loco supra allegato. Adde ego, posse illud argumentum procedere, vel quando sequeretur duplex inueniens, secundum Lud. Ga. cōsilio viij. & xxvj. & lvi. & per Ruy. cōs. cccix. in j. quando in habitas à iure naturali procederet: quia talijuri tūquam censetur derogatum. l. promittendo. ff. de iur. dot. dixi in l. si filius milis. ff. si cert. pēt. & in l. j. C. de sacros. ecclie. Sed fœminæ à feudis non excludantur à iure naturali: sed duntaxat ex consuetudine que inualuit aduersus rationem naturalem, secundum quam nulla debuit induci differentia inter masculos & fœminas. l. maximum vitum. C. de liber. præter. & in casu nostro, vt dixi res est clarior, cum concessum sit feudum tamquam ligum, de cuius natura est vt deficiatibus masculis, succedant fœminæ secundum Alexan. in allegato conf. 30. in j. vol. per Specu. tit. de feud. §. quoniam. verficu. xxj. allegat rex. in c. significauit. extrā. de rescript. Quæ sententia iuncta sequenti ratione videtur vera. Cum enim hoc feudum sit emptum mediantibus florenis 200. & non sit datū p aliquo seruitio, stant edicta clausula, & quibuscumque successoribus, videtur omnino deficientibus masculis, fœminam excludendam nō esse secundum Odo. fre. in sum. a. quem refert Bald. in d. §. & quia vidimus. & in tit. de pac. constan. verba libellarium sequitur Cornæus cōs. lxxvj. in j. Decius cccvij. Cur. Iun. in d. iij. par. verfic. sexto limitatur. vbi respondet rationibus Martini Laudensis qui cōtrarium dicebat, & debet hoc feudum sapere naturam allodialem, propter pretium æquiualens ferē ipsam rem, p quo est decisio Bal. in l. qui se patris. C. vnde lib. vbi dicit, quod si princeps pro feudo recipiat pretiū quo d significat vendicationem, etiam si vtretur verbo indulgentis, argumento l. si. C. de præd. curial. lib. x. & ideo non potest reuocare talem indulgentiā, nisi restituito pretio: quod maxime procedit in successione facta alijs non subdito, secundum Barb. ibi text. in l. Titius puerum. ff. de obseq. patro. præstan. & idem tenent Modern. in capit. j. de nat. feud. in vlib. feud. & pro

hac sententia facit: quia non attendimus, ad nomen contractus à partibus dictum: sed potius ad quod actū est, vt si preti interuenierit, dicatur venditio, licet partes aliter appellerent. l. infula. ff. de præscrib. ver. & quod notat Bartol. in l. j. §. ff. de superf. & nisi ita diceremus in casu nostro sequeretur magnum inconueniens, quod finit inuestitura dominus haberet & rem & pretium, quod iura reputant absurdum, vt t habetur in dicto capitu. j. de nat. feud. & in cap. j. §. fin. qui feud. dar. post. maxime cum pretium solutum sit correspondens alteri rei, secundum Barto. dict. l. j. §. j. de superf. nec posset probabiliter dici emptam esse spem & dubium euentum iuxta l. emptorem. §. fin. & l. si actum. ff. de acti. empt. merito igitur fiet interpretatio hoc casu, quod posset emptor disponere vel ex testamento, vel ab intestato, & in personas quæ alijs non admitterentur, & verba illa, quibuscumque successoribus, simpliciter intelligantur: quia t proprietates verborum hoc significat, cui & probabilis mens. contrahentium assitit. Et hoc tenendo, non obstat prima inuestitura: quia respondeo, quod illa verba, inuestitura, & ab eis per lineam t masculinam descendētibus, non excludunt hanc proneptem: quia quamuis fœmina, tamen dicitur descendere per lineam masculinam. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posthum. vt ibi declarat Iaf. & idem Iaf. in l. maritus. C. de procur. & in l. ij. verfic. vicesimo primo quarto. C. de iur. emphy. Et licet aliqui contradicant, tamen loquuntur in filia primi gradus, à qua incipit linea fœminina ne in nepte verō, vel pronepte seu vltiori, non videtur esse aliqua dubitatio, secundū Alexan. consil. liij. lib. vj. verfic. fateor, q. si ex Gabriele: & c. quod est repetitū in consil. xlv. in iij. volu. & per eundē Alexan. consil. cxxv. in vij. Secundo respondeo, q. illa prima inuestitura est extincta & noua per secundā de ann. 1464. in quo positæ sunt clausulæ longē efficaciores, & renuntiatum pacto luendi. Vnde t standum est huic posteriori. c. j. de vassal. decrep. 13 æta. vbi Iser. Iaf. consil. xxiiij. in iij. decil. Neap. exij. Tertio respondeo, quod licet regulariter videatur standum primæ conuentioni seu inuestituræ, c. j. vbi Bald. de eo qui sibi. Dec. consil. cxxxv. tamen hoc nō procedit quoties communi consensu ab ea recessum sit, quia tūc imputandum est domino qui aliam formam induxit. c. j. in fin. de eo qui fecit. finem agn. Iaf. d. consil. xxiiij. num. iij. nisi quatenus error, vel metus probaretur, secundū Bald. in extrauag. de pac. const. verb. patronos. allegat lo. And. in ca. j. præscript. in 6. in nouella. sed in casu nostro nullus error, vel metus interuenit: vnde non est dubitandum, quin standum sit posterioribus inuestituris. Nec etiam ob, quod in vltima inuestitura, post dictionem, quibuscumque, adiectam sit de more tamen patriæ capacibus: quia talis clausula, non videtur excludere sororem: quia etiam mulieres sunt capaces feudorum secundum And. de Iser. in d. §. & quia vidimus, & est text. in cap. j. de benefic. fœm. in c. j. quemad. seu. ad filiam pertinet. in c. j. an maritus succedat vxori in benef. cum similib. Et satis est, quod fœmina vocetur verbis generalibus secundum supra dicta: quia si vocarentur verbis specialibus res nullam profus difficultatem haberet. Non omitto tamen, quod finita inuestitura feudali per extinctam generationem, tenetur dominus ad restitutionem t meliorationem quas vasallus in bonis feudalis fecerit, & restituendæ sunt eius hæredibus, vt est text. in c. j. §. si vasallus. in in titu. hic finitur lex. deinde consil. regu. incip. vbi Bald. Aluarot. & cæteri, & per do. Guid. Pap. q. clxix. vbi dicit ita etiam feruari de consuetudine. Et quia res non habet aliquam difficultatem vltius non insisto. Et hæc omnia saluo semper faniore iudicio.

CONS. XIV. SVMMAE.

- 1 Qualitatem substantialem adesse omnino necessarium, & que qualitas sit habenda ratio. (vult)
- 2 Semel electus à principe & cuius electio fuerit approbata,

- 1 acquisitum, non ab eo auferitur.
- 2 Heredes etiam pro scripto & particulari accipi.
- 3 Vuentis non est heres.
- 4 Satis est conditioni semel euenisse vt perpetui habeat effectū.
- 5 Qualitas in oratione adiecta verbo quod significat actum disponendi, satis est illam qualitatem adesse cum sit dispositio licet non duret.

Verba inuestituræ sunt, pro se, filiis & descendentibus masculis, &c. & in defectum filiorum masculorum, ex suis hæredibus, quem ipse ad hoc, infra annum à data præsentium numerandum, eligendum duxerit. Queritur, facta electione de persona Comitis Iacobi, in tempore præfixo, & ea à Cæsare approbata, an liceat nunc mutare sententiam, & ad quem ius deuoluatur. Et cum verba clara sint, vt electio fiat ex vno t de hæredibus, oportet hanc qualitatem omnino adesse secundum doctri. Bart. in l. vt iurisurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. quæ est communiter approbata, etiam per feuditas. And. de Iser. c. j. §. hoc quoque. de successione feud. Iac. de Bel. & Aluar. in c. j. qui sibi & suis hæred. & consiluit Alexand. sæpissimè, vt in consil. cxliij. in 3. cxxiiij. in iij. xix. in v. cum sign. Quo stante, si Comes Iacob. non sit hæres, tanquam defectus qualitate substantiali, non poterit admitti, nec quisquam alius: quianon nominatus intra præfixū tempus, & sic feudum ad dominium reuertetur, vt tradit in simili Cur. in tract. feud. j. parte q. viij. & sentit Decius consilio cccxc. Vnde poterit Imperator tanquam dominus gratificari hac in re cui voluerit. capitu. i. quem ad. seu. ad filiam pertinet. vbi Iac. de Bel. & Præpof. Alex. in fin. Sed tamen mihi verius videtur, quod ius Comitis Iacobi sit firmū, & immutabile, nec per penitentiam possit extinguī, ex quo enim semel electus est, & electio à Cæsare approbata: ius est acquisitum. c. quod semel. c. mutare. de reg. iur. in 6. vbi docto. quod amplius auferri, vel mutari non potest l. id quod nostrum. de reg. iur. l. j. §. videamus. C. de rei vx. act. & in materia feudali est text. in c. j. de feud. successione. in prin. p Barto. in dic. c. §. si liberi. Alexand. consil. c. j. in v. Corn. cx. in iij. & 37. in v. Dec. cccxxxix. Vnde frustra fieret talis reuocatio, secundum Alexan. consil. cvij. in iij. cccxxxix. in 3. dub. maxime cum dies certa esset adiecta, intra quam electio fuit faciendā. Celsus. ff. de arbit. l. si sterilis in fin. de act. empt. Nec me mouet contraria ratio, q. istenon sit hæres, & consequenter in eo deficiat qualitas requisita, nam respondeo, q. illa t dicitio, hæres seu vnum ex hæredibus, &c. non potest intelligi de vero hærede, cum vuentis non sit hæres. Bartol. in l. ex facto. verfic. ii. casu. ff. de vulg. Alexan. d. consil. penult. in v. intelligitur ergo de hærede, scilicet scripto, prout in l. si plures. j. vbi Rayn. ff. de vulg. & declarat Decius in l. i. verficu. quarto. & c. de impub. vnde sufficit, quod semel fuerit scriptus, quia satis t est conditionem semel euenisse, vt perpetuum habeat effectum. l. in substitutione. ff. de vulg. l. ex facto. in fin. cum gloss. ff. eo. titu. l. si quis hæredum. vbi omnes not. C. de instit. vel subtit. l. hæc conditio, filia meæ. ff. de condi. & demon. Ale. consil. cccclxij. in iij. & sufficit, quod tempore nominationis destinatus hæres esset, argum. l. si serua. ff. de iure dot. l. si rem. §. si cum mihi. de præscr. verbis. in glo. & quod ita intellexerint partes dictam verbum, satis apparet, ex ipsa nominatione, & confirmatione Cæsaris subsequuta. Præterea possunt illa verba intelligi, de hærede particulari, vt per Bart. d. §. si liberi, vt eo ipso, quod est nominatus, prout verè factum fuit. vnde satis verificata sunt verba. & pro hoc est doctrina Bart. in l. ex facto. in princ. ff. de vulg. vbi quando qualitas t in oratione adiectur verbo, quod significat actum disponendi, satis est illa qualitatem tunc cum sit dispositio adesse, licet non duret. l. mela. in princ. ff. de alimentis & cibariis legatis. l. iij. ff. de auro & argento legato. attenditur ergo voluntas que tūc fuit tempore illius dispositionis, nec ex post facto mutari potest, prout in simili dicit Bal. in l. in testamento. q. ix. C. de re

stamento mili. & ius ipsi Comiti Iacobo acquisitum, amplius etiam factio eligentis auferri ei non potest, secundum Salic. & Arer. in simili in l. iij. C. de sacrosanct. ecclie. Et ista mihi videtur verior opinio, saluo semper faniore iudicio.

CONSILII XV. SVMMAE

- 1 Bona presumuntur allodialia.
- 2 Ius clientelare est quedam species seruitutis.
- 3 Recognitio recognoscenti tantum nocet.
- 4 Res inter alios acta non præiudicat.
- 5 Nobiles sciunt allodialia à Principib. recognoscere, & quare.
- 6 Feudo hereditario heredem tantum succedere, & quomodo intelligatur.
- 7 Instituti in recerta censetur hæres vt possint habere feudū.
- 8 Præscriptio 40 annorum omnia sopita.
- 9 In feudis annalis taciturnitas excludit negligentem.

No consilio spectatisissimi Iuriscōsulti domini Bernardi Burgornij, fuisse simplici subscriptione contentus ne videret contra verus pro uerbium in syluam ligna deferre, adeo subtiliter & copiose omnes articulos ille pertractauit sed vt morem gererem cum ipsi cum illustri Comiti, pro quo ipsi intercedit, existimaui operæ pretium pauca quædam satis certa & clara, subiungere. Et in primis nō arbitror istos illustres dominos Coregentes venire ex persona do. Manfredi senioris aut ipsorum: quia cum ipse fuerit consecutus propter detractionē fidelitatis, quam præstare debuit Duci Mediolani. iux. text. inc. i. §. que sit prima causa beati. amit. cū vbi not. & q. not. in extrauag. ad reprimendum. vbi Bar. in gl. 3. amittit ius suum: & sententia contra eum lata per magistrōs ordinarios transfuit in iudicatū, nec contra eam erat aliquod remedium, stantibus decretis & constitutionibus Ducalibus, q. sunt adhuc in viridi obseruantia, & quæ puto exhibitæ esse in hoc iudicio, & de quibus distusè allegatum est in d. consilio. Probabilior est allegatio Iseri Coregentis ex eo capite, q. vallis Campiginis videatur esse feudalis, & isti sint in inuestitura vocati. Sed tū obstat tria fundamenta, ex quibus appareat eos omnino reiciendos, & Comitē sancti Vitalis absoluedum esse à peccatis. Primum est fundamentum, quia non est probatum dictam vallem, de qua agitur esse feudale, præsumptio enim est contra actores: quia bona t præsumuntur allodialia, cum ius clientelare, sit quædam t species seruitutis. gl. in l. si vfructus. i. de vsu fruct. c. nimis. vbi doct. de iure iu. c. si. in verb. respondere. vbi doct. de iud. Maxime cum appareat, de ista valle fuisse dispositum, & per Ducem Ferrariæ, & per Comit. Io. Galeaz alienando, donando, cōtrahendo, sicut de reliquis allodialibus. Nec obstat recognitio facta per dominū Manfredum seniorem, versus Imperatorem Fridericum, quia huiusmodi recognitio bene probaret in fauorē domini, seu Imperatoris, cōtrā ipsum Manfredum recognoscentem, secundum not. per Bartol. in l. cum falsa. C. de iur. & facti ignor. Odo. fre. & Bal. inc. i. §. sacramentum. de consue. recte feud. Sed cōtra tertium, sicut erat Dux Galeaz, & Dux Ferrariæ, & habentes causam ab eis, talis cognitio nō probat. l. cens. fualis. l. si functiones. vbi Bald. C. de donatio. inter vir. & vxor. Bald. consil. cccclxxvij. octo prætendens lib. i. Soc. consilio. cclxxvj. lib. secundo. Barba. consil. 50. illud asseram, lib. i. Corn. consil. 24. lib. iij. Et licet etiam Nicolaus obtinuerit inuestituram ab Imperatore Maximiliano: tamen loquitur de feudalis in genere, nec in ea factetur, quod vallis Campiginis sit feudalis. Et etiam si facteretur talis concessio non noceret ei, nisi respectu domini, non autem aliorum, vt tradit Paul. Castr. & Arer. in l. si aliquam rem. vbi dixi, de acquirenda possessione, quia res t inter alios acta, &c. maxime cū per procuratorem impetrata sit inuestitura: vnde confessio in de restituans, in alia causa domino non nocet, secundum Ioannē Andream in c. per inquisitionem. de elec. quæ sequitur Modern. in l. in fin. C. de edendo. & solent nobiles etiā allodialia t recognoscere à principibus, vt quoties

opus est, possint vtiliore titulo se tueri, non quod velint sibi prejudicium inde generari, sed vt abundantiore cautela sibi pte videant, pro quo est tex. apertissimus & rotund. cap. post electionem. extra, de concess. praben. vbi Abb. & in c. cum olim. de re iud. Concl. cap. in no. stra. de rescript. & quod habetur in l. Aurelius. §. fin. ff. de liber. leg. Secundum fundamentum est, quia etiam si hæc vallis esset feudalis, non tamen possunt admitti Coregenses: quia inuestitura est accepta, pro se & hæc, redibus legitimis, quibus verbis feudum censetur esse hereditarium, nec in eo admittuntur nisi sint heredes secundum Audr. de sent. c. j. §. hoc quoq. de success. feud. l. ac. de Beluil. & Alnar in c. j. de eo, q. sibi & suis hæredibus p illos. textus & cõsoluit Alex. cap. sime. & in cõs. cxj. in 4. 124 in 3. & 19. in v. Alber. Brui. cõs. j. 2. 9. & duob. seq. & Cur. tun. cõs. i. & cõs. culusio certa, in dubitata q. quid disti. guar Paul. de Cast. in d. l. ex facto. §. si. qui ipsi mutauit sententia, & in l. si mihi & Titio, de verbor. obligat. correxi cõs. p. & tenuit q. imo siue dictu sit, p me & hæredibus, siue pro me, filiis & hæredibus, semper necessarium sit filium esse hæredem, & ia tenuit in cõs. xciiij. in si. in ij. volum. incipient. in causa quæ vertitur. secundum vlti. impressionem. & ita etiam tenuit Lancell. Gall. in d. l. Gallus. §. j. vers. secundum limitatur. vbi allegat etiam Raynum in §. Cato. & Decium cõs. cxxij. Cuius ergo istud fundum sit hereditarium, oportet istos Coregenses esse hæredes istius vltimi decedentis, qui cum nõ possint esse, quia Comes Ioan. Galeaz decessit in stitucis sororibus, sequitur hunc admitti ad feudum non posse: quia in feudo hereditario oportet agnatum volentem succedere esse hæredem vltimi decedentis, vt concludit Curt. Inn. cõs. j. & cõs. cxxvij. & in tract. vers. quadragesimo. post Alexan. cõs. xiiij. cõs. xix. in v. sentit Dec cõs. lxxvij. per multas rationes & auctoritates de quibus per eos. Et licet aliqui teneant contrarium: tamen si bene videantur auctoritates contrarie, loquuntur in tribus casib. tantum, primus est qñ feudum non est hereditarium, vt in c. j. an sil. vel agna. vbi Baldus. & Aluar. & per Dec. cõs. cccxx. nu. v. & in emphyteusi ecclesiastica, quæ accepta sit pro filiis & non sit dictum, & hæredibus, & ita loquitur Bald. in auct. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccl. quem refert & sequitur Aluar. in d. c. j. Secundus est casus quando agnatus qui vult succedere, ipso iure est hæres, licet effectu cogatur abstinere, vt quia renuntiauit cum iuramento hereditarij: intelligitur enim exclusus ab hereditate respectu allodialium tantum, non respectu feudalium: quia talis renuntiatio non omnino perimit ius hereditatis: vnde faceret partem alij etiam in allodialibus, vt inquit Bart. in l. j. §. qui habebat. quæst. 4. ff. de contrah. bul. & secundum hanc declarationem potest intrigi & saluari, quod not. Deci. in cõs. ccvij. qui aliter male loqueretur: quia Baldus. in d. authen. si quas ruinas loquitur in emphyteusi non hereditaria, non autem in feudo hereditario, prout eum allegauit Decius: sed potest saluari, vt dixi quia sufficit, quod non sit omnino exclusus. vnde etiam in stituti in re cerra, censetur hæredes, vt possint habere feudum secundum Barto. in d. l. vt iurifurandi. §. si liberi Baldus c. j. de success. feud. Tertius est casus, quando sumus quidem in feudo hereditario, sed in eo locus est iuri accrescendi, tunc enim præferitur agnatus domino, propter hereditatis sibi nocere tam si heres primæ acquisitionis, nec tunc curamus de vltimo, verificatur enim illud, & hæredibus modo sit hæres primæ, & in hoc casu procedunt notata per Alexan. cõs. xxx. in j. & cõs. xxvj. & cõs. xxvij. in v. & quod not. Paul. de Cast. cõs. iij. Calde. cõs. xij. in feud. Alber. Brui. cõs. xvij. & cõs. xiiij. & ita intelliguntur doctores qui loquuntur alternatiue, quod oportet vt agnatus sit hæres vltimi, vel primi, vt per Alexan. cõs. xxvj. in v. Curt. dicto cõs. cxxxvij. In casu autem nostro non videtur locus iuri accrescendi, per tex. in cap. j. §. cum verb. Conradus. qui feud. dar. pol. cap. j. §.

fin. de suc. feud. march. cap. j. de frat. de nouo benefici. & ita quæ not. Iaf. in dic. l. si mihi & Titio, de verbor. oblig. in l. re conuicti. ad si. de leg. iij. vbi etiam alij Moderni. Et licet aliqui ab eo relati tenuerint contrarium, tamen loquuntur quando primus socius in ius stitus non accepit, quod non est in casu nostro, quia Nicolaus accepit partem suam. Item loquuntur in feudo proueniente ex liberalitate principis: tunc enim procedit dispositio leg. j. C. si Imperial. liberal. soc. libr. x. at in casu nostro est contrarium, quia liberalitas prouenit ab illis Corregensibus, qui recognouerunt Imperatorem, & ad supplicationem ipsorum, non autem metu principis: nec apparet quod ipse Imperator, nunquam eis dedit: quia (vt supra dixi) præsumuntur omnia allodialia. Item loquuntur in bonis quæ retenta sunt semper titulo feudi, at hæc vallis tenebatur à Nicolao & Co. Ioan. Galeaz, tanquam allodialis & empta à Duce Ferrariæ, & ideo iis casibus tenenda est opinio Iasonis, & veterum Petri. Cin. Andree. Iacob. Mart. Laude. vt non sit locus iuri accrescendi, de qua per Iaf. dictis locis, quam etiam sequitur Signoro. & Pet. de Belui. & Alber. de Rosa. in dic. leg. si mihi & Titio. & etiam ego ibi sum sequutus Tertium est fundamentum præscriptionis seu vltimæ acquisitionis longi temporis. cum, n. fideus pro iudicato possideret, & titulo permutationis transierit in Ducem Ferrariæ, qui deinde vendidit do. Nicolao, apparet subesse titulum & bonam, & fidei ideo inter præsentis locum fuisse vltimæ acquisitionis decennali iuxta l. pe. C. de præscrip. long. temporis. in casu autem nostro lapsus est tempus xl. annorum, quod imponit perpetuum silentium. l. omnes. C. de præscri. xxx. vel xl. an. per Dec. cõs. xxix. Aret. cõs. ciiij. Ale. clj. clxij. in ij. Soci. clxiiij. cxxiiij. cum sim. Et hoc maxime est dicendum in feudis, in quibus, vel annalis taciturnitas excludit negligentem. cap. ij. fin. si de inuesti. inter do. & vasa. & c. Titius si de feudo de funct. & currit hæc præscriptio aduersus quemcumque, siue natum, siue nacturum, quando est in tanti temporis, vt per Curt. Seniore. cõs. lxxvj. De quo articulo & cæteris omnibus, quia diffusè scriptum est, per clarissimum Iurifcon. supra scriptum vltimus non scribo, sed ad eum remitto. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. XVI. SVMMAE.

- 1 Inuentarij vis respectu feudi.
- 2 Feudi hereditarij iudicandi ratio.
- 3 Feudum in dubio censetur hereditarium, etiam si non, sit facta mentio heredum.
- 4 Heredibus, hæc dictio in inuestitura postea, quid importet.
- 5 Feudi quæ ratio sit ex fratrum diuisione

Larus satis videtur præsens casus ex verbis inuestituræ feudalis, quibus feudum conceditur Titio, & hæredibus suis legitimis masculini sexus, ab eo descendentes, vnde succedit decisio Bald. in l. qui se patris. vers. Item queritur si va fallus. C. vnde legitimi. vbi concludit quod in feudo antiquo, si pater renuntiauit, vel aliter alienauit, & filius adiuit hereditatem, sibi præiudicat, nisi fecerit inuentarium, quia tunc aditio hereditatis sibi nocere non potest. l. fin. §. in computatione. C. iur. delib. sed in casu nostro præsupponitur, quod iste fecit inuentarij: ergo debet admitti ad partem suam feudi. Verum supra scripta decisio Baldi reuocatur in dubium per doctores, quomodo sit intelligenda: quia in feudo nõ hereditario, sed procedente ex pacto, & prouidentia concedentis, omnes fatentur supra scriptam decisionem esse veram: in feudo vero hereditario magna est discordia inter Doctores, ergo, ad euadendas has difficultates, quale feudum sit istud. Et videtur prima fronte esse hereditarij, per illa verba, pro se & hæredibus suis legitimis, tanquam ista dictio hæredibus

hæredibus, non simpliciter significet liberos, secundum naturam feudi: sed liberos, qui etiam sint hæredes, quia natura feudi est etiam si simpliciter pro se sit acceptum, vt non transeat in filios, nisi sint hæredes, vt est text. in c. j. an agna. in vlt. fe. ubi oes nor. glo. in c. j. quib. mod. feud. tradit Bar. & alij in l. quod dicitur. ff. de verb. obli. Vnde feudum in dubio censetur esse hereditarium, etiam si non sit acta mentio heredum, secundum Alexand. cõs. lxxvj. in v. quod multo magis dicendum est. cum in instrumento facta est mentio heredum, vt quia feudum sit acceptum pro se, & filiis, & hæredibus, non enim sufficeret esse filium, nisi etiam sit hæres, vt dicit Bartol. in l. vt iurifurandi. §. si liberi de oper. lib. cuius opinio est magis communiter approbata. Idemque si dictum esset, pro se & hæredibus, vel successoribus, secundum Angel. cõs. clxxxiiij. Curt. Sen. cõs. lxxxij. cum similibus. Sed tamen in casu nostro sentio contrarium: quia supra scripta procedunt, quando dictum est pro filiis, & hæredibus, & ne dictio, hæredibus, alias sit superflua: sed in casu nostro, in quo non est posita dictio, filijs, sed simpliciter dictum, hæredibus, intelligitur de hæredibus sanguineis, & sic liberis, etiam quod non sint hæredes, secundum Paul. Cast. in l. ex facto. §. si quis ita. ff. ad Trebell. per tex. cum gl. quem ibi refert & sequitur Iaf. in l. si non sortem. §. libertus. de condi. indeb. quod maxime dicendum est in casu nostro, in quo subiiciuntur illa verba, legitimis masculini sexus, & c. quæ verba indicant habitam affectionem ad prolem masculinam, & sic ad descendentiam sanguinis, secundum Matthæum de Afflic. in cap. j. an agna. Paris. cõs. lxx. num. xxxv. in 3. non ad rationem successionis, ad quam æqualiter iure nostro, masculini cum feminis vocantur, vt dixit Ray. de Forl. dispu. incip. quidam habebat duos filios, quem refert & sequitur Bald. in l. Casus. fol. mat. Alex. cõs. cv. in j. & est communis opin. l. Gallus. §. etiam. ff. deliber. & posth. & per Dec. cõs. clxxxv. & alibi sæpe. Et quod idem sit, quando dicitur, legitimis, tenuit Raph. Com. & Claud. de Seillello. in d. l. ex facto. §. si. Confirmaturque hoc ex subiecta materia, vt feudum in descendentes conferretur cõ aliis feuda facillè transferant in extraneos: quia sorores non possent auocare ab illis, & tenerentur ratam habere alienationem, secundum l. cum a matre. C. de rei vtd. Sicque feudum non perpetuaretur in descendentes prout tamen fuit verisimiliter actum, tam a concedente, quab ipso inuestito. vnde et videmus plerumq. ditione, hæredibus, tali cõiectura restringi ad sanguine, vt in similibus habetur per Barto. in d. l. Gallus. §. etiam vbi Paul. de Cast. & alij. Guid. Pap. in q. cccclviii. q. 491. Alexand. cõs. 36. in v. lxxj. in vi. cum similibus. Fortius tenuit Dec. in allegato cõs. clxxxv. & seq. quod dicta decisio Bald. procedat et, si feudum sit hereditarium, vt beneficij inuentarij, etiam hoc casu operetur argu. dicti. §. in computatione. quod not. Doct. in l. ii. C. de repu. hæred. esse sententia si est vera, tollit omnem dubitatione, & probat hoc Dec. p. multas rationes, quas non expedit transcribere. quod iramè dictu ego nõ ausim p nunc affirmare: quia non expedit, & supra scripta sufficiunt: & quia Alexan. videtur sibi fuisse contrarius in consiliis suis, per Dec. & per Alexan. cõs. lxxvj. in v. lxx. in 3. & cxxii in 4. volum. Curt. tun. cõs. clv. cum sim. Circa alium articulum, nunquid liceret istis fratribus diuidere feudum, ita quod totum remaneret tribus, quartus vero frater haberet alia bona allodialia, in hoc solet distingui, vt in feudo antiquo, in quo sit locus iuri accrescendi, hoc liceat, etiam absque consensu domini, in feudo vero nõ nõ liceat sine eius consensu, vt per Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. in e. imperialem in prin. de prohi. feu. al. en. per Frid. per doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in x. q. Bart. ff. de verb. obligat. vbi dixi post alios Deci. cõs. l. cccxj. cum similibus. Nec refert quod hoc factum sit in diuisione, an deinde quia quartus, refutato feudo, receperit alia bona, semper enim accrescit alius. c. i. de

alie. feud. pat. vbi Bal. & alij. Sed ista questio est impertinens, quia procederet respectu domini qui molestaret istos: nostra autem questio est, respectu istius filij, qui cõsetur vocatus ex propria persona, ex pacto & prouidentia concedentis, cui factu patris nõ debuit nocere, propter cõfectione inuetarij, & ideo quadifficultas vertitur circa primu dubiu, de quo supra dixi, & alij larius distinx. in l. quod dicitur. ff. de ver. obli. & ad ibi dicta me remitto. Saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XVII. SVMMAE

- 1 Feudum regulariter non transit in filios nisi sint hæredes, etiam si acceptum sit feudum.
- 2 Pater regulariter acquirit filijs, non tanquam filijs simpliciter, sed tanquam hæredibus etiam, & quare.
- 3 Feudum in dubio censetur hereditarium, etiam si non sit facta mentio heredum.
- 4 Dictio legitimis quid denotet.
- 5 Emphyteusis ecclesiastica transit tam ad masculos, quam ad feminas.
- 6 Feudum hereditarium ex causa ad dominum reuertit.

Ira duo quæ sita seu dubia mihi proposita, dicam pro veritate quid sentiam, ommissa argumentorum pompa, & multiloquio, vt potest hac in re non necessario, quæ quotidie contingit, & multis Modernorum consiliis est ventilata. Primu dubiu est, an feudum cõcessu pro se & hæredibus cõ alij adiectione generis, vel sanguinis demonstratiua, sit simpliciter hereditarium, itaq. nõ admittatur aliquis nisi sit hæres? Et puto quod sic: quia illa demonstratio generis non repugnat, quo minus vtrunque concurrere debeat, & quod sit de genere, & quod sit hæres: tum quia natura feudi hoc vadet, quod regulariter non transit in filios, nisi sint hæredes, etiam si simpliciter acceptum sit, vt est tex. vbi omnes no. in c. j. an agna. in vlt. feud. gloss. in c. j. quib. mod. feud. per Bart. & omnes in l. quod dicitur. de verb. obli. tū quia istud regulare est in omnibus contractibus acquisitis per patre, vt videatur pater filijs acquisiuisse, nõ tanquam filijs simpliciter, sed tanquam hæredibus. gloss. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. Cū talis acquisitio hoc modo sit vtilior patri, cuius interest habere hæredes, quia ad implendam eõ disposita, & eius fidei obseruet. §. valde. Instit. q. b. ex caus. manuit. & l. uat æs alieni ipsius, ne anima sua stet in peccato secundum Hostien in capitulo tua. de vsur. per illu textum, & quæ habentur in cap. fin. de sepult. Et ideo feudum in duobus censetur esse hereditarium, etiam si non sit facta mentio heredum, secundum Alex. cõs. lxxvj. in v. quod multo magis dicendum, cum in verbis concessionis facta est mentio heredum: vnde non sufficit esse filium, nisi sit hæres, vt dicit Bartol. in l. vt iurifurandi. §. si liberi. de oper. lib. cuius opinio est magis communiter approbata. Idemque si dictum esset, pro se & hæredibus, vel successoribus, secundum Angel. cõs. 184. Curt. Seniore. cõs. lxx. cum similibus. Idemque si dictum esset, pro se & suis, intelligitur enim heredibus, secundum Imol. cõs. xxxj. Iason l. Gallus. §. etiam. de liber. & posthum. per Alexan. dicto cõs. lxxvj. in v. Quibus sic stantibus sequitur, vt etiam si addita sint verba denotantia, habitum fuisse respectu ad prosapia, & nobilitate generis tam idem sit dicendum: quia talia verba nihil impediunt, quin vtrunque debeat concurrere, vt sentiunt Bartol. & Alexan. in l. ex facto. §. si. ff. ad Trebellian. vbi loquuntur quando dictum est de hæredibus legitimis, licet enim dictio legitimis intelligitur de venientibus ab intestato: tamen semper præsupponitur, quod sint hæredes, & ita etiam tenet Alberic. de Rosat. in rubric. de vulgar. & pupill. vers. cu. quidam nobilis. Et credo dominos de cõs. Neapolitano rectè iudicasse secundum hanc opinionem. & Afflic. decipi, qui contrarium tenebat in decis. cxxl. & istud satis sentit Patil. in dicto cõs. lxxv. in 3. Probabilis posset esse dubitatio, quando verba repugnarent, vt quia dictu esset, sibi & hæredibus, ita quod primogenitus

aliis præferatur in successione enim paterna non est lo-
cus tali prælationi, cum omnes æqualiter admittantur:
vnde videtur esse recessum à iure hæreditario, pro quo
facit disputatio Rayne. de Forl. de qua per Bald. in l. Ca-
ius. solut. matrim. qui loquitur in emphyteusi ecclesiasti-
ca, accepta pro hæredibus masculis, natura eni emphy-
teusos ecclesiasticæ est, vt transeat tam ad masculos
quam ad feminas. vnde dicendo solum de masculis, vi-
detur recedere ab ordine hæreditario, vnde licet aliqui
in emphyteusi sequantur Ray. tamen in feudo videtur
communior opinio quod oporteat tales esse hæredes,
secundum And. de Her. Iacob. de Bel. in d. c. j. de eo qui
sibi Bal. cõsi. cccxxvj. cccxxvij. in secundo vol. Card. A-
lex. d. c. j. an agnat. Deci. lxxvij. Alber. Britn. cõsi. xxiiij.
Alex. repet. §. & quid si tantum. & videtur communior
opinio, secundum hanc distinctionem, quicquid dixerit
Decius cõsi. clxxxv. & cccxcv. & auctoritates per eum alle-
gat. licet dicantur his verbis, hæredibus masculis, intelligi de
filiis, non tamen dicunt, quod nõ debeant esse hæredes.
Certior est casus, quando manifeste apparet, quod men-
tio generis & prolapie esset facta principaliter propter
ipsos descendentes, non habito respectu, quod actus es-
set gestus cum patre, prout in casu in quo consuluit.
Dec. cõsi. xxxviii. & cõsi. cccxxxix. & alias ita distinxi,
in d. l. quod dicitur, & quandoque consului, secundum
hunc casum, qui non aduertatur supra dictis. Sed limitat
regulam ipsam, à qua tamẽ in dubio non arbitror tutum
esse in iudicando recedere. Alterum dubium est, quid in
suprascripto casu sit dicendum, si vasallus in personam
domini directõ deliquerit? & putauerim feudum re-
uertit ad dominum, non solum si sit hæreditarium, vt
suprà conclusi, sed etiam si ex providentia: quia ita sen-
tit Bart. in l. eum qui. ff. de interd. & delegacione hoc opinio
est magis communis, vt attestatur Cur. iun. in d. tract.
feud. in v. part. nisi tamen feudum concessum esset vni-
cuique eorum, id est tractaretur de iure non de re, de
quo habetur in l. si mihi, & Titio. ff. de verb. oblig.
non nisi esset concessum simpliciter tali generi: non autem
Titio, & eius generi, iuxta ea quæ supra dixi, & sen-
tentiæ omnes in c. j. §. si. quæ sue. pri. cau. & Cur. iun. loco
suprà allegato. vers. iij. videtur. Et secundum suprascrip-
ta in tanta altercatione doctorum, ego me resolue-
rem, & consulendo, & iudicando, quia contrariæ opinio-
nes istorum Modernorum Decij & Afflicti sunt satis
periculosæ.

CONS. XVIII. SVMMAE.

1. Actio personalis solum aduersus hæredes datur.
2. Assignare quid pro solutione est agnoscere debitum.
3. Soluens cum non sit obligatus ad soluendum, potest petere re-
stitutionem in integrum.
4. Dominus feudo recepto tenetur ad melioramenta.
5. Dominum vasalli creditoribus ex causis obnoxium esse.
6. Aequum non est quem locupletior fieri cum aliena iactura.
7. Qui facit assignationem pro solutione debiti non potest sen-
tentiam mutare, & eam assignationem reuocare.
8. Curator ex bonis causa non necessarius.
9. Hypothecaria datur contra quemlibet possidentem, sicut rei
vendicatio.
10. Conuentionis fines non debent excedi.
11. Restitutio in integrum nunquam conceditur nisi probata
lesione.

Misa est mihi prima fronte dubitabilis subscrip-
ta conclusio. Primò, quia cum non constet,
quod Cæsarea Maiestas velit esse hæres illu-
striss. Ducis Francisci non potest à creditoribus
contineri, non quidem actione personalis, quia illa
solum aduersus hæredes datur. In fin. §. de corr. emp. l. j. §. si
hæres percepto, ff. ad Trebel. nec etiam reali actione
quæ præsupponit dominium in agente. l. officium. ff.
de rei vendic. §. j. Inst. de act. creditores autem nullum
dominium habent in melioramentis, vel bonis allodi-
alibus Ducis, vnde necessariò debuit dari curator hære-

ditati vacanti, qui à possessoribus res hereditatis vendi-
caret, & creditoribus satisfacere iuxta l. j. ff. de curat. bon.
dan. & nor. in authen. homines. C. si min. ab hæred. ab-
stin. Secundò, quia obstat conuentio in fœdere Bononi-
ensi, quod Cæsa. Maiestas non teneatur ad solutionem
gras alieni per Ducem contracti, nisi ex vna causa, videlicet
quando contractus esset pro solutione pensionum, quæ
habebant ipsi Cæsari, vnde videtur excludi creditoris, nisi pro-
bent, quod id ipsum, q. mutauerint pecunias, & quod
de talibus pecuniis Dux soluerit Cæsari, per ea quæ ha-
bentur in l. ciuitas. ff. si cert. pet. per Barto. in authen. hoc
ius. præsum. C. de sacro. eccl. in l. doli. in fin. ff. de noua.
Tertiò, quia q. p. betur Cæsare soluisse aliquibus partem
dicti gras alieni, & alius fecisse assignationes, per quas vi-
det cognoscere debitum, iuxta l. ad solutionem. C. de resud.
l. si Iulianus. §. si. ff. ad Maced. tamen nõ esset deneganda
ei in integrum restitutio, cum non esset obligatus. l. j. &
ij. C. si aduer. cred. l. penul. C. ex quib. caus. maio. no. in l.
j. C. de sent. aduer. fisc. lib. x. Sed his tamen nõ obstantibus,
accedo in sententiam suprascriptorum dominorum
consulentium. Et præmitto vnam conclusionem, quæ
in iure est verissima, q. reuerso feudo ad dominum facta, seu ad-
uersus fidelitatem ipsi domino debitam, quo casu com-
munis videtur opinio, quod feudum ad dominum re-
uertatur. d. c. j. §. si. quæ sue. prim. cau. benef. amic. Nec
obstat si diceretur, quod in casu nostro vasallus priuatur
feudo ex offensione directõ in dominum facta, seu ad-
uersus fidelitatem ipsi domino debitam, quo casu com-
munis videtur opinio, quod feudum ad dominum re-
uertatur. d. c. j. §. si. quæ sue. prim. cau. qui respondeo,
quod multi doctores in hoc tenent contrarium, quia
ille textus sit intelligendus in feudo nouo tantum, vel
in præiudicium descendenti ipsius delinquentis, non autem
fratrum seu transferralium, per And. de Ifern. & Hostie.
relatos ibi per. mod. Præterea dico, quod in casu nostro
onus probandi incumbit fisco, q. dictus Comes, aduersus
fidelitatem directõ peccauerit in Cæsaris Maiestatem, licet. in
à principio collegerit manum militarem per Rege Fran-
corum contra Ducem Sabaudie: tamen statim cum
Cæsare suscepit defensionem dicti Ducis, recessit ab armis,
nec aliquod aduersus fidelitatem Cæsari debitam ampli-
molitus est: vnde non potest esse locus suprascriptæ pœ-
næ. secundum notata per Bartol. in l. quæ mente. ff.
de furt. Præterea & fortius dico, quod ipse Comes est
bannitus, non ex suprascripto, sed ex contumacia, quia
citarus non comparuit, clarum est autem contumaciæ de-
lictum nõ cõcernere directõ personam Cæsaris, vel fidelitatem,
quia sententiæ contra absentem lata, præsumit contra contu-
maciã lata, nõ quia absens malã causam haberet. l. Papi-
nianus. §. meminisse. de inoff. test. l. & ideo. ff. de iuric.
& ideo lex loquens de vasallo in dominum delinquente
non intelligitur de eo, qui per contumaciã dam-
natus sit, secundum Bart. in l. cum filius in fi. ff. de verb.
obl. vbi Iaf. & ceteri, & in q. sua iij. incip. statuto Peru-
sinæ ciuitatis. & Corn. consil. xiiij. in ij. & ideo in præ-
iudicium fratrum, bona condemnati non censentur
fisco applicari, secundum Ang. in authen. bona darna-
natorum. C. de bon. profcrip. Et quamuis propter cõ-
tumaciã habitus sit pro confesso, & conuictõ dicti de-
lictõ, istud est verum in præiudicium ipsius contumacis,
non autem tertij, & sic fratrum suorum, secundum Bar.
in d. l. cum filius. cum sim. allegatis per Decium consil.
ccccx. Non omitto etiam, quod quocumque in per-
sona vniuersaliusq. descendenti, test facta noua concessio,
tunc feudum ex quacumque ingratitudine, vel delicto,
nunquam reuertitur ad dominum, secundum Bal. in d.
c. j. si vasal. feud. priuatur, cum cõcordantibus, per Cur.
in tracta. suo feudorum in quinta parte, quod in casu
nostro videtur esse ex tribus causis. Prima, quia con-
cessio in inuestitura videtur esse facta de vno in aliũ. Se-
cunda, quia est facta ex magna causa remunerationis,
prout est notarij. Tertia, quia in casum ingratitudinis
specialiter est promissum alio modo, quàm quod feudum
reuertatur ad dominum: quia tali casu promissum est, so-
lummodò sub pœna perditionis fidei & periurij, & pœna
restitutionis omnium damnorum, & interese, non autem
reuerfionis feudi ad dominum, vt expressè dicitur in
mandato inuestituræ: vnde nostrum non est augere

cap. ij. §. si vasallus de beneficio. si de feud. def. in vrbibus A
feudorum. Et ita ego arbitror iuris esse, saluo semper
faniore iudicio.

CONSILII XIX. SVMMAE.

1. Feudum antiquum agratorum esse, nec confiscari.
2. Onus probandi delictum, incumbit illud alleganti.
3. Vasallum contumacem directõ in dominum non peccare
4. Scientia contra absentem lata, præsumitur lata propter con-
tumaciã.
5. Propter contumaciã quis habetur pro confesso & con-
uictõ.
6. Contumaciã vnus alteri non nocet.
7. Feudum descendenti ad dominum nunquam reuertit.

Misus superfluis allegationibus, videtur dicẽ-
dum, partẽ feudi, quæ fuit Comitum Francisci
Bernardini, non ad fiscum, sed ad fratres suos
pertinere: quia quoties vasallus propter delictum
confiscatur, & tractatur de feudo antiquo, illud non
ad dominum, sed ad agnatos reuertitur. ca. j. an ille qui
inter cap. j. §. si. quæ sue. prim. cau. benef. amic. Nec
obstat si diceretur, quod in casu nostro vasallus priuatur
feudo ex offensione directõ in dominum facta, seu ad-
uersus fidelitatem ipsi domino debitam, quo casu com-
munis videtur opinio, quod feudum ad dominum re-
uertatur. d. c. j. §. si. quæ sue. prim. cau. qui respondeo,
quod multi doctores in hoc tenent contrarium, quia
ille textus sit intelligendus in feudo nouo tantum, vel
in præiudicium descendenti ipsius delinquentis, non autem
fratrum seu transferralium, per And. de Ifern. & Hostie.
relatos ibi per. mod. Præterea dico, quod in casu nostro
onus probandi incumbit fisco, q. dictus Comes, aduersus
fidelitatem directõ peccauerit in Cæsaris Maiestatem, licet. in
à principio collegerit manum militarem per Rege Fran-
corum contra Ducem Sabaudie: tamen statim cum
Cæsare suscepit defensionem dicti Ducis, recessit ab armis,
nec aliquod aduersus fidelitatem Cæsari debitam ampli-
molitus est: vnde non potest esse locus suprascriptæ pœ-
næ. secundum notata per Bartol. in l. quæ mente. ff.
de furt. Præterea & fortius dico, quod ipse Comes est
bannitus, non ex suprascripto, sed ex contumacia, quia
citarus non comparuit, clarum est autem contumaciæ de-
lictum nõ cõcernere directõ personam Cæsaris, vel fidelitatem,
quia sententiæ contra absentem lata, præsumit contra contu-
maciã lata, nõ quia absens malã causam haberet. l. Papi-
nianus. §. meminisse. de inoff. test. l. & ideo. ff. de iuric.
& ideo lex loquens de vasallo in dominum delinquente
non intelligitur de eo, qui per contumaciã dam-
natus sit, secundum Bart. in l. cum filius in fi. ff. de verb.
obl. vbi Iaf. & ceteri, & in q. sua iij. incip. statuto Peru-
sinæ ciuitatis. & Corn. consil. xiiij. in ij. & ideo in præ-
iudicium fratrum, bona condemnati non censentur
fisco applicari, secundum Ang. in authen. bona darna-
natorum. C. de bon. profcrip. Et quamuis propter cõ-
tumaciã habitus sit pro confesso, & conuictõ dicti de-
lictõ, istud est verum in præiudicium ipsius contumacis,
non autem tertij, & sic fratrum suorum, secundum Bar.
in d. l. cum filius. cum sim. allegatis per Decium consil.
ccccx. Non omitto etiam, quod quocumque in per-
sona vniuersaliusq. descendenti, test facta noua concessio,
tunc feudum ex quacumque ingratitudine, vel delicto,
nunquam reuertitur ad dominum, secundum Bal. in d.
c. j. si vasal. feud. priuatur, cum cõcordantibus, per Cur.
in tracta. suo feudorum in quinta parte, quod in casu
nostro videtur esse ex tribus causis. Prima, quia con-
cessio in inuestitura videtur esse facta de vno in aliũ. Se-
cunda, quia est facta ex magna causa remunerationis,
prout est notarij. Tertia, quia in casum ingratitudinis
specialiter est promissum alio modo, quàm quod feudum
reuertatur ad dominum: quia tali casu promissum est, so-
lummodò sub pœna perditionis fidei & periurij, & pœna
restitutionis omnium damnorum, & interese, non autem
reuerfionis feudi ad dominum, vt expressè dicitur in
mandato inuestituræ: vnde nostrum non est augere

pœnas, per iura vulgaria. Nec edictum Cæsareum quic-
quam facit, quia ex eo nõ tollitur ius tertij, & sic dictõ-
rum fratrum, prout clarum in iure.

CONSIL. XX. SVMMAE.

1. Hæreditarium feudum variè depræbendi.
2. Natura feudi est quod non transeat regulariter in filios, nisi
sint hæredes, etiam si simpliciter acceptum sit.
3. Regulare est in omnibus contractibus acquisitis per patrem,
vt videatur pater filius acquisuisse, non tanquam filius sim-
pliciter, sed tanquam etiam & hæredibus.
4. Patri interest habere hæredes qui adimpleant ab eo disposita,
& eius fidem obseruent, & soluant æs alienum ipsius, ne
anima sua sit in peccato.
5. Feudum censetur hæreditarium in dubio, etiã si nõ sit facta
mentio hæredum.
6. Cum in verbis concessionis feudi facta sit mentio hæredum
non sufficit esse filium, nisi sit hæres.
7. Dicitio legitimis, intelligitur de venientibus ab intestato.
8. In feudo antiquo locus est iuri accrescendi.
9. Filius non potest habere feudum patris, nisi soluat debita
paterna.
10. Princeps ius suum remittens alienum conseruat.

Nuestituræ verba in personam Comitum Mat-
thæi primi acquiritoris sunt, pro se, eiusque
filijs hæredibus, & successoribus, &c. In per-
sonã vero Comitum Ioannis antiquioris sunt,
pro se, suisque filiis legitimis masculis natis & nascituris,
hæredibus & successoribus, &c. quibus verbis videtur,
quod feudum de quo agitur sit hæreditarium. Tum quia
natura feudi hoc facit, quod regulariter non transit
in filios, nisi sint hæredes, etiam si simpliciter acceptum
sit, vt est text. vbi dicitur in c. j. an agn. in verb. aut vtrūq;
glo. in c. j. quib. mod. feu. per Bar. & alios in l. quod dicitur.
de verbo. obl. Tum quia istud regulariter est in
omnib. contractibus acquisitis per patrem, vt videtur per
filiã acquisitisse, nõ tanquam filijs simpliciter, sed tanquam
hæredibus. glo. l. si tibi. §. si pactus. ff. de pac. Cum talis ac-
quisitio, hoc modo sit vtilior patri, cuius interest ha-
bere hæredes: quia adimpleant ab eo disposita, & eius
fidem obseruent. §. valde. Insti. quib. ex caus. manum.
& soluant æs alienum ipsius, ne anima sua sit in pecca-
to, secundum Host. in c. tua. de vsur. per illum tex. &
quæ habentur in c. fi. de sepult. Et ideo feudum in du-
bio censetur esse hæreditarium, etiam si non facta fuerit
mentio heredum, secundum Alex. consil. xxvj. in v.
Quod multò magis dicendum, quod cum in verbis concessio-
nis facta est mentio hæredum; vnde non sufficit esse
filium, nisi sit hæres, vt dicit Barto. in l. vtriusiuran-
di. §. si liberi. de ope. lib. cuius opi. est magis commu-
niter approbata. Idemque si dictum esset pro se & here-
dibus, vel successoribus, secundum Ang. consil. clxxx-
iij. Cur. Sen. consil. lxxxij. cum sim. Idemque si dictum
esset, pro se & suis, intelligitur enim hæredibus, secun-
dum Imo. consil. xxj. Iaf. l. Gallus. §. etiã. de libe. & posth.
per Alex. d. consil. xxvj. in v. Quibus sic stantibus sequi-
tur, vt etiam si addita sint verba denotantia habitum fuisse
respectum ad profapiam, & nobilitatem generis, tamẽ
idem sit dicendum, quia talia verba nihil impediunt,
quin vtrunque debeat concurrere, sentit Bar. & Alex.
in l. ex facto. §. si. ff. ad Trebel. vbi loquuntur, quando
dictum est de hæredibus legitimis, licet enim dictio
legitimis, intelligatur de venientibus ab intestato, ta-
men semper præsupponitur quod sint hæredes, & ita
etiam tenet Alb. de Ros. in rub. de vulg. & pup. vers.
quidam nobilis. Et credo dominos de consil. Neapolita-
no rectè iudicasse secundum hanc opi. & de Affic. decipi,
qui contrarium tenebat in decisione cxl. & istud satis
sentit Paril. d. consil. lxxv. in iij. Cum ergo in casu nostro
feudum istud sit hæreditarium, consequens est vt, Comes
Sacramorus debeat esse hæres fratris sui, vt tradit Cur.
Iun. in trac. feud. vers. iij. sub hac j. specie. & consil. j.
nu. xj. & xij. & consil. clxxxiii. nu. 24. cum sim. Si debet esse
hæres, ergo tenetur ad æs alienum fratris, & maxime
ad solutionem dotis de qua agitur. Sed tamen in casu no-

stro, arbitror contrarium esse verius, quia esto, quod feudum sit hereditarium, sufficit quod Comes Sacramorus sit haeres primi inuestiti, cum enim si feudum istud sit antiquum, in eo locus est iuri accrescendi, praefertur enim agnatus domino propter dictum ius, & sufficit quod sit haeres primi acquiritoris, nec tunc curamus de ultimo, verificatur enim dictio & haeredibus, dummodo sit haeres primi, & ita sentit Alex. consil. xxx. in j. xxvj. & xxvij. in v. Paul. de Castren. consil. cccxv. Brun. consil. xvij. & xxij. & ita intelligunt doct. qui loquuntur alternatiue, quod oportet ut agnatus sit haeres ultimi vel primi, ut per Alex. d. consil. xxvj. in v. Cur. Iun. d. consil. cxxxvij. potest ergo vera esse opinio Curtij in feudo nouo, in quo non sit locus iuri accrescendi, vel quando quis primi haeres esse non possit, nisi ex ultimi persona, ut quia illi soli delata esset haereditas, quod non est in casu nostro cum Comes Sacramorus sit haeres primi, mediantem persona patris, & aui sui, vnde potest arbitrari suo repudiare haereditatem fratris, nec tenebitur ad aem alienum ipsius. Et istud etiam est de iure communi, quia licet si filius non possit habere feudum patris, nisi soluat debita paterna, sicut de usufructu feudi, iuxta text. in d. c. j. an agn. tamē secus est in transuersali defuncto, puta fratre: quia tunc admittitur agnatus quamuis eius non sit haeres, nec teneretur ad aem alienum, ut declarat Alex. d. consil. xxvj. in v. secundum quam distinctionem etiam loquitur statutum nostrum: Mediolanense incipiens, si quis vasallus, quod de successione descendendum loquitur, non autem transuersalium, quamuis etiam tale statutum non sit extendendum ad bona ita extra territorium, ut alias dixi. Nec circa hoc nunc vertitur difficultas. Nec obstat concessio Caes. Maiestatis permittens dicta bona feudalia obligari pro dote, quia respondeo, quod dicta concessio habet expressam reservationem iuris tertij, & iuris istorum agnatorum, quibus Imperator praedictare non intendit, sed remittit solum ius suum, casu quo feudum ad se reuertetur: vnde saluum remanet ius Comitum Sacramori, iuxta gl. in l. si debitor §. j. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. sol. & sic quantum, sit ad Com. Sacramorum, hypoth. doris permortem fratris sui est extinguita, nuper extra, de don. inter vir. c. ex parte. in glo. j. extra. de feu. vbi doct. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXI. SVMMAE

- 1 Verborum, Maiorem natu pro tempore existentem, sensus.
- 2 Filij primogeniti excludunt patrum, quando semel admisti fuerunt ad feudum.
- 3 Natura successione feudi est, ut aliquo mortuo attendamus ad eum, qui est proximior ipsi descendenti, non ad eum, qui est proximior inuestito.
- 4 Verba secundum naturam actus semper intelliguntur, etiam si restringantur, seu proprie accipiantur.
- 5 Secundo genitus, semel a fratre exclusus, censetur esse ab eius descendentes exclusus.
- 6 Verba semper debent intelligi ut singula singulis aptentur.
- 7 Quilibet primogenitus videtur prius stipulatus suis primogenitis.
- 8 Non est verisimile concedentem velle se incontinenti corrigere.
- 9 Verba potius accipiunt interpretationem superfluitatis, quam correctionis.
- 10 Verba impropriantur potius quam ut corrigantur.

Verba privilegij feudalis sunt illorum videlicet, maiorem natu pro tempore existentem, &c. quae possunt dupliciter intelligi, Primò, illorum descendendum quacunque linea sint, quo casu potior esset à causa Gom. Francisci patris, secundum Anch. consil. lxxxij. Alex. consil. iij. lib. iij. Dec. consil. 444. in fi. Secundò, possunt intelligi, illorum descendenti intra lineam morientis, quo casu praefertendus esset Comes Annibal filijs primogeniti. Puto, quod iste secundus intellectus sit verior, & in dubio accipiendus. Primò quia concordat cum iure communi, secundò quod receptior est opinio, quod filij primogeniti excludant patrum,

quam opinionem ferè omnes tenent, quando iste primogenitus fuit semel admissus ad feudum: quia fuit superstes patri, & exclusus patruus, de quo per d. Praepos. Alexandrin. in c. j. de feud. March. Ias. l. is potest de acqui. haere. Soc. con. c. l. j. Secundò, quia concordat liter subrogatione facta filijs Nicolai, de quo cũ subtiliter allegatum est per praestantis. consultorem d. Gratium, ad quem remitto. Tertid, quia concordat cum natura successione feudi, quae est, ut aliquo mortuo, attendamus ad eum, qui est proximior ipsi descendenti, non ad eum qui proximior primo inuestito, ut text. in cap. j. in fi. de nat. succes. feud. & quod not. Andr. de Ifern. in c. j. de eo qui sibi & haeredibus suis, & per d. Praepos. in d. c. j. de feud. March. vers. xv. Soc. l. si cognatis, de reb. dub. vers. cul. pro ista etiã est, quod si verba secundum naturam actus semper intelliguntur, etiam si restringantur, seu improprie accipiuntur. c. j. §. filia. de succ. feud. vbi doct. l. si vno. ff. locati. & in similibus terminis. Areti. consil. clxxxij. quia concordat cum alia regula, quod si secundum genitus semel à fratre exclusus, censetur esse ab eius descendentes exclusus. c. j. §. quinetiam. secundum unum intellectum, Episc. vel Abb. Bald. c. j. de matr. ad morga. contra do, alias successio ista esset nimis ambulatoria de vna linea in aliam, quod non est verisimile, arg. l. pen. in fin. C. de cur. fur. Quartò, quia semper si verba debent intelligi ut singula singulis aptentur. gl. in sit. de inoff. testa. in princ. l. i. C. de sal. caus. Decius consil. ccccclxvj. in fi. Soc. xxxvij. in iij. sed hoc modo aptantur ut maior in singula linea admittatur, ita tamen quod durante linea primogenitum transeamus ad secundogenitum. d. c. j. in fi. de nat. succ. feud. quia si quilibet primogenitus videtur prius stipulatus suis primogenitis cap. j. de duob. fratrib. vbi doctores. Quintò, quia cum subrogatio facta sit ad totalem effectum, non est verisimile, non ad ea. de cond. & demon. Et si verba potius accipiunt interpretationem superfluitatis, quam correctionis, secundum Corn. consil. xliij. in ij. & si impropriantur potius, quam ut corrigantur, secundum Rom. consil. c. iij. pater reuerende. Soc. xxxvij. in iij. Alex. xxvij. in iij. cxxxv. in j. maxime cum in casu nostro privilegium factis operetur, inducendo subrogationem: nec ideo illa verba sint superflua, non solent. de reg. iur. & per gl. in l. sed si quis §. quae situm. in gl. magna. ad fi. ff. si quis caut. Sextò, quis istud videtur sentire Paulus. de Cast. consil. clxxxij. in praesenti causa, quae vocatur maioris in ij. volu. in nouissimis. Soc. d. consil. c. l. j. in ista responsione quae est. vers. ad tertiam. Et satis sentit idē Soci. consil. lxxxvij. in iij. quando non esset dictio, alterutrius maiorem, &c. & prout in casu nostro non est, & Dec. in allegato consil. ccccclxxxij. in fi. se fundat maxime: quia patronus non erat admissus, & possidebat: quod in casu nostro est contra. & in casu Anch. d. consil. lxxxij. non erant illa verba, quae in nostro. Idēque in casu Alex. d. consil. iij. verba enim ibi non poterant accipere, nisi sensum pro patruo, quod secus est in casu nostro, per supradicta.

CONSILII XXII. SVMMAE

- 1 A muneribus extraordinariis quae inducuntur propter necessitatem belli, non sunt aliqui excusandi quocunque privilegio polleant, ne impugnetur publica utilitas.
- 2 Bona quae semel fuerunt in catastro ad quemcunque transiit cum onere suo.
- 3 Bona vbi fuerunt vendita dominis subest iusta causa cur venditor releuetur à contributione, &c. & grauetur emptor ad hoc ut estimum non diminuat.
- 4 Ex qua persona quis lucrum sentit, illius factum debet approbare.
- 5 In materia onerum attenditur ad id, quod inter partes est conuentum.
- 6 Quotiescunque vasallus vel subditus conuenit cum domino à principio, talis conuentio est seruanda, nec mutari potest.
- 7 Remissionem onerum generalem in solitis seruari.
- 8 Remissum ad tempus, videtur post tempus reseruatum.

Circa contributiones quae imponuntur per Caes. Maiestatem, videndum est, an domini communitatis Spig. teneant contribuere cum dicta communitate, pro cuius rei declaratione de pluribus dubitari contingit. Prima quaestio est, an teneantur domini ratione feudi, & rerum feudalium? Et videretur dicendum quod non. Cum enim vasalli teneantur, secundum naturam feudi ad onera vasallorum, de quibus in c. j. de nou. for. fid. & in c. j. quib. mod. feu. amit. non fuit equum, ut etiam contribuant cum subditis suis, secundum Albert. Bru. consil. c. iij. Iacob. de S. Georg. in trac. de homag. In contrarium facit, quia hęc munera extraordinaria inducuntur propter necessitatem belli: vnde non videntur aliqui excusandi quocunque privilegio polleant, ne impugnetur utilitas publica: & quia non videretur de tali casu cogitatum, tanquam valde insolito. l. vnic. C. vt nemini lice. in empt. lib. x. l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccles. & fuit opin. Diti. cum qua magis communiter transeunt doct. in l. si ex toto. ff. de leg. j. vbi Iaso. allegat multas similes decisiones. Et intelligo, quod extant literae Caes. Maiestatis, quibus mandatur vt omnes, cuiuscunque dignitatis sint omnino soluant, exceptis qui sunt in rotulo suo, quibus literis inspectis posset certius quid iuris sit in hac quaestione responderi. Secunda est quaestio, posita & non cello, quod de bonis feudalibus ista non teneantur contribuere, quod iuris sit de bonis non feudalibus per eos acquisitis? Et videretur de istis eos teneri, quia cessat ratio supra dicta. Et quia si bona quae semel fuerunt in catastro, ad quemcunque transiit cum onere suo, secundum Bal. in l. j. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vniuers. quem refert & sequitur Dec. con. cclxxxv. Et quia vbi si bona fuerant vendita dominis, subest iusta causa, cur venditor releuetur. l. forma. §. illam. ff. de cens. l. iij. §. si ff. vbi pup. educ. & grauetur emptor, & sic estimum non diminuat. iuxta l. j. C. de collat. don. lib. x. vbi Bart. Non omitto tamen, quod hoc in puncto aliter sentit d. Iacobi in trac. feud. in princ. vbi dicit esse distinguendum, an res reuertantur ad dominum tanquam dominum puta ob caducitatem, vel feloniam, & tunc de eis iudicetur, sicut de caeteris feudalibus, an verò ad eum reuertantur tanquam priuatum, vt quia subditus domino vendidisset, vel donasset seu legasset, & tunc teneat dominus pro illis bonis, per regulam quae habet, quod si ex qua persona quis lucrum sentit illius factum debet approbare. l. ex qua persona. ff. de reg. iur. allegat Petr. de Bellapertica in l. iij. ff. de serui. Pet. Iacob. & Ioan. Ray. in summa feudali, de quibus per eum. Tertia est quaestio, quid sit stante conuentione, de qua rogatum est instrumentum de anno 1394. in qua d. Marchio promittit communitati manutene, & manuteneri facere terras francas, & liberat ab omni onere, vincolo, & onere seruitutis, & terras quas habuerunt homines montis Baldoni in feudum aut non feudales: ita quod, in perpetuum dictae terrae feudales, & non feudales non contribuunt, in grauaminibus quibuscunque, sicut homines Spigni, &c. quae verba sunt satis clara, nec recedendum est à tali conuentione: quia si in hac materia onerum, maxime attenditur ad id quod inter partes est conuentum, secundum Ioan. Blanc. in summa feudali, in secunda parte. vbi si quotiescunque vasallus, vel subditus conuenit cum domino à principio, talis conuentio est seruanda, nec mutari potest. arg. l. j. C. de collat. fund. libr. xj. l. operas. ff. de oper. lib. & in authen. vt nulli iud. §. j. Nec verò tali casu potest dominus se excusare, quod non intellexit de casibus raris & insolitis, quia imò natura conuentionis etiam hoc comprehendit, secundum Ioan. Baptistam de S. Seuterino in rep. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Alber. Brun. consil. xij. Et istud confirmatur ex instrumento inter partes contracto de anno 1330. vbi dicti domini acceperunt liberationem ab ipsa communitate ab omnibus collectis, & taleis, & oneribus, vsque in illam diem: vnde si ab illa die citra, satis ostendit eos teneri vt p. Ange.

in l. j. in princ. in vlti. verbis. ff. de oper. nou. nunt. quia remissum ad tempus, videretur post tempus reseruatum. l. statuliberum. §. stygium, de leg. ij. & est glo. in d. l. j. in prin. facit q. not. Bar. in l. dec. de ver. oblig. p. gloss. in c. venerabili. vers. c. sunt enim notoria. de elect. & ita mihi videretur dicendum. Saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXIII. SVMMAE

- 1 Feudi paterni successorem debitis hereditariis non teneri.
- 2 Successores esse per medias personas dicit.
- 3 Separatio feudi ab hereditate fit propter onus annexum feudo, ut transeat in heredem primi inuestiti.
- 4 Haeres heredis, dicitur haeres testatoris.
- 5 Melioramenta quae probatione soluantur.

Ro Magnifico Comite Sacramoro, non videretur dubitandum, quin potuerit repudiare hereditatem fratris, & nihilominus habere feudum, & sic non teneatur creditoribus fratris: quia pro eo est casus expressus in cap. j. an agn. vel fil. in v. lib. feud. vbi dicitur modo feudum sit paternum, seu quod idem est, antiquum, potest agnatus repudiare hereditatem, & habere feudum, & loquitur ille textus simpliciter dummodo feudum sit paternum, nec distinguit an hereditarium, an ex prouidentia, & ita tenent doct. per me allegati in consilio: & ultra illos idem tenuit Bal. in d. c. j. vers. ex quo collige. Salic. in l. ij. vers. nec etiam obstat. C. de liber. & eorum lib. vbi attestatur hanc esse communem opinionem. Idem tenet Ioan. de Imol. c. ex parte, extra. de feud. Alexan. d. consil. xxvj. in v. Et hoc suadet ratio, quia verba inuestiturae sunt pro Comite Mathaeo, eiusque filijs, haeredibus, & successoribus: vnde satis est, quod Comes Sacramorus sit haeres per medias personas ipsius primi inuestiti, nec cogitur esse haeres istius agnati ex quo verba inuestiturae hoc non inferunt. Nec obstat, quod non possit Com. Sacramorus separare id feudum à reliqua hereditate, cum per additionem coniunctum sit cum bonis agnati. l. sed si plures §. filio. ff. de vulg. Respondeo enim, quod propter onus annexum feudo, ut transeat in heredem primi inuestiti, si ista separatio: prout in simili est text. in l. filius factus ad leg. Falcid. declarat Ias. in rub. ff. de acquiren. haered. & videmus quotidiè hoc fieri, cum quis repudiat hereditatem, & petit fidei commissum, vel emphyteusim ecclesiasticam, vel feudum, vel operas: & similia, & Alex. in consil. xix. vol. v. non loquitur, quando repudians erat haeres primi inuestiti per mediam personam quo casu si haeres heredis, dicitur haeres testatoris. l. si quis filium §. si ff. de acqu. haere. per Dec. consil. ccvij. sed loquitur non in agnato, ut est quaestio nostra, sed in filijs, qui non poterant esse haeres primi inuestiti, nisi ex persona patris, cuius hereditatem debent adire si volunt feudum. Nec obstat quod illi primo inuestito semel est successum, nec eius hereditate agi quae semel fuit adica, neque amplius dici potest haereditas. l. §. vereres. ff. de acq. poss. Respondeo enim secundum supradicta, quod tamen est haereditas respectu istius, qui per mediam personam successit, & propter onus adiunctum feudo ut transeat in heredes ipsius primi. d. l. filius factus. & per Ias. vbi sup. Et certe istae rationes parum videntur, quia sunt contra communem opinionem doctorum allegatorum & contra text. in d. c. j. an agn. Nec obstat, q. Cur. Iunior contrarij consuluerit consil. cxxxvij. nu. xxlij. eo fundamento, quod d. d. teneat, quod in feudo hereditario oporteat esse heredem, &c. secundum Barro. in l. vt iustitiam di. §. si liberi. ff. de oper. lib. Areti. consil. xliij. vers. esset autem maior. vbi allegat etiam feudistas & alios concordantes. Sed certe mirandum est de tali allegatione: quia nec Batt. nec Areti. nec quisquam per eum allegatus dicit, quod necessarium debeat quis esse haeres agnati ultimo loco decedentis sed satis est, quod sit haeres primi inuestiti, ut supra conclusi per text. in d. c. j. dñ ergo dicit, quod in feudo hereditario oportet esse heredem, fateor verum ut sit haeres primi inuestiti, saltem medias personas, hereditatem verò ultimi potest repudiare.

Consil. And. Alciati

diare, ut est casus in d. c. j. Nec obstat decisio Capitij clxxxix. ubi vult quod agnatus licet non hæres teneatur solvere debita hereditaria. Nam respondeo, quod tale dictum debet sano modo intelligi, ne sit contra textum in d. c. j. an agn. secundum quem text. potest esse verum duobus casibus. Primus, ut fatishat de fructibus collectis ante calendas Martias, ut ibi dicitur, & est text. in c. vico. §. his consequenter. hic finitur lex in feu. Secundus est, quando agnatus non potest venire tanquam hæres primus: quia feudum non sit paternum, sed veniat ex nova concessione principis, & ita proprie loquitur Capitius, qui casus non perimet ad nostram questionem. Non obstat, quod debitum istud videtur contractum in utilitatem feudi, unde debet solvi sicut alia melioramenta. c. j. §. si vasallus. hic finitur lex. Nam respondeo, quod ut melioramenta solvantur, requiritur probatio copulativa, quod tantum fuerit impensum, quantum melioratum, & contra prout declarat Abb. in c. j. extra, de integ. r. §. si allegat. in fundo ff. de revendicat. ubi dicitur quod non videtur esse in casu nostro probatum. Et hæc saluo temper meliore iudicio.

CONSILII XXIII. SVMMAE.

- 1. *Dictio cuiuslibet propter naturam distributivam, videtur in solidum quemlibet vocare, & admittit superstites in casu, consilij per ins non decrendi, quod regulariter locum habet in contractibus.*
- 2. *Accrescendias ex verbis diudicari.*
- 3. *Dictio vobis est collectiva, & fortiorum coniunctione inducit, quam quando adest copula.*
- 4. *Beneficia Principum latissimam accipiunt interpretationem.*
- 5. *Pontifex Romanus est supremus Princeps.*
- 6. *Possessio cuius initij memoria non extat, in contrarium dicitur esse centum annorum.*
- 7. *Longinquitas temporis inducit presumptionem omnium solemnitatum.*



Ded subtiliter, & copiose allegatum est per prestantis. Iurisconsultum Pabium, Aduocatum istorum Comitum Mirabelli, ut opera meamini necessaria videri possit: ne tamé omnino vacuus ad has partes accedam, circa duo puncta principalia insistam. vnde de ius istorum Comitum reddetur clarus & apertus. Primus articulus est circa verba inuestituræ feudalis, quibus dicitur, vobis, vestrisque ac cuiuslibet vestrum heredibus, & successoribus in perpetuum, honorificum & nobile feudum, &c. quibus verbis sic stantibus videndum est, an pars Petri Nuccoli & Monaldini, accreuerit Francisco fratri, eius descendibus. Et difficultatem facit, quia dictio illa, & cuiuslibet, licet aliis propter naturam distributivam, videatur in solidum quemlibet vocare, & consequenter per ius non decrendi superstites admittantur, quod regulariter habet locum in contractibus, secundum Bald. in c. quæ in ecclesiis de consuet. & est communis opinio in l. si mihi & Titio. vbi laf. de verb. oblig. Dec. consil. cccxxvi. tamen hoc videtur procedere, quando dictio cuiuslibet, est posita respectu ipsorum primorum inuestitorum, non autem si respiciat filios, & hæredes ipsorum, ut consiluit Pet. de Anch. consil. cexlv. in cap. duo prima dubia. Alex. consil. xliij. in v. Soc. consil. lxxvj. nu. xxviiij. libr. iij. sequitur Rip. in l. re. coniuncti enim clxv. ff. de leg. iij. Quod videtur factum in casu nostro. Sed tamen dico contrarium, quod imo sit locus iuri & accrescendi in spectis verbis inuestituræ, in quibus illa verba, cuiuslibet vestrum, manifestè referuntur ad ipsos principales. Aliud enim est dicere, concedo vobis, & cuiuslibet vestrum heredibus, aliud concedo Titio, & Sempronio, & cuiuslibet eorum filijs, in hoc enim secundo casu copula à principio fecit diuisionem pro rata, quod non est quando dictum est, concedo vobis. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. quia dictio illa, & vobis, est collectiva & fortiorum coniunctionem inducit, quam quando adest copula. l. interdum. in princ. ff. de hæredib. in d. l. si quis Titio. ff. de usufr. accresc. Et istud manifestè scit

ipse Anch. in d. consil. Itè aliud est dicere, cōcedo cuiuslibet vestrum heredibus, aliud filijs, prout loquitur Ripa: quia decedente aliquo absque filijs, deficiunt verba inuestituræ, & feudum reuertitur ad dominum: sed quado dictū est, & cuiuslibet vestrum heredibus, non deficiunt: quia frater superstes potest esse frater, cum vterque sit vocatus per inuestituram. Præterea mihi videtur periculosa illa opinio Anch. & Ripæ, caret enim ratione, cū si istud feudum iam esset deriuatū in filios, ipsis deficientibus, fuisset ius accrescendi in filios aliorum: ergo videtur multo magis, si adhuc non sit applicatum: quia aliqui principalium decesserint, ad quod fundamentū Anch. nō responderet, sed solum dicit, quod casus omissus habet per omissum, & quod nō recedim⁹ a forma verborū: quæ ratio nō est bona & conuincitur per text. expressum in l. in conuentionibus. vbi dixi. ff. de verb. signifi. & etiam si esset vera in emphyteusi, tamen non procederet in casu nostro, in feudis scilicet, quæ sunt & beneficia principum, & accipiunt latiorē interpretationem. l. si ff. de constit. prin. Et hoc maxime est dicendū in feudo à Pontifice Rom. qui est supremus princeps, per text. in l. j. C. si liberalit. imperial. soc. lib. x. & est communis opinio, secundum Alex. laf. & cæteros. in d. l. si mihi & Titio. & copiose dictum est per dominum consultorem. Alius articulus est, quia isti Comites sunt in possessione huius feudi ferè per annos centum & quinquaginta. vnde succedit conclusio, quod possessio cuius initij memoria non extat in contrarium, dicitur esse centum annorum, secundum Cin. in l. ij. q. x. C. de serui. & aqua. & Barth. Veron. in tract. seruit. vrb. præd. c. xix. vbi allegat concordantes, & est communis opinio. Nos autem in hoc sumus extra omnē difficultatem propter longissimum tempus, ultra annos centum: clarū autē est, quod talis possessor habet vim privilegij expressi, etiam in præscriptione realium, & eorum quæ aliis non possent acquiri. c. super quibusdam. §. præterea, de verb. signifi. vbi doct. & tunc inducit præsumptionem omnium solemnitatum, ut de iis amplius disputari non possit, secundum Flin. in c. cum nobis. de præscr. & quæ not. Dec. consil. lxxxv. Et Cur. lun. xx. post feuda. cum concord. Et ita mihi videtur, saluo temper saniore iudicio.

CONSILII XXV. SVMMAE.

- 1. *Femina existente exclusa à feudo, omnis eius proles exclusa censetur.*
- 2. *Adoptiuus non vocatur ad feuda, siue natura feudi inspiciatur, siue in casu consilij tenor inuestituræ.*
- 3. *Imperator facere potest, quod femine ad feudum admittatur ad quod alius non admittitur.*
- 4. *In feudo antiquo non potest pater præiudicare successoribus contra formam inuestituræ, etiam si dominus feudi seu Princeps consentiat.*
- 5. *Declarationis à Principe obtinende forma, ut filia in feudo submotis agnatis succedat.*

ADuertendum est, quod filia Comitum Ludouici est exclusa à feudo Canellarū, etiā ex prima inuestitura Ducis Aurelianensis anni 462. & cōsequenter omnis eius proles. Et etiam de parte castri & villæ Cayri, in inuestitura est clausula, pro successoribus quibuslibetque masculis. Et quare sit ad adoptionem nepotis ex filia, clarū est & adoptiuos nō vocari ad dicta feuda, siue naturā feudorū inspiciamus, §. adoptiuus. si de feudo defunct. fuer. contr. siue tenorē inuestituræ, siue etiā decreta ducalia. Et licet & Cæsarea maiestas possit illis derogare & facere quod admittatur femina, secundum not. per Dec. consil. cclxxx. & cclxxxix. Curt. Iun. cxxxix. & in consilijs Brunij, tamē postquam iā confirmatius agnatorum erit difficilior obtentū & quia semper obtinebit pars aduersa, quod per quascunque cōcessiones Cæsareas non censeatur sublatum ius suum, prout etiam est iuris. l. ij. l. iij. l. pen. C. de precib. Imp. off. Et etiam videtur communis conclusio, quod in feudo antiquo & nō potest pater præiudicare successoribus contra formam inuestituræ, etiam si dominus feudi,

feudi, seu princeps consentiat. cap. j. de aliena. pat. feud. Alex. consil. ciiij. & seq. in iij. Dec. consil. cccxxxix. iij. dub. Ut tamen concordem cum magnificis consultoribus, non nego, quin expediat illud remedium adoptionis, certè nocere non potest, & maxime quod viuente Comite Lud. ponatur in possessione propter cōmoda possessionis. Cæterum puto per viā declarationis planius esse remedium, si supplicetur & Cæsareæ Maiestati quod ipse erexit in Comitatum locum Canellarum, & ordinauit quod in eo succedat ipsi fratres, ac eorū, & cuiuslibet ipsorum filij primogeniti, legitimi & naturales, & eorū descendentes, & descendentiū descendentes, primogeniti, masculi, & successiuè de primogenitis, prout latius cōtinetur in ipso privilegio Maiestatis suæ exhibitio. Et quæ qualitas masculinitatis nō est apposita, nisi respectu descendentiū, non autem respectu filiorum ipsorum fratrum. Et ita etiam erat de mente Ludouici, qui non fuisset contentus tali privilegio in sui fauorē concessio, quod excluderetur sua filia, ca. j. de duob. frat. à cap. inuest. Et ideo supplicetur Maiestati suæ quod velit declarare rescriptum suum, quod illa verba, eorū & cuiuslibet ipsorum filij primogeniti, intelligantur prout iacent, ut secundum regulas iuris communis, masculinum cōcipiat femininum, aded vt etiam filia primogenita succedere possit Ludouico ex fratre quantum masculo, quæ declaratio obseruetur, non obstantibus clausulis veterum inuestiturarū, & regulari natura feudorum. Cum talis fuerit mens Cæsareæ Maiestatis. Et perinde habetur, ac si talis declaratio inserta in ipso primo privilegio, fuisset literis posterioribus, si quæ aduersus dictam declarationem obtentæ sint, ipso iure infirmitatis, &c. Et etiam quatenus huic declarationi obstarent aliqua verba inuestituræ aliàs acceptæ à Ducibus Aurelianensibus, & confirmatæ per Modernos Principes Astenses, quibus de masculis tantum sit mentio, sua maiestas illis derogat, nec ratum habeat dicta verba, cum præfati Duces à Sacro Romano Imperator. esset alieni. Andreas Alciatus subscripsi.

CONSILII XXVI. SVMMAE.

- 1. *Successionis feudi paterni conditio.*
- 2. *C. j. an agn. declaratur.*

Ro Comite Sacramoro, quod non teneatur ad debita fratris sui: est text. clarus & expressus in ca. j. an agna. qui textus procedit in feudo antiquo, seu paterno, ut ibi dicitur: nec distinguit an feudum sit hereditarium primi acquirantis, an non, & ideo habet locum etiam in feudo hæreditario primi acquirantis, ut dicit ibi And. de ller. vbi dicit alios ita tenere: quia textus non distinguit, sed simpliciter loquitur. Non obstat, quod in motu dicitur quod istud debet sanè intelligi quod sufficit esse hæredem primi, quando vltimi non potest: secus si possit. nam respondeo, quod ista intelligentia confunditur per text. in d. c. j. vbi agnatus poterat esse hæres vltimi, quia sibi erat delata hereditas, & tñ potest eam repudiare, & habere feudum si sit antiquum, seu paternum, nec tenebitur ad debita vltimi. Nec Aluar. in cap. j. de eo qui sibi vel hæredib. cōtradicit huic sententiæ: quia licet dicat post Iac. quod feudū nō acquiritur, nisi ei qui sit hæres: tamē nō restringit se, quod sit hæres vltimi, sed sufficit quod sit hæres primi: quia doctores alternatiuè loquuntur, vt dixi in consilio. Nec etiam Dec. in consil. cccviiij. contradicit, imo fateretur de plano, quod oporteat esse hæredem primi per medias personas: quia hæres hæredis dicitur hæres primi testatoris: & quod deinde subdit, quod vbi non admittitur quis nisi sit hæres, quod hoc intelligitur, si sibi sit delata hereditas, ponitur, ponit alium casum in quo quis admittitur quous nō sit hæres, qui casus nō facit ad questionē nostrā cū sufficit esse hæredē primi. Nec etiā obstat opinio Afflicti. in d. cap. j. an agn. in princ. quatenus vult quod in feudo hæreditario: nō admittitur neque filius neque agnatus, nisi sit hæres. Nā respondeo esse verū, sed

sufficeret quod agnatus sit hæres primi: quia inuestitura est concessa primo, & suis heredibus: ergo satis est esse heredem primi, vel per mediā personā. Et certè auctoritas Afflicti. parum me mouet, qui ibi pfeuerat in illa opinione quæ fuit reprobata per cōsiliū Neapolitanū, vt ipse dicit in decis. cxi. & bene fuit reprobata. quia cōtra cōmunes opiniones vt dixi in cōsilio. Et quod subicitur Afflicti. nū. vij. quod filius nō potest feudū accipere nisi sit hæres. quod hoc intelligitur dummodo possit esse hæres. fateor hoc etiā verum: sed nihil ad questionem nostram, quæ nō loquitur in filio, sed in agnato qui etiā possit esse hæres vltimi, nihilominus potest eam hereditate repudiare & retinere feudū ex hereditate primi, quādo feudū est paternū, vt dicit text. d. cap. j. an agna. Ne Card. Parisius consil. ij. num. xxxj. vol. j. dissentit ab hac sententia, sed simpliciter vult quod feudum hæreditarium potest relinqui descendenti, dummodo ille ad cuius utilitatem disponitur, sit de personis ad quæ feudum poterat trāsire, vt ibi p eum in num. xxxiiij. vnde nihil dicit quod obstat casui nostro. Minus facit quod notat Capitius decisio. clxxxix. quod agnatus licet nō hæres teneatur solvere debita hereditaria. Nam respondeo, quod hoc dictum debet intelligi sano modo, ne sit contra textū in d. c. j. an agn. secundum quæ textum, potest esse verū duobus casibus. Primus, est vt fatishat de fructibus collectis ante Kal. Martias, vt ibi dicitur, & est text. in cap. j. §. his cōsequenter. hic finitur lex. Secundus est, quādo agnatus nō potest venire tanquam hæres primi, quia feudum nō sit paternū, sed veniat ex noua concessione principis, & ita proprie loquitur Capitius, qui casus nō pertinet ad nostram quætionem. Et ideo nihil dubitō, quin vera sint quæ in primo cōsilio scripsi: subiciendo tamen qualiacunquæ cōsumatissimo iudicio domini iudicis.

CONSIL. XXVII. SVMMAE.

- 1. *Verba ista pro se & heredibus masculis, denotant quod vtrique qualitas concurrere debet, quod non solum sit masculus, sed etiam hæres.*
- 2. *In feudo nouo, concedens potest imponere quacūque legem velit.*
- 3. *In feudo antiquo potest admitti filius adoptiuus si Imperatori placet, nec possunt agnati, quorum spes diminuitur, allegare præiudicium, &c.*
- 4. *In casibus quibus Imperator potest facere vt admittantur filij legitimi, in iisdem potest etiam facere, quod admittatur a loptiuus.*
- 5. *Legitimati possunt admitti ex dispensatione Cæsaris, dummodo nō adsint alij legitimi, quibus præiudicatur in legitima iure naturæ debita.*
- 6. *Adoptiuus regulariter non admittitur ad feudum habens veram feudi naturā, admittitur tamen ad feudum emptionem per pecuniā, in quo etiā inhabiles possunt admitti.*

Ranseo in sententiam suprascripti domini consultoris, & ultra allegata p eum, moueor etiā in infrascriptis rationibus. Cum enim inuestituræ feudales sint conceptæ, pro se & heredibus masculis, &c. vt in tali feudo admittatur filius fratris, oportet quod vtraque qualitas cōcurrat, nō solum quod sit masculus, sed etiā quod sit hæres: vnde si nō possit esse hæres: quia nō sit institutus in testamento Comitum Ludouici feudū deuoluitur ad dominū, vt latè tradit Cur. Iun. in trac. feudali, in prima parte, vers. vij. principaliter vbi dicit se ita consuluisse, prout apparet cōs. j. nu. xj. cōl. cxxxviiij. nu. xxxiiij. & ante eum idē tenuit Alex. cōs. xix. in secundo. & Dec. consil. lxxxvij. Si igitur feudum deuoluitur ad Cæsaream Maiestatem, potest dicta Maiestas cōcedere etiā filio adoptiuo: quia cēbitur & feudum nouū, cui potest imponere qualicūque leges velit, c. j. de duobus frat. à capita. inuest. Alex. cōs. l. j. in iij. nec dicitur Cæsarea maiestas facere præiudiciū tertio, cū omnino iste agnatus sit exclusus, nec factio Cæsaris, sed factio Comi. Lud. qui eū nō instituit hæredē, cū tamen illa qualitas esset necessaria, vt iste agnatus admittetur. Secunda ratio, quia etiā in feudo antiquo potest

admitti filius adoptivus, si ita placuit Cæsareæ maiestatis nec possunt agnati quorum spes diminuitur, allegare tale præiudicium: quia doctores in d. s. adoptivus, si de feu. defunct. controuert. sit inter do. & agnat. concludunt, q. in casibus quibus Imperator potest facere vt admittatur filij legitimi in iisdem potest etia facere, q. admittantur adoptiui, præsertim descendentes ex linea materna vt per Aluaro. Præpos. & alios in d. s. adoptiuius, in legitimatis vero concludunt posse admitti ex dispensatione Cæsaris, dummodo non adsint alij legitimi, quibus præiudicetur in legitima iure nature debita, secundum præfatos doct. in s. naturales. si de feu. defunct. controuert. sit inter dominum & agnatum, quod est in casu nostro, cum Comes Ludouicus nullos masculos habeat. Tertia ratio, q. quædam alias adoptiui non admittantur ad feudum: tamen hoc est intelligendum de feudo habente veram naturam feudi, non aut in feudo empto p pecunia, in quo etia alias inhabiles possunt admitti, secundum Odo. quem refert Bald. in extrauaga. de pace Constât. verbo, libellarij & in l. liberti. post Ciu. C. de ope. liber. cum concordan. per Curtium d. tract. in iij. par. vers. vj. limitare. & per Decium cõs. c. viij. & c. lxxx. & Corn. cõs. xvj. in j. Feudum aut Caneti, de quo agitur, fuit emptum, & licet hodie forte valeat plus tamen tempore contractus fuit emptum pro iusto pretio, & in omnem casum pro summa, dicti pretij exburari, non videtur subesse aliqua difficultas quin Adoptiui sit admittendus. l. si sponsus. s. circa venditione, ff. de donat. inter vir. & vxor. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXVIII. SVMMAE.

- 1 Verba pro se & hæredibus legitimis in materia feudali non comprehendit feminas, maxime existentibus masculis.
- 2 Regulariter appellations hæredum legitimum non veniunt feminæ, sed propter naturam feudi in casu consilij non capitur hæc interpretatio.
- 3 Presumuntur omnia bona esse feudalia nisi probetur, quæ sint allodialia.
- 4 Quicquid intra fines rei feudalis continetur, feudum est, vel feudale censetur.

Ccedo in sententiam suprascripti domini consulentis, q. admittantur agnati masculi, in successione domini Thomasi, excluda domina Antonia eius sorore, tanquam bona de quibus agitur, omnia sint feudalia per inuestituram imperatorum Federici. & Caroli 4. concessam, antecessoribus istorum pro se & hæredibus suis legitimis, quæ verba in materia feudali non comprehendunt feminas, maxime existentibus masculis. c. j. s. q. quia vidimus. qui feud. dare possunt. vbi doct. & quæ habentur in c. j. s. quinetiam episc. vel Abb. in vrb. feud. Lud. Roma. consil. j. Alex. consil. xxviii. ad fin. lib. j. Albert. Brun. consil. cvij. Et licet alias, t. appellations hæredum legitimum veniret etiam feminæ: tamen in casu nostro propter naturam feudi, non capitur hæc interpretatio. cap. j. de success. feu. c. j. s. & si clientulus. de alie. feud. tradunt doct. in l. Gallus. s. etiam. ff. de libe. & posthu. Nec obstat, quod non appareat omnia bona relicta in hæreditate domini Thomasi esse feudalia: quia ad hanc difficultatem, in qua cardo omnis huius controuersie vertitur, respondeo, quod cum inuestitura verba non repugnent, t. præsumendum est omnia bona esse feudalia, nisi probetur quæ sint allodialia, vt tenet Spec. in tit. de emph. s. nunc aliquat. ver. xl. cum iij. seq. & ver. lxxij. Bal. in c. j. de vas. qui contra consil. Loth. tradunt omnes in c. vasallus. si de feu. contr. Albe. de Ros. in l. si certis annis. C. de pact. in l. plures apochis. C. de fide instr. Iaf. in l. ij. nu. clxxvij. C. de iure emphy. Sed nos sumus etiam in casu fortiore, quia fines positi in inuestitura satis comprehendunt omnia hæc bona, vnde t. quicquid est intra dictos confines censetur esse feudale. c. si diligenti. vbi Abb. in secundo nota. de præscrip. Et licet alias intentio principis nõ censetur fundata in territorio, nisi respectu iurisdictionis, de quo per Bart. in l. j. in fine. de iurisd. omni iudic. nõ

aut respectu domini: tamen hoc nõ procedit in casu nostro, in quo facta est recognitio, etia respectu domini. s. si. quib. mod. feu. amit. facit rub. C. de omni agro deser. & C. de fud. patrimo. lib. xj. & dicta in l. sylua. s. noualis. de verbo. signifi. post Paulu. Cast. & Soci. in l. j. in nota. ff. de acquir. possess. & ita videtur mihi sufficere, maxime cum sim de sola subscriptione rogatus.

CONSILII XXIX. SVMMAE.

- 1 Infeudatione velle consolidatione noua resolui.
 - 2 Aditio hereditatis ex possessione ceteri.
 - 3 Feudi alienatio ex causa facta valet.
- V**m ex forma inuestituræ quæ Imperator Maximilianus fecit in Ducem Ludouicum Sfortia, & quæ impressa est in chronico Corti, permissa sit dicitur dare in feudum castra suis subditis, nõ est dubitandum, quin valuerit infeudatio Melignani, facta in Brippiu per Ducem Maximilianum, adeo q. consolidato Ducatu in persona Cæsareæ maiestatis: tamen nõ resoluitur dicta inuestitura. c. j. de cõtro. inter vasallu & alium per Bal. in l. si. s. sed quia nostra in fin. C. cõm. de legat. Et sicut tenetur Imperator ratã habere dictã inuestiturã, ita etia Dux Franc. tenebatur, quamuis nõ esset hæres Maximilianus, vt dixi dicta alienatio esset facta ex permissione & facultate sibi cõpetente in inuestitura Ducat. Quãuis etia dici possit, & veru sit, q. Dux Franc. esset hæres fratris: possidebat enim omnes redditus Cremonæ quæ est vrbs dotalis aui paterne ipsoru, vt est notorium: vnde ex hoc satis dicebat adiuuasse hæreditate fratris p doct. in a Bart. in l. gerit. ff. de acquir. her. Et fortius hoc est dicendum in casu nostro, cum hæc infeudatio fuerit facta, recepta pecunia, quæ erat tunc necessaria p defensione status à Gallis cõmunibus hostibus, tã ipsoru Ducu fratru, quàm etia Imperatoris, vnde indubitate valuit dicta alienatio, vt p Iferniam c. j. s. præterea. de phib. feud. alienat. p Fed. Can. in c. in nostra. de in iur. Iaf. in l. v. ff. de pact. in fi. & dux Franc. qui tenebatur dare Medici aliquod castru, debuit dare de suis, nõ de alienis, seu iã alteri infeudatis, & satis, & est quod ipsi Medici est consultum per actum euictionis.

CONSIL. XXX. SVMMAE.

- 1 In feudo paterno vel Emphyteosi paterna, verum est locum esse iuri accrescendi.
 - 2 Hæredem ex inuentario aliu d. pro alio ex causa soluere.
 - 3 Specialia non sunt multiplicanda.
 - 4 Indultum in fauorem fisci non præiudicant doti cõmissis & dos pari passu ambulent.
- S**uprascriptæ cõclusiones factæ per dominum consulentem præstantissimũ Iuriconsultu, sunt in iure veræ, & secundu cõmunes opiniones. In feudo enim paterno vel emphyteusi paterna, veru est esse locu iuri accrescendi, seu repetite cõcessionis. in c. j. versic. q. ita de success. frat. c. j. s. cu vero qui feu. dare possit. aded vt pars ista accresces nõ possit diminui p legitimã, cũ nõ deseratur iure hæreditario, sed ex inuestitura, & filij habeat tanquã filij, nõ aut tanquã hæredes, de quo tamẽ dicẽdu, vt per Alexãd. cõs. 89. in iiii. & cons. viij. in iij. xx. & xxvj. in v. & dixi post alios in l. in quartã. ff. ad l. Falcid. Et etia veru est, q. factu in uentario t. potest hæres creditoribus offerre de bonis hæreditariis, quãdo ea absque cautione euictionis vederẽ nõ possit. l. fin. s. & si præfatam. vbi omnes doct. C. de iur. delib. q. dictu procedit, etia si tale creditu esset causa dotis, ex quo nõ reperit dotẽ hæc in re specialiter esse priuilegiatã p regulã l. in fraudẽ. s. fin. vbi Bald. de testa. mil. nec enim specialia sũt multiplicanda, vt recte consulu Dec. cõs. 5. & 401. cũ sim. secus esset si dos specialiter in hoc esset priuilegiatã, vt Sal. l. in pri. de iure dot. vel subrogatẽ rei priuilegiatã, puta legitime, vt Pau. Cast. cõs. 275. licet ista dña, vel statutũ aut lex esset facta fauore fisci vel similis cause, nõ enim præiudicaret doti, quæ solet esse nõ minus priuilegiatã secundu Bal. cõsilio 359. quẽ admოდum. lib. 3. Soc. 127. in 3. idẽ sit ratio legis generalis locu in dote nõ haberet. Barba. c. ex literis. de pignor. Bal. nouel. trac. de iure dot. in 6. par. ver. 47. & 48. Soc.

lxxvj. in iij. Bart. in addit. ad Bal. in c. j. s. donare. quali. olim poss. feud. alien. vnde cum nos simus extra istos casus, non est recedendum à regula iuris communis generalis, posita in dicto s. & si præfatam. vt liceat mulieri ex causa dotis restituendæ creditrici offerre tot ex bonis hæreditariis, vt eleganter conclusum est in dicto consilio, cuius omnes mihi videntur esse verisimiles, & requisitus de subscriptione libenter id feci. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXXI. SVMMAE.

- 1 Officialium appellations feudatariorum non contineri.
 - 2 Vnus loquendi maxime attendendus.
 - 3 Gratia fauorabilis generaliter concessa non restringitur.
 - 4 Vna pars statuti per aliam declaratur.
- V**eritur an exceptio decreti gratiarum, nisi officiales qui in suo officio deliquerint, intelligatur etiam de feudatariis. Respondeo quod nõ: quia appellations officialium nõ veniunt feudatarij, qui non nomine alieno, sen principis, sed suo imperium habent, vt sententiã cano. in rub. extra, de off. deleg. Ale. in l. j. de iur. omni. iud. Franc. Pauinus in tract. se de vacante. in prin. verb. officio. Et probatur, primò quia officium geritur nomine principis, & habet officialis nudam administrationem, secundum Ant. de Butr. cõn. s. l. lxxiiij. Dec. rub. ff. de off. eius cui mada. & cõs. xl. sed feudatarij habent ius in re, id est, vile dominum, vt declarat Raph. Fulgo. consil. j. Secundò, quia vñ loquendi stat in contrarium, qui maxime attendi debet, secundo not. in rub. ff. de oper. no. nunt. ne t. gratia fauorabilis generaliter concessa, restringatur, prout in simili per Pau. de Castr. in l. in ijs. ff. de legibus. Tertio, quia videmus, in ijs decretis vbique officiales distingui à feudatariis: vnde in primo libro Decretorum Ducalium tractatur de officialibus, in tertio libro tractatur de feudatariis, & t. vna pars statuti declaratur per aliam, vt in simili per Bart. in l. j. s. parui. ff. quod vi aut clam.

CONSIL. XXXII. SVMMAE.

- 1 Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur, nisi quatenus est in hereditate.
- 2 Femina semel à fratre suo exclusa amplius non admittitur vt succedat patruo.
- 3 Inuestitura noue diiudicatio.

Satis arbitror in iudicando sequendam esse eam sententiã, quod illustrissima Ducissa Mantuæ non teneatur ad solutionem æris alieni contracti per patruum suum. Quia cum t. sit hæres eius cum beneficio inuentarij, non tenetur, nisi quatenus est in hereditate, secundum l. si. C. de iure delib. Et quantum sit ad feudum Montisferrati, finita fuit linea in personam ipsius illustris. Io. Georgij, quia t. femina semel à fratre suo exclusa, amplius nõ admittitur vt succedat patruo, per textum in c. j. s. quin etiam. episc. vel abb. secundum communem intellectum doctorum ibi, qui cõmuniter reprobant quandam opin. Mart. de Laud. & vidi sepius consultum aduersus illam opinionem. Vnde finita linea Imperator deinde, in quem omne ius erat consolidatum, inuestiuit ipsam Ducissam cum marito, & est t. noua inuestitura ppter multas nouas qualitates, quæ in ea adiunguntur. nõ autẽ veteris prorogatio, vt alias dixi, in l. si. mihi & Titio. de verb. obligat. post Alex. & s. copiose est scriptu. Nec me mouet, q. noua hæc inuestitura facta sit cum clausula, in feudum antiquu, nobile, &c. Quia talis clausula est adiecta in fauore Ducissæ, nõ vt contrariu operetur, & eam obliget creditoribus patrui, secundu magis cõmunẽ opinionẽ, de qua per Alex. cõs. xxx. in j. & cons. xxviii. in v. Curt. Sen. consil. xlviii. & habetur per mod. in l. si qui p emptore. ff. de vfucap. vbi dixi. Cũ ergo illustris Ducissa nõ veniat ex personã patrui, nõ tenetur ad eius debita. Quo vero ad melioramẽta facta per Palæologos, licet finita linea, in melioramẽtis possint ius prætere creditoris. c. si vasallus. hic fin. lex Cor. tamen talia melioramẽta, si qua adsunt, pertinent ad Ducissam, non ex hæreditate illustris. Io. Georgij. sed ex hæreditate fratris sui:

quia in ijs ipsa successit, tanquã prior in gradu, authent. cessante. C. de legit. hæred. Et ideo concludo cum suprascripto domino consulente, requisitus de sola subscriptione. Saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXXIII. SVMMAE.

- 1 Domini ius in vasallum ex proprietate est, & quasi possessione.
 - 2 Pendente questione super proprietate, non debet interim dominus in possessione turbari.
 - 3 Causa spoliij prius est expedienda.
- L**legatio suprascripta secundu veros terminos & cõmunes regulas iuris procedit: ius enim quod habet dñs in vasallum cõstat, & ex proprietate seu directo dominio, & et ex quasi possessione dicti iuris: vt dicit Bar. in l. si. ff. quor. bonor. Et ideo pendente questione super proprietate, nõquid perdidit dominus directu suu, nõ debet interim turbari in quasi possessione. c. querelã. extra, de electio. Castr. in l. si de vi. de iudic. alias diceretur dñs spoliari secundu Inn. in c. suborta. extra, de re iudic. quẽ refert & sequitur Abb. in dicto c. querelã. Et causa spoliij prius esset expedienda. c. si. extra, de ordin. cogn. Inno. c. inter. de excess. prelato rũ. doct. c. in super. de prohib. feud. alien. per Frid. Abb. ca. ex literis. de iure patronat. Bart. tract. de tyranno. Et ideo trãseo in sententiã suprascripti domini cõsultoris.

CONSIL. XXXIII. SVMMAE.

- 1 Feudum pronocatione vasalli diuidi per actionem communem diuidendo, inuito alio vasallo, & irrequisito domino.
- 2 Vbitandum non videtur, quin feudu de quo agitur, ad petitione alteri ex vasallis diuidi debeat per actione cõmuni diuidendo, altero inuito, prout tenet Andr. Ifern. in s. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Frid. & ibid. Bal. in add. & Aluar. in princ. Alex. consil. 7. vers. quarta probatur. & consil. xxv. vol. v. Soc. consil. 278. Franc. de Curt. consil. 68. Francischinus tract. suo in 4. part. quæstio xxx. Decius in c. prudentiam. in princip. de offic. deleg. Et istud intelligitur, etia irrequisito domino, vt expressẽ dicit Alex. dicto consil. vij. & Socin. dicto consil. c. lxxvij.

CONSIL. XXXV. SVMMAE.

- 1 Filijs Baronum exceptis, hæc clausula in concessione posita debet restringi, quia fauorem limitat.
- 2 Dicitio Baro debet proprie accipi de eo, qui veru & perfectu est Baro præsertim in odiosis.
- 3 Clericus Beneficiatus videtur ipso iure feudo priuatus.
- 4 Baro quis perfectu dici non possit.
- 5 Si quis non est magnus nobilis, nec poterit dici Baro.
- 6 Ordines tres, & singulorum census.
- 7 Equestris ordo habebat in casu quadringenta sestertia, id est, decem millium aureorum.
- 8 Sestertium est due librae & argenti.
- 9 Imperator non censetur attendere ad consuetudines particularium ciuitatum, sed ad ius commune.

Satis mihi placet illa opinio, quod cum iste legitimanus esset clericus beneficiatus, non possit dici Baro, etiam quod alioquin feudum haberet: quia concessio Comiti Palatino legitima facta, est fauorabilis tanquam beneficium principis, secundum Bart. in l. ij. in princ. de verb. oblig. t. exceptio verò, filijs Baronum exceptis, debet restringi: quia fauorem limitat, secundu l. cũ quidã. vbi doct. de lib. & posthu. vnde dictio, Baronibus, debet proprie accipi de eo, qui veru & perfectu sit Baro: quod non est in casu nostro. Primò, quia clericus præsertim beneficiatus, videtur ipso iure priuatus feudo, secundum tex. in c. j. s. qui clericus. si de feu. su. contr. cum similibus, & licet requiritur t. sententia declaratoria, vel alias possit seruire per substitutu si dñs voluerit: tamẽ ista faciunt, vt perfectu non dicatur dominus iurisdictionis, & cõsequenter nec Baro. vnde non verificantur verba exceptionis, sicut dicimus in comite actu nõ exercente iurisdictione in comitatu nõ enim proprie dicitur. Comes, secundum Bal. in c. j. per illum tex. quis dic. Dux, vel March. & Mart. de Laud. in disp. Augerius. vbi infert ad quæst. nostram. Iaf. in l. id quod apud hostes. de leg. j. Et facit illud carmen vulgatum. Sere priueris, nec nomẽ habere meritis, de quo gl.

xxxij. q. 2. admonere in princ. & And. Sicul. consilij. in ij. & consilij. eod. lib. vnde sicut habens solum titulum non continetur ad ditione, multo minus qui priuatus est titulo, licet adhuc possideret. Secundum, quia feudum illud exiguum est, ut pote redditus tamen asium l. vnde non videtur de tali intelligendum. arg. lege, si proprietarius. vbi doct. de dam. infect. & eorum, quae congerit Corsetus in tract. de Minimis. & las. in auct. quirem. C. de sacrosan. eccl. & in terminis nostris facit decisio Lucæ de Penna. in lege. si. C. de mancip. & colon. lib. xj. vbi allegat text. in lege. senper. §. erit. in verb. ampliore partem substantiae. ff. de iure communita. quem & simili notat Guid. Pap. quest. cccij. & Iacob. Reb. in rub. C. de nauicul. lib. xj. Tertio, quia ex verbis privilegij apparet Imperatorem gradatim esse locutum, excipiendo filios Illustrium Ducum, Marchionum, Baronum, & magnorum nobilium, prout in simili dicitur doct. in ca. decernimus. de iudic. per illum text. vnde si iste non est magnus nobilis, multo minus erit Baro. Cum enim haberet in redditu duntaxat ducentos aureos, sequitur quod esset plebeius: quia tres sunt ordines, senatorius, equestris, & plebeius lege. j. C. de equest. dign. lib. xij. vbi doct. 7. equestris habebat in censu quadringenta sesteria: est autem sesterium tertiae librae & semis argenti, vnde Celsus equestris erat decem millium aureorum: qui erant infra illum censum, erant plebei, non equites, & consequenter non poterant dici Magni nobiles. Ita sunt manifesta apud intelligentes, & declarat Budæus in lib. de Aste. & etiam ex consuetudine ciuitatis nostrae, habentes tam modicum redditum, non habentur pro magnis nobilibus, quia nemo Imperator non censetur attendisse ad consuetudines particularium ciuitatum, sed ius commune. c. j. de consil. lib. vj.

CONSIL. XXXVI. SVMMÆ.

1. Actio in scopus est, & ad hoc actio instituta fuit ut v. nulquisque persequatur quod suum est, non autem quod est alienum.
2. Exceptio, qua non inter est repellit agentem à limine iudicij.
3. Restitutio non est inquietudus.
4. Subditus ratione feudi tantum & non originis, non potest dici commississe crimen læsæ maiestatis contra dominum.
5. Ciues si machinantur contra principem amittunt vitam, vasalli vero feudum.
6. Post abolitionem criminis impetratam, non est admittenda amplius eadem accusatio.
7. Feloniarum causæ.
8. Confederatio cum inimicis reddunt vasallum indignum, & præstant causam iustam amittendi feudi.
9. Gratia Cæsaris debet restringi ad ius ipsius Cæsaris, non autem quod præiudicat tertio.
10. C. hic finit. lex Corr. sensus.
11. Illud dicitur remanere quod immutabiliter remanet, & auferri non potest.
12. Verba cum effectu intelligi debent.
13. Per feloniam vasalli finitur inuestitura, nec amplius durat.
14. Dicitio ius suum, quomodo intelligi debeat.
15. Semper fit interpretatio, ne sequatur vel inducatur correctio.
16. Gratia Principis lata & fauorabile interpretatio accipitur.
17. Contractus Principum, semper censentur esse bonæ fidei.
18. Princeps ex suo contractu tam civiliter, quam naturaliter obligatur, nec de plenitudine potestatis contrahere potest.
19. Priuari hominum commercio admodum graue est.
20. In feudis quantum ad offensionem semper attendimus personam, quæ principaliter offenditur, non quæ per consequentiam.
21. Semper attendendum ad id quod principaliter est actum.
22. Iniuria restringitur secundum animum facientis.
23. Transactio facta propter pacem, sufficit si facta sit cum principali, quia trahitur ad omnes adhaerentes.
24. Quando remissio est facta per primum feudi, præiudicat ne sub feudum applicetur primo vasallo.
25. Contractus imperatoris habet vim legis.
26. Lex generaliter omnes obligat.
27. Quis obligatur naturaliter etiam respectu tertij.
28. Obligatio naturalis obligat saltem in conscientia.
29. Principes debent secundum conscientiam iudicare.

30. Approbans transactionem, & omnia in illa contenta, quatenus pro se faciant videtur etiam approbasse ea, quæ contra se faciunt, dummodo sint connexa.

31. Rex non potuisset dare in subfeudum Ducem, quem Imperator habebat pro hoste.

32. Dicitio domus est collectiua, & quid comprehendat.

33. Calucitati nunquam est locus, nisi ex culpa, vel dolo.

Maiestas Cæsarea causam hanc ducis Vldrici ad cognitionem suam cum reuocauerit, non dubitabo ea de iure in medium asserere, quæ ipsum Ducem adiuuat, ut visis eius iuribus, possit Cæsarea maiestas certius iudicium facere submittendo, tamè qualiacumque hæc scripta mea sapientissimo eius iudicio & consiliatorum suorum, quibus me humiliter commendo. Petito serenissimi Regis Rom. maiestatis duo habet capita. Primum est, quo petit decerni, & declarari per Cæsaream maiest. caput, & bona Ducis Vldrici propter crimen læsæ maiestatis ad ipsum Cæsarem applicari. Secundum caput est, quo petit feudalia & subfeudalia ad ipsum Regem, tamquam immediatè dominum pertinere debere, atque ea esse reuera. Circa primum caput, non videtur subesse magna difficultas, quin procedere non possit. Cum enim actio intentatur, ut caput, & bona alodialia sint Cæsaris, hoc nihil interest ipsius Regis: quia actiones sunt institutæ, ut vnusquisque persequatur quod suum est, non autem quod est alienum: & ideo exceptio tua non interest. repellit agentem à limine iudicij. cap. super iis. vbi doct. extra. de accusat. l. non ignorat. C. qui accu. non poss. l. posthumus. §. si quis ex iis. ff. de in of. testa. vbi Ang. & ceteri. Et hoc tamè est dicendum, cum Cæsarea maiestas remiserit felonias, & ordinauerit Ducem remanere in suo Ducatu, & ipse Dux satisfecerit ipsi Cæsari secundum verba gratiæ. vnde amplius non potest admitti dominus subfeudi, vnde textus in c. j. §. illud. de prohib. feud. alien. per Feder. in versi. nisi requisitus ab eo paratus fuerit satisfacere maiori domino, &c. Nec petitio ipsa respectu ipsius Regis potest verificari: quia contra ipsum Regem non potuit committi crimen læsæ maiestatis, quia Dux non videtur subditus Regi: nisi ratione feudi, non autem ratione originis, vel aliter. vnde contra eum non potest dici, quod commiserit crimen læsæ maiest. iuxta text. in Cle. pastoralis. §. denique. de re iud. vbi Papa hoc statuit in Rege Roberto, qui tenebat Comitatum Prouinciæ in feudum ab Imperatore. & certum est in iure. quod qui non est subditus, nisi ratione feudi, non committit crimen læsæ maiest. ut per Spec. in tit. de fe. §. quoniam. am. vers. xvij. & idem etiã sentit Bal. cons. vlt. incip. Rex Rom. in j. vol. vbi distinguit ciuem à vasallo: quia si ciues si machinantur contra Principem perdunt vitam: vasalli vero perdunt duntaxat feudum. & ita omnes tenent in d. Cle. pastoralis. & per Bar. in extrauag. qui sint rebell. verb. rebellando de quo non est vterius disputandum, postquam petitio Regis hoc crimen læsæ maiest. non imputat Duci ex persona sua, sed ex persona Cæsaris, à quo Cæsare habet gratiã, ut dixi. Nec obstat, quod etiã ipse Rex fuit læsus, & aduersus eum commissæ felonias. vnde videtur, quod pro interesse suo talis petitio sit admittenda, nã respõdeo quod cum petierit poenã Cæsari applicari, non autem si bi apparet quod sua nihil interest respectu poenæ de qua agitur. & cum ipse principaliter non fuerit læsus, sed in consequentiã, dñi fratri suo auxiliatur, videtur tale crimẽ potuisse remitti per ipsum fratrem, ut infra dicam, & cum Dux impetrauerit à Cæsare abolitionem, non est admittenda amplius hæc accusatio. lege, j. C. de aboliti. ibi ne femel finita instaurantur, &c. Circa secundum caput maior est difficultas, quia regula est, quod propter feloniam vasalli feudum deuoluitur ad ipsum Regem, etiam si felonias esset commissæ contra primum dominum tamè, vnde text. in dict. §. illud. multo magis in casu nostro, in quo felonias est commissæ contra vtrunq; tam primum, quam secundum dominum, id est, tam contra Cæsarem quam Regem. Ne videtur dubitandum, quin in casu no-

Casu nostro subsint plures causæ felonias. In primis confederatio cum inimicis Imperii in fœdere Smalcaldico, & occupatio Clusæ, & aliarum terrarum Regiarum, & apertum bellum per multos menses, quæ omnia reddunt vasallum indignum, & præstant causam iustam amittendi feudi. c. j. §. item, qui dominum. & §. quæ fuit prima caus. ben. amit. quia ista omnia sunt contra iuramentum fidelitatis, ad quod tenetur vasallus. iuxta text. in c. j. de form. fid. & in cap. j. de nou. form. fidel. Nec videtur ob stare gratia Cæs. maiestatis in qua manifestè referuata est omnis petitio, & actio ipsi Regi. Item referuata est omnis petitio, & actio ipsi Regi. Ducatum ipsam tanquam sub feudum suum. Et gratia Cæs. maiestatis debet restringi ad ius ipsius Cæsaris, non autem quod præiudicat tertio, i. ipsi Regi. l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. l. ij. C. de precib. imp. off. l. nec auus. C. de emancip. li. & quod Iac. de Belui. in §. c. j. hic fin. lex Corr. vbi gratia & restitutio principis non trahitur ad feudum alteri militi iam concessum: nec ei fiat iniuria. Sed ius non obstantibus, puto contrariam opinionem esse veriorẽ, & hanc secundam petitionem esse à Cæs. maiestate reiciendam tanquam aduersantem gratiæ ipsi Duci concessæ. si enim eius verba videantur in ea ponitur conclusio, quod imperatoria maiestas remittitur, & condonat offensam, & vult Ducem in Ducatu suo permanere vnã cum eo, quod Imperatoria maiestas occupauit, &c. Regi vero Rom. duntaxat referuatur primo capite omnem actionem, quã ipse vel alii damnificari occasione præsentis belli haberent, cum quibus transigere Dux ipse debeat alioquin Imperator arbitrabitur. Alio vero capite referuatur Regi maiestati, & domui Austriacæ ius suum subfeudi in dicto Ducatu, &c. ex quibus omnibus satis apparet id esse actum à Cæsarea maie. quod feudalia & subfeudalia ipsi Duci remaneant non autem confiscentur Rom. Regiæ maiestati primo, ex conclusione transactionis, qua vult Ducatum remanere ipsi Duci, non autem dicitur remanere, nisi quod immutabiliter remanet, & auferri non potest. l. aliud est capere. verb. remansurum. ff. de verb. sig. leg. si ipsa. ff. quod met. cau. & quia verba cum effectu debent intelligi. l. j. §. si. ff. quod quisque iur. Et hoc suadet ex illis verbis, quatenus dicitur, quod transactio Cadaensis in suo robore firma maneat. Cum enim per illam transactionem Ducatus versus sit in subfeudum domus Austriacæ. Si locus esset petitioni Regi iam non stare firma, sed esset finita. Sicut dicimus quod per feloniam vasalli finitur inuestitura nec amplius durat. §. finitur. in tit. de vsu fruct. & habetur in c. j. vt lit. non contest. lib. vj. Et quod talis fuerit mens Cæsareæ maiestatis ostenditur in literis, quibus restituitur Duce, & c. ad dat eius subditis, ut ei pareant, & iterum pro suo domino habeant, nullo referuato iure Regiæ maiestatis. sed simpliciter, quod præstent Duci iuramentum fidelitatis. quod vtrique fieri non potuisset si locus fuisset caducitatis. Nec videtur dubitandum, quin Cæs. maie. potuerit ita ordinare etiam in præiudicium Regis per textum d. c. j. §. illud. de prohib. feud. alien. per Fed. vbi si ipsi primus dominus remittat feloniam, vasallo Baronis sui non applicatur subfeudum ipsi Baroni, sed remanet vasallo, & in hoc potest dominus præiudicare Baroni, seu primo vasallo. Confirmaturque hæc sententia per ea, quæ not. doct. in c. j. de vas. decrep. ætat. vbi si vasallus tenes subfeudum à Barone deliquerit in Regem primum dominum, & ideo Baro occupauerit subfeudum, tamen si Rex concesserit gratiã vasallo indulgendo ei crimẽ, censetur restitutus ad feudum, quamuis iam Baroni quæ situm secundum Andream de Iler. in d. c. j. cum quo tractant alij doctores. Et idem ampliatur ibi do. Card. Alex. and. etiã in feudo quo deuolutum esset agnatis, adhuc valebit gratia primi domini in præiudicium agnatorum, merito igitur idem in casu nostro erit dicendum. Et pro-

batur hæc sententia etiam verbis transactionis dum simpliciter referuatur Rom. Regiæ maiesta. & domui Austriacæ ius suum quod Ducatum habet, illa enim dicitio, ius suum, non debet simpliciter intelligi pro iure caducitatis, sed duntaxat pro iure subfeudi: quia aliàs corrigetur illa dispositio, per quam ordinatur Ducatum debere remanere Duci. & §. semper fit interpretatio, ne tali clausula induceretur correctio. quod non est dicendum lege, non ad ea. ff. de cond. & dem. on. Bart. lege, j. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. & quod talis dicitio referuatiua iuris restringatur, ne inducat correctionem. post Baldum consuluit Dec. consilio cclxxxij. & in alio casu idem tradidit las. in lege, si fundum per fideicommissum, ff. de legat. j. & do. consil. cxxxv. in j. vol. & aliàs declarauit in tract. præsumpt. reg. ij. vers. xxvij. vbi plurima adduxi pro confirmatione huius sententiæ, & ostendit quod istud procedit in quacunque materia, seu in testamentis, seu in contract. lib. seu in statutis. Et hoc maxime est dicendum in casu nostro, in §. gratia principis, quæ latam & fauorabilem interpretationem accipit. l. pen. ff. de consil. prin. vnde etiam solet dici, quod contractus principum semper censentur esse bonæ fidei, ut inquit Bald. de pac. constan. §. si quis verò, & obligatur Princeps tam civiliter, quam naturaliter ex suo contractu, vt not. Cin. & doct. in lege, digna vox. C. de legib. adeo, vt etiam de plenitudine potestatis contrahere non possit, vt declarat ibi Pau. de Cast. & idem tenet Bal. in c. j. §. ad hæc. de pace. iur. firman. & si aliter diceremus, nullus inueniretur qui contrahere vellent cum Principe: & sic priuaretur hominum commercio, quod admodum graue esset. l. hi qui. C. de apost. Rom. consil. cclij. ad fi. Et maxime hæc fides est præstanda in hoc casu, in quo non omnino gratuita fuit concessio, sed sua maiestas accepit notabilem summam auri, aded vt hæc gratia non possit dici ex causa lucratiua omnino præcessisse. vnde indubitanter dicta maiestas est obligata ad manutenendū dictum Ducem in Ducatu, iuxta formam transactionis: cum alioquin teneretur ad restitutionem pecuniæ argumento. lege, emptorem. §. fin. de action. empti, & qd tradit Aret. in ca. j. extra, de probat. Et pro hac sententia etiam facit quod dicit se consuluisse Iacobin. de sancto Georgio, in tract. feudo. §. dicitio vasalli promiserunt, verific. quidam Episcopus. vbi concludit quod Episcopus solus absq; consensu capituli potest facere gratiã, & remittere ingratiudine vasallo non attenda correctione capituli, quando iniuria respiceret personã Episcopi, vel quado utilitas ecclesiæ hoc suaderet pro bono pacis. Nec obstant rationes in contrariũ adductæ, quod Cæs. maiestas non videatur obtulisse ius tertij & sic ius cõpeteris Regi ex caducitate, quia responderetur quod ius voluit, ut Ducatus remaneret ipsi Duci. & hæc caducitas locum non haberet, vt ostendimus nec dicit istud quod Regi auferret esse ius tertij, sed potius ius cõcederet, quia principaliter spectat ad ipsum Cæsarem, & bellũ cum eo gestũ fuit, & felonias in eum commissæ, quas potuit remittere etiã in præiudicium Regis per textum in dict. §. illud. vbi fit remissio etiã in præiudicium Baronis, nec est restringendus ille textus, quado Baro non adiuuasset primum dominum. Et facit, quia in feudis quantum ad offensionem semper attendimus personã, quæ principaliter offenditur, non quæ per consequentiã. c. j. an ille, qui frater. in vrb. feud. & facit regula generalis, vt semper attendam? ad id, quod principaliter est actum. lege. si quis nec causam. ff. si cert. perat. & videt Regiã maiest. vnã cum Cæsarea esse quodammodo duo rei crededi aduersus Ducem, Cæsarem principaliter, Rex in consequentiã. vnde liberatio facta à Cæsare debet pdesse Duci et aduersus Regem. arg. l. & p ius iurãdũ. §. si. de acceptill. l. si ex pluribus. eo. tit. & ibi p doc. Maxime cũ gratia Cæsaris emanauerit ab eo etiã sub tit. Archiducis Austriacæ: quo casu et secundum illam qualitatẽ dici potest contraxisse. e. quoniam Abbas. extra, de off. deleg. & quæ habent ibi per Dd. Non obstat, quod Dux inuaserit etiam terras Regis, & ideo iniuria principaliter ad Regem videtur pertinere, & respon-

& respondeo, quod satis constat bellum indictum fuisse contra Cæs. maieft. cuius adiutor erat Rex ipse, & gentes transmissæ ad claustra montium, non fuerunt transmissæ propter aliquas inimicitias, quas haberent fœderati contra Regē, sed solum, vt arcerent externum militem. vnde cum armatus non adfuerit iniuriam faciendi ipsi Regi, non debet Rex eam ad caducitatem trahere, sed solum esse contentus restitutione damnorum, quia iniuria restringitur secundum facientis. lege. verum. vbi Bar. ff. de furt. per Alex. consilio ciiij. in iij. vol. Et ex scriptis resoluatur dubium principale, quo quaeritur, an dicta transactio facta per Cæsarem maiefta. sufficiat ad excludendum Regē à dicta peticione. Respondeo quod sic: quia verba transactionis disponunt, vt ductus remaneat ipsi Duci. Nec obstat, quod transactio cum Cæsare facta non debet Regi nocere: quia istud fallit multis casibus. Primò, in transactione facta propter pacē, quæ sufficit, si facta sit cum principali, quia trahitur ad omnes adherentes. ca. j. de postul. prælar. Ioan. Andr. in ca. ad apostolicā. de re iud. lib. vj. alij. doct. Angel. in lege, quæ religioſa. ff. de rei vend. Alexand. lege, si conuenerit. ff. si nuda. ff. de pig. act. in apost. Bar. quod procedit, etiam si ipsorum adherentium mentio facta non sit, dum verba sunt in rem concepta, prout in casu nostro, & declarat Iacobinus de S. Georgio in tractat. feud. §. adherentibus. Secundò, quia remissio est facta per primum dominum feudum præiudicat, ne sub feudum applicetur primo vasallo, dict. c. j. §. illud. de prohib. feu. alien. per Feder. vbi omnes doctores. Lucas de Penna in l. i. ver. plebēdi. de pet. bon. subla. lib. x. & facit tex. in c. felicis. §. si qua verò feuda. de pœn. Aegid. Ballamer. ccccxv. & Decif. capell. cclxxxv. cum similibus. Tertio in gratia facta ab Imperatore, cuius contractus habet vim legis & lex generaliter omnes obligat. bene à Zenone. C. de quadr. præscript. per Bal. & Ang. in l. omnes. C. eod. tit. Quarto, fallit quo ad obligationem naturalem, secundum quod quam quis obligatur etiam rebeditu tertij. l. stipulatio ista. §. alteri. vbi glo. & doct. ff. de verb. obligat. quæ obligatio naturalis obligat facte in conscientia, secundum glo. & Canonist. in can. quoties cordis oculus. j. quæst. vij. in glo. & ibi in verb. & per te. in fi. & per Felin. in rubrica proemij Gregoriani secundum quam conscientiam maximè debent Principes iudicare, vt per Bart. in l. vn. in fi. C. vt que desunt aduoc. Guid. Pap. q. xxviii. Quintò fallit respectu eorum, qui ratam habuerint transactionem, seu talem contractum c. ratihibitionem. de regu. iur. in vi. præsupponitur autem in facto quod Regia maieftas ratam habuerit illam transactionem, saltem respectu capitulorum connexorum, scilicet, recompensationis damni, & fidelitatis obseruandæ tam respectu ducis, quam subditorum. vnde in cōsequentiā videtur etiam approbasse gratiam: cum expresse Rex approbauerit omnia contenta in transactione illa, quatenus pro se faciant. vnde videtur etiam approbasse quæ contra se faciunt, dum modo connexa sint secundum Bal. l. j. C. de eden. Felin. c. cum vener. de except. Sextò fallit, quando non est probabile interesse illius tertij, & ideo in casu nostro si fœdus Cadehense adhuc perfectum non erat, vel meticulousum fuisset, videtur in casu nostro præsumendum secundum distinctionem Bal. in ti. de pace Constā. verb. pactiones ius feudum dicti Ducatus secundum antiquam originem remansisset in solo Cæsare, qui potuisset remittere tanquā ius sub feudum nondum esset radicatum in personam Regis, cum enim in transactione Cadehensi actum esset, vt maieftas Cæsarea eam transactionem porro confirmare vellet, ea confirmatio necessaria fuit, & ante eam sub feudum ipsam Ducem non obligauit. c. j. de alien. feu. l. debitor. j. quibus mod. pig. sol. Nec potuisset Rex dare in subfeudum Duci quem Imperator habebat pro hoste. l. liberi. vbi not. C. de in offi. testam. & c. j. quot testes sint nec. & ideo sufficit Duci gratia Cæsaris: cum tempore delicti ius subfeudi non esset in Regē, sed deinde, & ex

postfacto cepit esse, postquam in sua gratia iussit Imperator dictam transactionem obseruari, & ratificatio subsecuta, deinde per Cæsarem maie. facta non retrahitur, vt possit videri commissa feloniam quæ tempore criminis non erat cum tunc Rex nondum esset subdominus, secundum doctrinam Ant. de But. in cap. cum venissent. ad fin. extra, de rest. spol. Alexand. l. quod meo. in fi. ff. de acquiren. posses. per text. in le. bonorum. ff. rem rat. hab. & videtur mihi hoc fundamentum vel solum sufficere ad victoriā. Et exijs apparet resolutum esse primum dubium an transactio Hailprunne extendat se ad regem in quo conclusio, quod sic per superscriptas sex rationes. Circa secundum quaesitum an referuatio iuris Regij per Cæsarem facta intelligatur, vt possit Rex agere eo modo, quo fecit supra respondi, quod talis referuatio intelligitur solum de iure subfeudi ne aliàs induceret correctionem. d. l. non ad ea. & quia talis referuatio strictè accipitur, vt per Dec. d. consilio cclxxxij. vbi hoc clarissimè probat per multa iura, rationes, & fundamenta. Et quia illa verba, *ius suū quod ad ducatum* habet, non sunt intelligenda de caducitate: alioquin hoc fuisset expressum. Et quia referuatio fit etiam in domo Austriae, quæ dictio est collectiua, & comprehendit descendentes in infinitum, vt habetur in l. si cognatis. ff. de reb. dub. in leg. fin. C. de verb. sign. & non potest conuenire huic caducitati, quæ non domui, sed ipsi Regi Ferdinando esset aperta. Circa tertium, an propter accusationem læsæ maieftatis erga Cæsarem bona feudalia sint aperta Regi? supra conclusum est, quod non, quia gratia primi domini nocet secundo, cui aliàs feudum aperiretur per tex. in d. c. j. §. illud. de prohib. feu. alien. per Fed. & quæ not. Andr. de ller. in cap. j. de vas. decrepi. aet. & ibi etiam d. Cardinalis & supra dixi. Circa quartum, an causæ in libello deductæ sint sufficientes ad priuationem feudum? supra etiam satis est responsum & cum emanauerit gratia à Cæs. maie. abolutum est omne delictum l. j. C. de abolit. & supra dixi. Circa quintum, an quia filius Regis Maximilianus erat in castris? dicatu Dux contra personam domini insultum fecisse? supra responsum est, quod cum principaliter contra eum non belligeretur, non videtur contra dominum commissa feloniam iuxta not. in cap. j. an ille, qui fratrem in v. sib. feu. Circa quod non est laborandum: quia gratia Cæsaris abolet istud delictum per supradicta. Circa vltimum, an si Rex probare non possit crimina deducta in libello, cadat à iure directi domini, sicut vasallus caderet qui falla crimina impingeret domino. Respondeo nunquam caducitati est locus, nisi ex culpa, vel dolo. cap. j. qualiter domi. propr. priu. non est autem credendum Regiam maiefta. aliter quam ex iusta credulitate ad talem accusationem deuenisse. & ideo non est locus caducitati. Quibus omnibus consideratis, Cæs. Maie. poterit in præfenti causa ius dicere, & quia cor Regis in manu Dei est, secundum diuinum animi sui motum pronuntiare cui ego humilimus seruus ante pedes terram de osculo. Andreas Alciatus Iurisconsul. secundum supra scripta respondi, saluo semper faniore iudicio.

CONSIL. XXXVII. SVMMAE.

- 1. Feudum legato non cedere.
- 2. Dominus in quibus casibus potest inuitis vasallis ius suum alienare.
- 3. Verba omni reditu & pertinentijs quid importent.
- 4. Feuda separatim empta & separatim inuestita, non præsumuntur coniuncta castro, &c.
- 5. Mens testatoris est attendenda.

ati, & Rubei præstantiff. iurisconsul. visis consilijs requisitus vt simpliciter sententia meam explicarem, quauis occupatissimus detrectare non potui, quin libet animo hoc facerē. In primis itaq; arbitror verā esse cōclusionē, q. in generali legato, de quo agit non veniat ius vasallitij, q. habebat restator respectu illorum duorū prædiorum quæ separatim acquisita

acquisita in feuda uenerat cuiusdā seruitori suo, quia de hoc est tex. in ca. j. de capita. qui cur. vend. & est regula generalis posita in ca. j. §. in generali. si de feu. fuer. contro. uer. & procedunt illa iura in distictōe prout loquuntur, siue feudum sit extra curiam, siue non, seu in Manso sine vasalli, seu non. Maximè cum semper subfit eadem ratio, vt per eos. Intelligitur tamen supra scripta conclusio, prout loquuntur dicta iura, vt tale beneficiū non comprehendatur in generali alienatione, nisi expressè de eo actum sit quo casu subdistingendum est, aut loquimur in casibus quibus dominus potest, inuitis vasallis ius suum alienare, vt habetur in c. j. §. eadem l. de lege Conradi. & per Dd. in l. j. in fin. princip. ff. solu. matr. & ego alias connumerati in l. debitorū. C. de pact. & tūc ius illud trāsit in emptorem, & vasallus tenetur eum recognoscere, & ita loquitur Bald. conf. cclxxxix. Rex Romanorum in iij. & in titu. de pace Constā. super gloss. verbo, in uestitura recipietis. & in l. si plures. C. de eod. insert. aut loquimur in casibus, in quibus vasallus non potest inuitis alienari, qui casus regule communi inuuntur. l. inuitis. vbi gl. de fideicom. liber. Dd. in c. dilecti. de maior. & obedien. vbi Felin. & tunc secundū Bald. in l. in testamēto. C. ad legem. Falcid. proprietates adhuc tamen trāsit in emptorem: quia potuit dominus rem seruo arbitrio suo alienare, sed quia vasallus nō tenetur eum recognoscere, uelitor ipse commoditates omnes à se perceptas restituit emptori: quia respectu commoditatum nulla est vasalli prohibitio, quin dominus arbitratu suo de his disponat. v. usufructu. vbi Bald. sol. matr. & ita sentit Bal. in d. l. in testamento si rectè intelligatur vbi fortius subdit, quod venditor iste tenebitur de dolo, si non admonuit emptorem, quod rem in feuda uisisset. & ita etiam intelligitur distinctio Bal. in d. l. si plures. Sed difficultas est in casu nostro ad cognoscendum an hoc in legato expressè actum sit vt ius vasallitij transeat in legatariū, & uideretur quod sic propter illa verba, *castrum cum sale, datijs, taxijs, molendinis, & omni alio reditu, & omnibus suis pertinentijs, &c.* etenim illa verba omni reditu, & pertinentijs satis comprehendunt tale ius, vt consuluit Cor. cōsi. cccxxj. in iij. ad fin. & facit quod consuluit Paul. Castrenf. consil. lxxij. in cap. quod dicti reditus. in j. volum. per Dec. consil. ccccxvj. & cōsi. seq. cum sim. In contrariū facit, quia præsupponitur quod feuda istorum prædiorum nunquam coniuncta fuerint ipsi castro, ex quo testator separatim emit, & separatim inuestiuit, vt per Castrenf. consil. cccxvij. volum. ij. & per Alexand. consil. xiiij. volum. vij. Breniter quæstio ista est magis facti, quàm iuris: & putauerim ego non esse recedendum ab opinione superscriptorum Dominorum consulentium, quæ inuicem regulæ, vt tale beneficiū non comprehendatur in legato, nisi tamen appareat, quod testator de eius emolumentis disponeret tanquā de re vnita cum castro. l. Seie. §. Tyrannæ. ff. de fundo instrum. l. prædij. §. Balneas. de leg. iij. per Rapha. Cōm. l. serui electione. §. fin. de leg. j. per Alexand. consil. clxix. in v. lib. vt quia in locationibus quas faciebat de tali castro fineret emolumenta directi domini ad conductorem exigi, & simul eum castro tanquam quid accessorium ea locaret, vt per Alexand. cast alios in l. diuortio. §. si vir. ff. sol. matr. Idem quæ existimarem si per alias coniecturas, pua per rationes, & libros ipsius testatoris id probaretur cum in hac materia mens testatoris torum faciaturibus vulgaribus. Et hæc omnia, saluo semper, &c.

CONSIL. XXXVIII. SVMMAE.

- 1. Disporre de bonis feudalis in vltima voluntate, vel quouis alio modo nemo potest.
- 2. Consuetudo est probanda, aliàs ius commune stat in contrariū.
- 3. Feudalia bona in agnatos in inuestitura comprehensos alienari possunt.

Marchio Ioannes Franciscus Malaspina loca infra scripta Varij, Petre, Montis fortis à Seronissimis Imperatoribus, ac Illustrissimis Du-

bus Mediolani, nec non Castrum fabricæ à Rener. dissimo de Gambara in feuda antiqua auita & paterna sub certa annua census præstatione pfi de Gambara faciendā, respectu dicti loci fabricæ, recognouit. Qui Marchio suum cōdidit testamentum, in quo hæredem sibi Susannam eius matrem instituit: eo mortuo iam licentium bonorum duntaxat feudaliū possessio fuit apprehensa per Magnificos Ioannem Baptistam, & Angelum fratres Malaspinas proximiores dicti defuncti, accedente consensu dicti de Gambara, à quo se denuo recognouerunt, cum traditione possessionis, per constitutum. Modò contingit de pluribus dubitari. In primis nunquid ipse Marchio Ioan. Franciscus de bonis feudilibus vltima voluntate, vel quouis alio modo disponere potuerit? Et responderetur, q. nō. c. primo ibi. nulla ordinatione defuncti, de successio. feud. in vbius feud. Rufus, an ipsis Marchionibus propria auctoritate huiusmodi feudorum possessionem apprehendere licuerit, attēta consuetudine dictorum Marchionum proximiorū, quæ habet, quod vno ex Agnatis præcedente absque filijs masculis, id absque facto Iudicis facere queant. & in hoc an decretum de continuanda possessione in hæredem sibi vendicet locum, quicquid dicit consuetudo? Responderetur, quod consuetudo est probanda, aliàs ius commune stat in contrarium. c. j. §. si de feu. def. content. Dubitatur & vltimò quia quandoq; dicti marchiones sistorum, quæ præstantur per homagium in uicem fecerunt venditionem, an dicta facta cum homagio acquisita à dictis Marchionibus, carteris que agnatis debeantur hæredi, an verò vti feuda hæreditaria transeat in Agnatos? Responderetur consilio quod bona sint feudalia, nihilominus potuerant alienari in agnatos comprehensos in Inuestitura, Bartol. l. qui Romæ §. duo fratres. q. ix. de verb. obl. Bald. l. voluntas. C. de fideicom. & in c. Imperialē. in prin. de prohib. feud. alien. p. Fed. & seruāt naturā suā, vt sint feudalia, & trāseant in agnatos, CONSILII XXXIX. SVMMAE.

- 1. Prescriptio habet locum etiam in feudis.
- 2. Prescriptio in feudis contra nondum natos, non procedit præterquam in quibusdam casibus ibi positis.

Prescriptio in feudis respectu vasallorum procedit. c. j. §. si quis per triginta. Si de feu. sue. contr. c. j. §. porro. quali. olim feu. maximè si de præscriptione feudum formati agatur. Alex. consil. lxxxvij. vj. vol Balb. in tract. præscriptionum. iij. par. quartæ partis. ij. q. Dec. consil. cccclxvij. etiam longi temporis quando alienatum à non prohibito. Ripa in §. Diui. num. cxv. Sed san cōtra nōdum natos? quod non. Cast. in l. fin. §. empto. C. comun. de legat. Alex. consil. lxx. colum. iij. in iij. Curt. in Auth. Res quæ colum. 2. C. comun. de legat. ller. & alij in c. i. §. quid ergo. de inuesti. de re alie. fa. Dec. consil. 4. 4. 5. nu. 4. & lafo. cōsil. 7. in 3. Curt. l. un. 181. Rub. 13. aum. 13. Fallit quando feudum hæreditariū præiudicat, tunc præscriptio etiā nondū natis currit. Dd. in d. §. quid ergo. Curt. consil. 82. capio primū. Secundò quādo completa contra maiores ante quā purificaretur ius nondū natorum. Comenl. 303. colum. 13. & seq. in 3. Tertio quando sciebant maiores ipsorū currere præscriptionē Bart. d. §. diui. q. vlt. & Ferd. de Loazes. ibi. n. cij. Afflic. d. §. quid ergo. colum. v. Brun. cūl. 67. in fi. Quarto quādo alienatio à persona nō prohibita alienare præscriptio etiam non natis nocet. Aluar. d. c. j. §. hoc quoq; col. fi. de successio. feu. Balb. d. tract. 4. par. q. 8. in fi. Curt. d. cōl. 82. Ex quibus in casu mihi proposito cōcludo pcedere præscriptionem feudum alienati à non prohibito, quamuis nondum essent nati successores, & quia maiores sciuerunt eam currere, & contra eosdemmet completa fuit præscriptio.

CONSILII XL. SVMMAE.

- 1. Verba, ad vtriusq; sexus familias, & sibi, & heredibus suis, quid operentur, & num. 2. & nu. 14.
- 2. Famine in Marchionatu nō succedit, nisi defint masculi nu. 5.
- 3. Consuetudo, in Marchionatu ius masculis acquirit.
- 4. Feudalis concessio ex quibus probatur.
- 5. Fidelitatis iuramentū in eo quā erit inuestitus nō requiritur.

- 8 Agnati qui alias usque ad decimum gradum in feudis usque ad septimum tantum succedunt.
- 9 In feudis successione differencia plures.
- 10 Heres, ergo filius non est iure.
- 11 In feudis contra descendentes coniectura plures.
- 12 Alienari ea non possunt in preiudicium sequentium, in quibus dominium vita durante est limitatum.
- 13 Heres plus habet ex persona sua, quam ex persona defuncti.
- 14 Venditio villis, quando successoribus datur in feudis.
- 15 Prescriptio etiam longissima requirit bonam fidem.
- 16 In prescriptionibus etiam heredi nocet mala fides defuncti.
- 17 Inuestitura alteri facta, non nocet ei qui venit ex propria persona nec sententia. nu. seq.
- 18 Marchionatus diuisio non presumitur.
- 19 Scripturae antiquae habent presumptionem pro se.


MA Rchio Salutiartim vocatur non ex iure transmissio, sed ex persona sua, quia vocatus illis verbis ad vtriusque sexus familias, & illis, sibi & haeredibus suis, quo casu descendentes omnes ordine successiuo veniunt Bar. l. vt iuristurandi. de ope. liberto. quando descendentes nominantur, ius efficacius quiritur ex propria persona secundum Bald. & quilibet descendens ius habet durante eius vita a Alex. consi. cv. In casu in col. in prin. versicul. dico primo lib. & nihil interim in praedictum eius fieri potuit per alios. Quod autem facta sit substitutio descendentibus in infinitum sic probatur Primò. Illa verba ad vtriusque sexus familias familiae appellatio omnes comprehendit. l. liberorum. l. pronuntia. de verb. signifi. de dicto Aledramo & suis haeredibus intelliguntur haeredibus scilicet sanguinis. l. ex facto. §. si. ad Trebell. Soci. consi. ccxxxix. In conclusion. in ij. maxime in materia feudorum. cap. j. §. pen. de leg. crora. c. j. §. et si clientulus. de alien. feud. & licet aliqui dubitauerint an necessaria sit qualitas q. haeredes, tam omnes concordant in feudis quod operer esse descendentes. & hoc maxime quia supradictum est ad vtriusque sexus familias, quae debent declarari ne contradicant. Secundò. Quia in Marchionatu femine non succedunt, sed de primogenito in secundo genitum. cap. licet. de Voto. vbi Abb. c. significauit. de rescript. c. dilecti. de arbi. Ratio cur feminae excludantur. secundum Bald. Scita est consuetudo in March. Montisferati, quae potest induci ab vna femina. & est optima legum interpres & declarat. & c. l. haeredes palam. §. sed si notam. de testamen. & primogenitus praefertur, quia diuidi non potest. cap. j. §. praeterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Frid. Tertio. Aliud fundamentum in fauorem masculorum. quod vsque ad tempus Ioannis vltimi Marchionis de Saxonia fuerit inducta consuetudo, & quidem praescripta, secundum quam masculi excludunt feminas quae habet iam priuilegium. l. hoc iure. §. ductus aquae. de Aqu. quot. cap. super quibusdam. §. praeterea. de verbor. signifi. dixi consi. lxxxv. ideo ius quae situm masculis in Marchionatu sine feudale, siue non. Nec obstat concessio Aledramo facta ad vtriusque sexus familias. Respon. quod si feminae succedunt si nemo masculus. c. j. §. quin etiam. Epif. vel abb. Alexand. consi. ix. lib. v. sicut haec tenus semper masculi. idque regulariter in magnis dignitatibus. ij. respond. quod illa verba respectu rerum concessarum, non respectu personarum. quod probatur ex ductu sermonis, & verbo à quo regitur, & c. Quarto, Quia ita suadet natura feudi, & quod concessio sit feudalis probatur. j. quod nullus audeat re vestire, ergo praesupponitur Inuestitura ij. quod obijcioti quod non habeat inuestituram. liceat. per pugnam, & c. ij. vt eum conducatur in famulatum, id est Vasallitium. iij. considerabat fidelitatem. v. appellatur Marchio. vjeratiam inuestitus de Marchionatu, vnde in noua inuestitura non requirebatur Iuramentum fidelitatis. & licet in donatione femina succedat. secundum Ange. c. si. ccxxxix. licet non in feud. tamen hoc est feudum per supradicta, quamuis non debeatur seruitium, & ideo respectu non expressorum naturam feudi fortitur. Bal. l. j. q. xvj. de rer. diuis. ij. etiam si non sit dictum de seruitio, tamen praesertim.

stant. secundum naturam feudi ad ea quae sacramento fidelitatis continetur. Bal. c. j. col. si. de capit. qui Cur. vend. & tunc non admittitur femina, quando iuramentum fidelitatis praestandum est. Alex. consi. ix. col. ij. lib. v. Dec. consi. clxxxij. col. ij. respon. quod prius Aledramus inuestitus vt supra, vij. si quod dubium an feudalis ex longissima consuetudine, & obseruantia declaratum. quia descendentes ex Aledramo semper fidelitatem praestiterunt. leg. cum de in rem verso. de v. fur. supra dixi & non mutanda quae certam, & c. & consuetudo in feudis legem scriptam imitatur, secundum quam femina excluditur. & idem, supra, dixi siue feudalis, siue non, & c. Quintò. Principialiter licet Agnati non ultra x gradum. leg. fin. c. vnde legi. & in feudis nisi ad septimum. c. j. §. Hoc quoque sciendum. de his qui feu. da. pos. c. j. §. hoc quoque. de succes. feu. respo. quod verum in minoribus successioneibus, non in magnis, in quibus omnes in infinitum Bal. c. j. §. Capitanei. vers. Item opponitur, de feudo Marchiae. vbi etiam si cetero tunc gradu ibi fac. Alu. in gl. si. lac. de Beluis. quando de acquirente feudum primordialiter tunc in descendentes in infinitum Cap. caut. 69. loquitur etiam in successione Regis Francorum quae allodialis. Ratio, quia à primo inuestito descendunt, & sic iure contractus quod est fortius. Bar. l. eum qui. ff. de interd. & re legat. Non obstant ergo contraria, quia non fit quando sit transmissus in descendentes, vt in casu nostro. Secundò, ibi in minoribus successioneibus. Tertio, non quando exiure contra eius vt dixi. consi. lxxxv. aliud si ex sola legis prouidentia. quia lex non tibi tuum, & c. Sextò, principaliter concessio pro se, & eius haeredibus: ergo qualitas quod sit haeres, & sic feudum haereditarium. Barto. l. ex facto. §. fin. ad Trebell. cum beneficio inuentarij. Alexand. consi. xij. lib. v. cum similib. Respon. t. contrarium verius. Sali. l. ij. q. xx. C. de iure emph. haeredes filij secundum sensum vulgi, licet aliud secundum sensum iuris. ideo in materia feudi, vel primogeniturae de haeredes non conferuarent. Secundò propter fidelitatem Aledrami quae ratio potius ad successores sanguinis. Tertio, quia descendentes non possunt alienare in praedictum sequentibus, quia limitatum dominium durante vita. Bald. consilio cxxv. Vifo testamento. lib. iij. Confirmatur quia Bar. in d. §. etiam si parente, simpliciter haeredes sanguinis. Socin. d. consi. lvij. Tertio respon. quod sunt haeres particulares. quia aliqua bona, puta Salutes de successione Aledrami, & haeres heredis censetur primi testatoris haeres. l. fin. C. de haere dib. in stir. & sufficit esse haeredem in re certa. Bald. c. j. de succes. feud. Bartol. l. v. iuris iur. §. si liberi. de ope. liberto. & consil. lv. lx. Quarto respon. quod illa opinio procedit quando constat delatam haereditatem, quia tunc non potest separare feudum ab hereditate. Jac. Aluar. cap. j. colum. v. versic. subsequenter. An agnat. vel fil. Quintò Respon. vt in dicto cap. per eundem Iaco. quod adeat haereditatem cum beneficio inuentarij, tunc vtraque qualitas videtur impleta. vt per Dec. consil. clxxxv. col. iij. vbi ostendit, quod haeres ex persona sua plus quam ex persona defuncti. Sextò, plures in hoc feudo successerunt quamuis non haeres, quia repudiauerunt praedecessoris haereditatem, ergo non mutandum quod certam formam habuit, & c. Septimò, intelligitur ordine successiuo: vt primo descendentes haeres admittantur. Secundo, etiam non haeres dum modo descendentes, quia verisimiliter credendum est ita actum, & c. Octauò, Verba inuestiturae ad vtriusque sexus familias, quae indicant quod respectu sanguinis,

guinis, non autem hereditatis: & ideo illa verba sequi se & haeredibus, intelligitur ex sanguine descendentes. l. qui filibus. de leg. i. ne sibi contradicat, & quia dictio, haeredibus, aequiuoca, & praecedentia declarat sequi. & c. Non obstat fundamentum praescriptionis quod Palaologi longissimo tempore possiderunt cum Titulo, & Inuestituris. & c. cap. j. §. si quis per 30. annos. Si de feud. def. conten. sit. leg. sicut. l. omnes. C. de praescript. xxx. vel xxx. anno. tanto tempore cuius initij memoria, & c. dicto §. ductus aquae. Respon. nulla praescriptio, quia factum praecedentis limitatum in vita sua nec praedicta sequi. qui ex propria persona secundum Aluar. d. §. quodque. col. fin. vers. quare ab extra. de succes. feud. quia non iure successioneis quo casu non nati, vel concepti. & c. l. si cognatis. de Reb. dub. sed contractus. d. l. iij. de interd. & re leg. Vnde postea nascitur vtilis venditio. l. iij. C. de donat. quae sub mo. Vnde eis nihil imputari potest qui non nati adhuc, & c. & non valenti agere. n. vij. l. j. in fi. de Anna. except. doctrina Bartol. l. senatus consulto. col. l. ij. vers. quare hic. de offic. praesid. & text. in l. cum notissimi. §. Illud. C. de praescript. 30. vel 40. anno. post conditionis exitum sumitur initium. Abb. consi. c. j. in q. que vertitur. colum. ij. in ij. dub. Fel. cap. ex transmissa. col. fin. de praescript. Confirmatur quia etiam in longissima praescriptione bona fides requiritur ca. possessor. de reg. iur. in vj. quod non fuit in Palaologis qui per dolum, & non bona fide, & c. & quod non. Alexand. consilio iij. lib. v. vbi loquitur in inuafore inuestito à Papa. l. auctor. C. vnde vi. leg. ij. C. de fundis & saltibus rei dominicae lib. xj. Vnde cum spoliauerint Manfredum Salutiensem, & c. vt audiuius, & quidam testes dicunt, nec refert quod illi sint haeres. quia mala fides defuncti nocet haeredi. secundum magis communem opinionem. in capite. de praescriptioibus, nec ex persona eorum inchoare possunt praescriptionem. Abb. consilio. iij. q. xvij. & ex publica forma praesumitur mala fides. Confirmatur, quia si cucurisset praescriptio, restitutio in integrum esset concedenda propter iustam ignorantiam. l. j. §. si quis autem. de itinere. actusque priua. Ad. §. si quis per triginta. Respond. vt supra. & dixi dicto consilio. cxxxix. colum. iij. Iniquissimum remedium praescriptionis. Non obstat. Inuestitura facta Theodoro Palaologo, quia talis actus nihil valet in praedictum Marchionis salutiarum qui ex propria persona venit, & iure contractus vt supra. & quia dominus Manfredus fuit de facto spoliatus, prout fama est, & à iure praesumitur propter probationem antiquioris possessionis doctores. cap. saepe. de restitut. spoliator. Socin. l. rem quae nobis. q. vij. de acquir. vel amitten. possess. & non valet inuestitura facta violento inuafori vt supra. etiam si longissimo tempore possidisset. Nec obstat duae aliae inuestiturae Vencislati quibus derogat descendencia Aledrami, quia non

potest in praedictum iuris: ex contractu quae sit quibuscunque clausulis sit vsus vt dixi in alio consilio. Non obstat. sententia arbitralis emologata inter Dominum Manfredum & Theodorum, quia non potuit Manfredus praedictum moderno Marchioni qui ex propria persona, & c. & quae non tollit ius Marchionis, sed referuat decidendum intra annum vel duos, & c. quae gesta per expulsum praesumitur vi & metu. c. solita. de restitut. spol. vbi Abb. Nec obstat. quod Modern. Marchio videatur haeres per medias personas Manfredi: vnde contrauenire non potest. l. cum à matre. C. de rei vendic. Quia respo. vt in quarta consideratione principali, & in consilio meo. clxxxv. colum. iij. Confirmatur, quia non constat quod Manfredus habuerit scientiam concessionis factae Aledramo. Alexand. in leg. si donatione. col. v. C. de coll. quod not. Bald. in l. ij. C. si in fraud. patr. vbi casus quando quis ex propria persona contraueniret facti defuncti, & in l. ij. C. de inof. donat. Nec obstat. quod Modern. Marchio tacuerit per annum & diem. cap. j. §. praeterea. de prohib. feud. alie. per Frid. respon. sumus in feudo antiquo, & in iusta ignorantia, & quia alius tenebat feudum. vt dixi in dicto consilio. cxxxix. iij. dub. Nec obstat. recognitiones particularium Castrotrum per Salutienses factae Palaologis. Quia respon. quod non praedictant, & daretur restitutio in integrum. vt dixi. primo consilio. Nec obstat. Testamentum Ioannis vltimi de Saxonia si de eo appareat in quo instituisse Palaologos forores simul cum Manfredi, dicitur cap. j. de feudo haberi. respon. non valet, quia inducit divisionem Marchionatus contra cap. j. §. praeterea ducatus & quia non possunt petere à primogenito legitimam, quia paulatim annihilarentur bona. Vnde permisso alienandi debet intelligi de re modica, & in personas legitimas, non autem in feminas quae sunt incapaces. Baldus. capit. j. §. donare. qualiter olim poter. feud. alien. dixi consilio clxxxix. Nec obstat, quod impossibilis videatur probatio huius descendenciae ab Aledramo cum sit ultra ccccc. annos. respon. constat per famam, & coniecturas quod sufficit. Baldus. leg. cum super. C. de rei vendic. in Authen. quas actiones. Aret. consilio. xxxvij. Alexand. consilio clxxxvij. in ij. Socin. consilio cxxxvj. col. j. Fama plenam probationem in antiquis facit dixi consilio. xxxxi. & sufficiunt ad minicula & testes de auditu. & satis est probationem esse verisimilem, & adest examen ad perpetuam rei memoriam 1206. pro parte Domini Manfredi contra Theodorum, & tunc possidebat Manfredus qui postea fuit spoliatus à Theodoro, & praesumitur pro scripturis antiquis, etiam non solennibus. l. cum aliquis. C. de iur. deliberat. docto. l. Admonendi. etiam si inter alios factae sint, & c.

Consil. Andr. Alciat.



ANDREAE ALCIATI IURISCONSULTI MEDIOLANENSIS RESPONSORVM

Liber III.

QUI AD PRIVILEGIA INSCRIBITUR

CONSILII I. SVMMÆ.

- 1 Interpretatione indulti Pontificij ipse Pontifex adiri debet.
2 Dicitio, te, repetitum indulto videtur esse personalis, & non referri ad Vicarium, &c.
3 Dicitio, ipse, reddit prohibitionem personalem que non transit in successorem.
4 Pontifex quando mandat delegatis ut per se examinent testes, non possunt hoc facere per delegatum, seu Vicarium.
5 Rescriptam intelligitur secundum suppositionem.
6 Qui unum includit, alium excludere censetur.
7 Successor generalis intelligitur subrogatus in locum generalis propter mortem, vel depositionem ipsius generalis.
8 Vicarius non potest successor appellari.
9 Rescriptum vltimum restringens prius censetur odiosum.
10 Beneficia Principum largi sunt accipienda.
11 Insiiones que restringunt beneficia Principum, tanquam odio se strictam interpretationem recipiunt.

Non est dubium, quod quotiescunque de interpretatione indulti pontificij agitur, ipse pontifex adiri debet, iuxta tex. in cap. cum venissent, extra, de iud. Nam beneficia principum ipsi principes interpretari solent. l. ex facto, in prin. ff. de vulgar. l. Neratius, ff. de regu. iur. nec interim debet se inferior introumittere, nisi ad finem, ut nihil in nouetur. c. ut nostrum, extra, de appella. & quod habetur in cap. ordinarij, ff. si verò, de offic. ordina. lib. vj. sed potest statuere tempus, intra quod pars pcurat, ut fiat talis declaratio, vel saltem adeat pontifice, ut ibi habetur, & in c. consiluit infra de appel. Dubium autem probabiliter in casu nostro oritur ex verbis indulti, dum Papa Paulus, ad supplicationem magistri generalis dixit, Volumus, quod tu eandem iurisdictionem exercere possis, quam tu, & predecessores tui poterant, &c. videtur nisi verbis de solo magistro generali tractari, non autem de vicario, idque aliquibus rationibus. Prima, quia illa dicitio, quod tu, præsertim repetita videtur esse personalis, & non referri ad vicarium: prout in simili not. Bald. in cap. fin. in prin. extra, de offic. deleg. alias enim iteratio illius pronominis nihil operaretur, ut not. Bald. cap. coram, eod. titul. sicut videmus, quod pronomen ipse, reddit prohibitionem personalem, quæ non transit in successorem, secundum Bald. consilio ccciiij. in v. lib. Ias. leg. filius fam. ff. dñi. ix. q. Bartol. deleg. j. & quando pontifex mandat delegatis, ut per se examinent testes, non possunt hoc facere per delegatum, seu vicarium, ut not. Spec. in tit. de delegato. ff. iam nunc videndum. circa fin. & facit tex. in cap. in criminalibus. v. q. iij. & ibi Doct. de sancto Gemi. no. & quod habetur in l. j. in ff. fin. ff. de verb. oblig. Secunda ratio, quia rescriptum, intelligitur secundum supplicationem. cap. nonnulli. vbi not. extra, de rescript. & per doctores in leg. j. C. quando lib. princip. dat. in supplicatione verò vna ea legitur & in rescripto repetitur, hæsitatum fuit, an ex concessione prædicta fratres illi essent exempti a magistro generali, & aliorum ipsius ordinis superiorum iurisdictione, & responder. Papa, quod magister generalis & successor potest exercere, &c. vnde facile videtur excludere vicarios, & alios ordinis superiores: quia qui vnus includit, alium excludere censetur. leg. maritus. C. de proc. vbi doctores. leg. cum lex. ff. de legib. leg. cum ita legatum. de cond. & demon. quæ conclusio procedit, etiam

A in positionib. & rescriptis, secundum Bald. leg. sed si sine. ff. sed quod Papinianus. ff. de minor. & per Car. Alex. in cap. qualis. xxv. dist. Nec dicatur, quod appellatione successoris videatur intellexisse de vicario: quia istud est fallu: quia successor intelligitur alius magister generalis ei subrogatus per mortem vel depositionem, secundum gl. ij. q. j. cap. in primis. in gl. ver. quia leuioris. & quod habetur in cap. j. extra, de sol. qui enim vicarius constituitur non potest successor appellari. leg. j. ff. quis & a quo appe. & facit. quod habetur in cap. quonia, Abb. extra, de offic. deleg. Tertia ratio est, quia cum hoc rescriptum vltimum Pauli iij. restringat gratiam Pauli iij. censetur odiosum, quia sicut beneficia principum largi sunt accipienda. leg. fin. ff. de mand. prin. leg. si quando. C. de hon. vac. lib. x. ita insiiones, quæ ea restringunt tanquam odiosæ, strictam interpretationem recipiunt. leg. cum quidam. ff. de lib. & posthum. cap. odia. de reg. in vj. merito ergo hæc clausula, quod tu eandem iurisdictionem, &c. strictè intelligatur ut solum magistrum generalem comprehendat, non autem eius vicarium,

CONSIL. II. SVMMÆ.

- 1 Pontifex non potest redditus percipiendos tempore successoris donare in successoris præiudicium.
2 Episcopi, nec prælati possunt successorem suum obligare.
3 Potestas Papæ limitatur.
4 Clausula plenitudinis potestatis, quid operetur.

Vamuis verba vtriusque diplomatis pontificij sint valde generalia, & concepta clausulis efficacissimis, tamen putò adhuc rationes reuideri posse cum alias censetur pontifex donasse ipsi Saluato. Clarum autem est non posse pontificem redditus percipiendos tempore successoris donare in successoris præiudicium. c. non liceat. j. xij. q. ij. sicut etiam videmus in episcopis & prælati, qui non possunt successorum suum obligare, ut not. c. j. de solut. & quia potestas Papæ quauis amplissima, est limitata tempore, donec viuat secundum D. Ant. c. cum venissent. ij. opp. de iudic. ad fi. & clausula plenitudinis potestatis, quatenus vltra ius operaretur, cohæret personæ Pontificis, qua ei placuit. ut inquit Bal. in pace Constantiæ. verb. libellariæ. ad fi. & ideo non ligat successorem poterit ergo successor iterum videre rationes & si reperiat notabilem læsionem non obseruare dictas bullas, quatenus præiudicium suum concernit, si vero non sit læsio, tunc bulla habebit. efficaciam suam & in hoc casu procedit consiliu Paul. de Castr. cccxliij. in ij. incipit, in facto præsentem non intendit, & consilium Abb. 4. i. in j. quæ alias prima fronte videbantur ob stare,

CONSILII III. SVMMÆ.

- 1 Immunitatem etiam belli tempore durare ex causa.
2 Dicitio quibuscumque est vniuersalis & geminata, respiciens verbum futuri temporis, & nullam restrictionem recipit.
3 Consuetudo habet vim privilegij specialis.
4 Insolitus quem eximi posse.
5 In contractibus non subauditur clausula rebus sic stantibus, nec admittitur exceptio quod casus impropius & incognitus.

tabus

- 1 tabus emerferit. quia in eis quicquid omissum est pro omisso habetur.
6 Privilegia sicut vltimæ voluntates à concedentis duntaxat voluntate pendunt.
7 Si vassallus vel subditus conuenit cum domino à principio, quia sit soluendum, satis est canonem consuetum soluere.
8 Generalitas sermonis ad omnem casum trahitur.
9 Vassalli secundum naturam feudi, tenentur ad onera vassallorum.
10 Vassalli quibus alij vassalli contribuunt, equiparantur militibus veteranis, & non tenentur nisi ad certa onera, in cæteris sunt exempti.

 deo vtrunque requiri, nec in priuilegio vllum est verbū
 de hac conseruatione in descendentes, sed in hæredes,
 80 & natura feudi hoc suadet, vt t. qui vult succedere non
 solum sit descendens, sed etiam hæres. c. j. an agn. vel fil.
 vbi d. for. Et minus conueniens est illa ratio, quod si
 81 essent t. hæredes, cogerentur tantam habere alienatio
 nem factam per prædecessorem. l. cum à matre. C. de rei
 vend. quo casu feudum non perennaret in descenden
 tes. Respondeo enim expresse actum contrarium: quia
 in priuilegio dicitur, quod possunt alienare, commuta
 re, vendere, disponere arbitratu suo. Iterum ergo respō
 82 detur, & approbata de plano communi conclusione, di
 cit Salutiensem per medias personas auctorem suorum
 esse hæredem Aledrami. l. si. C. de in sit. & subst. si non
 vniuersalem saltem particularem: idque sufficere. Bar.
 d. f. si liberi. Sed respondeo, ista facilius dici q. probari.
 83 & cum sint facti, erit de probatione disputandum, quod
 enim sit Marchio Salutiarius nō arguit successorem ef
 se Aledrami, cum nusquam constet Salutias ad Aledra
 84 mum pertinuisse. Præterea, cum ex forma priuilegij pos
 set Aledramus vendere, alienare, disponere, & c. apparet
 tractari de re: quam ad extraneos potuit transmittere.
 85 & ideo tali casu t. appellatio hæredis, in particulari suc
 cessore non verificatur, solus q; is admittitur qui in vni
 uersum hæres est. Paul. Castr. distinguit. l. quoties. in fin.
 C. de hæred. inst. & Alex. l. mol. probat. l. quædam. f. ni
 86 hil. de eden. Rursus ergo responderetur suprascriptam cō
 clusionem procedere, quod descendens idem & hæres
 esse debeat, cum constet ei delatam esse hereditatem,
 ab ea enim feudum separare non potest, quod si delata
 non sit, nihil prohibet quin saltem feudum sibi delatum
 habeam, quod Iab. Bald. Aluar. tradidisse dicuntur, &
 ex facto respondit Decius Iacob Bal. Aluar. d. c. j. an agn.
 Dec. consilio cccvij. in fin. Sed certè difficilis non est hu
 87 ius responsionis cōfutatō: quia loquuntur illi, quando
 in aliqua parte institut⁹ est filius, & licet hereditas vni
 uersalis nō sit ei delata, vñ apparet hanc responsionē cū
 l. licet,

superiore eandem esse & ideo ipsdem argumentis pro
 sterni. Iterum igitur responderetur, quod descendens ade
 at hereditatem cum beneficio inuentarij: quia tunc po
 terit habere feudum, & non sustinere onera heredita
 71 ria. Sed quomodo t. adhibet Salutiensis hereditatem, que
 sibi delata non est. l. delata. de verb. signifi. impertinens
 certè & extra propositum est hæc responsio. Ad aliam
 ergo responsionem transeundum est, quia dicitur ex cō
 suetudine ita fuisse interpretatam eam clausulam, pro se
 & hæredibus, vt minime necessaria esset hereditatis a
 ditio, sed sufficeret esse ex descendētib; vñ de reperit
 untur Palæologi pluries repudiasse paternâ hereditatē,
 & acceperat feudū, t. minimè ergo mutanda sunt, quæ
 72 certam interpretationem habere. l. minimè. de legib.
 Respondeo itaq; quod fecerunt hoc Palæologi, quia si
 bi licuit ex Caroli concessione, qui feudum indulserat,
 pro se & descendētib; non autem ex hac Aledrami,
 cui inicitur Salutiensis. Præterea semel duntaxat id fa
 ctum est, ne alienatio per Ioan. Iacob. filium, in Sabaudū
 73 nem Ducem facta, comprobaretur, quod an fieri po
 tuerit nunc lis pender: nec talis t. actus potest consuetu
 dine inducere, cum nō fuerit iudicialis, nec geminat⁹,
 nec præscriptus. glo. de quibus. de legib. nec probabili
 ter dici potest eū actū, qui ex Carol. 4. priuilegio factus
 est, ad declarationē priuilegij Aledrami pertinere. cum t.
 74 ex diuersis non fiat illatio. l. Papinianus exuli. de mino.
 Aliter etiam responderetur, fatendo vtrunque quidē qua
 litatē, scilicet, quod hæres sit & quod descendens, re
 75 quiri: sed ordine successiuo, vt primū descendentes
 hæredes preferantur, dein de descēdētib; nō hæredes q.
 in simili casu d. d. in eo tradiderūt t. q. filii. & neporē in
 76 stituit, intelligit. n. ordine successiuo. l. Gallus. f. j. de lib.
 & posth. Sed certè d. d. hoc tū demū procedere auit, t. cū
 77 non necessitas nos cogit. tunc enim à natura copulæ
 recedimus, quæ æqualiter solet operari. l. reos. f. cum
 tabulis. de duob. reis. quod si necessitas nos non vrgeat,
 vt in casu nostro est, nulla est ratio cur à proprietate re
 78 cedamus. c. Raynuitius. extra. de testa. Bar. l. Caius. q. pe
 solut. matrim. vt t. quoties in actu, necessariæ coniun
 ctim sunt duæ qualitates, qui vnâ tantum habet, ex
 cludatur. l. si heredi plures. de condi. inst. gl. l. mancipia.
 C. de ser. fug. doct. l. diuus. de re iud. vñ de proculdubio
 hæc responsio, contra ipsam conclusionem est, quia
 vt supra dixi comuniter approbatam. Tandem igitur
 alio modo responderetur, nempe suprascriptam disputa
 tionem, an requiratur vtraque qualitas, in casu nostro
 79 locum non habere propter verba illa priuilegij, ac t. vtri
 usque sexus familiasq; indicat vocari descēdētes non
 vt hæredes, sed tanquam ex familia, seu sanguine descē
 dentes: debet ergo illa pars priuilegij aliam declarare. l.
 80 qui filiiabus. de leg. j. ne videatur eadem scriptura fecū
 pugnare, verbum hæredibus æquiuocum, secundū su
 prascripta declarari, sed certè sunt huiusmodi non satis
 in proposito, quia si bene legatur priuilegium, illa verba
 non de personis quibus sit concessio loquuntur, sed de
 familijs vtriusque sexus. j. seruis, & ancillis, seu adscripti
 tijs intelliguntur, quorum dominium ipsi Aledramo
 Imperator confirmat, sonantque hoc expresse illa ver
 ba, confirmamus illi res & proprietates ac vtriuf
 que sexus familias, tam de hereditate parentum,
 quam de acquisitione illi adueniente per diuersa loca.
 nec puto hac in re esse vllam prorūs dubitationem.
 hincque apparet stare inconcussum, secundum hoc
 fundamentum, nec responsiones in consilio adductas
 sufficere. verumque esse quod vulgò solet dici, cui
 multipliciter responderetur, non semel bene respōdetur.
 Tertium principale fundamentum est in præscriptio
 ne positum, qua tutissimi sunt Palæologi aduersus
 Salutiensem, eum continua serie possederint per an
 81 nos cccxvij. vñ de dubitandum non est, tanti temporis
 lapsu sopitam esse communem Salutiensis quæstionē.
 leg. sicut. leg. omnes. C. de præsc. xxx. vel xl. an. t. cum in
 feudis soleat vel xxx. anno. tēpus auctorem excludere.

c. si quis per xxx. ann. si de feud. defunc. Et certe abhorret a sensu naturali, quod quandoque admittatur post tantum tempus, alias nemo vnquam esset tutus in re possessa, quod esset contra bonum publicum. l. j. de usufructu. idque maxime in feudis debet obseruari, in quibus vel annalis ratiocinitas solet prescriptioem inducere. c. ij. in fi. si de inuestit. inter do. & val. §. Titius. si de feud. defunc. Nec obstat, quod aduersus Marchionem presentem non potuit prescribi, quia non valenti agere, & c. & quia ex persona sua admittitur, & c. Respondeo enim cum Carolus 4. mutauerit sententiam, & eius Salutien- si ex Ottonis priuilegio presensum sustulerit, non potest (vt supra scripti) ex persona sua amplius Salutien- sis admitti. confirmataque est hanc Caroli 4. mutatio, per tan- ti temporis lapsum, vt amplius de eius valore disputari non possit. l. j. de usufructu. trasfor. c. volumus. 16. q. 4. Pre- terea respondetur, quod cum Palæologi habeant titu- lum, & bonam fidem, prescripserunt aduersus quem- cunque siue natum, siue nasciturum, quod Franc. Cur. Sen. consi. quodam concludit, quæ sententia indubitan- ter vera est: saltem cum prescriptio centenaria proponi- tur. gl. §. de cetero. in Auth. vt de cet. cō. Bal. l. j. C. de an- exceptio. Cur. consi. pe. Nec vnquam auditum à condi- ta legali doctrina fuit: quod aduersus prescriptioem 230. anno. daretur in integrum restitutio. Disputant doctores, & non modica est altercatio, quid in quadragenaria, & non pauci. nec aduersus eam quidem restitutioni locum esse tradiderunt. Dec. cōf. 29. Alex. 71. 84. in j. Socin. 86. 166. Et de ista quæ decies quadragenaria est: nemo vnquam dubitauit, quin nulla restitutio compete- ret. glo. d. §. de cetero. nulla enim æquitas fubeat, quæ hoc dicit. Nec obstat, quod Palæologi videantur in ma- la fide, quo casu nunquam potuissent prescribere. c. fi. de prescrip. respondeo enim id falsum esse, cum enim titu- lo hereditario ex testamento Ioannis vltimi successerint: cum etiã tot priuilegiis & inuestituris, à Rom. Imp. sint muniti, non possunt dici malæ fidei possessores. l. bo- næ fidei. de verb. signi. vbi dixi. Nec in facto verum est Salutiensem vnquam possedisse, & dein de armis per Pa- læologos spoliatum, quo casu videretur impediri præ- scriptio. l. auctoritate. C. vn de vi. l. ij. C. de fund. & lal. rei domi. lib. 12. Alex. an. consi. iij. in volum. v. commeta sunt, quæ probatione indigent, & si opus esset probaretur cō- trarium. & Georgius Merula historia sua lib. 6. ostendit contrariū: & ideo non dixi in re plus q̄ manifesta vltimus insisterendum. Quartum & vltimum fundamentum est: quia si bene inspicatur: supra scriptum priuilegium habet tres partes: in prima confirmatur Aledramo Cor- tes, & iurisdictiones Regni Italici, & oppida nominatim descripta, & respectu huius partis nulla est mentio hereditum, vnde si volumus dicere iure feudi concessa fuisse sequitur, vt morte Aledrami reuera sint ad Imperium, prout tunc obseruabatur ante legem Corradi. d. c. j. §. eū vero. qui fe. dar. pos. Secunda pars est, respectu rerum, quas Aledramus habebat hereditarias, qualis ipse vel ac- quisierat, vel acquisierat erat quarū cōfirmatione habuit, p. fe. & heredibus, de iis nulla est cōtrouersia, sed de feudalibus tantū potuit aut hanc cōfirmatio esse necessa- riapropter aliquam legem prohibitiuam, quam tunc ha- berent in patria illa, & quæ vocaretur Curtem regis ad successione. quod in lege Longobarda satis deprehendi potest. l. j. & l. si pater. l. si quis de success. in Lombard. & l. j. de acquisit. act. regis. Tertia pars est, qua recipit eum cum filiis, & hæredibus, cum omnibus rebus suis, sub regis mundij conditione, sic enim vocabant, quod nūc in salua guardia regis, dicunt. i. vt eadē cōditione sit, qua res seu patrimonium principis. est enim mundium, in lege Longobarda, patrimonium. l. j. qualiter mundoald in Lomb. & ibi glo. apparet igitur mentionem hæredū ex verbis supra scripti priuilegij, nullam esse respectu rerum feudaliū, & ideo non posse ex eo illustre Salutien- sem se iurare. Postremo non omitto: supra scripta omnia ad iudicium petitorium spectare, in casu autem nostro

videtur in primis possessorium expediendum esse. l. in 27 certi. C. de interd. l. ordinarij. C. de rei vendi. in quo iudi- cio nulla est difficultas, quin preferri Illustris. Man- tuæ Ducissa debeat. cum enim ipsa sit proximior agna- ta Mareh. Io. Geor. nuper defuncto, vt quæ sit illi in ter- tio gradu. §. iij. insti. de gradib. non est dubium eam in possessione esse ponendam, saltem per interdictionem quo- rum bon. l. i. C. quor. bono. quod competit hæredi in e- ius bonis, qui ab intestato decessit. Fulg. Paul. l. i. fi. C. de edi. diui. Adr. tol. que cōclusio procedit etiã si de feudalibus bonis agitur, quia nihilominus lex ait, fœ- minam in possessorio iudicio, agnatis masculis preferri- dam esse. c. i. §. i. fi. de feu. defun. cont. vbi doc. laluo agna- torum iure in petitorio, & ita etiã Sufarius Alex. & cæ- teri tradiderunt. l. fi. C. de edi. diui. Adr. tol. Nec hæc res vllam habet dubitationem, præsertim cum dñs feudij se rei tradendæ facultatem habet, nulla enim est ratio eni saluis exceptionibus altiorē indaginem requiren- tibus, possessionem tradere dominus ipse scemine non debeat. c. i. de contr. inuest. c. i. de prohi. feud. alien. in princ. vbi doct. Quæ omnia a deo clara sunt, vt minime operæpretium sit vltius insisterē. Et hæc saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. V. SVMME.

- 1 Legitimitas post mortem patris non potest fieri in præiudicium eorum quibus ius iam quæsitum est immo requiritur eorum consensus.
- 2 Ius adeundi est de iure civilis tantum.
- 3 Postquam adita est hereditas queritur dominium rerum hereditariarum quod est de iure gentium: modus autem querendi de iure civilis.
- 4 Post aditam hereditatem & apprehensam possessionem rerum hereditariarum dominium dicitur quæsitum omnino de iure gentium etiam per modum iuris gentium.
- 5 Princeps de plenitudine potestatis potest legitimare & auferre ius adeundi venientibus ab intestato.
- 6 Ea que sunt mere iuris civilis potest Princeps ex plenitudine potestatis auferre.
- 7 Cum ius aliquibus sit deuolutum non est credendum quod princeps voluerit vti plenitudine potestatis in eorum præiudicium.
- 8 Clausula præiudicium tertio inferens tanquam suadens iniu- stitiam presumitur per nimiam importunitatem extorta.
- 9 Princeps non potest de plenitudine potestatis dominium de iure gentium acquisitum auferre.
- 10 Princeps non potest tollere contractus, propter consensum qui est iuris naturalis.
- 11 Legitimus cum clausula de plenitudine potestatis non potest admitti ad successionem.
- 12 Princeps præiudicans tertio per clausulam plenitudinis potestatis tenetur ipse de suo satisfacere alijs non potest quis virtute talis clausule dominio priuari.
- 13 Non prius transit dominium quam solutum sit pretium cum nemo teneatur habere fidem de pretio.
- 14 Possessori præiudicium euidentis sit si amissa possessione debeat personalit actione experiri ad pretium.
- 15 Princeps concedendo aliquid quod absq̄ clausula de plenitudi- ne potestatis alias non posset male facit & committit peccatum.
- 16 In his que pertinent ad peccatum non videtur obseruanda ple- nitudinis potestatis clausula in Pontifice & quare.
- 17 Papa dicitur frater propter regenerationem baptisimi.
- 18 Gestæ per clausulam supremæ potestatis mortuo ipsi Principe Cassa, irrita que sunt, & quare.
- 19 Populus Romanus nunquam est vsus clausula plenitudinis potestatis.
- 20 Clausula de plenitudine potestatis cum non habeat effectū nisi ex nulla voluntate concedentis eo mortuo cessat voluntas.
- 21 Potestas Papæ vt possit mutare quadrata rotundis est quædiu viuit tantum.
- 22 Papa licet habeat liberam potestatem in spiritualibus tamen in temporalibus actibus non videtur eam habere nisi cum consensu Cardinalium & quare.
- 23 Successor in papatu non debet obseruare malè gesta per prædeces- sores immo ad eum pertinet quæcunque iniq̄ gesta sunt.
- 24 Clausula supremæ potestatis procedit duntaxat in subditis.
- 25 Papa non potest his qui sibi subditi non sunt rerum suarum dominium

dominium auferre etiam ex causa que iste est actus iuris A dictionalis qui non potest exerceri in subditos.

- 26 Papa in bonis Ferrariæ existentibus cui sunt sub Dominio Du- cis non videtur disponere de plenitudine potestatis & quare.
- 27 In Principe ius abierit tollente presomitur causa quoad sub- ditos suos.
- 28 Statutum quod legitimitati non succedant nisi illis qui sue leg- gitimationi consenserunt est validum de iure & consentit cum equitate naturali & etiam cum regulis iuris.
- 29 Quod Principe placuit pro lege habetur.
- 30 Vicarius imperialis ex quacunque potentia sibi generaliter con- cessam non potest auferri ius quæsitum tertio.
- 31 Perempta conditio primi gradus ceteri quoque corrumpit.
- 32 Quandoque conditio si nascitur extenditur etiam ad casum quo nemo sit natus.
- 33 In illis fideicommissis que inducunt onus heredi non est faci- le recedendum à verbis neque faciendum extensio ad casus omisso.
- 34 Vulgaris substitutio per aditionem expirat.
- 35 Verbi communis substituti vis.
- 36 Clausula codicillaris solet vertere substitutiones directas in vim fideicommissi.
- 37 In dubio sit interpretatio vt substitutio duntaxat sit directa.
- 38 Non debet fieri in dubio interpretatio per fideicommissum ex quo fideicommissum est onus.
- 39 Quando aliqui vocantur alternatiue veniant vi vulgaris sub- stitutionis tantum.
- 40 Dicitio postea tractum temporis habet.
- 41 Participium futuri temporis non trahitur ad præteritum.
- 42 Renotatio donationis que fit per natiuitatem subsecutam si- ly non habet locum nisi iam sit natus.
- 43 In vltimis voluntatibus verba intelliguntur secundum tem- pus suum.
- 44 Substitutio ad certum tempus limitata extra illud tempus non producitur.
- 45 Disponens per verba de futuro nunquam intelligitur se res- ferre ad præteritum nisi vtatur verbo subiunctiuo.
- 46 Legitimus censetur renatus.
- 47 Verba testamenti non debent intelligi de natiuitate civilis sed naturali.
- 48 Fictio non habet locum in præiudicium tertij.
- 49 Cum testator certo tempore voluerit quem nasci, vt admittat- tur non attenditur ad fictionem que ex legitimatione in- ducitur.
- 50 Quilibet requisita adesse debet secundum tempus verbi.
- 51 In dispositione loquente de filijs legitimis & naturalibus si dis- ponens sit in equestri dignitate constitutus vel alius nobi- lis non comprehenduntur legitimi.
- 52 Qualitas ditionis nasciturus videtur coherere ipsi natiuitati, vt ideo requiratur nasciturus nasci legitimus.
- 53 Dicitio quoscunque habet vim geminationis & in casu trahitur ad inhabiles.
- 54 Dicitio tempore futuro, quid.
- 55 Filiationem probandam esse etiam plene in petitorio iudicio.
- 56 Vulgo concepti non habent certum patrem & lex presumit contra eos.
- 57 Confessio patris dicentis quem esse filium suum respectu bono- rum suorum potest aliquid operari, respectu vero fidei com- missi: sic bonorum que prouenerunt ab alio nihil debet præiudicare.
- 58 Papa dans amplam potestatem Comiti Palatino eam conce- dit ad legitimum vsum non ad abutendum.

Via priuilegij cuius facta vigore est legitima- tio domini Romani, habet clausulas valde for- tes, & excessiuas. Primo, videbimus de poten- tia ipsius legitimantis. Et in primis sciendum est, quod Barto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de li- ber. & posthum. concludit, quod legitimitas post mor- tem partis, non potest fieri in præiudicium eorum, qui- bus ius iam quæsitum est immo requiritur consensus eor- um. l. pen. ff. de nat. restit. posset tamen Princeps, si vel- let, etiam eis irrequisitis, vt. l. ij. in fi. ff. de nata resti. quod intelligunt doctores, etiam si quis sit legitimatus per Comitum Palatinum. puia habet facultatē vtendi ple- nitudine potestatis Imperialis, agen. c. quod translatio- nem, de offic. leg. Alex. an. consi. clxxxvij. in v. & consi. lxx. in vj. cum concord. Verum quia Bartol. non explicat

de quo iure quæsitio intelligat, distinguunt ibi Dd. triplici modo. sicut & tripliciter acquiri ius hæredi legitimo post mortē antecessoris. Primum est ius adeundi, quod est de iure civilis tantum, secundum gloss. in l. j. ff. de ac- quir. rer. do. secū dum est, postquam adita est hæredi- tas. nam tunc quæritur dominium rerum hereditariarū, & est de iure gentium, sed modus quærendi est de iure ciuili, secundum Bartol. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. Tertium est, post aditam hereditatem, & etiam appra- hensam possessionem rerum hereditariarum quo casu dicitur dominium quæsitum omnino de iure gentium, etiam per modos iuris gentium. l. traditionibus. C. de pac. Circa primum communis est conclusio cum Bar- to. quod Princeps de plenitudine potestatis potest leg- gitimare, & auferre ius adeundi venientibus ab intesta- to, & ita procedit d. l. pen. allegata per Bart. quia ea que sunt meri iuris civilis, potest Princeps tali plenitudine auferre. gloss. & doct. in l. fi. C. si contr. ius, vel vil. pub. & istud dicit Soc. esse indubitabile. cons. lxxij. in iij. Aduer- tendum tamen est, quia tali casu quando Comes legiti- maret, & vteretur tali potestate, videretur q̄ proximo- res quibus delatum est tale ius, cum ad eorum notitiā perueniret, possint appellare, vel per querelā adire Prin- cipem, & facere tolli tale præiudicium. arg. l. iij. C. de pre- cib. Imp. offe. & Princeps debeat hoc facere, vt per Ab- bat. in c. consulti. iij. ad fin. extra. de appellat. & Bart. in l. fi. ff. de app. vbi alleg. Cin. in l. j. iij. q. prin. C. que sit lon- ga cōsuet. & facit, quod notat Felin. in cap. cum omnes. de consi. cum enim ille moriendo censetur reliquisse illis. l. consiciuntur. ff. de iure codicil. non debet legitima- tus admitti contra eius voluntatē. §. sed si nepotis In- stit. de adopt. Item cum ius sit deuolutum istis non est credendum, quod Princeps voluerit vti tali plenitudi- ne in eorum præiudicium. c. hi qui. de præb. in vj. l. si li- bertus autem, ff. de oper. libr. & per Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. versicul. quarta declaratio. extra de consi. im- talis clausula, tanquam suadens iniu- stitiam, præsumitur per nimiam importunitatem extorta. l. j. C. de peti. bo. sub lib. x. Rom. cons. cccxv. & cccxxx. xvj. quod in dubium. Iaso. in l. si testa. C. de testa. Fel. in c. olim. de re iudi. Dec. cons. dlxxvj. Vnde debet superse- deri. arg. leg. si vindicari. C. de pœnis & ipse Imperator vel Pontifex adiri. c. si quando extra de rescriptis, siue q̄ iura Imperialia in illo dominio habet, vt in Duce Medio- lani dicit Paul. de Cast. cons. cccxxv. alias est consi. 34. in 2. de quo per Fel. in d. c. q̄ in ecclesiarum in prædicto loco. Circa vero secundum tps, qn hæreditas est adita, adhuc est magnū dubium: quia tūc cum querat dñum de iure gentiū, videtur q̄ Princeps legitimado, & de plenitu- dine potestatis, non possit sine causa, tale ius auferre, vt gl. & Bar. in d. l. fi. C. si cont. ius vel vil. pub. & ita tenet Bal. in varijs locis relatis per Mod. & ita tenet Pau. de Cast. Al. Are. Socin. taf. Ruy. Lancel. Gal. in d. §. & quid si tantū. A. ret. in l. j. ff. de testa. Fel. d. c. quæ in ecclesiarum. vers. secun- da declaratio. Soci. consi. 14. Et licet aliqui cōtradictū, tū ista videt cōmuniōr opi. vt ibi dixi: sed quæ iste non est casus noster non insisto. Circa tertium tps, qn actualiter appre- hensā est possessio, & dñum est acquisitum de iure gen- tiū, qui est noster, videt magis certū & indubitātū esse, q̄ Princeps non possit et de plenitudine potestatis tale dñū um auferre, vt dicunt doct. in d. c. q̄ in ecclesiarum. sicut nec potest tollere contractus propter consensum qui est iuris naturalis. cap. j. denat. feud. c. j. vbi Doc. extra de prob. Bar. l. iij. C. de fund. patrimo. lib. xj. & tradit Felin. in c. cū olim. in vlti. car. de re iud. & ideo videtur quod legitimitas, etiam cum tali clausula, non possit admitti ad successionem. & dicit Ruy. & Lancel. in d. §. & quid si tantum: quod hoc casu ista opin. est magis commu- niter approbata, & istud sufficeret pro victoria istarum magnificarū fororū. Addam tamē aliquas cōclusiones pertinētes ad intelligētā huius clausule, de plenitudine potestatis, vñ preses consultatio reddat magis clara. Prima cōclusio est, q̄ Princeps præiudicās tertio, per clausulā plenitu-

plenitudinis potestatis, tēnetur ipse de suo satisfacere, alias non potest quis virtute talis clausulæ dominio priuari. l. serui. C. pro quib. caus. fer. & ibi Bal. l. venditor. §. si constat. ff. comm. prad. Archid. c. per principalem. ix. q. iij. tradunt omnes Modern. in d. c. quæ in ecclesiarum quod videtur adeo procedere, vt non prius transeat dominium, quam solutū sit pretium, cum nemo teneatur habere fidem de pretio. l. in ciuile. C. de rei vendi. vbi Docto. & alias fieret præiudicium evidens possessori, si amissa possessione deberet deinde actione personali experiri ad pretium. l. plus cautionis. de regu. iur. vbi Barto. l. itaque in fi. de furt. maximè in casu nostro, in quo agendum esset aduersus potentiorē, iuxta titul. de alien. iudicij. mut. & quæ habetur in §. si. in lit. quib. mod. testa. in firm. Secunda est conclusio, quod si Princeps concedendo aliquid & absque illa clausula, aliàs nō posset, male facit, & committit peccatū secundū Hostien. in summa, qui filij sint legit. ibi, quamuis autem hoc facere Princeps, &c. & ibi, Imperator autem potest auferre, refert Paul. de Cast. consil. xxxiiij. super primo dubio videtur dicendum. ij. vocum in nouissimis. Felin. & Deci. & alij Modern. in d. c. quæ in ecclesiarum in his autē quæ pertinent ad peccatum, nō videtur obseruanda hæc plenitudo potestatis à Pontifice, vt tenent cōmuniter Theologi, quia potestas data Petro propter illa verba, pascite oues meas, de quo in epistola inter claras. C. de summa Trinit. & fide cathol. non fuit data, nisi postquā Petrus ter protestatus esset de amore erga Christum, & sic de innocentia à peccato. Et idem etiam sentiunt Canonistæ in c. nouit. extra. de iudi. vbi concludunt, quod illa verba, si peccauerit in te frater tuus, &c. verificantur etiam in Papa qui dicitur frater propter regenerationē baptismi. c. ad mensam. xj. quæ est. iij. Car. post alios. ca. si Papa. xl. distin. tradit Abb. in d. c. nouit. & ibi dixi in primo not. Tertia conclusio, gesta per clausulam f. supreme potestatis, mortuo ipso Principe, cassa, irrita, sunt, quia nō per potestatem ordinariam, & viam iustitiæ facta sunt, sed quia sic placuit Principi, & nemo potuit illi dicere, cur ita facis? & nihil aliud hoc est quam violentia quæ honestiore vocabulo, à Doctoribus appellatur, suprema potestas: quia quantum sit secundum veritatem, populus Romanus, in eum non transtulit talem facultatem. l. j. ff. de cōstit. princ. sed duntaxat ordinariam, vt commodius respublica administraretur. l. ij. §. nouissime. ff. de origi. iur. l. ij. regimentis Reip. ff. de offic. præf. præto. & ideo nunquā f. populus Romanus vsus est tali clausula, vt dicit Bal. in tit. de pac. cōstit. verbo, libellariæ, & alias dixi in l. debitorum in fi. C. de pac. in l. ii. in fin. C. de in ius voc. cum ergo talis f. clausula effectum non habeat, nisi ex nuda voluntate concederis, eo mortuo, cessat voluntas. l. 4. ff. loc. l. non solum. §. morte. de oper. noui nunt. per Bart. & Docto. in l. centesimis. §. ff. de verbos. obligat. & q. notat Anto. de Butrig. in cap. cum venissent. de iudic. vbi dicit q. f. potestas Papæ, vt possit mutare quadrata rotundis, est quandiu viuit tantum. & quod mox dicam sequenti conclusione. Quarta conclusio, licet f. Papa habeat liberam potestatem in spiritualibus, propter illa verba, Tibi tradam clauas, &c. tamen in temporalibus arduis, non videtur eam habere, nisi cum consilio Cardinalium, quia Imperium rerum temporalium nō est in capite solo, sed etiam in membris, & ideo si aliquid ardui, sicut est auferre ius alterius, faciat absq; consistorio, post eius mortem extinguitur, & f. successor obseruare non debet, imo ad eum pertinet, quæcumque iniquæ gesta sunt abolere. Card. consil. cxxxviij. incip. ad quemdam. Card. & Imol. cap. ex gestis. de cleric. extra. de cōstit. & dixi in l. placet. C. de sacrosan. eccl. vbi concordatū opinionem scribentium, distinguendo temporalia, à spiritualibus, videtur autem talis potestas fuisse reuocata per Papam modernum, per regulam Cancellariæ. num. xlvij. vbi ordinat, quod in istis legitimationibus ponatur clausula, sine præiudicio venientium ab

intestato, &c. de qua per Felin. in c. cum olim. de re iudi. Socin. consil. xli. in iij. volum. Et istud est verisimile in casu nostro, in quo adest quædam confirmatio Clementis, quia morte Leonis alias extincta fuisset dicta facultas, nulla autem adest confirmatio Pauli. Vnde putauerim, quod ad eam clausulam attinet, censeri potestatem Comitum Palatini esse reuocatam. Quinta conclusio est, q. f. clausula supremæ potestatis, procedit duntaxat in subditis, his enim qui subditi non sunt, non potest Papa rerum suarum dominiū auferre, etiam ex causa, quia iste est actus iurisdictionalis, f. qui non potest exercere, nisi in subditos, secundum Paul. de Cast. consil. 287. primum dubium. in primo volum. in nouissimis. Et idem consil. cxxvj. præsupposito. in antiquis. quæ referunt, & sequitur moder. in d. c. quæ in ecclesiarum, maxime Deci. Socin. inter consilia Francisc. de Curt. Senio. consil. xv. idē Socin. consil. xxvij. in iij. & dicit Deci. in præallegato loco, sufficere, quod quis sit subditus ratione rei cuius dominiū aufertur, argument. c. sane. de foro competens. facit l. forma. §. si verò. ff. de cens. quo verò ad non subditos, omnes fatentur dictam clausulam, nihil operari, vt etiam dicit Bal. in prom. feu. versic. item dicit And. de Ifern. vnde infert Franc. de Cur. Senior, consil. lxxv. incipiente, super præmissa. Quod non extenderetur hæc facultas ad bona secularia clericorum, non subiecto Pōtifficali iurisdictioni, secundū Ioann. de Imol. in Clemen. j. vt lite pendens. quia Papa non potest ad libitum disponere de bonis temporalibus clericorū, cum bona ipsa non sint illi subiecta. cap. constitutum. de relig. domib. vbi Abb. post Butrig. & idem Abb. in c. cum dilectus. extra. de iure patronat. quod si hæc clausula non operatur respectu clericorū in patrimonialibus multo minus respectu laicorum in terris in feudatis Duci, vt mox dicemus. Sexta conclusio, f. Papa in bonis Ferrariæ existentibus, cum sint in dominio Ducis, non videtur posse disponere de plenitudine potestatis: quia illam nō habet, sed omne ius suū transtulit in Ducem, reseruatō sibi certo censu, probatur hæc conclusio, quia videmus, quod Dux ipse est in quasi possessione dictæ clausulæ, respectu subditorum, non autem Papa, quæ quasi possessio sufficit, quantum sit in hoc iudicio. l. sicuti. §. si queratur. ff. si fer. vend. & habetur per Barto. in l. quidam in suo. de condi. instit. item probatur per Clemen. pastoralis. versic. denique. de re iud. vbi ex tali clausula non sustinetur defectus citationis respectu locorum in feudatorum, & est ratio, quia sicut nō operatur erga ipsum Ducem, cui est ius quæsitum, mediante contractu feudi. c. j. de nat. feud. in princ. & ibi Bal. ita nec debet operari erga subditos ipsius Ducis, nec derogare statutis Ducalibus, prout tenent Angel. consil. ccl. incipiens. pro decisione. & Paul. de Cast. in allegato consil. xxxiiij. & per Fracil. Cur. dicto consil. lxxv. versic. Et fortius, etiam si Imperator. Septima conclusio, f. in Principe, ius alterius tollente, licet præf. matur causa, quo ad subditos suos, secundum Innocen. in cap. inquisitioni. de sentent. excommun. tamen hoc procedit in simpliciter subditis, non autem in ijs qui venissent in dedicationem certis fœderibus, vt quia reseruat sent sibi suas leges, & priuilegia: tunc enim quantum ad plenitudinem potestatis non dicuntur subditi. l. non dubito. ff. de capt. & tali modo maior pars status pontificij ei subiectus est vt alias dixi in tract. præsumptionum. 3. lib. versic. viij. in fin. & in cap. cum contingat. in vlt. not. extra. de iure iur. Vnde multo minus debet hæc clausula operari respectu Ferrariæ, quæ omnia recognoscit à suo Duce, licet saluum sit ius directæ superioritatis ipsi Pontifici, versus Ducem. Octaua conclusio est, f. statutum, q. legitimati non succedant, nisi illis qui suæ legitimationi censenserunt. est validam de iure, & consentit cum æquitate naturali, & etiam cum regulis nostri iuris. §. sed si quis nepotis. in lit. de ad opt. per Alex. consil. xxxvij. in princ. j. volum. And. Sicul. consil. lvij. ij. volum. Curt. consil. xix. ad fin. nec tali statuto potuit etiam in specie derogare per Imperatorem, vel Papam, quia non potest

Papa,

Papa, quāuis dominiū, directe auferre ius Ducis habentis vtile dominiū, cum statutum, non de iure legitimationis disponat, sed de bonis ipsis quæ sunt in territorio Ducis, & de se patet per supradicta, & per Bartol. in l. iij. C. de fund. patrimo. lib. xj. per Paul. de Cast. cōs. supra allegato. per Dec. in dicto cap. quæ in ecclesiarum in vlt. chart. versic. præterea, & secundo. & ita videtis pissime feruari Mediolani, vbi viget simile statutum, nec attenduntur clausulæ derogatoriæ, positæ in priuilegiis Comitum Palatinorum, indultis à Cæsare, quia cancellariæ Principum solent esse admodum liberales istarum clausularum. Et certe plurimum in re est excellentissimi Ducis, non admittere hanc corruptelam in Ducatu suo. Noc obstat l. j. ff. de constit. princ. vbi q. Principi placuit habere pro lege, quia intelligitur, dum modo concordant cætera requisita ad leges, vt ibi per Ias. ex quibus maximum requisitum est æquitas, & ratio naturalis, nec ius alterius tollitur. can. erit autem lex. iij. distin. Nec obstat l. disputari. C. de crimin. sacrileg. & l. sacrilegij. C. de diuers. rescrip. Respondeo enim, quod non procedunt in ijs quorum flaminia legitur ciuis atque latina, vt supra in tertia & quarta conclusione. item nec respectu nō subditorum & aliis casibus supra positis: ex quibus limitatur conclusio dictarum l. Nec enim obstat comminationes & fulminationes excommunicationum factæ iudicibus, si non pareant: quia defectu potestatis, seu iurisdictionis infirmat hæc omnia. gloss. in Clemen. j. verb. non obstante, de caus. possell. & propri. Innoc. in cap. literis. de offic. delegat. Doct. in l. prima. C. si à non comp. iudi. in l. de pupillo. §. qui opus. de ope. nou. nuntia. Nec etiam obstat quæ cumulant Doctores de virtute clausulæ istius, & similibus. de quo per Bald. in l. ij. C. deser. & aqua. Alex. in l. quamquam. C. de testam. milit. Decius consil. cxcj. cclxxij. cccxc. ccccij. ccccxv. cum similibus, quia responderet secundum supradicta, scilicet quod procedunt in casibus, in quibus habet Papa, vel Imperator potestatem hoc faciendi. Et certe nisi fuisset magna contentio istius Comitatus cū ipsi concedere, propter tot clausulas insolitas: esset præsumptio falsitatis istius priuilegij, quia non solent Principes talia indulta concedere, vt dicunt Doctores in cap. ij. de rescrip. & per Abba. in cap. ex parte ij. de appellationi. & facit quod notat Rapha. Cuman. consil. clvij. in i. dubio. vbi f. vicarius Imperialis ex quacunque potentia sibi generaliter concessa: non potest auferre ius quæsitū tertio: & faciunt, quæ habentur per Felin. in cap. si quando. extra. de rescrip. Transcamus nunc ad testamentum d. Camilli: & videamus nunquid præfatus legitimatus posset aliquid ex eo consequi. In primis ergo videndum est: an subit aliquod fideicommissum: & certe substitutiones in eo testamento factæ, propter imperitiā, vt apparet, notarij sub adeo confusæ: vt varios intellectus accipere possint: de quibus in præsentia nō arbitror operari esse particulariter disputare: sed solum attingam illum qui mihi videtur probabilior: & magis contentaneus, non tam verbis, quam menti testatoris. Is est, quia cum testator particulariter, & de usufructu omnium bonorum, & de dimidia redditu disposuisse, subiecit, post mortem verò d. Genebræ, instituit & substituit quoscunque masculos, &c. quibus verbis, repetit primam institutionem prius factam, & plenius eam confirmat: vt pleno iure facta censetur: non autē deducto usufructu, sicut prima erat. l. si re solū. §. primo. ff. de hæred. insti. vbi not. l. quod traditum. ff. de condi. & demon. videtur autem non subesse aliquod fideicommissum duabus rationibus. Prima, quia testator omnes illas substitutiones facit in casu nasciturorum masculorum, quæ conditio defecit, quia nemo natus est: f. vnde perempta conditio primi gradus, cæteri quoque corrunt. l. si mater. §. j. ff. de vulg. & pupil. Ange. Raph. Imo. Aret. in l. quædiu. vltima. ff. de acquiren. hæred. Alex. consil. j. Et licet f. quandoque

nemo sit natus. l. si. C. de instit. & substit. tñ hoc nō procedit, qñ testator expressè distinxit casu nasciturorū masculorum à casu nasciturorū feminarū. l. quarta. verb. tantummodo. ff. de vulg. l. Lucius. ij. §. quæ habebat ff. ad Trebell. l. si ita. ff. de liberis & posth. & in l. cum ex filio. §. j. ff. de vulg. & not. Deci. in l. quamuis. C. de impub. maxime cum adiecerit testator illas clausulas limitatiuas, tunc, & eo casu, & c. de quibus per Decium in d. l. quamuis. & consil. 315. & Socin. consil. xxv. cum similibus. Secunda est ratio, quia d. Hercules, cum fratribus suis, est vocatus sub pluribus conditionibus, quarum nulla eurnit. Primo enim sunt instituti filij si extarent: & nemo vnquā est natus. Secundo, si decederet substituti sunt filij d. Caroli & ipse nullos filios habuit. Tertio nō existentibus filijs, est vocatus d. Carolus, post mortem tamen Genebræ, & fideicommissum fuit caducū: quia ante eum perit d. Carolus l. vnica. §. in autem. sub conditione. C. de caduc. tollen. Vnde videtur, quod substitutio ipsi d. Carolo facta de d. Hercule, & fratribus euauerit: vt in simili consuluit Alexand. in allegato consil. j. Oldr. consil. cxlj. Ioan. Andr. in Specu. de testam. §. j. Rom. d. l. quandiu. Socin. consil. lxxvij. in iij. Ruy. in l. j. ff. de vulg. vbi etiam alij. Modern. hoc tenent, & facit tex. in l. Titio vsus fructus. de conditio. & demonst. & maximè, quia f. in illis fideicommissis quæ inducunt onus hæredi, non est facile redeundum à verbis neque faciendū extensio est ad casus omisso, secundū Anchar. consil. cclxxvij. Angel. l. j. & xcij. Signor. xxj. Rom. cxxxj. & cxxxvij. & Ioan. de Ana. l. vj. Fulgo. xlix. Alexan. cxvij. in secundo. Socin. cclix. & lxxvj. in tertio. Dec. lxxxix. cum similibus. sed circa hoc nō insisto vterius, quia res est clara etiam per alias rationes. Secundo videndum est, posito quod casus substitutionum euenisset, qualis sit in casu nostro, fideicommissariæ, an vulgaris sit substitutio, quia si esset sola f. vulgaris, per additionem factā à dominis Hercule, Guidone, & Laurentio expirasset, adeo quod frustra iste legitimatus peteret admitti. l. post aditam. C. de impub. Et verba testamēti sunt, Si postea d. Carolus decederet sine filijs masculis, instituit, & substituit dominos Herculem, Guidonem & Laurentium, & quoscunque eorum filios masculos legitimos ex eis nascituros, equaliter, &c. cum enim testator vsus f. sit verbo communis substituit, videretur fideicommissis in fauorem filiorum, vis enim verbi communis, & subaudita dictio, successiue, hæc infert. Si enim testator dixisset, instituo, & substituo cōsanguineos, & successiue eorum filios, videretur verba respectu fideicommissi clara esse. cap. j. de testam. in vj. Dec. consil. cccxxxj. ergo idem dicendum si subaudiat. l. cum quid. ff. si cert. per. & ita tenet Paul. de Cast. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthum. subauditio autem fit propter naturam compendiosæ substitutionis, quæ tractum temporis habet, vt apparet hic ex dictione, & postea, & dictione nasciturus, vt dicunt Modern. in dict. §. quidam recte. quæ sententia saltem debet obtinere, stante f. clausula codicillari, quæ directas substitutiones soler vertere in vim fideicommissi, vt sentit Socin. in d. §. quidam recte. & respondit in consil. vj. in iij. volum. & xcij. in iij. & est de mente Doctorū in l. si frater. C. de fideicommiss. videturque hæc fuisse mens testatoris propter subiectam rationem, dum dicit, vt bona suæ hereditatis remaneant inter suos consanguineos, & nepotes de Strozis, quæ ratio sui natura ampliat procedentem dispositionem. l. pater. §. filiam. ff. de legat. tertio. & quod habetur per Barto. in l. qui habebat. de hæred. insti. Socin. consil. xliij. lvij. in iij. Dec. xxij. clxxxij. cum similib. Sed tamen ius non obstantibus, puto in casu nostro contrarium esse verius: quia quicquid dixerit Paul. de Cast. in dict. §. quidam recte communis opinio est contra ipsum, quod ista substitutio verbis communibus facta, non censet vocare filios virtute copulæ: nisi duntaxat per vulgarem substitutionem, f. in dubio enim fit interpretatio, vt substitutio duntaxat sit directa, l. verbis. ff. de vulg. c. j. de testam.

31

32

Conj. Andr. Alc.

P

35 in vj. nec facili fieri debet interpretatio per fideicommissum ex quo fideicommissum est onus. l. Lucius. §. tres hæredes. vbi Dyn. Jacob. Alberic. ff. ad Trebell. & hæc est in casu nostro communis sententia, sicut enim quando alternatiuè aliqui vocantur, veniunt vi vulgaris substitutionis tantum. l. cum pater. §. pe. de leg. ij. l. hæredes mei. §. si. ad Trebell. quæ etiam in fideicommissis locum habet. l. vt hæredibus. ff. de leg. ij. ita & quando coniunctim eo casu filij sunt vocati, quo coniuncta ordine successiuo accipiuntur, secundum Raph. Cum. Aret. Alex. cæteros Mod. in d. §. quidam recte. & in hoc casu consuluit Alex. consil. xij. visis & perlectis. in 4. volum. & in consil. seq. quod fuit Ant. de Prato veteri. Dec. cõs. 287. cum similibus. Et verisimile est in casu d. Ale. in testamento fuisse clausulã codicillare, & tñ concludit, filios ex sola vulgari admittendos esse, sicut etiam in allegato casu Decij. consil. 287. & 91. vbi concludit suprascriptã opinionem esse veriore, etiam stante dicta clausula, quoties non appareat de mente testatoris volentis fidei committere vt per Dec. in l. precibus. C. de impub. Bal. cõs. clxx. volum. v. in casu enim nostro ¶ dictio & postea, quæ tractum temporis habet respectu ipsorum fratrum consanguineorum duntaxat apponitur, non autem respectu filiorum: quia quod ad eos attinet, nullus est tractus temporis, sed copulatiuè cum parentibus vocantur & ideo decisio Bald. in distal. verbis. ad casum nostrum non pertinet, quæ quidem in se videtur vera, & de mente Bartol. in l. j. q. xvj. ff. de iur. codicillo. & faceret, quod dicti fratres propter dictam clausulam, quamuis vocati verbis directis, vel communibus, admitterentur ex fideicommissio, sed quæstio nostra est circa vulgarem, quæ potest fieri, & in legatis particularibus, & in fideicommissis. d. l. vt hæredibus. de legatis ij. Dico autem, quod vigore dictæ coniunctæ sub qua sunt vocati, duntaxat inest vulgaris: quia coniuncta nullum habet tractum: secus si haberet, puta, quia dictum erat ex nobilissima familia, & successiuè quoscunq; filios. vnde cum non sit talis dictio, putauerim verius esse, quod sola vulgaris in hoc fideicommissio adsit. Nec obstat allegata ratio, vt bona suæ hæreditatis remaneant inter suos consanguineos, & nepotes, & c. quia hæc ratio nihil infert respectu do. Romani, qui non est consanguineus, nec nepos, sed filius consanguinei: satisque apparet dictam clausulam respicere ad filios d. Caroli supra vocatos qui futuri erant nepotes testatoris, & ad consanguineos, id est d. Herculem, & fratres suos, non vltra ad eorum descendentes. Tertio videndum est, an possit dici iste legitimatus esse vocatus ex dicta substitutione? Et mihi videtur, quod non, ex duplici capite: primo, quia verba vocant d. Herculem, & fratres & quoscunq; eorũ filios masculos legitimatos ex eis nascituros, cum enim tempore testamenti, vt asseritur in fratre, iste iam natus esset illa dictio nascituros, verificari non potest, quia participium futuri temporis non trahitur ad præteritum l. si iam facta. ff. de condit. & demonstr. l. Titius. §. Lucius. per locum à speciali de libe. & posthum. & not. in l. Plotiana. ff. de iur. codici. & prouiso Galli si posthumus nascetur. non trahebatur ad testamentum præteritum, si iam natus esset, vnde necessaria fuit prouiso legis Vel leix. l. Gallus. §. nunc de lege, vbi Bartol. ff. de liber. & posthum. & ¶ reuocatio donationis, quæ fit per natiuitatem subsequitur filij, non habet locum, si iam sit natus, secundum Bartol. l. Titia. §. Imperator. de legat. ij. adeo, quod in casibus, quibus legitimatio operaretur hunc effectum, non tamen operatur, quando filius iam esset natus: deinde post donationem legitimaretur, vt in simili per gloss. in §. item nõ aliter. verb. quartam. inffit. de adop. & est communis opinio, vt per Ias. dict. §. & quid sit tantum. & regula est, quod in vltimis voluntariis verba intelliguntur secundum tempus suum. l. si ita legatum. §. final. de legatis secund. l. si ita legatum esset. ff. de aur. & argento leg. vbi Bartol. & per eum dicitur in l. hoc articulo, in princip. ff. de hæred. inffit. & sub-

stitutio ad certum tempus limitata, extra illud tempus non perducitur. l. si ita. l. si pater impubes. & l. sequen. ff. de vulg. & habetur in l. commodissime. ff. de liber. & posthum. Angel. l. i. §. fin. l. si pater filium. ff. de vulg. & ¶ disponens per verba de futuro nunquam intelligitur se referri ad præteritum nisi vtatur verbo subiunctiuo. l. ex eo. l. cum certus. vbi Bartol. de trit. vino. oleo. que leg. & habetur in d. l. Plotiana. & in l. verbum erit de verbor. significa. Nec obstat, quod deinde fuit iste ¶ legitimatus, vnde censetur tunc renatus, vt dicitur in §. liceat. verb. de cætero. in authent. quibus mod. nat. effi. leg. respondeo, quod ¶ verba testamenti debent intelligi naturaliter, non autem de ista natiuitate cuius. l. si. C. de iis qui ven. ætat. impet. Secundo respondeo, quod licet coniungantur ista tempora per fictionem legis: tamen eo casu nõ habet locum in præiudicium tertij, puta, qñ quis est legitimatus post mortem patris, abque consensu venientium ab intestato, tali en casu nõ fingitur retro in legitimatiõne, vt dicitur omnes in d. §. & quid si tantum, & est tex. cum glo. in §. filium. & §. illud. in d. authent. & quod habetur in c. quamuis. de rescrip. in xj. loã. And. in cap. sing. culpa. de regul. iur. in mercurialibus Doctores in rubric. ff. de liber. & posth. vbi dicunt quod ad præiudicium tertij hunc non haberi pro posthumo, & consequenter non censeri tunc renatum. Tertio respondeo quod quod ¶ cum testator, certo tempore voluerit eũ nasci, vt admittat, nõ attenditur ad fictionem q̄ ex legitimatiõne inducitur, vt dicit Bald. in l. in testamento. quæstio. ix. C. de testa. mil. allega. text. in l. Aurelius. §. de lib. leg. facit l. denique. in si. ff. ex quibus caus. maior. refert & sequitur Alex. in l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. & facit quod notat idem Bald. consil. xvij. incip. super legitimatiõne. in iij. volu. ¶ debet enim qualitas requisita adesse, secundum tempus verbi, vt dicunt omnes in l. ex facto post Bar. ff. de vulg. & per Alex. consil. v. in vij. volum. Aliud caput est, quia testator erat ex nobilissima familia, & in equestri dignitate constitutus, iuxta l. i. C. de equest. dign. lib. xij. & qui verisimiliter non esset passus, qñ in sua hæreditate successisset spurius, quæ casu in ¶ ditione loquente de filiis legitimis & naturalibus, nõ comprehenduntur legitimati. l. ex facto §. si quis rogatus. ff. ad Trebellia. vbi Angelus & cæteri notant, & per Socinum. l. Gallus. §. si eius. versiculo secundus casus. ff. de lib. & posthum. & Alex. consil. j. & consil. xciiij. in primo. & maxime in casu nostro propter ¶ ditionem, nascituros, quæ qualitas videtur coherere ipsi natiuitati, vt ideo requiratur eos nasci legitimatos. d. l. ex facto. & consuluit Alex. d. consil. v. in vij. & sentit Bald. in d. §. si eius. & Angel. in disputa. incipien. nobilis quidam. Sed in casu nostro dubitationem facit ¶ dictio, quoscunq; quæ habet vim geminationis: & trahitur etiam ad inhabiles, vt per Ias. in Procem. feud. Hippo. Marfil. in l. vnus §. cogniturum. ff. de quæst. & dixi in l. i. C. de sacrosã. eccle. Sed tamen puto contrarium, cum enim in casu nostro adiecta sit ea ¶ dictio, tempori futuro, & inducat nouam prouisionem, restringitur ad habilitatem, vt dicunt doctor. post Bar. in l. i. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nun. And. Sicul. consil. i in ij. volum. Dec. consil. cccj. & per Bald. in §. donare, quemadmodum feud. amitt. & hoc maxime est dicendum in casu nostro in quo alias qui iure cõmuni indigni maculosique sunt, ad beneficia legitimorum admitterentur. l. Lucius. §. Lucius. ij. de lega. ij. gloss. §. quod si delinquentes. verbo. nocentes. in authent. de mand. princip. Alexand. in l. i. ff. si cert. pet. Quarto & vltimo est videndum, nunquid iste possit tanquam filius domin. Hercule. ad suprascripta bona admitti. Et quidem, verba testamenti vocant filios naturales & legitimatos: oportet ergo, quod probet qualitates requiritas. Et q, si legitimus, satis videtur probari ex charta legitimatiõnis: quod verum sit filij? domini Herculis, hoc probandum est, cum enim ipse simpliciter affirmatiõnem eius cum legitimaugur: non tamen ex eo probatur

probatu filiatio: cum enim non constet quod agnitus sit a patre, cum & hæc legitimatio facta sit post mortem eius: per multos annos, absurdum esset credere, quod inde probaretur filiatio. Et cum præsumptio sit contra eum, quia ¶ vulgo concepti non habent certum patrem, & lex præsumit contra eos. l. v. ff. de in ius voc. l. cum legitime. l. vulgo. de statu homi. l. al. cõs. ij. versic. quarto, & c. in iij. adeo vt nec in bonis quidem patris qui est pro filio habuit vllam deferat successiõnem, nisi ex ventre custodito sit natus. auth. licet. C. de natu. liber. cum non subsit ratio, cur magis illius, quàm alterius esse possit, secundum Abb. ca. j. innouit. de elec. Et licet ¶ confessio patris aliquid possit operari respectu bonorum suorum: tamè respectu fideicommissi, & sic bonorum, quæ pro uenerunt ab alio, nihil debet præiudicare. l. fideicommissum. ff. de condit. & demonstra. imò cum præsens quæstio pertineat ad iudicium petitoriũ, oportet plenè probare filiationem, nec satis esset, si probetur confessio, vel tractatus. l. non nudis. vbi Cyn. Bartol. Bal. C. de proba. Per. Cyn. Bal. Alberic. Salic. l. non ignorat. C. qui accus. pos. Bal. consil. clxxx. mortuo filio. in tertio. & in c. per tuas. de proba. l. al. l. neque professio. C. de testa. & ista videtur magis communis opi. vt alia dixi, in iij. par. trac. de præsump. vers. xxxvij. & c. & cum istæ probationes sint factæ, ¶ vltimer me non extendo. Et cum suprascriptis appareat multas rationes obstare huic legitimato ne possit admitti ad fideicommissum istud, non debuit Comes Palatinus eum simpliciter legitimare parte non citata, & in præiudicium tertij, sed debuit causæ cognitionem adhibere, quæ si non est adhibita, nõ sustinetur actus, & tali casu clausula, ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, parum operatur, vt dicunt Do. de Rora, decis. cxxx. in cip. Papa cõfirmando. allegant Spec. in tit. de legato. §. nunc ostendendum. vers. xv. & idem etiam tenet Alex. consil. cxcv. incip. assumo, & c. in secũdo. Socin. consil. clxiiij. versic. sed ad ista. Cur lun. consil. clxx. vers. præterea. quia quãuis

58 Papa huic Comiti dederit amplam potestatem, tamen eam concessit ad legitimatum vsum, non ad abutendum l. cum hi. §. si prætor. ff. de tran. fact. & maxime hoc dicendum in casu nostro, in quo apparet, quod talia legitimatio est facta à præfato Comite extra territorium Patriæ, id est Pisis, & de persona non subdita, id est, Ferrarienti, quia spurij sequuntur ventrem. vnde non potuit causæ cognitio adhiberi, per ea quæ notat Decius cõs. cl. versic. iij. de qua re & aliis articulis plura potuissent scribi, sed quia res agitur coram dominis consilii ariis cõsummatissimis iuriconsultis, hæc mihi visa sunt sufficere. Et hæc omnia saluo semper sano iudicio, & maxime sanctissimi domini nostri Papæ, circa ea quæ suprascripti de clausula, suprema potestatis.

CONSILII VI. SVMMÆ

- 1 Legitimatus habetur pro verè legitimo & debet succedere fratri legitimo tanquam proximiori agnato.
- 2 Legitimatio quæ respicit integritatem persone nõ potest dici limitata quamuis restringatur effectus succedenti, quia est quid diuersum ab ipsa legitimatiõne.
- 3 Qui non sunt plenè legitimati non succedunt actiuè vel passiuè agnatis.
- 4 Quando aliquid semel est in esse deductum plenariè tã respectu substantiæ quàm effectus, si deinde limitetur vel alteretur effectus substantia semel in esse deducta durat.
- 5 Quando à principio res in esse deductur cum effectu limitato tunc non dicitur plenè deducta.
- 6 Cum filius familiaris miles possit testari verum erit dicere quod quoad testamentum lex sineo eum patrem familius.
- 7 Legitimatiõnem cum effectu limitato dispensatiõnem esse.
- 8 Legitimatus naturalis succedit agnatis spurius verò non.
- 9 Vitium illegitimitatis quo laborant spurij est de iure diuino vnde Princeps non potest verè legitimare, sed solum sibi.
- 10 Quando quis est spurius lex habet eum pro vulgo concepto.
- 11 Licet pater tractet filium spurium pro filio illa tractatio non infert aliquid respectu agnatorum qui inherere debent præsumptioni legis & cum habent pro extraneo.

12 Spurius non potest dici legitimatus ab Imperatore, sed solum dispensatus: nam legitimatio tunc dicitur quando retro fingitur quem legitimum quæ fictio procedit instar veritatis.

13 Ad hoc vt legitimatus habeat successiõnes actiuas & passiuas respectu agnatorum oportet quod hoc sit specialiter dictum in legitimatiõne.

14 Illud quod venit in consequentiam non dicitur ex pressum.

15 Verba generalia negatiuè prolata secundum sui proprietatem debent generaliter intelligi.

16 Negatiuè natura est omnem modum negare.

17 Plus negat negatiua quàm affirmet affirmatiua.

18 Dictionis non aliter natura est vbi.

19 Inducta in augmentum non debent operari diminutionem: Dicitur ita quod, quid denotet.

Multa deduci possent, in proposita quæstione, sed perstringendo articulum, & ea solum attingendo in quibus est difficultas, videretur prima fronte pronuntiandum esse pro Ioan. Francisco legitimato, seu eius hæredibus, & id vnicaratione: nam cum Ioan. Francisc. sit ¶ legitimatus, habetur pro verè legitimo, & debet succedere Paulino fratri legitimo tanquam proximiori agnato, vt habetur in l. communium. C. de nat. liber. per Ioan. And. in Specu. tit. de success. ab intest. §. j. versic. sed ex facto. Ang. cõs. xvij. incip. Comes Brandisus. & consilio lxxxvij. incip. Spurius naturalis. cum concordan. per Alexand. consil. ij. in j. consil. cxxxix. eodem lib. l. si in l. si quis pro emptore. in iij. quæ princ. versic. octauo, & cæt. ff. de vsuacp. Nec obstat si dicitur, quod istud procederet, si Io. Franc. esset plene legitimatus, & ita loquuntur prædicti Doct. sed in casu nostro videtur potius solũ dispensatus, ex quo forma fuit addita legitimatiõni, vt videlicet succedere rer in hæreditate paterna vsquid ad mille ducatos auri, per quæ verba coarctatur ipsa legitimatio, & consequenter, transit in nomen dispensationis, vt alias consuluit Ray. de Forli. cum quo transit Paul. de Cast. in l. pactũ quod dotali. in fi. C. de. edlla. in lege. j. C. de iur. au. an. in lege. sed & si. hac lege. §. patronum. ff. de in ius voc. cum concord. per Alex. consilio vltimo. volum. j. Nam ad hoc responderi potest, quod cum in legitimatiõne sit generaliter restitutus, naturalibus & ad primæ uia natura, per verba prægnantia, licet sit addita illa restrictio quoad successiõnem, non tamen per hoc dicitur dispensatus, sed potius remanet plenè legitimatus, quia ¶ legitimatio quæ respicit integritatem persone non potest dici legitima, quamuis restringatur effectus succedendi, quia est quid diuersum ab ipsa legitimatiõne, per Bar. in l. is potest. ff. de acquir. hæred. & ideo vnum potest esse absque altero, vt habetur in §. quod autè in fti. de capi. dimi. Roma. consil. lxxxij. incip. quoad id. & in proposito ita concludit Soci. consil. cclxvj. incip. eleganter. Cur. consil. lxxxij. vers. secundo respondemus. & nouissime per multa consuluit Dec. consil. cclvij. Sed tamen istis non obstantibus, sentio Ioan. Franciscum reuicendum esse ab hac successiõne, & hoc pluribus rationibus Prima est, quia iste dicitur potius dispensatus, quàm legitimatus. Et clarum est, quod ¶ qui non sunt plenè legitimati, non succedunt actiuè, vel passiuè agnatis. d. l. communium. C. de natu. libe. & §. filium. in authent. quib. mod. natur. effi. sui. ponderando rationem. ibi facimus eum velut ex quadam machinatione cognatam. & per Bart. in c. per venerabilem. circa medium, extra qui fil. sint leg. & ibi Card. versic. ij. quæst. est. de qua principaliter, & Anto. de Rosel. in tract. legit. in fin. iij. lib. Nec obstat ratio præallegata, dũ dicitur, quod cum ad statutum persone istæ sit generaliter restitutus, quãuis effectus successiõnis sit limitatus, nõ tamen per hoc dicitur minus legitimatus. Nam respondeo q, qñ aliquis semel est in esse plenariè deductus, tã respectu substantiæ, quàm effectus, si deinde limitetur, vel alteretur effectus, substantia semel in esse deducta durat. l. si. ff. vnde lib. Sed quando à principio ¶ res in esse deductur cum effectu limitato, tunc non dicitur plenè deducta, & it

sentiant Doctores, & in primis Bartol. in l. quæsitum. alia. l. si tibi. ff. de adopt. in suis recollectis, prout eum allegat Alexand. in dict. consilio ultimo. ubi argum. illius text. dicit talem legitimum cum prædicta limitatione ceteri dispensati, & tamen in illo text. adoptio erat absoluta. licet per pactum esset permittum infra tempus emancipare, quod pactum tanquam separatum non debuisset, attenta ratione Decij, alterare naturam adoptionis. Idem sentiunt omnes scribentes, allegantes pro hac conclusione text. in ca. j. de matr. ad morg. contr. nam ibi filij nati ex tali matrimonio sunt verè legitimi, licet excludantur per reservationem, à successione: & sic sentiunt, quod dato, quod quis sit plene legitimus quoad personam, si tamen excludatur à successione, dicitur dispensatus. Idem etiam sentit Bar. in l. si is qui pro emptore. versic. dixi, quod hoc fallit, & c. ff. de vscap. d. dicit, quod cum filius fam. miles possit testari, verum erit dicere, quod quo ad testamentum lex fingit eum paterfamilias. l. ij. ff. ad Maced. sequitur Alex. cons. xxix. in iij. ecce ergo. quod per effectum inducitur fictio respectu substantiæ. Vnde verè erit dicere in casu nostro, quod quo ad succedendum patri, ultra præsuppositionem taxatam in legitimatione lex habet eum pro spurio: cum ergo partim sit spurius ex dispositione legis, partim legitimus, sequitur quod non est verè legitimus, sed dispensatus: & illam doctrinam Bar. ad materiam istam inducit etiam Bened. de Plumb. in disputatio. sua incip. statuto Pisano. in j. dubio. idem expressè tenet Paul. de Cast. in l. si ab eo. C. de legit. hære. & est de mente omnium scribentium, de quibus per Alex. in d. cons. ultimo & Cur. in d. cons. lxxij. circa quem passum, qui simpliciter dicunt, quod legitimus cum tali reservatione dicitur dispensatus. & sic volunt, quod per quacunque exuberantiam verborum quis sit legitimus, dum modo ad sit talis reservatio, semper dicitur dispensatus: cum enim dicunt de legitimo, ea appellatione censentur intelligere quemlibet amplissime legitimum, & ad primæua iura naturæ restitutum. ut dicit Card. Alex. in d. c. per venerabilem. §. quod autem. versic. vnum autè solum. idem tenet Ang. cons. xvij. & Aret. §. & quid sit tantum. & hoc clarius sentit Anton. de Butr. & Car. Alex. in d. c. per venerabilem. dum dicunt, eum qui sit legitimus in totum, si habeat talem reservationem ceteri dispensatum. de quo ibi per Car. versic. requiritur & sexto. Et ideo in casu nostro non est dubitandum, quin Ioan. Francisc. solum sit dispensatus & consequenter non habeat iura agnationis, quicquid senserint præfati Moderni. tradentes illam novam fantasiam contra mentem omnium antiquorum. de quibus etiam per Ias. in rubri. ff. de liber. & posth. quamvis etiam dicta opinio non multum adiuuat in casu nostro Ioan. Fran. Nā licet Socii. & Curt. in præallegatis consiliis dicant, quod per talē reservationē non sit, quominus quis sit verè legitimus, dicunt verū, quoad statū personæ, de quo ipse loquuntur: sed eū legitimo operet, quoad personæ & quo ad bona non negant, quin quoad bona non censentur legitimus, sed solum dispensatus, & consequenter non succedit in bonis agnatorum. d. l. communium. Et hoc suadet ratio, nam si stante tali reservatione non potest plene succedere respectu hereditatis paternæ, à quo principaliter & expressè legitimitur, multo minus debet succedere agnatis, quibus non nisi tacite, & in consequentiam agnatis. argu. l. si viua matre. versic. non licet C. de bonis mater. & quod not. Paul. de Cast. in l. maritus. vers. si. C. de procu. & in casu Decij, verba erant magis prægnantia: nec ipse negat, quin respectu agnatorum, talis tanquam dispensatus illis non agnoscatur quoad successiones: & sic sustinetur hæc prima ratio. Secunda principalis ratio, cur Ioan. Francisc. excludatur, est: quia ut ex lectura legitimationis apparet, erat spurius, quia natus ex patre coniugato. Vnde licet controuersia sit inter Doctores, an legitimus succedat agnatis, istud intelligitur de naturalibus legitimis: sed

de spuris videtur clarum, quod non succedant. ut concludit Bened. de Plumb. in d. disput. sua, incip. statuto Pisano in ultimo dubio. Mouetur, quia cum iuribus legitimis, quo laborant spurij, sit de iure diuino. Princeps non potest verè legitimare, sed solum fictè. Item cum non possit super antecedenti dispensare, scilicet super matrimonio, ergo nec dispensando super, consequenti, veram legitimationem inducet, & consequenter quoad agnatos, non censetur legitimus. Et quod talis non censetur verè legitimus, tener etiam Rom. in d. l. si is qui pro emptore. & ibi etiam Ias. & Ant. Ros. in tract. legitimationum. in rubr. de causa effectiua. & Alex. cons. lxxxvij. in ij. lib. & Soc. cons. lxx. in ij. Et pro hac opinione Bened. dicit, ego duas adduco rationes. Prima est, quia quando quis est spurius lex habet eum pro vulgo concepto. §. si aduersus. in sit, de nupt. vnde licet pater eum tractet pro filio, illa tractatio non infert aliquid respectu agnatorum, qui inhærent debent præsumptioni legis, & eum habent pro extraneo. argu. l. ad probationem seruitutis. C. de probat. vnde licet in legitimatione reducatur ad omnia iura naturæ primæua, ac si legitimus esset: tamen ista verba præsupponunt esse filium, quæ præsuppositio respectu agnatorum non habet locum: quia præsumitur filius vulgi. d. §. si aduersus. Secunda ratio est, quia spurius non potest dici legitimus ab Imperatore, sed solum dispensatus: nam legitimitio tunc dicitur quando retro fingitur quem legitimum, quæ fictio procedit instar veritatis: vnde cum Princeps secularis verè non possit disponere circa matrimonium, nec etiam circa ius diuino spurios à successione reiciens, non poterit neque fictè per quacunque verba legitimationis. Solum ergo censetur dispensasse, quoad honores & successiones, ut sentit Ioan. Andr. in c. per venerabilem. extra, qui fil. sint leg. Bal. in l. qui in provincia. §. diuus. ff. de rit. nupt. Pau. de Cast. in cons. 468. viso dicto puncto. in ij. secundum nouissimam impressionem, ubi concludit, quod in casu, in quo matrimonium subesse non possit, tunc nec Imperator potest verè & effectualiter filios legitimare, & quod legitimitio, spurij non sit legitimitio, sed dispensatio. Et de talibus, quod idem iuris sit, q. de dispensatis, firmavit idem, Paul. de Cast. in cons. 3. super puncto isto, in princ. ubi dicit ita fuisse consultū per collegium Bononiense in causa valde ardua, & ita etiam consuluisse Bal. & eius fratrem, Petr. de Peru. & idem etiam consulendo firmavit Francisc. de Curt. cons. lxxij. versic. veniamus ad quartum. in fin. & nouissime Decius cons. xxxvij. vers. primus est, quādo, & c. Tertia principalis ratio est ex statuto nostro Mediolani, quod cauetur quod nulla legitimitio fieri possit, quoad successiones aliquas non consentiente expressè, & ex certa scientia consentum præstante tali legitimationi, illo de cuius hereditate agitur. Ex quo statuto in primis dico, quod non sufficeret simpliciter consentire legitimationi, nisi haberetur et respectus ad modum additum: quæ cum in principio fiat mentio de legitimatione quoad succedendum, dum lex requirit consentiri expressè tali legitimationi, intelligitur, scilicet quoad successiones: quia talis modus, seu qualitas censetur repetita, ut est communis conclusio in l. si cui. ij. ff. de legat. j. facit l. à filio. §. pater. ff. alimen. & cib. leg. & l. si. ff. ad Trebell. cū concord. Modo in proposito casu dico, istud de cuius hereditate agitur, non consentisse huic legitimationi quoad suam successiones expressè, & ex certa scientia prout requirit statutum, & hoc duobus medijs. Primo quia ad hoc ut legitimus habeat successiones actiuas, & passiuas respectu agnatorum, oportet, quod hoc sit specialiter in legitimatione dictum, secundum Ias. de Bel. in disp. sua, quam posuit in §. j. in auth. quib. mod. natur. effi. legit. & idem tenet Petr. de Bella Pert. ibi Bart. Salic. in sua disp. incip. ciuis Mediolanensis. Bald. in cum in adoptiuis. C. de adopt. Abb. in cons. lxxxvj. in quæst. in j. Soc. in d. l. Gallus. §. & quid sit tantum. vers. quarta, & vlti. & ibi etiam Ioan. de Montefer. vers. quar-

tus casus. & est satis de mente doctorum, qui dum dicunt, legitimatos succedere agnatis, semper formant quæst. quando in legitimatione hoc est dictum, ut per Io. And. in addit. Spec. in tit. de success. ab inte. c. si super gl. in verb. Gost. ubi refert quæstionem Vberti de Bobio. Sed in casu nostro specialiter non est dictum: ergo & c. & dato, quod aliqui in hoc tenuerint contrarium, tamè stante nostro statuto requirere expressum, consensum casus non videtur habere difficultatē. Nec obstat si diceretur, quod agnatus consentiendo legitimationi satis dicitur consentire, quod sibi posset succedere ex quo venit in consequentiam. Respondet enim, quod hoc non potest procedere. quia illud quod venit in consequentiam, non dicitur expressum. l. sicut certi, ubi Aret. C. de rest. mil. Gem. j. c. humanum genus j. distm. Abb. in c. ad aures. de rescript. præsertim quando illa consequentia potest habere fallentiam, ut dicit Felin. in c. in nostra. in xj. corollario. de rescript. sicut in casu nostro, quia potuisset Comes legitimare illum absque eo, quod succederet agnatis, & potuisset iste agnatus, ex quo non erat hoc expressum in legitimatione cedere quod iste sibi non posset succedere & consequenter in hoc fallit, & cum articulus in iure sit dubius, propter auctoritatem Ias. de Bel. & Salice. est in eo probabilis dubietas, sicut in dubio facti, ut probatur in c. cum dilectus. per illum text. extra, de consuet. Bald. in l. cum proponas. C. de reb. cred. per Moder. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. Et facit, quia statutum ultra expressionem requirit certam scientiam, quo casu specialis & in indiuiduo mentio requiritur, nec sufficerent generalia verba, dato etiā quod non possent nisi in vna specie verificari. c. ne captadæ. ubi Gemin. p. tex. not. de concess. preb. in vj. facit, quod not. Bal. in l. hac consultiissima. C. qui testat. fac. post. ubi dicit, quod certum dicitur, ubi non potest esse fallentia. Secundo, quod non consenserit, deditur alio fundamento: nam ut apparet ex forma consensus, dicitur quod Paulinus consensit legitimationi ut lo. Fran. possit succedere vsque ad summam mille ducatorum tantum. Et non vltra, nec aliter, per quæ verba apparet, non esse ex tali legitimatione, & consensu tributum ius succedendi nisi vsque ad dictam summam, non autem vltra: & tamen si succederet ipsi Paulino excederet dicta summa. Nec obstat si diceretur, quod illa reservatio est facta respectu hereditatis paternæ, non autem respectu successiones Paulini, & reservatio hereditatis paternæ non extenditur ad fratrem, dato quod in ea hereditate adhuc sint bona patris. l. quāquā. ubi Fulg. & Moder. C. ad leg. Falc. Are. Alex. Ias. in l. §. veteres. ff. de acquir. poss. Are. consil. clxj. & cons. seq. & Soci. cons. lxxij. in tertio. Nam ad hoc respondeo, quod imo dicta conuenticio quatenus concernit illud verbum, Nec aliter, debet intelligi respectu cuiuscunque hereditatis. Primo, quia illa iura sunt generalia, & prolata negatiue, quo casu, secundum sui proprietatem, debent generaliter intelligi de omni successione. argu. l. de pretio. ff. de publicia. & quia hoc est iura negatiue, quæ omnem modum negat, vnde solet dici, quod plus negat negatiua, quam ponat affirmatiua, ut no. in l. hoc genus. ff. de condi. & demon. & glo. in c. cum dilectus. de consuet. & facit quod not. in c. j. de reg. iur. in vj. & per Ias. in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & posth. dum loquitur de vniuersali negatiua, quæ abrogat omnem potestiam. Secundo, quia si restringeretur solum ad successiones paternam, esset superflua, quia per præcedentia verba satis erat declaratum. Vnde ut aliquid operetur intelligemus generaliter, ut omnis modus successiones sibi sit prohibitus. arg. l. si quando. ff. de leg. j. & glo. in c. foliæ. de maior. & obe. & quod not. Bald. in rub. C. de contrahen. empr. in ix. quæst. Tertio suadetur ex natura istius dictionis, Non aliter, talis enim dictio, est aduerbium diuersitatis, secundum Bal. in l. si. vers. text. autem. C. de suis & legit. Quarto dicitur, quod cum per talem dictionem, saltem per præmissa, resulet pro-

babile dubium, an Paulinus negauerit, quod vellet sibi succedere, sequitur quod successioni non sit expressè, & ex certa scientia præstitus consensus: ergo reiectur iste legitimatus à statuto, & hæc ratio videtur mihi valde probabilis, & vera. Non obstat fundamentum, in quo intelligo multum se fundare ipsum Ioan. Fran. dum dicitur, quod illa clausula restrictiua, ita quod in ea parte solum succedat, & c. de qua literis ducalibus non flet proprie limitatiue, sed potius augmentatiue, tanquam contineat fauorem expressum ipsius legitimi, qui cum fuerit legitimus post mortem patri, & post aditam hæreditatem, non potuisset in aliquo succedere, ex quo iam erat quæsitum dominium fratri, iuxta doctri. Bar. in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de lib. & posth. & tamè per hanc clausulam succedit: merito ergo inducitur in augmentum non debent inducere diminutionem. l. legata in utiliter. ff. de adimen. leg. & pro hac sententia est doctri. Bart. in l. libertis. in fin. princ. ff. de alim. & cib. l. dñ loquitur de causa, quæ continet fauorem legatarij Guil. de Cun. & Ange. in l. nulla. ff. de legib. quos sequitur Soc. cons. cclxj. in si. las. in l. j. ff. si quis ius dicit. & de tali i. dictione, ita quod quando est apposita in fauore Honorati, quod stet augmentatiue, consuluit Curt. consil. xlix. Nam respondeo, quod imo stat restrictiue, cum enim legitimationi consensit frater, cuius intererat nisi fecisset reservationem diuidere debuisset. hereditatē secum equis portionibus, ut vult Bart. in d. §. & quid sit tantum. si bene videatur, & Doct. dicentes, quod legitimatus post mortem, non auocat bona à filiis qui successerunt, loquuntur in legitimo absque consensu ipsorum. vnde ista ratio videtur mihi valde frivola: quæ etiam si vera esset, tamen iste legitimatus excluderetur per rationes inductas in secundo & tertio fundamentis principali.

CONSILII VII. SVMMÆ.

- 1 Præiulia exemptionum regulariter non tenent tanquam ambitiofanis sint facta ciuibus venientibus de nouo.
- 2 Præiulia exemptionum facta pro benemeritis eorum quibus conceduntur tenent.
- 3 Præiulium concessum alicui ob benemerita tanquam reale transit ad hæredes.
- 4 Si princeps concedit alicui iurisdictionem in aliquo Castro in dubio talis concessio præsumitur realis & transit ad hæredes.
- 5 Immunitas concessa alicui & eius filiis extenditur per fauorabilem interpretationem ut comprehendat vteriores & omnes descendentes.
- 6 Filij dicuntur caro & ossa Patris.
- 7 Per filios conseruatur nomen & fama Patris.
- 8 Immunitas concessa propter amorem & honorem Paternum transire debet in filios quia censetur data ob gloriam & benemerita Patris quæ maxime viget in filiis.
- 9 Feudum concessum ex causa remunerationis transit ad filias feminas.
- 10 Quoties in concessione deducitur factum quod alius esse personale si exprimat cum per talem expressionem porrigitur ad hæredes.
- 11 Dicitio perpetuum quid denotet.
- 12 Perpetuum non dicitur quod cum vita finitur.
- 13 Geminatio quid operetur.
- 14 Ex eo quod postea factum est cognoscimus que mens fuerit à principio contrahentium.
- 15 Immunitates personis datæ hereditibus non relinquuntur.
- 16 Quod Præiulium sit personale vel Reale comprehenditur ex forma verborum.
- 17 Beneficium Principis late interpretatur.
- 18 Donatio est stricti iuris.
- 19 Filiorum appellatiue in feudis veniunt Nepotes propter latam interpretationem, que fit in beneficiis Principum.
- 20 Filiorum appellatiue in feudis Abbatum & aliorum particularium non veniunt Nepotes, quia strictè intelliguntur.
- 21 In remissione onerum seu iuris immunitatis hoc obseruatur ut stricta sit interpretatio.
- 22 Præiulium immunitatis est contra ius, & ideo in eo non fit

- 23 *largi interpretatio.*
- 23 *Privilegium immunitatis pro se & posteris eos non compræhendit qui ex feminis nati sunt & quare.*
- 24 *Causa remunerationis propter benemerita non sufficit ut privilegium censetur reale.*
- 25 *Quasdo causa non respicit rem ipsam vel personam cui fit concessio, ut quia dicitur propter laborem quem sustinuit vel propter eminentem scientiam cum talis clausula inducit concessionem personalissimam.*
- 26 *In privilegij considerandam esse principalem concessionem & secundum eam interpretationem sciendam, non autem secundum clausulas, &c.*
- 27 *Clausula subsequentes executioni nunquam ampliunt principalem decisionem.*
- 28 *Dictio perpetuum quid significet.*
- 29 *Concessio ad vitam alicuius dicitur perpetua.*
- 30 *Dictio se mere personalis est.*
- 31 *Qualificatio intelligitur magis respectu Principalis quam accedentium.*
- 32 *Inter geminationem & verborum exuberantiam discrimen.*
- 33 *Vniuersitas per Rectores & decuriones representatur qui solent annuatim mutari & habet præscriptam ignorantiam eorum que antecessores sui gesserint expatiens sua non inducitur declaratio.*
- 34 *In clavis non est opus coniectura.*
- 35 *Vniuersitas si sit iusta ignorantia cõpetit sibi restitutio in integritate ex clausula generalis si qua mibi iusta causa videt, etc.*
- 36 *Vniuersitas iure cõmuni ex capite lesionis in integritate restituit.*
- 37 *Vniuersitati non currit quadriennium ad restitutionem petentis.*
- 38 *Minores & vniuersitas parificantar. Cã nisi à die iocentie.*

No privilegij cuiusdam exemplo per vniuersitatem Pontremuli concessio d. Nicodemi Tãcredino, quo exemptio illi conceditur pro se, & bonis suis, & de cuius validitate & intelligentia nunc contingit dubitari. In primis sciendum est, quod huiusmodi privilegia exemptionum regulariter non tenent tanquam ambitiosa, ut per Bart. in l. ij. ff. de iureiuran. & in l. vacuatis. C. de decur. lib. x. per illum tex. nisi sint facta ciuibus venientibus de nouo, vel doctoribus & Medicis, quibus hoc posse indulgeri specialiter lex concedit. l. j. C. de decr. dec. lib. x. cum concord. per Alex. in conf. xxx. ponderatis. in v. volu. nisi sint facta pro benemeritis eorum, quibus conceduntur, ut dicit Bart. in l. ambitiosa vers. quæro. vtrum liceat donare. ff. de decret. ab ord. facien. Sed tali casu debet cõfiteri de istis benemeritis, ut dicit Alex. in d. conf. xxx. vnde in casu nostro, nisi hæredes d. Nicodemi probent benemerita, casus non habet difficultatem. Sed posito, quod probarentur hæc benemerita, tunc probabile est dubium, an eius hæredes. possint se tueri vigore dicti privilegij, quominus subeant onera cum cæteris. Et videretur prima fronte dicendum, quod tale privilegium transiret ad hæredes, tanquam sit reale, per doctrinam Bar. in l. pater. in fi. ff. de ser. lega. vbi dicitur Principis concedit alicui iurisdictionem in aliquo castro in dubio talis concessio præsumitur realis, & transit ad hæredes. quia talis interpretatio est favorabilior, & ideo capiendâ in beneficiis Principum. l. fin. ff. de const. Princ. vbi Bar. idē tenet, & per Specu. in tit. de instr. edit. §. nunc autem vers. si autem dubium: & cum Bart. transeunt Moder. in d. l. fi. Io. de Imol. & Alexan. in l. qui tale. ff. solu. mar. tri. Ias. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. j. Et ideo inferit Bal. in conf. xcviij. quæritur. lib. iij. quod si immunitas concessa alicui & eius filiis, extenditur per favorabilem interpretationem, ut comprehendat vteriores, & omnes descendentes. & illud dictum Bal. reperio, quod sequuntur etiam alicui Moderni & facit quod not. Ias. vbi dicit, se ita consuluisse in l. si sit stipulatus. ff. de verb. obligat. licet ipse loquatur in concessione facta per viam contractus. Secundo, quia talis immunitas fuit cõcessa propter benemerita ipsius Tãcredini, & ex causa remunerationis, vnde tunc deberet transire etiam ad filios & descendentes. Tum quia talis causa nõ omnino cessat in filiis, qui dicuntur caro & ossa patris. 33. q. iij. §. in hac auctoritate. & can. studeat. l. dist. & per quos conseruatur nomen & fama patris. gl. in l. liberorum. ff. de verbo. signifi. vnde in

terminis dicit. Bal. in conf. cclv. incip. præmittendum est. in j. lib. quod si immunitas concessa propter amorem & honorem paternum transire debet in filios: quia cõcessur data ob gloriam & memoriam patris, quæ maxime viget in filiis. Tum etiam quia talis causa videtur sufficiens, ut contractus, quia alias non transiret ad hæredes transeat, ut dicit Nicol. de Neap. Iac. de Belui. & Aluar. in cap. j. in princ. qui feud. dare pos. & Card. in ca. ex par. in iij. quæst. extra. de feud. vbi licet feudum non transeat ad filias sceminas: tamen fallit, quando est concessum ex causa remunerationis: & faciunt multa similia relata per Ias. in l. ex hoc iure. in vlt. char. ff. de iust. & iur. Et confirmatur ista ratio, quia cum hæc causa in concessione exprimat, videtur quod debeat concessio ad hæredes transire: quod quodoties enim in concessione deducitur factum, quod alias esset personale si exprimat causa, per talem expressionem porrigitur ad hæredes, ut notat Specu. in titu. de emptio. & venditio. §. j. vers. sed pone. & expresse per Barto. in l. iij. §. opus. ff. de alie. iud. mut. caus. fact. cõsimilib. p. Bartol. Veronen. in tract. seruit. rust. præd. in rub. de seruit. real. C. Tertio, in proposita specie suadet, quod talis fuerit mens cõcedentium ex pluribus. Tum quia in privilegio mandatur, correctoribus æstimoriam, ut ea bona eximant de Catastro, nec de cætero veniant computanda, per quæ verba apparet eos sensisse, quod tale privilegium semper haberet effectum, ut per similem rationem consuluit Socin. conf. xciiiij. incip. accuratissime. vers. secundum rationem. in iij. lib. Tum quia per talem clausulam verba sunt expresse cõcepta in rem, dum mādatur bona eximi de Catastro: vnde apparet concessionem realem, & consequenter transitoriam ad hæredes, ut per Bar. in d. l. pater. facit l. forma. §. quanquam. ff. de censib. tum etiam quia in privilegio dicitur, *Quod dicitur d. Nicodemi sit perpetuo, & in perpetuum exemptus.* quæ verba non bene verificarentur, nisi ad hæredes privilegium transiret: quia istud proprie significat si perpetuum. ut est text. in l. immunitates. ff. de iure immunita. & quia perpetuum non dicitur, quod cum vita finitur. lege, sordidorum. vbi Nicol. de Neap. Ioan. de Plat. & Iac. Rebu. C. de exc. mune. & hoc maxime in casu nostro procedit, si ponderando geminationem, de cuius efficacia habetur in l. Balista. ff. ad Trebell. Accedit ad hæc, quod a tempore mortis ipsius d. Nicodemi citra, semper vniuersitas permisit eius hæredes perseuerare in immunitate: vnde ex tali permissione per tot annos facta, declaratur mens cõcedentium fuisse, ut privilegium esset reale: quia ex eo, quod post factum est, cognoscimus quæ mens fuerit a principio contrahentium. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. l. litibus. vbi not. C. de agric. & cens. lib. xj. facit in simili l. de quibus. ff. de legib. & l. Paulus respondit. ff. rem rat. hab. & in terminis ita consuluerunt duo ætatis nostræ præstantissimi Doctores. Bar. Soc. in allegato conf. lxxxiiij. in iij. lib. & Dec. conf. cclxij. vers. accedit vterius. & facit, quod habetur inter consilia Alex. conf. vlti. in iij. volu. vers. cum ergo in casu nostro, & c. Sed his non obstantibus, in casu nostro dico contrarium esse verius. Et concludo, quod imo tale privilegium non competat filiis & hæredibus ipsius Tãcredini. Moueor quia casus est de hoc expressus in l. j. ff. de iur. immunit. vbi personis datæ immunitates hæredibus non relinquuntur, ad idem tex. in l. iij. ff. de censib. & in l. sordidorum. C. de excus. mun. & l. in honoribus. §. vacationum. ff. de vac. mun. & istud præhendiur ex forma verborum, ut dicit Bald. in d. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. j. quod puncto aliter habet locum in casu nostro in quo privilegium dicit, *Quod eximunt, & liberant, & absoluit d. Nicodemum pro se, & bonis suis.* quæ verba cõ de directo personam respiciunt, nõ possum negare, quin privilegium sit personale, cõfirmat hoc etiam ratio: nam dicunt Decuriones se moueri propter benemerita ipsius Nicodemi, quæ ratio respicit personam

sona, & in dubio facit, ut cõseamur talem concessionem ad hæredem non transmitti, ut est casus in l. i. in fin. ff. de constit. prin. ibi ob merita indulgit. Sed veritas huius opinionis, etiam manifestius apparet ex resolutione contrariorum. Non obstat primo, quod in dubio propter fauorem beneficiorum debeat fieri interpretatio, quod concessio sit realis: quia respondeo tribus modis. Primo, quod non sumus in dubio, sed in claro, ex quo verba concessionis respiciunt personam, non rem, ut per Bal. Imol. Floren. Raph. Alex. Areti. & Ias. in d. §. si quis alicui & Bald. & Ang. in d. l. sordidorum. Bald. in l. libetis. vers. denuo quæro, Imperator. C. de oper. liber. Anchar. in rep. cap. privilegium. in vlti. char. de regulis iur. in sexto, vbi præcisè post Bal. vult notata per Bart. in d. l. pater. limitari in prædicto casu, quando verba directe respiciunt personam. Secundo respondeo, quod argumen. procederet in beneficio Principis, quia illud late interpretatur. d. l. fin. de constit. princ. & ita loquitur Bar. & Doct. Sed nos loquimur in privilegio concessio ab vniuersitate, in quo non debet fieri ita lata interpretatio: nam talis remissio onerum, est instar cuiusdam donationis & licet donationes late interpretentur. l. si quando. C. de bo. vac. lib. x. tamen secus est in aliis personis quod pater: quia si donatio est stricti iuris, §. actio num. in tit. de action. & per hanc rationem in simili ita concludunt aliqui Moder. in l. Gallus. §. in situ. ff. de lib. & posthu. vbi tenent, quod licet in feudis Principum si appellations, filij, veniant nepotes propter latam interpretationem, quæ fit in beneficiis, tamen secus est in feudis Abbatum. & aliorum particularium, quia illa strictè intelliguntur. Tertio respondeo, quicquid sit in aliis beneficiis, in remissione onerum seu iuris immunitatis hoc obseruatur, ut stricta fiat interpretatio. ut est gl. in l. si ita scriptum sit. l. filiabus. ff. de legat. i. Alexan. conf. cxxv. in secundo. Dec. conf. xxxij. & in cap. nouit. extra. de iud. & probatur, quia si privilegium immunitatis, pro se & posteris, eos non cõprehendit qui ex feminis nati sunt. d. l. i. in fin. ff. de iur. immunita. & tamen in alia materia secus est. l. fin. ff. de pollicet & ratio est, quia tale privilegium aggrauat alios ut habetur in l. ab omnibus. ff. de legat. i. per Modern. & est contra publicam vilitatem, ut per Paul. de Cast. in l. maritum. ff. solut. matr. Alex. in l. quia personale. ff. eo. & dicit Bartol. in l. si quis. ff. de iure immun. quod tale privilegium est contrarius, merito ergo non fit in eo lata interpretatio, & ideo Jacob. Reb. in l. sordidorum. posuit distinctionem privilegij immunitates separatiim à distinctione aliarum concessionum, ea videlicet ratione: quia concessio, exemptionis strictius accipitur. Non obstat secundo, quod videatur tale privilegium esse reale tanquam concessum in honorem & memoriam paternam, ut per Bald. in d. conf. cclv. quia respondeo, quod imo est simpliciter concessum propter merita: non autem in privilegio dicitur esse concessum memoriae & nobilitati, prout in casu Bald. Item ibi expressum erat, etiam de hæredibus, quod non fuit in casu nostro. Item erant multa alia, super quibus se fundat Bal. quæ non sunt in casu nostro: nam si simplex concessio immunitatis censeretur facta contemplatione memoriae & nobilitatis, semper tale privilegium esset reale, & nunquam haberet locum in d. l. de iure immunita, quod esset absurdum, & contra mentem omnium scribentium, præsertim Petr. Cin. Rayn. Alber. de Ros. in d. l. si ff. de consti. princ. dum allegant. d. l. Nec etiam allegata causa remunerationis propter benemerita, sufficit ut privilegium censetur reale. quia talis causa potius infert oppositum, & sic, quod sit personale, ut est casus in d. l. i. in fi. ff. de consti. princ. & not. Io. Andr. & Petr. de Anchar. in d. c. privilegium, vbi dicunt, quod si quando causa non respicit rem ipsam vel personam, cui fit concessio: ut quia dicitur, propter laborem quem sustinuit, vel propter eminentem scientiam, &c. talis enim causa secundum eos inducit concessionem personalissimam. arg. c. quoniam Abbas. ex

tra, de officio delega. & facit quod not. Bar. in l. ambitio. ff. de decret. ab ord. facien. vbi tenet, quod ista facultas remunerandi nõ transit ad successores, per l. vel viuus. ff. si quid in fraud. patr. sequitur Ias. in d. l. ex hoc iure. Bene fateor, quod si ex parte filiorum istius Tãcredini probaretur, tot beneficia fuisse collata à d. Nicodemio huic vniuersitati, quæ perpetuâ commensuratione requirerent propter eorum remuneratione, tunc talis causa non faceret quominus privilegium, aliud non obstarer, ad filios transmitteretur, ut per Nic. Matar. & Bald. in l. generaliter. C. de episc. & cleric. Pau. de Cast. in l. si mihi & tibi. in lect. B. non. ff. de legat. i. & hoc est, quod vult Soci. in præallegato conf. lxxxiiij. & secundum hanc distinctionem possent procedere, quæ in contrariu ducuntur verba privilegij in fauore filiorum, quia semper in privilegio consideranda est principalis ipsa concessio & secundum eam debet fieri interpretatio, non autem secundum clausulas subsequentes executionis: quia illæ nunquam ampliunt principalem decisionem, ut est text. in Clem. i. de præben. in fin. Abbas cap. cum nostris. de concess. præben. Ioan. de Imol. in l. qui Romæ. ff. duo fratres. & Aret. ff. de verb. obligat. Alexan. in l. more. ff. de iur. omni. iud. per Felin. in c. licet. de offic. ord. Ias. in l. ex pupil. ff. de vulg. & pupil. & in l. ius autem ciuile. ff. de iust. & iur. cum concordant. Vnde præsupposito, tollantur omnes ponderationes in contrarium adductæ. Non obstat, quod mandetur bona eximi de catastro, nec de cætero computari: quia intelligitur ipso viuentē & non vltra: hoc maxime, quia ex forma decretorum ducalium, singulis quinquenniis erant reformandi census, & corrigendum catastro: vnde si mandetur eximi bona de catastro, tale mandatum non operatur, nisi durante presenti reformacione, & non vltra. argum. l. si in princ. ff. de pœn. & quia intelligitur, rebus sic stantibus. c. suggesti. extra. de decim. per Moder. in l. quod Seruius. ff. de cond. ob. cau. & Ioan. Firmia. in trac. gabbellarij. 2. parte. in quinta quæst. Et eodem modo tollitur & alia ratio, dicitur verba videri cõcepta esse in re: dicitur mandatur bona eximi, & c. nõ ut dixi, istud nõ debet attendi, quia est in clausula executiua, tunc quia debet intelligi rebus sic stantibus, id est per presentem reformacionem, vel durante vita ipsius Nicodemi per supradicta. Non obstat etiam illa dictio, *perpetuum*, quia recipit interpretationem secundum subiectam materiam, & potest intelligi durante vita ipsius, ut est glo. in leg. i. ff. pro soc. not. in leg. 2. ff. sol. matr. & est glo. in simili. in c. clericos. in verb. perpetuum. de cohabi. cler. & mul. & in c. reperiuntur. i. quæst. i. in verb. perpetuum. & in reg. actus legit. de reg. iur. in vj. per Felin. in c. ex literis. extra. de consti. & q. not. Bald. in l. quod si nolit. §. si quis ita. ff. de ædil. edict. arg. l. prætor ait. §. hoc interdicitur perpetuo. ff. de oper. no. nuntiat & c. in tit. de per. & temp. act. in prin. vnde dicit Cardi. in l. Clem. i. §. Abbates in iij. nota. de excess. prælar. quod si concessio ad vitam alicuius dicitur perpetua, & est glo. in Clem. i. in verb. eius. de reb. eccles. non alien. & pro hoc intellectu faciunt duæ rationes. Prima quia cum alia verba inferant, quod privilegium sit personale, illa dictio debet intelligi, ut non faciat, quod sit reale, ex quo de sui natura est, ut intelligatur secundum subiectam materiam, ut per gl. in d. l. i. ff. pro soc. Secunda ratio est, quia verba privilegij dicunt, *Quod d. Nicodemum perpetuo & in perpetuum pro se & bonis suis exemptus sit.* vnde cum illa verba qualificent illam dictionem, pro se, quæ est mere personalis, ut est tex. in c. in criminalibus. vbi Gem. v. q. 3. & fac. l. i. §. si ff. de verb. ob. & q. not. Bar. in l. iubeo. C. de erog. mil. ann. lib. xij. Bal. in c. fia. de off. del. & in conf. ecciij. nobilis vir Guid. in v. volu. cõ similibus, nõ potest intelligi, nisi respectu vitæ suæ. vnde si respectu sui illa dictio sic intelligitur: ergo idem respectu bonorum: tum, ne eadem dictio diuersimode intelligatur, contra notas, in leg. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. tum quia

31 quia si qualificatio intelligitur magis respectu principalis, quam accessoriorum, ut est doctrina Bart. in l. fin. §. Titia. ff. de liber. leg. quam approbat Mathesil. in ner. xxxiiij. Areti. in l. gerit. ff. de acq. hæred. & Alexand. in consil. xvj. in v. clarum autem est per supradicta privilegium principaliter respicere personam, licet in consequentia respiciat bona. Nec memoret illa geminatio, perpetuo, & in perpetuum, quia si talis exuberantia verborum recipit restrictionem à subiecta materia, ut est casus in l. si stipulatus. ff. de usufr. & idem tenet Bald. in rep. rub. ff. de verb. obl. vbi dicit, quod licet ex pacto geminato detur actio de constituto pecunia, si tamen in instrumento dicatur, promitto tibi centum, & ita constituo me tibi debere, non datur talis actio, quia ex quo in continenti hæc dicuntur videtur magis esse quædam exuberantia verborum, quam geminatio. idem tenet Alex. & Aret. in leg. i. in princ. ff. eodem tit. dum reprehendunt intellectum Lud. Rom. ad l. cum ostendimus. ff. de fideiuss. tur. de quo dicendum, vt per eos, & per Moder. repet. in l. ii. C. de rescind. vend. in quarta extensione. facit gloss. in l. 3. in glo. fin. ff. de pig. act. & in c. ab eo. in verb. instanter. de appellat. in vj. Non obstat etiam, quod ultimo dicebatur, quod per lapsum temporis declaratur mens contrahentium, &c. quia hoc posset habere locum in persona priuata. Sed nos loquimur in vniuersitate, q per rectores & Decuriones representatur, qui solent mutari annuatim. & habent præsumptam ignorantiam eorum, quæ antecessores sui gesserint: unde non possumus dicere quod ex patientia ipsorum inducatur declaratio eius, quod ipsi ignorant, arg. l. 3. C. de tabul. lib. x. ibi consensum enim, &c. Præterea casus noster est clarus in iure, quod tale privilegium non transit ad hæredes: unde in claris non est recurrendum, ad huiusmodi coniecturas, vt not. in l. continuus. in princ. ff. de verb. oblig. & Soc. & Dec. loquuntur in aliis terminis longè magis ambiguis, in quibus merito poterat recurri ad huiusmodi præsumptiones. Nec etiam obstat, si diceretur, dictos hæredes esse fundatos saltè per prescriptionem, quæ incipit currere à morte do. Nico. de m. citra, à quo tempore videmus lapsos esse vltra 40. annos. Quia respondeo, quod cum vniuersitas sit in ista ignorantia, vt supra dixi, ex eo capite competit sibi restitutio in integrum, ex clausula generali si qua mihi iusta causa videbitur, &c. de qua in l. j. in fi. ff. ex quib. cau. maior. per Bart. in l. 2. §. si quis autem. ff. de itin. actuque priuat. pro Soc. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. & est magis communis conclusio, quod competat etiam lapsi xl. annis, vt per Io. de Imol. in repe. c. fin. vers. sed aduertendum. extra. de præscr. Rom. consil. cclxix. Alexand. consil. c. vij. in 1. & consil. lxxj. & consil. lxxxiiij. consil. clxix. in 2. vol. consil. cxvj. in 1. And. Sicul. consil. cxxiiij. super 1. & consil. vlt. in 4. lib. inter consilia Alex. & Soci. consil. lxxxvi. in 1. & consil. clxvi. & consil. cclxxxix. ita etiam residet in d. l. cum filius. in fin. & alibi sæpe idem tenet Ias. in l. si cut. C. de test. mil. Felin. c. vigilanti. de præsc. & in c. 1. de rescr. & ab hac opinione non esset recedendum in consulendo, nec iudicando, ex quo magis communis, vt dicunt Moder. Tauri. in tractat. præscr. in vltim. parte quartæ partis principalis, q. xxix. vbi post alios respondent omnibus rationibus tenentium contrarium, quos referre in præsentia non attinet, postquam ista est communior, & verior opinio, & quæ maxime esset seruanda in vniuersitate, quæ alias etiam iure communi ex capite læsionis in integrum restituitur. l. respubica. ff. ex quibus caus. maior. vbi Iacob. Butr. Bart. Bal. Salice. de Cast. & cæteri Roma. consil. ccccxxij. Socin. consil. lxxvj. in quarto. cum similib. & ita sæpe consuluit, & vidi iudicari nec illi currit quadriennium ad restitutionem petendam, nisi à die scientiæ, vt probatur in l. fin. C. de tempo. in integ. restit. pet. ita notat Bal. in l. iij. C. si ex fals. instrum. Card. in Clem. prima. in xxij. q. de rest. in integ. Alexan. cõf. lxxi. incipien. videtur prima consideratione. in primo Ias. in authent. quas actiones, C. de

facrosan. eccle. Fel. c. 1. de præscr. & quo iure etiam minores censendi sunt. d. l. fi. & vide glo. in c. 3. de transact. CONSIL. VIII. SVMME. 1. Dispenfatio requirit causam cognitionem & ideo debent citari illi quorum interest & qui lædi possunt. 2. Filius Sacerdotis non potest legitimari sed dispensari tantum quia in radice matrimonij non potest Princeps providere propter prohibitionem matrimonij. 3. Pater viuens potest facere legitimari filium nec requiritur alia citatio proximorum ex quo illi nullum ius habent viuente testatore. 4. Omnia legitimatio quantumuis ampla est dispensatio. 5. Dispensatio tripliciter consideratur. 6. Quando filius non restituitur natalibus sed simpliciter cum eo dispensatur quod potest esse capax respectu certæ partis. 7. Citatio fit propter læsionem proximorum. 8. Quando legitimitur spurius cum cuius matre non potuit esse matrimonium vbi non potuit esse veritas matrimonij ibi nec imago fingi potest. 9. Dispensatio etiam dicitur quælibet legitimatio quæ requirit causam vt quia extant filij legitimi non enim existentibus potest de ordinaria potestate fieri legitimatio. 10. Citari non debet ille qui etiam citatus impedire non potest. 11. In principio causa non est necessaria in inferiore vero sic. 12. Idem operatur fictio quod veritas. 13. Pontifex potest dispensare in radice matrimonij. 14. Limitatio legitimatiõis distinctio. 15. Ius filiationis à iure successions separatum est. 16. Ius succedendi tollitur & minuitur ius verò sanguinis. Egitimationis factæ de dno Cæsare, viso in strumto, & meo ius do minoru arbitroru subtiliter in hac causa datis, putavi nullo modo ea obstat, quin legitimatio valida efficacq; sit, & d. Cæsar sit capax omniu quæ sibi in testamento à patre suo relicta sunt. Et licet prima fronte videatur sibi obstat, quia si dispensatio requirit causam cognitionem. c. de multa. extra. de præben. & ideo debeant citari illi quorum interest, & qui lædi possunt. l. in causa. §. causa cognita. ff. de minorib. prout in simili casu firmat Petr. de Anchar. consil. cclxj. ex tenore privilegij & consil. ccccxxvij. circa primu quæsitum. Ias. & Soc. in l. Gallus. §. & quid si tantu. ff. de libe. & posthum. Soc. inter consilia Franc. Curtij senioris cõf. xvij. & consil. xvj. & ipse Curt. consil. lxxiiij. cum similib. in casu autem nostro nulli citati fuerunt: unde legitimatio videtur corruiere. Quod autem hæc sit dispensatio probatur ex duplici capite. Primo, quia cum ista sit si filius sacerdotis, de talibus non potest dici facta legitimatio, sed dispensatio tantu quia in radice matrimonij non potest Princeps in hoc casu providere, propter prohibitionem matrimonij. l. filius à patre. in glo. verbo. stat. ff. de lib. & posth. firmat Socin. in rub. ff. eod. tit. per tex. in c. per venerabilem. extra. qui fil. sint legit. Secundo, quia iste non videtur plenarie restitutus, ex quo limitata est legitimatio, vt potest tantu succedere ex testamento patris, & non succedat patruo, quo casu videtur hæc potius esse dispensatio secundum Pau. Castr. in l. pactu. C. de collat. in fi. Ange. cõf. cclxxiiij. in ep. dominus Papa Alexan. consil. clxxiiij. in septimo. & sentit Io. And. in Spec. de success. ab intest. in fin. vers. sed ex facto. Sed tamen his non obstantibus, teneo contrarium in hærendo doctrinæ Bart. in d. §. & quid si tantum. quæ est communiter approbata, quod si pater viuens potest facere legitimari filium, nec requiritur alia citatio proximorum, ex quo illi nullu ius habent viuente testatore. l. si impuberi. ff. de colla. bon. l. cum adoptio. ff. de adopt. nec requiritur ex persio aliquid causæ, cum ex se appareat, nempe quia voluit pro sanguine præferre agnatis, & cæteris. l. generaliter. §. cū autē. C. de inst. & substit. secū dū Alex. cõf. clxxxvij. per spectis. vers. non obstat septimū. in quinto. & consil. pen. eod. lib. & Dec. cõf. cccvij. vbi reprobat opinionē Franc. de Curt. consil. lxxiiij. aliter, sed malè tenentis, & q. hæc sola causa sufficiat, tenet Ioan. And. in additionibus Spec. de success. ab intest. §. i. vers. sic ite scias q. Obertus. Anto.

dicere. & procedit secundū regulas generalis iuris. Quia dispositio modalis ipso iure transfert ciuilitatem, licet deinde modus sit adimpletus, secundū omnes, d. §. Terminus, & in terminis per Bald. in c. dud. ij. de ele. vnde cum ius iam esset translātū, licet possit resolui casu non sequenti implementi, tale ius non perdit simplici interpellatione vel mora, nec etiā decem interpellationibus, sed lapsu anni, secundum fil. cōmuniter approbatam in d. auth. de hēred. & fāl. verb. admonitus. Et idēd nihil expedit disputare, an requiratur bina interpellatio, & an adsit cōminatio, de quo Rip. in l. ij. nu. xvij. de æden. q. 7. cōminatio iudicis contra ius nihil operatur. rub. C. cō. vel epist. nec debet p̄ abbreviare tempus parti indultum à lege. l. ij. ff. de re iud. Nec hic tractatur de iure querēdo, sed quæsitō statim, per illa verba, esto ciuis. adeo q. opi. Dec. in l. quod te. ij. not. nihil obstat. Nec refert, quod sit in faciendo, secundū Fel. c. ij. nu. iij. de magist. quia nō cadit quis à iure suo statim, nec idēd minus verum est, q. ius incontinenti trāsierit in eū. Nec Fel. in c. licet causa. de prob. xij. limi. negat, quin gl. in d. verb. admonitus. sit vera, & cōmuniter approbata, & quin sit expectandus annus, sed dicit, quod nō requiritur duplex monitio, & quod ille tex. loquitur in casu suo, qui casus, nihil cōmune habet, cum regula de qua ibi per Fel. cum nostro aut est cōformis, quia non vult aliquem non obseruante onus annexum cadere, nisi lapsō anno, prout etiā tenet Alex. in l. j. de leg. ij. Nec Pau. Cast. in d. §. Terminus. dixit, q. vbi onus potest explicari ante, quod verba illa faciant conditionem, quia nō loquitur de potentia, vt ea sufficiat, sed de actu, quando testator vult, vt prius explicetur, sed in casu nostro nō id vult Dux, quia dicit nō, modo in ea fere, &c. satis indicat se prius conferre ciuilitatē, sed beneficio iam concesso, addere illud onus. & Cur. Se. cō. lxxij. de p̄ dict. dūmodo simplicitē dicit esse limitatiuam, & in casu suo non erat aliquod onus explicandum. Quoad filium ego semper vidi in prac. seruari opi. Bar. in l. Centurio. quam ibi etiā sequitur Rip. & ego solitus sum semper sequi, tāquā magis cōmunem, quicquid dicat Dec. d. cōf. ccccxxij. & Alex. cxliij. cum simi. Moder. & in iudicando, propter mentem testatoris, non esset ab ea recedendum, p̄sertim cum aduersarius contra expressam voluntatem testatoris, anhelat ad eius hereditatem.

CONSIL. XIII. SVMMÆ.

1. Copule vs & natura.
2. Argumentum à fortiori in iure validum.
3. Æquiparationis vis.
4. Dicitio liberè quid denotet.
5. Priuilegium comatus prohibitione secuta valere.
6. Tracta quid sit, & quomodo intelligi debeat.
7. Consequenti concessio etiam necessaria antecedentia concessa videntur.
8. Habens saluum conductum pro eundo censetur habere etiam pro redeundo.
9. Dictionum liberamus pro conductoribus sensus.
10. De iure communi licet vnicuique bladum suum quocumque voluerit etiam extra territorium deuenire.
11. Priuilegia sic interpretanda sunt, vt aliquid operentur.
12. Ex obseruatione postea secuta colligitur mens partium, & declarantur verba priuilegij, si qua in eis esset dubitatio.
13. In consuetudine declaratoria verborum priuilegij sufficit minus tempus, quam in correptoria.
14. Realem concessionem in quemlibet transfere.

Rbitror suprā scriptam conclusionem do. cōsultoris esse in iure verā, & quod Magnif. Co. Camillus sit immunitis à tracta, & qualibet gabella pro rebus quas ex possessionibus suis extrahit, & extra territorium Mantuæ deferri facit. Et in primis hoc probatur ex illis verbis priuilegij, quibus dicitur, pro conductionibus de Mantua, & alijs locis territorij nostri, ad eius possessiones, & extra territorium, nostrum bladōrum vini, victualij, ab omnibus datijs, ga-

bellis, tractis, &c. in perpetuum liberamus, eximimus, si n. est immunitis respectu eius, q. ex Mantua ad eius possessiones & extra territorium cōducit, satis apparet esse immunitem respectu eius, q. de possessionibus suis extra territorium cōducit. illa enim copula, & extra territorium, non restringit respectu acceptorum in Mantua sed simpliciter intelligitur vbiunque accepta sint, ex quo per se principaliter videtur appōita, secundum disputationem lac. But. de qua per Bar. in l. re cōiuncti. de leg. iij. idq. in materia fauorabili, vt dicit Io. de Imo. in cle. in plerisque. de ele. & in si. no. Lu. Rō. cōf. c. iij. Car. cōf. lvij. maxime cum maior ratio prohibitionis sit in ijs, quæ ext. vrbe exportantur, quā quæ extra ipsius possessiones. aut. multō magis. C. de sacro. eccl. cū ibi nō. vñ à fortiori p̄ debet habere locum in hoc priuilegio immunitatis, cum alias etiam in materia stricta, valeat tale argumentū. gl. c. in literis. de rest. spol. vbi Bal. & in l. transigere. C. de transac. vbi omnes notant. Id quē suadet etia alijs verbis priuilegij, quatenus in eo dicitur, volentes eum frui quibuscūq. immunitatibus, & exemptionibus, in datijs quibuscūq. quibus nos vtimur & quibus verbis æquiparat priuilegium Comitum, suis priuilegij, vnde sicut princeps ipse possit, ita etiam videtur, quod possit Comes virtute istius p̄ æquiparationis, per ea quæ not. doc. in l. j. gl. l. princeps. ff. de legib. Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Soc. cōf. l. 163. in 2. cum similib. Subijcitur quoque in dicto priuilegio, q. possit necesse seruare foris, & extra ciuitatem vbi maluerit, omnia blada, & introitus cuiusque fortis, impundē & liberē, nō secus quā nos facere possumus. illat. n. dicitio, liberē, significat, q. arbitrato suo possit deferre, vbi velit aliās non haberet liberē, in dictis locis, secundum gl. in c. si p̄ debilitate. vbi do. de offi. deleg. gl. in c. cū plures. de offi. deleg. lib. vi. doct. in c. repressibilis. extra. de appella. And. Sicut. in c. j. de off. ord. p̄sertim propter æquiparationē, sicut nos facere possumus, &c. arg. d. l. princeps. & notatorū, in d. l. j. de leg. j. Nec obstat si diceretur, q. esto q. cōpetat talis immunitas Comiti Camillo, tamen facta prohibitione per Ducem, ne blada extra territorij deuehantur, debet accipere licentiam, & impetrare tractam, seu commeatum deducendi: quia quāuis concessa sit immunitas conducēdi, debet intelligi, casu quo possit conducere, quia non subit prohibitio, vel impetrata sit licentia: quia semper debet p̄supponi habitas. c. j. de ætat. & qualiter in vj. qui testam. in prin. ff. de testa. sed tamē ista obiectio, iudicio meo, nō militat in casu nostro: quia imō immunitas compræhēdit etiam hanc facultatem siue cōsideremus verba priuilegij, seu mētē principis, seu etiam regulas iuris communis: & in primis verba dicunt, liberamus & eximimus pro conductionibus extra territorium: certē cōductio extra territorium habet duplex onus, primum impetrandi tractam, secundum soluendi gabellā impositā, cū igitur simpliciter dicatur, eum liberamus pro cōductionib. extra territorium, debet intelligi ab vtroq. onere. l. mulieri & Titio. de cōd. & demonst. l. si. §. si. de verb. oblig. maxime propter verba specialia ab omnib. datijs, gabellis, tractis, &c. illa. n. p̄ dicitio, tractis, secundum vulgarem modum loquēdi, & communem vsū, intelligitur proprie de ista licentia vehēdi extra territorium, quæ licentiæ in iure appellatur, tractatorie l. pen. C. de curs. publ. lib. xij. Confirmatur hęc licentia, quia conductiones extra territorium non possunt fieri absque dicta licentia propter prohibitiones principum: vnde cūta talis licentia sit quoddam antecedens, sequitur vt p̄ concesso consequenti, etiam necēssaria antecedentia concessa censentur. l. ij. vbi doct. de iur. omn. iud. quod maxime procedit in concessione principis, secundum do. in l. quidam consulebant. de iud. in l. Barbarius. de offi. prætō. & traditur per Clau. de Aquis. in l. j. de op. no. nunt. sicut videmus idem in consequentibus: vnde p̄ habens saluum conductum pro eundo, censetur habere etiam pro redeundo;

l. j. C. de naticul. lib. xj. vbi Bar. c. ga diuersitate. vbi Abb. A
 de concess. preben. Ad idem facit illa equiparatio posita
 in priuilegio, & iterata quatenus dicitur, ut possit qui-
 buscunque exemptionibus quib. nos utimur, & rursus,
 non secus quam nos facere possumus. sicut enim prin-
 cepti absque alia tractatoria conditio, ergo propter illam
 æquiparationem id debemus dicere, in Comite. arg. no.
 in d. l. princeps. ff. de legib. Sua dent hoc etiã regulę ge-
 nerales. cum. n. de iure cõmuni si liceat vnicuique volue-
 rit, et extra territorii deuchere, vt not. omnes in c. j. ex-
 tra, de cõst. lib. vj. & in l. j. C. de sum. trin. Alex. cõsi. 86. vi-
 la inquisit. lib. 4. & doct. in l. si quis post hoc. C. æ dif. pri-
 nat. itud priuili. nõ potest intelligi respectu iuris cõis in-
 telligitur ergo respectu prohibitionum, quæ sunt ab ip-
 so principe, aliã parũ, vel nihil operaretur iuxta not.
 in l. si quando. ff. de leg. j. Et hoc maxime est dicendum
 in casu nostro, in quo tractatur de beneficio principis, q.
 semp solet fauorabiliter accipi. l. si. ff. de cõst. pri. maxime
 cum nõ præiudicatalicui, & non tã priuilegium, quã
 beneficiũ dici possit, vt ibi not. & in l. si quando. C. de
 bon. vac. lib. x. & satis apparet de fauorabili mente cõce-
 dentis, & lectura dicti priuilegij, & ideo talis liberalitas
 debet plenissimè accipi. Adde supra scriptis, q. intelligo
 semper, à tempore, cõcõsi priuilegij ita obseruatum, vt
 Comes Balthasar absque alia tractatoria, arbitrato suo,
 semp fecerit fructus dictę possessionis extra territorii
 alportari, ex qua obseruatione colligitur mēs partiũ, de
 clarari debent verba priuilegij, si qua in eis esset dubita-
 tio, prout certè non est. l. si de interpretatio. l. minime. ff.
 de legi. vbi Ang. dicit, q. sufficit tps decenij, & probatur
 in l. diuturna. ff. eo. tit. tradit Car. in l. de quib. eo. tit. cõ.
 3. n. sit consuetudo declaratoria t̄ verborũ priuilegij. suffi-
 cit minus tps, quã in correctoria, vt habetur et in l. vn
 C. quæ sit long. conf. Circa bona Pelalnci, idem quoq;
 est dicendum prout eleganter per d. aduocatum & con-
 sultentem est deductũ per rationes suas. & præterea et est
 aduertendum: quia dicta immunitas non est simpliciter
 concessa hominibus habitatoribus dicti loci. sed et ip-
 si loco, vt appareat ex illis verbis, hmines dicti loci &
 locum ipsum vti frui, & gaudere, in perpetuum suis soli-
 tis immunitatibus, &c. vn de cũ per illa verba appareat,
 q. talis concessio t̄ est realis transit ad quilibet dñm
 dicti loci, per regulam. l. formam. ff. quãquã. ff. de censib.
 & q. habetur in c. de cet. de reg. iur. li. vj. maxime cũ et
 appareat, ratione priuilegij fuisse, vt locus induceretur
 ad culturam qui aliã erat sterilis, & collimitaneus, cũ
 Vermensib. vt in eodẽ, quæ ratio facit vt tale beneficiũ
 transeat in quoscuq; possessores, vt in simili concludit
 Cor. conf. cclj. in causa inquisitio. in 4. vol. refert & sequi-
 tur Ripa. in tract. p̄stis. in vlcima par. n. 337. Et hoc ma-
 xime dicendum in casu nostro stante consuetudine: qd̄
 semper præfatus Comes & antecessores sui extraxerint
 triticum absque alia licentia, arg. d. l. minime. & supra di-
 xi. Et hæc omnia saluo saniore iudicio.

CONS. XV. SVMMAE.

- 1 Inter legitimatos & alios agnatos vltro & citro sunt iura agnatio-
nis, & inuicem succedunt, secundum gradus proximitatẽ,
perinde ac si verè legitimi essent.
- 2 Comes Palatinus Imperatoris potest legitimare filium Sacerdotis.
- 3 Tempus legitimatiõis spectandum.
- 4 Citatio agnatorum in legitimatiõibus quando necessaria.
- 5 Omnis legitimatiõ, quamuis amplissima, dicitur dispensatiõ.
- 6 Dispensatiõ tripliciter accipitur.
- 7 Primo modo quando filius nõ restituitur natalibus sed simplici-
ter dispensatur, quod potest esse capax respectu certę partis.
- 8 Secundo modo quando legitimatur spurius idem talis cum cu-
ius matre non potuit esse matrimonium. vbi nõ potest
esse veritas matrimonij ibi nec imago fingi potest.
- 9 Quis non fingitur legitimus tanquam præcesserit matrimonij
cum matre, sed tanquam natus legitimus illo iure natura-
li. quo omnes legitimi nascuntur, & sic ita refertur ad dis-
tinctum tempus, non autem ad natiuitatem ipsius.
- 10 Tertio modo dicitur dispensatiõ quilibet legitimatiõ, que re-

quirat causam, vt quia extent filij legitimi, & tunc neces-
saria est citatio, & quare.

Requiritur in casu pposito quid sentia, non po-
tuit detrectare, quin veritatis & iustitiæ, secundũ
tenuẽ facultatem meã testimoniũ ferrem, sen-
tio itaque magnificos Dños Ludouicũ, & An-
toniũ, in hereditate, de qua agitur potiores esse: et enim
cõis est cõclusio, q. inter legitimatos, & alios agnatos,
vltro & citro sunt iura agnationis, & inuicem succedunt,
secundũ gradus proximitatẽ, perinde ac si verè legitimi
essent. l. cõmuniũ. vbi Bar. Bal. Sal. C. de nat. lib. ff. filij
verò, vbi Ang. in auth. quib. mo. na. ff. sui. & q. qua pro-
pter hoc à nobis. eo. tit. cum cõcord. per las. in l. si quis
pro emptore. vers. ff. de v. l. & facit tex. in lege, cũ ado-
ptio. ff. de adopt. arguẽdo de adoptiuis, ad legitimatos,
prout cõmuniter faciũt Dd. in locis vulgaribus. Nec ob-
stant quãdã, quæ aduersus legitimatiõem adduci vidẽ-
tur & in primis, q. isti essent filij sacerdotis, & ideo legiti-
mari à principe seculari, seu ab Imperatore nõ poterit.
Quia respondeo, q. in hoc cõis conclusio doctorũ est in
oppositũ, vt notat Bal. in l. & si contra. C. de nuptijs. cir-
ca finem. Caldin. in cõl. 3. in si. in titu. qui fil. sint leg. Paul.
de Cast. cõl. 222. videntẽ est in si. Signor. consil. 127. De-
cius consil. 258. vbi concludit, q. Comes Palatinus Im-
peratoris potest legitimare filium sacerdotis: quia legiti-
matio est actus principis, & non patris. Vnde sufficit le-
gitimatum esse laicum, in quem Comes secularis agit,
vt per Soc. in l. Gallus. ff. foritan. in si. de lib. & post. ita
aliã fuisse iudicatum attestatur Decius cõsi. cl. Secun-
dò non obstat, q. hereditas de qua agitur, sita sit in agro
Placentino, qui nunc est iurisdiccionis Pontificiæ, & i-
deo non videatur legitimatio ab Imperatore facta extra
territoriũ, operari debere. l. si. ff. de iurisd. omni. iud. Quia
respondeo, q. satis est, q. t̄ legitimatiõis Placentia ef-
fet agri Imperatorij, vt notorium est, licet enim trãstue-
rit deinde ad Pontificẽ, censetur cũ omnibus suis legi-
bus, & qualitatibus tranfisse, secundum doct. Bar. in l. si
conuenerit. ff. si nuda. ff. de pig. act. aliã fatuũ esset crede-
re, eos qui legitimari tunc Placentiæ erant, p̄ status mu-
tatione effectos esse illegitimos, imò sufficit semel, eos
fuisse legitimatos vt perpetuos legitimatiõis effectus
consequantur, secundum Bar. Alex. & ceteros in l. ex fa-
cto. in prin. ff. de vulg. & pupil. Vltimò nõ obstat, qd̄ illi
videantur non legitimi, sed dispensati: & ideo t̄ tali in
dispensatiõne necessaria fuerit citatio agnatorũ, maxi-
mè cũ dispensatiões huiusmodi odiosæ sint, & stricte ac-
cipiantur. Quia respondeo, aduertẽdũ esse, q. t̄ omnis le-
gitimatiõ, quis amplissima, dicitur dispensatiõ, vt est tex
in c. per vener. extra, qui fil. sint leg. Sed in proposito no-
stro videtur, q. t̄ dispensatiõ possit accipi tripliciter vt in
cõsi. 8. isto libro. Primo modo, quando filius non re-
stituitur natalibus, sed simpliciter dispensatur, q. possit
esse capax respectu certę partis, secundum Pau. de Cast.
in lege, ad optiũ. ff. patronum. de in ius voc. Soci. in le-
ge, falsa, de cond. & demon. Dec. consil. cclviii. in si. & iste
nõ est casus noster: de hoc dicendum est, vt per Pau. de
Cast. inter consilia Raph. Com. consil. lxxxviii. in sub-
script. & Lancetum Galliaul. in dicta lege, Gallus. ff. &
quid si tantum, quicquid dixerit Dec. consil. cclxiiij. Se-
cundo modo dicitur dispensatiõ t̄ quando legitimatur
spurius, id est, talis cũ cuius matre non potuit esse ma-
trimoniũ, vbi enim non potest esse veritas matrimonij,
ibi nec imago fingi potest. lege. j. C. de lat. lib. toll. Paul.
de Cast. consilio cccviii. vbi dicit, quod collegium Bo-
non. ita consuluit Dec. d. consilio cclxiiij. & consilio
cccviij. sed ista opinio nõ videtur nisi bona ratione quia
non fingitur quis legitimus, tanquam præcesserit ma-
trimonium cum matre: sed tanquam natus legitimus,
illo iure naturali, quo omnes legitimi nascuntur & sic
fictio refertur ad dictum tempus, nõ autem ad natiuitate
ipsius. l. ij. ff. de nata. restit. & quicquid sit circa veritate
huius opiniois, et dato, q. ista esset dipensatiõ: t̄ ratio,
quæ facit, vt sit dispensatiõ, nihil infert ad citatiõem magis
quã

quã inferat quælibet alia legitimatiõ: & ideo conclu-
do isto casu nullam requiri citatiõem. & ita est de men-
te Barto. & ceterorũ in d. ff. & quid si tantũ qui format
quæstionẽ in spurio, & sic in eo, cũ cuius matre non po-
tuit esse matrimoniũ, & iste p̄ priẽ est casus noster. T̄
tertio modo dicitur dispensatiõ, quælibet legitimatiõ, que
requirat causam, vt quia extent filij legitimi. ff. generali-
ter. in aut. quib. mod. natura. ff. sui. & casu potest defen-
di necessarium esse citatiõem, ne diminuat legitima
filiorũ, & ita loquitur Petr. de Anchar. cõsi. cclxj. de quo
dicendũ est, vt alias dixi in d. ff. & quid si tantũ. quia iste vl-
timus nõ est casus noster. nec. n. vllos filios legitimos ha-
bebat pater & ex ijs concludo secundum supra scripta.
Saluo semper meliore iudicio.

CONS. XVI. SVMMAE.

- 1 Immunitatis priuilegia ex causa reuocari possunt.
- 2 Priuilegium immunitatis est quedam nuda concessio, quæ
non transit in contrarium.
- 3 Sacerdotio translato, transfertur lex.
- 4 Priuilegia induta à feudatarijs extinguuntur cõsolidato feudo.
- 5 Ex subsequentibus declaratur intentio, &c.
- 6 Præsumitur perseuerantia non mutatio.
- 7 Quilibet dispositio magis interpretatur, vt sit perpetua, quã
temporalis.
- 8 Modicum verisimiliter contemni.
- 9 Indefinitorum verborum vis.
- 10 Si Princeps abstulit ex causa rem alicui, illa cessante, debet
sibi restitui.
- 11 Præcedentia & consequentia inuicem recipiunt declarationẽ.
- 12 Immunitatis præscriptio quæ sit.
- 13 Vbi cum quis habet priuilegium immunitatis vel exceptio-
nis, si describitur in libro debetium soluere, & sciat nisi ap-
pellet infra decẽ dies, amplius nõ auditur, & sibi præiudicat.

Nisi de Parauicino possint prætere
munitatem ab imbotarijs, vigore priuilegio
rũ, visus allegationibus ipsorũ sentio q. nõ pos-
sint. Et in primis cum Illustr. d. Clara sit posita
p̄ instrumẽtũ, in locũ principis, videt quod habeat iura
principis in illa plebe Incini, vt per Ang. in l. iij. C. de no-
uat. & in l. si. ff. de tranfact. vt de sequitur, q. potuerit re-
uocare t̄ priuilegiũ immunitatis, p̄ rex. in c. in nostra. ex-
tra, de iniur. Et ratio est, quia tale priuilegiũ est quædam
nuda concessio, que nõ trãst in cõtractũ, vt declarat Bar.
in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & ibi Ale. in apostil-
lis, vbi vult priuilegiũ habens causam successiuã, vt est
q. quis non soluat collectam, in distictu possit reuocari,
est ratio, quia tale priuilegiũ habet vim quãdam poli-
tationis in futurum: vnde ante euentum temporis,
debet posse quando cunque reuocari, & ita sentit Bar.
in d. l. omnes populi. Item cum in facto præsupponatur
istos fuisse ingratos versus dominam, debet ex capite in
gratitudinis reuocare, vt in terminis dicit Bald. in l. ij. in
vlt. verb. C. de libert. & eorum lib. & quãuis priuilegia
immunitatum fuerint confirmata ab Illustr. Ducib. ta-
men non per hoc minus possunt reuocari. l. omniũ. C.
de testam. & q. not. in c. nõ potest de præb. in vj. Et hæc
sola ratio sufficeret ad obtinẽdum in causam. Sed t̄ re-
spondendo, etiam particulariter omnibus subiectis. nõ
obstat primo priuilegium Comitiss Aluiss de Verme: quia
cum extinctum fuerit ius ipsius, extinguitur & priuile-
giũ, iuxta illa t̄ translato sacerdotio, transfertur lex cap.
translato. vbi Bald. & alij. extra, de constitũ. & q. t̄ priu-
legia induta à feudatarijs extinguuntur, cõsolidato feudo:
habetur in c. j. circa med. de inuest. de re alie. facta in
vib. feud. per Bald. Salic. & Paul. Cast. in lege, & in pro-
uin. C. de ser. & aqua facit tex. in lege, lex vestigali. ff. de
pign. Non obstat priuilegium Ducis Francisci, & Galea-
cij: quia talia priuilegia fuerunt reuocata per lire-
ras ipsius principis Galeacij, nec obstant tria que addu-
cunt contra ipsas literas. Primò: q. literæ non loquuntur
nisi de incatu illius anni, idq; sũt deat etiã ratio, videlicet
occurrentis necessitas, quæ ratio nõ est p̄petuã respõ-
sõ deo, q. t̄ ex subsequentibus declaratur intentio principis. H
l. si seruus pluriũ. ff. si. ff. de leg. j. sed in fine manifeste oĩẽ
Const. And. Alciat.

ditur, quod volebat dictas literas habere vim perpetuæ
reuocationis, dum dicitur quod illi quibus reuocauit exẽ-
piones, qui sunt in retris alienatis, deberent soluere du-
cali cameræ: & sic appareat per huiusmodi literas factã
esse reuocationẽ, & quod statuit princeps de præsentĩ
anno, voluisse etiam in futurũ obseruari: quia p̄sumit
q. voluerit, in eo perseuerari nec fieri mutatione. l. in re-
bus. vbi Bal. ff. de cõst. princ. & metio de præsentĩ anno,
censetur facta p̄ termino à quo incipiat reuocatio, nõ
p̄ termino in quem finiatur, ex quo quælibet dispositio
magis interpretatur, vt sit perpetua, quã temporalis. ff. in
vbi Ang. in sit. de iniur. Alex. in l. qui in aliena in prin. ff.
de acquir. hæred. p̄ Bar. in l. seruus. C. de p̄en. Et q. hæc
fuerit mēs principis, ex eo apparet: quia referuauit quos-
dam habentes priuilegia à patre suo, & Duce Philippo,
quos nõ referuasset si voluisset literas habere effectũ p̄
illo anno tantum, ex quo nõ est verisimile, q. curasset
de modico illo præiudicio, quillia potuisset inferri p̄ vnũ
annũ tantũ, argum. l. scio. ff. de in integrũ restit. & p̄ Alex.
cõl. 16. nec arguend. lib. 2. suadet et ex ratione: quia
in eis dicitur, q. hoc sit, vt p̄uideatur occurrentibus in-
digentijs, quæ verba in definita sunt, sed generalia, & le-
nõ referunt ad p̄sentes indigentias, sed ad omnes que
p̄ tpe occurrũt statui, prout etiã ab eo tpe citra semper
occurrerũt: & sic cessat ratio, qua dicitur, q. si p̄ncipis
abstulit ex causa re alicui, illa cessante, debet sibi restitui, vt
habetur in c. quæ in ecclesiã. extra. de cõst. nã causa
ibi assignata est p̄petua, & adhuc durat. Nõ obstat secũ-
dò, dũ p̄derat verba literarum, dum princeps subdit,
q. sunt aliqui in locis alienatis, quibus reuocauit exem-
ptione, &c. quasi sicut in eo capite fecit exprellam men-
tionẽ reuocationis, ita & esset factus in principio, si vo-
luisset p̄petuo omnes reuocare, arg. l. prima. ff. in aut. ad
deficientis. C. de cad. toll. Nam respõdeo, q. illud caput
venit in consequentiam præcedentis, vnde inuicem re-
cipiunt declarationẽ, d. l. si seruus. ff. si. & ex hoc secundo
capite, apparet mēs principis, qualiter præsupponebat
per præcedentia verba factã fuisse reuocatione, nec. n.
constat alias reuocatiões factas fuisse p̄ d. Illustr. Dũ
ceni, quam illas de quibus in dictis literis: vnde istud ar-
gumentũ merito reflecti potest in cõtrariũ. Non obstat
tertio, q. deducitur mēs principis ex eo, q. postea factũ
est: quia non obstantibus dictis literis, videtur semper p̄-
seruata fuisse exemptio. Nam respõdetur, istud in facto
non esse verũ, & si qui fuerit p̄seruati, istud fuit, quia
forte impetrauerat nouas exemptiones. Nõ obstat prin-
cipaliter priuilegiũ ipsius factũ per ipsam dominã Clarã,
quia non requiritur q. fecerit seruata solennitate statu-
ti nostri, & sic cũ consensu agnati, vnde actus est nullus,
quia statutũ p̄cedit annullando quãdocunq; alienatio-
nẽ. Nec hic potest obijci p̄scriptio, cũ non sit probatũ,
q. fuerint in quasi possessione immunitatis, p̄ quadra-
gintã annos continuos, prout requiritur in huiusmo-
di p̄scriptiõne. l. omnes. C. de p̄script. 30. annorũ
p̄ Bar. in l. licitatio. ff. earũ. ff. de pub. Præterea est notan-
dũ, q. alia ratione videntur cessare omnia obiecta in casu
nostro, nã t̄ vbi eunq; quis habet priuilegiũ exemptionis,
vel immunitatis, si describitur in libro debetium soluere,
& scias, nisi appellẽt in fra. decẽ dies, amplius nõ auditur,
& sibi præiudicat. l. j. ff. si quis tutor. vbi Angel. ff. quando
appel. sit. Alex. consil. c. j. visus instrumẽtis exemptionis. &
cõl. 6. in causa & lite in ij. volumine. Felin. cap. cum ac-
cessissent, de constit. per Mod. Taurin. in tract. p̄fer. in
quarta parte 4. part. princ. in xxx. quẽstione vbi respon-
detur omnibus quæ in contrarium adduci possent: vn-
de cum isti Parauicini dicto termino non appella-
uerint, cessat omnis dubitatio.

CONSIL. XVII. SVMMAE.

- 1 Imperator vel eius comes Palatinus non potest legitimare nõ
subditum in terris ecclesiæ, & quare.
- 2 Papa in territorio suo nullam prorsus superioritatem reliquit
Imperatori.
- 3 Legitimatiõ facta in terris ecclesiæ à Comite Palatino impe-

cuque. l. j. in ff. de iure immu. Et ideo appellatio heredum in eo restringitur ad descendentes, secundum distinctionem Bartol. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posthum. Et quia illa verba, & alios de domo, & progenie eorum, indicant supra de heredibus sanguinis actu propter naturam dictionis, alios. l. non solum. §. quæritur. vbi doct. ff. de proc. ca. sedes. extra. de rescrip. l. son. l. penult. C. qui admitt. ad hono. possess. l. stipulatio ista. §. si quis forte. de verbor. obligat. Alexand. consil. cccij. in ij. cum similibus. Et quia infra in privilegio dicitur, eorum consanguineos, & amicos, de domo, & cognatione eorum, &c. vbi non admittuntur simpliciter amici extranei, sed qui sunt de domo, ergo idem in heredibus, q. primas inter amicos tenet. l. nec adiecit. ff. p. soc.

CONSIL. XXII. SVMMÆ. Legitimitas que succedentibus ab intestato non noceret. Egitimitas hæc facta à Comite Palatino, habente tantum facultatem à sede apostolica, nihil nocere debet istis legitimis & naturalibus filiis, per regulam cancellariæ. xvij. que habet, quod huiusmodi legitimationes non præiudicant illis ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat, de qua regula habetur mentio per Fel. in c. cum olim. in tertia declaratione vers. scias tamen. extra. de re iudic. Soc. consilio xj. in iij. Corn. consilio iij. in x. Lanc. Galliaul. leg. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum.

TOMVS II. ANDREAE ALCIATI IVRISCONSULTI MEDIOLANENSIS RESPONSORVM

Liber V.

QUI MISCELLA INSCRIBITUR.

Francisc. Alciatus Iurisc. ad Lectorem.

TSI in huius quinti libri limine noua for. an species, noua forma responsorum tibi, optime lector, occurrere videbitur, eam tamen scias, Alciatum nostrum non inuenisse primum, sed antiquis vstitam, de in per incuriam diu desitam, ad nostra reuocare tempora tantum voluisse. Constat quippe veteres illos Iureconsultos, qui Romano florente Imperio vixere, solitos ab amicis, clientibusq. suis per epistolas de iure consulti, itidemq. per epistolas sua illis responsa iuris reddere, quod præcipue Iulium Papiam discipulum factum esse non vno in loco nostra demonstrant leges. l. Nesevnius. ff. de neg. gest. de excusa. tuti. & ad l. Falc. & nonnullos etiam ex nostris interpretibus id aliquando fecisse apparet, Frider. A Senis. Bart. cons. cccj. Lapis. Hunc ergo præclarum maiorum morem, & latine lingue maiestate dignum, tenendum sibi, atq. imitandum nosse præponat Alciatus, eiusq. exempla aliquot consecerat, ut sensim in forum illius usum induceret, & ceteros ad observationem alliceret. Verum posteaquam rescivit iudicibus forensibusq. actoribus hunc non placere stylum, quod breuius illa tam elegans menibus suis obscuritatem nimiam pareret, necesse habuit posthabere illum, ne male in foro audiret, sic paulatim ab illo desectens ad alium transiuerat, ceperatq. eo modo responsa dare, quo commentaria scribere solebat, in vtrinq. scilicet partem, ut alij quoq. consueverat, pluribus argum. nis ventilato articulo, sed paulo latinioribus verbis, & extra orationis contextum proiectis in marginem citationibus locorum, cuius scriptiois exempla aliqua, & hoc in libro quinto, & in alijs quoque cernuntur, sed cum & hunc morem non plane omnibus, præsertim inopoli ingenij viris arridere intellexisset, statuit tandem scdne (quod aiunt) prorsus subseruire, & per omnia communi cum ceteris nostri seculi Iureconsultis, modo, responsa scribere, inde factum, ut quam plurime loquutiones ex trivio sumptæ, nec sat probata classicis auctoribus, in eius legantur responsis, prudensq. admisi, ne sibi obijceretur, quod nimium latine loquendo ab idiotis, iudicibus minus intelligeretur, ob id clientum suarum causas perderet, quæ admodum olim Ruino vitio datum fuisse, fama tulit, quod nimis subtiliter & obscure loquendo iudicibus raro per uaderet. Quamquam autem in hoc respondendi munere in communem viam sic forensi diligente necessitate dederit Alciatus, nolui tamen ego interire illius perelegantis formale exempla, cui sane ratione motus, ac spe bona ductus, quod et si nostris temporibus illa foro recepta non fuerit, nihilominus placitura sit eruditus omnibus, & vere doctis viris, aliquorum etiam studio forum inuenum excitatur animos, ut sua admittantur ingenia conuertant, & forsitan id efficiant, ut quæ responsorum forma nostra est, etate reiecta, succedentibus melioribus temporibus passim demum laudetur, recipiatur, frequentetur tanquam scientia nostra, & conducibilior, & minus humanas mentes defatigans, quam Barbarus ille, & verbasus nimis Neotericorum in respondendo modus, hic igitur perpolitam illam iuris responsa collocare volui, ut si qui tales quales opto, emergant viri habeant hic parata exemplaria, ex quibus suas cõsimiles ducant figuras, nec ullus aprior visus est mihi locus hoc ipso quinto libro, in quo, quia varia est commixta farrago, & illa tantum posita responsa que alibi, certo proprioq. in loco statui non poterant, merito Miscellorum titulus est inscriptus, quem admodum olim C. Cesar Miscellos Ludos iucunda mixtura referios edidit, sic nosser Alciatus Miscella responsa grata varietate condita publicasse videatur. Cum itaq. omnis ferè argumenti legalis tractatus hoc in libro, communi velut in sede permixtum contineretur, consentaneum fuit, & in eo omnis generis responsa confundere, nempe latina cum Barbaris, antiqua cum nouis, inuisitata cum frequentibus, quod an rectè omnino factum sit, tuo nunc relinquo lector iudicio. Vale.

CONSIL. I. SVMMÆ. Donatio mutata pretio ab emphyteuta iterum admonenda. Cerbus Alciato salutem, Titius mihi in emphyteusum villam suam dedit, in eius villæ parte dimidia alium ego, ipso Titio cõsentiente, in emphyteutam constitui, is cum alienare meliorationes suas velle, cuiuslibet nostrum denuntiavit, ut si centum aureis, quod pretium ab alio sibi oblatum assererat, emere eas vellemus, intra duos menses responderemus, si verò iure municipali, quo qui cõmunione in re, vel quota eius portione habent, pretio duorum æstimatorum arbitratu constituendo, ceteris preferuntur, comparare villam desiderabamus, intra mensem sententiam eum nostre certorem faceremus. Huic Titius respondit nolle se emere: at ego empturum me arbitratu æstimatorum asserui, qui nonaginta aureis meliorationes eas censuerunt, sicque mihi traditæ sunt. Nunc me Titius in ius traxit, & cecidisse à iure meo allegat, peto à te quid sentias? Alciatus Acerbo S. Potest quidem Titij intentio iusta videri, quoniam ipse ceteris omnibus æquali in pretij causa præferendus est, vnde priusquam villam secundum emphyteuta xc. aureis tibi videret, an eo pretio emere vellec Titius admonendus fuit. Nec enim prior denuntiatio sufficit, quæ maius pretium rei constituit, id que nemo est qui non crederet, ipse tamen cum tibi tuus emphyteuta vendidit, nõ opinor debuisset quicquam priori domino denuntiari. Fit enim denuntiatio, ut consulatur domino, quia aliàs actione aliqua personali emptorem cõuenire nõ posset, Bar. in. §. duo fratres in x. quæst. de verbor. obli. at tu satis poterat conueniri, qui ab eo totius villæ nomine ius emphyteuticum acceperat, quod & in pluribus emphyteutis inuicem ius suum diuidere volentibus responsum frequentius est. l. voluntas. C. de fideicommiss.

CONSIL. II. SVMMÆ. Donatio causa mortis Notario stipulante facta, propriam naturam contractus non fideicommissi habet. Nihil prohibet in testamento quoque contrahi. Quoties lex quicquam fieri in vltima voluntate prohibet, etiam donatio causa mortis, sicut testamento, vel Codicillis fiat, censetur prohibita. Egauit vxori Titius donum, & in testamento addidit, ut si nec iure testamenti, nec codicillorum valeret, in vim donationis causa mortis sustineretur, quam stipulante notario fecit. Eo defuncto, hæredes negant integrum legatum debere: quoniam pretium domus quartam bonorum exce dit, & ex lege municipali cautum est, Ne vxori maritus in vltima sua voluntate quicquam supra quartam relinquere possit, quæro, quid sentias? Alciatus respondit. Tractata iam diu est huiusmodi quæstio, & apud Decium consilium extat consil. centesimum nonagesimum sextum, legatum deberi, nec enim lex prohibet supra quadrantem ex mariti contractu vxorem acquirere, atq. donatio causa mortis notario stipulante facta, naturam contractus, non fideicommissi habet. Bartol. l. prima. ff. de donat. caus. mortis. Nec refert quod in testamento facta sit, quoniam nihil prohibet in testamento quoque contrahi. l. similiter. §. fin. de testam. Et licet pleriq. sentiant, quoties lex quicquam fieri in vltima voluntate prohibet, etiam donationem causa mortis, si in testamento vel codicillis fiat, censeri prohibita, cap. quanquam. §. si. de testam. in sexto. tamen hoc locum sibi vendicare nõ videtur, cum stipulatio accessit, & hæc Deci. Sed collegiū Iuriscõf. Mediol. aliud obseruat, quoties enim id agitur ut res donata solum post mortem testatoris detur, eum obligatio ab hærede incipiat, nihil refert stipulatio inter uenerit, vel id minus. l. j. C. de don. caus. mor. sèmpèr; ex fideicommissio agitur, quæ sententia Bal. placuit cõf. cccxiiij. quæritur vtrum vsura. l. ij. quod etiam verba legis suadent, qualiscumque enim sit hæc donatio verum

est in vltima voluntate esse factam & cum post mortem res danda sit, rerum quoque est rem esse relictam. Accedit quod ratio eius legis est, ne mariti muliebribus blanditijs seducti, hæredibus suis vltimo in elogio minus relinquunt, quod in simplicibus contractibus non ita solet fieri, nec enim tam facile alliciuntur mariti, ut contrahe do largiantur vxoribus, sicut testando, vel dum vltimam voluntatem cõdunt qualiscumque sit, siue codicillis, siue causa mortis donatio quæ licet faciè cõtractus habeat, effectu tamen vltima voluntas est, at lex hæc effectum respicit, non cõtrahendi formam.

CONSIL. III. SVMMÆ. Legi Prætori mandantis consilium Iuriscõf. sequi sensus. Is qui merus executor est, nullam cogitationem habet sed solum tenet exequi. Sententiam appellatione pendente exequi posse. Titius Alciato salutem. Lex mandat prætori, ut si altera partium petierit Iuriscõf. consilium omnibus in causis sequatur, idq. pro pronuntiato habeatur: Prætor negat in id se teneri, quoniam casus de quo disputetur clarus sit. Ille aut ille. ff. de leg. iij. quæro quid sentias rescribere mihi. Alciatus Titio S. Vidi plerunq. id genus controuersie tractari, cū prætores ut ipsi ius pro arbitrio suo dicant, neminem in consilium assumere volunt, in qua re eos cõtra legem facere Paul. Cast. scripsit. cõf. cccxiiij. viso puncto. vol. ij. Nam cum eis mandetur ut in omnibus causis consilium assumant, solum illis assumendi factum committitur, & ideo illud exequi debent, non autem id cognoscere, casus sit clarus, vel non sit. Vnde & solemus dicere, tam qui merus executor sit, nullam cognitionem habere, sed solum exequi teneri, cap. Pastoralis. §. quia verò. de offi. deleg. quam sententiam in proposita specie, & ipse veriorum arbitror, cum enim in omnibus casibus lex velit consilium adhiberi, apertissime ostendit prætoris iudicio se non confidere, qui pro claro id habere poterit, quod clarum non sit. Verum & consultor ad eundem est, & sicut in causa principali sine consilio prætor decernere non potest, quia ut diximus eius iudicio lex non confidit, ita in eo articulo, an casus sit clarus non confidere dicendum est, nec ideo lites diutius protrahuntur, quò id ipsum consultor quam primum facere possit, quod facturus prætor erat. Nec nos moueri, quod traditum est, iudicem à quo appellatum sit, si manifestè prouocationem non valere cognouit, exequi sententiam suam posse. Per c. constitutus. ij. de appel. quoniam non tam generaliter & indistinctè iudici mandatur, ut appellationi deferat. c. v. de appell. in vj. sicut in proposito casu prætori, ut iurisperito committat, at qui cognitio aliqua ad iudicem pertinet an deferendum existimet. l. penult. ff. de appell. recip.

CONSIL. IIII. SVMMÆ. Filius si vniuersis rebus paternis, patrem ab hostibus captum non redemerit iuste ex hæredatur. Victores ab in bello captis non vltra trientem extorquere possent. Vm in bellis ciuilibus captiuitatis nulla sint iura. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus, de capt. id quoq. inter Christianos plerunq. obseruatur, ut capti libertate non admittant, sed præstita victori pecunia se redimant, ea Græcè ἀπολύσιον dicitur potest, ceterum avari milites pleriq. id flagrant, q. exolui et vniuersis capti fortunis nõ possit, & quis peditum sit, nõ debere victores immaniter cū eis agere, sed eo esse cõtètos q. solui cõmode possit. Sal. l. ab host. C. de postli. reue. id tñ plerunq. ppter incertitudinè in cõtrouersia deducitur, quæro igitur à te vt certè aliquid mihi respõdeat. Alciatus respondit, varia in iure hæc de re argumeta assumuntur. Et videretur vniuersæ quoq. facultatis estimatione peti posse, cū cõstitutum sit, nisi filius et vniuersis rebus paternis, captum ab hostibus patrem redemerit, iuste ex hæredari. §. si vnum, in auth. vt cum. de app. Sed hoc diuersum est, debuit enim filius patrem ipsum sibi charior.

chariorem ducere, quam eius facultates. Sentio itaque
 2 non ultra trientem bonorum ipsius extorqueri posse,
 cuius rei, exemplo legis Papiae, constitutionisque Iustini-
 niani ad hanc rem pertinentis, admonemur, qui patro-
 nio in liberti bonis (& huic enim scituri & capto salua li-
 bertas est) non aliudius contra liberti voluntate concessit,
 quam ut, eo sine liberis defuncto, tertiam partem auo-
 caret, sed non ultra, verum si vero, in si. de successio. liber.

CONSIL. V. SVMMÆ.

- 1 Ex facto ius oritur.
- 2 Qui a tutoribus absque interpositione decreti emunt tanquam malefidei possessores, fructus suos nullo tempore faciunt.
- 3 Possidens bona fide fructus aueratur.
- 4 Venditio facta per tutorem absque interuentu decreti est nulla.
- 5 Emptori incumbit onus probandi, pecuniam esse versam in vtilitatem minorum.
- 6 Confessio tutorum quod contractus sit vtilis pupillo non prodest, quia probari oportet verum in vtilitatem pupilli cedere.
- 7 Tutoribus inuentarium non conscientibus administratio est interdicta, & pro extraneis habentur.

VIR magnifice, cum accepissem literas tuas, quibus petebas consilij mei copiam tibi fieri, admodum lætatus sum, videbarque mihi sydera (quod dicitur) vertice ferire, cum nominis mei famam apud te celebrè esse perspicerem, cœpit itaque me admirabile desiderij votis tuis omnino obsecundandi, nihilque prorsus reliqui faciendi, ut qua via, qua ratione, quo studio possim, causam tuam tuerer, sciebam hac in re illustriss. quoq; Mediol. Duci gratam me rem facturum, qui suis literis id mihi negotium præcipue commendauerat, verum (ut sit) inter cogitandum deprehendi quædam in facti specie ad me transmissa subsistere, quæ amplius dilucidari cuperem. scis vulgatum illud iuxta factum oriri. l. si. ex plagis. §. in cluio capitolino. ff. ad l. Aquil. q. si de eo non sat costet, fieri hæudquaquam potest, ut certum tibi responsum iuriscôn. quicquid det. Quod maxime describi oportuerat id non satis explicatum est. Simpliciter in altera scheda scribis; Nicolaum clericum emisse, & Cornelium Vrancum in eis locum subrogatum, in altera verò dicitur, tutores Io. Vranco ipsi vendidisse. Vide quid hoc referat, illi, qui a tutoribus absque interpositione decreti emunt, tanquam malefidei possessores fructus suos nullo tempore faciunt: 3 at si Vrancus ipse à Nicolao emisisset: quia bonæ fidei est fructus lucraretur. l. bonæ fidei de acquir. rer. domin. nec mala fides Nicolai, quod ad acquisitionem fructuum attinet Vranco successori singulari noceret. l. ij. C. si quis ignorat. min. Poruit enim Vranco credere Nicolaum dictum reditum acquisiuisse rectè, & legitime: & ideo cum bonæ fidei sit, non potest in fructibus condemnari, nisi in his qui post litis contestationem præcepti proponerentur: & hæc sunt quæ me ambiguum reddunt, respectu fructuum: nam quod ad proprietatem ipsam atinet, nulla subest difficultas, quin venditio ipsi Nicolao facta sit nulla, cum decretum non interuenerit, idque etiam si incontinenti post liberationem Andreæ Holandri facta esset. l. j. in fin. ff. de reb. cor. Paul. de Cast. l. contra in si. ff. de pact. Ionus que probandi pecuniam in vtilitatem minorum versam ipsi emptori incumbit. l. prædiorum. C. de præd. min. Nec confessio tutorum eis obstat. l. certum §. sed an & ipsos. de confess. nisi aliter veritas cõuersionis in rem pupillorum probetur. l. Lucius. §. tutelæ. de admin. tut. vbi Bart. maxime cum isti tutores non fecerint inuentarium: quo casu administratio eis interdicta est, & ideo pro extraneis habentur. l. in arbit. tut. C. volui hæc ad te paucis scribere, ut si existimes operam meam tibivtilem futuram me admoneas, ut secundum suprascripta consultationem copiosam ad te mittam. sum enim, Michael optime, nihil omisurus quo tibi gratificari aliqua in re possim: nam quod scribis de honorario, absit ut quicquam ego abs te accipiam qui potius vltro debere me tam insigni tui humanitati profitear. Vale Ticini 6. Idus Mart. 1534.

CONSIL. VI. SVMMÆ.

- 1 Monomachiam omnem seu singulare certamen omnium iure vetitatum, prohibet, nisi esse non solum lege civilis, sed Pontificia, & exemplo sanctorum virorum.
- 2 Dirimachus auctor fuit legis de gladiatoribus tollendis.
- 3 De iure dubitandum non est consuetudinem duelli non valere.
- 4 Ea que facta sunt quandoque ad causam iuris trahuntur.
- 5 Is qui iniussu Imperatoris sui Commilitonem ad singulare certamen promouat, videtur aduersus militarem disciplinam agere, & ideo tanquam pacis turbator capite puniendus est.
- 6 Duellum non nisi ex causis iniundum, & enumeratis causis.
- 7 Duellum conceditur pro conseruatione honoris proprii.
- 8 Causa pertinet ad honorem & dignitatem dicitur maxima.
- 9 Honor vilitati præponendus est.
- 10 In re clara non solet esse Monomachie locus.
- 11 Probatio que fit per duellum est irrationabilis & extraordinaria, & in subsidium duntaxat admittenda.
- 12 Iniuria que verbis fit, verbis quoque dilui & purgari posse debet.
- 13 Legislator semper pro innocenti præsumit.
- 14 Legislator non credit quenquam deliquisse, nisi quatenus aliqua ratione appareat.
- 15 Qui crimen aliquod alicui obijcit si verum est, nullam dicitur illi fecisse iniuriam.
- 16 Si quis alicui falsum crimen obijcit, illi iniuriam facere dicitur, & ipse delinquit, quia calumniator efficitur.
- 17 Licet vnicuique iniuste accusato accusatoris mentiri, & quare.
- 18 Talioni aliam talionem non obijci.
- 19 Reuocatio reuocutionis nulla est, nec a iudice admitti debet.
- 20 Aduersus doli exceptionem nullam esse doli replicationem.
- 21 Prima chartula qua quis alicui crimen obijcit iudicarij libelli vim habet.
- 22 Post litis contestationem ad probationes deueniendum est.
- 23 Valet argumentum de iudicijs ad duellum.
- 24 Verba tu mentiris iniuriam atrocem inferunt, etiam si dictum sit saluo honore.
- 25 Flagitium mentientis sui natura ad priuata iudicia pertinet.
- 26 Delicta priuata sunt seuiora publicis.
- 27 Mendacium quandoque non cedit in speciem delicti, ut cum quis citra dolum, & fraudem mentitur, vel, &c.
- 28 Plerumque casus esse, quibus fas est mentiri.
- 29 Oratiois ciuilitas & modestia vim denuntiationis non impedit aut actoris probationes angustare potest.
- 30 Prouocatoris dignoscendi forma.
- 31 In iudicijs actor est, qui dicit adiudicari dari quid petit.
- 32 Reus in cuius possessionem propter contumaciam itum est reuocare decretum, et illatum onus petit actoris personam sustinet.
- 33 Malus est crimen, & delictum in absentes, & in scios inuehi quæ præsentis, & scienti obijcere.
- 34 Calumnia diffinitio secundum Lucianum.
- 35 Libellus ineptus, & generalis parte non opponente fit aptus, & pro legitimo habetur.
- 36 Natura dictionis reseruans quæ.
- 37 Natura reseruationis est, ut nihil noui inducat, sed quod inductum est conseruet.
- 38 Dicitio quoties ad numerum respicit.
- 39 Quod pro certo ponitur ad conditionem pertinere non potest.
- 40 Is prouocator est qui alteri crimen obijcit et ad eum onus probandi pertinet.
- 41 In iudicijs verba, quibus partes vtuntur, non attenduntur sed rei substantia & vis libelli, conclusio attenditur.
- 42 Fit semper interpretatio vt consuetudo publicam vtilitatem adiuuet, non vt tollat aut imminuat.
- 43 Semper ea accipi debet interpretatio ne fraus legi fiat, & ne cuius dolus suis patrocinetur.
- 44 Verba quandoque falsa sunt, facta verò nunquam.
- 45 Interpretatio que re ipsa fit, est efficacior ea, que verbis.
- 46 Iniuria que facta infertur ætior est, quam que verbo.
- 47 Vbi intentio obscura est, vt quia duplicem sensum habeat, non tenetur Reus libello tali respondere.
- 48 Non dicitur reuocatum honoris cuiusquam fieri quod prouocato officij sui quis fecerit.
- 49 In iudicio contra ipsum pronuntiandum est qui chartulam obijcit, quia legem clarius dicere potuit.
- 50 Libellus parti oblati demonstrat quandam præclusionem cum eo cui offertur, scilicet si alteri, quam parti offeratur quia nullius esset momenti.

Quod

- 51 Quod cum altero agitur, ad alium non pertinet.
- 52 Que in certo casu a lege constituta sunt, non facile ad eum, de quo ad huc non constat producenda sunt.
- 53 Qui ipse ad hostem chartulam mittit, subijcere se legibus duelli sponte videtur.
- 54 Delator qui clam alterum insinulat se magis, quam hostem suum onerat.
- 55 Qui aliquem coram incusat, is veritati magis inherere creditur, quam qui clam.
- 56 Acceptatio literarum nisi confestim contradicamus præsumptionem approbationis inducit, sed quelibet contradictio elidit.
- 57 Vna præsumptio per aliam tollitur, & minus fortis efficaciori cedit.
- 58 Semper facimus interpretationem, ne reseruaciones sint superflue, sed potius multum operentur.
- 59 Potius capitur interpretatio per quam actus incontinenti corrigatur, & illusorius efficiatur, quam quod clausula sit superflua.
- 60 Procedendi duplex modus.
- 61 In remedijs agendi electio est actoris non rei.
- 62 In electione remedijs non est licita mutatio, aut variatio.
- 63 Via quam elegisti ea solo, tibi patere debet.
- 64 Aperiens literas, incidit in crimen stelionatus.
- 65 In certitudo aduersus scribentem est interpretanda qui legem potuit clarius dicere.
- 66 Quoties incertitudo talis est, vt reus clarus esse nequeat, libellus dicitur ineptus, & est reiiciendus.

VM contentio, atque discordia inter illustres, strenuosque militem præfectos Caninium & Fulgosium orta sit, imitator legem Solonis, cuius Aul. Gellius lib. ij. cap. xij. meminit, & alteri parti adhebo, quam iustior causam habere existimem. Is est illustri. Princeps Caninius, qui ad singulare certamen per chartulam prouocatus fuit, & qui iudicio meo non prouocatoris, sed rei atque defensoris partes sustinet. In primis itaque sciendum est quod monomachiam omnem, seu singulare certamen, omnium iure vetitam prohibitamque esse, idque non solum lege civilis. l. j. C. de glad. lib. x. vbi omnes, sed etiam pontificia. ij. quæst. v. ca. monomachiam. cap. j. de purga. vulga. item que exemplo sanctorum virorum, ex quibus Dirimachus auctor fuit legis de gladiatoribus tollendis ab Imperatoribus Arcadio & Honorio late, vt est apud Othonem Frisingensem libro Historiæ suæ. iij. cap. xi. Extat quoque apud Casiodorum Theodorici Gothorum, Italiæ que regis ad Romanos Epistola, qua maxime hunc abusum detestatur. Et vt omitteremus periculum vitæ ad quod non solent strenui viri adeo respicere: qui, vt in carmine est Virgiliano,

— cupiunt lethum pro laude pacisci,

debent saltem animæ suæ rationem ducere, & irâ Dei timere, nec se ei casui subijcere, quo morientes sacramentis ecclesiæ priuentur, & cum canibus communem habeant. Non potuit tamen id tam efficaciter a legumlatoribus prohiberi, quin inoleuerit non fuerit, do, vt quibusdam casibus saltem de facto duellum id exercetur: etenim de iure dubitandum non est, consuetudinem non valere. capit. ij. de cleric. pugn. in duel. Cum ergo de facto id exerceri soleat, perinde de huiusmodi corruptela disputabimus, atque si valeret: quia tunc ea que facta sunt, quandoque ad causam iuris trahuntur. l. mulier. §. j. de condit. institut. l. qui habebat. de manumiss. testam. quod plurimè exemplis offendere possem, si arbitrater expedire. Alexander consil. cvij. Illud non omiserim, etiam si aliàs valerent consuetudo, tamen in casu nostro subesse speciale quoque rationem prohibitionis. Cum enim vterque tribunus militum sit atque Francorum regis stipendijs in bello essent, videretur aduersus militarem disciplinam eum agere, qui iniussu Imperatoris sui commilitonem ad singulare certamen prouocaret: ideo tanquam pacis turbator, vel capite puniendus est. l. fin. de re militar. vel saltem & lege nouissimi-

ma Federici, qui Capitaneus. sit, vignici auti libri puniendus. cap. j. de pace tenend. in feud. Adde autem exo sum id crimen habuerunt veteres, vt nec quidem cum hoste congredi militi suo singulari certamine permiserint, nisi consulto prius duce atque exercitus Imperatore. Et ideo apud Tit. Luitum libro tertio & libro xxij. nec T. Manlius Torquatus, nec Claud. Aseilius aduersus hostem ad monomachiam prius progressi sunt, quam Dictatorem aut consulem percunctati essent, liceretne extra ordinem in prouocantem hostem pugnare. Audi uique ego quandoque regios proceres hoc Italici militibus imputates, quod seditioni inter se & ad iurgia pronis, suis monomachiarum chartulis militarem disciplinam peruerterent. Conuenerant tamen ad Doctores, plerique casus, quibus consuetudine admittitur duellum: generaliter que ait Baldus ex maxima causa permittendum esse. Bald. l. ex hoc iure quæstio. viij. de iustit. & iur. intialit que consuetudo, vt pro conseruatione honoris sui concedatur hæc prouocatio. Bald. dict. capitul. primo de pace tenend. t. tanquam maxima sit hæc causa, quæ ad honorem, dignitatemque pertinet. de decima quæstio. prima. nolo. l. isti quidem. quod met. cau. etenim t. honor ipse vtilitati quoque præponendus videtur. l. Iulianus. ff. si quis omnia caus. Et licet alia sit in Gallia consuetudo. alia in alijs partibus, tamè in Italia id obseruatur, vt si tu mihi aliquod crimen obijcias, ergo que responderim te mentiri, possis offerre te armis in studio id, & obijcisti probaturum, admittitur que tunc duellum, tanquam probationis cuiusdam species. Hostiens. in summ. de cleric. pugn. vt sicut in causis criminalibus quando ad sunt indicia, deuenitur ad torturam: ita & in istis causis militaribus deuenitur ad innocentiam & veritatis experimentum. Et ideo in re clara non solet esse monomachiarum locus. Bald. dict. capitul. j. leg. j. C. de deditio. libertat. toll. l. cum filius. de legatis ij. consilio cccxxxv. in iij. quod Baldus non semel tradidit, & ab alijs relictis extat, & nouissimè. Decius respōdit. cccclxxxvii. cccc. cclxxxvj. Intellego autè claram, quæ aliter quam duello possit facile probari. Et ideo principes, qui se curitate teritorij concedunt, non debent eam concedere, si videant facile rem posse iure legitimo probari: quia hæc probatio per duellum est irrationabilis & extraordinaria, & in subsidium duntaxat admittenda. Bald. dict. leg. cum filius tam. §. fin. Bartol. consilio lxxij. libro j. Calcan. consil. ij. Putarim tamen hac in re ipsius prouocatoris iuramento standum esse, affirmauerit aliter se quod intendit probare non posse. cap. penultimus. de testibus, cap. quoties. de purgati. capitulo. ne aliàs semper pateat via prouocato, qua saluo honore suo congressum eui ter: quamuis hac in re dissentire videatur Decius. Sed quænam est consuetudinis ratio, vt qui aduercarij mentiri dixerit, nihil ultra querat, sed exoneratus sit, honoremque suum saluum habeat onusque aduersario incumbat ad arma eum prouocandi? At qui videretur satis esse, si prouocator replicaret, imò tu mentiris. l. qui cum maior. §. libertus. de boner. libert. leg. si quis. §. vtrum. ad Sillan. cum omnis t. iniuria. que verbis quoque dilui & purgari posse debeat. l. nihil tam. de regul. iur. Et sciendum est t. legislatorem semper pro innocentia præsumere. capitul. estote. de regul. iur. t. nec quenquam credi deliquisse, nisi quatenus aliqua ratione appareat. l. merito. pro socio. t. Qui ergo mihi crimen aliquod obijcit, si verum est, nullam dicitur facere iniuriam. l. lex Cornel. in si. de iniur. ff. falsum, facit iniuriam mihi & ipse delinquit, calumniator efficitur. leg. j. ad Tertul. Si ergo ipsi me accusanti respondero, tu mentiris, me exonero, crimen in auctorem reflecto, quia calumniari eum affirmo. dict. leg. prim. de his qui notat. t. Licet autem vnicuique iniuste accusato, accusatori dice. re, Tu mentiris, l. quæ omnia. de procuratorib. vbi Doctores, quia non animo iniuriam illi faciendi, sed me defendendi dici credendum est. Abbas capitulo cum te. de re iudicata. & etiam si iniuria aliqua inde oriatur,

tur. Doctores l. si quis extraneus de acquirenda hæred. cum ea compensanda est, quam tu mihi crimen obijcisti feceras, vt verba cum verbis mutua vice talionem recipiant. l. viro atque vxore. solut. matrimonio. Quod si tua replicatio admitteretur qua diceret: Imò tu mentiris, &c. res ad infinitum verborum inanum modum deueniret. l. in hoc iudicio. §. si conueniat. communi. diuidan. exitūque non haberet, quod maxime strenuo militi est in decorum, vt lingua promptior, quam armis videatur. Satis ergo est, vt semel duntaxat permilla sit verbalis congressio, vltorius verò non permittatur. l. boues. §. hoc sermone. de verborum significatione. Nam & videmus, quod quisque iuris iniqui in alium statuerit, eodem iure & ipsum vt necesse habere, nec vltra id extendi posse, neque talioni aliam talionem obijci. leg. final. quod quisque iuris. vbi Doctores. Quo arguimento & Bartolus & ceteri tradidere reconuentione reconuentionis nullam esse, nec à iudice admitti. l. iurifurandum. & ad §. prætor. de iurifurando. Ad rem propius facit quod vulgo receptum est, aduersus doli exceptione nullā esse doli replicationē. l. apud. §. Marcell. de doli exceptione. Qui. n. respōdit Mētiris, doli prouocantis excipiēdo arguit, calumniāque allegat. At si replicaretur, Et tu mentiris, de dolo diceretur replicare, quod non solet cuiquam concedi. l. transactione finita. C. de transactione. vbi dixi. Debet enim prouocator magis de probatione intentionis suæ sollicitus esse, quam de noua contumelia. Nam & si hoc admitteretur, non ne battologiam quandam, & superfluitatem lex induceret. leg. si quando. de legatis primo. Quid enim amplius haberet replicatio quam quod semel intentione deductum est? Etenim si vera est intentio, necessarium mentiri reum, qui id ipsum astori imputauit. Ne ergo sepius reuoluatur eodem oratio. & pistilli more circumferatur. l. Claudius. qui. po. in pig. non amplius verbis vtendum esse existimatum est, sed ad probationis modum deueniendum, qui per singulare certamen sit. Hæcque videtur consuetudinis huius esse ratio. Habet ergo prima chartula, qua quis mihi crimen obijcit, iudicarij libelli vim. l. j. C. de lit. conte. at responsio mea qua eum mentiri affirmavi, pro exceptione est, sicque l. i. quodā modo est contestata. l. turpia in princ. de le. j. vbi D. d. Vnde de consequens est, vt ad probationes deueniatur. c. quoniam in prin. vt lit. nō cōt. quæ certaminis euentu inducuntur. Constat enim argumentari de iudicijs ad duellum solitos esse veteres, quod Io. Liguanius, alijque qui huius argumenti libros scripsere, vbi que faciunt, & Bar. probant. l. j. C. de lit. cōtestat. Erunt tamē forte qui crasione Minerua hæc interpretentur, & aliam rationē pro ingenij captu excogitent: nempe, quia hæc verba, Tu mentiris, iniuriam atrocem inferunt, etiam si dictum sit, saluo honore. l. rem apud. §. ait prætor. ver. ideo puto. de iniur. quæ nullis verbis diluit, purgarique possit, sed solo facto, id est, armorum violentia: ne ergo grauatus is cui id opprobrium est, remaneat, necessarium habet ad arma per duellum prouocare: sicque vulgares aliqui existimant. Quæ ratio proculdubio vera non est: falsum enim est, adeo atrocem esse talem iniuriam, vt nullis contrariis verbis retundi possit. Atqui longè grauius est opprobrium, cum quis accusatur pro ditionis, parricidij, falsi legi, sicarij crimine. l. j. de public. iudic. cum t. mentiois flagitium t. sui natura ad priuata iudicia pertineat, quæ semper publicis delictis sunt sequiora. l. j. l. fin. C. de cum. stel. Atqui inter crimina militaria ratū est, vt istud mendacij connumeretur. Bartol. l. assumpt. ad Mun. cū pleraque alia vti grauiora à legumlatoribus annotata sint. l. iij. leg. omne. de re mil. imò & t. quandoque nec in speciem quidem delicti mendacium cedit: vt cum quis citra dolum & fraudem mentitur. l. fundum. §. fin. de euidio. vel cum quis tum ex officio id facit, dum suum aut alterius sanguinem redimit. l. j. de bon. eor. l. iij. de H. test. Vnde & scimus t. plerosque casus esse, quibus, omni humano, diuinoque iure fasque est mentiri. l. fin.

§. quod fals. tut. ff. de int. act. Sed & si concedamus grauiusimum esse id mendacij probrium, cur eiusdem probri retaliationē non diluit, mētiris, imò tu longē fortius mentiris? debet enim omne verbale crimen contrarijs retundi posse, quod lib. vj. de duel. tradit Paris. rubric. an facta hinc inde propulsiōne. Necessariò igitur ad superiores rationes est recurrendum, alioquin semper in manu accusati esset iudicium hoc duelli subterfugere. Finge, obiecisti mihi scelus aliquod: ego respondi humaniter, & nolui dicere te mentiri: sed simpliciter respondi, minus vera esse quæ obijcias, vel existimatione tua te falli, vel me haud quaquam tibi consentire. Tu replicas: Quin ergo armis experimur? Videretur nō posse te id facere, quia à me iniuria non es prouocatus: sicque his verborum delinimentis euitarem pugnam, quod credendum non est. Neque enim forationis ciuilitas, & modestia vim denuntiationis impedit. l. si quis mihi. §. si pater. de acquir. hæred. aut actoris probationes angustare potest. l. curent. ff. de testi. Imò laudandū vique sunt, qui vrbantate hac vtuntur, vt contumelias parcāt, alterique, nisi vltra obijciant, quam necessarium ei rei agendæ sit, non intendant. Sed hæc quod ad huius articuli dilucidationem attinet satis sint. Nunc ad quæstionis thema deueniendum est.

Verba chartule seu denuntiationis.
FVLGOSVS CANINI.

Quoties quid dixisti, scripsisti, aut dici, scribi fecisti, quod aduersus honorem meum sit, toties mentitus es: et si negas, rursus mentiris: nec vltra tecum conuicij agam, referas si per te non steterit, vt armata manu te alloquar.

CANINIVS FVLGOSIO.

Duo sunt chartule tue capita. Ad primum nihil arbitror necesse esse respondere. Ad secundum, quo te offeri mecum armata manu colloquaturum, responde me id acceptare, contentumque esse vt intra congruum tempus omnes cognoscant per me non stare, et an animus tuus verbis, oblationique tue consentaneus sit.

Quæritur in proposito themate, vter t. prouocatus sit. Et prima fronte videretur non Fulgosium, sed Caninium esse. Cum enim ei bis Fulgosius mentientis culpam improbarit, nisi ipse eam armis diluat, videtur remanere oneratus. Ad eum ergo pertinet hanc notam diluere. Igitur ipse prouocator censendus est. Nam & Fulgosius ex parte sua id fecit, quod voluit, quia contumeliam Caninio dixit: nec ipse quicquam curare habet, quod vltra procedatur: Non ergo actoris partes sustinere dicitur: sicut & in iudicijs videmus, in quibus t. actor est, qui dici dari, ad iudicari quid petit. in situ. de act. in princip. qui verò nihil nonari velit, reus dicitur. Vnde t. reus in cuius possessionem propter contumaciam iuratum est, si reuocari decretum, & illatum onus petis, actoris personam sustineret. l. si finita. §. Iulian. de damn. infect. vbi Doctores. & §. eleganter. vbi Alexand. Idemque cum quis reuocari executionem, vel aliud sibi illatum grauamen postulat, quāuis aliās reus esset, efficit tamē actor. l. si prius. de oper. nou. nuntiat. l. si pater. C. qui bono. ce. vbi Salicet. sicut & qui instrumentum rescindi petit, si non possideat actor dicitur. Doctores. c. cum inter. de except. l. de dieb. §. tutor. vbi Paul. qui satis dare. cog. cum aduersarius nihil nonari velit, sed delectetur rem in eo statu remanere in quo est. Quod & ex Federici constitutione certius probatur, in quavis qui homicidij causa damnatus est, si ob defensionem sui se fecisse affirmet, monomachiamque offerat, prouocator dicitur, cap. j. §. si quis hominē. de pac. ten. vbi Ifern. quia ipse est qui presentis statu contentus non est: cum aduersarius nihil vltra querat, sed inter damnatos eum relinquat. Idem ergo & in hoc casu videretur dicendum. Illa quoque ratio non parum mouet. Nam si Caninius ipse ad Fulgosium scripsisset quicquam quod aduersus honorem illius esset, & Fulgosius respōdisset eum mentiri, proculdubio prouocator Caninius esset. Idem ergo dicendum est, si nō ad Fulgosium, sed ad alios, vt in chartula est, scripserit. Non enim

enim meliorem esse debet mea conditio, cum absenti tibi honoris quicquam detraho, quam cum scienti, & presententi. Atqui aliquanto maius est crimen & delictum, in absentes & incertos inveni, quam presententi, & scienti obijcere. Vnde apud Lucianum diffinitur calumnia esse: scilicet, si ignorante reo calumniatori credita sit. Et in epigramate Græco, quo calumnia & adulatio comparantur, hoc disticho:

*Si clam probra feras, bene dicis: si bene coram
Dicis, tunc de metristitia verba refers.*

Cum ergo plus peccet, & maiore sit odio dignus, qui aduersus ignorantes inuehatur, quam qui scientem, & tueri se valentem offendat, non dēt esse melioris conditionis. Suadetur hæc sententia etiam ex reprehensione. Cum enim ad primum caput, quod duarum mentionum est, non responderit Caninius, videtur eas approbasse, l. si filius. ad Mac. vt rāquam legitimam mentionem effectū in pugna habeat. Effectus autem est talis, vt qui eas dixerit, prouocari duntaxat partes sustineat: & quamuis aliās lūmæ non essent: tamen taciturnitate aduersarij vim habere incipiunt. Sicut dicimus de bello in epto, aut generali, q. si pars non opponat, incipit aptus fieri, & pro legitimo habetur. l. fi. C. de ann. exc. Nec ob. quod in fine scriptū est, Reseruans vt te armata manu, si pro re non steterit, alloquar: quia hæc clausula nihil innotat, sed secundum præcedentes terminos intelligitur: hæc enim est t. natura dictionis, reseruans: sicut & cum dicimus, saluo & reseruato, &c. gl. idē Labeo. fa. er. c. fa. Et alloquitur manu armata etiam qui tanquam prouocatus congredditur, l. vt vim. ff. de iust. & iur. per Caninium stare dicitur, si ipse mentiones illas non vlciscatur, & prouocatoris partes sustineat. l. quod te. si cer. pet. Nec potest videri Fulgosius ad iudicium armorum primus prouocasse, ideoque actor censeri, Bal. l. non cogendum. §. pcurator. qui satis. cog. Par. in tracta. quis sit prouo. qui verbo reseruandi vltus est, quod ius si quod est seruat, nihil autem noui inducit. l. iurifurantium. §. prætor. de pact. Atius Fulgosij erat, vt tanquam reus, qui aduersarium suum bis mentiri dixerat, certaret. Nec potest videri superfluo locutus, & qui reseruauerit sibi facultatem cum armis alloquendi, cum declarauerit aduersario se paratum quacūque ratione defendere quod dixerat, non solum, quod in carmine Ennij est,

iure manu consentum, sed magis feturo

Nec tanta est causa fugiendæ huius superfluitatis, vt ideo à natura reseruationis recedamus, quæ (vt dixi) t. est vt nihil noui inducat, sed quod inductum est conferuet, d. §. prætor. dixi in rub. ff. de pact. Minus etiam obstat, si dicitur chartulam Fulgosij conditionem esse, ideoque non arctare aduersarium ad pugnam. l. prætor. edixit. ff. de iniur. Dec. consi. cccclxxxvij. tanquam illa verba, t. Quoties dixisti, &c. ad conditionem pertineant. l. quoties qui satis. cog. l. vxorem. §. in testamento. de leg. iij. Respondeo, satis ex mente scribentis apparet nullam conditionem subesse sed ad numerū duntaxat respicere, quæ propria est illius dictionis significatio. l. sicuti. ff. quib. mo. vsufu. amit. à qua non facile recedendum est, presertim cum subiectum sit, quod si negas, rursus mentiris. Quibus verbis ostenditur Fulgosium pro certo posuisse, quod Caninius eius honori obtrectarēt: & t. quod pro certo ponitur, ad conditionem pertinere non potest. l. j. C. de pact. Sensit id & ipse Caninius, qui nihil huic capiti respondit, conditionēque non aduenisse minimè allegauit. Præterea, re diligentius perpenfa, contraria sententia proculdubio verior est, vt potius Caninius prouocati personam sustineat, Fulgosius verò prouocantis. Etenim t. is prouocator est, qui alteri crimen obijcit. l. j. ad Turpil. ad eūque eius probandi onus pertinet. l. qui accusare. C. de eden. q. si facere non potest, calumniator fuisse detegitur, cōuictusque ipse doli cæsetur. Nec refert quibus verbis captionibus. sit concepta denuntiationis formula: ea enim substantiam rei non mutat, nisi qua-

tenus partes ambæ mutuum consensum præstauerint. Sicut & videmus in iudicijs strophis atque ambagibus non perpendi, quibus verborum technis partes vantantur, sed rerum ipsarum vim, libellique conclusionē attendi. l. deo mō. ff. de leg. j. Bar. l. inter stipu. in princ. de verb. oblig. aliās cautela verborum rebus ipsis præualeret. l. iij. C. de libe. & posthu. potiorque simplici & sano sensu esset sophistica expositio, imò aduersus publicam vtilitatem induceretur, vt in cuiuslibet manu esset, etiam absque causa quemlibet prouocare, & nihilominus cogere eum ad actoris partes sustinendas, & præoccupatis mentionibus electionem armorum prouocato auferre: quod quid aliud esset, quam incentiuū delinquendi, anamque ad res prohibitas securius perpetrandas inuenire? l. iurifurantium. §. si ob maleficiū ff. de pac. l. iij. ff. de pact. dot. Atqui publicè interest hosce procuratores arceri, & saltem eo periculo cohiberi, quod videant plura commoda ad eum qui prouocatus erit, pertinere. t. Fit autem semper interpretatio, vt 4t consuetudo publicam vtilitatem adiuuet, non vt tollat, aut imminuat. l. ita vulneratus. ad l. Aq. Fieret & hoc modo facilimè fraus legi, quæ actori probationis onus iniungit, si captato aliquo verbo id in aduersarium tam facile transferri potest. Verbi gratia, damnatus homicidij, conqueritur quod iniuste damnatus sit, cum ob tutelam suam fecerit, negat accusator, qui tam obtinuit. Lex iubet damnatum prouocatoris partes duello sustinere. d. c. j. de pac. tenē. at ille accusatori, mentiris, iniquet, qui me negas ob tutelam fecisse: sicque vno verbo dispositionem legis euitabit, & de actore se reum efficiet: & tamen t. semper ea accipi debet interpretatio, 43 ne fraus legi fiat. l. cum hi. §. sed cum his. de trans. & ne cuiquā dolus suus patrocinetur, l. deredeb. arb. Accedit his, quod licet aliud sit esse prouocatorē iniuriæ, aliud prouocatorē certaminis, vt Par. Put. attestatur. tamen in dubio accipienda est illa interpretatio, vt qui primus chartulam misit, iniuriam que intulit, qui prior. de iud. is & certaminis prouocator censeatur: siquidem de iniuria ab ipso dicta apparet, qui mentientis notam ei iniurit: de iniuria verò de qua denuntians conqueritur, q. scilicet honori suo detraxerit, non apparet. Melior ergo interim debet esse eius cui denuntiatum est conditio, vt rei partes sustineat. l. fi. C. de trans. vbi dixi l. liberis. §. fin. l. seq. l. ordinata. de liber. cau. quod varijs iuris nostri exemplis ostendi posset. Non obstitit ergo in primis quod Caninius remaneat oneratus, qui bis mentientis opprobrium sustineat. Respondeo, cū iniuria incipiat à Fulgosio, potuit Caninius respondere, quod imò ipse mentiebatur: quod non fecit, magna ratione, sed maluit factis respondere, quā verbis (etenim talis conditio quæ fit factis, certior conuenientiorque militarijs viris est) acceptauit que oblatam pugnandi conditionē. Remanet autē oneratus q non responderet. At ipse efficacissimo resposionis modo vsus est, singulare certamen potius acceptando, q. tantò efficacius est, quāto facta p ualent verbis. l. Paulus respondit. ff. rē ratā habere, quia, vt inquit Bal. t. verba quandoque falsa sunt, facta nunquam. Hinc t. interpellatio quæ re ipsa sit efficacior est 45 ea quæ verbis. l. si mora. vbi Ale. solu. matr. quod & in oblatione, per quam mora dilui possit, receptum est. l. qui Romæ. in princ. de verb. obl. Sic & t. iniuria que facta in feratur acrior est, quā quæ verbo. l. aut facta, §. qualitate. de pœnis. Nam & fortibus militibus conuenit re ipsa, non lingua esse pugnaces: imitarique Aiacis Telamonij exemplum debent, qui in contentione cum Vlysse,

*Nam nec mihi (inquit) dieere promptum est,
Nec facere est isti: quantumque ego Marti feroci
Inq. acie valeo, tantum valet iste loquendo.*

Sic Homerus. Iliados Menelaū qui strenuus erat, pugnaque, & πορὸν ἔσθω, id est, pauciloquū vocat. Sic contra Virgilius Dranci, quem ignauum facit, ventosam lin-

guā, fugacesque pedes tribuit. Merito ergo Caninius maluit ad caput prouocationis solum respondere, & illud iniuriarum omittere, sequitur exemplum Hectoris apud Homerum Iliados, lib. v. dum inquit:

Τὸν δ' οὐ τι προσέφη κορυδαίλιος Ἴκτωρ
Αἰὲν ἐπέειξεν λαοκίμην.
Cui nihil omnino respondit belliger Hector,
Sed promptus contra perrexit.

Potuit etiam non respondere Caninius, quia existimaret primum illud caput chartule obscurū esse & ineptū, dū dicit: *Et si negas, rursus mentiris.* Non enim explicatur quid negando aduersarius mentiatur: possunt enim illa verba intelligi, si negas dixisse aut scripsisse. Possunt etiam habere alium sensum, nempe, etsi negas quod sis mentitus scribendo. Possunt & tertio modo intelligi, si negas supra scriptam conclusionem, quod si scripsisti in præiudicium honoris mei, sis mentitus: quo casu propter conditionem nihil poneretur, l. si quis intentione de iudic. sicque Caninius negando se scripsisse non esset oneratus: quia conditio denuntiationis mentionisque non euenisset. Cum ergo verba non essent clara, non tenebatur ipse respondere: tibi enim intentio obscura est, ut quia duplicem sensum habeat: non tenetur reus libello tali respondere: sicut nec ambiguae positioni respondere quis cogitur. Maluit itaque aliud caput eligere, quod certius ad congressus discrimen suscipiendum erat. Potuit etiam non respondere: quia cum tribunus militum esset, existimaret non esse ex utilitate regis sui ultra verba progressi nec enim in præiudicium honoris cuiusquam fieri dicitur, quod pro debito officij sui quis fecerit, l. quod resp. de iniur. & tamen non ideo voluerit honoris sui obliuisci quin certamen offerret, seu (ut significantius loquar) oblatum non detrectaret. Sed certe quacunque ratione noluerit respondere (sunt enim plura reata cum à Par. de Pur. tum à mein libello quem inscripsi de singulari certamine) illud certum est nihil hoc referre, cum acceptatio certaminis pro responsione sit, & omnem tergiversationis maculam abolet: nec enim potest videri non respondisse. Nec rursus oblit. quod videatur Fulgosius non esse actor, cum præsentis statu contentus sit. Respondeo, cum acceptauerit Caninius oblationem decertandi: non potest aduersarius præsentis statu contentus esse, sed ea curare tenetur, quæ ad pugnae executionem pertinent, videlicet ut stadium perquirat locum, diem designet, cætera que faciat que ad prouocatores pertinent, alias famæ & existimationis labem quam inferre alteri noluit: ipse patiatur. In casibus igitur contrariis nihil aliud supererat agendum actori: meritò reus ipse qui inuolari procurat, actoris personam incipit sustinere. At in casu nostro cum acceptum sit duellum, perinde est ac si responsum fuisset, quod ipse denuntians mentiretur. Vnde non censetur ille implese quod ad se pertinet. Meritò non subest ratio cur Caninius ipse prouocator efficiatur. Et si dixeris hoc ipsum, dubium est an Fulgosius fecerit quicquid ad se pertinebat. Respondeo in ambiguo contra ipsum pronuntiandum est qui chartulam scripsit, qui legem clarius dicere potuit, l. veter. de pact. qui ipse prouocauit, l. stip. ista. §. in stip. de verb. obl. d. l. qui accusare. qui quiescentem excitauit. Hamaniorque hæc est interpretatio, ut in caput actoris reuoluatur periculum. Et enim ut in carmine est.

47
48
49

*Nec lex est infior vlla:
Quam necis artifices arte perire sua.*

Non obstat etiam quod deinde adducitur: quod ad alios aduersus honorem denuntians scriptum est, perinde habendum ac si ipse scriptum esset. Respondeo haudquaquam verū id esse: subest enim apertissima differentia ratio, & in primis si ad te scribēs alicuius criminis inculauerim, videor prouocare: at que ad alium scribo, non possunt celeriter prouocari causa scripta esse, sicut videmus in libello iudiciali, quod parti oblatum litis cum eo quod præiudicium est

ca. j. de lit. cont. l. si pl. de app. at alteri oblatum nullius momenti esset. l. ij. fal. auct. Bar. §. morte. de op. no. nunt. nec enim quod cum altero agitur, quicquid ad alterum pertinet l. quæcūq; de acti. & obl. Sed & qui tibi chartula criminaria mittit, negare non potest quod te accusauerit: vnde si tu mentiri ei responderis ad probationem duellare deuenitur. At dū tu asseueras, me alteri de te id dixisse, potest id falsū esse, & à te cōmentū. ut pugne occasione quaras: meritò tua conditio melior effici non debet, ut ideo prouocato habeare. Quæ enim in casu certo à lege cōstituta sit, non facile ad eū, de quo adhuc non cōstat, producenda sūt fin. de trasact. q. pluribus exemplis à nostratibus Doctoribus proditū est. d. l. si vbi dixi. Adde, quod dicitur ipse ad hostē chartulā mittit, subijcere se legibus duelli sponte videtur. l. si vnus. §. ante omnia. de pact. at quod alterū missū dicitur, non potest videri eo animo factum, ut certandi causa querat: ideoque non potest inde argui consensus prouocatoris partes sustinere volentis, cum ad alterū consensus non extendatur. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Potest & illud dici, quod tibi crimen obijcio, probabilius, veriusque præsumi, quā quod de te alteri defero. Id delator enim qui clā alteri insulam, se magis quā hostem suū onerat. l. j. quod vi aut clā. Vnde supra scripto epigrammate dicitur: *Si clā probra feras bene dicis.* &c. At quod aliquē coram iudice, is veritatis magis in hære creditur. l. iij. de test. ideoque grauius hostem premit, ut meritò ea nota, non nisi certamine posset aboleri. Verū nec illud me mouet, quod videatur Caninius approbasse primū caput, cū illi non responderit, l. si lius. ad l. Mac. dico enim quod acceptatio literarum nisi confestim contradicamus, præsumptionē approbationis inducit. Cæterum quo modo documque contradicamus, eliditur huiusmodi præsumptio. Dd. cle. j. de procu. Com. consil. clxxvij. dixi. dicto §. morte. At in casu nostro oblatione pugnae apparet manifesta contradictio, atque mens eā criminationē non agnoscentis: etenim si vna præsumptio per aliam tollitur, & minus fortis efficaciori cedit. l. cum de iud. de prob. Nec credendum est ex taciturnitate illa oriri id præiudicium prouocato ut ex reo fiat actor, cui id non facile solear permitti, & solum ob contumaciā immodicā, postquam translata fuerit possessio, lex in seruitutibus id cōcedat, ut reus actoris partē sustinere cogatur, dicit. l. si prius. de oper. noui nunt. qui casus specialis est, & minime ad nostrū trahendus. Nec etiā videtur verum, quod clausula reservationis, armata manu alloquendi, non noceat Fulgosio: quia imò videtur illi esse præiudicialis: si enim restringatur quod voleat alloqui tanquam reus esset, non solum superflua, sed etiam aliquatenus contra vim verborum in ea prolatorum induceretur. Cum enim adiecerit, se allocuturum manu armata si per te non steterit: ista verba, si per te non steterit: videtur ipsum Caninium reum addere, non actorem: quia ut actoris est prouocare, ita rei est per eum stare, & se excusare: l. propterandum. §. quidem. C. de iudic. meritò cū partes excusantis ei tribuat: satis apparet se eum pro reo & defensore habere. Attenden da ergo maximè est hæc qualitas, secundum quam eū Fulgosius cōpellauit. l. si proponas. §. j. vbi Ange. de inoffic. test. l. diui. de re iudic. maximè cū (ut dixi) illa clausula esset superflua: at si semper facimus interpretationem ne reservationes istæ sint superflue. l. si fundum. per fideicom. de leg. j. Dec. consil. cclxxxij. Alex. consil. cxxxv. in princ. sed potius multum operetur. l. si quando. de leg. j. adeo ut capiatur t potius illa interpretatio per quam actus incontinenti corrigeretur & illustrior efficietur, quā quod talis clausula sit superflua. gl. l. si debi. §. j. quibus mod. pign. qua de re plura exempla apud nostros doctores reperiuntur. Adde, quod cū duplex sit procedendi modus, aut iudicialiter, aut per probationem armorum, & ipse dixerit, reseruans mihi te armata manu alloquar, videtur elegerisse hoc remedium armorum, & consequenter voluisse se ipse actoris partes sustinere. Cum enim in remediis

ca. j. de lit. cont. l. si pl. de app. at alteri oblatum nullius momenti esset. l. ij. fal. auct. Bar. §. morte. de op. no. nunt. nec enim quod cum altero agitur, quicquid ad alterum pertinet l. quæcūq; de acti. & obl. Sed & qui tibi chartula criminaria mittit, negare non potest quod te accusauerit: vnde si tu mentiri ei responderis ad probationem duellare deuenitur. At dū tu asseueras, me alteri de te id dixisse, potest id falsū esse, & à te cōmentū. ut pugne occasione quaras: meritò tua conditio melior effici non debet, ut ideo prouocato habeare. Quæ enim in casu certo à lege cōstituta sit, non facile ad eū, de quo adhuc non cōstat, producenda sūt fin. de trasact. q. pluribus exemplis à nostratibus Doctoribus proditū est. d. l. si vbi dixi. Adde, quod dicitur ipse ad hostē chartulā mittit, subijcere se legibus duelli sponte videtur. l. si vnus. §. ante omnia. de pact. at quod alterū missū dicitur, non potest videri eo animo factum, ut certandi causa querat: ideoque non potest inde argui consensus prouocatoris partes sustinere volentis, cum ad alterū consensus non extendatur. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Potest & illud dici, quod tibi crimen obijcio, probabilius, veriusque præsumi, quā quod de te alteri defero. Id delator enim qui clā alteri insulam, se magis quā hostem suū onerat. l. j. quod vi aut clā. Vnde supra scripto epigrammate dicitur: *Si clā probra feras bene dicis.* &c. At quod aliquē coram iudice, is veritatis magis in hære creditur. l. iij. de test. ideoque grauius hostem premit, ut meritò ea nota, non nisi certamine posset aboleri. Verū nec illud me mouet, quod videatur Caninius approbasse primū caput, cū illi non responderit, l. si lius. ad l. Mac. dico enim quod acceptatio literarum nisi confestim contradicamus, præsumptionē approbationis inducit. Cæterum quo modo documque contradicamus, eliditur huiusmodi præsumptio. Dd. cle. j. de procu. Com. consil. clxxvij. dixi. dicto §. morte. At in casu nostro oblatione pugnae apparet manifesta contradictio, atque mens eā criminationē non agnoscentis: etenim si vna præsumptio per aliam tollitur, & minus fortis efficaciori cedit. l. cum de iud. de prob. Nec credendum est ex taciturnitate illa oriri id præiudicium prouocato ut ex reo fiat actor, cui id non facile solear permitti, & solum ob contumaciā immodicā, postquam translata fuerit possessio, lex in seruitutibus id cōcedat, ut reus actoris partē sustinere cogatur, dicit. l. si prius. de oper. noui nunt. qui casus specialis est, & minime ad nostrū trahendus. Nec etiā videtur verum, quod clausula reservationis, armata manu alloquendi, non noceat Fulgosio: quia imò videtur illi esse præiudicialis: si enim restringatur quod voleat alloqui tanquam reus esset, non solum superflua, sed etiam aliquatenus contra vim verborum in ea prolatorum induceretur. Cum enim adiecerit, se allocuturum manu armata si per te non steterit: ista verba, si per te non steterit: videtur ipsum Caninium reum addere, non actorem: quia ut actoris est prouocare, ita rei est per eum stare, & se excusare: l. propterandum. §. quidem. C. de iudic. meritò cū partes excusantis ei tribuat: satis apparet se eum pro reo & defensore habere. Attenden da ergo maximè est hæc qualitas, secundum quam eū Fulgosius cōpellauit. l. si proponas. §. j. vbi Ange. de inoffic. test. l. diui. de re iudic. maximè cū (ut dixi) illa clausula esset superflua: at si semper facimus interpretationem ne reservationes istæ sint superflue. l. si fundum. per fideicom. de leg. j. Dec. consil. cclxxxij. Alex. consil. cxxxv. in princ. sed potius multum operetur. l. si quando. de leg. j. adeo ut capiatur t potius illa interpretatio per quam actus incontinenti corrigeretur & illustrior efficietur, quā quod talis clausula sit superflua. gl. l. si debi. §. j. quibus mod. pign. qua de re plura exempla apud nostros doctores reperiuntur. Adde, quod cū duplex sit procedendi modus, aut iudicialiter, aut per probationem armorum, & ipse dixerit, reseruans mihi te armata manu alloquar, videtur elegerisse hoc remedium armorum, & consequenter voluisse se ipse actoris partes sustinere. Cum enim in remediis

diis agendi electio non fit rei, sed actoris ipsius. l. quod in hærede. §. elig. trib. & ipse talem electionem faciat, satis indicat se actorem esse, alioquin reservatio non ad eum pertinisset, sed ad aduersarium. Nec me mouet quod vnus sit verbo reseruare, cuius natura sitius quod est seruare: non autem aliquid noui inducere: quia imò varia est huius verbi significatio: Et ex ductu sermonis qui in chartula conspicitur, satis apparet: quod cum Fulgosius prouocasset per scripturam, subiecit illam clausulam, ut ostenderet non fore se contentum tali scriptura, sed præterea vi armata etiam acturum. Et ad hunc finem vnus est tali verbo, quod significat interim se differre arma, dum mittit chartulam, vsurum tamen armis. l. filiam. vbi Bar. de aur. & arg. leg. Vnde expressè apparet prouocasse eum ad arma, & ideo prouocatoris partes sustinere. Et cum huiusmodi armorum probationem elegerit, iam id non potest mutare, sed necessarium in ea persistere debet, l. quod in hærede suo. cap. ij. de lib. oblat. quia in electione remedium non est licita mutatio, aut variatio, ut vulgo receptum est, & ab omnibus traditur. l. cuius bonis. de curat. fur. l. si mihi. in prin. de leg. j. Qua ratione multò minus licita erit diuisio, vt scilicet pro parte velit probare iudicialiter: pro parte vero vi armorum. Nec enim talis diuisio tolerari potest, vbi lex variationem non permittit. l. filium, emācip. de acquir. hæred. gloss. cap. cum in multis. de rescript. in vj. Et ideo inferri potest, quod si Fulgosius velit probare per epistolas Caninij: quædam modum aduersus honorem suum ab eo scriptam sit: ut deinde ad singulare certamen deueniat, non erit id tolerandum: imò t via quam elegit sibi sola patere debet. l. si mulier. §. si. ff. quod met. causa. vt scilicet armis vtrunque probet, quod Caninius scripserit, & quod sit mentitus. Clemen. causam. de ele. sibi enim impuget Fulgosius, qui hac sua armorum electione ceteras probationum facultates putauerit, l. diuus. de re iud. l. circa de proba. vbi Bar. & videtur ab omni alia probatione recessisse, & eā in causam armorum transfuisse, & quoddammodo nouasse. Quamuis ergo offerret se literas Caninij exhibiturum, ut inde ex prouocatore, efficeret se prouocatum non putauerim id ei prodesse, cum se ad probationem armorum restrinxerit, & probationem quæ per literas fieri posset: non reseruaret. Quamuis etiam alia ratione non videretur admittendus. Si enim tales literæ ab ipso fuerunt apertæ, cum ei hoc non liceret: non debet super earum disputatione audiri. cap. cum olim minor. de offic. de legat. imò si apariendo incidere in erimen stellionatus, secundum Bartolum, l. qui testamentum, de fal. l. Titio. ad Mun. ideo non potest admitti ad probandum id quod per crimen consequutus est, nec aliā is qui propriam turpitudinem allegat, audiatur. Sola ergo armorum probatio sibi relinquenda est. Postremū nec illud me mouet, quod supra dixi, non videri conditionalem esse Fulgosij chartulam, cum pro certo positum in ea sit: quod Caninius aduersus eius honorem dixerit, &c. Respondeo enim, quod verba chartulæ in certa sunt, & triplicem possunt habere sensum, ut supra dixi. Meritò ergo illa incertitudo aduersus scribentem est interpretanda, qui legem potuit clarius dicere. l. veter. ff. de pact. l. stipulatio ista. §. in stip. de verborum obligatione. quod maximè verum est, cum incertitudo resultet: quia multiplex subest causa, quæ in intentione proposita videri possit: tunc enim eius declaratio non ad scribentem, sed ad reū pertinet. Bartol. l. duobus. §. ergo. de iureiurando. Areti. l. si qs à filio. §. si qs plures. de l. j. Vnde potuit Caninius declarare illa verba. Et si negas rursus mentiris: si negas supra scriptam cōclusionem; quod si scripsisti sis mentitus: quo casu sine dubio chartula cōditionalis est & incerta: hæcque interpretatio debet esse potior: quia aliās reus ex generalitate illorum verborū dubius esset: & ex ambiguitate posset captari: verborū chartula est existimanda inepte concepta, quæ reum

62
63
64
65
66

certum non facit. l. j. ff. de eden. Quoties enim in

Cons. Andr. Alc.

certitudo talis est, vt reus clarus esse nequeat, libellus dicitur ineptus & reiiciendus. gloss. l. j. §. j. si men. fal. mod. Cast. l. si quis inten. de iud. Et debent iudices qui prudentia & iudicio naturali polleant, in hanc partem inclinare: quam & ego libentius eo sequutus sum, quod viderem eius quoque sententiæ fuisse cum illustrissimū Ducem Urbini virum omnis rei militaris, scientissimū, Imperatoremque celeberrimum, tum etiam tot præstantissimos iureconsultos, qui hac in causa scripserunt: quorū vestigiis ego insistens, post optimorum messorum terga picas hæc collegi.

CONS. VII. SVMMÆ.
1 Non subditis temporaliter subsidium imponi non potest.
2 Qui fundat intentionem suam in aliquo illud debet probare.
3 Castrum non præsumitur de iurisdictione ciuitatis, & quare.
4 Succesor non habet maius ius in re quam habet ille cui successit.
5 Vasallus non tenetur iurare fidelitatem minor, vel minus nobili.
6 Quando dominus feudi confiscatur ius vasallitij non transit in filium, sed vasalli efficiuntur franci.
7 Dominus & vasallus sunt correlatiui.
8 Non sequitur habet superioritatem, ergo habet ius indicendi subsidij.

Am subtiliter, & copiose in presenti causa, per clarissimum consultorum allegatum est, vt ferè nihil intactum reliquerit, meritoque solū mihi superest, vt post optimi messoris terga picilegium faciam. Puto itaque reuerendissimum Archiepiscopum Auenionensem, vel potius homines Biturigijs, & Castri noui fouere iustiorē causam, & quod eis non potuerit imponi dictum subsidium à S. Papa domino nostro, moueor quatuor rationibus. Prima est, quia non subditis temporaliter subsidium imponi non potest. l. rescripto. §. sciendum. vbi Bart. ff. de mun. & honor. vnde fundamentum intentionis sanctissimi D. est quod isti sunt subditi temporaliter, & omni probandi ad eum pertinet. l. verius. ff. de probat. nec sufficit: quod dictæ villæ cohæreant comitatu, vel intra fines comitatus: quia non sequitur, quod per hoc sint de domini Comitatus, sicut neque t castrum præsumitur de iurisdictione ciuitatis, ex quo potest esse castrum sine ciuitate, vt dicit Bartolus in l. j. de dam. infe. no. Baldus in titu. de pace const. in verbo in criminalib. Anto. de Butr. cap. conq. de for. compet. & cita consuluat Alexand. consilio xvj. volum. v. Quæ opinio tanto magis tenenda est: cum ab immemorabili tempore neminem alium recognouerint, quā Archiepiscopum: nec ideo dicta castra sint acephala, cum caput suum habeant Archiepiscopum, qui respectu eorum castrorum solum Imperatorem recognoscit: imò videmus quod in Germania & in alijs prouincijs sunt alij Archiepiscopi in iurisdictione temporali, neminem, penitus recognoscentes: vnde non esset mirum, si idem etiam obseruaretur hoc casu. Secunda ratio est: quia in dicto comitatu S. D. tunc celsit non ex causa, quam haberet ab ipso Imperatore, sen à quodam comite: vnde in eum non potuit transire maius ius, quā ipse comes haberet. capit. is qui in ius. de reg. iur. in vj. Inspiciendum est igitur ius ipsius comitis, quo præsupposito, dico casum esse clarissimum, nam Imperator dicta castra iam in feudauisset dom. Archiepiscopo, vt constat per inuestituram constituendo, dein de comitem non videtur transfuisse in eum ius superioritatis, quæ habebat in Archiepiscopum propter hæc castra, non ex generali concessione: quia pro eam non transt tale ius. cap. vnico. §. in generali. si de feu. def. cō. sit. &c. in vj. seu. imò si Imperator expressè voluisset, non potuisset: quia dominus sine voluntate vasalli non potest alienare in inferiorē dignitatem: quia tenetur t vasallus iurare fidelitatem minori, vel minus nobili. cap. contrario. de inuest. de realia. fac. & potuisset Archiepiscopus dicere mea interest magis esse subditū

diis agendi electio non fit rei, sed actoris ipsius. l. quod in hærede. §. elig. trib. & ipse talem electionem faciat, satis indicat se actorem esse, alioquin reservatio non ad eum pertinisset, sed ad aduersarium. Nec me mouet quod vnus sit verbo reseruare, cuius natura sitius quod est seruare: non autem aliquid noui inducere: quia imò varia est huius verbi significatio: Et ex ductu sermonis qui in chartula conspicitur, satis apparet: quod cum Fulgosius prouocasset per scripturam, subiecit illam clausulam, ut ostenderet non fore se contentum tali scriptura, sed præterea vi armata etiam acturum. Et ad hunc finem vnus est tali verbo, quod significat interim se differre arma, dum mittit chartulam, vsurum tamen armis. l. filiam. vbi Bar. de aur. & arg. leg. Vnde expressè apparet prouocasse eum ad arma, & ideo prouocatoris partes sustinere. Et cum huiusmodi armorum probationem elegerit, iam id non potest mutare, sed necessarium in ea persistere debet, l. quod in hærede suo. cap. ij. de lib. oblat. quia in electione remedium non est licita mutatio, aut variatio, ut vulgo receptum est, & ab omnibus traditur. l. cuius bonis. de curat. fur. l. si mihi. in prin. de leg. j. Qua ratione multò minus licita erit diuisio, vt scilicet pro parte velit probare iudicialiter: pro parte vero vi armorum. Nec enim talis diuisio tolerari potest, vbi lex variationem non permittit. l. filium, emācip. de acquir. hæred. gloss. cap. cum in multis. de rescript. in vj. Et ideo inferri potest, quod si Fulgosius velit probare per epistolas Caninij: quædam modum aduersus honorem suum ab eo scriptam sit: ut deinde ad singulare certamen deueniat, non erit id tolerandum: imò t via quam elegit sibi sola patere debet. l. si mulier. §. si. ff. quod met. causa. vt scilicet armis vtrunque probet, quod Caninius scripserit, & quod sit mentitus. Clemen. causam. de ele. sibi enim impuget Fulgosius, qui hac sua armorum electione ceteras probationum facultates putauerit, l. diuus. de re iud. l. circa de proba. vbi Bar. & videtur ab omni alia probatione recessisse, & eā in causam armorum transfuisse, & quoddammodo nouasse. Quamuis ergo offerret se literas Caninij exhibiturum, ut inde ex prouocatore, efficeret se prouocatum non putauerim id ei prodesse, cum se ad probationem armorum restrinxerit, & probationem quæ per literas fieri posset: non reseruaret. Quamuis etiam alia ratione non videretur admittendus. Si enim tales literæ ab ipso fuerunt apertæ, cum ei hoc non liceret: non debet super earum disputatione audiri. cap. cum olim minor. de offic. de legat. imò si apariendo incidere in erimen stellionatus, secundum Bartolum, l. qui testamentum, de fal. l. Titio. ad Mun. ideo non potest admitti ad probandum id quod per crimen consequutus est, nec aliā is qui propriam turpitudinem allegat, audiatur. Sola ergo armorum probatio sibi relinquenda est. Postremū nec illud me mouet, quod supra dixi, non videri conditionalem esse Fulgosij chartulam, cum pro certo positum in ea sit: quod Caninius aduersus eius honorem dixerit, &c. Respondeo enim, quod verba chartulæ in certa sunt, & triplicem possunt habere sensum, ut supra dixi. Meritò ergo illa incertitudo aduersus scribentem est interpretanda, qui legem potuit clarius dicere. l. veter. ff. de pact. l. stipulatio ista. §. in stip. de verborum obligatione. quod maximè verum est, cum incertitudo resultet: quia multiplex subest causa, quæ in intentione proposita videri possit: tunc enim eius declaratio non ad scribentem, sed ad reū pertinet. Bartol. l. duobus. §. ergo. de iureiurando. Areti. l. si qs à filio. §. si qs plures. de l. j. Vnde potuit Caninius declarare illa verba. Et si negas rursus mentiris: si negas supra scriptam cōclusionem; quod si scripsisti sis mentitus: quo casu sine dubio chartula cōditionalis est & incerta: hæcque interpretatio debet esse potior: quia aliās reus ex generalitate illorum verborū dubius esset: & ex ambiguitate posset captari: verborū chartula est existimanda inepte concepta, quæ reum

67
68
69
70

certum non facit. l. j. ff. de eden. Quoties enim in

Cons. Andr. Alc.

certitudo talis est, vt reus clarus esse nequeat, libellus dicitur ineptus & reiiciendus. gloss. l. j. §. j. si men. fal. mod. Cast. l. si quis inten. de iud. Et debent iudices qui prudentia & iudicio naturali polleant, in hanc partem inclinare: quam & ego libentius eo sequutus sum, quod viderem eius quoque sententiæ fuisse cum illustrissimū Ducem Urbini virum omnis rei militaris, scientissimū, Imperatoremque celeberrimum, tum etiam tot præstantissimos iureconsultos, qui hac in causa scripserunt: quorū vestigiis ego insistens, post optimorum messorum terga picas hæc collegi.

CONS. VII. SVMMÆ.
1 Non subditis temporaliter subsidium imponi non potest.
2 Qui fundat intentionem suam in aliquo illud debet probare.
3 Castrum non præsumitur de iurisdictione ciuitatis, & quare.
4 Succesor non habet maius ius in re quam habet ille cui successit.
5 Vasallus non tenetur iurare fidelitatem minor, vel minus nobili.
6 Quando dominus feudi confiscatur ius vasallitij non transit in filium, sed vasalli efficiuntur franci.
7 Dominus & vasallus sunt correlatiui.
8 Non sequitur habet superioritatem, ergo habet ius indicendi subsidij.

Am subtiliter, & copiose in presenti causa, per clarissimum consultorum allegatum est, vt ferè nihil intactum reliquerit, meritoque solū mihi superest, vt post optimi messoris terga picilegium faciam. Puto itaque reuerendissimum Archiepiscopum Auenionensem, vel potius homines Biturigijs, & Castri noui fouere iustiorē causam, & quod eis non potuerit imponi dictum subsidium à S. Papa domino nostro, moueor quatuor rationibus. Prima est, quia non subditis temporaliter subsidium imponi non potest. l. rescripto. §. sciendum. vbi Bart. ff. de mun. & honor. vnde fundamentum intentionis sanctissimi D. est quod isti sunt subditi temporaliter, & omni probandi ad eum pertinet. l. verius. ff. de probat. nec sufficit: quod dictæ villæ cohæreant comitatu, vel intra fines comitatus: quia non sequitur, quod per hoc sint de domini Comitatus, sicut neque t castrum præsumitur de iurisdictione ciuitatis, ex quo potest esse castrum sine ciuitate, vt dicit Bartolus in l. j. de dam. infe. no. Baldus in titu. de pace const. in verbo in criminalib. Anto. de Butr. cap. conq. de for. compet. & cita consuluat Alexand. consilio xvj. volum. v. Quæ opinio tanto magis tenenda est: cum ab immemorabili tempore neminem alium recognouerint, quā Archiepiscopum: nec ideo dicta castra sint acephala, cum caput suum habeant Archiepiscopum, qui respectu eorum castrorum solum Imperatorem recognoscit: imò videmus quod in Germania & in alijs prouincijs sunt alij Archiepiscopi in iurisdictione temporali, neminem, penitus recognoscentes: vnde non esset mirum, si idem etiam obseruaretur hoc casu. Secunda ratio est: quia in dicto comitatu S. D. tunc celsit non ex causa, quam haberet ab ipso Imperatore, sen à quodam comite: vnde in eum non potuit transire maius ius, quā ipse comes haberet. capit. is qui in ius. de reg. iur. in vj. Inspiciendum est igitur ius ipsius comitis, quo præsupposito, dico casum esse clarissimum, nam Imperator dicta castra iam in feudauisset dom. Archiepiscopo, vt constat per inuestituram constituendo, dein de comitem non videtur transfuisse in eum ius superioritatis, quæ habebat in Archiepiscopum propter hæc castra, non ex generali concessione: quia pro eam non transt tale ius. cap. vnico. §. in generali. si de feu. def. cō. sit. &c. in vj. seu. imò si Imperator expressè voluisset, non potuisset: quia dominus sine voluntate vasalli non potest alienare in inferiorē dignitatem: quia tenetur t vasallus iurare fidelitatem minori, vel minus nobili. cap. contrario. de inuest. de realia. fac. & potuisset Archiepiscopus dicere mea interest magis esse subditū

certum non facit. l. j. ff. de eden. Quoties enim in

Imperatorum, quam comiti: & ideo nontenetur talem comitem recognoscere. cap. ex eadem de l. Corradi. acit. text. in cap. vnico. §. praterea ducatus. in fin. de prohib. feud. aliena. per Frideric. Tercia ratio, quia ut ex fama notorium est S. D. habuit comitatum Venetini ex confiscatione vltimi comitis propter hereticam prauitatem, de quo etiam puto in Archiuus vrbis extare scripturas: vnde dico, quod etiam si archiepiscopus recognouisset comitem, quod adhuc ius non transit in S. D. quia quando dominus feudum confiscatur vasallitij non transit in fiscum, sed vasalli efficiuntur franci cap. vnico. vbi Bal. & ceteri not. per illum text. hic finitur lex, deinde consuet. & c. in vrb. feud. lason in l. iij. C. de iure emph. & est ratio: quia iure versa etiam confiscato vasallo ius non transit ad confiscantem, sed reuertitur ad dominum, secundum Bartolū, & doct. in l. si finita. §. si de vest. ff. de dam. inf. ergo idem iure versa quando dominus confiscatur, ut ius ad vasallum perueniat. & efficiatur franc. & sic t. dominus & vasallus sint correlatiua, per quam rationem hanc opinio. etiam tenuit dominus Præp. in dicto cap. §. & est vera & communis conclusio. Quarta & vlti. ratio est, quia etiam si archiepiscopus in iure temporali recognosceret Rom. Pontificem tamen non videtur, quod S. D. possit hoc modo immediate dictos homines compellere: quia cum sint in feudum dati dicuntur alienati, nec tenentur ipsi Papæ ad iuramentum fidelitatis, sed solum versus Archiepiscopum, ut dicit Bald. Præp. & alij in cap. imperialem. §. illud. de prohib. feud. aliena. per Frideric. nisi Imperator, vel pontifex: tamen in eius locum successit quod non creditur istud ius tibi seruasse in inuestitura feudali. Non enim sequitur habet superioritatem: ergo habet ius indicendi subdij. facit textus in clemen. pastoralis. de re iudic. sed quia non vidi inuestituram, vltierus non insisto.

CONS. VIII. SVMME.

- 1 Notario contradicente suo instrumento, proculdubio vacillat fides instrumenti.
- 2 Instrumentum probat propter presumptionem, que est pro notario.
- 3 Per contradicentem notarij cessat presumptio probationis, vnde de omnino standum est in breuiaturæ prime.
- 4 Iuramentum dolo præstitum non obligat.
- 5 In sexu muliebri facilis est circumuenticio.
- 6 Solemnitates in donationibus requisitæ à statutis, sunt causa fraudis remouendæ, ne quis temerè ad talem contractum deueniat.
- 7 Rom. Pontifex potest tollere vim iuramenti.
- 8 Validitas contractuum non est à iure diuino, sed gentium vel ciuili.
- 9 Mutanda non sunt que tandiu obtinuerunt.
- 10 Quod non potest statutum solum, potest iunctum cum consuetudine, & obseruantia.
- 11 Contra obligatum actione personali quandoque competit officium iudicis loco interdicti possessorij.

N causa magnificæ dominæ Elisabeth Bulzang de tribus articulis breuiter est videndum. Primus est, cum notarius primò ediderit instrumentum cum narratiua donationis, deinde incarceratus reuocauerit dictam narratiuam, an probeatur hæc donatio ob causam dotis? & punctus non habet difficultatem: quia cum t. notarius contradicat suo instrumento, proculdubio vacillat fides instrumenti. leg. j. §. si quis neget. ff. quemadmodum. test. aperiens. & habetur in ca. cum loann. de fid. instr. t. Instrumentum enim probat propter presumptionem, quæ est pro notario. ca. ad audientiam. de præscriptio. vnde si ipse contradicit, cessat talis presumptio: vnde omnino standum est in breuiaturæ primæ, ut per Raph. Cum. cons. cxxxv. & Alexand. consilio xli. in j. cum similib. Et cõcludendum est, quod ista fuit donatio ex liberalitate proueniens, non autem ob causam dotis vel matrimonij finalem, ut in simili per Old. consil. v.

Titius dedit. Alexan. consil. xliij. in j. volum. Dec. consil. cccxxxix. vnde sequitur, quod talis donatio sit nulla: quæ facta non seruata solennitate, statuti Placentini infirmatis tales donationes, etiam si iuramentum accesserit. Secundus est articulus, nunquid valeat tale statutum, & sit obseruandum propter vim iuramenti, de quo in ca. cum contingat. extra. de iureiur. Et docto. ibi com munitur concludunt huiusmodi donationem non valere, quod tamen recipit aliquas declarationes. Et in primis illam quando ratio statuti esset fundata ad tollendam dolum, vel fraudem, quæ soleret fieri in talibus contractibus. Clarum enim est quod iuramentum dolo. lo præstitum non obligat, ut est text. in d. ca. cum contingat. in fi. & ideo tali casu valeret statutum, ut sentit Bart. in l. omnes populi. in ij. quæst. ij. q. prin. versicu. ecce alia quæstio ad h. ff. de iustit. & iur. cum quo transeunt ibi doct. & idem tenet Floria. Anto. de But. Abb. & Imo. in d. ca. cum contingat. Intelligendo tamen, quando ista præsumptio fraudis esset verisimilis, & à cõmuniter contingentibus soleret induci: alioquin statutum daret occasionem periuriis. Sed in casu nostro satis apparet prouidisse statuentes aduersus istas præsumptas fraudes, quæ fiebant in donationibus: & ideo requi fuisse tot solennitates: nec est quaerenda probabilis verisimilitudo longius, quam in casu nostro, in quo apparet hanc mulierem fuisse deceptam per manifestam falsitatem notarij. de quo in examine criminali: adeo quod non sumus in materia presumptionis, sed manifeste certitudinis istius doli. Et istud maxime est dicendum, in casu nostro, attendita qualitate personæ, id est, sexus mulieris, in quo facilis est circumuenticio. §. iis conueniens. in auth. de æqual. dot. l. cum postea. vbi dixi. C. de pact. Maxime quia istæ solennitates in donationibus requisitæ à statutis sunt causa fraudis remouendæ, ut dixi: ne quis temerè ad talem contractum deueniat. l. donatio. si uel. data. C. de don. Alia est declaratio, ut statutum valeat si sit à Pontifice confirmatum: tunc enim habet vim Apostolici ex quo Rom. Pontifex potest tollere vim iuramenti. ca. venerabilem. extra. de elect. & puto quod sufficiat simplex confirmatio statutorum: quia cum simpliciter absque alia conditione facta sit, credendum est ex certa scientia, confirmationem esse factam, ut not. Abb. antiquus. Io. And. Ant. de But. in ca. venerabili. de cofir. vti. vel inuti. & probatur in ca. quia diuersitatem. in princ. de concess. præb. & facit quia non videtur alia causa petita confirmatio, quam ut confirmarentur ea, quæ sunt inualida ex defectu potestatis statuendum: cum respectu statutorum validorum non esset necessaria talis confirmatio: vnde ne videatur superflua debet intelligi etiam de istis. Nec dicuntur hæc statuta iniusta: imò habent magnam æquitatem, licet non teneant ex defectu potestatis, quia laici non possunt disponere de iuramento: & ideo cum habeant magnam æquitatem & nemini præiudicent: videtur, quod debeat fieri fauorabilis interpretatio per quam tribuitur facultas statuentibus, & contrahentes liberentur à pena periurij: hoc enim est merum principis beneficium. l. pen. ff. de mand. princ. & ita limitanda sunt quæ not. Alexand. consil. lix. in j. Alia quoque est declaratio, ut quamuis statuentes non possint disponere de iuramento, tamen possunt disponere, ut contractus non confirmetur ex quo validitas contractus non est à iure diuino, sed gentium, vel ciuili. l. iuris gentium ff. de pact. super quo statuat. & habent plenam potestatem. & ita intelligo illud quod not. Fede. de Sen. consil. cclxxij. quem reuertit & sequitur Anch. in repet. ca. canonum statuta de consil. & tandem istam opinionem approbat Imo. in dict. cap. cum contingat. versicu. sed illud potissimè. Et sum sequutus in repet. d. ca. cum contingat, & quotiescunque in tali statuto subest æquitas naturalis & rationalis. Idem firmat etiam And. Sicu. consilio xxj. in j. volum. & istud omnino debet sequi Iudex cõstatutum hoc sit in vixidi obseruantia, nec mutata sint quæ sandij

candiu obtinere. l. minime. ff. de legib. vt t. quod aliàs non possit statutum solum, possit iunctum cum consuetudine & obseruantia, vt per Calc. consil. iij. & quod not. Soc. consil. cxlv. Tertius est articulus, an ex ista præstatione librarum ducentum imperialium detur aliquod remedium possessori aduersus do. Elisabethã, vt interim isti donatarij, pendente lite, percipiant hanc summam? In quo articulo breuibus agendo, dicendum est, quod non: quia licet t. contra obligatum actione personali, quandoque competat officium iudicis loco interdicti possessorij, per text. in cap. querelam. extra. de elect. tamen in casu nostro in quo apparet de nullitate tituli: quia non seruata forma statuti in donatione: & quia non apparet factas esse plures solutiones, non potest esse locus dicto officio, secundum Anto. de But. & Io. de Imol. in d. ca. querelam arg. text. in l. iij. D. de episc. aud. sequuntur, Mod. in l. fin. ff. quorum bono. Et hæc omnia, saluo semper, & c. Andr. Alc. Iurifconsil. secundum supra scripta respondi, & sub signati.

CONSILII. IX. SVMME.

- 1 Contractus propter vinculum iuramenti confirmatur, nec admittitur exceptio minoris ætatis contra iuramentum.
- 2 Si parte mariti nulla interuenisset donatio propter nuptias, aut inaequaliter prouenisset ad hoc tota dos cederet eius lucro secundum pacti iurati formam, quod aliàs iure communi validum, efficax est.
- 3 Statutum non potest infirmare contractum iuratum.
- 4 Maritus constituendo antifactum videtur remittere iuramentum.
- 5 Confessio antifacti potius conualidat pactum quam infirmet.
- 6 Iuramentum intelligitur rebus sic stantibus.
- 7 Forme renuntiare non potest.
- 8 Lex ciuili non potest disponere super actu iurato.
- 9 Contractus non sunt facile annullandi & fauorabilior est interpretatio, quæ pro valore actus fit.
- 10 Iudex mariti est iudex vxoris, quia vxor transiit in eius forum.
- 11 Mulier licet virum sequendo non perdat forum originis, tamen illud attenditur in quo reperitur, et in quo contraxit.
- 12 Iuramentum in contractu appositum purgat obiectiones quæ opponi possent, eo quia contrahentes non seruauerint solennitates à statuto requisitas.
- 13 Aestimatio rei cum re ipsa iuris interpretatione censetur idem.
- 14 Error in estimatione non vitiat contractum.
- 15 Statutum non est calumniosè intelligendum, ut inducat formam, vt qui errat in parte, cadat à toto.

Istis allegationibus factis verinque, in præsentia casu, existimaui quidem subtiliter & ingeniosè disputatum fuisse: sed tamen non admodum necessario, si enim contractus, de quo agitur absque iuramenti vinculo conceptus fuisset, vti que locus probabilis supra scriptæ altercationi esset, sed cum iuramentum interuenerit non est quaerendus nodus in scripto, quia in dubitatu est aduersus legis vel statuti prohibitionem confirmari contractum, propter vinculum iurandi, nec admitti exceptionem minoris ætatis. authentic. sacramenta. pubert. C. si adu. vend. aut aliam, quæ fauorem priuatum principaliter concernat. cap. cum contingat. extra. de iureiurand. per Bartolum, l. si quis pro eo. de fideiuss. & dixi latè in l. pacta que contra. versicu. quarta species. C. de pact. & ideo etiam t. si ex parte mariti nulla interuenisset donatio propter nuptias, aut inaequaliter prouenisset, id huc tota dos cederet eius lucro, secundum pacti iurati formam, quod aliàs iure communi validum, efficaxque est. l. j. ff. de iur. iur. act. vt aliàs consuluit cõpater meus Francisc. de Ripa, & est impressum eius consilium, libro iij. responforum capit. iij. & t. statutum non potest infirmare talem contractum propter vim iuramenti. cap. licet. de iureiurand. libro vj

& dixi in dict. cap. cum contingat. versicu. consequenter ergo. Nec obstat, quod maritus constituendo antifactum, videtur remittere iuramentum secundum cap. j. de iureiurand. nam respondeo, quod remissio non censetur facta, nisi quatenus necessitas coniecturæ vrgeret non hoc. C. vnde legi. sed t. confessio antifacti potius conualidat pactum, quam infirmat. iij. §. si emancip. j. versicu. cum rescis. de bonorum possessione contra tabulas. Non obstat, quod duo sint pacta, vnum expressum de lucrando dotem, & c. respondeo, de hoc nunc agitur cuius casus euenit, non de tacito donationis propter nuptias quod non euenit, & ideo iuramentum vim suam in casu expresso operatur. Non obstat, t. quod iuramentum intelligatur rebus sic stantibus. l. si. ff. qui sat. cog. respondeo intelligitur etiam in casu, quores non sic stent, quando expressè in eum casum prouisum est, & verba iuramenti indicant. cap. penult. de iureiurand. Bartolus. l. ij. C. de rescript. versicu. quæro quid si minor, ibi, quia iuramentum: prout in casu nostro contingit. Nec obstat, quod statutum loquatur verbis prohibitiuis, & inducat formam. leg. non dubium. C. de leg. t. formæ autem renuntia non possit: vt per glos. in rub. C. ne fil. dot. per Ias. in leg. nemo potest. de leg. j. respondeo, quod hoc non procedit, quando iuramentum ad est, & prohibitio legis est in fauorem priuatum inducta. dict. cap. cum contingat. & per Alexand. consilio xxvij. in j. hoc enim casu statutum non trahitur ad actum iuratum. glo. cap. cum non deceat. in gloss. final. de elect. libro vj. & quia t. lex ciuili non potest disponere super actu iurato, vt per Bartol. in l. omnes populi. in iij. quæst. princ. ff. de iustit. & iur. cum multis concord. Circa antifactum, seu donationem propter nuptias, satis puto eam valere: non enim t. facile annullandi sunt contractus: & fauorabilior est interpretatio, quæ pro valore actus fit. l. quoties. ff. de reb. dub. Nec me mouet, quod sit celebratus ille contractus coram iudice viri, non aut vxoris prout requirit statutum cxxxix. respò deo, verba statuti simpliciter dicunt, quæ factus sit, in præsentia consulis eius iurisdictionis, quæ debent intelligi loci, vbi celebratur contractus: quia hoc pertinet ad solennitatem contractus. l. si fundus. ff. de emic. per Bartol. in l. cunctos populos. C. de summatrinis. & si de catho. Præterea t. iudex mariti, est etiam iudex vxoris: quia transit vxor in eius forum. l. exigere. ff. de iudic. l. §. litem rescripserunt. ff. ad municip. & licet mulier non perdat forū originis. l. assumptio. ff. ad mun. istud nihil est: quia posito, quod habeat verumque forū, tamen ad illud attenditur, in quo reperitur, & in quo contraxit. l. si hæres. §. fin. l. si vxor. ff. de iud. Minus etiam me mouet, quod constitutio ista donationis propter nuptias facta est absque auctoritate curatoris, & consulis, contra dispositionem. l. lex, quæ tutores. C. de adm. tut. & legis municipalis. nu. cxxij. respondeo, t. iuramentum purgat hanc obiectionem, vt est text. expressus in dict. cap. cum contingat nec statutum laicorum, in contrarium valet. dict. cap. licet. de iureiurand. libro vj. maxime cum statutum non loquatur expressè in hoc casu, sed simpliciter dicat, quod non possit se obligare alicui personæ, quibus verbis non videntur statuentes intellexisse de donatione ista, quæ sit ex quadam necessitate ob dotem acceptam. l. conditionibus pupillus in prin. ff. de condi. & demonst. vbi Bartol. & doct. per Aret. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligat. Postremò nec illud videtur vrgerè, quod antifactum non sit quantum dimidia dotis, & sic obstat statutum cxxxv. in fin. respondeo nihil refert, an sit factum in ipsa bonis, an in eorum aestimatione: quia t. aestimatio iuris interpretatione censetur idem cum re ipsa. l. stipulatus es opus. de fideiuss. vbi fideiussor, qui per formam non potest in re diuersa obligari, tamen obligatur si principalis rem, fideiussor eius aestimationem promiserit. ad idem text. in l. propemodum. ff. de verb. sig. Ias. l. non amplius. §. fin. de leg. j. & t. error in aestima

tionem non viciat contractu. l. j. C. de err. calc. per doc. etiam in l. instar. C. de iur. fil. lib. x. nec dictum f. statum calumpniosè intelligendum est, vt inducat formã, vt qui erret in parte, cadat à toto. l. ij. ff. de inde. vbi gloss. ff. de orig. iur. l. j. C. de form. vbi Bal. & doct. Sed quia is & alius rationibus per aduocatos rectè responsum est, vltèrius non infuso cum de iudicio meo simpliciter sim requisitus, & absque bibliotheca agam.

CONSILII. X. SVMMÆ.

- 1. Edictio iura quaestæ tolli non posse.
2. Clausula fiat iustitia, quid operetur.
3. Constitutum per mortem constituentis extinguitur.
4. Constituti vis.
5. Causa spolijs constitit in deiectione, non in simplici animi negatione.
6. In materia spolijs quæ est penalis & odiosa, non videtur attendendum ad possessionem ex constituto proveniente, quòd res ipsa nunquam fuit realiter apprehensa.

Liàs consului in causa Comitatus Collisani, pro illustri Domina, Don. Antonia: quod ipsa foueret meliorem causam, tam in possessione, quam in petitorio: & adhuc sum in ea sententia. Cæterum, quia nuperrimè emanauit decretum à Cæsarea maiestate, quod absque impedimento ordinariorum fiat iustitia conformis iuri, & ritibus, & capituli regnis, &c. dubitari potest probabiliter in intelligentia dicti decreti, in tribus clausulis. Prima absque impedimento ordinariorum, &c. (quod ad hanc clausulam adinet) in processu mihi exhibitio non reperio aliquid fuisse ordinatum circa hoc possessorium in damnum D. Antonia, & ideo talis clausula modicum effectum operatur. vt habetur in l. omni. C. de sac. san. eccl. quod aliquid fuit ordinatum, si mihi ostendatur, potero in hoc certius respondere. Secunda est, fiat iustitia, &c. & videtur per hæc verba nihil noui esse inductum sed simpliciter Principem ad ius se retulisse, prout in simili casu respondit Alex. cons. xciii. & cons. cxxxvij. in ij. & Dec. cons. excvii. & quamuis aliàs talibus verbis videatur causam, per rem iudicatam extinctam suscitari, secundum Bal. & And. Sic. in c. ij. extra, de offi. leg. Fel. j. de const. & quod no. Alex. cons. lxxxvij. in ij. tamen illud dictum est ambiguum, & contrarium tenet Iaf. in l. causa C. de transac. vbi dixi, & in casu nostro subsequenter verba decreti satis declarant mentem Cæsaris se simpliciter ad ius remittentis est. Tertia est conformis iuri, & ritibus, & capitulis regni: & puto intelligendum de cap. cxxxv. Regis Alphonfi, loquentis in materia spolijs: quia partes in hac causa vtrinque intenterant remedia spolijs, altera præterens se ab altera spoliatam, de quo in c. fin. extra, de ord. cogn. & per Lanfr. de Orian. in rep. rub. extra, de cap. poss. & quicquid sit de iure comuni extat in regno dictum c. quo simpliciter dicitur, cum agitur de spolio infra bimestre perpetratum, constituto antequam audiat aduersarius in defensionibus suis sit restitutio, & postea auditur, &c. quod capitulum non videtur prodesse illustri d. Dianæ aduersariae, quin ipsa præterendit possessionem ex clausula constituti, inserta in instrumeto dotali per d. Artalion, quæ clausula extincta est per eius f. mortem. l. quamuis. de acq. poss. vbi doc. & maxime d. Claud. de Aquis. f. j. d. l. quamuis. vbi ampliat quando in constituto esset clausula, ex nùc prout extunc. & sentit Dec. cons. ccxlvij. quin constitutum est collatum in tempus inhabile. Volo quod succedat mihi si deceffero sine liberis, &c. adiectum est enim verbis denotantibus obuentionem bonorum: licet secus esset, si verba essent principaliter promissiuia, de quo per Bar. cons. ccxij. Dec. in l. pactum dotale. C. de colla. & aliàs dixi in cons. per me in hac causa facta. Præterea d. c. regni. non videtur intelligendum de tali possessione per f. constitutum acquisita, sed duntaxat de possessione naturali, qua quis realiter fuerit deiectus, quod probatur, Primò per verbum

illud. fiat restitutio. cum enim d. Diana nunquam possederit realiter, non potuit ei aliqua res restitui, sed duntaxat nudus animus constituentis se eius nomine possidere: vnde satis videtur non verificari dictum verbum merito, nec lex d. casu habebit locum: vt in simili per gl. in l. mancip. vbi Bal. & Pau. de Cast. C. de ser. fug. Lud. Ro. sing. cccclxxxix. Secundo, probatur ex illis verbis cum agitur de spolio perpetrato: f. causa enim spolijs constitit in deiectione, non ex simplici animi abnegatione. l. j. in princ. & f. deiectione. ff. de vi, & vi arm. Tertio, quia f. in hac materia spolijs, quæ est penalis & odiosa, non videtur attendendum ad hanc possessionem ex constituto provenientem, quando res ipsa nunquam fuit realiter apprehensa; secundum Gui. Pap. in dec. Delphina. q. cx. cxij. & facit gl. in l. Iulianus. f. ex vendito. ff. de act. empt. Quarto, quia capitulum hoc videtur intelligendum secundum terminos iuris communis. l. si ferui. C. de noxa. l. j. f. excipiuntur. vbi Bald. ff. de ferrii. vt inducat quoddam possessorium recuperandæ summarissimum, de quo per Innoc. in ca. cum venissent. extra, de insti. Pau. de Cast. consil. iij. in ij. volu. & quod habetur in l. vt liberis. in fin. ff. de lib. cau. vnde non debet operari respectu huius constituti requirentis altiore indaginem, quia pendet ex valore contractus & promissionis factæ.

CONS. XI. SVMMÆ.

- 1. Separationem ius diuersum ex causa contra.
2. Oriundus de Castro dicitur oriundus de ciuitate, quando Castrum est subiectum ciuitati, licet vniuersaliter sit separatum.
3. Pater non potest priuare filios suos, sed tenetur eis relinquere saltem legitimam, quæ est tertia pars omnium bonorum.
4. In legitima computantur dotes per filias acceptæ, & legata in testamento facta.
5. Vt usufructus vniuersalis tempus.
6. Si dotes & legata non excedant legitimam possunt filia legata consequi etiam non obstante usufructu vxoris legato.
7. Dos an statim petenda pro rebus censetur.
8. Inventarium etiam remissum faciendum.
9. Testator non potest remittere cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri.
10. Preceptum à testatore factum quo grauat hæredes ad fiduciam bendum non valet, & quare.
11. Mulier quamuis non fecerit inventarium, non tamen perdit legatum, ex quo hæres patiendo eam vti frui videtur solennitatem interim remittere.
12. Testator habens filias in potestate debet eas duri instituire, vel exheredare aliter testamentum est nullum.
13. Testamentum in quo filij sunt præteriti est nullum.
14. Clausula codicillaris facit valere testamentum nullum in vim fideicommissi.
15. Quartas duas filiabus deberi.
16. Legata facta in testamento nullo valent, & sustinentur.

Non modicam præiens casus habet difficultatem, & pluries de eo vidi dubitari. Nam quamuis Arona in ciuilibus sit de ducatu Mediolani, tamen ex quo est exempta, & separata à iurisdictione Mediolani, debet censi tanquam quid de per se: quia propter talem f. separationem æquiparatur ciuitati, vt docet Bar. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. vnde statuta Mediolani non debent in eo oppido obseruari: quia amplius non dicitur de territorio Mediolani. l. pup. f. territ. ff. de verb. sign. Confirmatur, quia ibi est statutum, quod deficientibus statutis Arone seruetur ius comune Rom. & sic satis apparet de mente statuentium fuisse, vt statuta Mediolani ibi locum non haberent, vt in terminis dicit Soc. cons. cclxxj. Sed istis non obstantibus dico contrarium: quia cum tale Castrum esset de ducatu Mediolani, quauis sit separatũ, & in feudatũ, retinet tamè statuta Mediolani Bar. in l. si cõu. f. si nuda. ff. de pig. act. Alex. cõf. clj. in ij. vol. cõcord. & hoc maxime ducedũ est casu nostro cõ Mediolani ad sit statutũ fol. iij. in nouiss. f. q. statuto Mediolani

ni seruentur vbiq; in ducatu, diocesi, districtu, non obstantibus quibuscunq; exemptionibus, vel immunitatibus. Non obstat, quod non dicatur amplius de territorio: quia imò est, vnde etiam ratione decreti de maiore magistratu, illi de Arona subfunt prætorij Mediolani, vnde non dicitur verè exempta. & ideo subest statutis Mediolani. facit quod no. Bald. cons. clxxxij. in ij. vbi dicitur foriundus de ciuitate, qui est oriundus de tali castro quod secundum quod est subiectum ciuitati, licet velociter sit separatum. Et istud maxime debet, pcedere in præsentia, quo propter crimen læsæ maiestatis, quod incurrit magnificus Comes Ludouicus eius castri dominus in uestitura illa feudalis, & separatis est extincta, & consequenter Arona reuersa est ad pristinam originem, vt dicit Pau. Cast. cons. cxxxix. statuta Pisana. in j. lib. in prin. & dicitur adhuc de districtu declarado, vt per Aret. cons. lxxxvij. in prin. Non obstat ipsorum statutum, quo deficientibus statutis eorum seruetur ius comune: quia respondeo non ideo excludi statuta Mediolani: ex quo ius comune distat, quod deficientibus statutis castri seruentur statuta vrbis. f. fin. in fin. de factis. & ita in terminis consuluit Lud. Ro. cons. ccxvij. in cip. præsens casus duplicem. & Soc. sibi contrarius cons. lxxxj. vol. j. & licet possit hæc solutio refricari in dubium, in castro penitus separato, per ea quæ not. Soc. in d. cons. cclxxxj. tamen in castro, quod non in totum separatum sit (vt est casus noster) videtur non habere difficultatem, facit quod no. Bar. in rep. l. si. q. xxxvj. C. que sit long. consuet. Hoc igitur sic præsupposito, descendendo ad resolutionem dubiorum propositorum. Circa primũ, an potuerit testator f. priuare filias suas? dico, quod non: sed quod tenetur eis saltem relinquere legitimam, quæ est tertia pars omnium bonorum. auth. nouiss. C. de inoff. test. f. alitudo quoque in auth. vt cum de app. q. f. in quam tamen legitimam computantur dotes acceptæ. l. quoniã nouella. in fi. C. de inoff. test. Item computabitur legata in testam. sol. scimus. l. omni modo. f. imp. C. de inoff. test. & si legata accipiatur iure legitime, reiciatur conditio omnis, etiam graua mens usus fructus relictum vxori. l. quoniam in priorib. C. eod. tit. & in tali casu non attendetur, quod testator iussisset eas filias esse tacitas, & contentas: quia per hanc clausulam non est in facultate eius euadere dispositionem legis & arctatis ad relaxandã legitimã. l. nemo potest. ff. de l. j. Circa secundũ, an potuerit constituere vxorem usufructuariam vniuersalem; & c. respondeo, quod cum statutum Mediolani non permittat relin qui vxori vltra quartã, non poterit vltus fructus omnium bonorũ durare vltra sex, vel septem annos: quia talis censetur quarta pars hæreditatis, secundum prædictam computationem gl. in. C. defac. san. eccl. sed si filia velint portiones suas puras, durabit vltus fructus, in reliquis partibus tantò diutius, secundum prædictã computationem. Circa tertium respondeo, supra responsum esse, nam f. si dotes, & legata non excedunt legitimam, possunt filia legata consequi etiam non obstante usufructu vxoris legato. Si verò excedant, crederem quod quatenus ascendit legitima de ducatu usufructus. d. l. quoniam in priorib. vltra verò standum erit testatio. Circa quartum, respondeo licere istis filiabus petere de præsentia dotem maternam, si talis f. dos sit in bonis immobilibus: quia nõ dicitur esse de hæreditate, vel bonis testatoris: sed si sit in pecunia, & consequenter pater sibi teneretur actione personali ad dotem, esset secus: ex quo voluit testator, q. non possent plus petere super bonis, & hæreditate: secus, si dixisset super bonis tantum, vt per Bar. in l. vt iurif. super isto puncto. in ij. in nouiss. Alex. cons. cxxxij. in ij. Iaf. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Gui. Pap. q. xxxij. cum similib. Circa quintum, dico non esse dubium quin dicta vxor sit obligata facere inventarium: quia testator non potest remittere talem solennitatem, vt per Bar. in l. nemo potest. in ij. oppo. ff. de leg. j. & ibi omnes

scribentes, sicut etiam f. non potest remittere cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri. l. j. C. de usufr. per Alex. cons. lvij. in iij. volu. f. nec puto, quod valeat præceptum quo testator grauat hæredes ipsos ad fideiubendum. quia hoc modo fieret fraus evidens legi. prout est de mente Bal. in d. l. j. Circa sextum, quamuis mulier non fecerit inventarium non tamen perdit legatum, ex f. quo hæres patiendo etiam vti frui, videtur solennitatem interim sibi remittere. & ita sentit Bar. in l. vx. usufr. ff. de usufr. leg. Bal. in cons. cxlvij. statuto catur in ij. & cons. clxxxvij. super primo puncto. in prin. in j. par Picus in rep. l. Tit. cum testati o. f. Titia cum nuberet. q. l. ij. ff. de leg. ij. Circa septimũ, potest testamentum esse nullum: quia f. testator, cum haberet filias in potestate, debuit eas pure instituire, vel exheredare. l. ij. f. ff. de lib. & posth. sed in casu nostro instituit solum particulariter, finito f. usufructu vxoris. vnde cum interim reperiantur præteritæ, testamentum est nullum. d. f. fil. l. Gallus. f. idem credendũ. ver. ita sanè. ff. de lib. & posth. substitinebitur tamen in vim fideicom. propter f. clausulam codicill. l. ex scrip. f. si. ff. de test. & consequenter hæredes instituti sicut fideicom. & hoc tenendo opinionem antiquorum, quod conditio casualis non reiciatur hodie, etiam respectu legitimæ; quæ opinio est communior, licet in practica difficulter possit obtineri propter auctoritatem contradicentium. vt per Bar. in l. sinus. ff. de hæ. in fin. doc. in l. si pater. C. de inoff. & subf. Sal. in l. i. quando. C. de inoff. test. Et ex his cõcludo, quod filia propter legitimam suam habebunt tertiam partem hæreditatis, in qua imputabunt & dotes, & legata. Item habebunt titulo hæreditario aliam quartam Trebellianicam, tanquam venientes ab intestato: quia cum sint filia, habebunt etiam hanc quartam, vt est communis conclusio. c. Ray. extra de testa. Iaf. in l. filij quæ. C. fam. arc. & respectu harũ portionũ poterunt se intrimitere in hæreditate, propria auctoritate & poterunt petere cautionem ab vxore respectu usufructu, residui hereditatis: qui cum non possit excedere quartam partem bonorum in valore, augetur partem hæredum, & sic filiarum pro contingenti portione, & consequenter etiam partem fideicommissariam. f. Legata verò in eo testamento etiam extraneis facta non est dubium quin valeant & sustineantur, per auth. ex causa. C. de lib. præter.

CONS. XII. SVMMÆ.

- 1. Ad Comites sacrarũ largitionũ pertinebat cura redditu in auro.
2. Comites, & qui is subsunt varij extinguiti.
3. Thesaurarij Principum nostri temporis argentarios appellari posse.
4. Argentariorum principale officium est in scribendo, & rationibus scribendis, & conseruando pecunias in mensa sua depositas.
5. Colybum significat id, quod vulgariter dicimus capfoldum.
6. Thesaurarios variè pro venuerunt.
7. L. si ventri. in bonis. ff. de priuileg. cred. sens.
8. Thesaurarios ex causis sibi querere.
9. Modi cognoscendi quando dominum transeat in alium.
10. Valet argumẽtu de tutor. & administrator ad thesaurarios.
11. Actioni quæ datur ad nihil interesse si nihil interest, obstat exceptioni impeditiua litis ingressus.
12. Solutione fortis perimitur omnis spes lucri ex allegio prouenientis.
13. Non entis nulle sunt qualitates.
14. Administratores qui in pecunia Principis augenda scrupulosè sunt diligentes, laudandi non sint.
15. Auri de iure comuni recipiuntur functionem suã per monetã, & grauat soluiere in auro potest dare equiualentẽ monetã.
16. Non solet haberi consideratio interesse lucri cessantis.
17. Thesaurarij debent in libris suis nominatim scribere à quo receperunt, & ex qua causa, & diem receptionis.
18. Qui vnum dicit, de alio negare videtur.
19. L. Iulia de residuis & repetundarum post lapsum anni extinguitur, nec ex eis contra hæredes datur accusatio.
20. Depositaris tenetur solum de culpa.
21. Depositaris accipiens salariũ videtur teneri saltẽ de leui culpa.
22. Nulla lex prohibet quin ex re sua licitè quis lucrari possit.

- 23 Procurator potest licite lucrum ex re domini facere, dum tamen citra damnum illius.
- 24 In duobus illius qui ex re aliena lucrum facit, dum tamen citra damnum domini, est laudanda.
- 25 Datum Ambasiatoribus Reipub. eis relinquatur nec ad rem publicam pertinet.
- 26 Licetum est mihi de re tua, que apud me sit illud facere quod mihi prodest, et tibi non nocet, quia tali casu de sola patetentia agitur.
- 27 Non debet admitti petitio illius, cuius contrarium non esset postulaturo. (Solueri.)
- 28 Theaurarius hodie non potest loco pecunie signata massam
- 29 Relatio debet fieri cum omnibus suis qualitatibus.
- 30 Ea dicuntur vim legis habere, que vntentiam vsu fuerunt approbata, et acceptata.
- 31 Cum Principibus attendi ad bonam fidem, et ad equitatem, at in huiusmodi iudiciis omnem vigorem explodendum esse.
- 32 Liberalitas Principis semper augenda, non autem referenda.
- 33 In dubio contra fiscum est iudicandum.

Dominus Franciscus Vincentius fuit thesaurarius illustrissimorum ducum Ferrarie per xl. annos; & interim singulis mensibus reddidit rationes factoribus generalibus: deinde decessit. Fisci agunt contra heredes, & prætendunt rationes non fuisse recte compositas, sed defectiuas: quia in eas non sunt descripte particulares species monetarum, an in auro, an in alia moneta, q̄ ex cambio seu allagio possit crescere, prætenduntque tale lucrum debere esse cameræ, non autem ipsius thesaurarii, seu institoris, cui thesaurarius relinquebat, si quod erat, quæritur quid iuris? Pro faciliore decisione huius quæstionis, in primis videndum est qua specie contractus, seu qua actione teneatur thesaurarius iste. Et sciendum est in iure nostro non reperiri speciale huius rei mentionem: in aula enim Imperatorum erant comites sacrarum largitionum, ad quos pertinebat cura reddituum in auro, de quo in l. j. in fi. C. de offic. com. sac. Erant etiam comites rei priuatae, comites patrimonij, comites palatij: de quibus in libr. i. Cod. sub suis titulis. Sub iis erant præpositi thesaurariorum exactores, susceptores, archarii, apparitores, discessores & similia officia: de quibus in tit. C. de exact. trib. lib. x. & in eod. lib. Rub. C. de suscep. quæ officia sunt extincta, nec amplius sunt in vsu in aula nostrorum principum, nec eliguntur secundum quod olim fiebat nec seruantur forma. de qua in l. super creandis. C. de iur. fic. lib. x. Bartol. l. illud. C. de can. larg. tit. & maxime, quia exactio fiebat ab illis in speciebus percutebatur, deinde pecunia, quæ tanti valebat in forma, quanti in rudi materia: quia expensa eius monetæ cudendæ fiebat de publico. l. i. ff. de contrahen. emp. per Bartol. l. Paulus. ij. q. de sol. & ideo nulla poterat cadere tunc differentia respectu allagij, vt probatur in l. i. de vet. num. pote. lib. xi. C. quæ omnia sunt hodie mutata vbique. Sed solent principes deputare aliquem campforem, qui exigat dictas pecunias, & redditus suos quem vocant thesaurarium. Et iste videtur mihi in iure idem esse, quod argentarius, & constat enim apud hos de poni pecunias nobilium, & eos conficere rationes exactorum, & expensarum: Vnde lex dicit, quod eorum ministerium publicam causam habet, & quod principale eorum officium est in scribendo & conferuando pecunias in mensa sua depositas. l. si hominem. §. quoties. ff. dep. & habetur etiam in Aulularia Plauti, & licet non constet solitum illis. si atui aliquod salarium ex hac causa, imo potius quando que ipse pro receptis, si eas vacuas non habebant aliquid vsurarum nomine soluebant, vt dicitur in nouella Iustin. cxxxvj. tit. de argen. contractu. §. in ratiociniis. verficul. cū non possit. tamen promissio salarij non alterabit nomen artis eorum, vt ideo minus dicerentur argentarij, seu numularij, secundum Ange. in l. interesse. de acqui. rend. possess. vbi loquitur in depositario recipiente pecunia pro custodia. Lud. Rom. consil. 500. in ep. sumarius. q. casus. Andr. Sicul. consil. lxxj. in 4. imo in vita Augusti apud Suetonium dicitur q̄ Argentarij habeant manus

colybo decoloratas: quo significatur quod receptarum pecuniarum solebant deducere colybo, id est cap-soldum, vt vulgo dicimus, vel allagi idem significans de quo Iulianus Pollux onomasticon. li. vii. cap. i. re-
me q̄rōv. vt alius dixi libr. j. cap. lxxv. Parergon. Concludo itaque thesaurarium istum non alium esse, quam argentarium principis, qui eius pecunias habet. Et ideo literis ducis Borlij simpliciter appellatur depositarius, & constat vulgo quod suprascriptus Franciscus erat trapezita, seu campfor exercens eam negotiationem licet etiam esset thesaurarius. Qui ergo sunt respectu priuatorum numularij, dicuntur respectu principis thesaurarij, & nihil habent commune cum illis officiis imperatorum de quibus supra. Sed nunquid dominium pecuniarum, quæ eis soluuntur à collectoribus, transeat in ipsos? an sit ipsius ducis? & videtur esse Ducis: & ideo lex inquit ei competere vendicationem. l. i. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. 7 credi. Sed certe loquitur ille tex. & in subsidium: & potest etiam intelligi pecunia iure depositi, tanquam species & in sacculo: & ita intelligitur illum textum ibi docto. Dia. Iacob. Alber. Rapha. Com. Iacob. Puteus per text. in leg. Lucius. in l. die sponsaliorum. §. j. ff. deposti. Et sic sentiunt ibi omnes. secus esse in casu nostro, in quo pecunia non traditur in sacculo ob-signata, neque tanquam species: § merito dicendum est quod dominium transeat in ipsos. Quæ sententia certior est in nostro casu, in quo præsupponit quod solutiones fierent à collectoribus: quo modo dominium est ipsius ducis ante traditionem illi factam. leg. traditionibus. C. de pact. cum non constituent thesaurarij le eius nomine possidere: sed simpliciter recipient pecuniam. l. quod meo. ff. de acquiren. possess. vbi notatur. Comprobatur hoc ex eo, quod semper gestum est; quia casus fortuiti periculum semper fuit apud ipsos Vincentios: nec ex furtis illis perpetratis voluit aliquid damni sentire fiscus. Vnde apparet, quod id agebatur, vt dominium transeat in ipsos. l. in naue. verficul. idem iuris. ff. locati. & quod not. Deci. consilio cccclxxij. Suadet hoc etiam ex iis, quæ deinde gesta sunt: quia simpliciter dicti Vincentij reddebant rationes, nec cogebantur præcisè ad solutionem earundem specierum prorsus, quoniam indicat pecuniarum § dominium transiisse, nec ad easdem species obligari. arg. leg. sed Iulianus. §. pro in de ad Maced. Suadet & hoc qualitas personarum, iuxta l. plenum. §. equitij. ff. de vsu, & hab. cum enim essent campfores, & voluit dux eos esse suos thesaurarios, intelligitur eo modo, quo solent campfores recipere deposita, id est, vt dominium in ipsos transeat. Ad idem facit, quia doctores nostri argumentantur, vbique § de tutoribus & administratoribus. ad istos thesaurarios, vt per Ias. consilio c. j. in j. consilio cccxxix. in ij. Baldus. consilio cxcxvij. j. docto. in leg. præses. C. de transact. vbi dixi & in leg. j. §. per procuratorē. ff. de acqui. possess. Dec. consilio vj. sed pecunia numerata non species transit dominium ad administrationem generalis, & consequenter ipsius thesaurarij generalis, secundum leg. si ego. ff. de negot. gest. vbi gloss. Mart. & tenuit Petr. Cin. Ray. vbi, & gloss. vbi canonist. in c. si tibi absentis. in gloss. super verbo habueris. de præbend. in vj. & puto hoc verissimum in pecunia non numerata tanquā certa specie, & sentit Barto. in l. Titij. §. altero. ff. de administ. tuto. Dec. d. col. vj. verfic. 2. licet forte in aliis speciebus sit secus: Scita pro-cedit contraria opin. de qua per Barto. in l. qui mihi. ff. de donatio. p. Ias. d. l. i. §. per procuratorē. Nec quæ obstat, quod huic thesaurario esset statutum salarium mensuratum librarum viij. quia respondeo hoc est quid minimum, & non correspondens debitæ mercedi. argum. l. senatus. §. Marcellus. de legat. & fidei commissi. primo. vbi doct. l. decurtio formam. C. de decurion lib. x. Alexand. consil. c. iij. in fi. lib. j. Præterea (vt dixi) etiam argentarij recipiebant aliquam mercedem, & tamen in eos transibant

transibat dominium. in casu d. lin naue, ille nauta non gratis deuehebat triticum. & tamen transit in illum dominium, & facit q̄ notat Angelus in d. l. interesse. & Lud. Roma. & Andr. Sicul. in præallegatis consilijs & Decius consilio cccclxxij. His sic præsuppositis, veniamus nunc ad determinationem præpositæ consultationis, & proximo excipiemus aliquod casus claros in quibus non videtur probabilis esse dubitatio. Primus est respectu reddituum Mutinæ, & Rhegij in quibus ciuitatibus est diuersa consuetudo monetarum à ciuitate Ferrariensi, & aureus plus expenditur, quam Ferrariæ. & tali casu bonum fuit quod specificaretur species auri à moneta propter euidentem rationem differentie: & quod hoc debeat fieri præcisè mandatur in literis ducis Borlij de quibus infra: & intelligo ita factum fuisse, nec de hoc est controuersia. Secundus casus est, etiam respectu Ferrariæ, quo tempore erat quædam conuentio cum Venetis, per quam illi accipiebant aureum pro vno alle quàm expendere Ferrariæ, & hoc etiam est specialiter descriptum in dictis libris, ad d. vt neque de hoc casu contingat in presentia dubitari. Tertius casus est pro tempore, quo aureus semper fuerit vniformis pretij ad certam monetam, in tantum, vt nullum prorsus esset lucrum allagij, quod asseritur fuisse per priores xx. annos, quo exercita fuit hæc thesauraria, & etiam iste casus est satis clarus: cum enim nihil interesset fisci, quod aurum, vel moneta solueretur, non potest imputari argentario, cur non scripserit magis specialiter: quia omnis ista actio datur ad interesse: ergo, si nihil interest obstat exceptio impeditiua litis ingressus. l. posthumus. §. j. de in offic. testam. l. non ignorat. C. qui accu. non poss. doc. c. super iis extra, de accus. Quartus casus est, vt idem sit respectu pecuniæ expensæ antequam allagia venirent: tunc enim ea pecunia sit iussu principis expensa, respectu eius liberatus est thesaurarius: vnde non potest nisi adhuc extare in odium thesaurarij, vt com-puter allagium quod inde potuisset percipere: solutio- nem enim § fortis permittitur spes omnis lucris ex allagio hoc prouenientis, argum. l. centum Capuæ, & lege. fin. de eo quod certo loco. lege. nummis. ff. de de in lit. iu. & quia § non entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui in provincia. verfic. quoniam tunc. ff. si cert. petat Quintus casus est respectu eorum, qui habebant mandata à duce exigendi tot libras, in quibus propter qualitatem personæ fuisset dedecus soluere in minimis quadrantibus: nec enim est imputandum thesaurario, si soluit in auro, & moneta maiore: licuit enim ipsi facere pro honore domini sui, sicut dicimus in tutore. l. cum plures. §. pen. ff. de administ. tut. & quolibet alio administratore, vt per docto. in l. pactum curatoris. C. de pact. & ibi dixi non § laudari administratores, qui in pecunia principis augeda scrupulosè diligentes sunt. l. diuus. in fin. ff. de bon. dam. quia istud esset corrumpere liberalitatem principis, quod facere non debent, de quo etiā per Bart. in l. illud. C. de can. largit. tit. lib. x. vbi loquitur etiā de istis thesaurarijs, & facit. l. multa- rum. C. de mod. mult. per Corset. in reput. c. j. grandi. de supplen. negligen. prælat. lib. vj. Superest nunc, vt videamus saluis suprascriptis casibus, an tenerentur dicti thesaurarij scribere nominatim aureorum qualita- tem in suis rationibus. Et puto, quod non, primò quia § de iure communi aurum recipit functionem suam per monetam: & grauatius soluere in auro potest dare æquiualentem monetam, vt est tex. in l. j. C. de collat. aris. & in l. vnica. C. de arg. præ. quod thesaur. infer. lib. x. in l. quoties. C. de suscep. & arca eod. lib. l. si quis argen- tum. C. de donat. vnde si quis recipiat aurum, potest simpliciter describere calculū & rationem ad libras, & id fit vbique & quoties. Secundò, quia videmus etiam in d. l. in eo, quidebitor sit alterius. puta centum librarum potest soluere in tanta moneta: nec quicquam ei imputatur etiam si sit in mora soluendi, & aurei valor ex-crecat, secundum Barto. in l. Paulus respondit. de solut.

& est communis opin per doct. in l. cum quid. si cert. petat. vbi dixi. verficul. secundus casus. & in l. quod te. ff. eod. titul. quia non potest hoc casu creditor præten- dere, nisi inter esse lucris cessantis, cuius non soler haberi consideratio. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de ac- tio. empt. cū ergo non perpendatur tale allagium, frustra describerent species aureorum. Tertio nos videmus, quæ ges expresse explicant quomodo debeat isti thesaurarij tenere, & conficere libros, § videli. quod scribant nomina- tim à quo receperunt & ex qua causa, & diē receptiois. l. apparitores. C. de exact. trib. lib. x. l. neminē. C. de suscep. & arca. l. j. C. de apoch. pub. & tamē nusquā dicitur, quod de- beat specialiter ponere, quo genere monetæ, & c. nec Bar- tol. in l. comperimus. C. de nauicu. hoc requirit, nec Pa- ris de Put. in tract. syndicatus super verb. officialis. vbi ponit multa de libris, & rationibus istorum thesaurario- rum: ergo nec nos hoc dicemus. Quarto hoc suadent literæ ducis Borlij, quæ specialiter requirere solent in redditibus Rhegij, & Matinæ, in quibus esset alia ratio, vt supra dixi in primo casu excepto. Ergo aliud sentit esse in redditibus Ferrariæ, in quibus cessat ratio, vt dixi, & facit regula quod § qui vnum dicit. de alio negare videtur. l. cum prætor. ff. de iudic. cap. nonne de præsumpt. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. vbi Bald. ff. de mino. cum concord. & licet dictæ literæ habeant aliud capitulū de specificatione monetarum, tamen in ista ostendemus ni- hil obstat dictis Vincentijs. Quintò, hoc suadet ex consuetudine in ueterata per xl. anno s secundum quā videtur ita actum fuisse à partibus, vt minimè debeat nunciari in dubium refericari. argu. leg. Procula. de prob. leg. penul. C. de apoch. pub. lib. x. maxime fa- & istoties calculis cum factoribus generalibus, qui nun- quam de hoc fecerunt controuersiam. Et sicut lex Iulia de residuis, & repetundarum post lapsum anni extingui- untur, nec ex eis contra heredes datur accusatio. l. da- tur. ff. ad l. Iulij. reperund. l. j. C. eo. tit. ita & in casu nostro hæc ciuilibis controuersia debet censi extingui lapsu rati- teporis: non tã ex fundamēto, seu p̄textu p̄scriptionis quã ex cõiectura, q̄ tacitè ita actū sit, per regulā. l. cū de in re verso. ff. de vsu. & l. qui semisses. leg. cum quidam. §. diuus eod. titul. & leg. si certis annis. vbi Angel. C. de pac. Felin. c. cum Bertholdus. de re iud. Curt. in tract. de moneta. q. vltima. Et saltem hæc consuetudo excusa- tar à dolo & culpa, de qua solum teneret depositarius. l. contractus. de regul. iur. Nec obstat quod ex quo ac- cipit salarium videtur teneri saltem de leui. l. j. §. si ve- stimenta. ff. de depo. l. si vt certo. §. nunc videndum. commo. Deci. consil. cccclxxij. quia respondit vt supra dixi mini- mum esse salarium nec correspondens labori & pericu- lo. Vnde non fit, quin depositum censetur celebratum causa solius deponentis, quod & ex effectu apparuit, quod tate emolumentum relinquebant capfario, seu institori. Sextò & vltimò, dico non esse obligatos ad talē expensionem: quia huiusmodi lucrum ex allagio proue- niens non est principis, sed ipsorum, cum enim, vt supra ostendimus, dominium pecuniæ transeat in ipsos argen- tarios, non dicuntur lucrari ex re principis, sed sua. Et si nul- la lex prohibet: quæ ex re sua licite quis lucrari possit: quæ censetur hoc propter in dustryā ipsius. l. si defunctus. C. arbit. tut. Dec. de consil. vj. in prima ratione. Et procura- tor potest licite lucrum ex re dñi facere: dum tñ citra damnum illius. l. qui proprio. §. procurator. ff. de procu. & non tanquā procurator fecerit, sed tanquā quilibet, secundum glo. ibi in verb. nomine. p̄tex. in l. si verò. §. ite quicquid. ff. sol. matr. l. debitor. §. ha. ff. ad Treb. Et tñ huiusmodi in- dustryā potius meretur laudē: nec ad alterius, quā ipsorum vtilitate est trahēda. l. 3. in cipri. ff. ad l. Falc. l. si in pri vbi. not. ff. mād. l. si vnus §. j. ff. p̄focio. Sicut dim⁹ de eo q̄ tda- tū fuit Ambasiatoribus Reipublice, q̄ tñ relinquit, nec ad Rempublicam p̄tinet. l. si verò. §. ite quicquid. ff. sol. matr. Dd. in l. sed si plur. §. in arrogato. ff. de vulg. & dixi in trac. Præsumptio. in pri. reg. verfic. 18. ibi. Secundo moueor, quia data, & c. Facit regula q̄ § licitū est mihi de re tua q̄ apud me sit,

me fit, illud facere quod mihi prodest, & tibi non nocet: quia tali casu de sola patientia tu agitur. l. fin. ff. de seru. vrb. praed. in glo. fin. quanto magis in re mea: quamuis tibi debita. Suadet hoc tali ratione, si valor aurei decreuisset ad monetam: utique princeps voluisset sibi solui in moneta, id est, in libra: qui erat factus creditor librarum secundum communem sententiam, de qua in d. l. Paulus, ergo si crouit non debet illud augmentum petere: quia si peteret illud cuius contrarium non esset postulaturo. l. penul. C. de sol. l. si ea pactione. C. de iur. verb. pecunie. in c. cu. canonicis. de censib. C. de iur. eam, quia ipsi scribebant soluta per collectores ad ratione librarum, ipsi collectores sciensibus, & videtur, ad quorum utilitatem pertinisset istud allagium, si quod fuisset, quia potuissent ipsi soluere in moneta, & non in auro, & utique si adfuisset in hoc lucrum, est verisimile quod fecissent, praeses. C. de ser. & aqua. vnde satis fuit habere consensum eorum saltem tacitum, nec hoc debet prodesse fisco, cui ipsi collectores non agebant tale lucrum deferre. d. l. item quicquid. dicit. l. debitor. §. fin. & in terminis nostris per alias etiam rationes consuluit Raph. Comm. consil. cxxxvij. in ij. dubio. Deci. consil. vj. Nec obstat, si allegaretur in contrarium tex. in l. j. C. de aur. publ. per se. lib. x. vbi susceptores non debent pecuniam acceptam in massam redigere sine licentia Comitum sacrarum largitionum, & c. nam respondeo illud officium persequutorum nihil habet commune cum thesaurario, vt supra dixi. Item fateor quod etiam non posset thesaurarius fisco pecuniam signatae massae soluere. Olim res poterat habere aliquam probabilem dubitationem: quia moneta cudebatur vt tantum valerent in materia, quantum in forma, & praetium eundem di de publico soluebatur. d. l. j. de contrahea. empt. p. Barro. d. l. Paulus. doct. in l. j. §. j. ff. si cer. pet. hodie non ita est, imò plus valet in forma: sed nos non loquimur de hac questione. Item sicubi potest fieri illa mutatio de consensu comitis sacrarum largitionum ita potuisset in casu nostro fieri de consensu factorum generalium, qui per lapsum tantum temporis, & toties iteratos calculos satis viderentur consensisse. d. l. cum de in rem verso. cum similibus & quod not. Curt. iun. consil. xix. in dubio ultimo. sed, vt dixi, non est, opus circa hoc insistere: quia quaestio nostra est diuersa, & eodem modo potest responderi ad l. j. C. de iis quae pub. ratio. l. x. l. j. C. de iis quae pub. coll. eodem libro. loquitur enim in aliis officialibus, non in argentariis. & in diuerso casu: & ad dicta per Barro. ibi respondet Dec. in praedictis consiliis, & eodem modo potest responderi ad ea quae no. Ange. consil. xc. vers. 3. & vers. iij. & vers. ij. Nec obstat illud capitulum literarum ducis Borij, quod dicitur quod depositarius ponat in reditu ad diaria, prout conueniens est de moneta ad monetam, secundum quod in eum mittentur, respondeo illa verba, prout conueniens est, stant limitatiue. l. edita. C. de eden. quia referuntur ad supra scripta, quibus declaratum est hoc fieri debere in rebus Mutinae, & Rhegij: & factum est in casu nostro, maxime cum dicta clausula sit posita in fine exceptionis, quae posita est ad reditus dictarum vrbium. Secundò respondeo, quod loquantur illae literae secundum tempus quo emanarunt, quia iam lapsis xc. annis erant variae monetae, aliae maiores, aliae picolorum, vt in eis literis dicitur, & voluit dux, quod specificarentur illae monetae, quae amplius non sunt in usu, & ideo illud capitulum est antiquatum, vt in simili est tex. cui in §. fin. ver. vnde certa. in auth. quib. mod. nat. eff. sui. & accipit ibi monetam in illis literis vulgaribus, secundum vulgarem sensum, quo argentea aere contaminata intelligitur, & differt ab auro. Tertio respondeo, quod literae illae non videantur generales respectu omnium depositariorum in futurum sed personales, respectu Romae tunc depositariorum, & ideo ordinat, quod ipsi Romae detur copia illarum literarum in iis, quae concernunt officium suum: merito ergo non transeunt ad successores in officio. l. neque Dorothium. C. de decu. lib. x. loquitur illa lex in casu fortiori, videlicet de lege personali posita in corpore iuris, de quo per gloss. Bart. Salic. in j. const. C. §. quibus in verb. gloss. praescriptae & doc. in l. leges. in fin. C. de legib. Quarto respondeo, quod etiam si dicamus transire ad successores, debet hoc intelligi secundum qualitatem respectu Romae, expressum videlicet postquam data esset copia, seu sequuta intimatione: quicquid fieri debet cum omnibus suis qualitatibus. l. sed si manent. ff. de preca. Bartol. & doct. l. si mihi & Titio. in fin. de verb. obl. Cald. l. legem. C. loc. And. Sic. consilio xij. in ij. volu. Quintò responderetur, quod dictae literae non habent vim legis: quia vntium vsu nunquam fuerunt approbatae, nec acceptatae: nec reperitur id nunquam fuisse obseruatum. c. in istis. §. leges. iij. distinc. vbi Card. Alexand. & glo. in c. j. extra, de treuga & pace. vbi doct. Alexand. consil. xvj. in j. volum. cum concord. & quod no. idem Alexand. consil. xxix. in iij. Sextò responderetur, quod tales literae non obligant istos Vincentios, qui ignorabant. l. fin. ff. de dec. ab ord. fac. l. leges. C. de legib. §. fin. in auth. de non eligen. secun. nuben. & probabilis est ignorantia, tum quia non fuerunt publicatae. dicit. §. fin. vbi Ange. per Alexand. d. consil. xxxix. in iij. lib. vbi concludit non sufficere registrationem, per. c. ij. de consil. tum quia non est eis data copia, seu intimatia facta, prout dicitur in his ipsis. Septimò & vltimò responderetur, quod lapsus xl. annorum & toties iteratae computationes, & calculi cum factoribus, & generalibus qui sustinent personam principis, faciunt vt censeatur recessum de voluntate principis a talibus literis: imò solum decennium sufficeret, secundum doct. communiter in d. c. j. de treu. & pace. l. in leg. rem non noui. C. de iudic. Rochum Curt. in tract. de consue. versic. v. limita. & quod not. Raph. Com. consilio cclxxvij. Non omitto etiã prae oculis dominorum iudicium in praesenti causa esse debere multas rationes, & coniecturas, quae causam istorum valde commendabilem efficere debent, & in re dubia animum ipsorum inclinare, & hosce res conuentos absoluant. Et in primis, quia lis est cum principe, & domino suo: constat autem t. cum principibus maxime attendi ad bonam fidem, & ad aequitatem & in huiusmodi iudiciis omnem rigorem explodendum esse, secundum Baldum in tit. de pace Constan. & quae ponit. l. in leg. ciuitas. ff. si cer. pet. & t. semper principum liberalitas non refraganda, sed augenda est. leg. beneficium. vbi l. de consti. prin. & ideo non laudantur magistratus, qui nimis scrupulosi, & anxii sunt in augenda pecunia principis. leg. diuus. in fin. ff. de bon. damn. praesertim circa modica lucra, quae relinquenda sunt tenentibus: prout probatur etiam in dict. l. illud. vbi Barto. Quod videtur obseruandum in istis allagiis, quod lucrum adeò tenuè fuit vt collectores ipsi non curauerint per mutationem auri in aliam monetam sibi retinere: nec etiam ipsi Vincentiis qui quaecumque fuit illud reliquerunt in fisco suo: vt asseritur apparere ex libris ipsorum. Et maxime cum satis appareat, quam tenuis merces seu leue salarium sit illis constitutum pro periculo custodiae, cum ipsi longè plus impendant in famulis quos hac ex causa tenere debent. Quod videntes factores praedicti viri prudentissimi, & solertissimi toties calculatis rationibus, nunquam verbum de iis allagiis fecerunt: cum tamen verisimiliter aliquid hac in re subodorarent, vnde videntur de voluntate ipsius ducis remisisse & toties factus calculus satis magnam praesumptionem pro ipsi Vincentiis inducit dicit. leg. Procula & firmat Raph. Com. d. consil. xxvij. in j. & iij. dub. Curt. iun. consil. xix. in vltimo dubio. Et lapsus tanti temporis, nempe quadragesima annorum quo fuerunt in hoc officio: nec vnquam eis macula fuit aspersa: cum alioquin, vel lapsus decem annorum sufficeret ad excludendum hanc petitionem, & ad praesumptionem relaxationis huius lucri inducendam, d. l. si certis annis.

annis. Et nunc mortuo ipso do. Francisco principali moueatur eius filius controuersia, qui nec ipsi administrant, sed omnè hanc prouinciam reliquerunt in fisco, cum tamen nec peculatus, nec residua lapso anno ab haeredibus exigantur. d. l. danf. ff. ad leg. lul. pecul. Et si res esset verè dubia adhuc contra fisco esset iudicandum, per regulam. l. non puto. ff. de iure fil. vbi Din. Raph. & caeteri. Et maxime cum tractetur de fauore liberationis. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & fisco a actoris personam sustineat aduersus quem indubio pronuntiandum est. l. qui accusare. vbi doct. C. de eden. & satis ex tanta mutatione libelli & iteratis additionibus apparet, quòd non prius bene meditato & maturo consilio ad hanc licem descendit, vt haberetur in l. edita. C. de ede. vnde potior debet esse causa istorum qui descendunt. Quod etiam fiet, secundum mentem excellentissimi ducis, quae inde deprehenditur, quod pro maxima sua humanitate atque clementia voluit rem per arbitros vtrinque electos viros doctissimos cognosci, vt in hac causa posset iustitiae locus esse, absque vlla profus suspicione: quo exemplo & ego inuitatus, quamuis humilissimo, liberalissimoque duci omnia debeam, non dubitavi haec pro ipsis Vincentiis scribere. Saluo tamen iudicio cuiuslibet rectius sentientis.

quis vj. §. differentia. ff. de acquir. possess. & in praesentia feud. per Bal. & in cap. j. §. praeterea. de capit. Corrad. in c. i. §. beneficium. in quibus caus. feud. amitt. cum similib. & de f. alodialibus habet quilibet liberam facultatem disponendi arbitratu suo, vt notauit per Bartol. in d. §. differentia in f. feud. lib. verò non potest disponere, nisi secundum formam inuestiturae iuxta text. in ca. de duob. fratrib. à cap. inuest. & ca. de eo qui sibi, vel haered. masculi, quomodo ergo intelligemus procedere supra scriptos contractus? Et primò videretur dicendum, quod tota concessio debeat censei feudalis: cum facta sit posteriori tempore, & posteriora derogant prioribus. leg. pacta nouissima. C. de pact. tanquam contractus venditionis praecedens in inuestituram feudalem censeatur esse transfusus, vt in simili notat. glof. Cin Bal. Salicet. in l. cum dorem. C. de iur. dot. & videatur breui manu dominum ab empto retro Pontifice translaram, & respectu duntaxat vilis retro acceptum per ea, quae habentur in l. singularia. ff. si cert. per in l. 3. §. sciendum. ff. de don. inter vir. & vxor. & facit rex. in l. 3. §. ex pluribus. de acquir. possess. cum ibi not. per Bar. & videmus hoc esse regulare quod non solum in contractibus, sed etiam in priuilegiis, & rescriptis. vltimis voluntaribus. vltima derogant prioribus. c. caeterum. de rescr. & not. in ca. i. eod. tit. & in l. iij. §. fin. ff. de adim. legat. & in eodem instrumento attenditur vltima scriptura. l. si quis cum. ff. de vulg. & pupil. Alex. consil. xix. circa fin. lib. ij. Sed tamen ista resolutio non placet: quia ex verbis dictae concessionis apostolicae satis apparet quod non hoc agebatur, vt in instrumentum venditionis extingueretur, sed potius extaret firmum, vt & verba expressè in dicant maxime per illam clausulam, Et pro portio re cautela & c. per quam ostenditur non hoc fuisse actum, vt quicquam iuris perimeretur, sed potius, vt ius iuri adderetur. l. xij. distinc. cap. quanto. vbi not. in verbis finalibus, & c. gloss. in rubric. in authent. de instr. caut. & fid. Vnde t. quae iudicata sunt ad augendum, non debent operari diminutionem. l. legata in iuriter. ff. de adim. leg. l. legata. de legat. i. Secundò, ergo posset dici, quod confundatur contractus venditionis cum contractu feudi: & efficiatur contractus quidam mixtus secundum l. Aristo. ff. de donat. & perinde sit, ac si esset feudum emptum pecunia, & sic non habens propriam naturam feudi iuxta not. in capit. primo. ad fin. de feud. dat. in vicem leg. commissor. & quod notat Specu. in tit. de loc. §. nunc aliqua. vers. iij. in fin. & ibi Bald. in additio. nec dubium est, quin feudum possit acquiri etiam per pecuniam. c. i. §. notandum qui feud. dar. post. cap. i. quemadmodum. feud. ad alios parti. cap. i. de benefic. frat. cum multis similib. licet tunc proprie non possit dici feudum secundum Bald. in l. liberi. C. de oper. lib. Alexan. consil. cxxxvj. & ideo in tali f. feudo succederent etiam foeminae secundum Odofr. quem refert, & legitur Bald. post Cin. in d. l. liberi. & doct. communiter in dict. capit. i. de feud. dat. in vicem leg. commiss. Rom. consil. cclxxvij. versic. fin. autem quaerit quis. Sed tamen iste intellectus non admodum placet: quia hoc modo inuestitura feudalis non esset pro potiore cautela, vt dicitur in concessione Pontificia, & supra retuli. Tertio posset dici, quod feudum intelligatur respectu iurisdictionis, & meri, & mixti imperij: respectu verò terrae ipsius, & fortaliorum, & dationum sit venditio: quae si considerentur diligenter verba venditionis, dux Philippus principaliter ea concipit respectu terrae fortaliorum, & dationum: quo verò ad iurisdictionem subiicit clausula accessoria cum mero & mixto imperio, & c. Vnde non videtur iurisdictioni principaliter esse vendita, sed transire per via accessio nis. l. i. & c. ff. de pecl. eg. merito potuit transferri in ius feudi et stante forma venditionis, & isto modo concordabunt isti contractus semperque accipienda est talis interpretatio, per quam scripturae scripturis concordantur. cap. inter dilectos. §. caeterum. de fid. instrum. & q. not. Bart. in l. si. §. idem quae sit. ff. de condi. in deb. & Paul. de

CONS. XIII. SVMMÆ.

- 1 Feudum & alioj. discrimen multiplex.
- 2 In bonis alodialibus directum & vile dominium est emptoris, in feudis verò directum est domini, vile verò feudatarij.
- 3 De bonis alodialibus quilibet arbitratu suo habet liberam facultatem disponendi.
- 4 De bonis feud. non potest in feudatis disponere, nisi secundum formam inuestiturae.
- 5 Posteriora derogant prioribus.
- 6 In contractibus, priuilegiis, rescriptis, & vltimis voluntatibus, vltima derogant prioribus.
- 7 Clausula pro potiore cautela, non potuit ius, sed ius iuri addit.
- 8 Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.
- 9 Feudum emptum pecunia, non habet propriam naturam feudi.
- 10 Feudum potest acquiri per pecuniam, sed tunc proprie non potest dici feudum.
- 11 In feudo pecunia empto, succedunt etiam foeminae.
- 12 Semper accipienda est talis interpretatio per quam scripturae concordantur.
- 13 In dubio interpretari debemus iurisdictionem potius in feudum datam, quam venditam pecunia.
- 14 Habenti rem in emphyteusim, quam postea recipit in feudum succedens potest in ius ex quo titulo velut, & electionem habet, & c.
- 15 Censu impostus bonis, arguit contractum feudalem, & consequenter bona esse feudalia, cum talis actus maxime feudis conueniat.
- 16 In claris non est opus coniecturis.
- 17 Impositio censu potest fieri etiam in re non feudali, imò proprie censu imponitur rebus alodialibus, quae recognoscunt ab ecclesia.
- 18 Verba haeredibus, & successoribus continent extraneos, & particulares successores.
- 19 Beneficium Principis late intelligendum.
- 20 In dubio semper interpretamur quod bona sunt potius alodialia quam feudalia.
- 21 Augmentum sequitur naturam dotis, quae principaliter data fuit.

Instrumento viso venditionis terrae Florentiae cum fortalitiis, dationibus, iurisdictione, & c. facta per D. Philippum magnifico Rolando Palauicino, & successiuè, visa confirmatione dictae venditionis, facta per sedem apostolicam cum noua concessione in feudum, facta de dictis bonis sub annuo censu quinque librarum cereae, & c. Casus visus est habere prima fronte non modicam difficultatem. Videtur enim hoc in casu contrarietas, vt bona, quae sunt vendita, & sic sunt alodialia t. eadem sunt etiam feudalia: cum ista simul pugnent. In alodiis enim & directum & vile dominium est emptoris, in feudis verò directum est domini, vile verò est feudatarij, vt haberetur in l. si

quis vj. §. differentia. ff. de acquir. possess. & in praesentia feud. per Bal. & in cap. j. §. praeterea. de capit. Corrad. in c. i. §. beneficium. in quibus caus. feud. amitt. cum similib. & de f. alodialibus habet quilibet liberam facultatem disponendi arbitratu suo, vt notauit per Bartol. in d. §. differentia in f. feud. lib. verò non potest disponere, nisi secundum formam inuestiturae iuxta text. in ca. de duob. fratrib. à cap. inuest. & ca. de eo qui sibi, vel haered. masculi, quomodo ergo intelligemus procedere supra scriptos contractus? Et primò videretur dicendum, quod tota concessio debeat censei feudalis: cum facta sit posteriori tempore, & posteriora derogant prioribus. leg. pacta nouissima. C. de pact. tanquam contractus venditionis praecedens in inuestituram feudalem censeatur esse transfusus, vt in simili notat. glof. Cin Bal. Salicet. in l. cum dorem. C. de iur. dot. & videatur breui manu dominum ab empto retro Pontifice translaram, & respectu duntaxat vilis retro acceptum per ea, quae habentur in l. singularia. ff. si cert. per in l. 3. §. sciendum. ff. de don. inter vir. & vxor. & facit rex. in l. 3. §. ex pluribus. de acquir. possess. cum ibi not. per Bar. & videmus hoc esse regulare quod non solum in contractibus, sed etiam in priuilegiis, & rescriptis. vltimis voluntaribus. vltima derogant prioribus. c. caeterum. de rescr. & not. in ca. i. eod. tit. & in l. iij. §. fin. ff. de adim. legat. & in eodem instrumento attenditur vltima scriptura. l. si quis cum. ff. de vulg. & pupil. Alex. consil. xix. circa fin. lib. ij. Sed tamen ista resolutio non placet: quia ex verbis dictae concessionis apostolicae satis apparet quod non hoc agebatur, vt in instrumentum venditionis extingueretur, sed potius extaret firmum, vt & verba expressè in dicant maxime per illam clausulam, Et pro portio re cautela & c. per quam ostenditur non hoc fuisse actum, vt quicquam iuris perimeretur, sed potius, vt ius iuri adderetur. l. xij. distinc. cap. quanto. vbi not. in verbis finalibus, & c. gloss. in rubric. in authent. de instr. caut. & fid. Vnde t. quae iudicata sunt ad augendum, non debent operari diminutionem. l. legata in iuriter. ff. de adim. leg. l. legata. de legat. i. Secundò, ergo posset dici, quod confundatur contractus venditionis cum contractu feudi: & efficiatur contractus quidam mixtus secundum l. Aristo. ff. de donat. & perinde sit, ac si esset feudum emptum pecunia, & sic non habens propriam naturam feudi iuxta not. in capit. primo. ad fin. de feud. dat. in vicem leg. commissor. & quod notat Specu. in tit. de loc. §. nunc aliqua. vers. iij. in fin. & ibi Bald. in additio. nec dubium est, quin feudum possit acquiri etiam per pecuniam. c. i. §. notandum qui feud. dar. post. cap. i. quemadmodum. feud. ad alios parti. cap. i. de benefic. frat. cum multis similib. licet tunc proprie non possit dici feudum secundum Bald. in l. liberi. C. de oper. lib. Alexan. consil. cxxxvj. & ideo in tali f. feudo succederent etiam foeminae secundum Odofr. quem refert, & legitur Bald. post Cin. in d. l. liberi. & doct. communiter in dict. capit. i. de feud. dat. in vicem leg. commiss. Rom. consil. cclxxvij. versic. fin. autem quaerit quis. Sed tamen iste intellectus non admodum placet: quia hoc modo inuestitura feudalis non esset pro potiore cautela, vt dicitur in concessione Pontificia, & supra retuli. Tertio posset dici, quod feudum intelligatur respectu iurisdictionis, & meri, & mixti imperij: respectu verò terrae ipsius, & fortaliorum, & dationum sit venditio: quae si considerentur diligenter verba venditionis, dux Philippus principaliter ea concipit respectu terrae fortaliorum, & dationum: quo verò ad iurisdictionem subiicit clausula accessoria cum mero & mixto imperio, & c. Vnde non videtur iurisdictioni principaliter esse vendita, sed transire per via accessio nis. l. i. & c. ff. de pecl. eg. merito potuit transferri in ius feudi et stante forma venditionis, & isto modo concordabunt isti contractus semperque accipienda est talis interpretatio, per quam scripturae scripturis concordantur. cap. inter dilectos. §. caeterum. de fid. instrum. & q. not. Bart. in l. si. §. idem quae sit. ff. de condi. in deb. & Paul. de

Pau. de Cast. magis in specie in consi. clxij. circa id quod primo queritur, versic. circa secundum, & talis interpretatio est magis conueniens, vt iurisdictiones potius dentur, in feudum quam tanquam grex animalium veniant dict. cap. l. in fi. de feud. dat. in vicem. Sed tamen & ista interpretatio non quadrat rescripto Pontificio in quo nulla sit distinctio inter iurisdictionem, & res ceteras, & in quo dicitur in feudationem fieri pro potiore cautela, &c. Quartus ergo verior erit intellectus, quod vterque contractus stet firmus, & venditionis, & feudi: & quod electio sit hæredum, seu habentium causam ab ipso emptore, & feudatario, ex quo titulo debent iniri, quia hoc in terminis decidit Alber. de Rosat. ad l. fin. ad h. C. de iure emphyt. vbi quærit aliquis habebat rem in emphyteusim, deinde eam recepit in feudum, decessit relicta filia, quæ non potest succedere in feudo, dominus vult eam auocare, filia verò vult ex contractu emphyteutico retinere, dominus replicat non posse hoc fieri: quia recessum est à contractu emphyteutico per inuestituram feudalem, concludit præfatus Doctor post Albertum Galeoti quod electio est ipsius filie, & sequitur ibi Iaf. & facit textus in l. recusare. §. Titius hæres. ff. ad Trebellia. quod maxime dicendum est in casu nostro in quo apparet, quod inuestitura feudalis facta est ad maiorem cautelam, & sic videtur data electio ipsi emptori, vnde potus illustriss. Cæsar legare redditus dationem vxori suæ, & eligere causam allodialem: quod videtur fecisse eos redditus legando, vel in solutum dando, ex quo alias actus non valerent. l. iij. ff. de testament. mil. & quod in simili notat Innoc. in cap. in præsentia de renunt. Host. Anto. Imol. in ca. Quintauallis, de iur. iur. Abb. cap. de officij de præscript. Bartol. iij. l. si seruus communis. ff. de stip. ser. versic. quæro quando. Abb. consi. xcij. in ij. lib. Et certè quemcunque intellectum teneamus ad dicta verba inuestituræ præter primum, res est clara quod licet præfatus d. Cæsar redditum dictorum dationem assignare suæ vxori, tanquam de bonis venditis & allodialibus. Nec obstat, quod impositus sit census dictis bonis omnibus venditis librarum quinque ceræ, &c. quæ t. oneris impositio arguit venditionem transfusam esse in contractum feudalem & consequenter bona esse feudalia: cum talis actus maxime conueniat feudis. argum. text. in c. i. §. si verò, quod sit inuestit. in vrbibus feud. & per Præpos. in rubr. feudorum versic. xv. Nam respondeo, quod t. in clavis non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum quis. de verbo. obligat. apparet enim quod inuestitio est facta ad maiorem cautelam: vt expressè in confirmatione dicitur. & ideo non possumus dicere rem esse feudalem simpliciter, sed potius datam electionem vt supra dixi & t. impositio census potest fieri etiam in re non feudali, imò propriè census imponitur rebus allodialibus, quas quis recognoscit ab ecclesia: vt dicit Alberic. de Rosat. & Iaf. in l. ij. C. de iure emphyt. Vnde per cessationem solutionis non ideo cadit debitor vt ibi concludunt præfati doctores. Nec obstat etiam quod confessio sit pro se, & nepotibus, & hæredibus, & successoribus, quib. patet responsio ex supra dictis, & illa t. verba hæredibus & successoribus continebant etiam extraneos & particulares successores. l. fluminu. §. ad iur. ff. de dam. infec. Alex. consi. xcij. in 3. Soci. consi. clxvj. in causa quæ vertitur & dixi in l. hæredis. ij. de verb. signific. maxime cum tractatur de t. beneficio principis, late est intelligendum, ideo omnes successores continebuntur, secundum Alexand. in d. consi. xcij. & etiam quia hoc suadet natura venditionis. l. in cōuentionibus. ff. de verboru. signific. à quo cōtractu nō est recessum vt supra dixi, & facit quia t. in dubio semper interpretatur, quod bona potius sint allodialia, quam feudalia secundum Hostien. & Ioan. Andr. in ca. fin. verbo, respondetur. extra, de iudic. & in c. nimis. vbi etiā Ant. de But. extra, de iurand. per Alexand. consi. xv. in v. volu. Iaf. si prius, de oper. nou. nunt. & per dict.

Prosop. in dicta rubric. seu. versic. xv. & facit decisio Oldrad. per qua ad Dec. consilio clxxix. Circa alium punctum de augmento dotis facto per illustrem dominam Camillam ipsi domino Cæsari marito suo: clarum est, quod t. augmentum sequitur naturam dotis, quæ principaliter data fuit. l. etiam. C. de iure dot. l. si marito. §. fina. ff. solut. matrimonio. & cum maritus prædecesserit vxori, sicut dos, soluto matrimonio, est restituenda per hæredes, ita etiam augmentu, vt habetur in dictis iuribus. nec euenit casus per quem dictum augmentu possit lucriferi marito vel hæredibus eius, vnde omnino sortitur naturam dotis, & est restituendum, seu habendum pro non facto. l. inter. §. cum inter. ff. de pact. dot. l. si constante. §. pactis. C. de donat. ante nupt. & quia hoc est de se clarum vltius non in fito. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XIII. SVMMAE.

- 1 Scriptum non debet probari testibus, sed literarum comparatione, vel alio, &c.
- 2 In verificatione syngraphæ priuata requiruntur saltem tres testes.
- 3 Apocha si recognita sit à testibus, dicentibus scribi vidisse à tali, non tamen inde oritur plena probatio, sed semiplena tantum.
- 4 Chirographum non habens diem, neque consulem, est aliqua litera suspectum.
- 5 Scriptura priuata ad validitatem suam necessariam non requirit diem, vel annum, fallit.
- 6 Hereditas, id est bona.
- 7 Pactum futurae successionis nullum ex causis contra.
- 8 Pactum hereditatis deferendæ, non valet, etiam fauore dotis.
- 9 Tunc inducitur obligatio præfens, quando adest pars, cui sit obligatio, quæ hoc acceptet, non si sit absens.
- 10 Vuentis nulla est hereditas.
- 11 Natura dictionis hereditas est, q. intelligatur post mortem.
- 12 Promissio hereditatis, non potest fieri titulo dotis.
- 13 Qui vnum dicit, aliud excludit.
- 14 Aliud est res ipsa, aliud eius æstimatio.
- 15 Qui rem debet, non liberatur solutione æstimationis.
- 16 Promissio non acceptata non valet etiam fauore ecclesie, & ante acceptationem potest reuocari.
- 17 Nulla pollicitatio quando cuicunque reuocari potest.
- 18 Ratificatio tacita non inducitur, nisi quatenus ex expressis signis apparet.
- 19 Pater tenetur dotare filiam, & in eius arbitrio solum est de clarare quantitatem, & in tali casu declarationem non requiritur præsentia filie.

N causa reuerendi domini Maphæi Cadamuri superiore anno cōsulueram absolouendum eum à petitis vigore cuiusdam chirographi, veru in præsentia videtur, q. reuerendus D. iudex dubitet circa rationes à me allegatas, & ideo pro maiore eius resolutione sum et aliqua scripturus. In prima quæstione, an fundata sit intentio agentis ex chirographo producto, & testibus pro eius verificatione examinatis, dico quod non: quia licet secundus testis tertius, & quartus, quintus, sextus, & septimus dicant, quod iudicio, videre, & compræhendere sua illa subscriptio sit de manu domini Passerini: tamen istud nihil est: quia ipsi non habent indicare, vel cognoscere de hoc, sed debuit talis probatio fieri per comparationem literarum do. Passerini, ex literis quas certo, & indubitanter constaret esse de manu ipsius, iuxta tex. in l. comparationes. cum duabus auth. seq. C. de fid. instr. & iudex ipse ex inspectione & comparatione habet iudicare, quæ tamen comparatio adhuc non faceret nisi semiplenam probationem. §. si quis igitur. in auth. de instr. caut. & fid. tradit Bart. in l. admonendi. de iure iur. vnde isti testes deponentes de iudicio suo nihil faciunt, nec est de eis curandum, secundum Areti. consi. lxxij. incip. diligenter, & maturæ. versic. & primo, quia &c. in fi. Alexand. lxxvij. in ij. decif. Neap. clxxj. Card. Paris. consi. xix in 3. Fortius vrgent duo testes scilicet, primus & vltimus, qui videntur deponere quod viderunt fieri sub-

fieri subscriptionem, & primus etiam ipse subscripsit, & recognouit subscriptionem suam: vnde in ore duorum stat omne verbum. c. cum esses. de testa. Sed ad istud fundamentum respondendum est. Primo, quod quicquid sit alia materia t. in verificatione syngraphæ priuata requiruntur saltem tres testes, vt est text. in d. §. si quis igitur. & §. seq. & tradunt omnes in d. l. admonendi. Secundo respondetur, quod etiam si t. apocha sit recognita à testibus, dicentibus scribi vidisse à tali, non tamen inde oritur plena probatio, sed semiplena tantum. d. §. si quis igitur. & firmat Bart. in d. l. admonendi, & ibi Ripa, num. cvij. attestatur quod comunis opinio est eum Barto. quia testes qui deponunt se vidisse scribi, possunt decipi cum non possint scire apocham esse illam, quam viderunt scribi, nisi per similitudinem literarum. Tercio, quia in casu nostro sunt duo duntaxat testes, & vltimus non est chirographarius: & quæuis dicat quod ipse tractauit & interfuit, tunc tamen primus non datur pro teste, nec quisquam alius & adducit rationem sufficientem, quod ipse non subscripsit: quia sufficiebat subscriptio domini Bononi, & Domini Gabrielis: & probatio erat integra, quod est falsum. d. §. si quis igitur. & tradunt omnes in d. l. admonendi, & cum testimonium perhibeat de scheda iam ante xxx. annos facta, facile potuit decipi eum eam cognoscere nequiter, nisi per similitudinem literarum, vt supra dixi. vnde apparet quod isti duo non faciunt, neque probant semiplenam probationem cum ad eam faciendam requiruntur tres: vt supra dixi. Maxime hoc est firmandum in casu nostro in quo non potest tractari de iuramento in supplementum probationis secundum formam d. l. admonendi: ex quo domina Augustina actrix, & eius maritus erant absentes tempore confessionis dictæ Syngraphæ, vnde eis non potest deferri iuramentum: quia non possunt scire veritatem, per veram scientiam secundum Bart. in d. l. admonendi. & gl. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. præsertim in causa ardua in qua tractatur de magna pecunia: vt per Bar. in d. l. Non omitto etiam quod cum istud t. chirographum nō habeat diem, neque consulem, est aliqua litera suspectum: quia licet t. scriptura priuata necessario ad validitatem suam non requirat diem, vel annum iuxta l. cum tabernam. §. idem quæsit. ff. de pign. tamen hoc fallit in iis, quæ sunt non solum ad contrahendum, sed etiam ad probandum, secundum Cin. & Bald. in l. si qua beneficia. per illum text. C. de diuers. rescript. vt in casu nostro in quo requiritur probatio chirographi, & nisi probetur de die surrepta esset defensio reo, quod non posset cōtra probare aduersus testes actoris. quod tali tempore dominus Passerinus non subscripsisset. Et quamuis hoc de iure communi ad firmandum chirographum fortè non sufficeret, tamen stante statuto inducente prescriptionem annorum duodecim à die cōfectionis, de cuius statuti valore in præsentia non disputo, sed me remitto ad Canonistas rub. extra, de præscrip. in v. quæst. videretur, quod necessariò creditor deberet de tempore docere, secundum Bald. in linter chartulas C. de conuent. hsc. debi. lib. x. Alexand. consi. clxxij. in ij. vol. vt tunc non præsumatur mala fides in debitore, quando syngrapha non habet diem. & istud initium sufficit reo conueto ad obtinendum in hac causa: tamen pro maiore securitate transeo etiam ad alias rationes, & istud primum sufficit reo conueto in secunda quæstione, quatenus dicebam, quod dicta conuenticio tanquam de hereditate post mortem deferenda non valet l. si fratres. §. idem respondit societatem. ff. pro socio. aduersus hanc conclusionem valde subtiliter argumentatur d. iudex quatuor modis. Primo, quod imò tali pacto non dicitur dari hereditas, sed potius inducitur præfens obligatio, quod fieri potest, secundum Oldrad. consi. cxxxix. & dixi in l. pactum quod dotali. C. de pact. Secundo, quia promissio cessionis fiebat ex causa dotis, quamuis sub verbo hereditatis, vnde tanquam

deferenda titulo dotis, non autem hereditatis valet secundum Bal. Nouel. in tract. de dote vj. parte priuili. xliij. Tercio, quia hoc casu non de quora parte hereditatis agitur, sed de certis speciebus, vnde tunc non videtur restringi facultas testadi, vt dixi. l. pactum, quod dotali. ad fi. versic. sanè existimauerim. Quarto, quia promissor restrinxit se ad hereditatem præsentem, & ad certam quantitatem bonorum, vnde valet promissio, & intelligitur t. hereditas, id est, bona secundum gloss. Bart. in l. quæsitum. §. si mihi. de leg. j. Iaf. in l. licet. vers. veritas est. C. de pact. Sed tamen istis non obstantibus veriore puto cōtrariam sententiam, t. quod tale pactum non valeat: quia cum simpliciter conceptum sit quod promittit facere cessionem Augustinæ tot suorum bonorum ad summam libraru viij. & quod dicta bona hereditatis supra scriptæ estimetur, &c. & q. deficiente Augustina sine filiis, quod hereditas aut bona viij. librarum referentur, & si prædecesserit quod supra scripta obligatio, & cessionis bonorum & hereditatis prædictæ sint nullæ, & c. satis ex istis verbis apparet quod istud est t. pactum hereditatis deferendæ, quod non valet etiam fauore dotis. d. l. pactum, quod dotali. C. de pact. etiam si pater vsus non fuisset verbo hereditatis, sed bonorum adhuc idem est nihil refert. l. hereditas. C. de pact. conuen. & cum in casu nostro vsus sit dictione hereditatis, res est valde clarior. Nec obstant allegata in contrarium, quod tali pacto inducatur obligatio præfens, & ideo non videtur dari hereditas. respondeo, quod non, quia t. tunc videtur induci obligatio præfens, quando adest pars cui sit obligatio quæ hoc acceptet, non si sit absens, vt Augustina in casu nostro, vt dixi in d. l. pactu, quod dotali. allegando textum, in l. pactum dotale. C. de pact. conuen. Item non potest induci obligatio præfens cum ex illa clausula bona hereditatis supra scriptæ estimetur, &c. apparet quod promissio est de hereditate, quæ in præsentia non potest esse hereditas, sed erit post mortem t. nec enim vuentis vlla est hereditas. l. nihil aliud. ff. de verbo. signific. l. ij. §. j. ff. de vulg. lib. j. de hæred. vel act. vend. Bart. consi. lxxvj. ad fin. & dicitio supra scripta declarat quod promissio supra scripta erat de hereditate. Bart. l. j. §. hoc edicto. in fin. de postul. Decius consi. cccclxxvj. versic. nec obstat. quæ dicitio hereditatis, non verificatur, nisi post mortem, vt in simili de clausula saluo iure legitimorum hæredum dixit Alexad. consi. pen. in v. volum. & probatur ex doctrina Barto. in l. ex facto. vers. ij. casu. ff. de vulg. & pupil. Nec quicquid refert, quod dictum sit, promitto cedere: quia idem est ac si dixisset, promitto dare, vel relinquere, vel assignare, & semper propter t. naturam dictionis hereditatis intelligitur post mortem, vt dixi. Nec reseruatio vsus fructus facit, vt ideo videatur in præsentia alienasse proprietatem, cum enim tractaretur de summa viij. libraru in tot bonis ante estimationem, non potuit transire dominium l. non amplius. in fin. l. seq. ff. de leg. j. vnde intelligendū est de vsu fructu causali, non autè formali pro ut in l. Proculus. ff. de vsu fructu. l. si mulier. ff. de vsu fructu. accres. l. fin. ff. de vsu fructu. earum rerum. Secundo non obstat, quod ista promissio est titulus dotis, non autem hereditatis, respondeo t. promissio hereditatis non potest fieri etiam tit. dotis. d. l. pactum, quod dotali. l. hereditas. & licet Bald. Nouellus in d. vj. parte priuili. xliij. argumentetur pro contraria parte, non tamen firmat imò posito inquit, quod non valsat, & c. quibus verbis satis indicat se non tenere dictam opinionem, quia contra casum expressum. in d. l. hereditas. vbi tractabatur de fauore dotis, & verba erant dubia, quia non dixerat promissum de hereditate, sed de nobis, & tamē ibi deciditur non valere. Et quod substat quod vit non debet remanete in totum delusum, & c. est contra communem opinionem quam firmat Bald. in l. cum Attemidora. in fi. C. vt in poss. leg. no. quæ sequitur Alexad. & alij mod. in d. l. pactu, quod dotali. Tercio nō obstat

quod valet promissio de certis speciebus, vt dixi in d.l. pactum quod dotali. vnde istud est verum, dum tamen non sub nomine hereditatis, prout in casu nostro dum dicitur libras viij. ex hereditate, & c. tunc enim dicitur restringi facultas testandi. d. l. si fratres. s. idem respondit societatem. ff. pro socio. vbi est casus & dixi in d. l. Quarto non obstat, quod testator refert se ad hereditatem presentem, & ideo intelligitur de bonis, secundum notat. in d. l. quæsitum. s. si mihi. & per Iaso. l. licet. C. de pact. versicu. veritas. respondeo quod Ias. ibi firmat opinionem in fauorem nostrum quod promissio non valeat si bene videatur: quia dicit quod donatio hereditatis solum valeat quod apparet quod donans se restringit ad presentem, in dubio autem non videtur restringere: & ideo non valet, dico quod nos sumus in casu, in quo non apparet, quod se restrinxerit ad presentem ex quo solum post mortem voluit teneri & licet æstimatione referatur ad presentem, tamen hoc arguit quod substantia rei non referatur ad presentem: quia si qui vnum dicit aliud excludit. l. cum prætor. de iudic. c. nonne de presumpt. & quia aliud est res ipsa aliud eius æstimatione. l. si duo. in fin. ff. vbi possid. vbi regulariter dicitur, si qui rem debet, non liberatur solutione æstimationis. l. vbi autem. s. fin. ff. de verbor. obligat. in iij. quæstione dico, quod est communis & vera conclusio est, quod promissio etiam ex causa dotis valet oportet quod sint acceptata adeo quod saltem pactum nudum interueniat, vt est text. cum gloss. in l. ad exactio nem. C. de dot. promiss. in l. fin. C. ad Velleia. vbi Oldr. Bald. Alberi. & sentit gloss. cæteri in rub. C. de dot. promiss. quicquid ibi dicit Salic. & etiam hoc firmat Bald. notel. in d. vj. parte, quia si etiam fauore ecclesie non valet promissio non acceptata secundum gloss. in l. illud. vbi Paul. de Castr. C. de sacrosanct. eccles. & ante acceptationem potest reuocari. l. iij. ff. de ser. expor. doct. c. l. j. in fin. ff. de cont. empr. reprobandes ibi gloss. & per Cin. in l. mandatum. C. mand. & quæ habentur in l. qui Romæ. s. Flauius, de verb. obliga. vbi Bart. & facit text. in l. fin. ff. de legatio. Nec obstat consilium Dec. xxxv. videtur sentire contrarium, & responderet ad gloss. in d. l. illud. quia si bene aduertatur Dec. non loquitur in casu nostro. dum enim præsupponit censi donationem tacitam, factam à patre filie iuxta text. in l. j. s. accedit. C. de rei. vxor. & apparet, quod loquitur in dote data, vel legitime marito promissa, quo casu inducitur donatio erga mulierem, & ita loquitur text. in d. s. accedit. nostra quæstio est in re non data nec legitime promissa, sed per nudam pollicitationem, que potest quandoque reuocari, vt supra dixi. Nec etiam alie rationes Decij militantes in casu nostro. Primum quod actio de dote restituenda quæ erat communis patris & filie morte patris consolidata est in persona filie. d. s. accedit. respondet hic non agitur de dote restituenda, q. sic soluto matrimonio: sed de dâda cuius obligatio passiva erat in persona patris, vnde non potest dici, esset communis: quia alius idem pater fuisset & debitor, & creditor contra. l. Vranus. de fideiuss. & satis apparet q. ista ratio nihil facit ad casum nostrum. Secunda ratio, pater promittendo dotem filie, videtur illi tacite donare, quæ tacita donatio indiget presentia, & c. respondeo ista tacita donatio non inducitur, nisi in casu d. s. accedit. quando dos vere est tradita marito: quia traditione rei vestitur pactum tacitum donationis. l. hereditatem. ff. de dona. Areti. l. is qui hæres. ff. de acquiren. hæred. vel saltem legitime promissa, non per nudam pollicitationem reuocari ante acceptationem. Tertia, filia ratificauit per actum matrimonij, & receptionem pecuniarum & scripti. respondeo eius quod quis ignorat ratificationem fieri non potest. l. mater decedens. ff. de inoff. testamen. quod autem d. Augusta sciuerit de ista promissione hereditatis nihil apparet in processu. Præterea si ratificatio tacita non inducitur, nisi quatenus ex expressis signis apparet vnde actus matrimonij, & receptio pecuniarum

A inducerent ratificationem respectu sui, non respectu alterius pacti hereditatis post mortem deferenda, per doctrinam Barto. in l. Titium, & Mequium. s. altero. ff. de adm. tur. versicu. ad quod dico. Quarta ratio si pater teneat dotare filiam, solum in eius arbitrio est declarare quæritate & in tali declaratione non requiritur presentia filie: fateor hoc, sed vt dicitur, in actio filie oportet q. acceptauerit, & saltem pactum nudum interuenierit, secundum supra dicta, & per Bald. Nou. in d. tract. vj. parte. & licet soluerit pecuniam, sicut partem, tamen hoc nihil infert ad pactum superatum hereditatis, vt supra dixi. per doct. Bart. d. s. altero. Et hæc omnia saluo rectiore iudicio.

CONSILI XV. SVMMÆ.

- 1 *Conditionalia retrò non trahi, ex causa contra.*
- 2 *Conditio potestatiua ad tempus contractus trahi non potest.*
- 3 *Hypotheca in casu consilij, ad tempus contractus trahitur.*
- 4 *Conditiones potestatiuas non retrò trahi, hoc dictum, quomodo procedat.*
- 5 *Filius familiaris si stipulatus sit in capitolium ascenderit licet ipse arctari non possit ascendere, tam si etiam inuito debitor ascendit cum obligant, conditio ad tempus contractus trahitur.*
- 6 *Qui in sorte potior est, in usuris quoque potior censetur.*
- 7 *Si mulier dotem marito promiserit, deinde post aliquod tempus numerauerit, cum interim ille aliis creditoribus bona sua pignora, & nihilominus mulier in hypotheca illis præferatur, tanquam tempore contractus ceperit ius suum.*
- 8 *Conditionem variè spectari.*
- 9 *Arbitrator non potest absente parte pronuntiare, vel eligere.*
- 10 *In iudicando non est recedendum à communi opinione.*
- 11 *Arbitratorem absente parte statuere.*
- 12 *Cum arbitrator elegit, aut arbitrator conditionem contractus implere dicitur.*
- 13 *Commissionem arbitratoris leges appellant mandatum.*
- 14 *Mandata possunt executioni mitti, etià parte non presente.*
- 15 *Reputatus arbitrari potest.*
- 16 *Arbitrator potest per epistolam sententiam suam dicere.*
- 17 *Die feriatu nemo citari potest.*
- 18 *Sententia iudicum, etiam si in causa cognitione pars non fuerit citata, valet.*
- 19 *Arbitri in sua parte eligunt.*
- 20 *Electio dissensu potest.*
- 21 *L. & post editum de ind. explis.*
- 22 *Intimationis natura.*
- 23 *Actus nullus ipso iure nunquam transit in iudicatum.*
- 24 *Declarationis vi.*

Circa primum quæsitum, vtrum hypotheca bonorum Thomæ trahatur retrò ad tempus celebrationis instrumenti in quo promissit Thomas Saignanis reddere computata, & rationes societatis inter eos, alias imitæ arbitrari. d. Ioan. Philippi qui habet eligere calculatorem, & c. Et videretur prima fronte, quod dicta hypotheca non trahatur retrò ad tempus supra scriptæ promissionis: quia dicta promissio respectu rationum reddendarum, & reliquorum soluendorum dicitur condicionalis. l. cum seruus. de conditio. & demonstrat. Idemque propter arbitrium collatum in personam d. Ioan. Philippi. l. si quis arbitrator. ff. de verbo. oblig. quæ conditio videtur si potestatiua: ideoque ad tempus contractus trahi non debet. l. potior. l. qui Balneum. ff. qui po. in pig. Sed tamen contraria opinio est verior, quod hypotheca in casu nostro ad tempus contractus trahatur: quia illud, quod solet dici conditiones potestatiuas non retrorahi procedit, quando conditio prorsus voluntaria est, & omnino à potestate debitoris pendet, vt si stipuler à te centum, si tibi ea numerauero, non habeo prius hypothecam quam à tempore numerationis: non enim aut ego cogi possem vt numerem, aut tu, vt accipias. Vnde talis contractus qui neminem arctat pro contractu quodammodo non habetur, sed numeratio ipsa attenditur, & ita procedit d. l. potior, & d. l. qui Balneum, quod si talis sit contractus

contractus, qui vtraque partem, vel saltem alteram obliget, vti in casu nostro tunc proculdubio conditio ipsa retrò trahitur probatur hæc conclusio. Primum per text. in l. si filius. in princ. ff. de verb. oblig. vbi, si filius fam. stipulatus est, si in capitolium ascenderit, licet ipse arctari non possit ascendere, tamen si etiam inuito debitor ascendit eum obligat, conditioque ad tempus contractus trahitur. Secundum probatur per text. in l. Lucius. ff. qui pot. in pig. vbi si qui in sorte potior est, in usuris quoque potior censetur, vigore istius retractionis: non enim in merè creditoris facultate est sortem repetere, nec etiam ipsius debitoris eam soluere: cum forte non habeat vt Raph. Com. declarat in d. l. si filius fam. Crot. l. si is qui pro emptore. de vsu. ver. quinto salit. Tertio facit text. in l. j. qui po. impig. vbi, si mulier dotem marito promiserit, deinde post aliquod tempus numerauerit, cum interim ille aliis creditoribus bona sua pignora, & nihilominus mulier in hypotheca illis præferatur, tanquam ex tempore contractus ceperit ius suum, secundum Ioan. Crotum in rep. d. l. si is qui pro emptore. & ratio est, quia non videtur merè arbitrium marito esse dotem non recipere: cum ex ea teneatur subire onera matrimonij. Quartum facit quod notab. consulti Din. consil. suo iij. cum quis sub hypotheca promississet emptori: quia licet hæc conditio respectu promissoris sit potestatiua, respectu tamen stipulatoris videtur casualis, refert & sequitur Raph. Fulg. in d. l. potior. Et ex his concludo alienationes interim post dictum instrumentum à Thoma factas, nihil nocere Saignanis. Circa secundum quæsitum an d. Io. Philippus potuerit eligere calculatorem parte non citata? verus hæc est doctorum controuersia, an arbitrator possit absente parte pronuntiare, vel eligere, vel similes actus facere in qua Barto. in lectura, & in consiliis semper tenuit, quod non, vt apparet in leg. si quis arbitrator. ver. quæro quando arbitrator. ff. de verb. ob. & in consil. clxvj. incip. Calamanus. & in aliis locis per rationes de quibus per eum ad quas doctor. respondent nec est opus hic referre, satis est nobis, quod in iudicando non est recedendum à communi opinione. l. j. s. & sanè crebrior. de offi. quæst. communis at opinio est contra Bart. quod si imo arbitrator, etiam partibus non citatis possit arbitrari, & ita vno ore tenent c. in c. Quintauallis. de iureiu. & mod. in d. l. si quis arbitrator eligat, aut arbitrator conditionem contractus implere dicitur. l. si merces. in prin. ff. loc. l. si. C. de contrah. empr. at tale implementum etiam ignorantibus partibus fieri potest. leg. ij. cum gloss. de cond. & demonstrationib. Vnde leges hanc arbitratoris commissionem appellant, & mandatum c. Quintauallis. clarum autem est, quod si mandata executioni possunt mitti, etiam parte non presente. Confirmatur id quia etiam si deportatus arbitrari potest. l. cum pater. s. hereditatem j. de legat. ij. l. ex facto. s. si quis rogatus. ij. ad Trebel. & tamen verisimile non est in insulam vocari litigatores. Ad idem etiam facti, quod per epistolam potest arbitrator sententiam suam dicere. l. ij. in prin. si mens. fall. mod. quod indicat, absentibus partibus id fieri. Adde etiam, quod nulla lege cautum est, vt in arbitramentis suis partes arbitrator ceter: lex enim de arbitro tantum loquitur, qui non nisi parte presente pronuntiare potest adeo, vt nec citatio quidem sufficiat. l. diem proferre. s. si quis. de arbi. Doct. l. ij. C. de arbi. in arbitratore vero non loquitur. Nec verisimile est hunc iuris rigorem ab eo obseruandum esse, qui non iudicare, sed contrahere dicitur gloss. in auth. vt differ. iud. in princ. Vnde & feriatu diebus sententiam suam exponere potest. l. fin. verbo, transactiones. de fer. cum tamen tali die citari nemo possit. l. miles. s. sexaginta. de adul. vbi Bart. doct. in rub. C. de in ius. voc. Nec mouet illorum declaratio, qui saltem in cognitione causæ necessariam cita-

tationem esse dicunt. argu. l. idem Pomponius scribit si de meis. s. recepisse. de arbit. licet in definitiua non sit necessaria. Respondeo enim id ad causæ iusticiam pertinere non ad iudicij formam: & ideo valebit sententia: licet in casibus promissis ad arbitrium boni viri recurri possit. leg. si libertus. de oper. lib. alias dicitur cum arbitratoribus, quam cum iudicibus ageretur: cum valeat sententia iudicum etiam si in causæ cognitione pars non fuerit citata solum enim peremptorius est de substantia iudicij secundum gl. in l. prolatam. C. de sent. quam ibi sequuntur Doct. Non omitto etiam, quod etiam in casibus, quibus alias esset necessaria citatio tamen quoties arbitrator pronuntiaret de eo, quod absque villa partium instructione intelligeret, non esse necessaria secundum Bald. consil. lxxij. in iij. vt quia aliquem eligeret, cui aliquid dandum, vel faciendum esset. l. vnum ex familia. & l. cum quidam. ij. de leg. ij. vel rationes, & calculos computaret de quibus magis est scripturis atque partium presentia constare posset. l. ij. quod de frumentaria. ff. de adm. rer. ad ciuit. pert. Idem quoque sit, alias sciret nullam absentem defensionem competere. c. cum sit. Romana. in fin. de appell. vt quia quicquid habeant scripturæ illi traditæ partes commendasset. Abb. c. ex insinuatione. in fin. de appell. In istis ergo casibus, seu aliquo istorum omnes Doct. consentiunt non esse necessariam citationem, vt per Moder. in d. l. si quis arbitrator. & ideo concludo in quæstione nostra in electione istius calculatoris ab arbitratore facta non fuisse necessariam aliquam citationem. Facit l. si. s. sedet si quis. C. commu. de leg. Circa tertium dubium positum, quod necessaria fuerit citationis non fuerit dictam electionem, verum in sequentem diem distulerit, an actus valeat, & breuiter agendo concludo dictam electionem valuisse: quia potest iudex expectare, si velit vsque in alteram diem per text. in c. consiluit. de offi. deleg. Nec obstat, quod iudex in termino citationis expressè non prorogauerit in sequente diem, quod videtur necessarium. l. & post editum. ff. de iudic. Ange. l. de vno quoque ff. de re iudic. An. de But. c. cum dilecti. de dol. & contr. Quia respondeo, quod illa opinio communiter non tenetur & contrarium voluit Imo. in d. l. de vnoquoque. Bald. in l. & post editum. Felin. post alios in d. c. consiluit. vbi respondent ad textum in d. l. post editum. quod loquitur in citatione transmissa per actorem, prout est casus noster, præterea loquitur lex illa in citatione preemptoria non in ista ad videndum fieri electionem, que est interlocutoria, & concernit quid emergens in ipso iudicio. Circa quartum dubium, an intimatio dictæ electionis facta parti per iudicem confirmet actum ex quo pars non reclamari. Respondeo breuiter quod intimatio illa est actus iudicis interlocutoris, qui respectu ipsius iudicis non transit in iudicatum, quominus contrario imperio reuocari possit, respectu verò partis transit in iudicatum secundum Bar. & doct. in l. quod ius sit. per illum text. ff. de re iud. per cano. in c. cum cessante. de appell. & hoc quando actus est iniustus, si verò actus esset nullus ipso iure, tunc nunquam transiret in iudicatum. l. j. & seq. C. communia. vel episto. Nisi tamen ex statuto ciuitatis præfixus esset certus dies, intra quem dicendum esset de nullitate: tunc enim si pars permisisset labi illum diem & non reclamasset videret acquiescisse. l. ab eo. cum simi. C. quom. & quando. Bal. in l. j. C. sent. resc. Circa quintum & vltimum dubium, an declaratio loci pro calculis faciendis facta presente parte, confirmet dictam electionem? putarem quod sic: quia iudex procedendo ad vltiora & exequendo dictam electionem tacite videtur pronuntiasse eam valere. Aret. l. à procedente. C. de dila. Abb. c. ij. de test. c. causam. in prin. eo. tit. Alex. consil. lxxij. in fin. in j. volum. Dec. cvij. in princ. maxime, cum id factum sit parte presente quo casu cessat omnis difficultas, de qua

per Bart. d. l. quod ius sit. in quinta q. & Alex. conf. c. in v. vol. & quod habetur per canonistas, in cap. interposita. de appell. vbi Dec. post alios. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. XVI. SVMMÆ.

- 1 Affirmans se esse tutricem, et tanquam tutrix contrahens, tenetur ostendere se esse tutricem, alioquin, de dolo conuenire possit.
2 Hæres tenetur testatoris facta, et gesta approbare.
3 Confessio testatoris ligat heredem.
4 Lex requirit simplicem consensum domini, satisfacta est si vel tacite consentiat.
5 Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio.
6 Euictio ex causis præstanda.
7 Posteriora derogant prioribus, etiam de quibus non est facta mentio.
8 Non entis nullæ sunt qualitates.
9 Inuestitura non acceptata reuocari potest.
10 Acquirens Emphyteusim, dicitur illi habere contractum inter viuos, filij vero habent per mortis causa capionem.

Superioribus annis respondi de iure in quadam emphyteusi ecclesiastica in fauorẽ filiarum Lucie contra Fabricium secundum quod responsum fuit post longam disputationem iudicatum, nunc in causa appellationis adhuc reuocatur in dubium per clariss. D. auditori, quod valde subtiles dubitationes proposuit à me in præsentia quatenus ad ius pertinent dissoluendas. nam quoad productiones instrumentorum, & processus: quia mihi non est omnia talia perscrutandi, remitto me ad domitos causidicos, qui litem intraxerunt. Circa primum fundamentum dicitur, quod probabilis nõ erat dubitatio in illis verbis, Pro se, & filiis suis, & nepotibus masculis, quia dictio, masculis, in fine clausulæ posita ad omnia referri debet, respondeo, quod imò contrarium potuerat dici per ea, quæ ponit Bar. in consi. suo iij. in fin. & Ancha. consi. cxxx. Ioan. de Ana. quem refert, & sequitur las. in l. qui filiabus. ff. de leg. j. Alexan. consil. xlix. in iij. merito ambiguitas fuit declarata per subsequentem inuestituram, & nihil refert quod Catharina non acceperit inuestitura quia satis est, quod eius mater tanquam tutrix ipsa hoc fecerit, quia eius scientia habetur pro scientia infantis. l. si ex legati. cum seq. vbi omnes. de verbo. oblig. l. non solum. de lib. ca. l. sequitur. ff. si pupilli. de ver. sic. per Bart. in l. qui duos. de reb. dubiis. Circa secundum fundamentum dum dicitur quod diuisio ista non potuit fieri, & quod non apparet de tutela maris, & c. respondeo, quod cum mater affirmauit se esse tutricem, & ita contraxerit, tenetur hoc ostendere: alioquin de dolo conueniri possit. l. j. in fi. C. cred. euict. pign. l. si legatarius. l. quidam. de dolo. vel potius incidere in edictum. ff. quod fals. tut. auct. vnde cum Fabricius sit eius hæres, ipse tenetur approbare gesta per eam, & cum ipsa affirmauerit se esse tutricem, non potest Fabricius hoc negare. Bart. l. rem alienam. in fin. ff. de pign. action. quia confessio eius ligat heredem. l. qui superatus. ff. de pign. & per Socin. consil. xliij. in iij. vol. Et eodem modo respondetur ad illud, quod dicitur non nocere lapsum temporis in diuisione: quia Catharina nesciebat, & c. respondeo satis est, quod mater eius tutrix, hoc sciret. d. l. si ex legati. Nec obstat, quod dicta diuisio non fuerit facta in manibus directi domini, & c. istud nihil est, satis est, quod dominus ipse consenserit deinde concedendo secundam inuestituram. Lex enim requirit simplicem consensum domini, vnde satis est, si vel tacite consentiat. l. ij. ff. voluntatem. vbi Aret. ff. sol. mat. facit. l. in adoptionibus. cum glo. ff. de adop. per Io. And. & doct. in c. si abbatem de elect. lib. vj. Nec obstat, quod secunda inuestitura nulla mentio sit facta Fabricij, nec dominus ei præiudicare voluisse præsumitur. respondeo præiudicium oritur ex contractu tutricis, quæ contractum, deinde dominus approba-

uit, quod facere potuit: cum ius non dñ esset acquisitum Fabricio, vt dicitur in tertia ratione, & infra videbimus. Item hoc facere potuit propter consensum Catharinæ per organum tutricis, cui Catharinæ iste fuit hæres, a deo vt teneatur talem consensum ratum habere. d. l. cum à matre. Nec obstat, quod in diuisione non videatur facta renuntiatio iuri de futuro, & c. respondeo verba sunt clara, quod promittit de cætero non mouere litem sed defendere ab omni persona in iudicio, & extra suis expensis. & c. & quod distringatur, & c. quæ verba com præhendunt defensionem à quocunque etiam à Fabricio. Vnde quem de euictione tenet actio, eum agentem repellit exceptio. l. vendicantem. ff. de euict. Non obstat, quod promissio euictionis non videtur extendi ad hunc casum ex natura rei, seu emphyteusicos superuenientem, per not. in l. si familiæ. C. fam. ercisc. respondeo, si Lucia, & Catharina steriscent in terminis primæ inuestituræ probabile esset hoc argumentum, sed cum acceperit secundam in qua masculi non præferuntur, apparet euictionem promissam esse, nisi res euinceretur ex hac secunda, non autem ex prima. Vnde quando apparet inter partes actum esse, vt euictio præstetur etiam si secuta sit ex natura rei, vel facta auctoris, tunc erit præstanda, & non procedit glo. in d. l. si familiæ. quod consuluit Alexan. consil. xxj. in j. & est communis opin. in l. qui Romæ. ff. duo fratres. in q. xj. Bar. de verb. oblig. & ibi Alex. post Guid. de Suzar. dicit idem esse siue expressè ita actum sit, siue tacite ex verisimilibus coniecturis appareat, vt in omnem casum saltè tutus, sit possessor exceptione per regulam d. l. vendicantem. Circa tertium fundamentum dum negatur Fabricium non fuisse natum tempore secundæ inuestituræ. quæ facta est. Nec ego vidi dictam inuestituram, & libenter vidissem: sed in hoc remitto domino causidico qui instruit processum. bene illud dico, quod quantum sit ad identitatem rerum fundata est intentio filiarum Lucie, quæ dummodo relinquatur sibi res in secunda inuestitura comprehensæ, poterunt relinquere Fabricio reliquas ex prima, quia nullæ erunt reliquæ. Vnde apparet quod hæc probatio identitatis rerum non videtur necessaria, quamuis et in hoc ex officio possit, & debeat iudex se informare per id quod habetur per Bar. & doct. in l. si quod ex Pamphilia. ff. de leg. ij. Nec arbitror in secunda inuestitura defuisse fieri mentionem Fabricij, qui potuisset nasci: quia satis est, quod dominus, & emphyteutæ haberent cognitionem primæ inuestituræ, à qua recesserat per secundam, satis enim apparet, quod recedendo à prima id egerunt, vt seruaretur tantum secunda, nec curarunt de damno eorum, qui ex prima vocabantur: quia postiora derogant prioribus, etiã de quibus non sit facta mentio. l. si quis cum procuratorio. ff. ff. de procur. Nec obstat, ex prima inuestitura ius quæsitum erat Fabricio, quod auferri ei non potuit, & c. respondeo, tollitur hoc motuum ex iis, quæ in primo consi. sunt dicta, ante enim natiuitatem suam nõ potest dici ius ei quæsitum: cum adhuc natus non esset. & non entis nullæ sunt qualitates, l. eius, qui. ff. si cert. peta. post natiuitate verò minus: quia iã ante prima inuestitura erat sublata per secundam, & illa acquisitio per nepotibus masculis nascituris nulli ius producebat: quæ acceptata fuerat nec acceptari poterat à dictis nepotibus, qui nati non erant. Vnde potuit reuocari. l. si ego. ff. j. ff. de iure dot. de clarat Paul. de Cast. in cons. excv. visis iis, quæ narrantur in ij. vol. secundum nouissimam impressionem. Dec. cons. ccxxvj. & in l. contractus. de regu. iur. ante acceptationem enim nulli ius est quæsitum. l. in omnibus rebus. ff. de act. & oblig. l. ea quæ ciuilitè. verb. volentibus. de acq. rer. de. l. communis. in fi. de acq. poss. l. si ego de neg. gest. Bart. l. frater, à fratre. ff. de cond. indeb. antequam enim sit acceptata vel acquisita, quia consistat & voluntate solius concedentis, dicitur esse meri facti, & ideo potest renocari. l. j. in fi. ff. de cont. emprt gloss. ff. ex conditionali. Instit. de verbo

verbo. oblig. l. fin. ver. non acceperit. de legatio. & alia declarauit lib. Parergon. iij. c. xij. de quo est text. in c. j. in princ. de prohib. feud. alien. per Fed. vbi præpositas hoc tener & alia dixi. Nec obstat, quod acquisitio sit fundata in persona aui. quia respondeo quod mortuo auo, non superest persona in qua amplius fundetur, nõ Lucia, quia recessit à prima inuestitura & ei derogauit, non Fabricius, quia nondum natus. Nec obstat, quod de eo qui in vltiore inuestitura sit comprehensus, nemo dubitat. respondeo imò si mutatio potest fieri in proximiorum fortius remotiorum, & omnes rationes doctorum militat pariter in vtroque casu. Et verba Bart. in d. l. si mihi & Titio. sunt satis clara, quod acquirens emphyteusim dicitur illam habere contractum inter viuos: si liij. verò habent per mortis causa capionem. l. mortis causa capitur. ff. ij. ver. sed & dos. l. qui pretio. de don. ca. ma. vnde apparet quod antequam capiant, id est, antequam sint nati nullum ius habent, & ideo potest renocari, vt dixi. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSILII XVII. SVMMÆ.

- 1 Pacto induciarum effectu standum.
2 Illud verè est proximum, quod medium aliud non habet.
3 Illud verè est præsens, quod tunc durat.
4 Verba in contractibus non debent esse superflua, sed operari.
5 Verba semper debent in eum sensum accipi, secundum quem res facilius exitum habere potest, & secundum quæ lites facilius dirimantur.
6 Fœdera & conuentiones quantum fieri potest, debent recipere interpretationem à lege, & ratione ciuili.
7 Semper vltimum spoliū purgandum est.
8 In concessione castri debent etiam comprehendendi pertinentiæ accessionesque omnes.
9 Conuentio facta causa pacis, & que potest vtrique parti esse vitilis, recipit latam & fauorabilem interpretationem.
10 Occupande non sunt res insontium.
11 Pro ecclesia in ambiguis semper pronuntiandum.

Demotus literis reuendit. do. Card. Trident. vt in causa inter se, & illustrem Venetorum rempub. vertente velim consilij mei copiam facere, libentissimo animo hanc prouinciã suscepit, tum vt quod in me esset pro eo aduocarem qui semper omnium studiosorum fuit liberalissimus patronus: tum, vt maximam animi mei erga eum obseruantiam, qualicunque hoc obsequio demonstrarem. In spectis igitur verbis fœderum, à quibus presentis controversiæ decisio tota pendet, dico partes excellentissimi domini iudicis esse in pronuntiando locum Tignalis, tanquam ex pertinentiis oppidi Ripp. ipsi domino Episcopo Tridentino restituendum esse. Et in primis sciendum est actum fœdere Vvormaciensi esse, quod bona subditorum tam Cæsareæ maiestatis, quam reipub. Venetæ possideantur per ipsos subditos quietè, & pacificè, prout possidebantur ante occupationem & turbationem factam in proximo præsentis bello, ex quorum verborum intellectu vis omnis presentis consultationis pendet. Et præsupponitur in facto, quod bellum fuerit ante annum 1508. deinde subsequitæ sunt induciæ, mox anno 1509 rursus bellum fuerit, deinde de subsequitæ sint in anno 1512. induciæ decem mensium, deinde bellum atrox iterum anno 1516. induciæ demum alia, atque induciæ, & cum reuerendus Episcopus dictum oppidum Tignalis tanquam ad se pertinens ceperit anno 1509. & Veneti iterum occupauerunt anno 1516. probabiliter dubitatur, an sit restituendum d. Episcopo. Et videtur concludendum, debere restitui, pluribus rationibus. Prima est, quia verba illa fœderis, prout proximo præsentis bello, & c. debent intelligi de bello gesto anno 1516. quo tempore Veneti ceperunt dictum castrum Tignalis. Illud enim verè est proximum, quod medium aliud non habet. l. proximus. de verb. sig. Et illud verè est præsens quod tunc durat. l. si mater. C. ne de stat. defunct. vbi Bald. non quod antea interruptum per tot inducias fuit, facit

quia si aliter inteligeretur iteratio ista vocum proximo præsentis, & c. esset superflua, & cum tamen debeant in contractibus verba plurimum operari. l. si quando de legat. j. per Bal. in rub. C. de contra. emp. q. ix. Nam & regula est iuris, quod verba semper debent in eum sensum accipi, secundum quem res facilius exitum habere potest. ff. aliam. inst. de don. & secundum quem lites facilius dirimantur. l. j. ff. si heres præcepto. in fi. ff. ad Treb. igitur si intelligamus de bello anni 1516. & non antea, res habebit certum finem: alia verò procederet in infinitum: quia retrò per multos annos semper variatum est nunc belligerando, nunc inducias faciendo, idque etiam antequam reuerendisissimus Episcopus de anno 1509. recuperaret Ripam. Suadet hoc ratio efficaci: nam debent huiusmodi fœdera, & conuentiones quantum fieri potest recipere interpretationem à lege & ratione ciuili. l. quidam cum filium. de verb. oblig. l. legitimam. ff. de pact. sed sic est, quod de iure nostro si dominus episcopus egisset interdito recuperandæ possessionis aduersus dominos Venetos de iure deuiis sent illud castrum reddere, nec fuissent aucti Veneti, allegantes se prius fuisse à domino Episcopo spoliatos: quia semper vltimum spoliū purgandum est. l. iij. ff. eum igitur. ff. de vi & vi arma. l. colonus. l. cum fundum eodem titu. per Abb. & canon. in c. si. extra. de ord. cogn. merito ergo credendum est, ita quoque actum illo fœdere fuisse, vt scilicet vltimum spoliū purgetur & res in eum statum restituatur, quo erat ante annum 1516. Confirmatur hoc etiam ex ratificatione facta per rempub. Venetam. anno 1516. qua contenti fuerunt quod terræ, & loca Ripæ remanserunt Cæsari: quæ verba generalia sunt: quia appellatione locorum Ripæ potest etiam comprehendendi locus Tignalis, qui est de pertinentiis Ripæ: vnde in concessione Castri illius debet etiam comprehendendi pertinentiæ, accessionesque omnes. l. si quando. C. de bo. vac. l. x. vbi doct. & per Bal. cap. j. de cap. quam eur. vend. Præterea talis conuentio: quia facta est causa pacis: & quia est reciproca, potestque vtrique parti esse vitilis recipit latam, & fauorabilem interpretationem secundum Angelum consil. clxj. & cõs. ccxc. & ideo licet in fœdere dicatur vt bona priuatum, quæ hostialiter occupata fuerunt, licet in nullo deliquerint, restituantur: tamen comprehendunt hæc verba etiam Dominum Episcopum, qui de anno 1509. recuperando suum non deliquit, nec habuit Cæsar eum pro delinquente. Et si diceretur actum esse vt priuati præseruentur indemnes, non autem vt lucrum faciant ex tali bello. responderetur lucrum hoc non fieri ab episcopo ex bello proximo & præsentis. vt loquuntur verba fœderis, sed factum iam diu fuisse vsque ab anno 1509. & amissio rei, quæ iam per aliquot annos fuit acquisita incorporataque cæteris rebus, si tollatur ad damni vindicationem pertinet, non ad lucri factionem. l. non amplius. ff. si certum. de legat. j. l. cum quis. C. de iur. & facti. ign. & vtrouique Iaso. Ad supra scripta etiam facit, quia (vt intellexi) etiam Domini Veneti petierunt prouideri aliquibus ex suis qui spoliati erant in bello quibusdam rebus quæ ex bello ipso quæsierant, vnde facta ostenditur verba fœderis ab vtraque parte communitè ita intellecta fuisse. arg. rub. ff. quod quisque iur. Cæterum nec illud omittendum est, quod dicit Bald. in titu. de pace Constant. in versuul. possessiones. per illum textum vbi probatur, quod possessiones amissæ tempore belli debent restitui, & recuperatæ defendi: nisi tamen pertinerent ad imperium, ergo idem si pertineat ad ecclesiam, tunc enim non debent Veneti, qui assuerunt se recuperasse, Tignale defendi, sed potius ecclesie faciendæ est restitutio. Quod etiam ea ratione suadetur quia si præstantissimi iudices circa hoc dubitant, debet pro ecclesia pronuntiare pro qua in ambiguis semper est pronuntiandum. l. sunt personæ. ff. de relig. & aucthen. similiter. vbi Rom. C. ad leg. Falc. Et ista mihi sufficere visa sunt quæ breuibus, & quodammodo per in-

genium magnifici & clarissimi Porti, qui sicut do. Nel-
lus de Eugubio, vel ad motum laborum me intelligit,
& cui me commendo obsecroque, & obtestor ut qua
primum expedita hac causa ad nos reuertatur, nec sinat
presentiam suam, tandiu a nobis ceteris que amicis suis
de siderari.

CONSI. XVIII. SUMME.

- 1 Conuentio facta pro defensione pupillorum, per tutorem, & ad euitandas aduersariorum molestias, valet.
- 2 Tutor necessaria, & uelita pro pupillo gerere debet.
- 3 In necessitatibus nemo liberalis existit.
- 4 Republicanus supremi Principis obtinet.
- 5 Contractus facti cum Principe secundum ius gentium, seu manu regis, iudicantur, nec solemnitatibus iuris postiuui subiiciuntur.
- 6 Ciuitas fundatam habet intentionem de iure communi super omnibus castris, que sunt in sua diocesi.
- 7 Contractus, alias inualidus per obseruantiam secutam approbatus, censetur per ratificationem confirmatus.
- 8 Bona potius presumuntur allodialia, quam feudalia, vel censualia.
- 9 Comes preestans seruitia Regi, presumitur hoc facere, no tamquam domino feudi, sed potius tanquam superiori.
- 10 Alienatio rei pupilli sine causae cognitione, & decreto iudicis tutori non permittitur.
- 11 Lex confidit tutori, afferenti causam alienationis subesse, sed requiritur quod iudex cognoscat decretum interponat alias actus est ipso iure nullus, nec tempore confirmatur.
- 12 Postules rei pupilli dicitur esse in mala fide nisi in alienatione distarum rerum interuenierint solemnitates debite, & hoc quia contra iura mereatur ille in que tales res alienatur.
- 13 Mala fides impedit prescriptionem.
- 14 Temporis lapsus, cuius in iij memoria non sit in contrarium, purgat mala fide, quia habet vim tituli, quomodo procedit.
- 15 Perseuerantia in delicto illud no minuit sed potius adgrauat.
- 16 Tutor ante confessionem inuentarij no habet administratio nem rerum pupillarum.
- 17 Tutori afferenti se contraxisse in utilitatem pupilli non cre ditur.
- 18 Contractus per tutorem gestus pro pupillo debet affirmari per iudicem cum causae cognitione & decreto interpositione.
- 19 Republica contrahens cum priuato suffinet personam priua ti in casu consilij, vnde obligatus est tali contractu.
- 20 Republica hereditatem aduenio efficitur obligator quia ta lem actum facit tanquam priuatus.
- 21 Princeps, per contractum non potest aliquem locum sibi subij cere aduersus dispositionem legis, & quare.
- 22 Ignorantes non possunt uideri ratificare id quod ignorant.
- 23 Ratificatio tacita, que ex lapsu temporis quequennij inducit ur, quando habeat locum & in quibus casibus.
- 24 Solutio pallij, non arguit notitiam pacti, pertinens ad successio nem.
- 25 Ratificatio vnius separatorum non inducit ratificationem in alia.
- 26 In his que concernunt particularem scientiam, principalis sufficit scientia procuratoris, cum libera qualis est tutor.
- 27 Pactum inducens obuentio nem hereditatis, ipso iure non va let, & quare.
- 28 Quod quis post mortem de Patrimonio suo disponat, concessi sum est ex speciali quadam indulgentia legis, & ex quadam dispensatione.
- 29 Dispositio collata in tempus, in quos res amplius disponens non est futura a lege approbatur.
- 30 Successio deferri non potest, nisi seruata forma, id est, via solen nis testamentis.
- 31 Verba contractus quotiescunque non respiciunt obligationem presentem, sed futuram post mortem bonorum obuentio nem, actus est nullus.
- 32 Insurgendum non supplet iuris publici formam.
- 33 Pacto non potest quis successio nem neque particularis rei de ferre.
- 34 Transactio inter fratres vi in paterna domo soli masculi succe dant, non valet, & quare.
- 35 Tutor sicut non potest pro pupillis testari, ita nec potest pacifi ci prout in casu consilij.
- 36 Laudum a Principio nullum ratificari non potest, nec ex an tiqutate temporis conualescit.
- 37 Dicitio ambo est collectiua coppositi sensus, & quomodo varia

- 38 *ficetur in casu consilij.*
- 39 Pluralitas in fidei commissis resoluitur in suas singularitates.
- 40 In contractibus a verbis non est recedendum.
- 41 Disposita collectiua ex vna parte versus aliam, non habet locum inter ipsosmet.
- 42 Nemo potest alteri pacisci.
- 43 In fidei commissis substitutio facta post mortem omnium & sic collectiua respectu omnium no inducit fidei commissum reciprocum inter ipsos.
- 44 Privilegium concessum Episcopo, & Canonicis, non attendit tur inter Canonicos simul litigantes.
- 45 Statuti dispositio prouidens inter socios & eorum creditores habet locum sinter ipsos socios mutuo litigetur.
- 46 Si factum sit compromissum inter plures ex vna, & Titium ex alia non potest arbitere laudare inter istos plures ad iuris iura, quia nullum censetur factum compromissum in tali casu.
- 47 Prohibitio alienationis facta filiis respectu aliorum, non habet locum inter ipsos.
- 48 Privilegium concessum legatarijs contra possessores, non habet locum inter ipsos.
- 49 Repressalie concessae Bononiensibus contra Perusinos non co prehendunt Bononiensem habitantem Perusij.

Ro dilucidatione casus propositi tres questio nes attingemus. Prima est, an domina Franciscina tutrix, & aua paterna Nicolai, & Leonar di Vbertinorū, potuerit subiuicere castra de qui bus agitur, in clytæ reipub. Florentinae cum pacto, quod finita linea masculina, castra pertineant ad dictū commune? Et videtur prima fronte quod sic: quia dicta conuentio facta est pro defensione pupillorum, & ad euitandas molestias aduersariorum, qui videntes pu pillos receptos esse in protectione dicti communis, no ausi fuissent eos turbare, vnde tanquam res in eorum vtilitate vergat, debuit ipsa tutrix hoc potuisse facere, prout in simili dicitur, in l. conuentio nū. ff. de pactis. & quia ista est quedam transactio tutori permittitur, quado vtilitate verisimile pupillo affert. l. praes. C. de tranlat. l. contra. §. si. ff. de pact. l. si de pignore. in fin. ff. de furt. & videtur facta ex quadam necessitate, ne aliis aduer sari eos deicerent: vnde permittenda est tutori. l. plures. ff. de pact. quia non videtur quicquam donare qui ex necessitate facit. l. rem legatam. §. de adi. legat. etia si talis esset donatio: tamen adhuc videtur permissa, quando ex qualitate rei, & ex causa sufficienti, ea indu ceretur. l. cum plures. §. penul. ff. de administ. tut. Et quamuis si cum aliter facta esset dicta conuentio, potuif set forte subesse maior difficultas, tamen cum facta sit cum repub. Florentina videtur casus esse clarior: quia ipsa Republica ius supremi principis obtinet Bar. l. j. C. de bon. vac. lib. x. l. item. §. ait. de pac. haered. vbi Alexan. in apost. & contra facti cum principe secū dum ius gentiū, seu manu regia iudicantur, & per Mod. in rub. de verb. oblig. ff. & solemnitatibus iuris postiuui non subiiciuntur, vt sentit Bald. in extrauag. de pace constant. super verbo, si qua vero. Quod procedit, ma ximè si contractus sit factus de re que sit in territorio ipsius principis, vt forte sunt ista castra, que videntur esse agri Aretini, quæ ciuitas pertinet ad ipsam rempublicā vnde & superioritas horum castrorum videtur eodem modo pertinere. lege, qui ex vico. ff. ad munic. & habet t ciuitas fundatam intentione, de iure communi super omnibus castris, quæ sunt in sua diocesi. cap. j. §. item si quis. quib. mod. feud. amitt. vbi Bald. & doct. in v. sib. feud. Oldra. consilio clxxxij. factum tale est. Socin. leg. j. de acquir. poss. Confirmatur supradicta etiam ex sequuta approbatione tot annorum: quia verisimile est per solutum fuisse palliū in die sancti Iohannis iuxta conuentionem: vnde etia si contractus t alius non valuisset, tamè cōlebitur per ratificationem cōfirmatus, iuxta legē j. & seq. C. si maior fact. rat. & ratificando dictū caput, solutio nes pallij, cōferret etia cetera cōfirmata. lege, nō est ferendus. ff. de tras. & sic etiam illud quod spectat ad successio nem lineæ masculinæ. Sed his non obstantibus, puto contrariā opinionē esse veriorē. Et pręmitto, quod

quod cum isti Vbertini essent antiquissimi possessores dictorum castrorum, presumitur quod essent veri do mini, & in eis neminem recognoscerent: quia bona p otius presumuntur allodialia quam feudalia vel alias censualia. c. fin. extra. de iudic. vbi Hostien. & Io. And. c. nimis. vbi Anto. de But. de iure iu. Et si quis comes sex uiria Regi praestitit, presumitur hoc t non fecisse tan quam domino feudi, sed potius tanquam superiori, de quo per Alex. consilio xv. in v. vol. l. l. lege, si prius. de op. nou. nunt. Deci. consilio ecccl. xxxvij. cum con cord. meritò ergo & in casu nostro presumebatur di ctos Vbertinos habere dicta castra iure proprio: vnde non licuit tutrici ea recognoscere a repub. Florentina, cum pacto de quo agitur, quia ista est quædam alienatio, quæ t tutori non permittitur, maximè cum non sit facta cum causae cognitione, & decreto iudicis. lege, lex quæ tutores. C. de adm. tut. l. j. ff. de reb. eorum, nec enim lex confidit t tutori afferenti causam sub esse: sed requiritur quod iudex cognoscat, & decretum interpo nat, alias actus est ipso iure nullus, a deo vt neque tractu temporis confirmetur. l. quod in initio. de reg. iur. aded vt nec locus sit praescriptioni: quia ille in quo res pupilli absque debitis solemnitatibus alienatur, dicitur t esse in mala fide: quia contra iura mercatur. l. qui a quolibet. ff. de contrah. empt. cap. qui contra. de regul. iur. libro vj. hodie autem, saltem iure canonico, nulla est praescri ptio eius qui t mala fide sit. cap. si. extra. de praescriptio. c. possessor. de reg. iur. libro vj. Nec obstat, quod iam tot annis sit celebratus iste contractus, & quod lapsus t temporis cuius in iij memoria non sit in contrarium, purgat hanc malam fidem: quia habet vim tituli. hoc iure. §. ductus. de aqua quorid. & c. l. i. c. super quibus uis dam. §. praeterea. de verb. signifi. Alex. consilio vj. v. i. o. thematè vol. j. quia respondeo hoc procedere quando essemus in dubio: alias si clarè constet de initio vitioso, actus non confirmatur etiam ex tali temporis lapsu, quia mala fides de qua clarè constat etiam talem praescriptionem impedit per text. in dict. cap. fin. qui lo quitur generaliter: quia perseuerantia in delicto, istud t non minuit: sed adgrauat potius, vt per. gl. in c. j. super verb. nisi, in fin. ut. text. de prescrip. lib. vj. Philip. Franc. & per Ioan. And. & Canon. in cap. si diligenti. de praescript. cum concord. per Baldum in tract. praescrip. in parte tertie partis principalis, versic. vj. 2. quero. Et hæc cōclusio maximè procedit, si praedicta tutrix non conse cisset inuentarium, prout nō apparet fuisse confectum, tutor enim ante confessionem t inuentarij non habet administrationem rerum pupillarum. lege, fin. C. arbi. tut. vbi omnes not. per Barro. in leg. tutor, qui reperto rium, in prin. ff. de admin. tutor. vnde non potuit dis ta mulier facere supra scriptum contractum. Nec ob stant allegata in contrarium. Et in primis, quod contra ctus fuerit factus pro defensione rerum pupillarum, & in vtilitatem, & c. quia respondeo, quod de hoc t non creditur ipsi tutrici. l. si forte. ff. de castr. pecu. sed debuit per iudicem cum causae cognitione, & decreti interposi tione affirmari. l. magis. §. penult. de reb. eo. si quidem. l. praedia. C. de praed. minor. imò si decretū interuenisset absq; causae cognitione, adhuc esset nullū tanquā obrep titium. l. Seia. l. tutor si peticus. ff. de tutor. & curat. dar. ab his. Nec obstat, quod t contractus sit gestus cum repu blica Florentina quæ habet vim Principis, & c. quia res spon. l. eo. quod in hoc t res publica suffinet personam priuati, & quoad ipsos Vbertinos, non erat Princeps. vnde obligatur indubitanter ex tali contractu, vt per Bal. in lege, Princeps. ff. de legib. & probatur in l. j. in fin. ff. de offic. procur. Cæsa. vbi ad eundem hæreditatem ef ficaciter obligatur, quia talem actum facit tanquam qui libet priuatus. Præterea etiam si quasi princeps contra xisset, non tamen inde oritur obligatio aduersus dispo sitionem legis secundum Hostien. Ioan. And. & Cano. in ca. dilecti. de maior. & obediens. vbi t Princeps per con tractum non potest aliquem locum sibi subiuicere a ducr

Asus dispositionem legis. vt quia hoc faceret contra uoluntate subditorum, refert & sequitur Bal. in cap. j. §. si quis verfic. adde, quod dicit Hostien. quo tempore mil les, in vrbibus feud. & idem Bal. in c. j. §. in generali. ver fic. quæro vtrum. Rex Franciæ. si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. facit quod nor. Bal. in c. j. extra. de probat. vbi t concludit, quod pacta iniuta inter Imperato rem Fridericum, & ciuitates Lombardiæ, regulantur secundum terminos iuris, & imperator illis obligatur, sicut & priuati vnde transmittit obligationem etiam in successorem, & idè tenet in l. digna vox. C. de leg. sentit Bar. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Oldra. consil. lxxxvij. in cap. elegantes. ad fi. Non obstat rati ficatio tot annorum & solutio pallij, & c. quia respondeo quod cum tutrix sola absque interuentu pupillorum fecerit hunc contractum, probabilis est ignorantia ipso rum pupillorum, nec possunt uideri ratificasse, id quod t ignorant. l. mater decedens. ff. de inoffic. testam. pro hoc est gloss. quam ibi sequuntur doctores in lege, fin. C. si mai. fac. alien. & c. quæ vult, quod tacita ratificatio, quæ ex lapsu quinquennij inducitur, habent locum tantum in quatuor casibus ibi relatis, in quibus pupil lus habebat t certam notitiam alienationis, extra illos 23 verò casus non habebat locum: & ita etiam tenent ibi doctores. & sequitur Corn. consil. c. vij. volum. 3. nec lo lutio pallij arguit notitiam istius pacti pertinentis ad 24 successio nem. Vnde non possumus dicere, quod rati ficatione vnius sit etiam aliud ratificatum, cum huiusmo di pacta sunt penitus separata, iuxta doctrinam Barro. in l. Aurelius. §. idem quærit. ff. de liber. leg. & Raph. Fulgo. & Sign. in consil. impresso post tracta. Angel. de maleficijs. & tradit Anton. de But. consilio lxxxvij. vbi actus maximè cū potuerint dicti t pupilli & successores 25 habere ignorantiam dictæ conuentionis, & credere, quod pallium solueretur ex alia causa, quam vigore dictæ conuentionis nulliter factæ, per quam rationem etiam tollitur id quod not. Alex. consil. cxvij. in v. vol. tradita per doct. in dicta lege, non est ferendus. ff. de trans. fin. in iis enim quæ concernunt particularem scien tiam principalis, non sufficit scientia procuratoris cum libera, qualis est tutor. gloss. clem. causam verb. appella tum. de elect. facit tex. in leg. item ueniunt, §. petitam. ij. vbi Bal. & doctores. ff. de petit. haered. Secunda princi palis quæstio est, posito, quod dicta tutrix potuerit fa cere supra scriptum contractum, nunquid etiam potue rit adicere illud pactum successio nis, quod quando cunque decesserint sine masculis, & c. ex tunc castra pertineant ad commune Florentiæ? Et videtur, quod sic: quia valet talis conuentio iniuta cum principibus, qui facultatem legis condendæ habent, secundum Barro. consilio lxxxij. incipi. ex facto proponitur quod t nobiles. 26 Confirmatur hoc in casu nostro. per auctoritatem rei iudicatæ, prouenientis ex quodam arbitramento inter dominam Agnetem tutricem Mariæ Antoniæ, & dictos Vbertinos masculos, & c. quo canetur vt bona remaneant ipsi Mariæ Antoniæ, donec uixerit tantū, deinde reuertantur ad masculos. Sed tamen his non obstantibus, adhuc concludo contrarium: quia illud pactum quod bona perueniant, & c. est t pactum inducens ob uentionem in hæreditatis, quod quidem ipso iure non valet. lege, pactum quod dotali. l. licet. C. de pact. l. hæ reditas. in fi. C. de pact. conuent. cuius rei illa est ratio: quia t quod quis post mortem de patrimonio suo dis ponat ex speciali legis indulgentia, & ex quadam dis pensatione concessum est, secundum gloss. in lege illa in iustitio. de hæred. instit. Canon. in rub. extra. de tes tan. l. f. rub. C. qui testam fac. poss. quia in id tempus t dispositio confertur in quo res amplius sua non est. 27 I in tempus. ff. de hæred. instit. sed tamen lex hoc in dul get, dum modo certa forma fiat, id est, via solennis tes tamenti. lege. 3. vbi gloss. ff. de testa. aliter eni deferri non potest t successio: quapropter quoties verba contra ctus non obligationem presentem respiciunt, sed futuri 30

rum post mortem bonorum obventionem. prout in casu nostro, actus est nullus, svt declarat Bar. in consil. ccxij. in cap. promitto tibi. refert & sequitur Dec. lege, pact. C. de collat. Curt. In iur. consilio xv. post tracta. feudorum. Angel. consilio lxxv. Alexan. consil. lxxij. ij. vol. pacto enim hereditas dari non potest. Vnde sequitur vt etiam si iurandum accesserit, non tamen pactum confirmetur; quia iurandum non supplet iuris publici formam. lege, ius publicum. ff. de pac. per 2 Barto. in lege, si quis pro eo. ff. de fideiuss. & ita tenent communiter doct. in lege, stipulatio hoc modo. de verbo. obligat. vbi Alexand. Rursus sequitur vt id pactum, non solum tunc non valeat, cum de vniuersa successione agitur: sed nec cum de particulari, spacio enim non potest quis successione, neque particularis rei deferre. l. fina. ff. de su. & leg. l. si fratres. ff. idem respondit. pro Sotio: quapropter responsio est quod transactio inter fratres vt in paterna domo soli masculi succedant, non valeat: quia obuentio bonorum hoc casu induceretur, secundum Bart. di. consilio ccxij. & in lege, fin. C. de pact. & Alexand. consilio xxvii. in iij. volu. Non obstat consilium Barto. nu. lxxij. supra allegatum: quia respondeo quod procedit in contractu inter principes, vtranque parte sic ordinantes, quod non idem est in Vbertinis. Præterea vt supra dixi, iste contractus considerandus est tanq̄ inter priuatas factus. Secundo respondeo, quod in casu nostro, interuenit tutrix, quæ sicut non potest testari pro pupillis, ita non potuit neque pacisci illo modo: sed in casu Barto. cōtraxerant illi, qui etiam testari poterat. Vnde apparet manifesta diuersitas inter hos casus. Non obstat allegata sententia arbitratoris quia non apparet, quod vnquam habuerit aliquam executionem, nec quod dicta tutrix fecerit inuentarium, ne quod interuenerint cætera solennia de quibus supra. Vnde succedit conclusio, quod laudum à principio non nullum ratificari non potest, nec ex antiquitate temporis conualescit, vt not. Baldus in tit. de pace constan. in verb. sententiæ quoque. Rom. consil. clx. præmissu laudū. Angel. consil. ccxviii. vna narratione. de quo dicendum vt tradit Petr. de Anc. cōs. 12. vnus ex procuratoribus cum similib. Tertia & vltima est q. posito quod cōtractus valuerit, nunquid secundum verba dictæ conuentionis dicta Maria Antonia excludatur à successione dictorum castrorum? Et conclusiue procedendo, dico quod non, verba enim pacti sunt, quod si ambo decesserint sine descendentes, castra pertineant ad commune, &c. & idem intelligatur de descendentes ipsorum decedentes: vt de ipsis Nicolao, &c. quibus verbis apparet, quod commune Florentiæ non potest admitti existentibus aliquibus masculis: sed duntaxat si ambo decederent quæ dictio, ambo, est collectiua compositi sensus, & non verificatur nisi vtroque decedente. l. penult. C. de impub. l. qui duos. de reb. dub. & per Bald. in d. l. pen. in si. versic. quid ergo, & facit, quia licet in fideicommissis pluralitas resoluitur in suas singularitates. l. si. ff. filium. ff. de legat. ij. l. Lucius. ff. Caio Seio. ff. ad Trebel. tamen hoc est ex mente testatoris, non autem ex vi verborum. vnde in pactis, seu contractibus si aliud esset: quia in eis à verbis non recedimus, & hoc sentit Guil. de Cuneo in d. l. penult. & Paul. de Cast. in d. ff. Caio Seio. in q. de viro & vxore, qui simul fecerunt donationem, & quod not. Salic. in l. ij. quæst. xxiii. de iur. emphyt. Alexan. consil. xvij. in ij. volum. & per feudistas. in cap. i. de duob. fratrib. à cap. i. uel. merito ergo non potest commune Florentiæ hoc casu quicquam iuris præterdere, donec extant masculi: ad id quod existentia masculorum hoc casu procedit etiam feminis: quia verba pacti, tali casu non verificantur. arg. l. j. ff. si sit consanguinea. ff. ad Terry. & quod not. Bart. in l. j. ff. penult. in ij. quæst. de bonor. poss. contra tab. Nec obstat si diceretur, quod pactum factum satis videtur apparere id actum esse, vt soli masculi admittantur ad dicta castra, respondeo enim hoc

non esse verum: quia tale pactum solum loquitur, casu quo linea masculorum deficiat, vt locus sit communi Florentiæ. vbi verò non deficiat, nihil est cautum. Et conclusio est generalis, quod disposita collectiue ex vna parte versus aliam, non habent locum inter ipsos. met. d. l. qui duos. l. seq. ff. de procur. l. si quis ingenuam. ff. in ciuilibus. ff. de capti. doct. c. si. de præb. in vj. & habetur in l. accipientis. ff. de auth. tut. vbi Alber. quæ conclusio probatur multis rationibus. Prima, quia aliàs sequeretur, quod Florentini pacti essent non ad vtilitatem suam tantum, sed etiam in vtilitatem masculorum Vbertinorum contra feminas, quod esset contra regulas iuris secundum quas alteri pacificè nemō potest. l. si vnus. ff. ante omnia. ff. de pact. l. stipulatio ista habere. ff. alteri. de verb. oblig. Secunda, quia etiā in fideicommissis videmus, quod substitutio facta post mortem omnium, & sic collectiue respectu omnium, non inducit fideicommissu reciprocu inter ipsos, vt habeatur in l. pater filia. ff. si. ad. Falc. l. Titia Seio. ff. Seia libertis. de leg. ij. in l. vel singulis. in l. si pater impubes. ff. de vulga. Tertia, quia idē videmus in priuilegijs. Vnde priuilegiu concessu episcopo & canonicis non attenditur inter canonicos simul litigantes, secundum Io. And. in c. iudicis. de reg. iur. in mercurial. in si. & q̄ habetur in c. si. de off. de l. in vj. per Inno. in c. prudentiam. de off. de leg. not. in l. minor autē magistratus. de minorib. Quarta, quia idem videmus etiam in statutis. Vnde dispositio statuti pro uidens inter focios & eorum creditores non habet locum, si inter ipsos socios mutuo litiget, secundum Alex. cōs. cxxxix. in vol. v. Quinta, quia hoc idem obseruatur etiam in cōpromissis. Vnde si inter plures ex vna, & Titium ex alia factum sit compromissum, non potest arbiter laudare inter istos plures adiuuicem: quia nullum censetur factum compromissum in tali casu, secundum Bald. consil. cccix. in j. vol. quem refert & sequitur Socin. in l. Gallus. ff. de lib. & posth. vbi refert Anton. de Butr. & alios idem consuluisse. & ita consuluir Butr. d. consil. lxxvij. visis actis. Sexta, quia idem videmus etiam in probatione alienationis, quæ si sit facta filijs respectu aliorum, non habet locum inter ipsos. l. voluntas. C. de fidei. com. & per Bald. consil. cccclxxxvij. in si. in j. volum. & facit quod consuluir Dec. consil. cclij. vbi instituto fratre & liberis, considerantur liberi solum respectu fratris non autem inter se. Septima, per illud quod no. glo. in l. j. verbo in multis. C. com. de leg. vbi priuilegium concessum legatariis contra possessores, non habet locum inter ipsos, facit quod not. doct. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. Octaua, per id quod not. Alex. in rubr. ff. sol. matr. versic. sed quid econtrā. vbi post Ioan. And. & alios veteres, concludit quod repræsentatiua concessa Bononiensibus contra Perusinos, non cōprehendunt ad ipsos Bononienses inter se. merito ergo etiam in casu nostro, dictu pactu ab Vbertinis factu cum republica Florentina, ad ipsos Vbertinos inter se non trahitur & interim admittetur femine, secundum l. maximu vitiu. C. de lib. præp. donec veniat cōditio sub qua ius possit ad Florentinos de uolui. Et hæc omnia saluo seper, &c.

CONS. XIX. SVMMA.

- Comites vel Barones in Hospitijs preben. subditos onerare possunt.
- De iure communi non licet comiti vel Baroni imponere onus hospitij recipiendi in iuris subditis, & quare.
- Munus hospitij recipiendi est matrimoniale.
- Munus hospitij recipiendi imponere est actus iurisdictionalis, & debet posse imponi per habentem iurisdictionem.
- Comitibus & Baronibus omnia non reseruata Principi in signum superioritatis licere.
- Episcopi habent ius hospitiorum iure visitationis.
- Soli principi permixtu est accipere hospitium gratis, & quando.
- Principem solum in casu victum exigere.
- Obseruari ff. de off. proconsul. in ell.
- Domini oppidoru possunt vigore iuris sui grauare subditos, dum modo non apponant manu ad reseruata supremo Principi.

- 11 Consuetudine in dicit hospitij.
- 12 Tolerabilia sunt que veteri consuetudo comprobant.
- 13 Barones & similes collectus imponere possunt.
- 14 Ius hospitij recipiendi, est que dam quasi seruatus imposta subiectis, que non habet causam continuam, vnde nullo tempore debet posse vsu capi.
- 15 Collecta presumitur prestari potius ex timore, quam ex debito.
- 16 Consuetudo que habet initium vitiosum attendi non debet.
- 17 Consuetudo cuius initij memoria non sit contrarium, facit quod retro presumitur bona fides, nisi expresse contrarium probaretur.

Varietur in præfenti casu an nobilis Antonius qui est in possessione exigendi, vel vtendi hospitij oppidorum suorum familiaribus suis possit de iure molestari à dictis subditis suis, tale onus detrectantibus. Et primo videndum est, quid iuris sit, secundum ius commune: deinde videmus quid stante consuetudine. Circa primum, videtur quod de iure communi, non licere Comiti, vel Baroni, imponere tale onus hospitij recipiendi, in iuris subditis. Primo quia hoc videtur esse de reseruatis supremo Principi, qui etiam in casu necessitatis hoc non concedit, nisi sub conditione, vt accelerato itinere: quam primum hospites recedant. l. deuotū. C. de meta. & epid. lib. xij. adeo vt non possint vltra modicum tempus, puta bidui, commorari. l. j. C. de tractat. & itati. lib. xij. nec possint aliquid profus accipere, puta culcitra, ligna, oleum, & similia, etiam si à volentibus acciperent. l. j. C. de comitib. rei milit. cum similibus. Secundo pro hac parte videtur tex. in l. obseruare in princip. ff. de off. proconsul. & ibi not. Bald. quod non debet proconsul in hospitij præbendis onerare prouinciam, quia soli Principi secundum Bald. ibi concessu est vt possint gratis hospitari. dict. l. deuotum, Tertio, faciunt iura l. simpliciter prohibentia officialibus quibuscumque, huiusmodi extrordinarias munerum indictiones. l. placet. C. de excusat. mun. lib. x. & videtur ad hoc tex. in ff. ad hoc iudicemus, in auth. de collator. ibi. prouinciarum iudices, & eorum officia, si quando de ciuitate ad ciuitatem veniūt, neque angariis neque descriptionibus, aut alijs expensis, collatores grauare. Vnde etiam non possunt Barones superiorem recognoscentes collectas, & noua onera imponere, vt habetur in l. j. C. de super in dicto. lib. x. in leg. ij. ij. & fin. C. vectig. no. institui non po. Bart. lege, j. C. de mul. in quo loc. libro x. l. as. in lege, placet. C. de sac. sanct. eccl. Dec. consilio cxcviii. cum concord. Sed tamen istis & similibus non obstantibus, puto contrarium esse verius. Et in primis præsuppono, quod istud munus hospitij recipiendi, est patrimoniale. lege, rescripto. in fin. lege, fin. ff. patrimoniorum. ff. de muni. & hon. lege. ij. C. de muner. patri. lib. x. per gloss. lege, j. C. de episc. & cler. lege, iis honoribus. ff. angariarum. ff. de vac. mune. & debet posse imponi per habentem iurisdictionem: quia iste est actus iurisdictionalis, vt dicit Calder. consilio vij. de constituto. Alexand. consilio lxxvij. num. ix. in vj. volu. Signoro. consilio cvij. & quia tales iurisdictiones possunt in subditos suos, exceptis his qui reseruantur supremo Principi, in signum superioritatis, vt dicit Bald. in l. cum multa. in si. C. de bonis que lib. per text. in ca. j. quæ sint regal. in vlt. feud. & huius quæst. disputata per Ioan. And. & alios veteres, quos refert Albe. de Ros. in lege, fin. C. de iurisdic. omn. iudic. item quero. an habens iurisdictionem. & istud etiam clarus apparet ex responsione ad contraria argumeta. Non obstat igitur, quod ista facultas grauat subiectos hospitij, videatur reseruata soli Principi, dict. l. deuotum quia istud non videtur verum, per dict. ca. j. quæ sint regal. vbi non connumeratur ista facultas in reseruatis, & probatur per legem, iudicibus. C. de curs. pub. lib. xij. vbi permittit ius fortiorij, & maius magistro officiorum, & præfecto portorij. Et quia videmus, quod etiam i Episcopi

habent tale ius hospitiorum, iure visitationis, de quo in capit. cum venerabilis. extra, de cens. Et quia etiam ordo decurionum cogit omnes ad tale onus. dicta lege, si. ff. patrimoniorum, & ff. hi quoq̄. verb. xenoparochi. lege, j. C. de vacat. publ. mun. lib. x. & quod not. Bart. in lege. ij. ff. si actor. vbi alii doct. ff. de re iudi. & text. in dicta lege, denota. loquitur de hospitio militum, & est verisimile q. omnes Ducēs rei militaris habent hoc ius hospitandi, dum modo seruent formam dictæ legis, alioquin oportuisset quod semper Imperator ipse interfuisset in exercitu, vel dedisset vbi que nouas liceras, aliàs milites nō potuissent hospitari, quod esset absurdum. vnde satis apparet, quod istud munus non est de reseruatis soli Principi. Et licet Bald. in l. obseruare. dicat, quod soli i Principi permixtu est, quod accipiat hospitia gratis: tamen intelligitur respectu officialium temporalium, de quibus in illo titulo non respectu Baronum, qui successerant in locum principis, & omnia possunt quæ principes saluis reseruatis in signum superioritatis, vt diffuse consuluir in casu simili Raph. Fulg. consilio j. Potest etiam dictum Baldum saluari, intelligendo de hospitalitate gratuita, quæ sit respectu impensarum, hoc enim est speciale in supremo Principe, vt ei teneantur subditi prouidere de victualibus quod ita demum procedit si causa publicæ utilitatis fultit, & principes non habeat de suo lege, neminem. l. j. C. de sac. sanct. eccl. par Bald. in lege, sicut. C. de seruit. Alber. Rosat. in lege, venditor. ff. si constat. ff. com. præd. Andr. l. ser. dict. ca. j. quæ sint regal. verb. argentariæ. sed nostra quæstio est de solo hospitio, non autem etiam de alimentis, quod munus hospitij non est valde onerosum subiectis: imò plerique ex sola humanitate & ciuilitate hoc faciunt. argu. ca. de monachis. extra de præb. & c. volumus. l. xxxviii. dist. iij. & xvj. quæst. cap. quoniam, & xxxj. quæst. j. can. j. Non ob. tex. in dicta lege, obseruare. in princ. de offic. proconsul. dum dicitur, obseruare autem Proconsulem oportet ne in hospitij præbendis oneret prouinciam, &c. respondeo enim multipliciter, & in primis, si velimus dicere quod per illum tex. sublatum sit munus hospitij recipiendi, de quo in iure nostro passim habetur mentio. lege. ij. C. de mun. patri. libro x. dicta lege, iis honoribus. ff. angariarum. Istud esset absurdum, & correctorium multarum legum. necessarium ergo intelligitur quod non oneret, id est, non vltra debitum grauaret. quod declarat in lege, illicitas. ff. ne tenuioribus. ff. de offic. præsid. quando limite vnico, seu sola domuncula, & beru supellectile aliquem inquietaret, istud esset eum onerare, cum non pro rata quilibet contribuit, & pauperes opprimuntur. l. honor. ff. de honorib. de mune. Secundo est et aduertendum, quia de iure communi in ciuitatibus debent esse prætoria, seu palatia publica in quibus prædens, & eorū familiæ hospitentur, & tunc hoc nomine non debent inquietari subditi, alioquin vbi nō essent, nō videtur denegandū id munus, quia subest publica causa, vt præles & eius familia possint hospitari, probatur in leg. nulli. C. de off. rect. prouin. & per id quod habetur in l. 3. C. de operib. publ. Tertio est et considerandum, q. multa permittuntur dñis oppidorum, quæ non permittuntur proconsulibus, vel alijs iudicibus, quia isti iudices sunt temporarii, & non sunt soluti legibus: sed domini oppidorū habent latiores habonas, & possunt vigore iuris sui grauare subditos, dum modo non apponant manu ad reseruata supremo Principi, vt supra dixi. & per Raph. Ful. d. consil. Et istud etiā apparet ex constitutionibus Regnorū Hispaniæ, illo cap. quo prohibentur primores Regni, ne p vim hospitij extorqueant à regijs subditis possunt hoc facere. l. cū prætor. ff. de iudic. Quarto sciendū est, q. stante i consuetudine cessat omnis difficultas: quia et proconsules secundū consuetudine possunt indicere hospitia, nec dicuntur grauare quandoq;: quia muneris exhibitio secundū consuetudine regitur, secundū Ioan. And. &

And. & dom. Lambertinum in disputatione sua, quos allegat Alb. in dict. l. si per tex. in dict. l. venditor. §. si constat. Imperatores. in h. ff. de pollic. ibi esse enim tolerabilia, quæ vetus consuetudo comprobatur, ad idem text. in lege. j. vbi Bart. not. C. de aur. coron. lib. x. in l. missi opinatores. C. de exa. trib. vbi Bar glo. in lege, non tantum §. si ff. de decur. cum similib. Non obstat, quod non videtur posse iusti Barones & domini terrarum, imponere collectas, & onera extraordinaria, &c. quia respondeo, quod imò possunt iure vtilis sui dominij, vt sentit glo. & Bart. in lege. j. §. pen. ff. quod cuiusque vniuersi. Signor. Homod. d. consi. cvij. Abb. Brun. consi. xxxij. Ia cob. de S. Georg. tract. de homag. Card. Paris. consi. xxv. in l. volu. n. l. iij. cū multis seq. dum modo id faciant ex causis, quæ ipsi necessariae sint. Et quicquid sit in collectis quantum sit ad munus hospitij incipiendi, videtur esse certius: quia supra dixi, clarum est, id munus non esse de regalibus, seu de referuatis supremo Principi, quo casu non est dubitandum posse imponi ab istis dominis, vt satis etiam consensit Alex. consilio lxx. incip. viso discussio. in ij. volu. & ext. in d. lege, placet. & dict. §. ad hoc iubemus. loquitur in iudicijs, non in dominis & principibus, qui habent vtile dominium: non autem simplice in administrationem iustitiæ. Superest, vt videamus circa secundum dubium, quid iuris sit, stante consuetudine. Et videtur prima fronte dicendum, non esse locum huic consuetudini, quia tale ius hospitij recipiendi, est quedam quasi seruitus imposta subiectis, quæ non habet causam continuam: vnde de nullo tempore debet posse vti capi. l. seruitutis. magna. ff. de seruit. per Cyn. l. ij. q. vj. C. quæ sit long. consu. Et quia videtur talis consuetudo habere initium vitiosum, vt in simili tradit Lucas de penia in lege, hac lege. C. de aqua duct. lib. xj. volens, quod in dubio ius collectæ præsumatur præstari potius ex timore, quam ex debito, & sic habere præsumptum initium vitiosum. Merito ergo ius talis consuetudo non debet attendi, per tex. in ca. non satis. & in c. ad apostolicam, vbi Abb. & Fel. extra. de simon. & per Cor. consi. cclxij. in iij. vol. per Dec. consi. ccxv. Sed tamen in casu nostro dicendum est contrarium, quod imò consuetudo valeat, vt supra dixi, post Ioan. Andr. Alb. in d. l. fin. & alios supra allegatos; videtur satis esse, quod talis consuetudo inoleuit per decem annos, prout est regulare. ex quo vt supra ista non sunt de referuatis Principi, vt per multa concludit Iaf. in l. de quibus. nu. xxxv. ff. de deleg. Alex. consi. cxv. super j. in iij. vol. Cor. cclxvii. in litera M. & N. in iij. volu. Alb. Bru. in tract. de statu. & consuet. verb. collecta. Sed nos etiam sumus in casu fortiori, quia præsupponitur ius consuetudo cuius initij memoria non sit, in contrarium, quæ habet vim privilegij, & constituti. c. super quibusdā. §. præterea. de verbo. signific. l. hoc iure. §. duct. æquæ. ff. de ac. quod iud. & æstiu. & facit, q. retro psumat bona fides, nisi expressè probaretur contrariū vt habetur c. j. de consuet. in vj. in c. si de præscript. Bald. in tractat. ij. parte iij. part. princ. in vj. q. n. r. xliij. cū seq. quod in casu nostro fieri nō potest cum vt supra dictam est, non tractemus de referuatis superioris, & sufficiat titulus putatiuus, vt habetur in c. j. de præscript. in vj. c. si diligenti. per Felin. eod. tit. in antiquis. satis enim fuit, quod a principio crediderint eius maiores sibi licere iure dominij sui, prout verè licebat, vt supra conclusi, vnde tolluntur supra scriptæ rationes in contrarium adductæ, quæ procederent in alia materia, & in alia præscriptione seu consuetudine, quam ista, quæ facit vt retro præsumatur bona fides & nulla violentia, secundum Innoc. Baldum & ceteros in dict. capite si diligenti. Abb. consilio lxx. clericus. in ij. cum multis concord. per Ioan. Firmian. tract. gabellarum in j. parte. Et hæc saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XX. SVMMAE.

Loca intra confines iurisdictionis comprehensa, dicuntur per

1. iurisdictionem.
2. Ex recognitione dominium probatur
3. Censualem esse locum recens cultum.
4. Res transit cum onere suo causa sua.
5. Consuetudo inueterata in prima attendenda est.
6. Consuetudo quod quis in alieno territorio iurisdictionem exerceat valet.
7. Redactio loci ad culturam non debet nocere iuribus domini.
8. Absurdum non est quod etiam in sua soluat pensionem alicuius iuris deficientis, puta seruitutis, &c.
9. Contractus declaratur & limitatur secundum consuetudinem.
10. Subsequentia declarant precedentia.
11. Furnorum & molendinorum iura esse dominorum.
12. Consensus præstus venditioni rei allodialis, vel etiam feudalis nunquam præiudicat respectu iurisdictionis, & quare.
13. Ex diuersis & separatis non fit illatio.

Causa controuersæ præsentis, inter vniuersitatem Dignæ, & quosdam particulares de Cade-falco, longa allegationum pompa non indiget & ideo breuibus agendum duxi. Et in primis dicendum est fundatam esse eius intentionem de iure communi, cum enim dictum ius castrum sit sub iurisdictione & dominio ipsius vniuersitatis, loca inculta & herbida præsumuntur ad eos pertinere, cum sint intra confines iurisdictionis suæ, vt dicit Paul. de Cast. Socyn. & Mod. in l. j. in prin. ff. de acquir. poss. Ant. de But. Abb. & ceteri in cap. nimis extra, de Alber. de Rosat. in lege, Imperatores. ff. de serui. rust. præd. cum concord. per Soc. consilio cxxvij. libro primo quæ conclusio indubitanter in casu nostro procedit, in quo apparet loca ista inculta non fuisse habita pro derelictis, cum semper vniuersitas exegerit annuum censum pro eis, vnde cessant arg. Aret. in dict. leg. j. & consilio xv. & Petr. Antib. in tract. munerum. in vlt. parte tenentium contrariam partem. de quo per Calc. consilio xxxiiij. & Iac. de S. Georg. in tract. feud. in verb. Carol. Rex. Secundo, fundatur eius intentio, ex ipsismet contractibus priuatorum herbida ementium, in quibus interuenit consensus syndici vniuersitatis, tanquam domini directi: vnde talis contractus habet vim i recognitionis, & ex eo probetur dominij directum secundum Bal. in leg. si certis annis. C. de pact. Raph. Com. consilio clxxxvii. in fi. Guid. Pap. in decisionibus Delphinalibus. quæst. cclxxij. per totum. cum concord. per Iaf. in l. ij. in xv. quæst. C. de iur. emphyt. in qua recognitione referuata sunt iura, & seruitia quæ debentur vniuersitati: vnde ex forma contractus, etiam iste census debetur lege, cum venderes fundum. ff. de contrahen. empt. leg. si cum fundum. de verb. sign. facit tex. in l. si debitor. §. j. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. & quæ ibi habentur per doc. Tertio, idem dicendum videtur, etiam circumscripto contractu, quia per venditionem herbarum nunquam fit præiudicium domino quo ad censum suum, quo minus ius etiam locis ad fertilitatem redactis debeat habere suum canonem. leg. quicunque. ij. C. de omni agr. deserto. lib. xj. facit regu. generalis, quod transit cum onere suo, & cum lra causa. leg. Imperatores. ff. de publica. gloss. in leg. j. C. de annonis & trib. l. cum venderet. vbi Fulg. & Pau. de Cast. ff. de pign. actio. & quod habetur in leg. lex vectigali. ff. de pign. Quarto, facit antiqua & inueterata consuetudo, secundum quam solita semper est ista vniuersitas exigere canonem de istis herbis, ad culturam redactis, quæ consuetudo in primis attendenda est. lege, quod si nolit. versic. quia assidua. ff. de ædilit. edict. cum his quæ late cumulat Iaf. in lege, vt liberis. in vlt. not. per illum tex. C. de collat. facit quod not. Baldus. in leg. iij. §. fin. ff. de testib. vbi per illum text. dicit, quod valet ius consuetudo, quod quis in alieno territorio iurisdictionem exerceat, & idem not. Bald. in c. j. de rest. cogen. Iaf. in l. si versic. xij. ff. de iurisdic. omni. iudic. Et hoc tenendo nō obstat vnicum fundamentum

fundamentum dum dicitur, quod cum canon soluantur pro vsu pascui, & terræ sint redactæ ad culturam, & sic amplius nullus sit pascui vsus, non debet solui, cū nō teneantur redimere pascua in suo, sed in alieno tantum. l. suæ rei. ff. de contrahen. ept. Nam respōdetur, quod licet dicta loca culta fuerint empta, tamen tranterunt cum causa sua, & sic cum dicto onere soluendi canonem: quia ius non debet redactio loci ad culturam nocere iuribus domini. d. l. quicunque. ij. & toto illo titu. nec est absurdum, quod ius in resua etiam soluat pensionem, ratione alicuius iuris deficientis, puta seruitutis, vel possessionis, vel alterius iuris. gloss. & Bald. in l. cum res. C. de contrahen. empt. Dec. in l. neque pignus. ff. de reg. iur. Non enim videtur illis esse concessum ius quantum sit respectu canonis, tum propter clausulam contractus quod sit venditio rei cū suis oneribus, & seruitutis, vt per Bartol. in l. nihil. ff. de coniung. cum eman. lib. Flor. in l. iij. §. j. ff. de seruitu. tum quia ius contractus limitatur, & declaratur secundum consuetudinem, vt d. l. vt liberis. vbi per Iaf. in l. semper in stipulationibus. vbi Modern. ff. de reg. iur. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. cum similib. maxime cum isti soluerint etiam post dictas emptiones vnde ex post facto ius declaratur quod a principio actum fuerit. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad senatus. cons. Maced. l. i. lib. C. de agricol. & censu lib. x. tum etiā quia et si Firmarij vniuersitatis voluissent expressè remittere, non potuissent: quia non habent facultatem præiudicandi iuribus vniuersitatis. l. præses. C. de transfact. vbi per scribentes. Circa secundum dubium, an possint cogi ius dicti particulares coquere in furno vniuersitatis, & adire molendina, &c. Breuiter de iure ista onera non possent cogi. sed hodie in his partibus ista onera sunt pars iurisdictionis ex præscriptione dominorum, secundum Ioan. Fabr. in §. aque. Institur. de actio. & Petr. Iaco. in suo libello super furno. & Guid. Pap. de c. cclxxxvii. vnde videtur, quod cogi possint. Et tali casu non est dubitandum de consensu: quia consensus præstus venditioni rei allodialis, ius vel etiam feudalis nunquam præiudicat respectu iurisdictionis: quia intelligitur salua tamen iurisdictione. l. si mercedem. §. j. in vltim. respon. ff. de act. empti, per quem tex. ibi, tenet Innoc. in c. ex literis. extr. de iure patro. & quod not. Bald. in l. a procuratore. C. manda. & in c. j. de capit. qui cur. vendi. l. mol. & Alexan. in l. iij. in princip. ff. de acquir. possess. & quod not. post Oldr. Alber. de Rol. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sign. maxime cum ius coquedi, & molendi sit quid separatim a proprietate ipsius fundi, & ideo ex vno ad alterum non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. & ideo cōcludo posse cogi. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. XXI. SVMMAE.

1. Non potest dici domus fortis, seu in fortalio posita, quæ vndique aditum cuique patenter habet, & non ambitus muris.
2. Concessio Principis ad ea non trahitur, quæ ver alium possident, intelligitur enim semper saluo iure tertij, etiam si ius possessionis duntaxat sit.
3. Subditi possident res suas ad honorem, & statum Imperatoris, & tamen non sunt in dominio ipsius.
4. A proprietate verborum non est recedendum.

Ista domus vallata fossa, esset semidivuta, nec in forma arcis aut prætorij, seu palatij, non videtur comprehendi appellatione fortaliorum. Non enim potest dici domus fortis, quæ vndique aditum cuiusque habet, & non ambitus muris, secundum Bartol. in l. si hæres. §. vicis. ff. de leg. j. Et etiā si comprehenderetur, non tamen de ea inuestitura potest videri actum: cum enim etiam ex testibus aduersariorum probetur, quod magister grammaticæ, & alij priuati eam habebant, & possidebant ante, quam deijcerentur à Lampugnano est, quod concessio principis ad ea non trahatur quæ per alium possidentur: intelli-

gitur esse semper, saluo iure tertij, et ius possessionis dumtaxat sit. Innocen. c. episcopi. de reb. eccles. non alien. facit quod not. Bald. in l. cū multa priuilegia. C. de bon. quæ lib. & l. meminerint. vbi Bald. C. vnde vj. Et re cognitio, quod Lamp. esset verus dominus terræ, & fortalitiij, & quod dictam terram cum fortalitiis, tenebunt & custodiant ad statum, & honore dicti domini, non infertur ideo, quod ius priuati est, transeat in fiscu, cum quilibet alodialia teneat ad statum & honorem domini & tamen censentur propria priuatorum. prout dicitur in l. bene à Zenone. C. de quadriens. præscriptio. & per Bartol. in l. j. constitutione Digestor. nam omnes subditi possident res suas ad honorem & statum Imperatoris, & tamen non sunt in dominio ipsius: non ergo recedendum est a proprietate verborum, vt in similibus dicitur. in c. ex parte. extra, de priuileg. & per Bar. in extrauagant. qui sunt rebelles. verbo, nostrum honorem. & verbo, indignationem.

CONS. XXII. SVMMAE.

1. Literæ publicatæ Principum obligant quemcumque, sicut quælibet lex.
2. Proclamata facta à magistratibus de mandato Principis valent.
3. Lex scripta, & consuetudo parum vim habent.
4. Præscriptio noui vectigalis regulariter non admittitur.
5. Ius vectigalis non præscribitur, nisi concurrentibus omnibus, de quibus in l. si publica.
6. Consuetudo inducitur per tempus decemij.
7. Præscriptionem longi temporis etiam sola tituli allegatione probari.
8. Per consuetudinem tanti temporis cuius initij memoria non est in contrarium non est difficultas, quæcumque vectigalia posse præscribi.
9. De antiquo dicitur quod est centum annorum, vel cuius initij non est memoria in contrarium.
10. Sententiam contra vniuersitatem latam omnibus nocere.
11. Concesso hospitio, intelliguntur concessa omnia eius iura, & vtilitates.
12. Concesso castro censetur Princeps curiam & iurisdictionem, & omnia iura castri concessisse.
13. Licet in concessione generali regulariter non videantur trāsa ferri regalia, tamen quandoque intelliguntur translata.
14. Ex sequentiibus declaratur intentio præcedens.
15. Ex patientia longi temporis præsumitur concessio.
16. Traditio declarat terminum acquisitionis.
17. Dicitio vtilitas generalis est, quod comprehendat.
18. Dictionis supra scriptum vis.

In hac lite magnifici militis de Bernardini Casati, tria principaliter sunt videnda Primum est an omnes venditores & mercatores pinguiam, teneantur ire & se consignare ad hospitium Pilæ. Secundum est, quid ibi soluere teneantur. Tertium, an competat ius ipsi de Bernardino in exigendo dictum portorium, seu pecuniam. Circa primum, dico casum non habere difficultatem, ex quo præcisè ad hoc obligantur omnes, per literas excellentissimi Principis Ducis Philippi de anno 1443. & varia proclamata facta in executione dictarum literarum, & etiam ex mandato minorum magistrorum extra ordinariorum, nec t dubium est quod huiusmodi literæ Principum obligent quemcumque, sicut quælibet lex: quia quod Principi placuit legis habet vigorem. §. fed & quod Principi. Institur. de iure naturali gent. & ciuili. & de huiusmodi ius proclamationibus factis à magistratibus ex mandato Principis, quod valeant firmat Bald. in l. programma. C. de commin. vel epist. & habetur in l. j. in princip. ff. quod quilibet iur. & istud maxime est dicendum in casu nostro, in quo satis apparet ista proclamata non induxisse novos ordines, sed veteres reuocasse in obseruatiam. Circa secundum ex lectura testium constat, quod dicti mercatores soluunt pro centenariio denarios xvj. siue ibi remaneant siue non, & ad sunt plures testes deponentes de consuetudine annorum quinquaginta, & plus: vnde dicendum est tales obligari, & quia

3 ¶ quia parē vim habent consuetudo, & lex scripta. l. de quibus. ff. de legib. & huiusmodi consuetudo ligat omnes, dato quod aliquo non iuerint, nec soluerint: quia cum æquiparetur legi præiudicat generaliter, etiam respectu eorum qui sigillatim non confenserunt, satis enim est consensisse, vt vnuerfos, vt declarat Bartol. in repetit. l. si. C. quæ sit lon. consuetud. Item istud ius exigendi, est vnum & idem ius ab omnibus exigendi vn de dato quod aliquis non soluerit, non tamen liberatur, nec præscribit aliquam immunitatem, quin possit in futurum compelli ad solvendum, vt dicit Bartol. in l. i. citatio. §. earum in fin. ff. de publican. Nec obstat si diceretur quod isto modo induceretur præscriptio noui ve ctigalis, quæ tamen regulariter non admittitur, vt per Bartol. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publica. & habetur in l. munus. ff. de verb. signific. Quia ad hoc re spondetur trib. mod. Primò, quod hic non agitur de ali qua præscriptione noui vectigalis, ex quo constat iam diu, etiam supra centum annos, hoc vectigal esse in stitutum, vt apparet ex varijs crisis in causa. Item constat etiam de titulo per priuilegium: non solū ergo, per hanc consuetudinem declaratur quantitas, quæ soluenda est, & non est dubium quod ista simul dif ferunt. ¶ Ius vectigalis non præscribitur nisi concurren tibus omnibus, de quibus in d. l. si publicanis. declaratio vero quantitatis soluendæ potest induci ex consuetudi ne decennali, prout regulariter in cæteris rebus ¶ con suetudo inducitur. d. l. de quibus. Secundo respondetur quod cum assegetur titulus habitus ab Illustriss. Duce Philippo, & probata sit possessio per x. vel xx. annos, satis dicitur probata præscriptio sufficiens ad victoriã argum. not. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Bartol. & Flor. in l. seruitutes prædiorum rusticorum. ff. de serui. & istud in casu vectigalium, in terminis nostris, tenet Sa lic. in l. vectigalia. C. noua vectig. in fin. non poss. Ra pha. Cuman. consil. clxij. & clarius per Ioan. Firmian. in tract. gabellis, in j. par. x. versic. prædictis addo. titulus autem in casu nostro fuit allegatus, & de eo constat, etiam ex crisis, factis anno 1483, quibus dicitur tale ius spectare ad hæredes do. Caristophori de Casale: & si ¶ istud tempus sufficit quando solum allegatur titulus, se cundum prædictos Dd. quanto magis debet sufficere in casu nostro, in quo constat de titulo sed solum sumitur declaratio quantitatis soluendæ ex consuetudine per tantum tempus præscripta. Tertio respondetur, quod in casu nostro, probata est consuetudo ¶ tanti temporis, in cuius initij memoria non est in contrarium, quo casu nulla est difficultas quæcunque vectigalia posse præ scribi. c. super quibusdam. §. præterea. extra, de verb. si gni. & concludunt omnes in d. l. si publicanus. & d. l. ve ctigalia. & de tali tempore deponit octauus testis An dræas de Prolesio, cui sunt testes illi qui simpliciter dicunt, quod ab antiquo tempore fuit solitum solui, ¶ & quod ita audiverunt ab antecessoribus, de ¶ antiquo enim dicitur quod est centum annorum, vel cuius ini tij non est memoria in contrarium: & ideo tunc perhi bet testis testimonium et de auditu ad prædecessores suos, vt per Ioan. de Imol. in l. ij. §. idē Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & facit quod not. Iaso. in l. cum aliquis. in fin. C. de iur. deliber. Præterea, quantum sit respectu paratici mercatorum grossarum nulla videtur esse difficultas: quia contra eos est lata sententia ¶ quæ transijt in iudi catum, & non cet omnibus de dicta vniuersitate. l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersit. Circa tertium adhuc mi nor difficultas est, quia siue loquamur de præscriptio ne, ius est ipsi domino Bernardino quæsitum, per ratio nes supra allegatas, siue loquamur de priuilegio indu cente titulum, idem est ex quo ipsi domino Bernardino conceditur, supra scriptum hospitium cum dicto emo lumento, & possunt induci quatuor rationes pro intel lectu istius priuilegij. Prima est, quia concessio ¶ hospicio intelliguntur concessa omnia eius iura & vtilitates: si cut ¶ concessio castro censetur Princeps curiam, & iuris.

aditionem, & omnia iura castri concessisse, vtest casus in l. si quando, vbi Bartol. & Doctor. C. de bon. vacan. libro x. quæ decisio optime ibi probatur, & Doctor eam cõmuniter sequuntur. Secunda ratio, quia cum de con suetudine istius exactionis probatum sit, Princeps cen setur concessisse cum omnibus de consuetudine ad di ctum hospitium pertinentibus. argum. d. l. si quando. & l. creditor. §. si. ff. de actio. empt. per Bal. in c. j. de cap. qui curiam vendi. in vlib. feud. Soc. in l. j. in iij. not. in ff. de reb. dub. Iason. in l. fin. in x. not. C. de iure emphyt. ¶ Ter tia ratio, quia cum do. Bernardinus ita exegerit, præ sumitur à principio hoc cõcessum: vt in simili casu con suluit Rapha. Cuman. consil. clxij. vbi ¶ licet in generali concessione non videantur transferri regalia: tamen quando feudatarius post concessionem, ea per multos annos possedit, videtur actum, vt ea quoque transferan tur: quia ex sequentibus declaratur ¶ intentio præce dens. l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo. & ¶ ex patientia longi temporis præsumitur concessio. l. cum de in rem verso. de vsurpat. & sicut ¶ traditio declarat ter minum acquisitionis. libro. ij. §. sed & si fundus. ff. pro empto. etia ita patientia ex titulo præcedente. l. quædã mulier. ff. de rei vindicat. & istæ rationes Rapha. optime quadrant etiam casui nostro, & facit quod de emphyteuta tradit Bald. in l. si certis annis C. de pact. cum concordantibus. Quarta ratio colligitur ex generalita te verborum, dum confirmatur concessio facta cum om nibus honorarijs, vtilitatibus, prerogatiuis, dicto hospicio spectantibus, non enim potest negari, quin ista ex actio veniat ¶ appellacione vtilitatis, quæ est genera lissima, vt concludit Raph. in d. consil. clxij. & Pau. de Castren. in consil. lxxij. incip. quod dicitur reditus. in j. parte in nouissimis. versic. v. & ibi allegat Paulus quinque rationes concludentes pro casu nostro. Nec obstat si di ceretur, quod in verbis concessionis factæ ipsi Cafato, nõ sunt appositã illa verba, Cum honorarijs vtilitatibus, &c. quia respondetur, quod ex vi ¶ dictionis, supra scripti, posita in priuilegio censetur facta repetitio, vt per Aret. consil. clxij. cum concordant. Item cum isti Cafati habe ant ius suū ex persona domini Ballarini mediante Am bresio, censetur omne ius in eos translatum eo modo quo erat apud Ballarinũ. argum. c. is qui in ius alterius. de regu. iur. in vj. & quod not. Bart. in l. si seruus. ff. de con dictio. furri.

CONSIL. XXIII. SVMMÆ.

- 1 Consuetudinis immemorabilis vis.
- 2 Princeps contractum non reuocat.
- 3 Forum est mercatus ipse & nundinæ.
- 4 Deditio nis vis eius, pãcta seruari.
- 5 Priuilegium concessum subditis non potest reuocari sine causa.
- 6 Nundinarum iura.
- 7 Nundinas factio particularium non amitti.
- 8 Vniuersitas non obligatur nisi maior pars communicato consilio & re deliberata deliquerit.
- 9 Taciturnitatem ex causa non imputari.
- 10 Principem ex causa plenitudine potestatis non vti.
- 11 Plenitudo potestatis nihil aliud est quàm violentia.

CONCVRRO in sententiam supra scripti do mini consulenti per rationes ab eo allegatas. Et quia cum istæ nundinæ soleant celebrari in prædicto loco Pontis Sturæ, per consuetudi nem ¶ cuius initij memoria nõ est in contrariũ, talis cõ suetudo habetur pro isto titulo, secundum text. in c. su per quibusdam. §. præterea. extra. de verbor. significa. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiu. & quod per talem consuetudinem inductum est, præ sumitur retrò semper fuisse, secundum not. p. Ioan. Andr. & Hostien. in c. cum apostolica. extra, de ijs quæ fiunt ad præla. Rapha. Cuman. consil. lxxvij. ad fin. Socin. in l. Gallus. §. si eius. ad ff. de liber & posthum. Et tale ius nundinarum quæsitum dicto loco, non videtur mihi quod potu

quod potuerit per excellentiam Marchionalem aufer ri, quatuor rationibus. Prima est, quia in extranaganti de pace Constantiæ, quæ per viam contractus, ¶ id est, pacis & concordia est celebrata cum populis Italiæ, ab ipso Imperatore, manifestè cauetur, quod omnes con suetudines, sine aliqua cõtradictione exerceat, quas ab antiquo exercebant, tam in foro, &c. est autem ¶ forũ mercatus ipse & nundinæ. l. j. C. de nund. & ideo in d. extranag. in princip. versic. extra vero. videtur esse casus præsentis quæstionis. & sicut Imperator ipse reuo care dictum contractum non potest. c. j. extra, de proba tio. ita nec Illustriss. Marchionissa, quæ ius suum à Caf. tanquam feudatario imperij præterit. l. nemo plus. ff. de reg. iur. c. nuper. extra, de donat. inter vir. & q. habetur in l. lex vectigali. ff. de pignori. & hypo th. Secunda ratio est, quia locus Pontis Sturæ, sicut & alia secunda, transfuit ¶ in potestatem Marchionalem per vi am feoderis: quia illius loci homines promiserunt subie ctionem, & fidelitatem, contra Marchio promisit eis eos defendere, & tueri, & eorum statuta & consuetudi nes illis manu tenere, hodie enim sunt deditimet ci uitatum hoc modo, vnde potest Princeps causa non co gnita iura eorum auferre: quia non subfunt libere vo luntati, sed vt commodius non regantur. l. non dubito. ff. de capt. & postlimi. cle. pastoralis. vers. rursum. ibi Im peratori eodem modo non subfunt. de re iudic. dixi in c. cum contingat. vlt. not. extra, de iure iur. & ideo debet eis seruari pãcta deditio nis, nec licet Principi ea violare, vt per Bartol. in extranaganti. qui sint rebell. verb. rebel lando. Socin. consil. vij. Felin. in cap. postulasti. extra, de foro competen. cum similibus. Tertia ratio est, quia ista communitas habet priuilegium sibi concessum, & per Marchionem Gulielmum & etiam literis Mariæ Marchionissæ, iam 60. annis elapsis, in forma ampliore, cõ attestacione consuetudinis teporis præteriti, q. pri uilegium non potest absque causa reuocari, quia ¶ priuilegium concessum subditis nõ potest reuocari sine cau sa. l. quod semel. ff. de deer. ab. ord. fac. maxime quan do iam transfisset in contractum, secundum Bald. in l. qui se patris. C. vnde lib. quod habet in c. j. de prob. & l. digna vox. C. de legib. & ligat etiam successores quando non tenderet in magnam diminutionem, secundum Bartol. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. per text. in c. Abbate sanè. de re iudic. in vj. & p. Bald. in l. cū multa. C. de bon. quæ lib. & in c. j. in princ. de nat. feud. maxime si successores imperio sint heredes mediati, vel immedia ti concedentiũ vt habetur in l. hæredem. ff. de reg. iur. Ansh. cõf. 25. in fi. & habetur in l. cū a matre. C. de reiven dic. Quarta ratio, quia ¶ nundinæ habent in se partem exiure communi, partem ex priuilegio, de iure commu ni habent mercatum, qui est permissus omnibus, & or riginem capit ex iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. ex priuilegio habent exemptionem vectigalium, & saluum conductum pro rebus & personis eo venien tibus, vt est tex. vbi Bald. & cæteri in l. j. C. de nundi. vnde respectu mercatus non potest Princeps tollere vel minuere, cum sit iuris gentiũ, secundum Barto. & alios in d. l. digna vox. & quamuis alijs priuilegia subditis cõ cessa, ex titulo lucratiuo possint, tamen istud non proce dit quando est priuilegium mixtum cum iure com muni, vt supra dixi, argu. eorũ quæ not. Imol. in c. audi tis. de int. integ. restitut. c. series. extra, de testib. per Mod. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cert. per. Non ob stant, duo quæ in contrarium adducuntur. Primũ, quod videtur subesse causa, ex quo aliqui istorum oppidan orum sequuti sunt partes Gallicas, aduersus ipsum Mar chionem legitimum Principem suam: sed respondeo, quod quoad istos qui hoc fecerunt potest princeps iure suo vti, & pœnis debitis punire, nec de hoc est quæstio, sed tantum quoad ipsum Castrum, quod dico ¶ non pos se puniri, amissione istius iuris nundinarum, ex facto istorum priuatorum. Constat enim non obligari ¶ vni uersitatem, vel Castrum, nisi maior pars, comunica

to consilio, & re deliberata, deliquerint. l. semper ij. ff. quod vi, aut clam. Bart. in l. aut facta. §. fin. de pœnis, vel quia defecioni omnes sponte acquieuerint. l. j. vbi Salic. C. de seditio. nec ¶ eis est impurandum, quod ta cuerunt: quia sine magno periculo contradicere non potuissent, secundum Ioan. de Lignano Imol. & Cardin. in Clemen. j. de pœnis. Franc. Are. consil. clxij. Felin. c. dilectus. ij. extra de simo. Et hoc maxime est dicendum in casu nostro, in quo isti qui paterebant damnum ex pri uatione istarum nundinarum, quia locare non possent demos, vel erant absentes, vel per ætatem, aut sexũ, non poterant aliquis providere aduersus dictos seditio sos: vnde tales prorsus sunt absoluendi. argum. l. j. in princip. ff. de magistra. conuen. per Bartol. l. aut facta. §. fin. alias qui nihil deliquissent punirentur, & qui de liquissent impuniti euaderent, cum illi tales sint qui ex istis nundinis fructum nullum capiunt. Non obstat ¶ se cundum, quod Princeps possit, saltem per clausulam de plenitudine potestatis, auferre tale priuilegium, per ea quæ de virtute istius clausulæ dicitur doctores, inc. quæ in ecclesiã. de constit. Bald. in l. ij. C. de ser. Alexand. in l. quanquam. C. de testam. milit. Dec. consil. 101. 173. 190. 403. 408. cum similib. Nam respondeo quod ista ¶ ple nitudo potestatis, nihil aliud est quàm violentia, licet doctores modestiore vocabulo eum sic appellent. Et ideo populus Roman. nunquam tali clausula est vsus: & cundum Bald. de pace Constantiæ. verb. libellaria: & ad Imperatorẽ translata est potestas legitima tantum. la j. de constit. princip. & ordinaria, vt commodius Respub. administraretur. l. ij. §. nouissimè. ff. de orig. iur. l. j. verba regimentis. ff. de offic. prefet. præf. & ideo non est cre dendum, quod Illustriss. Marchionissa velit tali potesta te vti alijs non esset tuta in foro conscientie, secundum Hostien. in summa. qui fil. sint legitimi. ibi, quãuis autẽ hoc facere Paul. de Castr. consil. xxxiiij. videtur dicea dum. vol. ij. imò teneretur ipsa de suo resarcire damnus hoc, quod viduis, & pupillis, & cæteris innocentijs præstaretur. l. serui. vbi Bald. C. quib. ex eã. pro præm. ser. liber. acci. l. venditor. §. si constat. ff. com. prædior. Archid. c. per principalem. ix. quæst. iij. tradunt omnes in d. c. quæ in ecclesiarum. & ista procedunt in supre mo principe, multo magis in inferioribus, puta vicarijs imperialibus, & Marchionibus, & Comitibus, secun dum Raph. Cuman. consil. clviii. in j. & quæ not. Felin. in c. si quando. extra. de rescript. Et ita mihi videtur iuriã esse, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXIII. SVMMÆ.

- 1 Alieum donata aqua donatum cõferri.
 - 2 Imperatorem data ecclesie non auferre.
 - 3 Alieum secum ad proximum pertinere.
 - 4 Consuetudo probanda est, & quando ¶ non operatur.
- I**n causa Reuerendorum Manachorũ Sancti Saluatoris, re diligenter per pãsa, arbitròr fo uere eos bonam causam, idque duabus po tissimum rationibus. Prima est, quia ex pri uilegio Othonis Imperatoris, in quo expresse eis do natur aqua fluminis Padi: cum pertinentijs circum loca de quibus agitur, quibus verbis apparet ¶ donatus etiã alieus secundum Bartol. in tract. de alieo. super verb. cuius, & ipsum, vnde euacuato quomodolibet dicto alieo: debet remanere res sua domino. Et in simili idem consulit Signorolus Homodeus. consil. lxx. incip. in quæst. ij. dubio. & cum priuilegium id concessum sit monachis ante inuestituram Illustriss. Ducum Medio lani, non potest dici esse aliquo modo imminutum, nõ reuocatum eum, nec ¶ ipse quidem Imperator possit, l. priuilegia. C. de sacr. sanct. eccles. vbi Doctor. & ha betur in l. non amplius. §. si eorum. de leg. j. Secunda est ratio, quia cum ipsi sint proximi flumini, debet alie us exiccatu ad alios ¶ pertinere: per text. in l. ergo. §. Celsus. de acquirend. rer. dom. & in l. adeo. §. quod si ex toto. eod. titul. quæ iura generaliter loquuntur, vt ele

ganter fuit per alios confaltum, nec probabilis est differencia, quomodo exiccatus fit alueus, an naturaliter, an opere manu facto, iura enim non distinguunt, imò non esse inter hos casus differentiam tenuit gloss. not. communiter approbata. in l. v. §. de arbore. super verb. translata. ff. de rei vendi. quam ibi sequitur Angel. Alberic. & ceteri veteres. & idem sentit Ioan. Faber. in §. præterea. in l. de rer. diuis. dum modo tale opus in fraudem prioris domini factum non sit, quod in casu nostro dici non potest. Nec me mouet: quod Franc. Curt. Senior consil. lxxiiij. in fin. in quadam additione, tenet oppositum, per quasdam allegationes: quæ vel probant contrarium: vel nihil faciunt in proposito. Et licet dicat existam esse consuetudinem totius Italiæ, non tamen ei est credendum: etiam si illustri doctor esset, secundum Iason. in l. de quibus. ff. de legib. cum concor. & etiam si adesser talis consuetudo, tamen non operaretur in præiudicium eius, qui iam esset dominus aluei, prout est monasterium ex privilegio Othonis. Item non operaretur aduersus personam ecclesiasticam, secundum tamen distinctionem Salic. aut in hen. cass. C. de sac. san. & eccl. & quia res ista, iudicio meo est clara, nõ in his vltieris: sed acquiesco interim laboribus domini Franciscini, qui quartus iunior fuit veteri Fracisc. tãtò est perspicacior aucta gl. in l. Gallus. in prin. de liber. & posthum.

CONSILII XXV. SVMMAE.

- 1 Derogatorium clausulam, iurorum tenor, non sufficere.
- 2 Consuetudinem & stylum esse probandum, nec doctoribus credendum.
- 3 Forme derogandum specialiter.
- 4 Consuetudinem Monachis concessa non tollere.
- 5 Stylum extra curiam non attendi.

NON videtur mihi, hunc Reuerendissimum de legatum posse procedere in causa aduersus monasterium Sancti Spiritus, artenta inhibitione ei facta per conservatorem, vigore privilegij in duli ipsi monachis, cui non tenetur derogatum per illam clausulam. Quorum tenor pro sufficienter expressus habetur, & c. est enim communis opinio Doctorum, non sufficere dictam clausulam: vt per Iasonem in allegato consilio cxxj. in quarto Decius consilio decimo clxv. clxvii. cum similibus. Non obstat, quod Cassadorus decisio. xxxviii. & Gomef. in regula triennali. quæ. Rion. xvij. attestentur in contrarium, de stylo Curie. Primò respondeo: probandam esse hanc consuetudinem nec stari dicto doctorum, secundum Ioan. de Imol. in l. j. §. nuntiatio. de oper. no. nuntiat. refert & sequitur Iason. in l. de quibus. ff. de legib. Secundo respondeo quod ipsi non loquuntur, quando privilegium traderet certam formam: secundum quam duntaxat posset ei derogari: quia tunc non sufficit generalitas illius clausulæ, sed seruanda est forma privilegij, secundum Felin. in c. nonnulli. de rescript. versicul. declaratio, prout in casu nostro, in quo datur forma per tres destinatas literas: & consensum presidentis. Tertio respondeo, quod consuetudo non posset habere locum in tollendis privilegijs particulari, non in ijs quæ concessa sunt, toti vniuersitati, seu congregationi istorum monachorum, nec quidem per solum Paulum Pontificem, sed multos alios antecessores: difficilium enim tale privilegium tollitur, secundum Ludo. Roma. consil. ccccvij. Parisium cxxxix. in iij. Quarto respondeo, quod quamuis Rota ita solita esset seruare: tamen stylus ille non attenderet extra curiam, in lite vertente in partibus, sicut dicimus regulariter de regulis Cancellariæ. Anchar. cclxxxvii. Zabari. lxxxix. Roman. cclx. Iason. l. j. ff. si certum perat. & ibi Decius in vltim.ectura. & in cap. ij. in ij. lectura. de constitut. Et licet aliqui doctores consuetudinarij contradicant non est curandum de eis: sed seruanda communis opinio doctorum ordinariorum, & constitut. derur mihi verius. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXVI. SVMMAE.

- 1 Debet fieri interpretatio vt donatio valeat.
- 2 Ex eo quod post secutum est, declaratur quid à principio actum sit.
- 3 Interpretatio fieri debet secundum quam actus valeat.
- 4 Appellatione pertinentiarum, quæ continentur.
- 5 Ea, quæ alijs diuisionem non recipiunt, respectu commoditatis seu vtilitatis diuidi.
- 6 Dispositio de re diuidenda quæ diuidi non possit, habet saltem locum respectu administrationis, & emolumentum inde proueniens.
- 7 Semper fit interpretatio vt aliquid sit factum eo modo, quo fieri potest. Vnde si laico concessæ sunt decimæ, intelliguntur concessæ quo ad commodum, non quo ad ius decimandi, quod est spirituale.
- 8 Valallus licet non possit alienare feudum, potest tamen emolumenta feudi ad certum tempus alienare.
- 9 Flumen publicum concessum priuato, non desinit esse publicum, quia iura non possunt mutari.
- 10 Alluionis ius.
- 11 Alueus derelictus, non est amplius alueus.
- 12 Possessionis commodum.
- 13 Possessorium iudicium questione iuris tertij non admittitur.

DONATIONIS Othonis 4. Imperatoris verba. Confirmamus, & firmissima traditione largimur Monticellum cum omnibus pertinentijs suis, aquam Padi Fluminis, cum ripis, molendinis, piscationibus, & cum omnibus pertinentijs suis, à portu Albera vsque ad buccam de Bauerale. Quæritur, quatenus donatio videatur ex flumine Pado? & cum id flumen sit publicum, & navigabile, & eius vsus sit communis iure gentium, iuxta §. flumina. cum sequen. in l. de rerum diuis. non est verisimile id actum, vt delineret esse publicum, nec posset inuitis monachis navigari: & ex eo quod sequutum est satis apparet, permanisse semper publicum, & in communi vsu omnium nauigantium: vnde & ex eo, quod post est sequutum, declaratur, quid à principio actum sit. I. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. & quod not. Paul. Castren. consil. lxxij. quod dicti reditus in j. in nouiss. Raph. Cuma. consil. clxij. Nec etiam est verisimile, actum esse, vt donaretur ipsa aqua fluminis prout sonant simpliciter verba: quia ea nullo in vsu esset monachis: & vt inquit Horatius, Labitur, & labetur. in omne volubilis æuum.

Et facit quod not. Bartol. in l. j. C. de mancip. & eolum. libr. xj. Fiet ergo interpretatio, secundum quam factus valeat, vt talibus verbis censetur donata omnis vtilitas proueniens ex dicta aqua, quæ alijs ipsi donanti competere: puta, piscationum, molendinorum, vt expressum est, item iurisdictionis: item alluionis item arborum ibi nascentium, & similia. Bartol. in l. j. C. de clausic. libro xj. Angel. in l. insulæ. ff. de re iudica. & quod not. Bartol. in tracta. Tyberiad. rubr. de alueo. quæ omnia comprehenduntur per appellationem pertinentiarum. vt per Castr. & Cuman. in d. consilij, maxime in donatione Imperiali. l. si quando. C. de bon. vac. libr. x. vbi Bartol. Bald. capit. j. de capit. qui cur. vendid. Et quod talis interpretatio debeat accipi, probatur. Primò, per text. in l. diuus. in princip. ff. de vsu & habitab. & regulam ibi positam, quod semper fit interpretatio pro valore actus, & vt emolumentum ad donatarium transferat. Secundò, quia videmus facta, quæ alijs diuisionem non recipiunt, tamen respectu commoditatis, seu vtilitatis, diuidi. l. si vt certo. §. final. in gloss. verb. vehiculi. ff. commod. l. via. §. j. ff. de seruitut. Tertio, per id quod not. Bartol. in l. inter tutores. in fin. ff. de administratione tutor. per illum tex. vbi dispositio de re diuidenda, quæ diuidi non possit, habet saltem locum respectu administrationis, & emolumentum inde proueniens, sequitur Felin. capit. quæ in ecclesiariis. de constitut. Deci. capit. prudentiam. de offic. delegat. Iason. l. stipulationes non diuiduntur, in j. oppon. Bartol. ff. de verbor.

obligat. Quarto, per id quod not. Bald. in l. vsu fructu. ff. solut. matrimo. vbi not. quod semper vt interpretatio, vt aliquid sit factum eo modo, quo fieri potest. vnde si laico concessæ sint decimæ, intelligitur de ipso eo modo, non de iure decimandi, quod est spirituale. Item licet valallus, non possit alienare feudum, potest tamen emolumenta feudi ad certum tempus, vt ibi per eum, quem sequitur Imol. Roman. Alexand. ceteri. Et ex ijs concludo, per talem donationem flumen quidè ipsum remanere publicum: quo verò ad emolumenta inde proueniencia, dicendum esse, quod pertineant ad monasterium, cui dicta donatio facta est, & ita semper per tempus immemorabile fuit obseruatum, vt ex processu apparet. Et ista quo ad hunc punctum sufficiant. In cæteris meremito præstantissimis dominis Aduocatis: quia copiosè & subtiliter responderunt ijs, quæ contra reuerendos istos patres adducuntur. Et ex ijs apparet, non ob stare quod nouissimè adducitur, quod flumen publicum concessum priuato non desinit esse publicum, quia iura naturalia non possunt mutari, secundum Afflic. decisio. cclxxxvii. & quod not. Alexand. consil. lvij. numer. ix. in vij. Angel. in l. j. §. fluminum. ff. de flumin. ideo in eo vendicant sibi locum leges de alluione loquentes. Nam respondeo, quod ista omnia adiuuant supra scriptam opinionem, secundum quam per monachi iure alluionis, tanquam in flumine publico debeat consequi morticias, de quibus agitur. Non obstat, quod cum alueus sit derelictus, non est amplius alueus, secundum Bartol. in tract. de alueo. verb. potest. in principio. Nam respondeo esto, quod hoc sit verum: tamen lacuna quæ superest, iure alluionis remanet monachis, tanquam emolumentum ipsis collarum beneficio aquarum, quod iure supra scripti privilegij ad eos pertinet. Non obstat, quod recedente alueo res reuertatur ad primam naturam, & consequenter accrescat accolis ex primæua & genuina natura. Respondeo enim quæ accolas hoc petent, & erunt in alio iudicio, tunc contra eos monachi disputabunt de iure suo, interim non debet do. Iudex opponere de iure tertij aduersus monachos, qui sunt in tertij verisimilissima possessio ne istius iuris. l. fin. C. de rei vendi. Præterea cum in hoc iudicio intentatum sit etiam per possessorem, hæc questio iuris tertij non est admittenda, maxime cum ex testibus apparet, istos accolas nunquam possedisse, nec verbum de hoc fecisse, vnde eis non queritur, nisi velint iuxta l. ij. ff. si ag. ve ctig. Bartol. l. 2. de except. rei iudic. Et talis allegatio ob stare etiam Casanis, qui non sunt accolas, nisi respectu certæ partis, de qua non litigatur.

CONSIL. XXVII. SVMMAE.

- 1 Dominus tenetur ad refectionem rei communis.
- 2 Qui habet seruitutem ad refectionem rei, tenetur vnde immedie seruitus debet.
- 3 Dominium vel seruitutem habentis indicia.
- 4 Ius ad aquam, ius reale non inferit.
- 5 Non presumitur seruitus, nisi quatenus concludenter probetur.
- 6 Actio ex empto est personalis tantum.
- 7 Quando ex duobus socijs vnus reficit aliquid, non secundum priorem formam, sed firmiorem, puta quia ex terreno faciat siliceum, vel ex ligneo lapideum, socius non tenetur contribuere.
- 8 Non ita est onerosa expensa quæ fit modicè quotannis respectu soluentis, quam vna magna, quæ fiat semel.
- 9 Impensum in re communi ex casibus non restitui.
- 10 Non sufficit quem se vtiliter gessisse in re communi nisi etiam nomine meo fecerit, & animo me obligandi.
- 11 Consuetudinem attendendam.
- 12 Appellatione rei de tota intelligimus.
- 13 Verba obscura interpretantur contra eum, qui se ex eis fundat.
- 14 Qui loquitur per verba generalia clare loquitur, non autem obscure, & fit interpretatio generalis.

Verba generalia generaliter accipi debent. Quælibet vox accipienda est in potentiori sensu. Potentior sensus est qui plura complectitur. Minori consuetudinem non nocere. De minoritate potest constare iudici ex aspectu. Ius irrigandi, debet intelligi secundum necessitatem agri. Dicitio dicta cum sit repetitiua præcedentium, debet referri ad proximè præcedentia.

IN vertente controuersia inter hos nobiles briosos, puto partes magnifici arbitri esse in pronuntiando, dictos reos conuentos non teneri ad contributionem expensarum, quæ factæ sunt per reficiendo irruatorem, seu catarachillu, quæ Latine septa dicuntur, & id pluribus rationibus. Prima est, quia licet teneatur dominus ad refectionem rei communis. leg. iij. C. de ædific. pub. & facit l. fundi Trebatiani. ff. de vsu fructu. lega. & qui habet seruitutem, ad refectionem rei tenetur: vnde immediate seruitus debetur. l. j. §. fin. ff. de aqua pluua arcen. l. eum. debere columnam vbi not. ff. de seruitut. rustic. prædior. tamen istud intelligitur quando sit in re, in qua quis habeat ius reale, puta dominium, vel seruitutem: & ita loquuntur allegatæ leges, & declarat Albertus de Rosat. in l. final. ff. de impub. in reb. do. fut. per illum text. vnde si daremus, quod in loco vbi sunt septa, isti rei haberent tale ius, possent prædicta procedere, sed istud non est probatum in causa, imò contrarium est in facto: quia si tibi haberent ius vel dominij, vel seruitutis, tunc quandoque cum operarijs in aquæ ductum, & fecissent multa quæ citra tale ius fieri non possunt, de quibus in l. refectionis. ff. com. præd. & tamen constat, quod nunquam fecerunt. Nec obstat, quod habeant ius tãdaquam di, ex forma instrumentorum, certas petias terræ: quia per hoc non probatur, quod habeant aliquod ius reale in ipsa matrice formula: imò eorum ius incipit ab eo loco, in quo aqua tum primum in suo incipit defluere. l. j. §. fluminum. Bartol. in l. quo minus. in j. quæst. ff. de flumin. & in l. j. §. hoc interdictum. ff. de aqua quotidi. & æstiu. nec presumitur seruitus, nisi quatenus concludenter probetur. l. altius. C. de feruitut. & licet non possent domini aquæ aliquid facere, quò minus aqua deflueret ad eos, sicut solita est defluere: tamen istud non est, quod ideo in ipsa formula vbi est septum, habeant isti in aliquod ius reale: sed est contranemire pacto de quo in instrumento, ex quo pacto oritur factio ex empto, quæ est personalis tantum, l. si ancillam. circa finem. C. de actio. empti. & ideo tenentur personale & hypothecariam dare aquam, vel sinere eam currere, ius autem dominij, vel seruitutis incipit ab eo loco vbi primum aqua ingreditur bona istorum, vt dixi. Et istud etiam inferunt verba instrumentorum, in quibus nihil dicitur de ipso aquæ ductu, vel iure riuu: sed tantummodo de iure irrigandi præta, certè istud ius potest incipere à loco vbi incipit: diuerti aqua extra riuu vel incile. nec dubium est, quin possit alicui competere ius irrigandi, dato quod non habeat dominium, nec seruitutem, sed aliter sibi hoc ius competat: puta, pacto, vel alia obligatione, vt dicit Veronenf. in titul. de seruitut. aquæ duct. in octaua princip. quæstion. versicul. ij. quæstion. ex prædictis, in fin. Secunda ratio est, quia cum prius istud septum esset ligneum, licet nunc per refectionem factum sit lapideum, non debet teneri reus ad contributionem: quia tãtò quando ex duobus socijs vnus reficit non secundum priorem formam, sed firmiorem, puta, quia ex terreno faciat siliceum, vel ex ligneo lapideum, prout est casus noster, socius non tenetur contribuere. l. parietem, vbi Baldus. ff. de seruitut. prædior. l. j. §. sed si quis terrenum. ff. de riuu. Bartol. Veronenf. in titul. de resect. & est magna æquitas pro hac ratione: quia cum reficiendo ligneum minus impendatur quam siliceum esset, iniquum aggrauari istos contra consuetudinem attentò, quod non ita est onerosa

respectu solventis impensa quæ fiat modice quotannis quam vna magna quæ fiat semel. leg. iij. ff. famil. erciscund. § plus. institut. de actio. Tertia ratio est, quia ita demum expensæ in re communi factæ, facienti eas per alium locum restituendæ sunt, si contemplatione eius factæ sunt, non autem si faciens aliis esset facturus ut est casus in l. ex parte. in princip. ff. famil. erciscund. ibi si amplius erogatum, &c. & est decisio Guil. de Cun. Ray. & Alber. de Rosa. in l. qui aliena. §. final. ff. de neg. gest. Et facit ratio: nam si non sufficit re vtiliter gessisse in re communi, nisi etiam teceris nomine meo, & animo me obligandi, l. in hoc iudicium. ff. commun. diu. dun. l. in area. ff. de cond. in deb. in casu autem nostro non est præsumendus hic animus: tum quia ad expensæ principaliter pertinebat utilitas huius septi. si quis nec causam. ff. si cert. pet. tum quia ista est minima pars quæ respicit hos reos considerata proprietate aque quæ ad actores pertinet, argumen. l. Marcellus. vbi Bar. ff. de donat. inter vir. & vxor. tum etiam quia denunciatam non fuit vtili contribuerent. argumen. l. Nefennius. ff. de negot. gest. & quod noc. Bartol. in l. si paterno. C. de negot. gest. Quarta ratio est, quia in his rebus si potissimum attendi debet consuetudo. l. ij. §. apud Labeonem. ff. de aqua plu. arcen. sed in facto asseritur, quod isti nunquam contribuerunt aliquid pro resciendo septo. Et dato quod hoc non sit probatum, tamen debet iudex adiuuare veritatem, & statueret terminum ad probandum, ne compellatur pars petere restitutionem, ut deinde in causa restitutionis probet, ista consuetudo etiam est verisimilis, attento pacto quo solum obligantur isti ad præstandum accessum causa rescindi specus, de quo argumento aliis dixi, non repeto. Quo ad secundam difficultatem, cum pactum sit, licere istis irrigare ex aqua dictæ rugiæ nouæ, non uideo, quid dici possit, quo minus intelligamus de tota: quia si appellatione rei, de tota intelligemus, ut dicit Bartol. in l. legatis. ff. de legat. ij. & est casus in l. si dictum. §. in stipulatione. ff. de iudic. & cum reactores sint domini totius, poterunt per tale pactum vendere facultatē, & ius irrigandi de tota. Non obstat, quod reseruatō debeat intelligi de re vendita: argumen. l. quæritum. §. denique Nerarius. ff. de fundo instructo. quia respondeo, nullam esse reseruationem, quod apparet cum non sit apposita aliqua dictio reseruatia: puta, saluo, vel reseruato, vel excepto vel similia: imò est pactum separatū & præiū, ut constat aperte ex eius lectura. Non obstat quod verba obscura interpretentur contra eum, qui se ex eis fundat. l. veteribus. ff. de pactis. quia in casu nostro sunt obscura, ex quo sunt certa, nam dicendo aquam propriam & strictē de tota intelligimus, d. l. si dictum. imò si quiloquitur per verba generalia clarè loquitur non obscurè, & sit interpretatio generalis. l. in lege. ff. loc. Facit, quia si verba generalia generaliter debent accipi. l. de pretio. ff. de Publicia. & si quilibet vox accipienda est in potentiori sensu. l. j. ff. si ager vec. si potentior autem sensus est, qui plura complectitur, ut est text. in l. cum lege. vbi Aret. ff. de testa. & in l. si tam angusti. vbi Angel. ff. de seruitu. glof. in rub. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Bald. & Imol. in l. cum pater. §. fidei. ff. de legat. secundo. Socin. consil. vltimo. in secundo volumine. Non obstat vsus subsequutus: quia vltia aliis dicta, cum iste si esset minor, non debuit ei nocere ista consuetudo, sicut nec præscriptio nocet, sed ipsa iure cessat. l. finali. C. in quibus caus. in integrum restitutio. si de minoritate potest constare iudici ex aspectu, iuxta not. per Bartol. in l. de ætate, de minorib. & sic tollitur etiam l. si sic constituta. ff. quemadmodum seruit. amit. Non obstat, quod de tota possent irrigari multa plura: quia respondeo, non esse verum in facto propter qualitatem prætorum, & si ius irrigandi debet intelligi secundum necessitatem agri, iuxta l. ex meo. ff. de seruitu. rusticorū prædior. tempore æstiuo. & si cicitatis, non esset dubium deberi totam: quia tunc aliter bene non posset irrigari.

Non obstat dictio *Dieta aqua*, appositam in reseruatione: ne: quia dato, quod si repetitina præcedentium, secundum Aretin. consil. vigesimo primo, censetur referri ad proximè præcedentia, iuxta gloss. in l. si idem. in fine. ff. de iurisdic. omn. iudicum. in proximo autem dicebatur de aqua dictæ rugiæ, & sic de tota d. l. si dictum.

CONSIL. XXVIII. SVMMA.

- 1 Pro instrumentis præsumitur.
- 2 Spoliatum iurare in litem nisi exhibeatur.
- 3 Probandi onus in dolum transferri.
- 4 Compensari in litem iurata.
- 5 Propter coniunctionem, quam habet cum genero, de facili præsumitur donatio.
- 6 Expensæ non debentur, nisi plene probatæ sint.
- 7 Testis singularis non probat.
- 8 Testis debet deponere de certitudine aliis non probat.
- 9 Sumptus iniuste facti non possunt repeti.

B Reiter & sigillatim in præsentia controuersia in qua de duabus litibus agit, cõsultus quid in vtraque iuris sit respondit. Et in causa Mariæ contra hæredem mariti sui, pro vxore facit, quia habet fundatam intentionem suam, ex instrumentis publicis, tã respectu dotis, quã paraphernaliũ, quã publicis instrumentis præsumit. l. cum precib. C. de pbarionibus. & ideo videretur quod deberet obtinere iuxta suam petitionem. In contrarium facit, quia per tres testes probatum est, quod illa domina post mortem mariti abstulit quoddam falcos, fultos saspellectile, & alij rebus, & oneravit currum, unde videtur contra eum duplici fundamento pronuntian dum esse. Primum est, quia stante decreto Ducali, possessio de functi continuatur de hæreditate in hæredem, & consequenter illa bona ablata, censentur fuisse de possessione hæredis: unde si mulier ea sustulit, competeret interdictum contra eam spoliaticæ ut dicit Bald. in rubrica de causa possess. & oneravit currum, & nota. & consuluit Decius consil. octuagesimo quarto, & licet in hoc sint opiniones, tamen ista est verior conclusio, si stantibus præsertim verbis decreti nostri, valde prægnantibus: cum ergo hæres dicatur spoliatus, & constet, per illos testes spoliatum esse factum licet non constet de valore rerum, debet illi deferri iuramentum in litem, & stabitur sacramento suo, in odium ipsius mulieris, quæ dolo dicta bona rapuit, ut est casus in l. si quando. C. unde vi. Secundum est, quia licet contra hanc mulierem non competat actio furti, nec actio criminis expilatiæ hæreditatis. l. aduersus. C. de crimin. expil. hæredit. tamen potest contra eam agi ad exhibendum, ut habetur in dicta lege aduersus, unde si requiratur, ut ex hibeat, debet exhibere: alioquin si deferretur iuramentum in litem hæredi, prout regulariter deferri debet in ista actione. l. tercia. C. ad exhibendum. l. secunda. ff. de in litem iurando. Et cum præsumptio sit contra eam quæ abstulit propter dolum suum, putarom quod onus probandi illi incumberet, videlicet, quod facci per eam exhibiti, & res in eis contentæ essent illimet qui fuerunt ablati, & eadem res: nam aliàs si videmus, quod propter dolum partis, transferitur in eum qui dolo egit onus probandi. l. cum de in debito in principio. ff. de probat. text. in authent. contra qui propriam. C. de non numerat. pecun. leg. consentaneum. in fine. C. quomodo & quando. iud. & habetur in l. si prius. ff. de oper. noui nuntiat. Et ideo concludo, licet huic hæredi facere requisitionem vxori ut exhibeat res ablatas: & ipsa non probante quid abstulerit, petere ut sibi deferatur iuramentum in litem, per quod in effectu poterit iurare iuxta conscientiam suam, quod sua interfuit tales res non fuisse ablatas, & quod iurauerit erit sibi compensandum aduersus petitionem mulieris. l. neque. vbi casus. C. de compensat. præsertim

Præsertim enim ista solutio quam cõpensatio Echæ maxime debent pcedere in casu nostro propter difficultatem probationis, ut habetur per multa similia apud Iason. in leg. si quis ex argenteis. §. final. ff. de edend. Circa secundum articulum, nunquid iste hæres teneatur ad restitutionem sui patris, quos asserit socer se fecisse? Et in hoc puncto aduertendum est, quia si propter coniunctionem quam habet socer cum genero, de facili præsumitur donatio. l. si paterno. C. de negot. gest. & hoc maxime consistit in arbitrio iudicis, qui ex qualitate personarum, & quantitate sumptuum, habebit dijudicare, ut habetur in d. l. si paterno. & in l. Nefennius. ff. de negot. gest. Sed etiam dato, quod in casu nostro censetur expensæ factæ animo donandi: tamen adhuc dico hunc socerem non posse obtinere iuxta petitionem suam, & id duabus rationibus. Prima est, quia ad hoc quod expensæ debeantur, oportet quod plene probatæ sint, præsertim quando sunt notabilis quantitates. ut est gloss. vbi omnes in l. final. §. in computatione. C. de iure deliberand. sed in casu nostro non sunt probatæ: nam respectu listæ factæ per Bernardinum Rantium, ille solus deponit, & est singularis: unde non probat. l. iurifurandi. in fine. C. de testibus. Item respectu testimonij perhibiti per Reschyum idem est, quia etiam ipse est singularis, & potuit fingere causam receptionis, unde non probat eadē ratione. Præterea dictum suum non est concludens, dum deponit, quod dictæ pecuniam potuerunt facilliter esse expensæ, & testis enim debet deponere de certitudine, aliàs non probat, ut habetur in rubrica. ff. de iure iurand. vbi per Modern. & in l. non hoc. C. unde legit. per Canon. in cap. in præsentia. extra, de probat. Secunda ratio est, quia vt apparet, maior pars illarum pecuniarum fuit data prætori, & senatori, qui ex forma ordinum, & Decretorum Ducalium, nihil possunt accipere, & committunt crimen concussionis, vel l. iulie repetundarum. unde dato, quod sumptus litis possint repeti, non tamen potest intelligi de sumptibus qui iniuste & contra bonos mores facti sunt: quia de talibus non est verisimile quod principalis concessisset. l. si procurator tuus. in fine. ff. de conditione in debiti. & ibi multa similia per Iason. & cum ex forma ordinum prohibeatur dicti iudices accipere pecunias sub poena quadrupli, non possunt neque à sponte dantibus recipere. l. prima. C. de stratoribus. lib. duodecimo, vbi Ioann. de Plat. in iuribus. §. final. ff. de regul. iuris. Præterea etiam aduertendum est, quia non videtur concludenter probatum, quod dictus socer toto tempore carcerationis remanserit Mediolani, & fecerit prædictas expensas: unde tot concurrentibus non potest dictus socer obtinere iuxta petitionem suam, sed d. Iudex arbitrabitur, & non habebit respectum, nisi earum expensarum, quæ concludenter probatæ sunt.

CONSILII XXIX. SVMMA.

- 1 Fructus debentur ei, qui ius luendi habet.
- 2 Post litem contestatam indistinctè veniunt fructus in penda eius, qui litigare maluit, quam restituere rem, etiam si talis esset bona fidei possessor.
- 3 Fructus sunt accessorii.
- 4 Exclusus à feudo, censetur etiam exclusus à fructibus, &c.
- 5 Condemnatus ad fundum, non ad fructus, censetur respectu fructuum absolutus, adeo vt ad fructus amplius peti non possint.
- 6 Forma statuti ad vnguem obseruanda, quando statutum stat prohibitiuè, & habet perpetuam causam prohibitionis.
- 7 Actus haberi debet pro impleto, quando quis offert separatim, &c. quia per talem oblationem declaratur per offerentem non stare, &c.
- 8 Iudex non imparit officium suum, nisi petenti.
- 9 Quando statutum denegat actionem alicui, nisi seruata quadam forma, tunc iudex non debet eum admittere, etiam si pars taceat.
- 10 A die iuramenti cessabitur esse in mora, & ad fructus tenubitur

Equistus vt me subscribam consiliis præstantis. doctorum Rubei & Cati, paucis ero contentus, ne videar quoddammodo in syluam ligna deferre, vt prouerbio dicitur, & quia duo potissimum articuli ab eis attinguntur, dicam breuiter quid sentiam. Circa primum, an rei conuenti teneatur ad fructus perceptos, erga presbyterum Fracisc. Sebastianum, & Franciscum Bachinos, puto non teneri, quia licet fructus debeantur ei, qui ius luendi habet, vt est textus in l. ij. C. de pactis. inter empt. & in distinctè post litem contestatam veniant fructus, in penam eius, qui litigare maluit, quam restituere, vt est text. in l. nemo rem. §. si post moram. ff. de verb. oblig. idque etiam si talis esset bona fidei possessor. l. certum. C. de rei vendic. tamen hoc est verum ut fructus debeantur ei, qui rem obtinuit, quia fructus tanquam accessiones rei debentur: sed respectu tertij, qui non obtinuit indubitatum est eis nihil deberi: cum ergo isti non obtinuerunt, sed alius, id est, ille minor, frustra illi petant tales fructus, obstat enim eis prima exceptio, quia fructus sunt accessorii. l. iij. C. de pos. l. si merito. §. final. ff. soluto matrimonio, vbi Alexand. & ipsi exclusis à principali. id est, à feudo, censetur exclusi etiam à fructibus. Obstat etiam secunda exceptio, quod cum versus minorem si condemnati sint rei ad fundum, & non ad fructus censetur respectu fructuum absoluti, adeo vt per amplius non possint. l. terminato. C. de fruct. & lit. exp. si excludit minor, multo magis ipsi. Obstat & tertia exceptio proueniens ex dispositione. l. is à quo. ff. de rei vendic. cum enim minor obtinuerit, sequitur quod ipsi non habent bonam causam: sicut ergo succubuerunt in fundo, ita & in fructibus tanquam accessoris. Obstat & quarta exceptio, quia ipsi non seruauerunt formam statuti de qua infra. Circa secundum articulum concernentem merita causæ, an isti potuissent obtinere ex quo non iurauerunt secundum formam statuti, sed simpliciter obtulerunt se paratos iurare? Et puto veram esse illam opinionem, quod non sufficiat talis oblatio, quia si forma statuti ad vnguem est obseruanda, quando statutum stat prohibitiuè, & habet perpetuam causam prohibitionis, vt in casu nostro. leg. non dubium. C. de legibus gloss. in cap. tua. de spons. duo. maxime cum adiecta sit clausula actus in firmatua, quod, *Nullatenus admittatur ad vendicandum, &c.* capitul. dilecto. de præbendis. idque in actu iudiciali. gloss. leg. non intelligitur. §. diuus. ij. de iure fisci. Bartolus. in lege prima. quæstio. quarta. de exerc. Nec obstat, quod videatur sufficere si ista oblatio, tanquam ex ea deberetur, quod non stat per offerentem, & ideo actus debet haberi pro impleto. lege. iure ciuili. de condic. & demonstr. quia si istud posset esse verum in actu, qui non possit nisi per vtranque partem celebrari, sed cum præstare iuramentum pertineat solum ad iurantem, & possit volens iurare, ex forma statuti iurare, etiam si pars contradicat, si non iurat, non censetur stare per partem, sed per se. nec videtur adimpletæ formam. Nec ob. quod multis casibus sufficit quem esse paratum, & oblatio admittitur loco implemendi. lege. prætor. §. si quis paratus. ff. de ope. noui nuntiat. Nam respondeo, quod loquitur ille textus in stipulatione quæ non contrahitur, nisi veroque loquente, ad iuramentum potuit præstari ab actoribus, etiam si pars non acceptasset, imò vult Bartolus ibi in dicto. §. si quis paratus, quod non sufficit oblatio, nisi adducat etiam fidei iussorem, quia debet facere ex parte sua totum quod potest: ergo & in casu nostro debuit iurare actor, quia poterat. Nec obstant no. in lege, vniuersa. C. de precibus imper. offerend. quia tibi actio erat orta, & iudex non imperit, officium nisi petenti, merito subaudi tur clausula, si pars petierit: sed in casu nostro statutum denegat actionem, & repellit à limine iudicij, nisi seruata illa forma, & iudex non debet eum admittere, etiam si pars taceat, per ea quæ habentur in lege prima. §. pri-

ma. Equistus vt me subscribam consiliis præstantis. doctorum Rubei & Cati, paucis ero contentus, ne videar quoddammodo in syluam ligna deferre, vt prouerbio dicitur, & quia duo potissimum articuli ab eis attinguntur, dicam breuiter quid sentiam. Circa primum, an rei conuenti teneatur ad fructus perceptos, erga presbyterum Fracisc. Sebastianum, & Franciscum Bachinos, puto non teneri, quia licet fructus debeantur ei, qui ius luendi habet, vt est textus in l. ij. C. de pactis. inter empt. & in distinctè post litem contestatam veniant fructus, in penam eius, qui litigare maluit, quam restituere, vt est text. in l. nemo rem. §. si post moram. ff. de verb. oblig. idque etiam si talis esset bona fidei possessor. l. certum. C. de rei vendic. tamen hoc est verum ut fructus debeantur ei, qui rem obtinuit, quia fructus tanquam accessiones rei debentur: sed respectu tertij, qui non obtinuit indubitatum est eis nihil deberi: cum ergo isti non obtinuerunt, sed alius, id est, ille minor, frustra illi petant tales fructus, obstat enim eis prima exceptio, quia fructus sunt accessorii. l. iij. C. de pos. l. si merito. §. final. ff. soluto matrimonio, vbi Alexand. & ipsi exclusis à principali. id est, à feudo, censetur exclusi etiam à fructibus. Obstat etiam secunda exceptio, quod cum versus minorem si condemnati sint rei ad fundum, & non ad fructus censetur respectu fructuum absoluti, adeo vt per amplius non possint. l. terminato. C. de fruct. & lit. exp. si excludit minor, multo magis ipsi. Obstat & tertia exceptio proueniens ex dispositione. l. is à quo. ff. de rei vendic. cum enim minor obtinuerit, sequitur quod ipsi non habent bonam causam: sicut ergo succubuerunt in fundo, ita & in fructibus tanquam accessoris. Obstat & quarta exceptio, quia ipsi non seruauerunt formam statuti de qua infra. Circa secundum articulum concernentem merita causæ, an isti potuissent obtinere ex quo non iurauerunt secundum formam statuti, sed simpliciter obtulerunt se paratos iurare? Et puto veram esse illam opinionem, quod non sufficiat talis oblatio, quia si forma statuti ad vnguem est obseruanda, quando statutum stat prohibitiuè, & habet perpetuam causam prohibitionis, vt in casu nostro. leg. non dubium. C. de legibus gloss. in cap. tua. de spons. duo. maxime cum adiecta sit clausula actus in firmatua, quod, *Nullatenus admittatur ad vendicandum, &c.* capitul. dilecto. de præbendis. idque in actu iudiciali. gloss. leg. non intelligitur. §. diuus. ij. de iure fisci. Bartolus. in lege prima. quæstio. quarta. de exerc. Nec obstat, quod videatur sufficere si ista oblatio, tanquam ex ea deberetur, quod non stat per offerentem, & ideo actus debet haberi pro impleto. lege. iure ciuili. de condic. & demonstr. quia si istud posset esse verum in actu, qui non possit nisi per vtranque partem celebrari, sed cum præstare iuramentum pertineat solum ad iurantem, & possit volens iurare, ex forma statuti iurare, etiam si pars contradicat, si non iurat, non censetur stare per partem, sed per se. nec videtur adimpletæ formam. Nec ob. quod multis casibus sufficit quem esse paratum, & oblatio admittitur loco implemendi. lege. prætor. §. si quis paratus. ff. de ope. noui nuntiat. Nam respondeo, quod loquitur ille textus in stipulatione quæ non contrahitur, nisi veroque loquente, ad iuramentum potuit præstari ab actoribus, etiam si pars non acceptasset, imò vult Bartolus ibi in dicto. §. si quis paratus, quod non sufficit oblatio, nisi adducat etiam fidei iussorem, quia debet facere ex parte sua totum quod potest: ergo & in casu nostro debuit iurare actor, quia poterat. Nec obstant no. in lege, vniuersa. C. de precibus imper. offerend. quia tibi actio erat orta, & iudex non imperit, officium nisi petenti, merito subaudi tur clausula, si pars petierit: sed in casu nostro statutum denegat actionem, & repellit à limine iudicij, nisi seruata illa forma, & iudex non debet eum admittere, etiam si pars taceat, per ea quæ habentur in lege prima. §. pri-

mo. ff. ad Trebel. vbi Paulus Castren. Alexander. si & Iason & quod not. Abb. & canon. in cap. ij. de purg. vulg. & ibi cautio non respiciebat substantiam rei, sed accessi onem. I. hi qui accessi onis. ff. de fideiuss. statutum no strum requirit iuramentum ad rei substantiam, id est, ad petitionem principalem. Fortius dico, quod etiam si iudex de facto actores istos admisisset, quia parte non opponente, potest hoc facere. l. posthumus. ff. si quis ex ijs. ff. de inoffic. testament. & ad mittendo, seu procedendo ad vltiora, videtur eos approbare, referuata tamen exceptione in fine lictis, secundum l. a procedente. C. de dilat. cum ibi not. per Bartol. antequam tamen veniat ad diffinitiuam debeat re ipsa interuenire iuramentum per quod confirmatur iudicium. lege. si rem. j. ff. final. ff. de pignor. actio. & solum a die iuramenti censetur reus esse in mora. & ad fructus tenebitur, vt declarat Bartolus in d. ff. final. & ibi Salic. Fulg. & caeteri, vt merito nihil faciat quod appareat aliquos admissos ad agendum ex sola oblatione, quia non per hoc potuerunt obtinere, nisi vere ante diffinitiuam iurauerint, & a tempore iuramenti tantum mora incipit per superscripta, ex quibus apparet veram esse conclusionem superscriptorum dominorum consulendum. Saluo semper favore iudicio.

CONSIL. XXX. SVMMÆ.

- 1. Duo habent Castrum, cuius Castrum vnus habet duas partes, alius aliam. Qui habet duas partes propter timorem belli vult sumere custodiam totius Castrum, licet alius se offerat parte suam defensurum, dicendum est quod habens duas partes non potest se intrinsece et alio contra dicente.
2. Tempore belli licitum est Principi imponere custodes fortalis cui inuito vasallo.
3. Socius non potest in castro aliquid se intrinsece de parte consocij, nisi quando ille alienaret ad emulationem.
4. Prohibere possunt quis ingrediatur praedium meum inuito.
5. Nulli licet propria auctoritate custodes apponere in fundo, puta alieno sed semper implorandum est iudicis officium.

Vobis dominis quoddam castrum est commune, quorum alius habet duas partes, alter tertiam. Queritur, an, qui habet maiorem partem possit, inuito socio propter timorem belli, sumere custodiam totius, cum alius offerat se partem suam custoditurum. Paucis agendo, puto q, non quia in illa tertia parte non potest se alius socius intrinsece alio contradicente. l. haeres in fundo. de usufruct. legat. canon. omnes leges. j. distinet. alius agi potest iniuriarum, vt per Innocent. in e. j. de immu. eccl. & ita in casu simili concludit Bal. consil. clviij. proponitur. lib. iij. vbi dicit: nec quidem reipublicae hoc licere, sed dumtaxat mandare, vt quilibet muniat & custodiat castrum suum ne propter negligentiam amittatur. Secundò moueor per textum in l. turre. C. de oper. publi. & quod ibi notat Angel. vbi dicit, hoc non esse concedendum, nec quidem superiori, nisi quando sinistra aliqua opinio esset contra illud dominium, & sic videtur intelligendum illud q, vult Baldus, & Angelus in authen. nunc si haeres. C. de litig. vbi dicit t tempore belli licitum esse Principi imponere custodes fortalitijs inuito vasallo, sequitur. l. si l. domus. in fine. ff. de leg. & fideicommiss. primo. quia intelligitur vbi suspicio aliqua, vel negligentia vasallo argueretur. Tertio moueor per textum in l. officium. ff. final. ff. de re milit. vbi plures tribuni, qui habent curam Castrorum, licet ad eos clauis portarum afferri debeant, non tamen possit auctoritatis suae modum excedere, & sic vnus sub praetextu quod alteri non confidat, non debet de re ad auctoritatem alterius pertinente, se intrinsece. Quarto moueor, quia cum Castrum istud commune sit pro diuiso, ex quo vna pars est data vni alie duae per separationem areae, vel parietum, alteri. l. recte. ff. final. de verbor. signific. habentur pro dominibus separatis, & ideo non debet licere vni in parte alte

rius aliquid facere vt per doctores in l. serui electione. ff. de legat. & fideicommiss. primo. Quintò moueor ex not. l. quicumque castellarum. per illum textum, C. de fund. limit. lib. xj. vbi non potest socius in castro aliquid se intrinsece de parte consocij, nisi quando ille alienaret ad emulationem, sequitur Baldus, Alexander Iason. Moder. in dicta lege, serui electione. ff. si ali de legat. & fideicommiss. primo. at in casu nostro dominus tertiae partis nihil agit ad emulationem, sed paratus est pro sua parte custodire & defendere. Sextò & vltimò moueor, ex ijs quae notat Albericus de Rosat. post veteres in lege, si ita legatus. ff. dominus. ff. de vfu, & habita. vbi in proposito questione distinguit, aut ille qui vult custodiam adhibere, habet ius proprium in illa re, & non est denegandum hoc illi. vt si dominus, vult ponere custodes fructibus ne rustici auferant, ita procedit d. ff. dominus, aut volens custodire nullum ius habet in illa re, & tunc non potest, quia prohibere possum, ne quis ingrediatur praedium meum inuito. l. iij. ff. de acquir. rerum domin. leg. iniuriarum. ff. si quis. de iniur. l. diuus. de seruit. rustic. praedior. Subijcti Alber. t nulli casu id cuiquam licere propria auctoritate, sed semper implorandum iudicis officium, vt possessor patiatur custodem apponi, argument. l. illicitas. ff. de offic. praesid. l. litibus. C. de agrico. & censu. lib. xj. cum ergo in illa tertia parte nullum ius habeat dictus socius, sequitur non posse eum custodiam vllam militarem apponere.

CONSIL. XXXI. SVMMÆ.

- 1. Iuramenti tutoris forma, & quando praestandum.
2. Tutor praestare tenetur iuramentum quod vtilia faciet, & in vtilia praetermittet.
3. Si tutor non praestiterit iuramentum de faciendo vtilia, & potest remoueri, ac etiam accusari, tanquam suspectus, & praesumitur in culpa.
4. Descripta in inuentario faciunt fidem contra tutorem, & eius haeredes.
5. Tutorem in casu de dolo & lata culpa tantum teneri, non autem de leui.
6. Tutor tenetur conficere libros rationum minoris, et si non fecerit, vel si fecit, & nolit exhibere propter dolum, vel etiam leuem culpam ipsius contra eum iuratur in litem, contra heredem vero tutoris non iuratur, nisi propter dolum ipsius haeredis.
7. Tutor tenetur regulariter de dolo & lata culpa, & leui vnde quicquid ex hac causa commisit pupillo praestare debet.
8. Casus in quibus tutor tenetur ad vsuras seu interesse pupillo.
9. Actio tutelae est bona fidei, & in ea a tempore morae veniunt fructus, & interesse.
10. Pacto successionem non deferri.
11. Pactum post mortem agnatis applicari, non valere.
12. Ex pollicitatione non oritur actio.
13. Licet quis possit stipulari haeredibus suis tanquam haeredibus non tamen potest stipulari consanguineis, quia quoad ius stipulationis sunt extranei.

Reuiter in proposito casu agendo, circa primum dubium nunquid ex quo tutor non intravit in confectione inuentarij praesumatur in culpa respondeo, quod tutor tenetur praestare iuramentum, quod vtilia faciet & inutilia praetermittet. ff. final. in authen. vt hi qui oblig. se perhib. leg. final. ff. sed cum antiquitas. C. de curat. furios. & licet tale iuramentum non praestiterit in inuentario parum refert: quia lex eum non arctat ad hoc, sed satis est, quod antequam administraret, illud praestaret, vt etiam declarat Salic. in l. tutores. C. de administrat. tutor. & si tutor non praestiterit tale iuramentum, potest remoueri, & et accusari tanquam suspectus, & praesumitur in culpa vt habetur in d. l. tutores, & Roman. consil. cccxy. Circa secundum quod consignationem de bonis immobilibus, & iuribus tenetur facere tutor: respondeo, q, cum t descripta in inuentario faciat fidem contra tutorem, & eius haeredes. l. final. in princ. C. arbit. tut. si tutor in eo attestat est se inuenisse in eis bonis illa

nia illa iura, & immobilia tenetur pupillo tempore reddendae rationis ostendere illi iura, & instrumenta per q constat non solum de proprietate, sed etiam de possessione. quia illud, quod inuenit in bonis, importat etiam possessionem: sed si simpliciter attestatus est, talia bona esse de haereditate patris eius tunc satis esset, si ostenderet instrumenta respectu proprietatis tantum, & ita in terminis consuluit Bar. in consil. cccxxxix. incipien. proponitur quod Archolus. Circa tertium, quid iuris de creditores, an teneatur soluere pecunias descriptas in inuentario? respondeo, quod eo ipso quod sunt in eo descriptae per tutorem probant contra eum, q, illi debitorum sunt veri debitorum. d. l. final. & ideo dicit Bar. in l. tutor qui repertorium. ff. de administrat. tutor. & sequitur Salic. in dict. l. tutores. quod si aliqua deberentur pupillo de quorum probatione non reperiretur instrumentum in bonis pupilli, tutor non tenetur ponere in inuentario antequam exigat, ex quo ante exactiorem non dicitur inuenisse tale creditum: solum ergo debet ponere postquam exegerit, sicut ponuntur caeterae res ex post facto obuenientes. l. si. ff. rali. C. de curat. fur. vnde in casu nostro cum tutor asseruerit se inuenisse illa credita, debet ea reconsignare per instrumenta ita quod pupillus possit eos debitorum conuenire, & si nunc soluendo non sint, tenetur tutor de dolo & lata culpa tantum. l. iij. C. arbit. tut. non autem de leui, prout alias teneretur, vt in l. quicquid. C. eod. tit. in l. tutori. C. de neg. gest. per Bart. in l. quod Nerua. ff. de fidei. Circa quartum, non est dubium quod tutor tenetur conficere libros rationum minoris. l. j. officio. ff. de tut. & rat. distr. & si non fecit, vel fecit & nolit exhibere propter dolum, vel etiam leuem culpam ipsius, contra eum iuratur in litem. l. pen. C. de in lit. iur. & d. ff. officio. vbi Bald. contra verò heredem tutoris, qui est casus noster, non iuratur, nisi propter dolum ipsius haeredis. l. j. C. eod. tit. Circa quintum, nunquid haeredes tutoris teneantur ad interesse? respondeo, q, tutor tenetur regulariter de dolo, & lata culpa, & leui: vnde quicquid ex hac causa commisit, pupillo praestare debet. d. l. quicquid d. l. tutori. & etiam est gl. in l. j. ff. tutorea. in verb. inconsideranter. ff. de sup. tuto. & non est dubium quod pupillo praestari debet, ad eius haeredibus eo mortuo deberi. l. si pater. C. com. de success. vbi Bald. sunt etiam aliqui casus t quibus tenetur ad vsuras versus pupillum, vel hodie ad interesse, vt per Socin. consil. ij. in j. lib. vt si pecuniam pupilli conuertit in vtilitatem suam vel si negauit apud se esse, & contra eum pronuntiatum sit, sunt & alij casus de quibus laurus per Alberic. de Rosa. in l. j. & toto. titu. C. de vfu. pupilli. Illud constat generaliter, quod cum t actio tutelae sit bonae fidei. ff. actio. in lit. de act. a tempore morae in ea veniunt & fructus, & interesse. l. videamus. ff. j. ff. de vfu. & istud procedit etiam de iure canonico vt est glo. in c. cum venerabilis. extra. de except. Circa sextum, & vltimum, nunquid iste minor potuerit succedere in bonis donatis per patrem suum huic tutori patri suo, vigore pacti de quo in donatione, puto quod non: quia certae formae successio sunt traditae a iure, extra quas non potest habere locum successio: & ideo t per pactum non defertur huiusmodi successio, etiam si sit iuratum. l. pactum quod dotali. l. j. ceter. C. de pact. l. si donationis. C. de tran. l. j. in princ. ibi glo. de lega. iij. Bart. in l. stipulatio hoc modo modo concepta. in iij. casu. ff. de verborum obligat. Bartol. in consil. cccxij. promitto tibi. Alex. consil. vigesimo octauo in tertio, & consil. octuagesimo tertio, vna facti narratione. in secundo. Et licet in hoc sit aliqua difficultas, tamen in casu nostro ista est mera veritas. Nam cum in instrumento donationis simpliciter donans t dixerit, & voluerit, in casu mortis donatarij, bona applicari eius agnatis proximioribus, tamen tale pactum non valet, nec ex eo oritur aliqua actio ne q est pactum factu superre, quae non durat in dominio ipsius donantis. l. debitor. in fin. ff. ad Trebel. l. penul. C. ad exhib. & habetur in l. Publica. in princ. ff. de fidei. & hoc tanto ma

ximè, cum ipse donans, neque donatarij non appofuerint aliqua stipulatione nomine ipsorum agnatorum, nec aliquid vicissim promiserint eorum nomine: vnde non potest dici esse orta aliqua actio respectu agnatorum. Imò quantum sit respectu eorum qui erant absentes, illud pactum habet vim pollicitationis simplicis, quam pacti, vnde clarum est, t ex pollicitatione non oritur actio nem. l. tertia. ff. de pollicit. capitul. qualiter. extra. de pactis Guilielmi: de Cun. & Bald. in leg. senium. C. qui testamen. facere poss. cum similibus. facit, quia aut isti proximiores petent haec bona actione reali, & male petent, quia nullum ius reale per dictum pactum traslatum est, l. traditionibus. C. de pactis, & l. quoties. C. de donat. q sub mod. loquitur de vtili in personam, non autem in rem, vt late concludit Guid. Pap. q. dxij. facit quod not. Salic. in l. prima. C. de donat. causa mortis. vbi requirit stipulationem vel praesentiam partis, & licet quo mediante quaeritur absentis, aut petent actione personali, & non poterunt, quia illis nullum ius personae potuit quaeri, cum non agant tanquam haeredes contrahentium, sed tanquam proximiores haeredes: & licet possit t quis stipulari haeredibus suis tanquam haeredibus, non tamen potest stipulari consanguineis, quia quod ad ius stipulationis sunt extranei, vt per Bart. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & ita ego sentio.

CONSIL. XXVII. SVMMÆ.

- 1. Bona profectitia conferri debent.
2. Bona aduentitia non conferuntur.
3. Bona aduentitia conferri debent, quando succeditur ei a quo aduentitia prouenerunt.
4. Dos a Patre promissa censetur profectitia.
5. Prior causa attendi debet.
6. Dominium acquisitum per donationem, non potest a donatario auferri, & in alium transferri.
7. Clausula saluis legatis, quid importet.

Minio conferendam esse puto donationem de qua agitur, factam ex causa dotis, per patrem sponae & eius patrum. Et respectu t portionis paternae, res videtur clara & indubitata p l. filie dotem. C. de collat. Maior est difficultas respectu portionis patris: quia iura loquentia de collatione non loquuntur in successione transeuntiali, cum eorum respectu dos dicatur aduentitia, & certum sit t aduentitia non conferri. l. final. C. de collat. Sed tamen in proposito casu adhuc dico idem esse, & omnino collationem faciendam. Primò, quia cum ante patruus vltimo loco mortuus sit, & de eius successione agatur, peristas filias fratris proximiores in gradu, secundum authen. post fratres. C. de legit. haered. & authen. cessante. eod. titu. locus debet esse collationi: quia quod dicitur aduentitia non conferri. d. lege, fin. non t procedit, quando succeditur ei a quo illa aduentitia prouenit vt est tex. in lege vt liberis. verficu. cuius de haereditate agitur. C. de collat. vbi omnes no. & per Iason. & alios in d. lege final. Secundò, quia ista t dos quamuis a patruo promissa, censetur esse profectitia, tanquam patruus contemplatione ipsius patris dederit, secundum leg. profectitia. verficu. quod si quis patri. ff. de iure dot. & ita in terminis consuluit Paul. Castren. consil. nonagesimo sexto. incip. si dicta Cornelia in ij. vol. in nouis simis. & licet Ruinus dubitet de illo dicto Pauli Cast. quando fratres starent in communi, tanquam videatur patruus potius dedisse causa se exonerandi ex quo & ipse tenebatur addotandum, secundum l. si socius pro filia. ff. pro soc. tamen non est in iudicando recedendum a dicta opinione, si enim tenetur patruus propter societatem quam habet cum patre: ergo tenetur ex facto patris qui contraxit societatem, igitur dos est profectitia. dist. lege, profectitia. & non attenditur obligatio posterior proueniens ex societate, sed causa t prior per quam pater contrahendo fecit, vt patruus

Patruus teneretur, vt declarat Aretin. post Bart. in l. is po-
 test. in ff. de acquir. hered. vnde videtur patruus pro-
 misisse tanquam fideiussor patris, si erant socij, vt per
 Bartol. in l. reos. in fin. de duobus reis. & istud maxime
 dicendum est in casu nostro in quo vterque promisit
 tam pater, quam patruus. vnde arguitur, quod patruus
 promiserit comtemplatione patris qui principaliter te-
 nebatur, vt in simili per Bartol. in l. eu pater. ff. de
 legatis secundo. per Dec. con. fil. centesimo vicesi-
 mo primo. presertim cum alias sequeretur absurdum,
 quod plus iuris conserueretur hęc filia ex bonis patris,
 quam ex bonis patris, cum tamen appareat actum esse,
 vt equaliter in vtrisque tractaretur. Tertio, cum de suc-
 cessione patris huius agatur qui promisit hanc partem
 dotis, tenetur hęc nupta promissionem hanc parti sue
 imputare, & cohæredem acceptatione liberare, vt est
 casus in l. j. ff. penult. ff. de collatio. dotis, cuiem textum
 pro mirabili exclamat. Ludo. Roman. in l. post dotem.
 & ibi Alexand. ff. soluto matrimonio. Et ista possunt suf-
 ficere: quia alia duo motina nor multum vrgent, tamen
 pro maiore satis factioe, eis respondet. Circa secundū
 dum dicitur, quod dominū acq̄sistū per donationem
 non potest à donatio auferri, & in aliā transferri, &c.
 respondeo, ista fuit donatio post mortem ex qua non
 transit dominū statim & ideo frustra queritur de trans-
 latione. Circa tertium, dum dicitur non esse præsumen-
 du donatorē voluisse, quod bona donata cōserentur. ex
 quo dixit in instrumento donationis q̄ volebat omnia
 alia legata valere, & sic recessit à re ita mēto quo ad istā di-
 midiam donatam, quod non esset si conferretur. Re-
 spondeo, q̄ illa clausula in instrumento posita, & saluis
 legatis. operatur vt omnia legata debeantur, non obstat
 donatione, & sic siue ea conserentur, siue non, semper sal-
 ua sunt legata, nihil autem inferitur respectu collatio-
 nis, vt de se patet.

CONS. XXXIII. SVMMAE.

- 1 Administratorem finito officio non agere.
- 2 Quod quis sit procurator, v arde colligitur.
- 3 Dominus non est ille ad quem periculum non spectat.
- 4 Fundamentū intentionis alicuius, debet concludenter probari.
- 5 Administratorem officij nomine agere, & præsumi emisse no-
 mine officij, potius quāu nomine proprio.
- 6 Acquiri ab eo cuius nomine res traditur.
- 7 Officialem salis non præsumi se suo nomine vendere.
- 8 In re dubia sit interpretatio contra venditorem.
- 9 Superfluum non præsumi.
- 10 Procuratorem obligari suo nomine posse.
- 11 Non sunt mutanda, que certam formam iudicij habere.

NON video in proposita questione, quemodo
 Curtij possint obtinere aduersus hanc nobi-
 lem mulierē de Ferrarijs. Nam cum dominus
 Ambrosius esset & administrator Trasigi salis
 constitutus, per literas Ducales, finito eius officio, am-
 plius agere non potest. l. final. ff. de instito. imō si ageret,
 non posset agere nisi nomine Cameræ contra quam cam-
 eram, hæc Ferrarija opponeret exceptionem compen-
 sationis, cum sit creditrix de longē maiore sum-
 ma excusata olim Duci Ludouico pro subuentione. vnde
 non est dubium esse locum compensationi. l. si. C. de
 compensationibus. Nec obstat si dicatur, qui imō domi-
 nus Ambrosius erat creditor proprio nomine: quia sal-
 eratur sum, & respectu pretij salis quod ipse à Genuen-
 sibus emebat, transmisit creditum illud in suos hære-
 des. Nam ad istud fundamentum, vnde de tota controuer-
 sia dependet, respondetur varijs modis. Primò, quod im-
 dicitur agebat nomine cameræ, & tanquam procurator
 Ducis, quod probatur ex literis Ducalibus conceden-
 tibus dictam administrationem, & etiam ex nomine
 officij, quo appellatur generalis magister, & administra-
 tor, quod verbum, administratoris, eum significat, qui
 tanquam procurator, vel officialis agit, non qui nomi-
 ne proprio, vt est gloss. in rub. C. de administrat. rerum

public. libr. xj. Secundò, istud ex literis officij apparet
 per quas obligatur ad reddendas rationes, & promittit
 princeps stare libris ipsius, nec in eum resultat aliqua
 utilitas, nec damnum ex ipso sale, sed ad Cameram quæ
 omnia ostendunt, quod tanquam procurator agebat,
 vt habetur in l. si post mortem. ff. ff. quando ex fact.
 tut. Tertio, quod imō sal non esset suum apparet: quia
 omne damnum & periculum spectabat ad Cameram:
 vnde arguitur, quod etiam dominium erat cameræ, ex
 quo ad eum spectat periculum, qui est dominus. l. dam-
 num. C. locati. leg. j. ff. de peric. & commod. rei vendi.
 Quarto, quod sal esset ipsius domini Ambrosij est
 fundamentum intentionis ipsius, vnde debet conclu-
 denter probari, iuxta leg. verius. ff. de probat. gloss. in
 clem. fin. de rescip. nam quamuis probaretur, quod e-
 meret, cum tamen esset & administrator, potius præsu-
 meretur emisse nomine officij, quāu nomine proprio.
 l. pignori. ff. final. ff. de vsucap. Imol. Raphael Cuma.
 Alex. la. leg. post dotem, in lect. ff. solu. matrim. in leg.
 j. §. nuntiatio. ff. de no. oper. nuntiat. Bald. in leg. si pa-
 truus. C. com. vtriusque iura. Quarto incantatoris salis
 emunt illud à Principe, seu à dominiis magistris nomi-
 ne principis & ita facit iste Ferrarius: vnde, dato quod
 sal ipsum fuisse domini Ambrosij, cum tamen sit ipse
 incantatoribus traditum per dominum Ambrosium
 nomine Ducis, certè acquiritur tanquam à Duce, leg.
 Iulianus. ff. j. ff. de curat. furio. & no. in leg. seruum Ti-
 tij. ff. mandat. vbi procurator scienter rem suam tradens
 quasi rem domini, transfert dominū, & accipiens non
 tenetur illi, nisi tanquam procuratori, excepto quando
 procurator non posset habere recursum contra domi-
 num, vt quia dominus non esset solvendo, vnde in d.
 l. seruum Titij. est doctrina Bartol. in leg. procurator.
 qui pro euictione. circa med. ff. de procurat. Sextò,
 cum dominus Ambrosius esset administrator, & offi-
 cialis ducalis, accipientes sal ab eo verisimiliter contra-
 hebant tanquam cum officiali, & sic tenebantur ver-
 sus eum nomine cameræ: vnde si ipse f. voluisset quod
 sibi fuissent obligati nomine proprio ipsius, debebat
 eos admonere quod sal esset suum, non autem Princi-
 pis: vnde cum non fecerit sibi imputer. argumen. l. j. in
 fin. & l. quero. ff. de actio. emp. & in re dubia fiet
 interpretatio contra venditorem. l. veribus. ff. de pa-
 ctis facit q̄. not. Sign. in cōs. clxxxix. vbi consultit in ven-
 ditore salis, qui tenetur admonere emptorem de omni-
 bus qualitatibus dicti negotij. Et istud suadet ratio na-
 turalis: nam emptores videntes se tutos per compen-
 sationem versus cameram facilius inducti fuissent ad
 faciendum subuentionem Principi, quam si sciuisent
 quod pretium salis omnino fuisset soluendum domino
 Ambrosio in quem nullam compensationem obijcere
 potuissent. Septimò, quod sal non esset do. Ambrosij
 sed ipsius Ducis, apparet ex commissione officij ipsius
 domini Ambrosij, in qua mandatur, Quod Caneparij om-
 nes soluant ipsi dom. Ambrosij pretij dicti salis. nā si sal fuisset
 do. Ambrosij non fuisset opus aliquo mandato, de iure
 communi quilibet potest accipere pretium rei suæ
 venditæ, ex quo istud est de natura contractus. §. pre-
 tium. in sit. de emptio. & vendit. non ergo fuisset o-
 pus in priuilegio à Duce concessio, istud exprimi. leg.
 vni. ca. in fi. C. de thes. libr. x. & alias talis expressio esset
 superflua, quod tamen non est dicendum. l. si quando.
 ff. de legat. j. gloss. in cap. solite. de maior. & obed. Bald.
 in rub. C. de contrahen. emptio. ix. quæst. Octauò, li-
 cet pro dicto sale dom. Ambrosij nomine proprio se ob-
 ligaret mercatoribus Genuensibus à quibus emebatur,
 hoc tamen faciebat iure commissiois sibi à Principe
 factæ nec per hoc sequitur, quin vendendo illud, vende-
 ret tanquam procurator, vt est tex. in l. solutum. ff. per
 liberat. ff. de pignor. & in l. Iulianus. ff. si procurator. ff.
 de actio. empr. & p. Bar. in d. l. procurator. q̄ p euictione
 ista enim stat simul, q̄ qs obliget ipse, & tamē sit procu-
 rator, vt habetur in dictis iuribus, Non d, cū similis causa
 verteretur

10 verteretur in magistratu ordinario, fuit pronuntiatum
 contra istos Curtios in fauore domini Ioannis Ambrosij
 Balbi, contra quem adducebatur per Curtios istud vni-
 cum fundamentum, quod pretium salis esset domini
 Ambrosij. vnde licet exemplis non sit iudicandum, ta-
 mē salis inde inducitur coniectura probabilis, nec mu-
 tanda sunt, quæ certam formam iudicij habuerunt. l. mi-
 nimè. ff. de legibus.

CONS. XXXIII. SVMMAE.

- 1 Vestes & monilia que maritus donat vxori, remanent in do-
 minio mariti, nec censentur vxori donata, ergo & mari-
 tus quando cunq̄ ab vxore potest repetere.
- 2 In dubio non est præsumenda donatio.
- 3 Maritus tenetur ad alimenta vxori suæ & quidem vltra
 crū aut redditū dotis, dummodo & ipsa stet in obsequijs viri.
- 4 Appellatione alimentorum veniunt vestes, & monilia, que
 secundū qualitatem personæ & morē ciuitatis solent gestari.
- 5 Illa dicitur impensa necessaria, que citra verecundiam secun-
 dum mores ciuitatis omitti non posset.
- 6 Vestes lugubres concessæ ab heredibus viduæ non donatæ, sed
 concessæ ad vsum, intelliguntur & ideo ea viuente non pos-
 terunt heredes auferre nisi ad secunda transferret vta.
- 7 Commodatum ad certum vsum non potest, nisi finito vsum
 reuocari.
- 8 Prodigalia vestimenta que modernus abusus introduxit
 non censentur donata vxori.
- 9 Vxor potest ad libitum reuocare à marito paraphernalia.
- 10 Concessio ad certum vsum, ante vsum finitū est irreuocabilis.
- 11 Concessio paraphernaliū facta marito, censetur titulo depositi
 facta, quod depositum est reuocabile arbitrio deponentis.

Subtiliter aded, & diffusè in præfati casu allega-
 tū est p egregios dominos aduocatos, vt pau-
 ca superant quæ ego in medium adducere
 possim. Queritur ergo, an maritus possit ab
 vxore repetere vestes preciosas, & monilia sibi data, vt
 quia velit illa vendere. Et prima fronte videretur, quod
 sic: quia tales res remanent in dominio mariti, nec cen-
 sentur esse vxori donatæ. l. mortis suæ causa. §. si. de do-
 nat. inter vir. l. æstimatæ. ff. solut. matrim. sed potius datæ
 vtendum tantum. l. si vt certo. §. inter. ff. commod. pro
 maiore mariti honore. l. id vestimentum. ff. de pecul. &
 2 facit quia in dubio non est præsumenda donatio. l. cum
 deinde bito. de pbat. & cita tenet Bartolus in l. p. §. j. sol.
 mat. & cons. l. cum similibus, & est communis opinio
 vbi que approbata. Sed tamen puto verius esse, vt non te-
 neatur vxor marito repetere vestes de quibus agitur, aut
 monilia dare, sed possit retinere pro ornatu suo. certa
 enim est conclusio & communiter approbata, quod
 maritus tenetur ad alimenta vxori suæ, & quidem vltra
 tractum, aut redditum dotis, dummodo & ipsa stet in
 obsequijs viri. l. quod in vxorem. C. de neg. gest. l. si cū
 dotem. §. fin. autem ff. solu. matr. per Bar. l. si constante.
 4 in vlt. parte. q. 6. ff. eod. tit. sed & appellatione alimentorum
 veniunt etiam vestes, & monilia, quæ secundum
 qualitatem personæ, & morem ciuitatis solent gestari. l.
 verb. victus. ff. de verb. sign. ergo maritus ad hæc quo que
 tenetur. & dicitur talis impensa necessaria, q̄ citra vere-
 cundiam secundū mores ciuitatis omitti non posset. l.
 pecuniæ. vbi Bart. ff. de alim. & ciba. legat. vnde talia or-
 namenta & monilia propter nobilitatem d. Portiæ &
 eius mariti, ad necessitatem potius pertinent, & sic ad
 alimenta, quāu ad simplicem mariti honorem, prout
 in simili dicit Petr. de Anch. cons. 187. incip. in prædicto
 dubio. vbi de similibus ornamentis loquens dicit quod
 propter generalem consuetudinem, & mores ciuitatis,
 talia per maritos miti vxoribus solent, & esset quasi ve-
 recundia si non mitterentur: quia violarent consuetudi-
 nem ciuitatis, & propterea digni essent reprehensione
 apud graues & bonos viros: vnde concludit, quod pro-
 pter talem necessitatem non præsumitur donatio, sed
 concessio potius ad vsum, ita etiam tenet Felin. in c. sup-
 eo. 2. extra. de testib. & Cora. cons. 71. in j. cum ergo iste
 vsum concernat alimenta non debet posse reuocari, nisi

forte quatenus alia æquè preciosa maritus subrogaret.
 Nec obstat, quod isto modo videretur donata, quod esset
 contra communem opinionem: quia respondeo, quod
 non, imo solu. matr. reuenterentur ad hæredes viri, vt
 dicunt omnes in d. l. pen. §. j. & in l. j. §. sed nec castron-
 se. vbi Bartol. ff. de collat. bon. in l. filia cuius. C. fami. er-
 cisc. interim tamen debent remanere ad vsum vxoris,
 nec permittenda est ei reuocatio. Primò, quia cum vsum
 sit ei datus, debet intelligi perpetuò datus, dum stet in
 matrimonio: quia semper subest eadem causa. l. cum ij.
 §. si vni. ff. de tractat. vbi doct. in l. Aquilius. ff. de donat.
 Secundò, quia hoc expressim sentit Ioan. de Imo. in d.
 l. pen. §. j. vbi loquitur de vestibus lugubribus festiuis,
 & magni pretij, & concludit non censeri donatas per
 hæredes ipsi vxori viduæ: sed solum concessas ad vsum
 vt honorificè incedat pro honore mariti & hæredū arg.
 l. si vt certo. §. interdum. ff. commod. subijctiq̄, quod po-
 terit retinere donec stet vidua, nec poterit ei auferri ab
 hæredibus nisi trāseat ad secunda vota, vel post mortē, argu-
 l. si. C. de bon. mat. refert & sequitur Alex. in l. si vstru-
 ctus. §. dos legata. ff. ad l. Falcid. & eandem sententiam
 etiam consulendo sequutus est d. Benedictus Capra cōs.
 cxxxv. in 3. dubio, quod ergo dicitur supra scripto casu,
 idem & in nostro dicendum est, subest enim eadem ra-
 tio. Tertio, quia sentiunt hoc omnes d. d. qui concludit
 post mortem mariti huiusmodi, annulos & res precio-
 sas auferri posse vxori, sentientes interim dum matrimo-
 nium durat non posse auferri, vt habetur in dictis iuri-
 bus, & per Card. cons. 43. Ang. cons. 134. Lud. Ro. cōs.
 172. & 254. Caprum cons. 58. & cons. 73. Alex. consil. 41.
 in j. cum similibus. Nec obstat, in d. l. si vt certo. §. inter-
 dum. vbi videtur probari, quod censentur hæc orna-
 menta commodata esse: quia respondeo, quod loqui-
 tur in casu certo, vt ibi dicit Rapha. Fulg. præterea et-
 iam & commodatum ad certum vsum non potest, nisi
 finito vsum reuocari. l. in commodato. §. sicut. ff. com-
 mod. & quod habetur in l. Lucius. ff. de donat. & l. j. de pre-
 car. vsum autem hic fuit durante matrimonio, videretur
 enim maritus tacitè hoc egisse, vt dicunt supra scripti do-
 ctiores, & maxime Bald. in l. cita. C. de dona. ante. nup-
 t. verificat. di cerat vxor. vbi expressè sentit interim cen-
 sere donatum vsum, & cita etiam dicit Lud. Rom. in cons.
 cxlvj. verificat. Quarto, quia hoc modo concordabun-
 tur opinioniones doctorum, vt illi qui tenebant, quod ta-
 les vestes pretiosæ & iocalia censentur donata, intelli-
 gantur quoad vsum constante matrimonio, non post. vt
 Guid. de Suz. & Ricard. Malumb. quos refert Bald. in
 l. cum te. C. de donat. ante nupt. & Alber. de Res. in d. l.
 pe. §. j. & certè in casu nostro propter nobilitatem ipso-
 rum coniugum hæc opinio est probabilior, quam sequi-
 tur et Alex. cons. 42. in 5. vol. & in l. 3. §. ff. de muner. &
 hon. in apost. Bar. nec habet ista opinio aliquem, qui ex-
 pressè & in indiuiduo contradicat. Nec obstat, quod
 Bal. ait in cap. iurauit. de probat. quod & prodigalia vesti-
 menta que modernus abusus introduxit non censentur
 donata vxori. respondeo in casu nostro secundū qualita-
 tē personarū nulla est prodigalitas, sed potius necessitas p-
 ptar morē ciuitatis, vs & dixi. post Anch. Corn. Felin. Præ-
 terea, posito quod hoc sit verum, nihil tamen facit: quia
 non sunt vestimenta donata, sed vsum tantum eorum du-
 rante matrimonio videretur concessus, secundum supra-
 scripta. Nec obstat, quod vxor potest ad libitum reuo-
 care à marito paraphernalia secundum Bald. in l. vbi ad
 hac. verificat. iterum queritur. C. de iur. dot. & la. in l.
 maritus. C. de procu. ergo vice versa maritus res vxori
 concessas. Nam respondeo, quod concessio ad certum
 vsum ante vsum finitum est irreuocabilis. d. l. Aquilius.
 d. l. in commodato. §. sicut. sed & concessio paraphernaliū
 facta marito censetur titulo depositi facta. l. si
 ego. §. ff. de iure dot. quod depositum est re-
 uocabile arbitratu deponentis. l. j. §. est au-
 tem. & §. penult. ff. de positi.

CONSI. XXXV. SVMMÆ.

- 1 Pater tenetur dotare filiam suam de suo.
- 2 Pater tenetur filiam viduam suam redotare.
- 3 Si dos assignata primo viro sine culpa mulieris perisset, vel diminuta fuisset, tenetur pater ad dandum tantundem se quando viro, nisi conditio patris facta esset deterior.
- 4 Quando pater stipulatur reddi dotem filie, constat dotem filie donasse.
- 5 Pater in dote profectitia potest agere administratorio nomine.
- 6 Gener non potest convenire socerum cum quo nihil gessit.
- 7 Pater compellitur officio iudicis ad dotandum.
- 8 Paria sunt habere actionem, vel rem ipsam.

Icet in proposito casu, fuerit pleissimè allegatū & consultum per suprascriptos patres meos honorandos: tamen requisitus de subscriptione decreui pauca quædam addere, vt magis veritas per eos tacta elucescat. Et primâ fronte contra Titium patrem facit: quia pater tenetur dotare filiam suam de suo, l. qui liberos, ff. de ritu nupti & si vidua sit tenetur redotare, vt est glo. in l. filio, ff. sol. matr. & facit leg. si solus, p. filia, ff. pro socio, & text. not. in auth. de æqual. dotis, §. quia verò, vbi pater, solut. matr. tenetur conferre dotem filie, & eam deinde dare secundo marito, imò si se ipsa assignata primo viro, sine culpa mulieris perisset, vel diminuta fuisset tenetur pater ad dandum tantundem secundo viro, nisi conditio patris facta esset deterior, vt ibi dicitur. Et ista conclusio videtur procedere, etiam quod pater stipulatur se dotem reddi filie: quia licet tunc censeatur donasse filie, vt est casus in l. post dotem, secundum lect. Dyn. ff. sol. matr. & communiter tenetur: tamen adhuc pater non est propter hoc exoneratus ab obligatione legis, de qua in dict. §. quia verò. transumptiue posito in auth. sed quamuis, C. de rei vxor. actio. & ita in terminis tenet d. Thomas Parpalia, in l. i. §. q. si in patris, ff. sol. matr. vbi concludit, quod & in tali casu, quo actio dotis non sit coramnis patri & filie, sed solius filie tantum: puta, quia pater eam stipulatus sit soli filie reddi, nihilominus, sola matrim. filia non poterit agere sine consensu patris & in ea pater erit legitimus administrator, & habebit vsufructum, quæ decisio si est vera decidit in terminis propositionis dubitationem, mouetur per doct. Bar. in d. §. quod si in patris, vbi Bart. concludit, q. in dote profectitia potest agere administratorio nomine, pro filia, per gl. in l. cum dos in verb. neque proderit, ff. de pact. dotal. vnde colligitur, q. pater est legitimus administrator, quod dicit Aret. ibi esse nouū dictū, & ita etiam transit ibi Alex. & Soc. & alij Mod. vnde quamuis Dd. teneat per talem stipulationem censei patrem donasse dotem filie, tamen debet intelligi, vt per hoc non censeatur se abdicasse vsufructum & legitimam administrationem. Sed his non obstantibus, sentio cum suprascriptis dominis consultoribus, quod imò dictus Titius pater sit in totū liberatus, & non possit amplius conueniri. Et quo ad secundum maritum generum suum casus est clarissimus cum enim filia se illi nupserit absque alia promissione patris, non potest gener socerum conuenire, cum quo nihil gessit. Id quod nostrū, ff. de reg. iur. l. loci corpus, §. penult. ff. si ser. vend. maximè cum vxor sua sit dotata, per doct. in Bart. in l. obligamur, ff. de act. & oblig. Quo verò ad filiam idem dicendum est: quia dato, quod pater compellatur officio iudicis ad dotandum secundum d. l. qui liberos, istud non procedit in casu nostro, in quo proponitur filia esse dotata, & extare prædia empta ex pecunia dotali, quæ quidem prædia succedunt loco dotis, & habet mulier recursū ad illa in subsidium sicut si esset fundus dotalis, vt est casus in l. vxor marito, ff. de don. inter vir. & vxor. vbi Bar. Bal. Sal. Fulg. vñ cū in casu nostro, actio de dote sit tota filie, ipsa debet agere, & pater est liberatus. Non obstat d. auth. sed quāuis quia non procedit quando pater stipulatus esset dotem soli filie: quia tunc ipsa est domina, sed sola agit, sicut quando est emancipata, æquiparatur enim isti

casus ex identitate rationis. Non obstat decisio Parpalia: quia in contrarium est veritas, & Barto. in d. l. post dotem, in iij. quæst. sentit oppositum, dum dicit quod in tali dote pater nihil habet agere, & sic non habet neque vsufructum soluto matrimonio. Idem tenet Raph. Fulg. in l. fina, §. necessitatem. C. de bo. quæ lib. mo. uectur: quia neque de iure Digestorum, pater in dote profectitia habebat vsufructum ex quo tunc non erat inuenta talis acquisitio: sed solummodo post, per l. cum oportet, C. de bon. quæ lib. ergo ne hodie cum in profectitijs nihil sit immutatum, vt not. glo. in l. frater à fratre, ff. de condict. in deb. Idem tenet etiam Socin. in consilio 100. in iij. volum. vbi allegat ita tenere etiam alios Mod. in dicta. l. i. §. quod si in patris: & allegata in contrarium procedunt, quando dos esset cõmunis patri & filie, & ita loquitur Bartolus: non autem quando est tota quæ sita filie per stipulationem paternam, & ita expresse loquuntur doctores: vnde casus non habet difficultatem, & cum filia non concedat aduersus patrem, nisi officium iudicis ex æquitate descendens, vt dicitur in d. l. qui liberos, certè in hoc casu nulla est æquitas, vt filia quicquid à patre petat, poterit enim illi dicere pater, quod petis habes, ex quo actio de dote solum ad te pertinet, & paria sunt habere actionem, vel rem ipsam, vt in hac materia not. Bald. in l. facere, ff. sol. matrimonio. & per Mod. in l. qui actionem, ff. de reg. iur. Et hæc omnia saluo semper saniori iudicio.

CONSI. XXXVI. SVMMÆ.

- 1 Filij denegantur alimenta, quando habent artificium, vnde possunt ex proprijs lucris se alere.
- 2 Pater habens capitale non debet prestare alimenta de capitali, sed de lucro ex capitali proveniente.
- 3 Quis non potest compelli facere mercaturam de suis pecunijs, vt filios alat.
- 4 Iniuria est verbera facta Patri per filium, sunt causa sufficiens ad exheredationem.
- 5 Filij omnem casum tenentur operari Patri, alioquin alimenta illis non debentur.
- 6 In aduentitijs qualiacunque sint semper vsufructus debetur Patri, etiam si parts sint labore & industria filij.
- 7 Propter iuramentum oritur obligatio inter patrem & filium.
- 8 Non presumitur metus reuerentialis, nisi minæ probentur.
- 9 Confessio coram iudice in competente facta, valere non debet.

Iantum ad alimenta petita per filios Arnati, dicitur ea non deberi pluribus rationibus. Prima propter rem iudicatum in senatu de anno 1514, quæ ordinatio authentica exhibetur, per ipsam patrem, quæ verò exhibetur per filios non est authentica. Secunda, quia probatum est eos habere artificium, vnde possunt ex proprijs lucris se alere. l. si quis à liberis, §. idem rescriptum, in fi. ff. de lib. agnos. præsertim cum sint iuuenes, & validi, vt per Bartol. in l. prima, C. de mendic. lib. 11. Tertia, quia pater vix habet vnde se alat. Nec obstat, quod dicitur habere pecunias, & quandoque exercuisse magna mercimonia, quia si olim habuit, nunc non habet, nec probatio, quod aliquo tempore habuerit, infert, ad futurum, siue tempus lictis cõptæ respicimus, siue sententiæ, vt in terminis nostris concludit Alexand. in consil. 102. super primo de quo queritur, volumi. 2. allegat doct. Bart. in l. in confirmando, ff. de cõfir. tut. Item etiam si haberet aliquod capitale, non tamen de eo debet prestare alimenta, sed de lucro ex capitali ipso proveniente, vt est text. in l. tertia, §. primo, ff. vbi pupil. edu. deb. in l. Imperator, ff. ad Trebellianū per Salic. in l. i. C. de alim. pup. præst. per Alex. consil. 100. circa finem, volum. 1. sed in casu nostro quicquam probatum non fuit, neque capitulatum de tali lucro. Item ex redictibus præstanda sunt alimenta, & ita etiam dicit commissio facta dict. Ang. Panigarolæ nec reperitur quod si quis compellatur facere mercaturam de suis pecunijs, vt alar filios

l. nec

Inec emere, C. de iur. delib. & cū lapsi sint decem anni, & plus, satis possunt præsumi ista consumpta. Quarta ratio, ex attestazione Francisc. de monte, & Aluisij Biragiprobatum est, quod Paulinus dixit graves iniurias patri, & etiam eum verberasset, nisi ipsi impediissent, quæ causa est sufficiens ad exheredationem, §. aliud quoque capitulum, in princ. in authent. vt cum de app. eogn. ergo talis causa est etiam sufficiens ad denegandum illi alimenta, dic. l. si quis à liberis, §. idem iudex æstimare, vbi Bart. Quinta ratio, in omnem casum tenentur filij operari patri, alioquin alimenta illis non debentur, l. illis liberis, ff. de cond. & demonst. Bar. in l. Caio, §. fin. ff. de ali. leg. Bald. Ang. Salic. in l. i. C. de leg. Pau. Castr. in l. diuortio, in prin. ff. solut. matr. nec est probatum aliquid per quod constet culpa patris, eos non posse cum eo habitare, & multa sunt necessaria circa tale probationem de quib. per Alex. consil. 100. per totum, in 1. volum. Quoad legatum factum Ambrosij non est dubium, quin patri debeatur vsufructus: quia etiam si factum esset propter mercedem & industriam filij, tamen adhuc dicitur aduentitium, vt dicit Bar. in l. si tibi decem millia, §. si pact. & in aduentitijs qualiacunque sint semper vsufructus debetur patri, etiam si parts sint labore & industria filij, vt dicit tex. in §. i. in fit, per quas person. nob. acq. & in l. cum oportet, [C. de bon. quæ liber. & ideo casus non habet dubium, præsertim stante etiã protestatione ipsius Ambrosij iurata: vnde t propter iuramentum oritur obligatio, inter patrem & filium, vt dicit Bar. in l. si quis pro eo, ff. de si de iussori. nec presumitur metus reuerentialis, nisi minæ probentur, vt per Bar. in l. i. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. act. non der. Quoad res patris subreptas, cum constet de subreptione per ipsius confessionem iurata coram domino Leone Bellono, non est dubium propter dolum subtrahentium deferendum esse iuramentum in litem patri, respectu probationis quantitatatis secundum l. si quando, C. vnde vi. quod quidem iuramentum fuit petitur, vt apparet ex processu. Nec obstat, si dicatur, quod dominus Leo erat iudex incompetens, vnde confessio coram eo facta non debet valere, C. ar si cleric. extra, de iudi. præsertim stantibus literis Senatus concessis ipsi Ambrosio: quia ista exceptio tollitur per alias posteriores literas ipsius Senatus cõvalidates acta, vnde non est vltimus de hoc disputandum.

CONSI. XXXVII. SVMMÆ.

- 1 Bonæ fidei possessori necessarius impensus debetur.
- 2 Expensa necessaria dicitur illa, quæ citra verecundiam non possunt omitti dato quod nulla obligatione, nec ciuili, nec naturali debeantur.
- 3 Pater potest legare dotem nepti naturali.
- 4 Expensa funeris fieri debet secundum qualitatem, diuitias, & dignitatem defuncti.
- 5 Actus incontinenti gesti vis.
- 6 Afferenti aliquid incumbit onus probandi.
- 7 Spurio iure ciuili nihil relinqui potest.
- 8 Confessio Patris, appellantis filium spurium legitimum, non prodest, quia censetur in fraudem legis emanasse.
- 9 Verba enuntiativa inter contrahentes probant.
- 10 Filius qui viuente Patre fecit lucrum ex operis, suis & industria sua, non autem ex pecunia paterna, tale lucrum dicitur peculium aduentitium.
- 11 Pater potest simpliciter protestatione renuntiare vsufructui, quæ lex illi dedit in aduentitijs.
- 12 Aduentitia bona non communicari.

RESPONDETUR circa primum dubium Ioan. Andream teneri, nam in hereditate patris filij instituti, erant t bonæ fidei possessores, vnde Ioan. Andreas euincens illis partem hereditatis, tenetur ad resarciendum ex pensis necessarijs, sicut quilibet alius tenetur versus cohæredem, l. planè, ff. de petit. hæred. diciturque t expensæ necessariæ etiam illæ, quæ citra verecundiam non possent omitti, dato quod nulla obligatio, nec ciuili, nec naturali debeantur, vt dicit Bartolus, in leg.

pecuniæ in fin. ff. de alim. & cib. leg. & ideo debentur expensæ propter conuiuia attentata consuetudine idem demarosso quod etiam iure ciuili peti potest, l. j. & ij. ff. de proxen. & habetur in rubr. C. de ipon. salib. vnde etiam tenetur ad summam additam vltra legatum testamentum, licuit enim hæredi plus expendere, l. cum in testamento, ff. de verb. signifi. imò debuerunt, quia dotes creuerant, nec secundum conditionem suam poterant sororem minori dote maritare, ita in simili decidit Bald. in c. cum omnes, extra, de constit. & And. Sicul. in repet. rub. C. qui admitti, vers. 16. & vers. 23. dum commentatur regulam, l. qui hominem, ff. mand. Circa secundum respondeo, Ioan. Andream teneri, seruanda enim est voluntas patris, qui potuit legare t nepti naturali dotem, l. vxorem, §. pater naturalis, ff. de leg. ij. nec obstat statutum, quia non dicitur meliorata per hoc conditio domini Francisci, ex quo ipse non tenebatur ad eam dotandam, §. pater naturalis, vnde talis dos non esset conferenda, l. pater filie, ff. de euit. nec præsumitur data contentione filij, cum legatum sit sub nomine ipsius neptis, l. auus, vbi glo. ff. de iur. dor. & hoc maximè in dote naturalis filie, ad quam ipse auus non tenebatur vt supra dictum faciunt not. in l. quæ situm in princ. vbi Bart. ff. de leg. ij. Circa tertium, debet t expensa funeris fieri secundum qualitatem, & diuitias seu dignitatem defuncti, l. & si quis, §. æquum, ff. de relig. & sumpt. fun. vnde si ista Vergiati exhibita est talis, & ver. simile sit iudici non dubium, quin eius filius ad eam teneatur, p. portione sua, imò talis actio est priuilegiata, l. fin. ff. eod. Circa quartum respondetur, quod hæc obligationes ponendæ sunt in computis debitorum testatoris, quas constat ab eo contractas, & ideo hoc oportet probari: nec sufficeret præsumptio resultans ex actu in continenti gesto post mortem patris: bene talis præsumptio multum operaretur, iuxta not. in l. si ventri, §. si ff. de priuileg. cred. sed oportet, quod adiuuaretur per aliquas alias probationes: puta rationes testatoris, vel mercatorum, quibus solum fuerit, Circa quintum difficultas est in facto, an illæ perticæ, 27. possent commodè rigari absque aquis autis per dominum Philippum, vel non quod autem scarpæ fuerint perticæ, 27. in cumbit onus t probandi ipsi Ioan. Andream qui hoc asserit l. verius, ff. de probat. Circa hereditatem d. Pauli, dubium facit: quia cum non producat instrumentum legitimacionis Hieronymi, videtur quod institutio non valeat, tanquam de spurio cui nihil relinqui potest, authen. de cõplexis, C. de incest. nupt. nec t confessio patris appellantis eum legitimum, prodest: quia censetur in fraudem legis emanasse, l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de leg. ij. & ideo tali nulla debetur legitima. In contrarium in casu nostro facit, quia Ioan. Andreas per verba enuntiativa, appellauit eum legitimum, & ei successit ex fideicommissio apposito à patre: vñ videtur approbasse, iuxta not. in l. optima, C. de contrah. & committ. stip. & hæc opinio, mihi videtur verior: quia cum solâ ex causa fraudis possit contraheri instrumentis ex facultate concessa arbitro per compromissum, certè in hoc casu non potest dici fraus, si dominus Philippus secutus est voluntate defuncti, argu. gloss. in l. Titio fundus, de cond. & demon. non nego tamen quin casus habeat aliquam difficultatem, Quoad vltimum quæ situm casus non habet multam difficultatem, nam cum id lucrum quod facit dominus Philippus, t viuente patre suo, non fecerit ex pecunia paterna: sed solum ex operis suis, & propria industria, tale lucrum dicitur peculium aduentitium, l. cum oportet, in principio, C. de bonis quæ lib. per Bartol. vnde potest t pater simpliciter protestatione renuntiare vsufructui, quem lex illi dedit in aduentitijs, dict. leg. cum oportet, §. si autem res, quod non procederet in peculio profectitio, propter impedimentum patris potestatis iuxta not. in l. ij. C. de inoff. donat. l. placet, ff. de acquir. hæred. & consequenter valet talis licentia, & protestatione huiusmodi acquisita cõmuni-

sentur

centur fratribus, prout etiam alia de iure communi...

CONS. XXXVIII. SVMME.

- 1 Regulariter iudex ordinarius, est etiam iudex in articulo...
2 Iudex electus consensu partium ad diffinitionem tantum...
3 Compromitti posse de causa impediendo certamen...
4 Non licet pendente articulo preiudiciali procedere...
5 Duelli causam legibus dirimi...
6 Consuetudo non amplius operatur, quam prout est inducta...
7 Exceptio litis ingressum impediens, prius cognosci debet...
8 Consuetudo procedendi contra contumacem non debet extendi...
9 Militum contentiones iuregentium explicari...
10 Non est provocandum ad certamen, nisi ex magna causa...
11 In iudicio criminali prius solent iudices cognoscere de principalibus...
12 Vbi iudicium est nullum, ibi nulla est contumacia.

Vperioribus diebus respondi circa merita controuersie...

atur iudex vtriusque partis, prout in casu nostro Imperator, vel eius locum tenens, quod etiam factum, ut apparet...

nostro: tum quia decem viri Senenses adhuc non erant iudices, nec in eis fuerat consensus...

CONSIL. XXXIX. SVMME.

- 1 Collecte cum imponantur personae pro rebus, debent imponi in foro personae, non autem ubi sunt res...
2 Consuetudo cuius in iuris memoria non extat, habet vim priuilegii...
3 Solutiones in diuersis locis faciendae, et particulariter consensur onerosiores, non solum solventi, sed etiam exigenti, quam si fierent vno in loco...
4 Malitias hominum in indulgendum non est...
5 Illi quorum non interest, non debent audiri...
6 Statutum loquens in personam, non comprehendit forenses...
7 Qui vult obtinere in hypotheca, oportet ut probet rem fuisse in bonis debitoris tempore contractus...
8 Existens in quasi possessione, transfert onus probandi contrarium in aduersarium...
9 Statuentes non possunt derogare legi superioris...
10 Confirmatio generalis Statutorum, facta per Principem, non tribuitur ad correctionem legis, ab ipso Principe facta.

- 11 Testis qui indefinitè perhibet testimonium, non probat...
12 Dicitur illud, quod standum sit Doctori attestanti de consuetudine, non est verum...
13 Extra Territorium iudici impune non paratur...
14 Dicitur, Civitas quid...
15 Rescriptum Principis intelligitur secundum terminos iuris...
16 Mens Caesaris non est auferre ius tertij, nec ipsarum partium...
17 Vna met res diuersos iure censere non debet...
18 Inter limitare et corrigere discrimen...
19 Pontifex potest praecipua Christi limitare, non autem corrigere...
20 Limitationis virtus.

ST fundata intentio ciuim Mediolanensium possidentium bona in territorijs aliarum terrarum ducatus...

personae pro rebus debent imponi, in foro personae, non autem ubi sunt res: cum in loco rerum sint forenses, quibus non possunt imponi talia onera...

trarium in, ciuilibus suis seruari uellent, leg. penultima C. de solutionib. Nec eos adiuuare, quæ subtiliter in motiis sunt contra Mediolanenses allegata: & in primis dum limitetur communis conclusio posita in d. l. rescripto. §. si non habere locum, nisi in ciuitatibus in quorū territorijs bona sita sunt, adessent statuta, quod omnia bona essent obnoxia pro collectis, & alijs oneribus, secundum Bart. l. vnica. C. de mul. & in quo loc. Alex. consil. 101. in i. cū similib. Respondeo istud in facto uerari an habeant ista statuta, & cum peruoluisset statuta Parisiensium non reperi tale statutum. Item si adesset, opereretur aduertere quemadmodū sint concepta uerba statuti. Si enim in persona loqueretur non comprehenderetur forensis, secundum Bar. in l. i. C. de sum. Trini. & fide cathol. Ruy. consil. cxcv. in 1. idem si diceret, quod bona ciuium essent obligata, &c. secundū Pract. Pap. in forma libelli. act. hyp. uel. sub eadem. Secundo respondeo, quod statutum non operaretur, respectu nisi bonorum futurorum, id est, quæ tempore statuti essent in dominio illius communitatis, non autem eorum quæ iam antea existerent de communitate, & pertinerent ad forenses ut sentit Bartol. in d. l. rescripto. §. si. & hoc secundum regulas iuris: quia qui uult obtinere in hypotheca, oportet ut probet rem fuisse in bonis debitoris tempore contractus & postea, scilicet, si solum ante fuisse. l. & quæ nondum sunt. §. q. dicitur. ff. de pign. l. i. princ. de pign. act. l. fin. C. quæ res pign. oblig. Ergo idem in casu nostro non enim potest ciuitas hypothecari bona, quæ amplius sua non sunt. & c. istud onus probandi pertinet ad ciuitatem, sicut in supra scripto exemplo pertinet ad creditorem pretendentem hypothecam. d. §. quod dicitur. d. l. si. cum similibus. Et maxime cum Mediolanenses sint in ista quasi possessione, quæ transfert onus probandi in aduersarium. l. si. sed si quæ ratur. ff. si seruit. uendi. & quia ista possessio est antiquissima & supra hominum memoriam uideatur presumitur antiquior ipso statuto, ut consilium Rapha. Com. quod consilium refert, & sequitur Soci. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posth. Tertio respondeo, quod si qua sunt de hoc statuta censentur limitari per constitutiones Principum & præsertim Archiepiscopi Ioannis, de quibus supra dixi: quia non possunt statueri: derogare legi superioris. c. si duobus. §. si. extra. de appella. ubi omnes not. & in c. ecclesia S. Mari. extra. de cõstit. & c. confirmatio generalis statutorum facta per Principem non traheret ad correctionem legis ab ipso Principe factæ. l. do li clausula. ubi. Doct. de uerb. oblig. l. legata in uulnere. ubi. Ias. ff. de leg. . Bart. l. si quis sub. ff. de cond. in sit. Quarto respondeo, quod ciuitates possent prætere, stante tali statuto hanc hypothecam contra Mediolanenses si ipsi soluerent pro Mediolanensibus, sed cum de falsitate sit æstimum ipsorum respectu bonorum, quæ possidentur à Mediolanensibus iam eorum nihil interest, nec possunt pretendere hypothecam ubi debitum principale nullū subest. l. soluitur. §. pen. l. seq. ff. quib. mod. pign. l. Labeo. ff. de pact. l. cum principalis. ff. de reg. iur. Non obstat aliud motiuum, dum secundo loco limitatur supra scripta conclusio, ut non procedat, stante in contrarium consuetudine, quæ consuetudo uidetur generalis per Italiã, ut etiam forenses allibentur in loco bonorum secundum Bar. in d. l. i. C. de mulier. & in quo loco. ubi etiam Ang. per Bal. l. etiam. C. de exec. rei iudic. Alex. consil. ccc. in ij. l. ij. in v. respondeo magis specialis apud nos consuetudo in statu Mediolani est in contrarium quæ probatur per constitutiones Principum, per æstimum retro factæ, & quia ipsi aduerentes fatentur quod Mediolanenses nec nunc, nec olim soluerunt, licet dicant, quod hoc fuerit per potentiam quod est fallum, & etiam si esset uerum, satis eorum confessione apparet talem consuetudinem, non esse introductam. Secundo dico, quod imo consuetudo stat in contrarium, & asserit iuri communi, & certiores probationes sunt, p. parte Mediolanensium. Tertio respondeo, quod attestatio

supradictorum D. doctor. non probat hanc consuetudinem, quæ est facti, & Doctores sunt testes earum rerum, quæ sunt iuris, non autem quæ consistunt in facto, maxime cum in diffinitè loquantur de ciuitatibus Italiæ, unde securi testis, qui in diffinitè perhibet testimonium non probat secun. Inn. & Abb. in c. auditis. extra. de præscript. ubi etiam Feli. Pet. de Anch. & Imol. in c. quanto. extra. de ijs, quæ sunt à prælat. Alex. consil. cxx. in j. & alibi sepe ita, qui in diffinitè dicit in Italia, non probat, respectu particularis ciuitatis: cum non sint iurati, nec possint probabilem rationem dicti sui asserre. Quarto respondeo, quod illud uulgare dictum, quo dicitur, standum esse doctori attestanti de consuetudine, &c. non est uerum etiam si essent plures Doctores. secundū Alexand. in l. post dotem. ff. sol. mat. per rationem. de de qua ibi per eum, & in terminis nostris per Aret. consil. cxxxij. inci. in causa quæ uertitur inter homines. uerf. c. secunda quod admitteretur. & illud dictum etiam reprobatur Ias. in l. de q. bus. ff. de legib. ubi alleg. Bald. Imol. & alios idem tenentes. Et certè in casu nostro non est opus recurrere ad has ambages: quia ex parte Mediolanensium probata est consuetudo conformis iuri communi, & contraria huic limitationi, ut supra dixi. Non obstat, rursus dum dicitur, quod ipsæ ciuitates non fuerunt citatæ ad confessionem æstimum Mediolanensium. & quod etiam ipsæ habent Mediolanenses, quamuis forenses, in suo æstimio. & q. debent collecte eis solui, non autem Mediolanensibus: quia extra territorium iudici impunitè non paratur. l. si. ff. de iuris. om. iud. Bar. in d. l. i. C. de mul. & in quo loco. Parpal. in l. placet. C. de sacrosanct. eccle. respondeo ista dictio ciuitatū, est satis confusa: & rectè intellecta, nihil obstat Mediolanensibus. & sciendum est iure debere ciuem in loco domicilij collectari etiam pro bonis extra territorij: quia (ut dictum) hæc onera imponuntur personæ principali ter pro rebus ipsius, ut dicitur in d. l. rescripto. §. si. & in l. munerum. §. patrimoniorum. & not. in rubr. C. de muner. patr. lib. x. & per d. Ruin. in d. consilio cxcv. in prin. & ideo non debent de hoc ciuitates conqueri, cum certissimum sit, q. Mediolanenses subeant dicta onera Mediolani non autem transeunt immunes. Et istud est certum ex æstimio factio anno 1524. & alijs æstimis prioribus. nec opus fuit in hoc citare alias ciuitates, quarū ius non legitur in oneribus merè realibus, in collectis uero nullum ius habent. Et ideo si aliæ ciuitates habent dicta bona in æstimio suo, istud est propter onera realia, sicut sunt taxæ equorum, hospitationes, pōtes, ut similia quæ soluuntur in loco, ubi sunt res ipsæ ut dicitur doct. in d. l. placet. & in d. l. i. & ita procedit text. in l. forma. ff. de cens. collectæ uero solui debent ubi est domicilium personæ. Non obstat, quod istæ collectæ uideantur esse mu nera realia, quia in dictio earum quando fit à Cæsarea Maiestate onerat locum dicendo, quod exigatur à statu Mediolani talis summa: unde non uidentur onera personæ, sed res ipsæ, & possessiones status secundum Alb. de Ruf. in rubr. ff. de mun. & hono. uerf. considerari tamē. respondeo illa uerba, exigantur à statu Mediolani, intelliguntur non à possessionibus, uel à rebus inanimatis, sed ab ipsiis hominibus status, qui homines exigantur pro rebus in loco rerum, pro personalibus, uel collectis in loco domicilij secundum terminos iuris de quibus in d. l. j. & d. l. rescripto. §. si. & rescriptum principis intelligitur secundum terminos iuris. l. ut gradatim. ff. de mun. & hono. l. ad muni. & Alb. loquitur quando onus est impostum rei tantum, ut teneantur omnes possessores, etiam non subditi inponenti: quæstio uero nostra loquitur, quando omnes sunt subditi, tam unius ciuitatis tūc uerissimè est uelle Cæsaream maiestatem, quod soluat prout de iure in loco quo soluere debent: quia tunc Cæsaris non est auferre ius tertij, nec ipsarum partium. l. 3. l. pen. C. de precib. Imp. offer. Non obstat, quod anno 1524. citra dictæ ciuitates collectauerint ipsos Mediolanenses, quod non uidetur ex alia cõtigisse, nisi propter consuetudinem collectandi forenses, quia respondeo, q. imo

imo ex alio contigit, nempe ex decretis, & constitutionibus ueteribus principum, quibus cauetur quod emptores soluant collectas. & subeant onera usq; ad nouam reformationem æstimij, & ratio dictorum decretorum est, quia emptores. cum non essent in æstimio anni 1524. non fuisset collectati in loco domicilij, in loco uero bonorum minus fuissent: quia forenses. d. l. rescripto. §. si. merito oportuit providere, quod saltem usque ad nouam reformationem soluerent in loco bonorum, & istud argumentis concludit, pro Mediolanensibus & iudicat manifestam calumniam aduersantium: quia si in loco bonorum propter consuetudinem potuissent collectari, frustra fuisset uisum per dicta decreta: quæ manifestè uolunt q. post nouam reformationem amplius non collectentur in loco bonorum, sed in loco domicilij. Non obstat, quod in præsentia solum tractetur de æstimandis territorijs singularium ciuitatum, ut cognoscatur quænam portio onerum subeudorum spectet cuilibet ciuitati, considerata ualore sui territorij: nec sit illa aliqua inter ciuitates, & particulares possessores bonorum, & c. respondeo, quod cum agatur de considerando ualore territorij, non debet imputari pars possessa per forenses, ex quo ciuitas eos grauare non potest, sed debet illa pars possessa imputari territorio possessorum: quantum in respectu collectarum, ut hæc uisus semper est factum: quantum uero sit respectu onerum merè realium, secus est ut supra dixi. d. l. forma. ff. de censibus. d. §. munerum. Et debent dominij iudicia meminisse istius motiui, & sententia sua expressè referre ad priuatum possessorem, ne sententia inter istas communitates lata illis præiudicet, maxime cum multi ex istis possessores sint, qui particularibus rationibus non possunt in loco bonorum collectari, ut quia dicta bona per inuesturas feudales sint separata à communitatibus ciuitatum: uel quia sint iuris ecclesiastici: & ab ecclesia cognoscantur citra uillam prorsus superioritate ciuitatis, uel quia prouenerint ex donationibus principum cū clausula quod talia bona habeant eadem immunitatem, ac si possiderentur ab ipso principe: uel quia alia ratione sint omnimodo exempta à dicto communi. & ideo in omnem casum referuandū est tale ius priuatis & (ut dixi) non debet hoc excidere de memoria dominorum iudicum. Non obstat, quod cum onera merè realia subeantur in loco bonorum, uideatur inconueniens, quod ista quæ imponuntur personæ pro rebus, soluuntur in loco domicilij, & sic fiat duo æstima. & tunc uisus res diuerso iure censetur. l. cum qui ædes. ff. de uicup. Respondeo istud est ponere os in celum, & arguere legislatorem de insufficientia contra ne in iuris. extra. de constit. quamuis etiam lex communis fundata magna æquitate, quæ non permittit forenses in istis collectis inquietari à ciuibus, qui procul dubio eos onerarent immodicè, & cogere ad ferendū onera, quæ ipsi nec digito uellet contingere, ut in Euangelio dicitur, quod maxime in ista lite apparet: cum enim ipsi proportionem Mediolanensium non grauentur, & sic nihil eorum interstita tamen conspirant contra eos: ut possint omnem onerum sarcinam ad illos transferre aduersus. l. i. C. de cens. lib. 11. Subest etiã illa ratio: quod cum in loco domicilij Cæsareus fiscus propter istas collectas auxerit uicigalia ut soluatur. 50. solidi pro modo farinae, quod antiquitus erat iustum pretium ipsius farinae, & sic tantum Mediolanensibus auferat fiscus, quantum de natura, & agrorum productio: iniquum esset, quod duplici onere isti ciues grauarentur soluendo tantam molituram. Præterea etiam in loco bonorum contribuendo cum ciuitatibus, alijs opereretur, quod fiscus istos Mediolanenses possessores in agro ciuitatū releuaret ab istis uectigalibus, quæ Mediolani soluuntur, & in alijs ciuitatibus non soluuntur, quæ esset magna confusio. Non obstat, q. teneant Mediolanienses ciuitates, quatenus accederet ualor bonorum possessorū, & in hoc fieret beneficium illis solis particularibus, qui in effectu pro illis bonis nihil soluerent, prout hæc uisus

uidetur factum: nam respondeo agere sunt gratiis aduersantibus qui admonuerunt ciuitatē ne sinat hoc beneficium particularibus. Sed pfecto non oportet docere Luscinias, ut cantent, etenim à seipsis exactores Mediolanenses sunt satis periti, ne sinat aliquē de rebus suis elabi, siue possideat in suo territorio, siue in alieno, cum ius indicendi collectas et in alieno ad eos pertineat, ut est uisum, & molitura, & bulletini, & ceteræ indictiones Mediolanensibus imponuntur. habito respectu ad uniuersum patrimonium quocūq; in loco illud habeat. & ciuitates aduersantes solū debet curare, ut ipse releuentur p dicta parte æstimij, quod sit ad collectas, non aut debet aduersus uetus puerbiū igne gladio fodere. Non obstat, q. huiusmodi bona non uideantur reportada ad æstimum Mediolani. ubi p ipsi bonis nihil soluitur, & q. ex hoc sequeretur desolatio aliarū ciuitatū: quia multi derelinquerent p priū domicilij, & uenirent ad habitandū in ciuitate Mediolani, &c. Respondeo, q. imo soluitur p illis bonis Mediolani & plusquā solueretur in dictis ciuitatibus, quod indicat macina, & bulletini, & mille nomina exactiōnū, quæ quotidiē Mediolani inueniunt. Et ualde abusus est illa ratio, q. sequatur desolatio aliarum ciuitatū: quia multi derelinquerent p priū domicilij, respondeo, nonne ciuitas potest retrahere ciuē suum iuxta l. §. i. & quæ ibi habetur, ff. de rei ued. Itē cū iste recedat nihilominus remaneat originarius. & non sit forēsis, nonne potest in patria collectari, nec p talibus litigat ciuitas Mediolanensis, sed p naturalibus & antiquis ciuibus suis. Non obstat ultimo, q. Cæsarea maiestas die 13. Maij expressè dixerit, q. de iustitia, æquitate, & conscientia est, q. bona æstimantur in loco, ubi sita sunt, unde quis ausit dicere contrarium? respondeo aliud est limitare, aliud corrigere, & lex euangelica, itē in quæ præcepta Christi possunt à Pontifice limitari: licet non corrigi, ut dicitur in c. i. extra. de const. sit ergo uera regula posita in literis Cæsareis cū limitatione tñ in oneribus, quæ personæ, causa rerū imponitur, d. l. rescripto. §. si. quæ limitatio p priè ptinet ad æquitate, & cōscientiã, quia regula est ius ipsum, limitatio est bonū, & quū p q. rigor regule reperatur. l. i. C. de legib. ubi doct. declarat Arist. l. s. Ethicorū, refert, & sequitur Gul. Budæus. in l. i. ff. de iust. & iur. Præterea respondeo, q. super illis literis non est faciendū fundamentū quæ emanauerunt ad falsam supplicatiōnē partis, quæ p sua sit Cæsari ita esse de iure, q. non erat, & ideo Cæsarea maiestas eas literas reduxit ad terminos iuris. Et certè cū ex erectione senatus maiestas sua nolit literas iustitias interitari à Senatu, & illæ non fuerint interinarū, non potest super eis fieri fūdamētū cū Senatus in re tā ardua, & tā cōtentiosa lite ciuitatū habitus fuit neglectus, ad petitionē harū ciuitatū Saragetiū, decipere Cæsareā maiestatem, & ueritate non Senatus earū calumniā reijceret & detegeret. Et certè qui persuaserunt hoc ciuitatibus, debent non mediocriter puniri, quorū cōsilio hæc lis adeo inique est suscepta, ut ipsi haberēt occasionē hoc nomine collectandi miseros rusticos, & mēsurandi ter, & quater territoria, & conuiuandi expensis uillarum sub prætextu boni publici, cum ipsi se ditaret, & pauperes agricolas expilarent, q. scio à Laudensibus quibusdā factū: cū ipsi in Laudensi agro bona possideant. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XL. SVMMAE.

1. Prouocatio conditionalis non obligat.
2. In materia Duelli qui conditionaliter intendit ab q. uillo dedecore, tanquam ineptè agentem negligi posse.
3. Qui in certamen singulare descendere uult, non nisi ex certa causa moueri debet.
4. In iudicialibus litibus intendens dissonantem, uel sub conditione, non auditur.
5. In re dubia contra scribentem fit interpretatio.
6. Sibi imputet qui clare & specialiter, & pure non est locutus.
7. Maior est iniuria quæ specialiter irrogatur, quā quæ sub quadam generalitate fieret.

- 8 In iudicio civili non admittitur petitio incerti a parte opponente.
- 9 Duellum introductum est ad similitudinem iudiciorum.
- 10 De ijs que ab animo pendunt, negatio alterius nihil facit, sed in totum statum assertioni protestantis.
- 11 Duellum est species probationis, et tunc fit cum de re incerta agitur.
- 12 Duellum ex causis differt.
- 13 Semper causa præiudicialis prius expedienda.
- 14 Semper conditio est prius adimplenda.
- 15 Quis ab uno provocatus, non potest aliam interim provocare, quoniam donec priori controversiæ impoſitus sit finis, aliam novam incipere non decet.
- 16 Chartula habens horam, est præferenda non habenti, licet ambe eodem die affixæ fuerint.
- 17 Nimia cautela plerumq; arguit dolum.
- 18 Vna præſumptio aliam tollit.
- 19 Duces exercituum provocari ad duellum non possunt, quia non debent sibi magistratus demandatam provinciam in easum dare, nec sue fidei mandatum munus deserere.
- 20 Is provocator est, qui alteri crimen obijcit.
- 21 Evadendum legi fieri, non est ferendum.
- 22 Adversus exceptionem doli, non admittitur doli replicatio.
- 23 Adversus actorem doli, admittitur doli exceptio.

Provocatoriæ chartulæ per Comitem Hug. ad illustrem Comitem Galeorum transmissæ, verba tres habent mentiones. Prima est. *Nicolaus Luscius vestro nomine mihi exposuit, quod vos dicitis bannum per me factum, ne subditi mei cum aliquo principe militent, et ut faceret vobis rem ingratam. Unde avo quod quoties ita dixeritis quod mentimini, &c.* Et circa hoc primū caput videtur mihi rem esse clarā, & non subesse causam pugnandi: quia chartula est cōditionalis, si dixeritis, &c. Bart. l. i. de condit. & demonstr. quod ob hanc solam causam, &c. Prouocatio autem cōditionalis non obligat, quia in hac materia duelli illud traditum est eum, q. cōditionaliter intendit, absq; vllō dedecore tanquā ineptē agentem negligi posse: quia quia id certamen descendere vult, non nisi ex certa causa moveri debet. l. prætor edixit. ff. de iniur. Quo fit, ut etiā in iudicialibus litibus disfundim, vel sub cōditione intendens, non autem si, qui illud vbi Alex. & Mod. ff. de verb. obl. Nec refert, an conditio expressim adiecta querelæ fuerit, an probabiliter propter ambiguitatem verborum dubitari de eo possit. In re enim dubia contra scribentem fit interpretatio. cui præſentia. extra, de probat. l. non hoc. C. unde legit. quia tibi imputet, qui clare, & specialiter, & pure nō sit loquutus. arg. l. veteribus. ff. de pact. Cū ergo non cōstet, nec sit verum, quod Comes Galeorus provocatus dixerit proclamationes illas sua tantū causa factas fuisse, apparet nō venisse cōditionē. dictę quocationis maxime cū et hoc nō sit verisimile q. præfatus Co. Galeotus dixerit, cū n. verba bāni essēt generalia, ne quis cum aliquo principe militet, comprehendebat non solum hunc provocatum, sed quemcūque alium. Unde non est verisimile quod provocatus ad se solum id arctauerit: cū si de solo bānum loqueretur atrocior fuisset iniuria: quia maior est iniuria, quæ specialiter irrogatur, quam quæ sub quadam generalitate fieret. l. ijs verbis. §. i. vbi Imol. & alij not. ff. de hæred. institut. Quæ res etiā ex eo clarius apparet, quod ipse Nicolaus negat se ita retulisse, & hoc sufficeret ad excusationem Comitis Galeoti provocati, etiam si Nicolaus hoc nomine priam querelam non intendisset, transmissa ad comitē chartula, de qua mox dicitur. Secunda est mentio, dū subijcitur, *Et tam de hac re, quam qualibet alia, quam dixisset, vel esset dicturi adversus honorē meum, &c.* Est enim hæc intentio, seu querela etiam ipsa incerta & cōditionalis. Unde merito reiicienda est rationibus supra scriptis. d. l. prætor edixit. Præterea etiā est proſus incerta: cū non sit expressum quid dicitur sit adversus honorē ipsius. Unde si cōstet in iudicio civili nō admittitur petitio incerta, parte opponente. l. fin. C. de omn. except. vbi D. d. nota etiam videtur dicendum in hoc duello, quod est introductum ad similitudinem iudiciorum, per Bar. l. i. C.

de lit. contest. que st. 1. & 2. Tertia est mentio, quatenus subijcitur, *Et quia per rogatum gentili Albinus apparet, quod vos dicitis cognovisse malum animum meum contra vos: quia fecit talem proclamationem, seu prohibitionem: ideo rursus dico, quod mentimini.* Quæ intentio, seu querela est quædā appendix, & accessio primæ superioris, & etiam ipsa fundata est in falsa causa: quia Nicolaus aliter dixit, scilicet q. Co. Galeotus haberet charū, q. depræhēdit in re tam modica malū animum Comitis Hugutionis erga se, & statim istis verbis, merito nō est admittenda: quia ipse Comes Galeotus haberet charū, vel nō habeat pēdet ab animo suo & consciētia sua, & de ijs quæ ab animo pēdet negatio alterius nihil facit, sed in totū statum assertioni protestantis. gl. aliē. in fin. instit. de act. Et in hoc nō est admittēdū duellū, q. quidem est species probationis: & tūc fit cum de re incerta agit. Bal. l. i. C. de debeat. li. circa fi. & l. cum fili. §. si. de leg. 2. Dec. cōf. 4. 86. Ar Co. Galeotus certū habuit, q. esset in animo suo, scilicet gratū sibi hoc fuisset. Nec dicatur, q. duellum potuit iudici propter adiectionem illius qualitatē, malum, quasi dicat, mentiris quod habeam malum animum: quia respondeo, q. verba chartulæ non patiuntur hunc intellectum, cum enim protestatio, de qua rogatus est Albinus ad quam fit relatio in chartula, simpliciter dicat, quod charum habuit, & c. illa verba mentiris necessariō referuntur ad principale verbum habuit, non aut ad diectionem, malum. Bar. l. si. 2. §. 1. de leg. j. merito ergo ista mētio nō debet valere & in omnem casum: cū tota pendeat ex verbis Nicolai debet prius expectari decisio litis cum ipso Nicolao. Et cum tres mentiones intenderit dicitur Comes Hugutio, debet de ipsis vno duello definire, ne controversia ista diuidatur. l. nulli. C. de iudic. & ibidem Bal. & cū in prima omnino superſedendū sit donec res expediatur cum Nicolao, necessario & hæc quoque interim est differenda: ne alias iterentur duella, quæ & lex, & consuetudo abhorret. Et ex ijs cōcludo non debere Comitem Galeotum pro nunc venire ad definitionem controversiæ, sed eum interim tutum esse tribus exceptionibus. Prima est quia principalis querela est cōditionalis, vnde euentus conditionis prius expectandus. l. cedere die. de verb. signific. & ita novissimē respōdit Decius dicto conf. 4. 87. vel (vt melius dicunt Dd. practici duellorum Petrus Iacobi in suo libello, & Paris de puteo) chartula cōditionalis tanquam inepta negligenda est, & laceranda, sic etiam in iudicialijs libellis fit secundum glossam in l. i. ff. de offic. assess. Secunda est, quia obstat exceptio præiudicij, cū enim Nicolaus transmisit chartulam provocatoriā ad ipsum Comitem Hugutionem quæ chartula est præiudicialis huic provocacioni, quam Comes ipsi Domino Galeoto intinuit, necessariō expectanda est diffinitio illius, quia tēper causa præiudicialis prius est expedienda. Bar. l. edita. 3. reg. C. de eden. & nihil refert, an causa ista, quæ præiudicialis est, sit prius mota, an eodem tēpore, semper enim est ipsa prius expedienda. leg. fundum. leg. seq. de excep. & ideo superflua est disputatio circa horam: cū cōstat vtranque chartulam eadem die fuisse affixam semper enim conditio est prius adimplenda, quæ conditio per chartulam Nicolai adimpletur. Tertia est exceptio ex consuetudine proveniens, quæ non patitur, quod quis ab vno provocatus alium interim provocare possit: quoniam donec priori controversiæ impoſitus sit finis aliam novam incipere non decet. si enim Comes Hug. cum Co. Galeoti cōcertans in hoc posteriores succuberet: & iure belli Co. Galeotus eum manu captū haberet posset Nicolaus eum vendicare, & quodā quasi euersionis iure in manum injicere, vt secum, qui antiquius ius habet decertare compellere vtramque in leges suas cogere. quo casu Co. Galeoti victoria cessa, inutilis que efficeretur: constatque a præiudicij exceptionem non solum tunc observandam cum de eo præiudicio certissime constat, sed etiam si quo casu cōstare possit. d. l. fundum. Nec obstat, q. provocatio Comitis Hug. videatur prior pro-

prior provocacione Nicolai: cū licet vtraque facta sit, & affixa sit sub diem septimum Ianuarij illa tamen Comitis habet horam, videlicet quintam decimam vnde ea videtur preferenda tanquam certior. Bal. & Salic. l. de rebus. C. de don. ante nupti. quia qui expressit horam probat tali horæ se chartulam in timasse: at qui non expressit, nihil de hora probat, vnde potuit posteriori id esse confectum cum ergo probatio sua non concludat, posterior ceteri debet. l. nō hoc. C. unde legit. & ita in simili exemplo Socinus tradidit, quem dein de Iason, & Decius sunt secuti. Socin. Iason. l. i. fol. matr. Dec. consilio clxxxix. vlt. dub. sed certè hæc sententia non videtur vera, & idem Socinus ex facto consultus aliter respondit. Soc. lxxvij. in iii. Felin. cap. pastoralis, de rescript. & ipse in l. electionibus ordinarijs soleo huic posteriori sententiæ adherere, sed (quicquid sit in rebus iudicialijs) in hac materia duelli, aliud omnino observandū arbitrare, quia milites non tenent hanc subtilitatem horæ describendę. l. fin. vers. arma. C. de iur. delib. sicut §. si debitori. ff. quibus mod. pig. vel hyp. sol. & qui describit, videtur propter nimiam cautelam effici suspectus. quia t. nimia cautela plerumque arguit dolum. gloss. l. si quis sub subditio. ff. de cōdit. instit. maxime in casu nostro, in quo asseritur, quod chartula Comitis Hug. fuit affixa supra chartulam Nicolai, unde satis apparet quod in chartula Nicolai erat prius parietibus præscripta. & ista præſumptio, quæ ex certioris horæ adſcriptione capitur, contraria coniectura, vel præſumptione tolli potest, quia vna præſumptio aliam tollit. l. diuus. in fin. de in int. restit. vbi Bal. & cum status sit coniecturalis plurimum tribuemus verisimilitudini, & alio non confitio, simpliciter cenſebimus eodem tempore vtrūque factam esse q. & Bal. non abſimili in casu docuit. l. si duos. vbi Bal. de exc. tut. Quamuis etiam si prior tempore fuisset præscriptio Comitis, adhuc idem esset, vt supra dixi, quia cū chartula Nicolai sit præiudicialis ad causam Co. Galeoti ea fuit prius expedienda. d. l. fundū. vbi doct. Et quia etiam quod Comes Hug. fuerit prior inſigendo parieti suam schedulam non tamen aliquid ius acquirit, aduersus Co. Galeotum, nisi ad die, quo verisimiliter pervenerit ad ipsius Co. Galeoti notitiam, Auth. si quis ei. C. de adult. quia tales denūtiaciones intimadæ sunt. l. si quis inſiciatus. de pos. nec obligant ignorantis, sed solū ad tēpore scientiæ. cle. causam. de elect. Illud non arbitror omitterendum eum militem, qui à Cæsare maiestate detulerit, id est quod honori suo detraxerit non apparet, melior ergo debet esse denūtiati conditio, vt interim parte rei sustineat. l. liberis. §. fin. cum l. seq. de lib. caus. Nec obstat, quod Comes Hug. sit præſenti rerū statu contentus, & ad Comitem Galeorum pertinere armis tuori honorem suum, respondeo istud procedere si mentiones essent datæ adversus eum, qui de crimine aliquo prius incusasset respondentem, sed cum hic cepta sit iniuria à mentione, licet Comiti Galeoto retrō illum mentionis imputare: sicut in simili dicimus quod t. aduersus exceptionem doli non admittitur doli replicatio, & tamen t. aduersus actorem doli admittitur doli exceptio. l. apud. §. Marcellus. de dol. except. not. in l. transactio. ne finita. C. de transact. & sicut si Comes Hugutio imputasset aliquod crimen Comiti Galeoto potuisset ei respondere, mentiris, ita si ei imputavit crimen triplicatę mentionis, cum ergo Com. Galeotus respōderit eum mentiri, ipse est exoneratus, & ad Com. Hugutionem pertinet via armorum accusacionē suam sustinere. Nec obstat quod dixerit separatim sibi designetur campus, non suspectus, &c. respondeo ista clausula, nihil operatur, cū nō sit circa ea, quod pendet à voluntate sua, quod pluribus exemplis in iure nostro probari posset, gloss. l. alimenta. C. de neg. gesti. Bart. d. l. edita. in fin. si operæpretium putarem. sed hæc satis & superſufficere arbitror. Salmo tamē semper saniore iudicio.

ipse sit actorum enim Co. Hugutio ei tres mentiones dederit, nihil habet vltra querere, & præſenti statu contentus est vnde ad Comitem Galeorum pertinet se exonerare via armorum & sic actoris partes sustinere. Confirmatur hoc ex verbis chartulæ, in qua Comitis Hug. in fine dicit, se paratum sustinere dummodo tempus se curus, & non suspectus ei designetur: designatio enim campi ad actorem pertinet, sicut electio armorū ad reū, Sed ijs non obstantibus dico contrarium esse verius, quod imo comes Hugutio qui præoccupavit missionem chartulæ est actor. Etenim t. is provocator est, qui qui alteri crimen obijcit. l. 2. ff. ad Turpill. & ad eum pertinet onus probandi. l. qui accusare. C. de eden. quæ probatio fit per duellum, secundum Bald. l. i. C. de de lib. toll. ca. i. de pac. ten. obijcit autem Com. Hugur. crimen mentionis ipsi Co. Galeoto, & crimē illatæ in honorem iniurię. l. i. ff. C. de cr. stel. ergo ipse probare debet, nec enim aliud crimen est quod in dicta chartula imputet aduersario. Nec refert, quibus verborum captationibus sit concepta, formula ea enim substantiā rei non mutat, sicut videmus in iudicij, in quibus non attenditur, quibus verborum technis partes vtantur, sed petitionis duntaxat formā & libelli conclusio. Bartol. l. inter stipul. in princ. de verb. oblig. aliā cautela verbo rum rebus ipsis prævaleret, potiorque simplici, & sano sensu esset sophistica expositio: imo aduersus publicam utilitatem esset, vt quilibet præoccupatis mentionibus ex actore reus fieret, vt commodum electionis armorū sibi acquireret. Fieret & facillimè fraus legi, quæ actori probationis onus iniungit, si captato aliquo verbo id in aduersarium transferretur, verbigratiā, damnatus homicidij, conqueritur quod iniuste damnatus sit cum ob tutelam suam fecerit: negat accusator, qui iam obtinuit: lex iubet damnatum provocatoris partes duello sustinere. cap. 1. de pace tenen. in vltis feud. at ille hoc modo posset fieri reus, si mentionem præoccuparet, vt qui accusatori sic præſcriberet, mentiris qui me neget ob tutelam fecisse, sic que t. fraudem legi faceret, quod sanè ferendum non est. l. cum. 2. §. sed cum lis. de transact. Accedit ijs, quod licet aliquid sit esse provocatorem iniurię, aliud certaminis, tamen in dubio accipienda est illa interpretatio, vt qui primus chartulā misit, iniuriā que intulit, & certaminis provocator censetur, si quidem de iniuria ab ipso dicta dando tales mentiones apparet, de eaverō quam denuntiat intulerit, id est quod honori suo detraxerit non apparet, melior ergo debet esse denūtiati conditio, vt interim parte rei sustineat. l. liberis. §. fin. cum l. seq. de lib. caus. Nec obstat, quod Comes Hug. sit præſenti rerū statu contentus, & ad Comitem Galeorum pertinere armis tuori honorem suum, respondeo istud procedere si mentiones essent datæ adversus eum, qui de crimine aliquo prius incusasset respondentem, sed cum hic cepta sit iniuria à mentione, licet Comiti Galeoto retrō illum mentionis imputare: sicut in simili dicimus quod t. aduersus exceptionem doli non admittitur doli replicatio, & tamen t. aduersus actorem doli admittitur doli exceptio. l. apud. §. Marcellus. de dol. except. not. in l. transactio. ne finita. C. de transact. & sicut si Comes Hugutio imputasset aliquod crimen Comiti Galeoto potuisset ei respondere, mentiris, ita si ei imputavit crimen triplicatę mentionis, cum ergo Com. Galeotus respōderit eum mentiri, ipse est exoneratus, & ad Com. Hugutionem pertinet via armorum accusacionē suam sustinere. Nec obstat quod dixerit separatim sibi designetur campus, non suspectus, &c. respondeo ista clausula, nihil operatur, cū nō sit circa ea, quod pendet à voluntate sua, quod pluribus exemplis in iure nostro probari posset, gloss. l. alimenta. C. de neg. gesti. Bart. d. l. edita. in fin. si operæpretium putarem. sed hæc satis & superſufficere arbitror. Salmo tamē semper saniore iudicio.

Consul. And. Alciati.

CONSIL. XLII. SVMMAE.

- 1 Senex maritus volens remunerare florem ætatis vxoris suæ, et donauit munus, et donatio valet.
- 2 Matri filia hæres.
- 3 Vxoris ex vobis percepta reddenda.
- 4 Localia et mobilia reddidit vir.
- 5 Possessor domus præsumitur possessor omnium, que in ea continentur.
- 6 Non debet legitimatus plus habere, quam habeat legitimus.
- 7 Comes Palatinus legitimatorem restringit.
- 8 Quando statutum nihil disponit circa aliquem casum remanet in dispositione iuris communis.
- 9 In materia stricta non arguimus de dispositione intestati ad dispositionem testamenti.
- 10 Filii cum legitimato æque vocari.
- 11 Legitimationem variè annullari.
- 12 Comes Palatinus non potest legitimare sine licentia Principis.
- 13 Legitimus in Empbitiosi ecclesiastica, non succedit, sed legitimus fit.

Hæc facta proponitur, quod Iacobus Belia habuit primam vxorem Ioannam de Barzijs, ex qua genuit Ioannem Ambrosium vnicum filium: quæ deinde anno 1475. die 11. Iunii decessit, & consequenter illi successit dictus Ioannes Ambrosius eius filius. Reliquit autem in bonis dotem suam, quæ est librarum Mccccxxx. Item protestationem notabilis valoris, de qua constat instrumētis publicis, Idem Iacobus duxit secundam vxorem Angelam de Vicecomitibus filiam domini Ottonis: ex qua suscepit Elisabetham, quæ nupta fuit Carolo Barzijs, & Margaretam vxorem Maphiæ Landriani, & Franciscam vxorem d. Hieronymi Chabri. quæ domina Angela, deinde anno 1499. die 14. Iunii, decessit, instituit dictis tribus filiabus suis, & etiam Catharina alia filia quæ non longo tempore fuit superstes matri. ita quod omnis eiusdem Angelæ hæreditas ad dictas tres sorores spectauit. In ea hæreditate aderant infra scripta bona. In primis dos sibi constituta a d. Iacobo in vna parte lib. 1700. & in alia parte lib. 2133. solid. 6. den. 8. Item formagios duos, & ghælandam pretij lib. 1700. donatos ipsi per d. Iacobum, qui cum senex esset, voluit remunerare florem ætatis vxoris singulari munere, quod casu valet donatio, vt est communis opin. in l. si diuortio. ff. de verb. obligat. Item localia lucrata per ipsam d. Angelam ex hæreditate d. Philippi de S. Aloisio prioris viri ascendentiæ ad summam lib. 1200. de quibus constat per arbitramēta lata a d. Antonio de Barcellis. Item partem hæreditatis sibi contingentem d. Ottonis patris sui, quæ fuit possessio Bicæ partis ccccx. Item domus quæ fuit Andreæ de Barbagnate cum lignaminibus, quæ ibi rebelegitimatibus plus habere quàm habeat legitimus, sequuntur doct. in ff. & quid si tantum. in l. Gallus. ff. de liber. & posthu. sed difficultatem facit in nostro casu, quia Comes Palatinus istum legitimauit eum iure prærogatiuæ, quam habent masculi ex forma statuti nostri, vt præferantur fœminis, & habet dictus Comes potestatem hoc faciendi etiam cum derogatione dicti ff. & quoniam variè, vt apparet ex eius priuilegio. Caterum huic difficultati respondetur, quod in dicto priuilegio tribuitur facultas legitimatis à dicto Comite, vt succedant etiam in maiore parte quàm legitimi quando ex dispositione legis municipalis, vel consuetudinis ratione sexus legitimi habent aliquam prærogatiuam, & ad hoc tendit derogatio d. ff. & quoniam variè. sed in casu nostro legitimi non habent hanc prerogatiuam, statutum enim nostrum dat hanc prerogatiuam in successu ab intestato, in successione verò ex testamento non dat aliquam prerogatiuam: imò si patet vult potest relinquere pl. filie fœminæ, quàm filio masculino: quia statutum de hoc casu nihil disponit, vnde remanet in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de condit. caus. da. & consequenter in casu nostro, videlicet, in dispositione testamentaria debet seruari regula d. ff. & quoniam variè. In materia enim stricta non arguimus de dispositione intestati ad dispositionem

tionem testamenti per gloss. & doct. in d. ff. & quid si tantum. vbi per hoc inferunt, quod quamuis text. in auth. de hæred. ab intest. ff. nullam. tollat differentiam emancipationis & patriæ potestatis, item differentiam agnationis & cognationis, tamen quia loquitur ab intestato non censetur eam sustulisse ex testamento, ergo idem in casu nostro. Cum ergo i meliorauerit d. Iac. conditionem domini Leonini in testamento, duplici modo tum per viam institutionis, tum per viam substitutionis factæ Ioan. Ambrosio, tollat differentiam ad dispositionem d. ff. & quoniam variè. Præterea respectu substitutionis factæ Ioan. Ambrosio est aduertendum, quia cum sit substitutio exemplaris succedens ex illa, dicitur succedere ipsi mente capto, non autem substituenti, sicut in simili dicimus de pupillari. ff. igitur institut. de pup. substitut. & habetur in leg. patris & filij. ff. de eod. tit. vnde cum succedatur mente capto, sequitur quod dominus Leoninus legitimatus ad eam hæreditatem non admittatur obstante statuto Mediolani, quo cauetur, quod nemo possit legitimari quoad successorem alicuius, nisi is de cuius i successione agitur consensum suum legitimati præstet. si ergo consensus non adhibeatur, quia quis nolit consentire, vel non possit iuxta l. cum proponas. C. de hæred. institut. legitimatus non admittetur. iste autem Ambrosius non consensus, ergo quo ad eius hæreditatem d. Leoninus habebitur pro non legitimo, & non succedet iuxta l. si is qui. ff. de vulg. & pupil. & licet in priuilegio comunitatis sit derogatum legibus prohibentibus, quem legitimati sine consensu filiorum legitimorum, qui tamen non censetur statuto nostro derogatum, quod simpliciter ita non disponit, sed solum quod ad hæreditatem non consentientis. Et hæc sunt quæ militat contra d. Leoninum respectu dictæ hæreditatis ultra quam plurimas rationes Francisc. de Curt. consilio lxxiij. super memorata. vbi multa adducit quæ annullat quandam legitimatorem, factam ab eodem Comite Palatino, quæ rationes militat in casu nostro. Et ultra eum in casu nostro militat: quia Comes non potuit legitimare sine licentia Principis: & licentia illa præstita est subrepticia, quia in ea asseritur quod Ioannes Ambrosius erat penitus demens, cui volebat pater exemplariè substituere, & tamen in facto proponitur, quod habebat dilucida interualla, & sic non potuisset fieri illi talis substitutio, vt habetur in l. humanitatis. C. de impuber. Alius articulus est circa bona emphyteutica ecclesie, in quo puncto clarum est, quod i legitimatus non succedit, vt habetur late per Ias. in l. generaliter. ff. cum aut. C. de instit. & substit. per Dec. consil. cxxxj. vbi probatur id procedere etiam si sit concessa emphyteusis cum clausula hæredum & successorum, quibus declarat, quod maxime procedit in casu nostro, in quo iste est legitimatus ab hæredibus aucto ritatem ab Imperatore. vnde talis legitimatio non trahitur ab bona ecclesiastica, imò in eis habetur pro spurio. Cin. & Salic. in authent. ex complexu. C. de incest. nupt. Bal. in l. ea quæ. versic. quæro, vtrum legitimatus ad feuda. C. de fideicommiss. Cum ergo d. Iacob. perierit statim illa bona applicata fuerunt Ioan. Ambrosio tanquam capaci, & habenti prærogatiuam vt præferretur fœminis secundum Bart. in l. vt iurisurandi. ff. si liberi. ff. de oper. liber. post mortē vero Ioan. Ambrosij. d. Leoninus excluditur tamquam incapax & admittentur venientes ab intestato ipsi Ioan. Ambrosio. & sic suæ sorores, nec tunc obstat regula quod videatur pro parte testatus decedere, vt declarant doctores in d. l. si is, qui. ff. de vulg. & in l. j. C. de sec. nupt. & sic non est opus inquirere, an ista mulier succedat patri suo in certâ re, vel in quorâ, & cessant rationes quæ in contrarium adduci possunt.

Tutor administrans ante confessionem inuentarij, potest moueri vt suspectus. Actio iniuriarum non est in bonis. Statuta non recipiunt materiam extensiuam. Dicitio consensus verificatur, et in ratihabitione. Ratihabito dicitur legitimo tempore facta, et reintegrata, modo facta sit ante sententiam. In materia quantuncumque odiosa et stricta ratificatio equis paratur mandato et consensui, qui a principio iniura uenerit. Furor est morbus sui natura perpetuus. Ex eo quod secutum est, satis presumitur quid a principio cogitatum fuerit.

D resolutionem difficultat, quæ inducuntur aduersus istam pacem considerandæ sunt tres rationes per quas tolluntur omnia obiecta. Prima est ratio, quia de istis præteritis subreptionibus fuit aliàs disputatum coram antecessoribus in officio Turoni, & deinde per eos pronuntiatum literas dictæ gratiæ obseruandas esse, quæ sententiæ transuerunt in rem iudicatam: quia non contra ius constitutionis, sed contra ius partis, id est, ius late essent. l. cum prolatis. ff. de re iud. & deinde amplius refricari in dubio non possunt, vt tandem sit finis litibus, nec quis sit in continuo periculo. l. singulis. ff. de exceptio. rei iudicæ. maxime quod Pontifex ipse ad se dictâ causam traxerit, & iudicibus omnibus inferioribus inhibuerit, ne se amplius de ea intromittant cap. vt nostrum prodeat. extra. de appella. in vol. Grego. Innocen. cap. cum Ma. Ferr. in fin. de constitut. doct. cap. j. de concess. præben. lib. vj. Petr. de Anchar. consil. lvij. circumspectis. Ludou. Rom. consil. cccxxxv. circa primum consultationis cum similibus. Secunda est ratio, quia statutum vult haberi pacem ab hæredibus, solus autem hæres fuit pater ascensus iuxta text. in authent. defuncto. C. ad Tertyl. qui cum esset furiosus per curatorem debuit adire hæreditatem, seu agnoscere bonorum possessionem iuxta leg. sin. ff. sin. autem. C. de curato. fur. per Bart. in l. i. ff. de bon. poss. in fan. furioso, & ad istum i curatorem etiam pertinet ius pacis faciendæ, sicut & ad tutorem, & similes secundum Bald. Alexand. Ias. in leg. iurisurandi gratiam. ff. de iurisurand. Bald. in l. i. in versio. extra. quæritur. C. de restitutio. in integr. Abb. consil. cvij. in princip. lib. secundo. & licet ipsi loquantur in tutore pupilli, tamen idem est in curatore furiosi, cui etiam plura permittuntur quàm tutori. l. inter bonorum. ff. de adm. nistrat. tut. vbi Bart. l. neque tutores. in fin. C. de procurat. Bald. in l. potuit. x. quæstio. C. de iur. de lib. maxime cum in remittenda ista actione iniuriarum, quæ non censetur in bonis esse. l. secunda. §. emancipatus de coll. bonor. Nec obstat, quod Bald. & Salic. in l. pactum curatoris. C. pac. vbi etiam Modern. tenent quod tutor, vel curator non possit facere pacem de morte patris pupilli, & quia respōdeo, quod debet quidem hoc facere, si tamen nihilominus remittat: non ideo remissio erit nulla: imò valebit, secundum Doct. præallegatos, in d. l. iurisurandi gratiam. Secundo respondeo, quod loquuntur in remissione mortis paternæ ipsius pupilli, non autem in casu contrario, vnde videmus, quod i pater potest facere pacem pro offensa filij, etiam ipso filio inuito. l. in personam. ff. de pac. Tertio respondeo, quod præfati Doctores restringunt dictum suum quando aliàs ista pax esset in decens, & in honesta pupillo quod non est in casu nostro: cum valde honestum, & condecens sit, quod pater concilietur filio iuxta illud, modicum supplicij satis est patri. facit text. in l. milites. ff. penult. ff. de rem. lit. & quod notat Bartolus Veron. in cautela prima Non obstat rursus, quod curator iste non fecerit inuentarium: quia respondeo, quod non ideo actus ipse impeditur, secundum Bartolum leg. tutor qui repertorium. in princip. ff. de adm. nistrat. tutor. in versic. sed quæro quid si neglexerit Petrus de Ancharano in cap.

- 1 Pacem ex causis facit curator pro offensa.
- 2 Pater potest facere pacem pro offensa filij, etiam ipso filio inuito.

CONSIL. XLII. SVMMAE.

in cap. 2. de stat. monach. Alexand. consilio lxxxvj. visus dubitationibus, in 2. licet si administrat ante confectio nem inuentarij, possit remoueri, vt suspectus. l. si. C. arb. tur. Sed ista facultas faciendipacem non pertinet ad administrationem: quia actio iniuriarum non est in bonis. §. emancipatus. & supra dixi. Non obstat, quod hic curator non esset datus secundum formam statuti, &c. quia respondes, quod statutum loquitur in tutore, vel legitimo administratore infantis, vel pupilli, vnde non videtur extendendum ad curatorem furiosi, cum quia plura illi conceduntur, vt supra dixi, cum quia sumus in materia statutorij, quae non recipiunt interpretatione extensiuam. Tertia. §. haec verba. de neg. gest. per Bartol. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. vnde tali casu non fieret extensio de tutore ad procuratorem l. fin. C. de inter. matr. multo minus ad curatorem furiosi. Fortius posset dici etiam seruata esse formam statuti: quia illi agnati proximiores faciendopacem videntur consentire, & approbare factum curatoris per illud, quod notabiliter dicit Baldus in leg. is, qui haeres. §. neque filius. versic. venio ad tertiam. ff. de acq. haered. leg. Galus. ff. de liber. & posthum. & in simili per Bald. consilio cxxij. in ij. & quod not. Bartol. in leg. cum pater. §. libertas. in fin. ff. de leg. secundo. Dec. consilio cxxj. Nec mouet, quod vnus istorum statim non consentit, sed ex post facto. Cum alius de rato promississet: quia dico quod sufficit, si deinde ille ratum habuerit quia ratificatio retrahitur, secundum Baldum in addit. Spec. titul. de homicid. in fin. vbi loquitur in fortoribus ter minis: facit quia statutum requirit consensum, quae dictio consensu verificatur etiam in rati habitatione. ca. cura. vbi Abb. in vltimo not. & c. suggestum. de iure patr. do Strina Bartol. in l. si quis mihi bona. §. iustum. ff. de acquir. haered. & dicitur talis rati habitio legitimo tempore facta, & re integra, dummodo facta sit ante sententiam, per text. in l. si rem alienam. §. fin. vbi Bald. & doctores ff. de pign. act. Nec obstat, quod gratia fundata fuerit in pace quae adhuc perfecte non videbatur habitae: cum ratificatio non interuenisset: respondeo, quod satis est, si deinde interuenierit per text. in leg. si quis filio. in §. irritum. in versic. & quia ratione. & ibi per Pau. Castren. ff. de iniust. rap. & irrit. & per not. in d. leg. si rem. §. fin. & quia in materia quantumcunque odiosa & stricta ratificatio aequiparatur mandato, & consensui qui a principio interuenit vt per Ioan. And. in c. rati habitatione, de reg. iur. in 6. verum cum nemini ius interim sit acquisitum per ea, quae habentur in c. nonnulli. de rescript. & in ca. ex parte decani. in fin. eod. lib. Et cum constat notorie iudici, quod vere habuerat pacem, & quod isti conuersabantur cum eo quotidie non debet curare istas subtilitates, sed sequi veritatem, & litem extinere amplius non suscitare. Et verba gratiae, quod habeat pacem ab heredibus, debent intelligi eo modo quo haberi potest ab haerede, qui idem sit furiosus. leg. haeredibus. §. 1. ff. ad Trebell. Nec est credendum voluisse principem expectare tempus, quo hic furiosus respiceret, cum nunquam reuersus sit ad sanitatem, & furor sit morbus sui natura perpetuus. c. fin. vbi gloss. & doct. extra, de succ. ab intest. Mod. leg. furiosum. C. qui testa. fac. poss. facit quod habetur per Can. in c. cu inter. de elec. & ex quo nunquam conualuit satis ex eo, quo sequutum est, pre sumimus quod a principio fuerit cogitatum. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. & haec sufficiant pro breuitate temporis mihi dati.

CONSIL. XLIII. SVMMAE.

- 1. Filia femina in iudicio possessorio venit preferenda agnatis, ad quos feudum ex inuestitura deuolueretur: limitis.
- 2. Haeres particularis potest propria auctoritate rem sibi relictam accipere, & in eius possessione esse legitimus contra dictor haereditis.

- 3. Testator vocando aliquem per verba directa, videtur ei licentiam dedisse accipiendi propria auctoritate, quod facere potest.
- 4. Lex transferens possessionem, intelligitur de possessione certa non autem incerta, cum regulariter per incertitudinem videtur possessio.
- 5. Missio in possessionem aliud nihil est, quam quaedam executio, quae fieri non potest, nisi super certo: ratio.
- 6. Sententia licet specialiter valeat, quamuis incerta, debet tamen semper in executione certificari.
- 7. In claris non est opus coniecturis.
- 8. Exceptio praeposterationis possessori ad petitorium, apices iuris concernit.
- 9. Interdicto adipsicandae possessionis, obstat exceptio dolo facti, quia peris quod restitutus es.
- 10. Possessio ficta & civilissima non parit interdictum recuperandae.
- 11. Ad hoc vt detur interdictum recuperandae lex requirit, quod quis sit deiectus de solo fundo.
- 12. Intentanti possessori adipsicandae, obstat exceptio dominij, dummodo incontinenti probetur.
- 13. Translatio possessionis quae naturaliter fit, per viam facti prohibitione legis non impeditur.
- 14. Bona allodialia si cepta sunt, recognosci tanquam feudalia ab eo tempore, quo ex certa scientia recognosci cepta fuerunt incipiente esse feudalia.
- 15. Privilegium ecclesiae, quod absq. traditione illi quaeratur dominium habet locum etiam in ciuitate.
- 16. Fideicommissarius qui sine vitio reperitur in possessione, legitimus est contradictor in iudicio possessorio.
- 17. Ille dicitur esse in possessione suae vitio, quando testator ei de dit facultatem propria auctoritate ingrediendi.
- 18. Dicitur haeres esse directa.
- 19. Pro reo in dubio pronuntiandum.



Rauissime Praeses & domine obseruandiss. quia ea est & vestra, & amplissimi ordinis vestri consuetudo, vt paucis velit nodum difficultatis dissolui, non immorabor in superfluis, aut ijs, quae iam eleganter per alios praestantissimos iuriconsultos sunt adducta, sed quam paucioribus fieri poterit, ostendam iustissimam esse illustris Comitum Francisci causam, quae & vobis debet pro iustitia esse commendata. Et difficultatem praecipua hac in causa facit, quia Rosati, seu filij dominae Baptistinae haereditis in testamento Comitum Oliuetij scriptae debent citra altiore inuaginem poni in possessionem bonorum ipsius testatoris sine ex dispositione. l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. siue ex particulari dispositione decreti continuantis possessionem defuncti in haereses, de quo per Mod. in l. si forori. C. de iure delib. quae dispositio procedit etiam si bona allegarentur, esse feudalia: quia nihilo minus filia femina in tali iudicio possessorio, venit praeferenda agnatis, ad quos feudum ex inuestitura deuolueretur, vt est text. in cap. 2. §. 1. si de feud. defun. fuer. contro. in vltibus feud. per quem text. Guido de Sum. Alexand. & mod. in d. l. fin. hoc tenent & Ioan. And. in spec. tit. de testam. §. penult. circa finem. in qua decisione videtur consistere cardo totius praesentis controuersiae. Sed tamen hoc non obstante sentio contrarium, respondetur enim supra scriptae rationi pluribus modis. Et in primis quod decisio illa limitatur nisi agnati praetendant aequalem titulum cum filia, puta & ipsi sint instituti: tunc enim propter paritatem tituli, censentur legitimi contradictores ipsi filiae, vt sentit Bartol. in d. leg. fin. autem aliquis. versic. quareo quid de testamento, ibi aut comparet aliquis, &c. in caly enim nostro testator, instituit filias, subijcit in residuo se instituere agnatos: vnde cum agnati, & ipsi sint instituti, dicuntur legitimi contradictores filiae: quia non tenentur aliquid accipere de manu earum sed, propria auctoritate possunt id omne accipere, q. ad eos pertinet. Nec multum referre arbitror, an isti agnati dicant vniuersales haereses, an vero particulariter instituti. l. cogi. §. sed sim. vbi Bartol. & doct.

& doctores ad Trebell. quia etiam haeres particularis potest propria auctoritate rem sibi relictam accipere: & in eius possessione est legitimus, contra dictor haereditis, secundum Bartol. ex facto. ff. de haered. instit. versic. & pu to. & sequuntur omnes: quia testator vocando eum per verba directa ciuilia videtur ei dedisse licentiam propria auctoritate accipiendi, quod facere potest, leg. Titia eum testamento. §. 1. de lega. 2. Alexan. & caeteri. l. Paul. respondit. ad S. C. Trebell. laf. post alios. in l. non dubiu. 3. not. C. de leg. Cum ergo in casu nostro Comes Franciscus propria auctoritate poruerit ea bona accipere, quae praetendit, vel feudalia, vel fideicommissio subiecta esse, non potest iudicio aliquo possessorio inquietari, sed opus est (vt Bartol. inquit) ordinaria cognitio, per quam discernatur quae fuerint libera testatoris, & quae non. l. si residuum. C. de distr. pign. & interim propter dubiu, non dicitur Comes Franciscus esse in aliqua mora, prout in simili probatur in l. in fideicommissi, in prin. c. ff. de vsur. vbi Bartol. & doctores, & Guid. Pa. quest. ccccxcvj. facit quia lex transferens possessionem, intelligitur de possessione certa non autem incerta: cum regulariter per incertitudinem videtur possessio. l. 3. §. incertam. de adq. poss. Bartol. l. 2. C. quando & quibus quarta pars. lib. 10. l. si sic. §. 1. in fi. de leg. 1. l. legauit. de lib. lega. Prius ergo quam fiat vlla translatio oportet rem certificatam esse, prout etiam sentit laf. consilio cxxvij. in ij. dub. ij. lib. 5. hec enim missio in possessionem nihil aliud est, quam quaedam executio, quae non potest fieri, nisi super certo: vnde videmus quod in casibus, quibus specialiter valet sententia incerta debet tamen semper in executione certificari, secundum gloss. l. 2. C. de sent. quae sing. cert. quat. & ibi doct. gloss. in l. 1. in verb. vt proinde. ff. de eden. Nec me multum mouet coniectura mentis testatoris, qui verisimiliter non ouit facere meliorem causam agnatorum in praedictum filiarum suarum: quia in claris non est locus coniecturis. l. continuus. §. cu quis. in fin. de verb. oblig. cum enim agnati expressim instituti sint, frustra circa hanc coniecturam laboremus & laudabilis fuit eius intentio, qui voluit efficaciori via id agnatis dari, q. omnino dandum erat. l. si quis locuples, de man. testa. & exceptionem praeposterationis possessori ad petitorium sustulit quae apices iuris concernit, secundum gloss. l. si mancipium. §. 1. ff. de euidio. eos in parte sua instituyendo, fortiusque eorum ius faciendo. l. apud Iulianum. §. si Titius. de leg. 1. maxime cum (vt in fra dicam) eade facultas Comitum Ioanni Antonio competeret, ex testamento domini Sanguinoli. Secundum principaliter supra scripta decisio limitatur, nisi agnatus, contradicens filiae incontinenti probaret de iure suo, clarum enim est dispositionem. d. l. fin. C. de ed. diui. Adr. toll. esse remedium adipsicandae possessionis, vt ibi dicunt omnes doctores: constat autem talis interdictio ob stare exceptionem dolo facies: quia petis, quod restitutus es. l. dolo. ff. de doli except. quotiescunque incontinenti probari potest. l. is a quo. ff. in poss. legat. & firmant omnes in d. l. fin. Et quod dicitur de remedio d. l. fin. habet locum, etiam stante decreto nostro continue possessionem defuncti in haereditem: quia talis possessio est ficta, & civilissima quae non parit interdictum recuperandae, vt est magis communis opinio, secundum Alex. in l. in suis. de lib. & posthum. & laf. si forori. C. de iur. de lib. & consiluit Alexand. consilio xxxvij. in j. & consilio lxxxij. in ij. & alibi saepe: & licet aliqui in hoc contradicant, tamen eorum opinio non est tenenda: quia iad hoc vt detur interdictum recuperandae, lex requirit, quod quis sit deiectus de solo fundi. l. j. §. j. ff. de vi, & vi arm. & ij. quae st. j. ca. redintegrandae quae verba sonant in actu facti, & naturalem vnde non verificantur in ficto, & civilissimo. l. fin. C. de ijs, qui ven. erant. Suadet hoc etiam, quia decretum dicit, q. haeres continue, vnde oportet prius constare, q. sit haeres, secundum doctrinam Bartol. l. 1. §. & parui. q. vi. aut cla. & ideo in hoc remedio oportet probare hanc qualitatem

quae conuenit titulum, secundum Bal. consil. 330. statuto cauetur. lib. j. ergo non possumus dicere, quod detur ex eo remedium recuperandae: quia in eo nunquam quaeritur de titulo leg. fin. C. si per vim. vel alio modo cum similibus. stat ergo firma & vera conclusio, quod isti agnates solum possessorum adipiscendae intentare possunt, cui obstat exceptio dominij, dummodo incontinenti probetur, secundum gloss. d. leg. dolo. quod in casu nostro est, quia incontinenti per publica documenta Comes Franciscus, probat bona de quorum possessione agitur esse feudalia, & ad feminas transire non posse, & sic apparet supra scriptam decisionem non ob stare quae procedit, quando non constat incontinenti, quod bona sint feudalia, & ita proprie loquitur text. in d. cap. 2. si de feud. defun. vbi filia contendebat bona esse allodialia. & agnati non habebant aliquas probationes in promptu, sed offerebant iusurandum suum vt ibi latius habetur. & ibi Andr. de Iser. & d. Preposit. expressim firmant supra scriptam limitationem. Tertio principaliter limitatur, nisi feudum, de quo ageretur haereditarium non esset, vt quia non concessum pro se, & haereditibus, sed pro se, & filijs & descendentibus: sicut est in casu nostro, vt apparet ex lectura vtriusque privilegij in d. l. tam per illustrem Ducem Franciscum, quam illustrem Ducem Ludouicum. Cuius limitationis ea est ratio, quia tam dispositio dictae leg. si. C. de edi. diui. Adria. toll. quam dispositio decreti supra scripti requirunt hanc qualitatem, quae quis admittatur tanquam haeres, vnde in bonis, quae non tanquam haereditis, sed tanquam filio de se feruntur, eis locus non est, prout recte distinguitur Franciscinus Curtius, in d. leg. fin. & licet Raph. Com. consilio cxxxij. in incip. Galuariuli, generaliter consuluerit, quod supra scriptum decretum non habeat locum in bonis feudilibus: quia in illis possessio dicitur cohaerere cuidam iuri personali, quod non solet transire in haereditem, & ita etiam nouissime consuluerit laf. consilio cxxvij. in ij. consilio clij. in iij. & idem etiam sentierit in simili casuloan. de Imola consilio xvj. Andr. Sicul. consilio lvij. in secundo tamen quia illa opinio ita generaliter intellecta est, iudicio meo, satis ambiguus non putarem recedendum a supra scripta distinctione, vt in feudali haereditario locus sit decreto, secus vero sit in feudali non haereditario, & quod solo iure sanguinis defertur. & licet laf. in d. leg. si forori allegat circa hoc contrarias decisiones Baldi, tamen (si bene videatur Baldus) nihil dicit, quod ad hoc propolium faciat, & ideo supra scriptam distinctionem sequor. Fortius videretur generaliter posse dici opinione Raph. esse in d. l. fin. & veram saltem in Ducatu Mediolani in quo cautum est expresso decreto, quod incipit, meminimus, promulgato die xij. Nouembris 1490. Quod bona feudalia quibuscumque verbis concessio facta sit, non possint in alios, quam masculos, nec factio hominis, nec legis ministerio alienari, aut deuenire nec in feminas transferri, &c. quibus verbis videtur impediri translatio possessionis, quae fieret vigore decreti continuantis possessionem defuncti in haereditem: quia licet translatio possessionis quae naturaliter fit per viam facti prohibitione legis non impediatur lege, prim. §. si vir vxori. de acquirenda possessione tamen ea impeditur, quae legis duntaxat ministerio fieret, fuit solenne dictum domini Argenti de Fortiuo ind. leg. prim. §. si vir quod sequuntur ibi doctores Paulus Castri. Socin. laf. & cum decretum prohibeat talem translationem, vt bona permancant in masculis, videatur tali casu competere facultas ipsis masculis, etiam propria auctoritate ea accipiendi. vt est glossa notabilis in §. de caetero. in verb. licentiam damus. in authet. vt de caetero Romanum. non fiant. quae sequitur, & approbat Angelus Romanus & Alexander in leg. qui absentis. §. primo de acquirenda possessione Angelus leg. penultima. ff. de pact. Bald. c. caeterum extra de iud. & in cap. j. hoc quoque de suc. feud. Iason. leg. filius f. §. diui. de leg. j. Nec obstat

obstat, si diceretur, quod non videtur satis constare, quod ista bona sint feudalia: quia (vt fuit eleganter ab alijs responsum) satis constat ex eo, quod continentur intra fines, quorum est mentio in iustitiarum l. si fines. C. de euid. l. æ de sacra. s. j. de contra. empt. Et quamuis allegetur ista bona fuisse quandoque vendita tanquam alodialia, tamē huic argumēto eleganter fuit respōtum per coaduocatos quorum laboribus interim acquiescam. Et vltius est aduertendum, quia etiam si olim fuissent alodialia, tamen cum Comes Oliuerius ex certa scientia recognouerit illa in vim feudali illustrisimo Duce Ludouico incipient ab eo tempore esse feudalia, per doctrinam Bar. in l. cum falsa. vers. quid si cōfiteor C. de iur. & fact. ign. que videtur magis communiter approbata, vt per Guid. pap. q. cclxxij. & licet Bar. loquatur in recognitione quæ sit erga ecclesiam, idem tamen debet esse in ea, quæ sit versus rem publicam, seu principem, nam privilegium ecclesiæ quod absque traditione illi quaeratur dominium habet locum etiam in ciuitate. l. si. C. de sac. san. eccl. & facilius debet hoc præsumi in recognitione feudali, quam emphiteutica: ex quo in feudali non subest mera donatio, etiam si sapiat lucrum ex parte donantis: quia præsumitur facta vt in eis bonis à principe defendatur, secundum Iac. de S. Georgio in tract. de homag. vers. v. casus. vnde apparet non esse meram donationem, quæ ratio præsumitur l. cum de debito. de prob. & licet hæc interpretatio accipit: quia etiam cum proprie titulo competente, ex privilegio veteri Ducis Francisci ex quo apparet non mutari dominia, sed ea forma continuari, quæ prius erat. Et in omnem causam talis inuestitura saltem probat bona fuisse feudalia, vt concludit Alex. cons. cxxi. in v. & Raph. Com. cons. clvij. dominus Consignorus imo nisi probetur specialiter quæ sint alodialia videtur quod tali casu omnia istorum bona præsumantur feudalia. ca. vni. s. vafallus. vbi doctor. si de feu. fuer. cōtr. de quo tamen dicendum est, vt ibi. Quartò principa- liter limitatur supra scripta decisio, vt non habeat locū aduersus fidei commissarium, qui sine vitio reperitur in possessione. quia talis est legitimus contraditor in hoc iudicio possessorio, secundum Bart. & doct. in d. l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. & in l. filiam fratris. ff. ad Trebell. & Bald. cons. cccxxxv. veritas in iij. Dec. cons. lxxxiiiij. cum similibus. Non refert autem quomodo data sit hæc facultas, an expressis verbis, an quia testator vocauerit fidei commissarium per verba directa, puta quæ appellauerit eū heredem, secundum Bar. in d. l. ex facto. de hæc. in lit. cum quo ceteri trāsunt in l. quoties. C. eo tit. quod proprie factum est in testamento domini Sanguinolij, vbi moriente Comite Oliuero dicit, quod vult Comitem Balsinum esse heredem in iudicium vt supra: & supra dixerat etiam de filijs Balsiani, quos cum patre in iudicium vnde cum Comes Ioan. Antonius vocatus sit ad fidei commissum per verba directa ciuilia, non est dubitandum licuisse ei propria auctoritate bona apprehendere, & dici possessorem sine vitio præsertim cum hæc voluntas sit corroborata testamento Comitum Oliuerij, vt supra dixi. & licet aduersus testamentum Comitum Sanguinolij quædam allegantur, tamen quia con- cernunt potius petitorium, & etiam rectò sublata per præstantissimos aduocatos sunt, non dixi vltius in iudicium, cum ex supra scriptis appareat iustissimam esse ipsius rei conuenti causam, pro quo etiam in dubio pronuntiam dum est l. fauorabiliores. de reg. iur. c. fin. de re iud. vbi not. Et hæc omnia saluo semp. saniore iudicio.

CONSIL. XLIII. SVMME.

- 1 Singulare certamen est prohibitum omni iure, tam ciuili, quam Canonico.
- 2 Duellum honoris tuendi causa concedi.

- 3 Duellum in re aliter probabili non admitti.
- 4 Probatio per duellum cum sit irrationalis & extraordinaria, duntaxat in subsidium tolleratur, vbi aliter non potest esse consultum parti.
- 5 Prouocationis causa specialiter est exprimenda.
- 6 Relationis causa certam mittens prouocat.
- 7 Electio armorum secundum consuetudinem pertinet ad prouocatum.
- 8 Monomachia nunquam conceditur nisi ex certa causa, quam exprimeret tenetur, qui chartulam transmittit.
- 9 Chartula conditionalis non admittitur, nec est sufficiens duello.

Hæc chartula seu vtraque attestazione Com. Lud. & responsonibus Com. Sforzia existimauit ipsum Com. Sforziam minimè oneratum esse, nec in hac causa locū esse duello. Sciendū enim est, quod dī singulare certamen est prohibitum omni iure tam ciuili, quam canonico. l. j. C. de gladiat. lib. xij. quest. v. cā. monomachia. & c. j. de purg. vulg. ad ed. vt nec valeat consuetudo in contrarium. c. ij. de cler. pug. in duell. hodie tamen inter milites permittitur ex maxima causa, puta pro conseruatione honoris; secundum Bald. in c. j. de pace ten. in feu. & in l. ex hoc iure. q. viij. ff. de iust. & iure. quæ consuetudo tamen non habet locū in re clara, quando veritas aliter quam per duellum probari possit, quod per multa consiluit Dec. cons. cclxxxvij. & dclxxxvj. Cum enim hæc probatio per duellum sit irrationalis & extra ordinaria, duntaxat tolleratur in subsidium, vbi aliter non potest esse consultū parti, secundum Bald. in leg. cum filius. s. fin. de leg. ij. And. Sicul. consilio lxxij. In j. cū sim. vbi igitur periculum honoris non subest, non est concedendum duellum, & ideo in casu nostro, cū non appareat Comiti Ludouico quicquam obiectum fuisse, quod eius honorem tægat, potuit Com. Sforzia eo modo respondere quo fecit, & est laudandus qui ad chartulam non satis benè conceptam exceptiones opposuit iudicio meo veras, & secundum morū militarem valdè aptas. Prima est exceptio, quod Com. Ludou. non affirmauit verum esse quod intellexerat, sed simpliciter dixit. *Se intellexisse à fide dignis vnde cū Com. Sforzia dixerit, illos mentiri, nulla est querela.* Com. Ludou. cū secus esset, si Com. Ludou. non ex relatione aliorum, sed simpliciter affirmasset, quod Sforzia dixisset, & c. potuit enim hoc facere, & id affirmare pro vero, quod intellexerat secundū gloss. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonstr. & quæ not. Iaf. in l. i. in princ. ff. de eo per quem fact. Alexand. consilio xxviii. in j. Felin. c. cum cōtingat. de rescript. quod com. Ludou. non fecerit, sed simpliciter dixerit, se intellexisse, nō subest contradictio super qua pugnari possit: quia Com. Ludou. dicit se intellexisse Com. Sforziam nō negat, quin potuerit intelligere, sed dicit, eos qui hoc retulerūt mētiri: vnde hic non est vlla contestatio litis, nec status quæstionis, super qua pugnari possit. Secunda est exceptio, quia nō est specialiter declarata sententia ipsi Com. Ludou. Cum enim, sicut in libellis iudicialijs, ita etiam in istis chartulis attendenda sit semper conclusio. c. ex parte. vbi doct. de fo. conpe. l. si voluntate. C. de rescind. vend. vbi Bald. l. j. vbi Iaf. ff. de eden. videtur in casu nostro conclusio esse incerra, dum subiicit, *Dico, quod quisquis grauauerit honorem meum, mihi quod non est attribuendo, mentitur.* ista enim conclusio generalis nihil refert, an ipse esset conficius, an non, cum posset esse eius mētis Com. Ludou. vt non existimaret participationem hæc esse contra honorem suum, quando quidem vt inquit Corn. Tacit. lib. i. occisus Cæsar alijs pessimū, alijs pulcherrimum facinus videbatur. debuit ergo specialiter declarare quod intellexeret si fuisset conficius talis cædā quod hoc hebuisse pro dedecore: & quamuis per quædam ductū sermonis possit aliquo modo videri hoc sensisse, tamen clarè fuit explicandum, vt certus esse posset Comes Sforzia, super quo articulo sibi esset pugnandum. d. l. i. ff. de edendo, quod etiā sentit grauissimum auctor

auctor Plutarchus libro simposiacion. dixi in parte. lib. vi. c. xxij. Tertia est exceptio, quia quāuis in principio narrationis specialiter facta sit mentio, quod intellexerit se criminari tanquam conficiū a com. Sforzia, & alijs, tamen conclusio se ad generalitatem refert. *Dico, quod omnes simul & quilibet separatim qui grauauerint honorem meum, & c. mentitur, & promitto me resolueri cum sparta, & c.* Si quidem quando transmittitur chartula sub pretextu relationis sibi per alios factæ, transmittens debet sustinere partes actoris, aliàs esset facultatem cuiuslibet prouocare alium, fingendo sibi dictum ab aliquibus, & præcipere electionem armorum prouocato, & ita vidi sepe iudicari per dominos camporum, nisi quādo appareret liquidò & incontinenti de veritate, quod prouocatus dixisset illa verba, quod non apparet in casu nostro, & ideo non licuit Com. Ludou. accipere à se ipso electionem armorum, quæ secundum consuetudinem pertinet ad prouocatum, vt alias diffusè consilui in causa domini Canini. Cum ergo in fine testationis dicat Com. Ludou. se eligere ensem, apparet hunc esse dictum propter illam clausulam, *et alij, & c.* quæ est generalis, in qua si quis specialiter profiteatur se dixisse, sustinebit partes actoris. Cō. verò Ludou. partes rei, vt dixi in tractatu de duello, cap. quinto, vbi loquor de armillaribus, si verò nemo profiteatur se dixisse, prout in casu nostro, iam nulla est causa cur pugnari debeat. Cum igitur pro iustificacione chartulæ semper oporteat verba esse certa super quibus pugnetur: quia in monomachia nunquam conceditur, nisi ex certa causa quam exprimeret tenetur qui chartulam transmittit, quia vt dicitur in l. prætor. in princ. ff. de iniur. qui agit iniuriarum certum dicat quid factum sit, non enim debet vagari cum discrimine alienæ existimationis, sed designare certū & specialiter dicere, quam se iniuriam passum contendit: vnde videmus, quod dī chartula conditionalis non admittitur, nec est sufficiens duello. l. vbi autem. s. qui illud. vbi doctor. de verb. oblig. & dixi in tractatu de duello, cap. v. ita in casu nostro debuit Com. Ludouic. certificari, & deliberare an crederet illis delatoribus, & mittere chartulā certam. *Quia dixisti, & c.* non autem, *Quia audisti.* Itē debuit specialiter designare, an haberet pro dedecore, si fuisset conficius cædis, & c. quod cum non fecerit, sua illa chartula & indereterminata, non aliam responsonem meruit, quam quæ sibi ab ipso Com. Sforzia est facta. Et quod dixi de prima Chartula idem etiam de secunda est dicendum, laborat enim eodem morbo. Et ideo concludo saluum esse & illabefactum honore Com. Sforziz nec ad certamen esse deueniendum. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. XLV. SVMMAE.

- 1 Affirmat qui dicit à fide digno intellexisse.
- 2 Participiorum presentium explicatio.
- 3 Dicitio maxime stat ampliatiue.
- 4 Mentio non licere explicare, imò tu mentiris.
- 5 Qui in certamen descendere vult, non nisi ex certa causa moueri debet, vnde conditionaliter, vel disiunctim intendens, non debet audire.
- 6 Duellum inducitur est inter milites ad similitudine iudiciorum.
- 7 Vt actus valeat, debet fieri interpretatio, quod chartula, sit affirmatiua, & certa.

Hæc chartula seu vtraque attestazione Com. Lud. & citro missarum per strenuos milites d. Achillem Cibo. & do. Iacobum sanctum de Masi. interrogatus quis prouocatoris partes sustineat, id est, quis remaneat mentitus? re diligēter considerata, existimati quod ipse d. Achilles remaneat mētirus, & ideo onus probandi querelam suam per viam armorum ad eum pertinere. Ratio supra scriptæ conclusionis est, quia ipse dominus Achilles primis literis ad D. Iacobum transmissis, *Affirmat se à persona fide digna intellexisse, quemadmodum aliquis famulus domini Iacobi arma abstulerat subdito suo, & quod istud sibi videbatur officium barruarij, & ideo se admo*

nerè dictum Iacobum, quia hoc non est anere ipse Iacobi tolerare huiusmodi, & c. Et subiicitur, *Quod qui fuit causa huius erroris se non gubernauit secundum professionem suam, & c.* Quibus verbis respondit dominus Stephanus, *Quod ipse mentitur,* vt latius in chartula habetur, quibus verbis satis apparet ipsum Dominum Achillem remanere mentitum. Nec obstant quæ in secundis literis domini Achilles adducuntur. Et in primis, quod respōsio domini Stephani est impertinens, tanquam dominus Achilles non affirmauerit, sed potius interrogauerit, an id verum esset. Respondeo enim verba primæ chartulæ ipsius domini Achilles non pati hanc interpretationem, ex quo manifestè sunt affirmatiua. *A fide digno accipi. ideo vos admo- neo, & c.* apparet enim eum affirmasse, quod à fide digno dixerat se intellexisse, quæ affirmatio potuit ab eo fieri, secundū gloss. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demonstr. & que not. Iaf. in l. j. in princ. ff. de eo per quem fact. Alex. consilio xxviiij. in j. Felin. cap. cum cōtingat, de rescript. & ideo siue verum sit siue falsum, & quod à fide digno intellexit, cum ab eo sit affirmatum, & istius fide digni relationem sequuntur sit d. Achilles, non potest nunc se excusare, quia debuit se de veritate prius informare antequam chartulam mitteret, vt dicitur in l. edita. C. de eden. vbi idem dicunt doctor. de eo qui porrigit libellū in iudicio. Non obstat quod caput illud chartulæ quod dicitur, nullam differentiam fuisse inter illum feruitorem, & illum subditum, & c. quod d. Achilles pariter negat se affirmasse, hoc sed solū interrogasse si res se ita haberet: quæ res soluitur hoc ex supra dictis. verba enim chartulæ non sunt interrogatoria, sed decisoria, vt patet vni cuique ea inspicienti. Et illa verba quæ subiunguntur, *Maximè non existente differentia aliqua inter eos,* Retoluuntur, quia non existeret controuersia, cum non respiciet futurum, ideo que conditionem significare nō possint. l. properandum. § illo. verbo, manifestante. C. de iudic. l. ij. § mater. verbo, mirtente. ff. ad Tertul. & quod dixi de participijs præsentis temporis, in l. cum quærebatur, de verbor. signific. & in casu nostro sumus extra omnē difficultatem: quia illa verba vulgariter concepta, *Maximè senza, habere differentia, & c.* habent significationē separatam à natura participij, vel conditionis, & dicitio illa, *Maximè,* stat ampliatiue, vt procedat chartula etiam absque ea. l. illud. ff. ad leg. Aquil. vbi not. vnde tanquam de affirmatione puta, locus fuit mentioni. Non obstat quod dicitur, do. Iacobum vltim esse anticipata mentione, vt oneraret aduersariū, quod sibi prodesse non debet: quia respōsio deo, quod eum iniuria cepta ab ipso do. Achille & transmissa ab eo chartula, non possumus dicere fuisse hoc casu præoccupatam mentionem, cum licuerit dom. Iacobi dicere, *Tu mentiris.* l. quæ omnia. vbi doctor. ff. de procurat. nec licet dom. Achillem iam mentio replicare, imò tu mentiris, sicut in simili dicimus, quod aduersus exceptionem doli, non admittitur doli replicatio. l. apud. § Marcel. de dol. excep. Et quis curandū nō sit, quibus verborum captionibus quis vtatur, nec quod autor præoccupauerit mentionē, sed solum sit aduertendum quis sit inculpatus: tamen in casu nostro cessat omnis difficultas, quia inculpatus fuit ipse Stephanus, cui licuit illam mentionem dare d. l. que omnia & est contentus præsentis statu: vnde ad d. Achillem pertinet onus probationis per duellum, secundum Bald. cap. j. de pace tenenda. Dec. cccclxxxvij. cum similibus. Et supra scripta conclusio maxime est tenenda: quia si dicerem⁹, quod prima chartula d. Achilles, esset duntaxat interrogatoria, vel esset conditionalis vtiq; nō valeret, quæ quæ certamen de scēdere vult, nō nisi ex certa causa moueri debet: vnde conditionaliter vel disiunctim intēdē. nō debet audiri. l. prætor edixit. ff. de iniur. sicut videmus etiam in libellis iudicialibus, in quibus parte opponente fit reiectio ex tali causa. leg. vbi autem. s. qui illud. vbi Alexand. ff. de verbor. obligat. leg. fin. C. de anna. excep. vbi doctor. vnde idem dicendum in duello, quod inducitur

inductum est inter milites, ad similitudinem iudicioru...

CONSIL. XLVI. SVMMÆ.

- 1 Mentitus censetur oneratus, & actoris partes sustinet.
2 Ille cui fuit data mentitio, dicitur oneratus, & prouocatoris personam sustinet...

MO in casu mihi proposito contentionis verentis inter d. Baronem Guardie, & d. Petru Stroziam...

in summa de cleri. pug. in duell. Bald. in l. cum filius. §. ff. de legat. ij. cum concordant. per Deci. conf. cccclxxvii...

tionibus quis sit vsus, nec per quod actor preoccupauerit mentionem...

CONSIL. XLVII. SVMMÆ.

- 1 Certamen singulare est prohibitum omni iure, tam civili, quam canonico.
2 Duellum hodie permittitur inter milites pro conseruatione honoris.

Ranmissa chartula ad Pezanum Regiensem per Ioannem Vitronem causa duelli inter eos facienda...

quod non. Sciendum enim est, quod singulare certamen est prohibitum omni iure...

circa quam statuto dicto suo, secundum glo. in §. alia. in fin. in sit. de actio. empt. & que habentur per Bartol. in l. admonedi...

CONSIL. XLVIII. SVMMÆ.

- 1 Collette que imponuntur ratione quorumcumque bonorum etiam mobilium, comprehendunt etiam mercas, & res mercantiles.
2 Negotiatores duntaxat qui deuotioni Principis seruiunt, ius immunitatis habent.

In clyta communitas Mediolani conficere debeat sestium pro collectis que quotidie ab agentibus de Cesare maiestate imponuntur...

cunt à partibus Ultramontanis, non debent immunitatem habere, cum principaliter pro suo commo-
 faciant, licet secundario veretur utilitas publica. facit I.
 filij. §. fin. ff. ad munic. leg. fin. §. patrimoniorum, ver. ab
 huiusmodi. de mune. & hono. Sed tamen his non obsta-
 ribus, in casu nostro aliud videtur dicendum. Et in pri-
 mis sciendum est, quod si munerum alia sunt personalia,
 alia patrimonialia, alia mixta, id est, quæ imponuntur
 personæ pro rebus, vt sunt collectæ, de quibus agitur, vt
 declarat doctor. in l. placet. C. de sac. san. eccl. Bart. in l.
 rescripto. §. sciendum. ff. de muner. & honor. Quantū
 ergo pertinet ad munera patrimonialia, potest dici, quod
 etiam mobilia describantur, & ita loquitur d. l. si. & Bar.
 d. l. j. nec in eis sit aliqua immunitas secundum Dynum
 & supra allegata. Sed questio nostra præcedit in alijs ter-
 minis videlicet in collecta, seu munere quod personis
 imponitur pro rebus, vt videamus quæ res sint descri-
 bende. Et in hac materia principalis conclusio est, vt de scri-
 bant res quas vt consuetudo loci petit describi, iuxta tex.
 in l. honor. ver. ite lex. ff. de mun. & honor. & l. honores.
 C. de decurio. lib. 10. Dico autē, quod secundū consuetudi-
 nem dictæ ciuitatis, non solent in æstimo imponi huius-
 modi merces, vt dicit Ias. in l. decem. num. 34. ff. de
 verb. oblig. & hæc consuetudo apparet etiam ex iure cō-
 rni. Maxime ex l. forma. ff. de censib. vbi solum bona
 immobilia describuntur in censu, & nullum verbum sit
 de mercibus. Et quod istud sit verum, probatur etiam,
 quia nos videmus ferē omnes artifices à personali-
 bus exculationem habere, qui nominati sunt in l. j. C. de ex-
 cu. art. sic. lib. 10. & in l. si. ff. de iur. immu. vt possint fa-
 ciliter artes illas exercere, & alios dicere, quæ ratio ma-
 xime militat in mercatoribus, qui ciuitatem opulentio-
 rem reddunt, & artes ipsas sustinent, vt merito consue-
 tudo inualuerit, vt eorum merces in æstimo non ponā-
 tur. Confirmatur hæc sententia, quia videmus in iure,
 non solum eos respectu suarum mercium non grauari,
 sed amplius immunitatem consequi à muneribus per-
 sonalibus, & mixtis quando mercimonium exercent. l.
 semper. §. negotiatores. imò secundum aliquos, etiam
 à patrimonialibus. d. l. semper. §. licet. & per glo. in l. cū
 nauicularijs. C. de nauicu. lib. 11. Et probatur in d. l. ne-
 gotiantes, verb. ab omni munere. Cū ergo habeant
 privilegium immunitatis in alijs rebus, multo magis
 fuit æquum, quod in ipsis mercibus non subirent aliqua
 descriptionem. Fortius dico, quod publica utilitas hoc
 suadet ne isti transferant merces suas aliud, propter fa-
 cilitatem transuehendi. Et quia tales merces non cohæ-
 rent loco ciuitatis, sed destinatione dominorum trans-
 ferantur in varias nūdiatas, non subiectas Maiestatibus
 Cesaris: vnde inconueniens est eas ultra grauari, & contra
 mentem Cesaris maiestatibus, quæ contenta est solutio-
 ne vestigialium, & sine eas vbiunque transferri, iuxta
 l. j. C. de vestigial. & cōmiss. l. j. cū sequē. C. de cōmerc.
 & merca. & quia capitale mercium est in certū propter
 periculum amissionis, vt dicit Bartol. in l. si constante.
 versic. quarto quæro. solu. matrim. Et ideo talis consue-
 tudo videtur optima ratione, & est omnino seruanda.
 Non omitto etiam, quod cum mercatores habeant rati-
 ones suas cum multis creditoribus, & multi in specie
 videantur diuites qui sunt pauperes iniquum est eos
 ad propealandum res suas cogi: quia vt dicit Alber. de Ro-
 sa. post veteres, in tract. de muner. quem posuit in rubr.
 illius titu. in rebus mobilibus, quæ in secreto habentur
 etiam à non mercatoribus, sicut aurum, argentum,
 ornamenta, & suppellectilia, non debent cogi possessores
 singulariter profiteri: sed sufficit si in genere suo sacra-
 mento stetur, & quid enim tam durum, tamque inhu-
 manum, quam publicatione propria facultatum, pau-
 pertatem detegi, & inuidiæ patere diuitias? leg. 3.
 §. sed vbi. C. quādo & quibus quarta pars. Et
 ita mihi videtur saluo somper fa-
 niore iudicio.

CONSIL. XLIX. SVMMAE.
 1 Particularis interitus rei ad emphyteutam pertinet.
 2 Non est verisimile quenquam res suas velle vilius distrahere, quam valeant.
 3 Locatio & emptio fieri solent iusto pretio, alias competit remedium. l. 2. C. de rescin. vendit.
 4 Emphyteusis datur regulariter pro iusto pretio, licet ecclesia remittat sextam partem.
 5 Qui Emphyteusm conducit, videtur periculum omne, & casus fortuitos suscipere.
A pars in istis controuersijs Doctorum semper est eligenda, quæ magis quadrat verbis legum, alioquin totum ius nostrū turbaretur fantasij interpretum, quod admodum audacia duci, non tam leges exponerent, quam de suo capite nouas conderent. Et pro ista domina est casus in l. j. C. de iur. emphyt. & in §. aded. in si inquit. loc. vbi particularis interitus rei ad emphyteutam pertinet. vnde sunt vulgata illa carmina. Si pereat tota, &c. Et secundum hanc doctrinam vixerunt maiores nostri vsque ad Bartolum qui interpretatione sua destruit illos text. intelligendo eos, quando emphyteusis erat concessa pro modico, & supererat adhuc, quantum sufficeret pensioni: quam opinionem ostendo esse falsam quatuor rationibus, & plurimis auctoritatibus. Prima ratio, quia nulla lex est, quæ dicat emphyteusim solitam esse concedi pro re minima: imò verisimile est quod semper concedatur pro eo valore, quo res tunc locari posset, licet accipiens speret se eam melioraturum. vnde cum lex non dicat, nec nos: quia erubescimus, &c. §. cum igitur. in auth. de non eleg. nec est verisimile, quod quisquam res suas velit vilius, quam valeant, distrahere. l. cum de indebito. de probat. Secunda ratio, quia si id verum esset, non fuisset probabilis veterum dubitatio, an hic contractus in speciem emptionis, an verbō locationis tenderet cum §. & locatio, & emptio soleat fieri iusto pretio, alias competit remedium. l. j. C. de rescin. vendit. potius dubitandum esset, an caderet in speciem donationis, quatenus valor excederet canonem. leg. si sponsus. §. circa. de donat. inter vir. & tamen text. dicit de primo casu solum fuisse controuersiam. d. §. aded. Tertia ratio, per text. in §. lex itaque. versic. dudum. in auth. de non alien. vbi in emphyteusi sit diminutio sextæ partis mercedis, propter casus fortuitos: & sic apparet, quod si emphyteusis datur regulariter pro iusto pretio, licet ecclesia remittat sextam partem, ad idem. l. quicumque. C. de fund. patr. lib. xj. vbi emphyteusis perpetuo datur à Principe præcedente licitatione seu subhastatione. Quarta ratio, quia etiam dato, quod soleret emphyteusis dari pro modico pretio, & consequenter in ea non fuerit remissio: tamē partes contrahentes pro magno videntur secundum naturam veræ emphyteusos contrahere, vt nulla tamen remissio fiat. argu. l. quidam. de verb. oblig. l. quæro. ff. loca. l. si duo. vbi Bal. ff. de acquir. hered. Postremo dico, quod ista opinio est communis, si recte videantur auctoritates Doctorum. Et in primis eam tenuit Azo in Summa locati. §. est autē. & vbi que gl. cū qua transiuntur Odofr. Iac. Mar. Syll. Din. Oldr. Cyn. & omnes scribentes, vsque ad Bar. aduersus quem tenet ibi Salic. & Alber. de Rosa. vbi attestatur communiter feruari opinionem glossæ, prout etiam tenet ibi Iac. Butr. & Ricard. Malumb. & Bald. & idem tenet glo. in c. potuit. de locato. & ibi Abbas post multos Canonistas, & Specul. in titu. de locato. §. nunc aliqua. versic. cxxxiij. & seq. Idem tenuit Raph. Cyn. Iac. Put. in l. interdum. §. i. de acquir. ren. poss. & ibidem etiam Alexand. qui apud me est grauioris auctoritatis in lectura, quam in consilijs. Io. Fab. & Ang. Aretin. in d. §. aded. Angel. in §. quia vero Leonis. & d. §. lex itaque. in auth. de non alien. vbi ille text. etiam assert rationem: nempe, quia qui si emphyteusm conducit, videtur periculum omne, & casus fortuitos suscipere. Aliam rationem etiam adducit Cyn. in d. l. j. videlicet, quia canon emphyteuticus non soluitur, pro compen-

compensatione fructuum, sed in recognitionem domini. & ideo nihil refert, quod res ista diminuatur. Fortius in casu nostro dico, quod possunt emphyteutæ isti ab ipsa domina cogi ad reparandam domum pro maiore ipsius dominæ securitate, & interim solo idem præstare, quod pro tota domo soluebant, secundum Angel. in d. §. lex itaque. sequitur Iason. l. j. C. de iure emphyteu.

CONSIL. L. SVMMAE.
 1 Filia familias iure hodierno non admittitur ad agendum ad bona aduentitia, nisi in eadem instantia interueniat pater, & quia.
 2 Duo agentes eodem libello, dicuntur alter alteri consentire, nec requiritur alius consensus.
 3 Compromissum iuratum cum laudo & homologatione iurata, valet, & tenet super alimentis.
 4 Super alimentis, de futuro debitis per vltimam voluntatem regulariter non potest transigi, fallit quando interuenit iuramentum.
 5 Prohibitio introducta à lege propter priuatiuilitatem, principaliter potest iuramento partium tolli.
 6 Alimenta iure actionis debita, peti possunt per eum, qui interim aliunde, vel de suo se aluerit.
 7 Alimenta iure actionis debita, præscribi non possunt propter malam fidem.
 8 Hæredes tenentur exonerare conscientiam defuncti.

D vbijs de quibus controuersia agitur inter nobilem Joannem Boni, & hæredes Q. nobilis Ioannis Falerij, intellectis per tres conclusiones rem breuiter duxi decidendam. Prima conclusio iuris est, quod de iure hodierno, filia familiæ agens ad bona aduentitia, non admittitur, nisi in eadem instantia interueniat pater, quia ad eum pertinet administratio. casu quo illi acquiratur usufructus. l. j. C. de bon. mater. l. fin. §. vbi autem. C. de bon. quæ liber. & casu quo non queratur, adhuc requiritur, in signum repudiationis, vt dicit Bart. in d. l. si. §. ne cessitate. C. de bon. quæ libe. cum quo ibi transeunt scribentes. si autem contingat, quod ambo agant eodem libello, dicitur alter alteri consentire, nec requiritur alius consensus, vt dicit Bart. in leg. cum pater. §. libertis. in fin. ff. de legat. 2. per illum text. & tex. in leg. Titius. ff. quibus modis pigno. vel hypoth. sol. cuius dictum est communiter approbatum, vt per Felin. in capitul. primo. de rescript. vnde in casu nostro cum idem procurator vtriusque esset, & vtroque nomine egerit, prout ipse prægens negotium tangebatur, concludo quod libellus est bene conceptus. Secunda conclusio est, quod si compromissum iuratum cum laudo, & homologatione iurata valet, & tenet super alimentis, quia si licet alias regulariter, super alimentis de futuro debitis, per vltimam voluntatem, non possit transigi. l. cum hi. ff. de transact. tamen fallit, quando interuenit iuramentum, secundum Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. in x. membro, cū quo est communis conclusio scribentium: quia talis si prohibitio fuit introducta à lege, propter priuatiuilitatem principaliter, vnde potest iuramento partium tolli. cap. cum contingat, extra, de iure iur. & ita est communis opinio, per Ias. in d. l. cum hi. & Dec. in l. de alimentis. C. de transact. Et licet aliqui contradixerint, tamen eorum opinio saluatur solum quando alicui deberentur alimenta, & post moreretur fama. nam tunc Imol. in d. cap. cum contingat. limitat præcedentem conclusionem. Et ista opinio, in casu nostro est tantò verior, quia non fuit transactum, vt aliquid de presenti acciperetur: & vtactio tolleretur, sed solū fuit declarata summa, quid præstandum esset singulis annis, vnde cessat prohibitio legis. Item apparet ex post facto, quod ista concordia fuit vtilis ipsi Danieli, vnde etiam sine iuramento teneret. d. leg. cum hi. §. causæ. & quæ not. Rom. in consilio cccxvj. circa postpositum, & consilio cccclij. vis. Dec. in d. leg. de alimentis. Et cum debeantur hæc alimenta iure actionis, possunt peti per eum qui interim aliunde

dē, vel de suo se aluerit, vt per Baldum & Ias. in d. l. de alimentis. Tertia conclusio est, quod cum hæc alimenta debeantur per ipsum Ioannem iure actionis, nunquam fuerunt præscripta, nec potuerunt præscribi propter malam fidem. cap. mala fidei. extra de reg. iur. in 6. & hæredes ipsi, etiam si ignorassent, nihilominus tenentur ad exonerandam conscientiam de functi. nec possunt opponere de prescriptione, vt est magis communis opinio Abb. Imol. & aliorum in cap. fin. extra, de prescript. vbi Felin. Alexand. in varijs consil. relatis per Felin. in dicto loco. & hæc opinio est canonizata per Doctor. in vtroque foro, tam seculari, quam ecclesiastico, vnde non est vltimus insistendum, sed iudicandum pro actore. Et hæc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LI. SVMMAE.
 1 Legata debent sumi de manu hæredis, & ea occupans propria auctoritate punitur amissione rei.
 2 In dubio præsumitur adulterium, & filios natos adulterinos.
 3 Filius institutus præsumitur incapax, quando constat illum esse filium illegitimum testatoris.
 4 Naturales verè, qui.
 5 Filij quos habet quis ex sua ancilla sunt spurij, non autem naturales, & capaces.
 6 Matrimonium est facti.
 7 Facta non præsumuntur, nisi probentur.
 8 Persona succedere volens, in primis debet legitimari.
 9 Patris assertioni, qui in testamento filium suum naturalem appellauit, standum videtur fall.
 10 In prohibitis assertioni patris non statuitur.

D Acit pro D. Io. Georgio Castano, quia ipse est hæres, & ideo continuandus ex decreto, etiā respectu legatorum: quia si legata debent sumi de manu hæredis, & ea occupans propria auctoritate, punitur amissione rei. l. non dubium. C. de legatis, quāto magis iste, qui existente ipso Io. Georgio in possessione eum spoliauerit, & incidit in penam. l. si quis in tantam. C. vnde vi. & quo ad possessorem non videtur aliqua difficultas. In petitorio punctus est, an iste filius præsumatur spurius, ita quod sit incapax, an iste filius præsumatur adulterinus, & dico præsumi incapacem, & spurium. Primo, quia hoc decidit glo. in cap. lator. in gloss. penult. qui filij sunt leg. & d. Præpositus ibi in secunda quæstione. vbi firmat in dubio præsumi adulterinum, & filios natos esse adulterinos, argu. text. 35. q. 5. c. aliter negetur. quod non procederet si concubinatus præsumeretur. Secundo, quia hoc decidit videtur Bald. in l. 3. in princ. ff. de liber. & posthu. vbi videtur filium institutum præsumi incapacem, quando constat esse filium illegitimum testatoris, sequitur ibi Pau. de Cast. & Alex. & Ferrat. cautela 4. 1. Ad quod vide tamen Ludo. de Sardis. in tract. de legitim. versic. quia natis. & Bal. consilio. 4. 4. in 3. quæstio. in 1. lib. 23. in fin. in 2. & 262. in epipien. recole me. in 1. lib. vbi dicit quod pauci verè sunt naturales, & capaces, ex quo requiritur quod sint nati ex concubina proprie sumpta, & multa circa hoc requiruntur, videlicet, quod vterque sit solutus, quod inter eos possit esse matrimonium, quod retenta diu in domo, & in schemate concubinæ, quod quidem schema parum differt ab vxore, & quod cum vnica consuecat, vt probatur in §. si quis autem de functis. in authen. quib. mod. natu. efficitur. in l. 3. ff. de concub. Sign. Homod. consil. 221. factum. Abb. c. in notuit. de elect. cum concord. per Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. Io. Bapt. de S. Seuer. in rep. l. si quia illustris. C. ad offic. in prima charta, & propterea si filij quos quis habet ex sua ancilla sunt spurij, non autem naturales & capaces, secundum Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. Alber. de Rosat. in rubrica. C. de natur. lib. vbi dicit de hoc fuisse magnam controuersiam in Prouincia, & quod not. Aret. consil. 4. 8. princ. Quartò facit ratio, quia filius non præsumitur legitimus, quia si matrimonium est facti, & facta non præsumuntur, ita dicit Bart. consil. 4. 2.

visa inquisitione. Corn. consil. 68. placet mihi. volu. i. l. 1. post dotem. ff. solu. matr. Dec. l. emancipati. C. de col. lar. ista ratio militat etiam in casu nostro: quia habere aliquam in schemate concubinae propter multa inde requisita, est quid facti, & non presumitur, unde nec quis naturalis presumendus est. Quinto, facit quia in primis debet legitimari persona succedere volentis. l. si res. C. de cog. glo. in l. 3. D. de edi. diui Adria. toll. Non obstat, quod minus delictum presumatur, quia responderet Dec. in d. l. si emancipati non procedere, nisi quando quis est reus & se excusat, agendo autem aliud est. l. qui iurasse. ff. si pater. ff. de iureiur. quamuis quodad animam magis videatur delictum in concubina propter longam & assiduam conuersationem. Nec obstat, quod pater appellauerit in testamento naturalem. unde videtur standum assertioni patris, facit l. si instituta. ff. 1. vbi Paul. Castr. de inoffic. testam. quia secutus est vulgarem modum, secundum quem etiam incapaces, & spurij dicuntur naturales, secundum Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in rub. qui filij sint leg. & Abb. in c. per venerabilem. eod. titu. & per Bald. eleganter in consil. 206. in 2. & 129. dubio 2. volum. 1. Item respondeo, quod si assertioni patris non statuitur, vt per Ias. in l. neque professio. C. de testa. praesertim in prohibitis. per l. qui testamento. ff. de probatio. & per Bart. in l. si sortis. ff. de Castr. pecalio. Et in terminis per Oldr. consil. 196.

CONSIL. LII. SVMMÆ.

- 1 Spurij vulgariter dicuntur naturales.
- 2 Presumptio minor cedit presumptioni maiori.
- 3 Per presumptionem, quod actus fiat in fraudem legis, eliditur assertio testatoris consentientis debitum.
- 4 Vbiunque actus potest in fraudem legis fieri, non fit interpretatio pro eius validitate.
- 5 In dubio lex praesumit, quem esse spurium, quae legis praesumptio habetur pro plena veritate.
- 6 Presumptio legis dicitur ipsa veritas.
- 7 Spurios omnes incapaces esse.

Via pro D. Io. Georgio, diffusè per alios scriptum est ipse tantum modo attingam vnam difficultatem, quae videtur mihi sufficere ad victoriam. Nam ex alijs allegationibus liquidò probatū est, istum filium in dubio praesumari spurium, quo praesupposito, dico obstat tria, quae in contrarium adducunt. Primo non obstat nominatio facta per patrem eum appellare naturalem, quia respondeo, quod secundum communem usum loquendi patres appellant naturalem, quemcumque natum ex soluto, & soluta, licet spurium. de quo communi vsu attestatur Io. Andr. in addit. Specu. in rubr. qui filij sint leg. & Bald. in c. innotuit. extra. de elect. in consil. 206. in 3. & consil. cxxix. in secund. dub. in 2. volum. Abb. in c. per venerabilem. extra. qui filij sint leg. & vltra has auctoritates, istud est notorium in hac ciuitate, in qua non habemus aliquod vocabulum vulgò significationis spurij, sed omnes appellamus naturales seu bastardos, quod idem est, gloss. in leg. final. C. de natur. liber. & istud est valde verisimile in testamento hominis imperiti in iure, qui nescit istas differentias. argument. not. per Bartolum in l. quo loco. ff. si iam mortuo. ff. de haer. instit. Rom. consil. 2. Succedit igitur regula, quod verba debent potius intelligi secundum communem usum loquendi, quam secundum proprietatem, vt dicit Bart. & doct. in rubr. ff. de oper. noui. i. nuntiat. Abb. in c. 2. de arbit. Felin. in rubr. decretalium. in j. & c. charta. l. in l. si. C. de succes. edit. non ergo potest argui ex dictis verbis, quod iste filius sit nominatus pronaturali, prout in iure accipitur sed prout ex coivsu loquendi. Secundo non obstat, quod legatū valeat, debeat fieri potius interpretatio, quod testator intellexerit de naturali proprie loquendo, quam de spurio ex communi vsu loquendi. respondeo ista praesumptio quae est pro validitate actus, cedit contrariae praesumptio

sumptioni fortiori iuxta l. diuus. ff. de in integr. restitut. & fortior est praesumptio spurietatis, & quod in fraudem legis pater eum sic appellauerit, vt probatur in l. qui testamento. ff. de probat. vbi per dictam praesumptionem quod actus fiat in fraudem legis, eliditur assertio testatoris consentientis debitum. Ad idem. si res aestimata. in princ. ff. de iure dot. & ibi not. Alber. de Rolat. vbi ad finem quod contractus continens donationem inter virum & uxorem annulletur, lex praesumit aestimationem factam ante matrimonium, esse collatam in tempus matrimonij, unde colligitur, quod vbiunque actus potest in fraudem legis fieri, non fit interpretatio pro eius validitate. Praeterea in casu nostro lex praesumit quem in dubio spurium, quae praesumptio legis habetur pro plena probatione. gloss. l. si tutor. C. de peric. tutel. imò praesumptio legis dicitur ipsa veritas. l. fin. ff. de probat. unde cum constat esse spurium, illa verba testatoris ambigua debent intelligi, secundum praesumptionem legis. Tertio non obstat, quod aliqui spurij non sunt incapaces, secundum doct. Salic. in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. quia respondeo quod communis mens omnium scribentium est in contrarium. & in terminis contrarium tenet Oldr. consil. 196. factum tale est. secundum cuius consilium dicit fuisse determinatum Alber. de Rolat. in rub. C. de nat. lib. in princ. idem tenet Bar. in l. fin. ff. de his quib. vt indig. Bal. in consil. 206. in 3. Ang. ff. in. in auth. quib. mod. natu. eff. sui. verific. restat.

CONSIL. LIII. SVMMÆ.

- 1 Filia legitima, & naturalis debet à Patre dotari.
- 2 Ad hoc vt filius praesumatur esse in potestate & legitimus, pendet ex matrimonio.
- 3 Matrimonium non praesumitur, nisi probetur, quia est facti, & facta non praesumuntur.
- 4 Praesumptio delicti in dubio non est capienda.
- 5 Legitima iure naturae non debetur naturalibus, sed legitimis tantum.
- 6 Clausula executivae non ampliatur praecedentem dispositionem, sed declarat intentionem disponentis.
- 7 Aliquis legitimans filium non obstante l. qui contra. C. de incest. nupt. videtur fateri eum esse incestuosum.
- 8 Contrahens cum filio, tanquam filio videtur confiteri eum esse filium.
- 9 Praesumptus consensus seu confessio testatoris, ligat haeredes.

Filiam legitimam & naturalem clarum est debere dotari à patre. l. q. liberos. ff. de ritu nupt. l. fin. C. de dot. promiss. & illud ius transmittit ad haeredes suos, & ad quoslibet successores, etiam particulares, quos ipsa voluerit, vt no. in l. si quis filium. C. de inoffic. testa. & huic iuri non praescribitur, nisi longissimo tempore, vt ibi no. solum contingit in proposito casu dubitari, an sit probatum, istam Margaretam fuisse legitimam ipsius Antonij? Et prima facie videtur dicendum, quod non: pro qua opinione facit primo, quia facta ad hoc quod filius praesumatur esse in potestate, & legitimus, pendet ex matrimonio. instit. de patria potestate. in princ. & l. tit. in potestate. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. sed factum matrimonium non praesumitur nisi probetur, quia matrimonium est facti, & facta non praesumuntur, nisi probentur. l. in bello. ff. de capt. & possil. & per istam rationem, consulendo determinauit Bart. consil. 42. visa inquisitione, quem refert & sequitur Petrus Phil. Cor. consil. 64. incipiente, placet mihi, in j. volu. propterea videretur concludendum istam Margaretam, de qua in facto proponitur, non praesumi legitimam, & consequenter non habuisse, nec potuisse transferre aliquod ius legitimae, nec dotis in bonis dicti Antonij asserti partis ipsius. Sed his non obstantibus, puto contrariam opinionem in proposito casu esse veriorē: quia quicquid dixerit Bar. in d. consil. videtur verius, quod filius praesumatur legitimus & in potestate, vt dicit Ang. in l. sed si desua. in princ. ff. de acquir. hered. & firmat Barth. Veron. in cautela 18. incip. in dubio, & per doct. in l. Titia. ff. sol. mat. & est ratio, quia aliis praesumeretur delictum, quae praesumptio in dubio, non est capienda. l. merito.

Rito. ff. pro socio. Et dato quod opinio Bartol. & Corn. esset verior, tamen dico, quod in casu nostro, non procedit: quia ex duplici capite probatur istam filiam fuisse legitimam. primo probatur hoc ex testamento patris ipsius Margaretae, in quo dicitur Anton. legat. dicta Margaretae florenum vnum iure natura legitima, & c. nisi ista fuisset legitima, illa verba, iure natura, non possent verificari, & essent superflua: quia legitima iure naturae non debetur naturalibus, sed legitimis tantum, vt not. in auth. nouissima. C. de inoffic. testa. ff. si quis autem. in auth. quibus modis nat. eff. sui. & illa verba, iure natura, posita ad executionem legati, declarant mentem testatoris, consentientis eam esse legitimam, quia licet clausulae executivae non ampliatur praecedentem dispositionem, tamen declarat intentionem disponentis, vt notab. dicit Bal. in l. eam quam. verific. sed pone quidam. C. de fideicommiss. vbi aliquis legitimans filium non obstante l. qui contra. C. de incest. nupt. videtur fateri eum esse incestuosum. Ad idem facit, quod not. Ias. in l. qui Romanus. ff. duo fratres. in s. quae est Bartol. ff. de verbo. oblig. vbi tales clausulae semper operantur, et alias sint superfluae. argu. c. si Papa. de privileg. facit, quod not. Bart. in l. Ceterum. verific. quid enim si dicit testator. & ibi Mod. ff. de vulg. & pupil. Secundo probatur istam filiam fuisse legitimam, ex alio capite: quia vt apparet per duo instrumenta, in quibus, dicta filia renuntiat iuri legitimae, & seruato sibi iure dotis petenda in manibus patris, ipso patre praesente, & autorizante, ex quibus instrumentis probatur consensus paternus, per quem satis confiteretur eam esse legitimam: quia si fuisset naturalis tantum, non fuisset in potestate, & consequenter in isto contractu non fuisset necessaria auctoritas patris, vt not. per Bart. in l. cum non solum. ff. de necessitate. C. de bon. quae liber. nec fuisset necessarium, quod pater acceptasset renuntiationem legitimae, ex quo naturalibus legitima nulla debetur, vt supra ostendi. Et per hoc facit quod not. Angel. in l. si proponas. ff. per illum text. ff. de inoffic. testa. vbi contraheus cum filio tanquam filio videtur confiteri eum esse filium, & facit tex. in l. si pater familiaris. ff. cum ibi notat. ff. de adoptio. vnde iste praesumptus consensus seu confessio testatoris ligat haeredes. l. si superatus. ff. de pignor. l. si mater. ff. in vbi Bartol. ff. de exceptio. rei iudic. & quod not. in l. cum quis. ff. de codicillis. ff. de leg. 3. & ista pro breuitate temporis sufficiant. Saluo semper meliori iudicio.

CONSIL. LIIII. SVMMÆ.

- 1 Statutum de agnatis ad feminas pertinere.
- 2 Correctiones expresse inducuntur, non autem per subauditās rationes.
- 3 Bannitus est capax successione ab intestato, fallit.
- 4 Ius in legali conuentione accrescere.
- 5 Dubitantes an sibi delata sit hereditas, non possunt repudiare.
- 6 Dubium iuris aequiparatur dubio facti.
- 7 Instrumentum registratum in archiuo publico, facit fidem, etiam si aliter non appareat de originali.
- 8 Coram fisco agitur sola facti veritate inspecta.

Misissijs quae in consilio meo diffusè demonstrata sunt, de iustitia causae istarum magnificarum amitarum, ne repetam alias dicta, solum respondebo ijs, quae nuper in contrarium adducta fuere. & in primis dum responderetur in mortuo ad statutum Papae, quod masculinum concipiat femininū, debere intelligi, si eadem ratio sit in femina, dico quod si consanguinei essent masculi, sine dubio mater excluderetur: quia verba statuti non possent cauillari. ergo idem si sint consanguineae feminae, nec possumus dicere inter masculos, & feminas subesse diuersitatem rationis, imò est eadem ratio. possunt enim duae cogitari rationes statuti. vna quae voluerit statutum praeserre masculos fauore agnationis conseruande, & ista ratio non est vera, tum quia statutum expresse vocat filiam fratris, tum quia alibi statuta aequaliter admittunt feminas, vt alias in consilio dixi, tum quia isto modo corrigeretur. Consil. Andr. Alciati.

In maximum. C. de liber. praeter. quod non est credendum, cum correctiones non nisi expresse inducantur, non autem per subauditās rationes. sequitur ergo, vt alia ratio sit statuti, nempe quod voluerit simpliciter fauere agnatis, seu consanguineis propter conuentionem sanguinis, quae ratio aequaliter militat, siue agnati sint masculi, siue sint feminae. & ideo stat firmū fundamentum statuti, necesse sublatum per motiuum, sicut ergo mater excluditur à legitima hereditate filij per consanguineū masculū, ita & per feminae, quia verba statuti hoc indicant. Secundo, respectu alterius monui cōcernētis bannum equitis est aduertendum: quia licet communis opinio sit, quod Bannitus sit capax successione ab intestato: tamen fallit quando est talis Bannitus, qui potest ex forma statuti impune offendi, & consequenter est hostis publicus, & sic licet regula sit communis, vt apparet ex auctoritatibus adductis in consilio. Nec obstat, quod sorores istae petendo dotē, videntur renuntiasse hereditati, respondeo, quod vna tantum ipsarum petit dotem, & ideo si illa cōcedatur, exclusi ius accrescit alteri quae conuentione legali ei coniungitur. in qua est locus iuri accrescendi, secundum Bartol. in l. re conuentioni. charta vltim. de legat. iij. & ideo istud nihil proficit matri, nec Comiti Galeacio. Praeterea ista petitio in qua soror illa non obtinuit, & cui mater aduersata est, non potest forori nocere in alio iudicio, & matri prodesse, secundum gloss. in authent. Item possessor. C. qui pot. in pign. & quae habentur in ea, ex eo non debet, de reg. iur. in vi. Praeterea probabiliter dubitauerunt istae sorores ex dubio iuris, an sibi delata esset haereditas, unde nec repudiare potuerunt. l. si qui haeres. ff. de acqui. hered. & tunc dubium iuris aequiparatur dubio facti. l. penul. vbi doct. C. de paet. maximè, quia subest etiam dubium facti, an esset eques bannitus ex homicidio Mondrageti, an ex eo quia sequutus Sforziam Ducem. Sunt etiam aliae responsiones traditae per aduocatos, ad quas me remitto. Nec obstat, quod eques fuerit toleratus, & c. verum est de iure communi tolerationem hanc multū operari, sed nos habemus decretum quod prorsus in hanc mat hanc exceptionem tolerationis. & c. Nec obstat, quod productum non faciat fidem, & c. nisi sicut instrumentum faciens relationem ex homicidio Mondrageti, imò facit fidem plenariam, secundum Bald. & doct. per me allegatos in consilio, sicut etiam instrumentum registratum, in archiuo publico, facit fidem, etiam si aliter non appareat de originali, vt per doct. in c. j. de procur. & Moder. in authent. l. si quis in aliquo. C. de edendo. Et hoc maximè, cum notariū scit combusta fuisse acta, unde sufficit probatio leuior, & per coniecturas, secundum not. in l. sicut iniquum. vbi doct. C. de fid. instrum. Nec obstat, non fuisse probatum bona fuisse in bonis, quia coram fisco agitur sola facti veritate inspecta, & etiam nunc potest se iudex informare, secundum gl. l. iij. in prin. in verb. inimicitiae. ff. de testib. Item potest limitare sententiam, vt mater sit exclusa à bonis Co. Hieronymi, & in executione deinde verificabatur, secundum not. in l. defensionis. C. de iure sic. lib. x. & in l. ij. C. de sent. quae sine cer. per Bartol. & doct. in l. j. ff. de edendo.

CONSIL. LV. SVMMÆ.

- 1 Habens fenestram iure seruitutis in alieno pariete, vel immunitate respiciat in alienum, non potest eam ampliare.
- 2 Si quis habet fenestram iure proprio, vt quia fenestra sit in proprio pariete, vel extrahat eam, vel extrahat eam, seu pedem, tunc arbitratur suo ampliare & mutare potest.

Hec controuersia duabus finitur conclusionibus iure nostro certis. Altera est, quod si iste vicinus, habet fenestram iure seruitutis, & vt quia sit in alieno pariete, vel immediate respiciat in alienum, non potest eam ampliare. leg. is cui via. verificul. non autem. ff. quemad. ser. amitta. leg. i. ff. Trebat. de aqua quot. & aesti. Altera est, si eam habet iure proprio, vt quia fenestra sit in suo pariete, vel extra

illam fenestram, habeat stillicidium, seu pedem, tunc potest eam arbitrari suo ampliare, & mutare. l. si. ff. de ser. vrb. prae. per Salic. & doct. in l. altius. C. de seruit.

CONSIL. LVI. SVMMAE.

Admonitio victoriam habefactat. **M**l est casus inter D. Franciscum & D. Martium, iam est decifus. Quoniam t Paris de Pareo lib. 8. dere militari, decidit enim in fauorem D. Francisci: alij tamen scriptores tenent victoriam stare prout sortita est in stadio, & quod solum Dominus Campi debeat punire illum, qui contra edictum suum, seu banitum, voluit admonere amicum, vel in eius memoriam aliquid reducere. Puto quod in practica feruaretur opinio Parisi, & haec est mea sententia. Saluo tamen faniqro iudicio.

CONSIL. LVII. SVMMAE.

- 1 Falsus procurator, non potest obligare dominum, nec per eum potest dici domini consensum interuenisse.
2 Verba narratiua instrumenti probant & arguunt consensum inter partes.
3 Ad probandum aliquam vxorem sola confessio non sufficit, quia non dependet a mera voluntate partium.
4 Enuntiatio si dependet a libera voluntate consentientis, tunc indistincte siue principaliter, siue incidenter agatur, talia verba probant in eius praedictum.
5 Datio inualida non est datio.
6 Paria sunt si quis ratificet verbis, siue re ipsa.
7 Fortior est ratificatio, quae inducitur per facta, quam quae per verba.
8 Rem propriam nemo potest in emphyteusim accipere.
9 Errans non consentit.
10 Periuero habitatio non prodesse.

Dducuntur contra Magnificum Comitem quamplurima, quibus patet responsio ex aliis per me allegatis, dum conclusi quod datio in solum facta de consensu partis valet, & tenet, etiam si facta sit ex falsa causa. Item dum probauit in casu nostro non fuisse falsam causam, Nunc autem solum inducit vnu, per quod tolleretur praedicta conclusio: videlicet, quia negatur donationem esse factam de consensu partium, & allegatur, quod procurator, qui in iudicio comparauit non habeat super hoc mandat, sed erat falsus procurator: unde non potuit obligare dominum, nec per eum potest dici domini consensum interuenisse. Sed hoc non obstat inter ipsas partes. Lo. optimam. C. de cotrah. & com. stip. & per Ioann. de Imo. in l. cum tale. ff. fin. ff. de condi. & demonst. & licet. d. Anto. & Mod. in capillud. de praesumpt. dicant, quod imo etiam tali casu non probant, quando principaliter disponitur super enuntiato, per illum text. tamen est aduertendum, quia dictum d. Anton. & tex. in d. c. illud. procedit in casu suo, videlicet in materia in qua confessio plenè non sufficit ad probationem iuris, vt est ad probandum aliquam vxorem, sola confessio non sufficit, quia non dependet a mera voluntate partium, vt per Pet. Cin. Albe. de Rosat. in l. non nudis. & ibi Barto. in ij. l. e. C. de probat. Bald. in l. non ignorat. C. qui accus. no. poss. cum concord. & hoc quia necessarium est in tali casu probare contractum per verba de presenti, vel aequipollentia, sed si t enuntiatum dependet a libera voluntate consentientis, tunc indistincte, siue principaliter, siue incidenter agatur, talia verba probant in eius praedictum, & ita procedit regula. l. optimam & ibi Bartol. & Bald. & quod not. Bartol. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. Bal. & Imol. in d. l. cum tale. ff. fin. Soc. confi. xj. in ij. Cum ergo in instrumento dicatur, praecessisse dationem in solum, censetur pars hoc confessio, & intelligitur de donatione valida, ex quo t datio inualida non est datio,

l. non putauit. ff. non quæuis. ff. de bon. poss. contr. tab. vnde d. Gabriel. censetur ipse consensisse. & obligatur ex consensu suo, non autem ex consensu procuratoris. Confirmatur, quia paria sunt, siue quis ratificet verbis, siue re ipsa. l. Paulus non tantum. ff. rem rat. habim. t fortior est ratificatio quae inducitur per facta, quam per verba, vt dicit Bald. in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. sed in casu nostro inducitur ratificatio re ipsa, ex quo D. Gabriel dicta bona in emphyteusim conduxit, quae non potuisset conducere si dario in solum non teneret, ex quo t rem propriam nemo potest in emphyteusim accipere. l. suae rei. ff. de contrah. empt. & quod habetur per Bar. & Doct. in l. qui Romae. ff. duo fratres. in xij. q. ff. de verb. oblig. Non obstat si dicatur, talem contractum emphyteuticum esse factum per errorem, & errans t non consentit. l. ij. C. de tabu. lib. x. vnde annullata ipsa datione, etiam omnia subsequetia corrumpunt, vt dicit glos. in l. si patronus. ff. patronum. in verb. Fauiam. ff. si quid in fraud. patr. Bald. in l. Imperator. ff. de stat. hom. Ias. in l. si ita stipulatus. ff. Chrylogonus. ff. de verb. oblig. Nam respondeo primo, errorem istum non probari, quia dato, quod ex forma pacti deberet Comes accipere de pecuniis si extant, alias de rebus & nominibus debitorum: tamen non est probatum, quod pecunia non extant, & quod istud non sit propter malam administrationem D. Gabrielis, vnde non est dicendum, quod incontinenti appareat de errore, imò appareat contrarium: quia constat per publica documenta, quod Comes est creditor pecuniae petitor: vnde dato, quod D. Gabriel potuisset excipere de redditione rationum, tamen ex quo non fecit, nec debet illi concedi restitutio in integrum propter omisam exceptionem. l. peremptoria. C. sent. resc. no. posse. l. si. C. de except. Secundo responderetur, quod iuramentum obstat, vt alias dixi. & incidit in periurium contraveniendo instrumento, vnde t iam esset periurus, habitatio nihil ei prodesse, vt habetur per Mod. in c. j. extra. de iur. & in l. si quis maior. C. de transact. cum similibus, vt alias latius dixi.

CONS. LVIII. SVMMAE.

- 1 Venditor non tradens rem emptori, conuenitur ad interesse etiam singulare, quod excedit rei pretium.
2 Interesse petenti probandum.
3 Interesse debetur ex mora.
4 Interpellati de facto tantum in mora constituuntur.
5 Reuorero, quia diffusus per alios allegatum est in praesenti casu, & quia triplex est petitio magnifici Busti, circa istud interesse, breuiter demonstrabo in aliqua cum non posse obtinere. Prima est, quia t venditor non tradens rem emptori, conuenitur ad interesse etiam singulare, quod excedit rei pretium. l. j. ff. de act. empt. quod maxime debet procedere in casu nostro, in quo ita expressè conuentum est in instrumento, per clausulam apponi solitam. Sub refectione damnorum, &c. Nam responderetur, quod hoc concessio sine veri praedictum. debet tamen t Bustus probare quod sua interfit, quod cum non fecerit actore non probate reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. Nec obstat, quod produxerit instrumenta emptionum per se factarum cariore pretio, quia istud nihil facit quoad scarfellis, tum quia res inter alios acta. leg. sepè. ff. de re iudi. tum etiam quia inde non inferitur verus valor, ex quo potuit per affectionem plus emisse. l. pretiareris. ff. ad leg. Falcid. forte etiam collusisse cum ipsis venditoribus, & auxillis pretium, vt obesset scarfellis. Secundo petitio est damnorum, quae passus est litigando, quia cum sit aduocatus: oportuit eum cessare a defensione aliorum, & sic perdere lucrum, vt hac litem prosequeretur. argum. not. per Bartol. in l. stipulatus es. circa fin. ff. de fideiuss. & Ias. in l. p. operandum. ff. fin. autem alterutra. num. xiiij. C. de iudic. Nam respondeo etiam de hoc nihil esse probatum, nec reperitur, nec vnus quide cliens, qui dicat se ab ipso Busto non fuisse defensum propter occupat.

occupationem, quam habent Bustus in hac lite: vnde articulo non sit probatum non est opus aliter insistere, circa articulum iuris, an aduocato debeatur tale interesse, in quo articulo sunt opiniones, & contrarium est verius, vt ostendatur quando opus erit. Tertia petitio est, quia petit interesse ad rationem quinque pro centenario, pecuniae quam soluit monasterio Sancti Celsi, interim dum litigauit ad consequendum capitale: sed respondeo, quod interesse debetur ex mora. d. l. j. sed isti minores, nūquā fuerunt in mora, tum quia t non constat vnquā fuisse interpellatos de facto. l. q. te. ff. si cert. pet. tum quia ipsi nūquā denegauerunt soluere, sed obtulerunt dare tot de bonis in solum, iuxta formā decreti: vn de etiam haec petitio corruit, vt latius deducetur si erit opus.

CONS. LIX. SVMMAE.

- 1 Missio in possessionem, est species executionis sententiae.
2 Post executionem non est dicendum, quod currat interesse, cum executio extinguat debitum, non autem inducat.
3 Interesse non debetur, nisi propter moram debitoris.
4 Quando potest imputari creditori, qui potuit solutione accipere, & non fecit, talis mora non debet esse damnosa debitori.
5 Interesse quandoque probari iuramento, & quandoque non.
6 Relatiuum qui restringit.
7 Non verificata qualitate statuti, non habet locum eius dispositio.
8 De iure communi solum iuramentum non sufficit ad probationem interesse, nisi in certis casibus.
9 Verbum qui contraxit, respicit factum ipsius contrahentis.
10 Quod non competit successor vnuerfali, multo minus competit alicui, cui particulariter acquiritur ex dispositione legis.
11 Retineri pro interesse domum non posse, & quare.

Ocin proposito casu arbitror non posse Augustinonem condemnari in interesse, pluribus rationibus. Prima est, quia creditores missi fuerunt in possessionem dictae domus, vigore praeprii, de quo in actis, quae t missio in possessionem est species executionis sententiae. l. a. diuo Pio. ff. in venditione. ff. de re iudi. per Barto. in l. si finita. c. j. Julianus. ff. de dam. infect. vnde non est dicendum, quod post t executionem currat interesse, cū executio extinguat debitum, non autem inducat. l. 4. ff. condemnatum. ff. de re iudi. vnde videmus, quod tali casu solum potest dubitari de interesse, quādo creditori vis fieret, ne possessionem posset apprehendere & tenere, lectus si iam apprehenderit, & in ea non molestatur, vt est casus in l. penul. ff. ex quib. caus. in poss. ear. & no. in c. j. & ij. extra. de dolo & contu. Et cū sit in facultate creditoris facere fieri in solum dationem ex forma statuti nostri, debet sibi imputari si non fecit, nec interim debet currere aliquod interesse, vt in simili concludit Imo. & Roma. in l. diuortio. in princ. & ibi Alexand. versic. praedictis etiā adde. ff. solu. matr. & est ratio concludens: nam t interesse non debetur, nisi propter moram debitoris. l. Seia. ff. de vsur. sed t vbi potest imputari creditori, q potuit solutionem accipere, & non fecit, talis mora non debet esse damnosa debitori. leg. illud. cum glo. ff. de peric. & comm. reuendit. l. item illa. ff. de constit. pecu. leg. si per emptorem. ff. de actio. emp. per Angel. Alexand. & Modern. in l. si seruum. ff. sequitur. ff. de verb. oblig. Circa q, tamen videnda sunt quae habentur in l. j. vbi gloss. C. etiam ob chirog. pecun. & ibi Bald. Salicet. in l. cum debitor. in fin. ff. per illum tex. in quib. cau. pign. tac. cotra. Se cūda ratio est quia t non est probatum istud interesse, nec sufficeret iuramento pro tempore d. Ioannis Anton. & hoc probatur ex verbis statuti, nam licet Aug. stare in communiōe cum dict. Ioann. Anto. & consequenter sequuta per eos ex forma statuti nostri essent communi, non tamen videtur competere ista facultas iurandi, nisi d. Ioann. Anto. qui ipse ex contractu suo acquisiuit, non autem d. Augustino, cui pro dimidia ex dispositione legis acquiritur: istud probatur primo ex verbis statuti, ex quibus constat talis facultas, quando debitor & creditor, qui ipsum debitum & creditum contraxerunt, viuunt: nam istud relatiuum t Qui tale creditum

est restrictiuum, vt no. in l. cūctos populos. C. de sum. Trin. & fide cathol. dato ergo quod d. Augustinus esset creditor, quia ex forma statuti quæ sita per fratrem suum secum essent communi, non tamen ipse contraxit: vnde t non verificata qualitate statuti non habet locum eius dispositio. l. Fulcinus. ff. j. ff. ex quib. caus. in poss. eat. per Ioann. Andr. in cap. primo. de homicid. in vj. & sic casus remanet in dispositione iuris communis, & cōsequenter respectu dimidia dicti crediti quæ sita domino Augustino non poterit aliquo modo iurari: quia t de iure communi solum iuramentum non sufficit ad probationem interesse, nisi in certis casibus, vt habetur in l. ij. & in l. in actionib. ff. de in lit. iur. & per Bal. in additio. Specu. in tiru. de fruc. & interesse. versic. ij. & per Alex. in leg. si fideiussor. ff. fin. ff. qui satisd. cog. & statutum non concedit illud beneficium nisi principali, qui contraxit, vel heredi a die mortis principali: sed dominus Augustinus, quoad dimidiam nō est creditor principalis qui contraxit, neque hæres, sed est creditor cui ex alterius contractu per dispositionem legis ius quæ situm est, in quo non verificatur illud t verbum: Qui contraxit. quod verbum respicit factum ipsius contrahentis. l. cōsilio. in fi. ff. de curat. furio. l. ij. ff. ad ipsi sum. ff. de acqui. rend. poss. non autem ius quod requiritur. Confirmatur hæc opinio ratione: nam ex forma statuti apparet, quod tale beneficium non competit, neque heredi p tempore creditoris, qui contraxit, vnde t non competit successor vnuerfali, multo minus competit alicui, cui particulariter acquiritur ex dispositione legis. l. ex pluribus. ff. de adm. tut. gloss. in l. cum fundum. in verb. postea. ff. de vi & vi arma. & per Modern. in l. j. fin. ff. de oper. notu. nunt. Tertia ratio, quia dato, quod interesse debetur & etiam iurari posset, tamē adhuc domus relaxanda est: cum t enim istud interesse sit, quid separem ab ipsa domo, non debet posse retineri domus pro eo, vt probatur ex doctrina Barto. in l. si non sortem. ff. si centum. ff. de condi. in deb. & habetur in l. fina. C. commo. in l. si non inducta. C. in quibus cau. pig. tac. contrah. cum similibus.

CONSIL. LX. SVMMAE.

- 1 Dominus teneatur ad refectionem rei communis.
2 Qui debet seruitutem ad refectionem rei, tenetur vnde inmediate seruitus debetur.
3 Non presumitur seruitus, nisi quatenus cōcludenter probatur.
4 Dominus qui tenetur dare aquas, intelligitur quod eas det ex pensis suis.
5 Vbi que quis ad aliquid tenetur, & pro tali obligatione habuerit aliquam compensationem, semper tenetur suis expensis.
6 Si facio impensam in re mea, & vicinus meus inde consequatur vtilitatem, non possum agere contra eum, vt contri buas expensa.
7 In solitis contribuere expensis non teneri.
8 Per ea quae facta sunt post contractus, declaratur intentio anterior contrahentium.

Ona est causa istorum magnificorum de Rosate, & iudicio meo clara, & sentio non teneri eos ad expensas contributionis pro spatia tura, nec pro aptura Rugiae: Moueo r rationibus, quia in hac materia considerandae sunt tres diuersae regulae. Vna est, quod t dominus tenetur ad refectionem rei communis. l. iij. C. de aedific. priuat. sed ista non facit ad propositum: quia aqua non est communis in ipsa Rugia, de cuius inundatione agitur, imò Rosati nullum ius habent, nisi a buccello infra. Altera est quod t qui debet seruitutem, ad refectionem rei tenetur, vnde immediate seruitus debetur. l. eū debere colūna. ff. de ser. vrb. praed. l. j. ff. ff. de aqua plu. arcen. sed nec hoc facit ad casum nostrum, tū quia immediate seruitus nō debetur, nisi a loco buccelli, quia tunc incipit currere in suo, secundum Bar. in l. quominus. in j. q. ff. de flu. tum etiam, quia non constat quod Rosati habeant istas aquas iure seruitutis, ita quod habeant ius reale in ipsa Rugia matrice, nec constat, quod vnquam inierit in ipsa

ipsa Rugia cum operarijs, & quod tenentur Manfredi prestare patientiam, iuxta l. refectio nis. ff. com. praed. nec praesumitur seruitus, nisi quatenus concludenter probatur. l. actus. C. de ser. Tertia est, de qua est casus noster, quando quis habet ius faciendi buccellum, & extrahendi aquas vsque ad certam quantitatem, quod ius incipit a loco buccelli, & tale ius sibi competit, non quod habeat ius reale in ipsa Rugia: sed ius quod proprie est quaesitum vigore ct. iudam obligationis, vel pat. de quo loquitur Veronen. in tract. de ser. aquae ductus. in viij. princ. q. ver. ij. q. ex praedictis. in fi. & tunc teneo, quod non teneatur quis ad expensam Rugiae principalis: moueor, quia, cum dominus Rugiae teneatur dare tales aquas, intelligere debemus, quod eas det expensis suis. l. suo victu. ff. de oper. liber. Bartol. in l. Nellenius. ff. de ne. gest. & per Lud. Ro. cof. cccxlvi. in hac causa. vbi per d. l. suo victu. concludit, quod vbi quis ad aliquid tenetur, & pro tali obligatione habuerit aliquam compensationem, semper tenetur expensis suis. facit quod not. Alexand. in l. stipulationes comodissimum. ff. de verb. oblig. Fel. in ca. non potest. extra. de re iudi. Et pro hoc est decisio not. Alb. de Rosa. in l. fi. de imp. in reb. fact. vbi id dicit, quod si facio impensam in re mea, & vicinus meus inde consequatur vtilitatem, non tamen possum agere contra eum, vt contribuat expensae, mouetur ex argum. illius text. versic. ante omnia. Confirmatur haec opinio, quia in his rebus plurimum attendi debet consuetudo. l. ij. §. apud Labeonem. ff. de aqua pluuiarum. sed ex processu constat, quod Rosati nunquam contulerunt, & dato quod non esset probata praescriptio, tamen satis est probatum, quod post dictos contractus factum sit, vt de declaratur intentione anterior contractuum. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced.

CONSIL. LXI. SVMMAE.

- 1 Dominum negotij vtiliter gesti teneri.
- 2 Possessori soluendum,
- 3 Ratihabitione obligari.
- 4 Emptor si imminet, euictio in limine iudicij, non tenetur exburfare pretium.
- 5 Reiter alias acta, alij nocere non debet.

Remitter cum assignationes, de quibus agitur, fuerint habitae ex causa solutionis p gabellariis factae, debent ipsi gabellarij teneri actione negotiorum gestorij: qa negotium eorum vtilitor gestum fuit. l. soluendo. ff. de neg. gest. & licet quando ipsi soluerunt adhuc gabellarij non essent obligati, ex quo debitum erat in diem, iuxta glo. in l. cum pecuniam, per illum tex. ff. de neg. gest. tamen adueniente die, non est dubium, iam ortum illis esse actionem, vt ibi habetur. Nec obstant quaedam quae in contrarij adduci possent. Primò, quod ipsi nesciret facta assignationem, & dato etiam quod scirent requirebatur denuntiatio, per quam prohiberetur Principi soluere. l. ij. & ibi Sal. in fin. C. de nouat. Nam respondetur, q. respectu illius summæ non soluerunt, neque ipsi Principi, nec potuissent à Principe compelli, ex quo ab eo erant per solutionem à gestoribus factam liberati. insit. quib. mod. tol. obl. in princ. imò si soluissent Principi tanquam indebitum potuissent condici. l. ex his omnibus. ff. de cod. indeb. Secundò, quod non videtur vtiliter gestum, quia vtilitas consideratur postquam dies obligationis aduenit, sed eo tempore intererat gabellariorum, ne solueretur, ex quo ipsi habebant retentionem, tum propter restaura, tum propter alias promissiones factas pro Principe, vnde tali casu non videtur posse agi, vt est tex. in d. l. cum pecuniam. & sicut agentem Principem exceptione tunc repulissent, ita etiam omnes qui ex solutione ei facta causam ab eo habuissent, c. ei qui in ius. de in ius. de regu. iur. in vj. Sed ad hoc quod magis videtur vrgere, respondetur duob. mod. Primò, quod imò agens Principi sic repellere non potuisset: qa dato q. bellum immineret, tamen debebant ipsi illustris. do. Maximil.

soluere, qui adhuc erat in possessione Ducatus, vt dicit Petr. de Anch. conf. c. lxxxvj. incip. tria principaliter. in 2. d. b. Nec restaurum poterat impedire talem solutionem, cum non esset liquidum, & potuisset compensari in alijs terminis, & non esset tantum damnum illatum, vt Princeps teneretur, secundum not. in leg. damnatum. C. loc. in c. propter. extra. eod. titu. Arer. conf. liij. Secundò responderetur, q. argumentum posset militare, quando ipsi gabellarij non habuissent ratam istam solutionem, cum t. eam ratificauerint: & promiserint soluere, sua promissio illos obligat quicquid deinde superuenit. l. Lucius. ff. de euictio. l. licet. ff. de act. emp. l. licet. C. de act. & oblig. & hoc tuadet aequitas naturalis: quia si ipsi non ratificassent & promississent soluere, potuissent illustris. Princeps Bari, & confortes, pecuniam solutam domino Maximiliano repetere, vel aliter indemnitati suae consulere, quod ab eis factum non est sub fiducia istius promissionis: quod autem gabellarij ipsi ratificauerint, & promiserint, est probatum per testes, qui deposuerunt qualiter d. Hieronymus praesentibus socijs, & qui acti potuissent impedire, obtulit se soluturum, de quo in alijs allegationibus dictum est. Tertio, quod gabellarij erant creditores illustris. do. Maximilia. respectu pecuniarum sibi compensandarum in alijs terminis, quas Galli non tenebantur ipsis compensare, tanquam praestitas ultra tempus regni ipsius, iuxta not. in c. j. de solut. vnde potuerunt gabellarij compensare super priorij termino, cum tunc immineret amissio status ipsius d. Maximil. sicut dicimus in emptore, qui si imminet euictio in limine iudicij, non tenetur exburfare pretium. l. si post perfectam. C. de euict. Sed respondetur, quod hoc posset procedere, quando gabellarij non teneretur, nisi quia negotium eorum gestum esset, nam posset dicere, quod vtiliter non esset gestum: sed in casu nostro, ipsi tenentur ex propria promissione, vt supra diximus. Praeterea respondetur, quod non constat quod ipsi haberent tale creditum aduersus Ducem, & licet in sententia lata tempore Gallorum sit sibi compensatum, tamen res est inter alios acta, & c. vt in rubro & nigro. C. res inter alios acta.

CONSIL. LXII. SVMMAE.

- 1 Iurisdictionem incapaci datam inutilem esse.
- 2 Simulatio veritati prauidicare non debet.
- 3 Impetratio facta ad concussione, & terrorem aliorum, ne auceant concurrere, non valet.
- 4 Ratum haberi frustra ius alteri quaesitum.
- 5 Priorem possessorem potiorum esse.
- 6 Subrogare alium sibi ex causis non licere.
- 7 Defectus iurisdictionis semper allegari potest.

Nillam praesens quaestio videtur habere difficultatem, quod scilicet non possit fieri apotheca proxima Rubeo: quia aut loquimur de apotheca magna, & aduersarius Perechini est exclusus propter sententiam obtentam à speciaro Melonis: aut loquimur de apotheca proxima, & cum magis. do. Ludouicus Rubeus in ea non obtinuerit iurisdictionem vllam, frustra de hoc disputaretur, cum respectu illius Perechinus sit prior tempore: nec expediat hic disputatio, an ratificatio Rubei valeat: quia in prima concessione iurisdictionis non actum est de hac apotheca, & sic, nulla est in hoc difficultas. Fortius tamen dico quod aduersarij Perechini non possunt se iuuare concessione iurisdictionis, quae facta est ipsi Rubeo. Primò, qa non videtur valuisse quia non potest Rubeus, qui est patritius, & senator, exercere talem artem. l. nobiliores. vbi Bald. Salic. & caeteri. C. de commere. l. ne quis. C. de digni. lib. xij. Secundò, quia satis apparet quod respectu ipsius Rubei talis impetratio fuit facta, & simulata quia ipse non vult exercere talem negotiationem seu artem: vntalis actus simulatus non debet. Perechino, q. verè accipit, prauidicare. l. cu ea q. C. de trans. l. empt. ff. de aqua pluuiarum. vbi not. ca. constitutus. c. fin. de concess. praebend. & potest haec simulatio detegi etiam iuramento ipsi

ipso Rubeo deferendo, secundum l. emptor. C. plus val. quod agitur. cu ibi notat. per Cyn. & Doct. Tertio, quia Rubeus est potentior, & ex primoribus ciuitatis: vnde de talis impetratio censetur facta ad concussione & terrorem aliorum artificum, ne auceant concurrere: vnde de talis actus est nullus. l. j. C. ne lic. pot. l. j. C. de ijs qui poterit. l. pen. C. quod met. cau. Quarto, quia qui acceperunt nomine ipsius, non habebant mandatum, ideo tunc ei nullum ius est acquisitum, quia absenti non potuerunt acquirere. l. stipulatio ista. §. alteri, de ver. obli. Bal. l. nec ei. §. satisfactio. q. vj. de adop. l. ij. & iij. ff. rem. pupil. fal. for. vbi Bart. Et licet deinde facta sit ratificatio, tamen non est facta tempore habili, quia ius interim fuerat quaesitum Perechino. l. bonorum. ff. rem ratam habe. & ideo facultas ratificandi fuit impedita. l. si ego. §. si res alicui. de iure dot. & quod in simili not. Pau. Castr. conf. c. xev. visis ijs, quae narrantur. in ij. Deci. c. xxvj. magister Ioan. & in l. contractus. de reg. iur. Quintò, quia Perechinus fuit prius possessus in possessione, & exercuit, quàm Rubeus, ideo debet praerteri etiam si Rubeus fuisse prior tempore. l. quoties. C. de rei vendic. cum ratificatio eius non possit hoc casu nocere, vt in simili per Socin. in leg. j. §. si iusserim. ff. de acquir. possell. Sextò, quia etiam si dicemus valere concessione factam Rubeo, non tamen videtur quod potuerit Rubeus in suo loco alios subrogare, quia talis concessio videtur merè personalis, vt apparet ex statuto non admittente quemlibet dictam iurisdictionem, & requirente iuramentum, & similes qualitates personales: ergo alteri talis facultas cedi non potest. l. quia tale. ff. solut. matrim. l. seruus si haeredi. ff. de statu liber. & facit tex. & quod ibi not. in l. ad officium. C. commu. diuid. & per Lud. Roma. conf. c. cccclxxxij. Septimò, quia concessio Rubei non videtur legitime facta, cum facta sit à massario & duobus officialibus tantum, nec ex forma statuti, id ius competat illis tantum: vnde videtur deficere talis concessio: ex defectu iurisdictionis qui defectus semper potest allegari. glo. Clem. j. verb. non obstante. de sequest. post. doct. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. noui nuntiatione.

CONSIL. LXIII. SVMMAE.

- 1 Mentiois effectus & forma.
- 2 Legislator semper pro innocentia praesumit.
- 3 Creditur quocumque deliquisse, nisi quatenus aliqua ratione appareat.
- 4 Obijciens crimen alicui si verum est, nullam dicitur facere iniuriam.
- 5 Obijciens crimen falsum, iniuriam facit, & delinquit quin calumniator efficiatur.
- 6 Quod quisque iuris iniqui in alij statuerit, eodem iure & ipsum vti necesse est, nec vltra id extendi potest, neque talioni aliam talionem obijcit.
- 7 Reconuentione reconuentionis nulla est, nec à iudice admitti debet.
- 8 Aduersus doli exceptionem, nullam esse doli replicationem vulgo traditum est.
- 9 Prima chartula qua quis alicui crimen obijcit iudicarij bellum habet.
- 10 Post litem contestatam ad probationes deuenitur.
- 11 Valet argumentum de iudicij ad duellum.
- 12 Generalitas complectitur omnes species.
- 13 Orationis ciuilitas & modestia vim responsonis non impedit, aut rei probationes angustare potest.

Hic praesens casus satis videtur clarus ex duabus conclusionibus, quae receptis simae sunt in hac materia singularis certaminis. Prima est quae oritur ex consuetudine vbiq. certa & notoria, quod qui aduersarium mentiri dixerit nihil vltra quaerat, sed exoneratus sit, honoremque suum saluum habeat, onusque aduersario incumbat ad arma eum perueniendi, haecque sola super sit aduersario via, nec remaneat oneratus: nec satis sit, si replicaret, imò tu mentiris. sed omnino prouocatio ad arma facienda sit. Pro cuius consuetudinis ratione sciendum est legislatorem semper

per pro innocentia praesumere, c. effete. de regu. iur. 2 antiq. nec quenquam credi deliquisse, nisi quatenus 3 aliqua ratione appareat. l. merito pro locio. §. qui ergo 4 mihi crimen aliquod obijcit. si verum est nullam dicitur facere iniuriam. l. lex. Cornelia. in fin. de iniur. melius probatur in l. eum, qui nocentem. in prin. c. ff. eod. tit. §. si falsum facit iniuriam mihi, & ipse delinquit: quia 5 calumniator efficitur. l. j. ad Turp. si ergo ipsi accusanti respondeo, Tu mentiris. me exonero, & crimen in auctorem reflecto: quia calumniari eum affirmo. d. l. j. & l. j. de ijs, qui not. licet autem vnicuique iniuste accusato accusatori dicere, Tu mentiris. l. quae omnia. ff. de procur. vbi doct. quia non animo iniuriam illi faciendi, sed me defendendi id dici credendum est Abb. c. cum te. de re iud. & etiam si iniuria aliqua inde oriatur, secundum doct. l. si quis extraneus. de acqui. haer. cum ea compensanda est quam tu mihi crimen obijciendo feceras, vt verba eum verbis mutua vice talionem recipiant. leg. viro, atque vxore. ff. solut. matrim. Quod si tua replicatio admitteretur, qua diceres, imò tu mentiris, & c. res ad infinitum verborum inanum modum deueniret. leg. in hoc iudicium venit. §. si conueniat. ff. comm. diuid. exitumque non haberet quod maxime strenuo militi est in decorum, vt lingua promptior, quàm armis videatur. Satis ergo est, vt semel duntaxat permissa sit verbalis congressio, vltius verò non permittatur. l. boues. §. hoc sermone. de verb. sig. Secundò, pro hac ratione etiam facit, quia videmus, quod quique iuris iniqui in alium statuerit, eodem iure, & ipsum vti necesse habere, nec vltra id extendi posse, neque talioni aliam talionem obijci. l. si. ff. quod quisque iur. vbi Paul. Castr. & l. as. quo argum. & Barto. & caeteri tradidere reconuentionem reconuentionis nullam esse, nec à iudice admitti. l. iurandandum & ad pecunias. §. ait praetor. de iure iur. Tertio, ad rem propius facit quod vulgo receptum est aduersus doli exceptionem nullam esse doli replicationem. l. apud Celsum. §. Marcellus. de dol. except. qui enim respondit, Mentiris. dolum prouocantis excipiendo arguit, calumniamque allegat: si replicaretur, Et tu mentiris de dolo diceretur replicare, quod non solet cuiquam concedi. l. transactio finita. C. de transact. vbi dixi. Quarto, debet enim prouocator magis de probatione intentionis suae sollicitus esse, quàm de noua contumelia, nam & si hoc admittetur, nonne batologiam quandam, & superfluitatem lex induceret. l. si quando. de legat. j. quid enim amplius haberet replicatio, quam quod semel in intentione deductum est? etenim si vera est intentio, necessarium est metiri reum, qui id ipsum actor imputauit. Ne ergo saepius reuoluatur eadem oratio, & pistilli more circumferat. l. Claudius, qui pot. in pign. non amplius verbis vtendum esse existimandum est, sed ad probationis modum deueniendum, qui per singulare certamen fit, haecque videtur consuetudinis huius esset ratio. ff. Habet ergo prima chartula qua quis mihi crimen obijcit iudicarij libellum. l. j. C. de lit. contest. an responso mea, qua cum menti affirmavi, pro exceptione est, sicque lis quodammodo est contestata. l. turpia. in princ. de legat. j. vbi Baldus Alexand. Modern. vnde consequens est vt ad probationes deueniatur. c. quoniam frequenter, in princ. vt lit. non contest. quae certaminis euentu inducuntur: constat enim iargumentari de iudicij ad duellum solitos esse veteres quod Ioan. Lignanus, alijsque qui huius argumenti libros scripsere vbiq. faciunt, & Bartolus probauit. leg. primo. C. de lit. constat. Secunda conclusio est, quod non refert, qua quis verborum forma fuerit mentitus etiam generali: quia generalitas complectitur omnes species. leg. si duo. in fin. ff. de adm. nist. tur. & quia verificatur in ea specie, de qua agitur. leg. ij. ff. de lib. & posthuma & facit text. in leg. ijs verbis. in fi. ff. de haer. insti. quamuis etiam in casu nostro mentitio dicatur specialiter facta: quia deinde proponitur. Tu nunquam

nunquam dicit verum, id que intellige more Gallico. Etenim ceterum ex consuetudine Gallicana mentiones dare ex simplici negatiua, quando additum non est. *Salua vestra gratia*. nihil ergo refert, quod expressè dictum non sit, *Tu mentiris*. Nam si simpliciter respondi minus vera esse, quæ obicitas, vel existimatione tua te falli, vel haudquaquam tibi consentire, perinde ac si dixissem, *Mentiris*. Vnde nulla alia est sua replicatio, nisi, *Quin ergo armis experimur?* neque his verborum delinimentis euitare pugnam potes, neque enim iuramentis ciuilitas, & modestia vim responsionis impedit. I. si quis mihi, §. si pater, de acquir. hæred. aut rei probationes angustare potest. l. curen. ff. de testib. imò laudandi vtrique sunt, qui vrbantate hac vtuntur, vt contumelias parcant, alterique nil vltra obiciant, quam necessariam ei rei agendæ sit quam intendunt. Et sic concludo remanere oneratum eum, cui dictum fuit, *Tu nunquam dicit verum*. & solum ei superesse procurationem ad arma. Et hæc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXIII. SVMMA.

1. Ad eundem formam.
2. Filiis qui in potestate sunt, tutor dari non potest.
3. Filiis in potestate constitutis quandoque potest dari curator, qui tamen non potest exercere actus legitimos, sicut est aditio hereditatis.
4. Hereditatis valorem variè argui.
5. Presumptio que oritur ex fama publica & notoria, inter eos quibus cognita sunt mercimonia, est valde probabilis in materia consilij.
6. Commissio iterabilis ex causa.
7. Si statutum iubet causam committi, etiam articuli emergentes committendi erunt.
8. Executionem ad ordinarium pertinere, non autem ad medietos.
9. Liquidatio debet fieri in ipso processu executiuo.
10. Arbitrorum & Mediorum salaria diuersa.
11. Non est capienda interpretatio per quam correctio sequatur.
12. Adequatio que fit mediante relatione, non habet locum gratia contrarietatis euitandæ, que ex lege ipsa inducitur.
13. Dicitio tamen est aduersatiua, & denotat contrarium esse in sequentibus.
14. Relatum est in referente, non è contra.
15. In correctiois non est licita extensio, & ex identitate rationis.
16. Mediorum etiam Arbitrorum discrimen.
17. Minime mutanda sunt, que interpretationem certam semper habuerunt.

Requiritur, vt sententiam meam dicam circa processum nobilis viri Antonij Alberti, libenter abstinuissimè à tali labore iudicialium, forsensum que actorum legendorum: idque propter professorij muneris mei occupationes, verum precibus deuictus amici, non potui denegare, tamen viderem adeò diligenter per aduocatos rem tractatam, vt minimè opera mea esset necessaria. Circa primum requisitum, an nobilis Argentina sit legitima tutrix, rectèque hæreditas Hieronymi sit adita, respondeo, filios impuberes hæredes scriptos, cum in potestate patris essent, non potuisse absque eius consensu adire iuxta l. fin. §. fin. autem. C. de bon. quæ liber. & quamuis pater citatus fuerit contumax, non tamen ideo amisit ius patriæ potestatis: clarum autem est filiis qui in potestate sunt, tutorem dari non posse, vt est gl. in l. de tut. in prin. & in prin. & in d. l. fin. §. fin. autem. & quamuis quandoque ex causa possit talibus dari curator, tamen talis curator non potest exercere actus legitimos, sicut est aditio hereditatis l. cum in vna. §. fin. ff. de appellat. l. curatorem vbi Bart. ff. de auct. tut. Quod si pater ipse esset bannitus tunc aduertendum esset circa speciem banni, secundum distinctionem Bart. in quaestione sua prima in cap. Luca. ne ciuitatis. & deo. in l. j. C. de hæred. in st. si enim esset bannum, per quod quis posset impunè offendi, & amitt-

teret iura ciuilia, tunc etiam amisisset patriam potestatem. in st. de pat. potest. in princ. & consequenter valuisse datio tutelæ facta in nobilè Argentinam. Circa secundum requisitum, quomodo proberetur valor hereditatis Stephanij, quod ascenderet ad viginti mille aureos. videtur probari ex plurimis cõiecturis, quæ licet separatim imperfectæ sint, tamen possunt coniungi, secundum not. per Bar. in l. admonendi. de iureiur. ver. his præmissis. & in l. j. §. iidem Cornelio. de quaest. Prima est, quæ oritur ex literis vtrius, & citrò missis per ipsos fratres, quæ fuerunt recognitæ per testes: & licet non fuerit seruata forma probationis, de qua in l. comparationes. C. de fid. instru. m. & p. Dd. in l. admonendi. ff. de iureiur. tamè possit de nouo seruari in hoc iudicio executiuo. Secunda præsumptio est oriens ex sententiâ domini Symonæti, & ex sententiâ lata in fauorem Contestæ, quæ sententiæ, cum latæ sint super hæreditate, probant concludenter contra habentes ius in consequentiâ, secundum l. statuliberi. §. Quintus. de statulib. & per Bal. & Angel. in l. in genuum. ff. de stat. homi. contra verò principales non quidè probant concludenter. l. j. ff. de except. rei iudic. sed faciunt magnam præsumptionem, quæ sufficit semiplene probationi, secundum gloss. Ange. Modern. in l. i. §. C. de eden. & quæ coniuncta superiori debet sufficere. Tertia est præsumptio, quæ oritur ex fama publica, & notoria inter eos, quibus cognita erant mercimonia istorum, & ista etiam est valde probabilis in hac materia, secundum Soc. consilio cexlix. maxime cum tractetur de re difficilis probationis, & agatur coram iudicibus, qui sola facti veritate inspecta, cognoscunt vt eleganter allegatum fuit per dominos aduocatos. & per Alexan. consil. lxxv. in j. cxxx. in ij. cum similib. Quarta est fortior probatio & quæ mihi magis placet iuramentum in litem ipsi domino Antonio actori deferendum, cum enim Hieronimus esset socius, & requisitus fuerit ad exhibendas rationes, & computa negotiationis, & ipse nunquam fecerit, cõstat de eius dolo: & ideo agenti deferitur iuramentum in litem. l. penult. ff. de in lit. iur. quod habet locum etiam contra hæredem, quoties lis est contestata cum principali, secundum textum in l. fina. §. fin. ff. de fideiuf. tut. l. iij. de in lit. iur. & licet lapsa sit instantia cum ipso principali, non tamè perimitur effectus malæ fidei, vnde oritur beneficium dicti iuramenti secundum doctrinam Bartoli in l. cum lite mortua. ff. iudic. solui. Circa tertium requisitum, liquidatio sententiæ an sub ordinario sit faciendâ, an verò sit iterum committendâ medijs: libenter vidissem verba statuti Saonenis de commissione medijs faciendâ, quæ cum ad me transmissa non sint, non possum omninò præcisè respondere, dicam tamen, quid mihi succurrat si non tractaretur, nisi de legitimatione personæ domi. Argentinæ, & aditione hæreditatis factam per eam nomine filiorum, non putarem medios aduocandos: quia hæc clarè & notoriè constant per processum, vnde in claris non est locus tali commisioni, secundum Bartolum l. ille, aut ille. ff. de legat. iij. & per Ias. in l. j. de oper. noui nuntiat. Ceterum quia tractatur etiam de probando valore hæreditatis, quæ questio est facti, crediderim iterum committendâ esse, postquam per primam sententiam res non fuit decisa, secundum aggregata per Iason. in l. prætor ait. §. deinde. de oper. no. nuntiat. & alibi sæpè. & Deci. consilio xxij. maxime quia iste articulus est pars ipsius causæ semel commissæ, qui in decisus remansit, ideo debet de nouo decidi, vt ibi habetur: subest enim hoc casu prorsus eadè ratio, quæ reliqua in causis: sicut videmus, quod si statutum iubet causam committi, etiam articuli emergentes committendi erunt, secundum doct. in l. pen. C. de pact. & q. not. Anch. consil. lxxvij. Et quia videtur statutum habere maiorem fiduciam in iudicio horum mediorum, tanquàm confidendum, quam in iudice ordinario, secundum Paul. de Castr. consil. cxciiij. in ij. volum. in cap. visus punctis. Nec obstant, verba primæ sententiæ, quatenus in ea dicitur conditiones illas esse liquidandas

das in executione talium arbitratorum, &c. tunc executio autem pertinet ad ordinarium, non autem ad medios. l. iudic. cauere. ff. de iuridict. omn. iud. respõdeo, quod postquam medijs secundum statutum cognouerint, tunc iudex exequatur, vt in simili dicit Bald. in leg. j. C. ne li. tertio appell. & licet aliàs liquidatio debet fieri in ipso processu executiuo, per Bart. l. j. de eden. tamen aliud est in casu nostro, propter statutum quod causæ committantur medijs, qui ipsi litem finire debent. Nec obstat, quod liquidatio debet fieri in ipso processu executiuo, secundum gloss. Bart. ceterosque in l. j. ff. de eden. respondeo, istud est verum de iure communi: non quando adest statutum, quod causæ decidantur per Medios, ipsi debent finire totam litem, & consequenter omnia liquidare. Non obstat, quod statutum excludit causas executiuas, respondeo dato, quod ita sit (quia non vidi verba statuti) iste punctus, qui subest circa probationem valoris hæreditatis est pars primæ causæ cognitionalis, non autem executiuæ, quæ cum omilla sit, debet iterum cognosci, & finire & ideo non est facile recedendum ab eo quod consuluit Socin. consil. l. j. in j. vobis. allegatus per præstantissimos aduocatos causæ. Circa quartum requisitum, pertinet ad salarium istorum mediorum consideratis verbis statuti, sentio quod eis debeatur salarium denarium sex pro libra, secundum dispositionem statuti. Nec obstat, quod in statuto loquente de arbitris dicitur, quod arbitris soluantur salarium, que admodum medijs ex forma sequentis capituli, quod tamen salarium excedere non possit libras xxx. &c. respondeo, quod ista restrictio librarum xxx. est facta respectu arbitratorum tantum, non autem respectu mediorum. Moueor in primis: quia medijs ipsi respectu salarij non sunt æquiparati arbitris, sed è contrario arbitri potius ad iura mediorum sunt æquiparati: vnde dispositio superueniens respectu arbitratorum non debet trahi ad medios, sicut cum dicimus princeps adæquat sibi Augustam, non censetur que de Augusta constituta sunt ad Principem ipsum trahi: quia non est facta mutua æquiparatio, secundum Bartol. in l. j. de legat. j. vbi omnes scribentes & quod not. Deci. consilio xlvi. Rursus moueor, quia statutum mediorum simpliciter loquitur, & non facile capiendâ est interpretatio, per quam corrigatur, seu restringatur: imò propter euitandam correctionem, seu legum contrarietatem, tali æquiparationi non est locus, vt per gloss. in l. Marcellus. §. Paulus. ff. de donat. caus. mort. & tunc adequatio que fit, mediante relatione, non habet locum gratia contrarietatis euitandæ, quæ ex lege ipsa induceretur, vt per Bartol. in l. j. ff. de recept. l. sanctio legum. de pœnis. Ad idem me mouent verba statuti dum post relationem factam ad dispositionem sequentis capituli, subiicit, quod tamen salarium, &c. tunc dicitio tamen est aduersatiua & denotat contrarium esse in sequenti capitulo vt sollicit in eo possint excedi libras xxx. aliàs simpliciter non aduersaretur, sed secundum quid de quo in l. ita tamen. ff. ad Treb. per Bartol. & alios in l. j. princ. si quis iudic. Nam & si statuentes voluissent dispositionem hanc generalem restringere, illa additio faciendâ fuisset capiti de medijs, ad quod se capitulum de arbitris refert, non autem erat faciendâ de arbitris, ad quod, capitulum mediorum nullam habet relationem, etenim relatum est in referente non è contra. l. asse. de hæred. institu. l. si ita scripsero. de condi. & demonst. cum similib. Nec obstat, quod hoc modo plus salarij haberent medijs, quam iudex ordinarius vel vicarius: respondeo hoc non est absurdum: cum illi habeant stipendium certum de publico, medijs non & videmus vbi que in ciuitatibus Italicis id esse, vt confidentes partium habeant certum quid, putà duos pro centenario non hoc reputatur iniuriam. Et de iure communi sportulæ erant longè maiores, vt si causa maior sit centenaria, soluantur octo aurei, §. si quis autem. authent. de iudicibus. Nec obstat, quod restrictio facta arbitris, debeat censeret etiam facta medijs: quia subest

eadem ratio: respondeo in correctoria non est licita executio etiam ex identitate rationis, authentic. quas aditiones. C. de sacrosanct. eccle. ne dicitur hic tractari de æquiparatis: quia non est verum, vt supra dixi, cum æquiparatio mutua, seu hinc & inde facta non sit, secundum Bartolum in dict. l. j. de legat. i. Præterea non est tanta ratio restringendi mediorum salaria, vt secundum terminos iuris cognoscunt, & sunt iudices, sicut arbitratorum qui potius sunt tanquam proxeneræ ad concordiam, secundum gloss. §. j. authentic. vt differ. iudices. Non obstat text. in leg. ij. iun. & gloss. verb. non alien. C. de iij. qui ven. ata. vbi clausula ita tamen quod prædicia sine decreto non alienare comprehendit non solum formi nas adæquatas masculis, sed etiam masculos, respondeo, masculi comprehenduntur non vi illius clausulæ, sed per alias leges ibi allegatas, in gloss. videlicet l. lex, quæ. C. de auct. tut. sed in casu nostro non solum medijs non restringitur salarium per alias leges, sed etiam leges corrigentur, seu restringentur, vt supra dixi. Et ita ego putarem tenendum, nisi tamen consuetudo aliter d. statutum interpretaretur: quia minimè mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt, leg. minimè. ff. de legibus.

CONSIL. LXV. SVMMA.

1. Prouocatio cum causa sufficit ad duellum.
2. Rex iudicatus pro veritate accipiendâ.
3. Que lo sunt improuocabiles clerici.
4. Prouocatio per duellum est omni iure prohibita.
5. Duelli concedendi cause.
6. Nullo casu duellum clerico conceditur.
7. Infirmus ægritudine perpetua prouocari non potest, cum talis non teneatur in ius venire, multò minus ad certamen.
8. Sententia contra perpetua ægritudine infirmum, est ipso iure nulla.
9. Morbus fonticus perpetuus, vel recidiuus.
10. Laborans morbo Paralytico, nullo modo potest cogi ad pugnam.
11. Prouocationes habent similitudinem cum libellis iudicialijs.
12. Prouocationes quæ sunt inuenta ad explorandam veritatem, debent esse specialiter, & clarè conceptæ, & quare.
13. Chartula prouocationis debet esse clara, vt possit Rex deliberrare vtrum cedat, an contemnat.
14. Causa honoraria & existimationis æquiparatur vite.
15. In causa criminali certum est specialiter titulos criminum & personas esse exprimendas, a led vt etiam vno non opponente, libellus criminalis propter incertitudinem sit nullus.
16. Quoties dolus alicui obicitur, oportet nominatim exprimi, quatinus in re dolus intulerit, & quomodo.
17. Qui non excipit, videtur acquiescere, & fauori suo renuntiare.
18. Rati habitio in casu æquiparatur mandato.
19. Sententia elidende argumentum.
20. Campionis dandi cause.

Superiore anno, priusquam decederet illustrissimus dom. Dux Placentiæ misit ad me literas cum chartula prouocatoria domini Caesaris Pignatelli impressa, iniunxitque mihi vt sententiæ meæ eum certiorè facerè, an ea chartula rectè, atque ordine concepta esset, respondi prima fronte videri rectè conceptam, verum non posse me quicquam certi distingere, nisi visis exceptionibus partis aduersæ: quoniam scriptum est, Audi vtrunque partem, si vis rectè iudicare. Nuperimè autem cum ad me venisset reuerendus dominus Fabricius prouocatus eius exceptionibus auditis cœpi subsistere, & re diligenter considerata, visum est potiorè esse eius causam. Et in primis pro domino Caesare, seu validitate chartulæ prouocatoriæ tunc facit: quia habet distinctam causam. Quis præsumpsit facere me offendi à tuo creato, & si id negares, probabo armis, &c. quæ expressio videtur sufficere in hac materia duelli, quæ regitur secundum æquitatem naturalem omni rigore

gore iuris civilis, prout solet inter viros milites agi iuxta l. j. le. neque enim. vbi Bartolus. ff. de testamen. mil. Et ideo videtur recte per dominum commissarium Senensem pronuntiatum, dominum Fabricium, tanquam contumacem pro conuicto esse eius notae, quae sibi per di-
 2 **ctam** chartulam est obiecta, quae res iudicata, pro veritate est accipienda. l. ingenuum. ff. de statu homi. & l. res iudicata. ff. de reg. iur. glo. super verb. veritate gestorum sermonibus. c. cum inter vos. per illum text. extra de sent. & re iud. in antiq. Et hoc maxime est dicendum in casu nostro in quo non habet dominus Caesar quod amplius querat. Sed praesenti statu contentus est, cum purgauerit sibi illatam contumeliam, & dominus Fabricius videatur oneratus. Et licet quando praecipua est accusatio per illa verba, *Et si id negares, probabo, &c.* sit aliqua difficultas, an mittens chartulam debeat cense-
 3 **ri** pronocator, an verò prouocatus. Et ego aliam respon-
 4 **derim** quod nihilominus est prouocatus, nisi quando incontinenti constaret de illata iniuria, vt dixi, in consilio quondam domini Canini Gonzagae, tamè hec questio non est praesentis speculationis: quia dominus Caesar non negat, quin ipse sit prouocator, & quin velit sustinere partes actoris, & relinquere electionem armorum ipsi domino Fabricio. Sed, iis non obstantibus habeo pro claro, & expedito, quod imò saluus sit honor ipsius domini Fabricij, & in nihilo sit oneratus per transmissionem dictae chartulae, quae notoriae & plusquam manifeste transmitti ad eum non potuit. Cum enim sit Oeconomus seu balliuus Sanctae Eufemiae specialiter est prohibitus singulari certamine pugnare, iuxta textum in ca. j. de clericis pugnantibus in duello. Et debet dominus Fabricius plures facere praecipua Pontificis, quam istas prouocationes aduersus leges introductas. Etenim sciendum est quod probatio per duellum regulariter est omni iure prohibita. canon. monomachiam. ij. quae. iij. cap. ij. de cler. pugnantibus in duello. adeò quod non valet consuetudo in contrarium vt vbi dicitur. Et quamuis soleat certis quibusdam casibus concedi pro conferuatione honoris, quando aliter veritas apparere non potest, secundum Bald. in l. cum filius. §. fina. ff. de lega. & fideic. ij. cū concordan. per Dec. consil. cccclxxxvij. tamen in nullo casu conceditur clerico seu personae beneficiatae: nec talis potest prouocari. dict. c. j. & vno ore omnes fatentur. Rursus etiam illud receptum est, quod
 7 **infirmus** aegritudine perpetua prouocari non potest: cum talis non teneatur in ius venire, multò minus ad tale certamen. h. ij. §. si quis iudicio. ff. si quis cautio. & c.
 8 **in** sententia contra eum lata est ipso iure nulla. l. quæstio. ff. de re iudic. & dicitur morbus fonticus perpetuus, vel recidivus. l. fin. ff. de ad. l. edict. vnde cum reuocandus dominus Fabricius laboret morbo paralytico nullo modo potest cogi ad pugnandum, argumen. cap. j. vij. quæstio. ij. & cap. cum inter. extra, de electio. vbi doctor. & facit text. l. qui tertia. ff. de ed. l. edict. & certè cum vidissem ipsum dominum Fabricium tali morbo laborantem, & nihilominus fuisse prouocatum ad certamen, visa mihi fuit res ridicula, quod talis prouocaretur, qui propter tremorem, & debilitatem neruorum vix arma tenere manibus possit, nec equum ascendere, nisi à pluribus famulis ei super imponatur, & istæ quidem rationes secundum ius Pontificum, & ius naturae sunt efficaces. Alia & tertia est ratio secundum ius militare, de qua maxime vult dominus Fabricius disputari: nempe super valore ipsius chartulae: quia ipse respondendo dictae chartulae petijt, vt dominus Caesar qualitatem offensionis, & nomen offensoris specialiter exprimeret, quod tamè nunquam dominus Caesar facere voluit, quamuis femel, atque iterum fuisset de hoc requisitus, & tamen videtur mihi, quod omnino d. dominus Caesar obligatus esset hoc facere. Sciendum enim est quod ista probatio habent similitudinem cum libellis iudicialibus, vt per Bartol. in leg. j. C. de lit. contest. quia sunt inuicem ad explorandam veritatem, &

debet esse specialiter, & clarè conceptes tum quia is, qui iniuriam sibi factam praetendit, non debet vagari cum discrimine alienae existimationis, sed designare certum, specialiter dicere quam se iniuriam passum contendat. leg. praetor. ff. de iniur. tam quia debet chartula esse clara, vt possit reus deliberare vtrum cedat, an contendat. leg. j. ff. de eden. leg. si duo. ff. de solu. quod procedit etiam quando summarie, & simpliciter cognoscitur secundum Alexand. consilio vi. in iij. & Aret. in leg. ij. per illum text. C. de bon. poss. sec. tab. & procedit maxime in causa honoris & existimationis, & quae aequi-
 14 **paratur** vitæ. l. iusta. ff. de man. vind. vnde talis causa appellatur capitalis. leg. licet. ij. ff. de verb. sign. at in causa criminali certum est specialiter titulus criminum, & personas esse exprimendas adeò vt etiam reo non opponente, libellus criminalis propter incertitudinem sit nullus. leg. libellorum vbi Bart. ff. de accus. Idemque dicendum, quod quod dolo alicui obicitur, oportet enim nominatim exprimi, qua in re dolo interuenit, & quo modo. leg. item exigit. ff. de dolo. Et quamuis aliam, parte non opponente, admittatur libellus generalis. leg. fin. C. de ann. except. cap. Abbate sanè. vers. secus, de re iud. lib. vj. quia qui non excipit, videtur a quiescere, & fauori suo renuntiare. leg. j. C. de relat. Alexand. consilio cx. in v. tamen in casu nostro hoc non potest concedere, tum per supradictas rationes: tum quia leuius iste est interpellatus, vt exprimeret speciem offensionibus, & nomen offensantis: habetque haec sententia summam aequitatem: cum enim dom. Fabricius habeat multos famulos seu creatos debuit ad moneri, quis fuerit: cum etiam si à principio nihil mandasset, poterit habere ratum factum vnus magis quam alterius: quo casu rati-
 18 **habitatio** aequiparetur mandato. leg. j. §. sed & si quis. ff. de vi & vi arm. vbi Bartol. Item potest esse offensa tam leuis, vt de ea curandum non esset, nec aliquo modo cedendum duellum. leg. scio. ff. de in integ. rest. leg. si oleum. in fin. de dolo. maxime cum iam antea dominus Caesar per nuntium suum protestatus esset, quod ipse non praetendebat se offensum à domino Fabricio, & quod fuerat inanis rumor, qui emanauerat ex domo domini Ducis Montiffoneis: vnde si deinde mutauit opinionem, & misit chartulam debuit specialiter prout fuerat requisitus designare causam, vt posset dominus Fabricius scire rationem mutationis istius voluntatis: & ideo concludo etiam ex isto capite huiusmodi prouocationem non valere, & male fuisse per dictum commissarium Senensem iudicatum. Nec obstat pronuntiatum commissarii Senensis: quia (vt ex supra scriptis apparet) est iniqua cum primum debuerit decidi articulus incidens, quod chartula esset specificanda. leg. siue. C. de dilat. vt dixi: & quia ex simplici assertione istius assertentis se offensum, non debet concedi duellum, nisi aliquater id ipsum constet, factam scilicet esse iniuriam. leg. j. §. item illud. ff. ad Sillan. vbi Ludo. Roma. & Io. Igneus. Item est nulla quia lara à nō habente iurisdictionem: cum dominus Fabricius non consenserit, nec prorogauerit eius iurisdictionem, nec possit dici contumax, cum non teneretur comparere, sed prius decidendus articulus. leg. ab executore. in fine. C. quo. appella. non recip. glo. leg. quod iussit. ff. de re iud. Et ideo putari licere dom. Fabricio sub communi principe, vel Cesareae maiestatis delegato hunc per duellum suum conuenire, & cogere vt dictam sententiam aboleat, nec publicare audeat, & instrumenta eius perdat: nec eis vtatur. leg. diffamari. C. de ingen. & manumif. Qui iudex etiam de supra scripto articulo cognoscat, & cogat dominum Caesarem vt specialiter offensionem, & offendentem declaret, & si dominus Fabricius responderit ita, quod pugnae sit locus, concedat domino Fabricio facultatem, per campionem pugnandi, cum enim sit religiosus, cum item sit paralytica aegritudine affectus, non debent per seipsum pugnare, quod facultas est ei concedenda ex lege Federici Imper. vt per alium ferro decernat: quod si ea lege non

non sit alligatus, nec quidem campione dare tenebitur, vt dixi libello de singulari certamine cap. xxxv. Et ita ego sentio, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXVI. SVMMAE.

- 1 *Frustrarius licet non praestiterit cautionem de vendendo fruendo, si tamen patiente proprietario adeptus fuerit possessionem tunc facit fructus suos.*
- 2 *Mediantibus colonis naturaliter possidemus*
- 3 *Maritus quamuis recipiat fructus ex fundo vxoris, praesumitur potius receperit iure cuiusdam familiaritatis propter praesumentiam, quam iure domini.*
- 4 *Per solam locationem non probatur possessio fall.*
- 5 *Possessionis probanda modus.*
- 6 *L. Titia. ff. de solut. limit.*

Vite eleganter disceptatum inter aduocatos pro vtraque parte, puto tamè veriore opinione esse quod usufructuaria posset compelli hæredes mariti proprietarij ad solutionem fructuum perceptorum, quia verissima est illa conclusio, quod licet usufructuarius non probatur cautionem de vendendo fruendo, si tamen, patiente proprietario, adeptus fuerit possessionem, tunc facit fructus suos, vt habetur in l. j. C. de usu, & habit. per Bald. & Bar. in l. vxorem. de usufr. leg. & latius per Ang. de Aret. inst. de usufr. quod autem mulier ista habuerit possessionem, probatur ex instrumenti locationis, & ex fructuum perceptione per colonos, mediante quorum facto naturaliter possidemus. l. si id quod §. & per colonos. ff. de acquir. poss. vnde eo ipso, quod fructus fuerunt per colonos à fundo separati, statim dominium illorum transit in mulierem. l. si fur. vbi Bar. ff. de usufr. & quamuis maritus eos receperit, tamen praesumitur fecisse potius iure cuiusdam familiaritatis propter praesumentiam. l. qui iure. ff. de acquir. poss. vbi Alex. dicit capiendam istam praesumptionem, ne aliam videatur commississe: furtum. argu. l. meritò. ff. pro soc. imò tenentur hæredes ad eorum restitutionem. Nec obstat ratio, quae in contrarium adducitur, à qua dependet omnis altercatio istius articuli, dum negatur, quod ista mulier esset in possessione, ex quo per solam locationem non probatur possessio ca. inter dilectos. vbi gl. extra, de fid. instr. & cum non possideret, & non praestitisset cautionem, sequitur quod dominium fructuum ad maritum pertinuerit, vt habetur per Bar. in d. l. vxori. per Bald. in l. hac edictali. §. si illud. C. de secun. nupt. Nam vltra dicta per alios ad hanc rationem respondeo tribus modis. Primo dico, quod imò per istud solum instrumentum locationis probatur possessio in casu nostro: quia licet quod tertium tale instrumentum non probaret: quia possent fieri multa similia instrumenta in fraudem, tamen quoad ipsos contrahentes probat ipsam possessionem, vt concludunt do. de Rota in decisionibus antiquis decisio. lxxxvij. argu. l. praedia ff. de acquir. poss. sequitur Felin. in cap. inter dilectos. & Soc. conf. xj. in iij. vnde cum maritus huic instrumento praestiterit consensum sibi praedictat. l. si debitor. §. primo. ff. quibus modis pigno. vel hypot. solui. & probationes quae probant respectu ipsarum partium principaliter contrahentium, videntur etiam probare respectu ipsius consensum suum praestant: ex quo per talem consensum etiam ipse dicitur contrahere. l. in adibus. §. fin. vbi docto. ff. de donat. Socin. consil. lxx. in vj. q. in j. vnde si voluisset tanquam proprietarius molestare ipsos conductores, non potuisset, ex quo illi instrumento consensit. Secundo respondetur quod in casu nostro necessario dicendum est, quod consensus mariti constituerit dictam usufructuariam in possessione: nam maritus iurauit, quod dicta locatio cedebat in vtilitatem vxoris: quod diuamentum esset falsum, nisi mulier posse differet: quia non potuisset aliquam vtilitatem consequi, ex quo non fecisset fructus suos propter non praestitam cautionem, sed bene potuisset damnificari: quia si proprietarius tanquam possessor eum con-

ductorem deiecisset, de possessione, mulier locatrix fuisset illi obligata ad interesse. l. si quis domum. ff. locat. necessario ergo iste consensus constituit eam in possessione: quia aliam maritus incideret in peritium antecessoris sui. l. filios. vbi Bartol. C. de reuoc. his, quae in fraud. credit. Signoro. de Homod. consil. xliij. si quaeratur. Tertio respondetur, quod cum hæc mulier habes retitulum sufficientem fructuum, videlicet, titulum locationis, quamuis maritus eos perceperit, tamen praesumitur hoc fecisse nomine ipsius vxoris, & sic iure familiaritatis. d. lege, qui iure. ff. de acquir. poss. per Bald. in l. ob maritorum. ff. ne vxor pro mari. Socin. consil. cxxxj. in j. vnde quamuis probetur, quod maritus receperit fructus, non tamen probatur eius possessio. & ita limitatur, quod not. doct. in l. Titia. ff. de solu. Bart. in l. penult. ff. de cond. instit. & sic cum maritus ipse non possideret, sed vxor, si maritus perceperit fructus, tenetur illi reddere rationem, ex quo res sua ad eum peruenit. l. si me & Titium. ff. si cer. pe. Et existis tribus rationibus tolluntur omnia, quae in contrarium adduci possunt. Nec decisio Bald. in dict. §. si illud quicquam obstat, si bene videatur. & sicut per alios responsum.

CONSILII LXVII. SVMMAE.

- 1 *Duellum est subsidiaria probatio.*
- 2 *Per duellum tentatur diuinum officium.*
- 3 *Semper verba intelliguntur secundum subiectam materiam.*
- 4 *Quamuis legitimæ probationis requirantur, sufficiunt tamen etiam coniecturales, si subiecta materia hoc suadeat.*
- 5 *Duelli concessio non solennis.*
- 6 *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*
- 7 *Non omne mendacium onerat, sed solum quod dolo malo dicitur.*
- 8 *Facilius permittitur exceptio, quam concedatur actio.*
- 9 *Palam etiam dicitur factum, quod testibus non legitime examinatis est factum.*
- 10 *Instrumentum simplex, quamuis non productum in iudicio dicitur, facere rem notoriam.*
- 11 *Testes non probant, nisi ex aminati parte citata.*
- 12 *Prouocationis dignoscenda forma.*

Militaris hæc controuersia, quæ inter Comitum Achillem vertitur, & Comitum Petrum non potest etiam secundum consuetudines militum per monomachiam, seu per duellum diffiniri: nec causa subest, cur Comes Achilles ad illud deueniat: cum in nihilo oneratus sit. Constat enim hanc probatorem, in ijs, quæ aliam probare, vel saltem difficulter non possent: cum enim per illud tentetur diuinum iudicium, ca. fin. extra, de purgat. vulg. non permittitur, nisi vbi aliam non possit veritas probari, vt per Hostiensem in summa de cler. pug. in duell. Bal. ca. primo. de pacetrennda. vers. sic. porro duellum, & ideo dicitur, quod nullum est experimentum innocentiae, & solum habet locum deficientibus alijs probationibus, vbi aliter de veritate constare non potest secundum Bald. in l. j. C. de dedit. liber. tollen. & in l. cum filius. §. si. de legat. & fideic. secundum concordan. per. Dec. consil. cccclxxxvij. In casu autem nostro constat de veritate rei per tres testes, qui iurati in manibus notarij dixerunt se audiuisset, q. Comes Petrus dixit verba, de quibus in testationibus. & ideo non est hæsitandum non esse locum singulari certamini. Et promissio Comitum Achillis est verificata, quatenus obtulit se facturum modis legitimis, vt palam aduersarius suus addicaretur pro mentito. Et enim licet promissio probationis per legitimos modos, quando strictius accipitur secundum text. in cap. super eod. extra, de paroch. l. cum de indebito. in gloss. in verbo, legitimis ff. de probat. gloss. ca. at si clerici. in princip. vbi doctor. extra, de iudic. tamen in casu nostro videtur accipienda secundum subiectam materiam, vt sufficiat legitimus modus, qualis solet inter milites, & in materia duelli

accipi: quia ³ semper verba intelliguntur secundum subiectam materiam. l. si vno. ff. de loca. l. si stipulatus. ff. de vlur. & ⁴ quomuis legitimæ probationes requirantur, tamen sufficiunt etiam cõiecturales, si subiecta materia hoc suadeat, ut per plura ostendit Hippol. Marfil. Repet. rubr. extra, de probati. nu. viij. cum pluribus sequentibus Felinum ibi, & per Alex. cõs. lxxxvij. in fine in vi. vol. In casu autem nostro, in quo agitur de materia duelli, non attenditur ad solennitates iudiciales, sed duntaxat ad veritatem, & iustitiam naturalem: quia tale dicitur esse iudicium diuinum. d. c. si. & xxij. quæ. ij. can. queritur. in princip. per Bald. in sag. ex hoc iure. de iustitia & iure, dixi in tractatu de singulari certamine. c. vij. In his autem, que spectant ad naturalem iustitiam, sufficit examinatio testium, etiam absq; alia citatione, vel iudice, ut inquit Bart. in l. ij. in fine. C. de naufrag. libro xi al legat text. hoc probantem in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tur. & cum Bart. ibi transeunt scrib. Et licet Aret. in c. ij. in iiii. fallen. extra, de testib. contradicat per ea, quæ notat Bart. in l. filiusfam. in princ. ff. de donat. tamen loquitur Aret. in iudiciis & in foro contentioso, sed in questione nostra, quæ non tractatur per viam iudiciale, sed more militari, dubio procul verior est opinio Bar. in d. l. ij. Et certe milites nostri temporis haberent hanc rem pro ridicula, & pro fabula quod huiusmodi concernentia honorem nobiliu equitum tractarentur per viam processus, & per ambages iudiciales, citationis partibus solenniter, & datis interrogatoriis, quod esse valde vanum in hac materia. Confirmatur hæc sententia per regulam Evangelicam, *Si peccauerit in te frater tuus*, & c. quia in ore duorum, vel trium stat omne verbum ca. nouit. extra. de iudic. ca. cum esses. de testament. nec ibi est villa mentio iudicium, vel citationu, & veteres interpretes, ut Sanctus Hieronymus super illo loco Evangelij non requirunt aliquam solennitatem, vel actum iudicium Marthei xviij. cap. & intelligunt ecclesiam, id est, cõgregationem hominum proboru, qui de statione eum habeant, ut illum propter pudorem & metum pœniteat, quæ ratio prope militat etiam in casu duelli. Et licet Canonice in dicto c. nouit. & Bartol. in extrauag. ad reprimendum verbo, per denuntiationem, requirant certam formam in illa denuntiatione, tamen loquuntur, ut dixi, in actibus iudicialibus. & ideo appellant denuntiationem iudiciale, ut merito sint necessaria eorum requisita, non autem ita sit in ista militari per suprascripta. Sua detur quoq; hæc opinio alia ratione, ut enim Comes Achilles remaneat oneratus, oportet, quod dicitur sit meritus, id est dolo malo mendacium dixisse: quia non omne mendacium oneratur, sed solum quod dolo malo dictum est ut habetur in l. si ff. quod fal. tuto. aucto. in l. fina. ff. de inter. actio. at in casu nostro constat nullum dolum adfuisse: quia attestations istæ, etiam si non solenniter receptæ saltem excusant, ut probabilis fuerit asseueratio Comitiss Achilles, sicut dicimus de eo qui excusatur: quia credidit affirmationi viri boni, secundum glossam in l. Titio fundus. in fi. ff. de conditio. & demonstrat. de qua per Felin. in cap. cõtingat. de rescript. Alexã. consilio vigesimo octauo. in j. merito ergo isti testes debent sufficere ad excusationem Comitiss Achilles, quod non sit meritus, sed veru sit, quod d. Comes Petrus dixerit illa verba: quia quando tractatur non de actione, sed de excusatione que libet causa, aut credulitas sufficit, secundum glo. in l. j. in fi. ff. de abig. gloss. l. i. g. ff. secundum. ff. de libera. causa. sicut etiam facilis permittitur exceptio, quæ concedatur actio. gloss. l. j. §. ff. de superfic. l. emptor. §. fina. ff. de rei vëdicit. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. Rufus illud quoq; in fauore præfati Comitiss Achilles est aduertendum, quod ipse in testatione sua promittit se facturum modis legitimis, ut palam aduersarius suus addiceretur p mentito: quod videtur adimpleisse per dicta istoru testiu, palam en dicitur factum, quod et non legitime examinatis testibus est factum: quia sicut in instrumentu simplex, quomuis non pductu in iudicio dicitur facere re notoria, ut

dixit Bartolus in l. in princip. quæst. j. ff. de oper. nouunt. per text. in l. fina. verbo, manifestum. C. de reb. cred. & in cap. licet causam. extra, de probat. & sequuntur ibi doct. & Alexã. consilio lxxxij. in j. Andr. Sioul. consilio xvij. in j. Felin. c. significauerunt. de testib. & in dicto cap. licet causam. xi. notab. Ita etiam testes examinati non iudicialiter, argumentantur enim doctores de vno ad aliud, ut in l. fina. C. de edit. Diu Adrian. tol- len. Et si dicas testes non probant, nisi examinati parte citata. cap. ij. extra, de testib. respondeo etiam instrumentum non probat nisi in iudicio productum, & quidem li- teiam contestata, ut per Felinum c. de proba. Alexã. cõs. lxxvij. in ij. volum. Anton. de Butr. ca. cum dilatatus. de ordin. cogn. Freder. de Senis cons. clx. cum similibus. & tamen Bart. vult. quod simpliciter extra iudicium faciat rem claram, seu notoriam in materia nuntiationis non operis, quæ sit extra iudicium: vnde idem dicitur in casu nostro in hoc actu militari, qui extra iudicium venit expediendus, & dicta horum testium faciunt rem palam, iuxta l. palam. vbi dixi. ff. de verb. signifi. imo plus credatur istis testibus extraiudicialibus quam vni notaria, & pelli caprine pariter extra iudicium ostendæ, ut habetur in cap. cum P. tabellio. extr. de fide instrum. Illud quoque est aduertendum, quia in hac materia duelli simpliciter non attendimus, quis mentitionem præoccupauerit ne alias sit in facultate prouocatoris faciendi se reum, sed attendimus ad rem ipsam quis primus delictum alteri imputauerit, & imputatus responderit eum mentiri. sicut etiam videmus in iudiciis ubi per præoccupationem non alteratur conditio actoris, ut ideo efficiatur reus, ut habetur in lege, diffamari. C. de ingon. manumiss. in lege si pater. C. qui bõ. ceder. poss. & in lege si contendat. de fideiussor. vnde quamuis Comes Petrus præoccupauerit istud non habet mutare rã ipsã, sed videndũ est quæ alteri crimine obiecerit. Et cõ Comes Petrus obiecit q. Comes Achilles respon- dere *tu mentiris*, & censetur Achilles esse puocatus nõ aut prouocator, ut alius dixi in quodam consilio in causa Canini, & Fulgosi. Nec affirmatio Comitiss Petri præ- supponentis prius hac in re inter alios acta, & de qua nõ constat, habet interim facere, ut Achilles censetur me- titus, nisi quando notoriè & statim constaret, quod ipse Comes Achilles reuulisset verba diffamatoria: cum in casu nostro potius constet contrarium, quia in instru- mento Comitiss Achilles sunt duo capita, primum de di- ctis verbis diffamatoriis, in quo expressè negat se quicquam detulisse: secundum de illis verbis, *se la moglie & c.* quæ sunt specialia in quibus dicit quod si Comes Petrus neget se ea dixisse, (prout deinde negauit) quod menti- tur: quibus verbis subest mentitio expressim onerans ipsum Comittem Petrum, à qua non video quomodo possint se eximere more militari, nisi per duellum, & si- finendo personam prouocatoris, & Comes Achilles personam prouocati, prout latius dixi in supra allegato consilio, & ideo non existimo hic repetendum. Et ita mihi videtur, salvo semper saniore iudicio.

CONSILII. LXVIII. SVMMÆ.

- 1 *Principi ex causis non creditur.*
- 2 *Præuilegium datum literis, vel alij instrumento, intelligitur solummodo respectu eorum, in ver quos factum est instrumen- tum.*
- 3 *Statutum non potest tollere naturalem æquitatem.*
- 4 *Lex debet esse iusta, nec debet intelligi, nisi secundum potestatem statuentis.*
- 5 *Princeps absque citatione et processu, non potest aliquem condemnare.*
- 6 *Princeps in crimine lese maiestatis non potest statuere, quod sibi credatur alio non confitito.*
- 7 *Papa non potest per verba sua narratiua aliquem priuare iure suo, nisi culpa probetur.*
- 8 *In iure suo nemini etiam Principi cre dicitur.*
- 9 *Confissio in casu non rectè donari.*

- 10 *Ex actu nullo non potest dici aliquid ius translatum,*
- 11 *Abominabilis exempli est quod idem sit index, et pars.*
- 12 *Clausula ex certa scientia vis, et efficacia.*
- 13 *Clausula ex certa scientia non operatur in bis, que constituit in facto, de quibus Princeps presumitur non habere notitiam.*
- 14 *Clausula de plenitudine potestatis non operatur, quod Princeps potuerit tollere causam cognitam alicuius.*
- 15 *Clausula motus proprii quid operetur.*



Xistimo partes magnifici Capitanei esse, in im- ponendo perpetuum silentium magnifico Pe- trobono, & absoluendo dominum Bernar- dinum à petitis. Et pro domino Bernardino principale fundamentum est in gratia, seu declaratione Ducis Maximiliani, qua eum in amplissima formatam respectu personæ, quam bonorum absoluit, & restituit, declarando ea, quæ illi obiiciebantur non esse conside- ratione digna, & falsò fuisse sibi suggesta, & contra dicta gratiam nihil potest iudicum opponi. Non obstat do- natione facta Petrobono, per quam videtur illi ius quæsi- tum, & dicta gratia non debet trahi in præiudicium ter- tij. Quia ad hoc respondetur pluribus modis. & quoad p- sonam non potest contra eum agi: quia obstat gratia eum liberans, & prohibens vltius procedi. nec hic est præ- iudicium ipsius donatarij, sed solius principis: & quan- tum sit, circa hoc non est difficultas. Quod verò ad bo- nam dicitur nullum ius quæsitum ex dicta donatione. Pri- mò, quia non constat de delicto, & licet decretum velit credi verbis principis attestantis de delicto, tamen tale decretum recipit tres limitationes, quæ omnes habent locum in casu nostro. Prima est, non procedat, quan- do princeps ipse deinde attestatur contrarium: quia dum dicit decretum, quod contra assertionem principis non admittatur probatio in contrarium, intelligitur ni- si sit per confessionem ipsiusmet principis per gloss. in authentic. sed iam necesse. C. de don. ante nupt. & in §. aliud. in authentic. de æqua. dol. in lin. contractibus in verb. nullo modo. C. de non nume. pecu. per Anc. consilio l. in quæstio. per Felin. in cap. quoniam contra- fallit. extra, de probat. inf. in l. cum te. C. de tranfact. Secunda est, quia decretum loquitur respectu eius, cui princeps dat literas. & cõ quo loquitur, non autè respec- tu illius, de cuius bonis agitur, qui non est in lite. & quæ- rum ad hoc dicitur tertius: vnde Petrobonus non posset de hoc opponere ipsi Duci, sed Dominus Bernardinus posset in cuius præiudicium resultarent istæ literæ. & ita loquitur decretum in quo præcisè dicitur, *Per quæstiu que donationes, quibuscumque verbis conceptas, non cõsenti ius tertij sublaturum*, & facit quia privilegium datum literis, vel alij instrumento, intelligitur solummodo respectu eorum, inter quos factum est instrumentum, ut dicit Baldus in l. j. C. commu. de leg. cum similibus. per Alexã. consil. lxxxiii. viso themate. in iij. Tertia est, quia de- cretum si intelligeretur respectu absentis, & tertij esset contra naturalem æquitatem, quam statutum non po- test tollere, ut dicit Bal. in c. quæ in ecclesiis, vers. sed nunquid statutum. de const. quia lex debet esse iusta. c. erit autem lex. 4. dist. nec debet intelligi, nisi secundum potestatem statuentis, clara autem est, quod princeps absque citatione, & processu non potest aliquem condemnare. Clem. pastoralis. de re iudic. Abb. in c. cum o- lim. eo. tit. in antiquis. & in c. j. de caus. propr. & quæ- cuncque verba dicat nõ tollit talem defectum secundum Cald. consil. viij. de re iudic. Anch. conf. cxxij. in fin. Ang. in consil. clxxxvij. in fi. Dec. in c. exparte ij. de offic. deleg. nec in crimine læsæ maiestatis potest statuere quod sibi credatur alio non confitito, ut dicit Card. in consil. cxxvij. in c. quæst. vbi loquitur in terminis nostri sequitur Fel. in c. cum nobis. de testib. Socin. cõs. xxvij. in ij. lib. sicut non potest neque Papa per verba sua nar- rativa aliquem priuare iure suo, nisi culpa probetur, ut dicit Abb. in clem. vnica. in fi. de probat. per text. in c. j. de feud. sine culp. non amittit, & in d. cap. que in eccle-

siarum. de const. & hoc maxime procedit, quando a- geretur de interesse ipsius principis, quia in facto suo nemini etiam principi creditur, secundum And. de l- fer. in c. j. in prin. ad fi. quo temp. miles Felin. in d. cap. quæ in ecclesiis. Secundo principaliter respondeo, quod etiam si Petrobonus probaret delictum, adhuc excluderetur: quia nullum ius est in eo vigore dictæ do- nationis: quia tali donationi bonorum confiscatorum lex præcisè restituit, ut est casus in l. j. & ij. C. de petit. bõ. sub. lib. x. præsertim ante liquidationem factam, ut ex- pressè cautum est per decreta antiqua, quæ exhibebun- tur, si opus fuerit: & ideo ex actu nullo non potest di- ci aliquid ius translatum. Præsertim cum ista donatio peccet etiam crimine subreptionis, si enim Dux sciuisset D. Petrobonum procedere cõpisse tanquam iudicem in ista causa veri similiter non fecisset hanc donationem quia abominabilis fuisset exempli quod idem fuisset & iudex, & pars. leg. vnica. Cod. ne quis in propr. caus. Nec obstant, clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, & c. quia se restringunt solum- modo respectu defectuum in sinuationis, & alterius so- lennitatis, & formæ, sed huic donationi nõ obiciuntur isti defectus, sed potestatis principis de se, & equitas na- turalis, res mali exempli, & præsumpta obreptioni, quous enim causa non est cognita, tales clausulæ non operan- tur, ut dicit Rota de cif. cxxx. Papa confirmando. vbi allegat Specul. in tit. de legato. §. nunc ostendimus. vers. xvij. & Socin. consil. clxxxij. visa bulla, versic. sed ad ista, & in clausula ex certa scientia non operatur in his, quæ consistunt in facto de quibus princeps præsu- mitur non habere notitiam secundum Bald. in l. fin ver- fic. dicas etiam: C. sent. ref. non poss. & cap. j. de con- stitut. lib. vj. vbi bonus text. Similiter clausula de ple- nitudine potestatis non operatur, quod princeps potu- erit tollere, causa non cognita ius d. Bernardini, vt nota. Bald. in c. j. §. hæc versic. not. ex gl. de pace iur. fir. & Paul. Cast. in l. digna vox. C. de legib. Similiter clausula motus proprii nihil operatur, ut dicit Host. in causam que secundo. de testib. & ibi Abb. Card. in consil. cxxxvj. vbi allegat Clem. per literas. de præben. facit quod nor. Anch. in consil. clxxxvij. visis consiliis. Card. consil. cxxvj. videtur in prin. & consil. cxlij. videtur dicendum. vers. & si dicatur. cum similibus. Tertio principaliter respo- detur, p cõ princeps attestetur de innocentia istius ista gratia facta sub prætextu iustitiæ operatur etiã in p- iudicium tertij. cui bonâ sunt interim alienata. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minor. Raph. Com. & Mod. in §. & c. quid si tantum. vbi dicunt idem esse, quado in gra- tia mandatur, ne vltius procedatur, non possit obici de confiscatione bonorum, secundum Card. & Imo in cap. quia diligenti. de elect. Felin. in ca. inter quatuor. de mai. & obed. vers. limita. ij. quæ omnia sunt in casu nostro. Et ideo concludo d. Bernardinum vltius non molestandum.

CONSIL. LXIX. SVMMÆ.

- 1 *Mutato alueo, prior delictus acquiritur vicinis pro rata, si mutato alueo sua vi naturali, secus si opere manu factò.*
- 2 *Dominium alicuius rei nunquam transit in alium, nisi secun- dum regulas iurisgentium tranlatum sit.*
- 3 *Qui agit de recuperandis ex pensis, debet præferri vicinis, qui a- gunt de lucro captando.*
- 4 *Regula generalis quod bona vacante pertineat ad fiscum, intel- ligitur vt si ad sint creditores ipsi præferantur.*
- 5 *Regula que habet quod fructus fundi ad dominum pertinent, intelligitur de ductis impensis pro eis colligendis.*
- 6 *Præterdendis causam onerosam, semper præferitur præterdenti causam lucrativam.*
- 7 *Limitatum agrum explicari.*
- 8 *Princeps de aqua fluminis Publici potest disponere, arbitrio suo.*
- 9 *Scolasticia nunquam possunt præscribi, quia de se ipsis cursu na- turali descendunt.*

- 10 In possessio solam queritur quis possideat, nec ad ius proprietatis attenditur.
- 11 Possessorium debet prius expediri, cum de eo prius liquet.
- 12 In causa appellationis potest suspendi Petitorium, & expediri possessorium de quo celerius liquet.

In ac in lite: quæ iam per multas annorum decades controuertitur: & in qua multa consilia celeberrimorum doctorum extant, diu decretata uel aliquid scribere: ne viderer quodammodo in syluam ligna deferre: tamen adiuuata tandem fuit causa religionis: & mos gerendus istis Patribus. Principalis cardo huius controuersie super ea regula versatur: quæ habet: quod si mutato alueo, prior derelictus acquiratur vicinis pro rata. de quo est text. in l. adeo. verbo. quod si toto. ff. de acq. rer. dom. in l. ergo. versic. Celsus. in si. eo. tit. & in §. quod si naturali. instit. de rer. diuis. Sed ista conclusio recipit tres notabiles declarationes: sequenti quæ causa monasterij redditur clara in eius fauore. Prima est declaratio ut procedat conclusio: vbi flumen mutatur alueum sua vi naturali: secus si opere manu facta: pro ut fuit in casu nostro per gloss. in l. Pomponius. §. de arbore. ff. de rei vend. & §. præterea. vbi Ioan. Fabr. & Ang. instit. de rer. diuis. Tunc enim videtur cessare ratio: quia flumina censitorum iura. & c. ut per multa consilia in Franc. Curt. senior consil. lxxij. versic. fin. vbi attestatur etiam consilium D. Io. Maria Riminaldi. quorum rationes non refero: quia apud eos videri possunt: quam sententiam & ipse sequor. Primo, quia dominium talicuius rei nunquam transiit in alium: nisi secundum regulas iurisdictionum translatur sit. l. traditionibus. C. de pact. sed ibi remanet, vbi etiam fuit: & qui dicit, mutatione probare debet. l. eum qui. ff. de probat. & quæ dixi in tract. præsumpt. in regul. ij. sed sic est: quod nulla lex loquitur de mutatione per manu facta: ergo tali casu dominium remanebit in publico. text. enim in d. versic. q. si toto. loquitur: quando flumen à se fluere cœperit: & reliquerit: q. sunt verba actiua nec possunt intelligi: quando coactus est flumini relinquere manu facta fossa: & illud fluere cœperit: intelligitur, à se nec subaudiendum est: quia quis diuerterit eum. Tali enim casu lex videtur verbo: diuerterit. l. j. §. plerisque. sine quid in flum. publ. Secundo per textum in lege, prima. §. sunt tamē. versic. plerisque. ne quid in flum. publ. vbi text. quando aliquis auerit alueum fluminis ex causa: dicitur mitti hanc mutationem: sine iniuria vti que accolarum: pondero q. talis auersio censetur quædam mutatio: ut sicut alueus nouus: qui erat auerteris: incipit fieri publicus: ita alueus vetus incipiat fieri auerteris: non autem sit vicinorum, pondero etiam illa verba sine iniuria accolarum. Si enim acquireretur alueus vetus ipsis accolis: ita non esset dubitandum de iniuria: cum lucrum eis accederet. Tertio: quia hoc suadet æquitas compensationis: ut ille: qui propter utilitatem publicam opere manu facta auerit flumen: sicut alueum nouum amittit: quia sit publicus. l. j. §. ille etiam. ff. de flum. ita saltem acquirat veterem in recompensationem damni. c. qui sentit. de reg. iur. in vj. l. secundum naturam. ff. eo. tit. Quarto & hinc apparet manifesta ratio differentie inter istos casus: quando est cursu naturali fluminis sibi nouum alueum facit: nulla est expensa: ideo alueus vetus acquiratur vicinis. sed quando mutatio fit opere manu facta, ad est expensa: quæ est præferenda: quia qui agit de recuperandis expensis: debet præferri vicinis: qui agunt de lucro captando. iuxta regulam. l. fin. C. de iur. Cod. & ista ratio tanquam specialior limitat primam conclusionem: quæ est generalis. In toto iure. ff. de reg. iur. sicut videmus, quod si regula generalis, quod bona vacantia pertineant ad fiscum, intelligitur, ut si ad sint creditores ipsi, præferantur. l. quod placuit. ff. de iur. fisc. l. j. C. pen. ff. lib. x. Et si regula quæ habet, quod fructus fundi ad dominum pertinent intelligitur: deductis tamen impensis pro eis recolligendis. l. fructus. ff. sol. matr. vbi doct.

& facit. l. j. de eis, quib. ut indig. verb. fructus integros. Ita in casu nostro regula q. vult: alueum veterē pertinere ad vicinum intelligitur, nisi ad sit alius præterens causam onerosam: quæ semper præferatur præterenti causam lucratiuam. l. fin. §. j. ff. de eis qui in fraud. l. j. C. de impon. luer. de scr. lib. x. Quinto clarum est, supra scriptam conclusionem non procedere in agris limitatis, quia in eis nihil queritur vicinis, ut est text. in d. l. j. §. si in flum. ff. de flum. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. Sunt autem agri limitati, quia à Principe sunt assignati ea conditione, ut intra certam tantum mensuram habeant, ultra non progrediuntur, ut quia princeps sibi retinuerit, vel alij dederit d. l. in agris. & dixi lib. Prætermis. j. verbo. limitati. & per Alber. Brunum in tract. de augmentatio. versic. vj. conclus. quæ ratio in casu nostro procedit, quia cum Princeps dederit monasterio, satis censetur declarasse, ne possit acquiri priuatis, maximè propter exuberantia verba privilegiorum ponderata à D. Riminaldo in suo Consilio. Sexto, quia cum beneficio Principis monachi habeant iura Principis, & lex dicat nata, vel ædificata in publico, esse publica. l. penul. §. fin. ff. de acq. rer. dom. Sequitur quod istæ flagnationes sunt ipsorum monachorum: quia nemini dubium est, si posse Principem de qua fluminis publici disponere, arbitrio suo. l. quod minus. ff. de flum. vbi doct. & æquiparatio, quam facit lex de ædificatis auctoris, & sic de facto naturali, aut materiali, & respectu aluei noui, non respectu veteris derelicti. & ita loquitur dict. §. fin. & d. l. j. §. si fossa. ff. de flum. in quo procedit quæ nostra. & ratio differentie est manifesta inter istos casus, ut supra dixi. Septimo, quia in similibus videmus quod si scolasticis nunquam possunt præscribi: quia à se ipsi cursu naturali descendunt, secundum Bald. in c. cū omnes. de consti. & in cap. j. §. si quis de manso. de cōtro. in uel. in vñibus Feud. quod si opere manu facta descendant, præscribuntur, & acquirantur ipsi faciēti per las. in l. j. nu. lxxx. cū seq. de acq. possess. Otaud. & vicinè facit, quia etiam videmus plures alias differentias in iure constitutas esse inter actus naturales seu legales, & actus hominum, de quibus aliis dixi in iij. lib. de verb. signifi. & est gloss. in l. j. C. si aduer. vend. in l. si. C. qui pot. in pig. in l. si cum militibus. C. de test. mil. in l. Celsus per illum textum. de arbit. & sentit in terminis nostris Barto. in tract. Tyberiadis. verb. flumen. versic. Sed quæro. ibi. nullo facto hominis interveniente, & c. & quod not. Iacob. Aluar. in ca. j. §. de contrario. de iure alien. fact. vbi accessio facta per alluionem iure naturali, censetur feudalis, secus, si industria hominis, id est, opere manu facta. ad idem facit etiam quod not. Bald. consil. cccxxix. in secundo. vbi mutatio aluei facta hominis non potest extra iurisdictionem fieri, secus si naturali cursu. facit etiam gloss. l. & ex diuerso. ff. de rei vendic. vbi fructus industriales transeunt in dominium possessoris, secus naturalibus. & ibi sequuntur Doctores. & per has rationes concludo, veram esse supra scriptam limitationem, & si qua argumenta obstant, leuia sunt & tolluntur ex supra scriptis, & etiam ex allegationibus dominorum aduocatorum. Secunda est declaratio, quæ sumitur ex verbis ipsius textus in dicto §. quod si toto. vbi dicitur, vicinos admitti, quando toto naturali alueo derelicto, ergo aliud, si non toto, idem etiam dicitur in dicto l. ergo. §. Celsus. in fin. vbi, cum exsiccatus alueus sit, proximiorum sit: ergo secus, si non sit exsiccatus. Cum ergo monachi ex privilegiis suis haberēt ius in eo alueo veteri piscandi, & illud ius locarent, quis deinde alueus sic mutatus, remanserunt tamen piscine, in quibus saluū est ius monachorum, quia textus in dicto §. quod si toto non loquitur hoc casu. non enim ex toto alueus est derelictus, aut exsiccatus, & quæstio nostra est duntaxat respectu iuris piscandi. Et cum tractetur de conseruatione iuris monasterio quæsit, satis est, quod vel modicæ piscinæ remanserint. l. si cui in flum. ff. de usufruct. l. cum scimus. §. si. C. de agr. & cens. lib. xj. idque propter cō-

conformitatem, quam habet annis cum stagno. secus enim esset in area, quæ in stagnum propter inundationem esset versa. l. si ager. versic. at nec piscando. ff. quem admo. usufruct. am. l. quod tamen. versic. sed & si stagni. ff. eod. tit. Tertia est declaratio, ut supra scripta regula, per quam alueus derelictus queritur viciniori, sit vera respectu iudicij petitorij. In possessio verò solum queritur, quis possideat, nec ad ius proprietatis attenditur. l. is qui destinavit. ff. de rei vend. in casu verò nostro intentatum est non solum petitorium, sed etiam possessorium, quod si possessori debet prius expediri. l. ordinarij. C. de rei vend. cum prius de eo liqueat. cap. ij. extra. de cau. poss. vbi Doctores Raph. Imo. las. in l. naturaliter. §. nihil commune. in si. de acq. possess. Abb. ca. j. de mutu. petit. & interfit agentium propter fructus, & accessiones interim ad aduersariis perceptas. l. vti que ff. de rei vendic. per Alexan. consil. xlv. in iij. obseruandumque hoc videtur etiam in causa appellationis: quia etiam in ea potest suspendi petitorium, & expediri possessorium, de quo celerius liqueat idque in possessio recuperandæ, seu redintegrandæ possessionis in odium spoliatoris. Clement. j. de caus. posse. quæ licet loquatur in beneficiis, tamen ratio est generalis in odium spoliatoris, & ideo generaliter etiam in aliis causis procedit, secundum Card. Ancha. Imol. ibi. & Ian. Pau. de Eleaz. & Ioan. de Lig. & Abb. in cap. ex conuentione. extra. de rescript. Ipol. Rota decis. cv. in nouis, & idem tenet Raph. Casr. Puteus dicit. §. nihil commune. in combinat. & loquuntur in casu fortiori, quando à principio non fuerat intentatum possessorium, vel nihilominus ante conclusionem causæ, vel post appellationem possit cumulari, sed in casu nostro ab ipso principio fuit intentatum. Nec obstat, quod monachi videantur cecidisse à possessione. facto suo propter mandatum factum Bortomæis, quod possint transigere, & c. prout latius in ipso instrumento transactionis continetur. Quia responsum est per duos aduocatos, non fuisse seruatum formam mandati. c. cum dilecta. extra. de rescr. l. diligenter. ff. mand. Præterea ego respondeo, quod tale mandatum loquitur, & intelligitur de transactione bonorum, quæ non possidebantur per monasterium: sed respectu eorum, quæ possidebantur, non potest intelligi mandatum, cum Prælati & Capitulum per transactionem non possint res à se possessas dimittere, secundum Abb. & alios in c. contingit. extra. de transact. gloss. & Doct. l. nulli ff. eod. titu. Nec etiam obstat sententia d. Nouati ex relatione Masoli: quia dicta relatio est erronea. & forte per dolum facta, cum enim lis esset de mortuicia à bucca Olonæ: ultra locum Castellarum, ut dicitur in instrumento commissionis, ipse cepit mensuram ab alia bucca, quæ erat in ipsa loco Castellarum, distante ab alia per duo miliaria, de qua nulla erat lis, & nulla sibi facta commissio vnde quicquid egit extra commissionem est nullum, secundum Barto. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. Felin. dict. cap. cum dilecta. Imol. cap. ex insinuatione. de rescript. Ioan. Baptista. de sancto Severino reper. l. omnes populi. de iurictia & iure. Fulgosi consil. clxxx. Aretinus lxxvij. Barba. xliij. in primo. & potest quando cunque per iudicem corrigi. l. si. ff. à quib. appellat. non lic. qui textus est ibi singularis ad hoc, & ibi hoc notat Barto. qui reprehendit sententiam glossæ ibidem, & optimè loquitur Bartolus: nam text. ibi dat duo remedia. Et hæc pauca volui attingere: in ceteris me remittendo legis allegationibus, & consultationibus in hac causa factis. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. LXX. SVMMAE.

- 1 Durante matrimonio non potest dos repeti.
- 2 Dos repeti potest propter inopiam viri.
- 3 Mulier si non potest alienare dotem, nec eam potest obligare.
- 4 Dos reddi potest vt suos, aliat, & marito, vel parenti exuli subueniat.

- 5 Assertio partium non sufficit in his, quæ regulariter prohibita sunt.
- 6 Ius alimentorum futurorum, cedi non potest. fall.
- 7 Bannitus censetur ciuilitate esse mortuus.
- 8 Dispositio loquens de vidua, cuius maritus naturaliter est mortuus, habet locum etiam in casu, quando maritus est bannitus, & sic ciuilitate mortuus.
- 9 Vidua lata significatione vocabuli comprehendit eam, quæ habet maritum bannitum.
- 10 Vltimus dicitur, quem nemo sequitur.
- 11 Dotem non nisi legitimo consensu repudiant filij.
- 12 Existenti in patria potestate, non potest dari tutor.
- 13 Tutor non datur, nisi pupillis.
- 14 Non dicitur pupillus, qui est in potestate patris.
- 15 Filiis bannitorum non potest dari tutor, sed duntaxat curator.
- 16 Chirographum si non est subscriptum à duobus, vel tribus testibus, nec habet eorum recognitionem, nihil prostat.
- 17 Originale instrumenti producendum est ad probandum aliquid.
- 18 Alimenti de futuro longe plura privilegia competunt, quam præteritis, quia ab eis pendet vita.

In hac causa, quæ controuertitur inter magnificum d. Sigmundum Aruel, & in clytam rem publicam Rhagusinam habet in se aliquo difficultates, quæ videntur obflare quo minus dicta res publica possit ei securè soluere. Et in primis secundum ius commune subest difficultas: quia licet per bannum Michaelis, tanquam vergentis ad inopiam possit eius vxor repetere dotem, prout inter illi seruata est, in sententia banni tamen videtur, quod huiusmodi dos interim non possit alienari, vel obligari: cum enim adhuc duret matrimonium, non potest dos repeti, nisi certis casibus, in quibus nosse non comprehenditur de quibus in l. mutus. §. manente. de iur. dot. & si ei soluat, nihilominus iterum peti potest. §. dotes. in authent. de nupt. vbi Barto. facit. l. si pro rata. ff. de relig. & sumpt. fun. & licet propter inopiam viri possit dos repeti. l. si constante. ff. solut. matrimo. tamen talis non est restitutio, sed consignatio quædam, & dispositio, quæ ob cautionem vxoris fit, & non actione ex stipulatu, sed conditione ex lege inducitur, ut interim deseruiat oneribus matrimonij: & facilius ipsa mulier cum liberis suis ex eius fructibus alatur, ut per Barto. in d. l. si constante. in vñ parte. q. j. vbi concludit, quod si mulier interim non potest eam alienare: & consequenter, nec obligare. l. si. C. de rebus alie. Et licet possit dos reddi, vt se, sitofque alat & marito, vel parenti exuli subueniat. d. l. mutus. §. manente. tamen hic non est casus nosse: quia ipsa non repetitio nomine. Nec obstat, quod obligatio facta, d. Sigmundo habeat causam alimentorum: quia hoc videtur sufficere, nisi proberur veritas ipsius causæ: quia non sufficit assertio partium in his, quæ regulariter prohibita sunt. l. qui testamentum. ff. de probatio. l. minor. C. de præd. min. quia lex æquiparat maritum hoc casu emptori rei, ecclesiasticæ, secundum glo. in l. si. verb. creditori, per istum textum. ff. de iur. dot. & ideo si iur. probanda est causa à tali emptore. authent. hoc. ius porrectum. cum ibi not. C. de sacrosacr. eccles. ita etiam hoc casu alias non esset consultum rei publicæ, quæ successerit marito si sequantur simplicem assertionem, & soluat quod etiā sentit Barto. in l. si cum dotem. §. primo. solut. matrimo. Lud. Roma. & Alex. in l. quamuis. eodem titu. Et pro hoc facit, quod not. Bald. in l. j. versic. modo ego quæro. C. de priuileg. dot. vbi tenet, quod mulier non potest cedere, aut constituere procuratorem in rem suam ad exigendum hanc dotem, quia istud privilegium deputatum oneribus matrimonij, & cohæret personæ: nam si ius alimentorum futurorum non potest cedi, quæ opinio Baldi est communiter approbata, vt per las. d. l. si constante. non procedit, tamen quando talis celsio fieret, in vilitatem ipsius mulieris, vt in exemplo posito per Bal. nouellum in tractat. dotis. vt l. parte. in vij. quæ. nec quando talis celsio fieret ex necessitate in exemplo. authent. quod lo-

nec quando talis cefio fieret ex neceffitate in exemplo athen. quod locum. C. de collatio. vbi Decius in primis verbis. Secunda est difficultas, quæ oritur ex verbis statutorii ipsius ciuitatis, quod nulla mulier vidua non possit fe priuare, vel renuntiare sine decreto minoris consiliis, &c. prout c. 479. & 480. & licet ista mulier proprie non sit vidua, cum maritus viuat, & duret matrimonium, tamen quantum sit ad statuta ciuitatis Rhagusiæ habetur pro mortuo, ex quo per bannum censetur ciuiler esse mortuus. l. j. C. de hæred. insti. Et videtur, quod dicitur loquens de vidua, & sic de ea cuius maritus naturaliter est mortuus, habeat locum etiam in casu nostro. l. actione. §. publicationem. in fin. ff. pro socio. l. Deo nobis. C. de episco. & cler. cum iste sit damnatus, tanquam hostis patriæ, nec expectetur eius restitutio. l. intercedit. in fin. de condit. & demonst. Et militet ratio statuti etiam hoc casu, & vidua lata significatione vocabuli eam comprehendat, quæ maritum habet bannitum glo. l. fi. C. de plagiar. & quæ habentur in l. malum. §. viduam. ff. de verb. sign. Et quamuis hic articulus sit dubius, & posset disputari contrarium per ea, quæ habentur in cap. susceptum. de rescript. in vj. & dixi in l. ex ea. §. insulam. de verbo. oblig. & per Modern. in l. Gallus. §. & quid sit tantum. de libe. & posthu. tam non esset consultum reipublicæ, si solueret per tam pecuniam, vt expectaret incertum euentum litis, & per anfractus iudiciorum disputaret, an recte soluisset. Tertia est difficultas, quæ oritur ex processu: quia statutum c. xlij. iubet totum proclium ad hæredes ultimi viri pertinere, & vltimus dicitur quem nemo sequitur. l. in vulgari. ff. de verb. sign. & ideo habet locum etiam in ea, quæ habet vnicum maritum: & cum statutum deferat dotem ad filios primi viri, apparet quod non defert tamquam hæreditatem ipsius matris, sed potius tanquam lucrum quoddam legale. vt per Paul. de Castr. in l. si cum dotem. in princ. ff. solut. matr. cum concordant per Dec. cons. l. ccc. lxxvj. vnde non potest mulier disponere, & priuare filios tali lucro. nisi de eorum consensu, qui tamen legitime non interuenit, saltem respectu d. Claræ, quæ non erat in ætate legitima, & decretum iudicis Tergestini eius respectu est nullum: quia in eo dicitur quod dat Petrum Paylitam tutorem Claræ non existentis in ætate adulta. Clarum enim est, quod tunc existenti patris potestate non potest dari tutor. insti. de legit. par. tut. vbi not. quia tunc tutor non datur, nisi pupillis, & non autem dicitur pupillus, qui est in patris potestate. l. pupillus. ff. de verb. sign. Et ideo generaliter proditum est, quod tunc filiis bannitorum non potest dari tutor, sed duntaxat curator, secundum Jac. de Arena in tracta. de bannitis, refert, & sequitur Bald. in l. j. C. de hæred. insti. Merito ergo videtur tale decretum iudicis esse ipso iure nullum, iuxta regul. l. Seiz egressæ. vbi Bar. de tut. & curat. dat. l. magis puto. §. si se alienum. ff. de reb. eorum. per Iaf. l. si is, ad quem. num. xvij. ff. de acquiren. hæred. Quarta est difficultas ex probationibus proueniens, quia d. Sigismundus, quantum video ex scripturis ad mo prolatis non probat recte intentionem suam. Non in primis ex tunc chirographo d. Paulæ, quod non est subscriptum à duobus vel tribus testibus, nec habet eorum recognitionem. vnde nihil probat iuxta not. in l. scripturas. C. qui pot. in pig. Non ex instrumento obligationis, quam fecit Franciscus Pallearolus, tanquam procurator d. Paulæ: quia exhibendum fuit originale instrumentum, de quo asseritur rogatus d. Ioannes Baptista de Bononia, nec sufficit quod fuerit recognitum Venetiis per illos notarios, sed originale producendum est, vt tenet Bart. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. vbi loquitur etiam si tres, vel quatuor notarij attestarentur se vidisse, & exemplasse, & cum Bart. transeat ibi cæteri Doctores communiter, & etiam ego sum sequutus, reprobatã contraria opinione Specul. de qua ibi per Castr. & Iaf. Non etiam ex instrumento confessionis, & confessionionis in procuratorem facta à d. Paulæ 25 3 8, die

xxj. Ianuarij, in quo constituit procuratorem d. Sigismundum cum facultate substituendi: quia etiam illud debet exhiberi per originale: nec sufficit quod eius sit facta descriptio, seu commemoratio per notarium Venetiis, eadem ratione, vt omnes tradunt in d. authen. si quis in aliquo. & habetur in l. ij. §. diuus. ff. de iur. fisci. in l. si donatio vbi Ang. C. de donatio. Card. in cap. fin. de fid. inst. Iaf. in l. iuriscientium. §. quod ferè. de pact. Et ideo concludo non posse rempublicam Rhagusiæm securè soluere isti procuratori. maximè, quia in mandatis, & obligationibus istius mulieris, quo ad modum ineundi, seu contrahendi, seruanda essent statuta loci, vbi ea fecit, puta Tergestina, quorum Rhagusienses notitiam non habent, & de facili possent decipi: attèderet enim dicta statuta, quantum ad solennitates instrumentorum. l. si fundus. ff. de iur. iur. not. in cap. quod clericis extrã, do foro compet. per Bart. & Doctor. in l. cum deo populos. C. de sum. Trin. & fide cath. vt ergo securè soluant, oportet supra scriptas difficultates esse prius sublatas. Circa primam, tollitur si probetur per legitimas probationes, quod ista pecunia mutata per d. Sigismundum fuerit verè, & actualiter versa, in alimenta ipsius d. Paulæ, & filiorum: & famem res adhuc non erit omnino clara: quia Bald. in d. l. j. C. de priuileg. dota. sentit, quod ob alimenta de futuro possit solui, non ob præterita, & constat longè plura priuilegia competere alimentis de futuro, quam præteritis. l. de alimentis. C. de transactio. vbi not. ab eis enim pendet vita, non à præteritis. Barto. l. Mela. ff. de ali. leg. facit. l. fin. de appellatio. recip. l. ij. C. de compens. cum similibus. Circa secundam difficultatem ad maiorem cautelam possit solui procuratori d. Paulæ seruata forma statuti. c. cum decreto minoris consilij, videtur enim sufficere, si ea solenniter obseruatur, quando procurator contrahit nomine ipsius, sicut si ipsa contraheret per ea, quæ habetur per Socin. & Iaf. in l. j. §. item acquiritur. ff. de acquir. posses. cum enim ipsa in mandato seruauerit statuta Tergestina, vbi ipsa erat secundum regulam d. l. si fundus. valet mandatum, vnde vt fatiatur menti statuti Tergestini: debet etiam eius solennitas seruari à procuratore ibi contrahente, & puto hoc esse verum: licet præfati Doctores proprie non loquantur in isto casu. Circa tertiam difficultatem, quantum sit respectu portionis Claræ, deberet dari curator, qui consentiret: aliàs ei non præiudicaretur in allegato proclium, si quod ius haberet ex statuto. Circa quartam difficultatem oportet, quod exhibeantur originalia vs, supra dixi. Et ad tollendas istas omnes difficultates, satius esset quod ipsa d. Paulæ cum filiabus accederet Rhagusiæ, & sibi solueretur secundum ordinationes ciuitatis, & ipsa deinde restitueret pecuniam mutuam creditori suo. Et ita sentio, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII. LXXI. SVMME.

- 1 Compensari ob fructus.
 - 2 Maritus tenetur ad fructus naturales perceptos ex rebus non dotalibus nec paraphernalibus vxoris quatenus effectus sit locupletior.
 - 3 Ad ius presumitur donatio esse facta socius quam respectu vxoris ex quo cum socius non est tanta coniunctio.
 - 4 Donatio presumpta varie eliditur.
 - 5 Confessio de recepto non sufficit nisi probetur de vera numeratione.
 - 6 Alienatio petita impugnabilis.
 - 7 Vt alienans perpetuo remaneat exclusus sufficit conditionem euenisse.
 - 8 Regulariter sui hæredes presumuntur non habuisse notitiam.
 - 9 Duo emp. hypothecæ absque consensu domini non possunt diuidere in equaliter.
 - 10 Fructus a tempore mortis testatoris debentur hæredi vt veniant in petitione hæreditatis.
- N** Vnquid primum dominæ t. Ursinæ agenti possit opponi compensatio respectu fructuum perceptorum per d. Agnetem, cuius ipsa est hæres ex bonis feudilibus, quæ pertine-

bant ad d. Venturam, & eius filios breuiter agendo puto, quod sic: quia cum appareat, quod bona ipsa essent accepta pro se, & filius possessio d. Agnetis videtur inducitur iure cuiusdam familiaritatis per l. qui iure. ff. de acquiren. post. vbi Doct. Paul. de Castr. cons. clxx. in j. incip. in causa, cum magnificus, in nouissimis. Socin. cons. clxxj. in j. cum similib. & tenetur istorum fructuum rationem reddere: quia in dubio non presumitur donatio. l. cum de indebito. de probat. l. qui vas. §. vtare. ff. de fur. facit quod not. Barto. & doct. in l. penul. ff. ad l. Falcid. vbi f. maritus tenetur ad fructus naturales perceptos ex rebus non dotalibus, nec paraphernalibus vxoris, quatenus effectus sit locupletior. l. si stipularus. §. j. ff. de donat. inter virum. de quo etiam per Alexan. cons. lxxij. in ij. & clxxij. in v. & tunc minus presumitur do-

3 Notio respectu socius, quam respectu vxoris, ex quo cum socius non est tanta coniunctio. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr. l. ij. §. socius. ff. de donat. inter virum. Circa secundam dubium verba statuti sunt clara: cum non possit relinqui vxori, nisi si verò. §. de viro. ff. solut. matr. l. ij. §. socius. ff. de donat. inter virum. Circa secundam dubium verba statuti sunt clara: cum non possit relinqui vxori, nisi si verò. §. de viro. ff. solut. matr. l. ij. §. socius. ff. de donat. inter virum. Circa secundam dubium verba statuti sunt clara: cum non possit relinqui vxori, nisi si verò. §. de viro. ff. solut. matr. l. ij. §. socius. ff. de donat. inter virum. Circa secundam dubium verba statuti sunt clara: cum non possit relinqui vxori, nisi si verò. §. de viro. ff. solut. matr. l. ij. §. socius. ff. de donat. inter virum. Circa secundam dubium verba statuti sunt clara: cum non possit relinqui vxori, nisi si verò. §. de viro. ff. solut. matr. l. ij. §. socius. ff. de donat. inter virum.

4 Breuiter difficultas in hoc consistit, quia isti videtur donasse. l. cuius quæ presumptio potest tolli t. contrariis presumptionibus, seu etiam contrariis rationibus, vt quia isti hæredes essent minores. l. j. C. si aduer. dona. l. in conventionibus. ff. pro socio, vel quia falsi essent eam possidere: ne ipsa peteret dotes maternas, & sic titulo cuiusdam compensationis, vnde ipsa petente debent etiam filij admitti ad reconuentionem. l. si. C. de compens. c. ij. de mutuis peti. vbi Doct. & quod habetur in l. alteri. ff. de adimen. legat. & istud est etiam de mente statuti. de præscrip. xv. ann. ibi non audiatur etiam excipiendi nisi per exceptionem adduceretur compensatio, & c. Circa tertium quatenus testator legauit vxori scuta centum, dicens se ea habuisse à sociis, &c. dico, quod nisi probetur de vera numeratione ista confessio sola non sufficit tanquam facta in fraudem statuti, & inter personas prohibitas. l. qui testamentum. ff. de probat. & per Alex. cons. xxvj. in ij. volu. Iaso. l. fin. C. de fideicom. in l. non dubium. C. de legib. Circa quartum dicitur, quod Baptista t. per alienationem factam Ragnone cecidit à iure suo, propter prohibitionem testatoris, & ideo ius deuolutum est fratribus ipsis. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. Nec quicquam refert, quod deinde redemerit: quia cum ius semel sit acquisitum ipsi fratribus & executio à lege facta amplius non est locus purgationi moræ, nec redemptioni. l. j. §. si rem depositam. ff. de pos. cap. j. quod iuris, si fall. feud. aliena. re. cup. in vbi. feud. & quia sufficit conditionem euenisse t. vt alienans perpetuo remaneat exclusus. l. penul. C. de condi. inser. Bal. l. j. C. de fur. Nec obstat, quod redemptione illa sit facta sub colore ignorantie fideicommissi: quia talis exculatio non sufficit: cum enim promiserit de euictione in casum euenientis fideicommissi, apparet quod habuit notitiam ipsius fideicommissi & prohibitionis. l. non est ferendus. ff. de transact. licet enim regulariter sui hæredes presumantur non habuisse notitiam testamenti paterni. c. presumitur ignorantia. de reg. iur. in vj. l. eius qui. §. si cert. per. per. Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. in ij. questio. ff. de verb. oblig. tamè hoc non procedit, quando sub iur. aliq. coiecturæ in contrariis, quæ ar-

quant scientiam, vt in casu nostro, quando filius ipse fecit mentionem testamenti, & fideicommissi. idem si soluisset aliqua legata ex testamento vel conuenisset cum legatariis de soluendo, vt per Bart. in d. de his. ff. de tranfact. Dec. cons. cclxxvij. vt in casu nostro in quo presuponitur soluta fuisse legata facta vxori, &c. idem quando filij commemorarent simul cum patre tempore testamenti est verisimile quod sciuerint, secundum Bal. cons. cccxij. in ci. anno. lib. j. & per Arer. in d. §. duo fratres. idem si apparet, quod instrumentum testamenti fuisset penes ipsos filios, secundum Bal. in aut. at qui semel. p. illum tex. C. de proba. & per Arer. d. §. duo fratres. Nec obstat etiam, quod ista redemptio videatur excusare à pena caducitatis, sicut dicimus de emphyteuta, qui alienauit in consulto domino, & postea reuocat alienationem, antequam dominus declararet caducitatem, secundum Spec. in tit. de loca. §. nisi aliqua. ver. xvij. & ibi Ioann. Andr. per Anto. de But. in c. potuit. de loca. Respondeo, quod dicta opinio non est vera, & contrarium sentit Bart. in l. sequitur. §. ite Labeo. ff. de vsu. cu. cõcord. de quibus per Iaf. in l. fi. C. de iur. empt. & Ale. in l. infulam. de verb. oblig. Præterea etiam dici potest, quod aliud sit emphyteuta, qui non cadit, nisi postquam dominus declarauerit voluntatem suam, vt habetur in l. j. ff. si ager vcti. vel emphyt. per Bar. aliud in casu nostro: in quo non requiritur alia declaratio voluntatis, sed statim per alienationem hæres cadit, & ius deuoluitur in alium non alienatè. d. §. libertis etiam absentè & ignorantem. d. l. cum pater. §. surdo. eo. tit. per Soci. cons. xliij. in ij. vol. Alex. cons. xxxj. in ij. cons. viij. in v. vol. C. de qua quinto dubio, nūquid Raphael vendendo Baptista aliam domum etiam ipse ceciderit? videretur dicendum, quod non: quia Baptista per alienationem primam non videtur effectus incapax respectu istius secundæ domus, arg. gl. d. §. libertis. d. l. cuius quæ presumptio potest tolli t. contrariis presumptionibus, seu etiam contrariis rationibus, vt quia isti hæredes essent minores. l. j. C. si aduer. dona. l. in conventionibus. ff. pro socio, vel quia falsi essent eam possidere: ne ipsa peteret dotes maternas, & sic titulo cuiusdam compensationis, vnde ipsa petente debent etiam filij admitti ad reconuentionem. l. si. C. de compens. c. ij. de mutuis peti. vbi Doct. & quod habetur in l. alteri. ff. de adimen. legat. & istud est etiam de mente statuti. de præscrip. xv. ann. ibi non audiatur etiam excipiendi nisi per exceptionem adduceretur compensatio, & c. Circa tertium quatenus testator legauit vxori scuta centum, dicens se ea habuisse à sociis, &c. dico, quod nisi probetur de vera numeratione ista confessio sola non sufficit tanquam facta in fraudem statuti, & inter personas prohibitas. l. qui testamentum. ff. de probat. & per Alex. cons. xxvj. in ij. volu. Iaso. l. fin. C. de fideicom. in l. non dubium. C. de legib. Circa quartum dicitur, quod Baptista t. per alienationem factam Ragnone cecidit à iure suo, propter prohibitionem testatoris, & ideo ius deuolutum est fratribus ipsis. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. Nec quicquam refert, quod deinde redemerit: quia cum ius semel sit acquisitum ipsi fratribus & executio à lege facta amplius non est locus purgationi moræ, nec redemptioni. l. j. §. si rem depositam. ff. de pos. cap. j. quod iuris, si fall. feud. aliena. re. cup. in vbi. feud. & quia sufficit conditionem euenisse t. vt alienans perpetuo remaneat exclusus. l. penul. C. de condi. inser. Bal. l. j. C. de fur. Nec obstat, quod redemptione illa sit facta sub colore ignorantie fideicommissi: quia talis exculatio non sufficit: cum enim promiserit de euictione in casum euenientis fideicommissi, apparet quod habuit notitiam ipsius fideicommissi & prohibitionis. l. non est ferendus. ff. de transact. licet enim regulariter sui hæredes presumantur non habuisse notitiam testamenti paterni. c. presumitur ignorantia. de reg. iur. in vj. l. eius qui. §. si cert. per. per. Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. in ij. questio. ff. de verb. oblig. tamè hoc non procedit, quando sub iur. aliq. coiecturæ in contrariis, quæ ar-

CONSIL. LXXII. SVMMAE.

- 1. *Etiam legitime debetur legitima iure naturae debita, perinde ac si nulli filij legitimam extarent.*
- 2. *Legitimatus non potest uti beneficio statuti excludentis feminas*
- 3. *Rescriptum ex statuto interpretari.*

Quod alias docendo, & legendo tenui, idem etiam nunc consulendo sequor. Verba mea for malia, quae posui in rep. l. si is qui pro empto re. ff. de vlt. nu. x. h. h. sunt. Addunt aliqui, licet talis fictio, secundum supra scripta proprie operatur, in dispositione tamen stricte intelligenda, fieri eam interpretationem, ut casus, secundum naturam verus comprehendatur, non qui secundum legis dispensationem est. l. fin. C. de his qui veni. etat. vbi Bald. Pau. & Dec. consil. cclxxv. cccxix. Et ideo in statuto praefereute filios masculos feminis, non comprehendit legitimatos, quamuis Bart. hic censeat proprie eos legitimos dici, rubric. auth. quib. mod. nat. legit. dubitandum. in auth. de incest. nupt. qua tamen in re magna est altercatio. ut Ias. hic & alibi Crotus, per Plobinum disputant. Crot. d. 5. & qui si tantum mihi receptior videtur sententia, ut huiusmodi legitimitati admittantur: quia & verba, & ratio statuti, eos satis comprehendunt. d. l. adoptivum. d. s. patronum. vbi Alex. recipit tamen tale statutum in interpretationem, quam vocat passivam, a iure communi, ut ad maiorem partem is non admittatur, quam vna ex filiabus iustis. d. l. communium. ff. fin. y. quoniam varie. in auth. quib. modis. nat. eff. sui. quod Alexan. Ias. & ceteri tradiderunt. Ias. num. cclxxxix. v. q. de oblati curiae lex ait, qui soli patri legitimitatem ad plenarie legitimitas prodicatur, quia in re ego dubito, & utcumque in causa intestati quadam ex aequitate defendi potest: condito vero testamento, sicut nulla lex prohibet plus adoptivo relinqui, quam legitimo. l. si te patens. C. de suis & legit. dummodo saluus sit ceteris trius iure naturae debitis. l. hac edictali. C. de fecun. nupt. cur non idem in legitimitate? Angel. respondit consil. ccl. incip. p. decision. ver. sed si pater alium filium, &c. Ex quibus verbis concludo in casu nostro, hic filiae legitime debent legitimam iure naturae debitam, perinde ac si nulli filij legitimitati extarent, secundum Ang. in dict. consil. in reliquis vero admitti legitimatum ex testamento, si enim instituerit extraneum admittetur ille extraneus, salua legitima filiae: spes enim filiorum secundum voluntatem patris probabilis est, salua legitima. l. cum quaeritur C. de inoffic. testa. & ideo non potest dici factum eis praedictum, quod etiam sentit Paul. Cast. consil. xxvij. dicendum in ij. Alexan. consil. ij. in ij. Nec obstat, quod communis, & conclusio videatur quod legitimus non possit uti beneficio statuti excludentis feminas, secundum Gurt. consil. lxxij. Ias. d. l. si is qui pro emptore. n. ff. cclxxxvj. quia imo contraria opinio est verior. & communior, secundum ipsum Ias. in l. cum acutissimi. C. de si de commif. vbi dicit, quod ita bis consultit, & quod ita fuit iudicatum, quod maxime faciendum est in casu nostro propter manifestam mentem testatoris, & cum hac sententia transit Albertus Brunus in tractat. de stat. fem. in. exclud. articulo. xij. quaestio. iij. Praeterea, quicquid sit in hac quaestione, in qua omnis altercatio consistit in causa intestati, aliud videtur dicendum in casu nostro, in quo agitur de causa testamenti, quod ex presse vocatur masculus. Nec obstat clausula, *Quod non possit fieri melior conditio prole legitima.* &c. quia ut supra dixi, intelligitur respectu legitima iure naturae debita, non quod videatur sublata facultas liberis testandi ipsi patri. leg. si quando. C. de inoffic. testam. qui salua legitima, potuit quemlibet, etiam extraneum, arbitrio suo in reliquo instituire, secundum Ang. in praedicta consilio sequitur Ioan. Crot. in repet. dic. y. quid sit tamen. Et ita etiam consultit Alexan. consil. cclxxxvij. nume. vij. cum seq. in v. volum. Praeterea, videtur, quod dicta clausula debet intelligi, secundum statutum nostrum ascendens, & c. secundum quod non potest pater facere meliorem

A conditionem vniuersi ex descendibus, nisi tantum meliorat masculum, existentibus solum feminis, prout in casu nostro, & dicta clausula rescripti magis debet interpretari recipere a statuto, quam iure communi, ut in simili per Socin. in l. Gallus. g. j. ff. de liber. & posthu. versic. ex hac communi conclusione, &c. Et etiam si referatur ad ius commune, recipiet interpretationem, ut in feminae legitima faciat partem masculi legitimi, cuius contemplatione sunt ex testamento exclusae. arg. l. iij. ff. si duo. ff. de col. bon. l. si defunctus. vbi Bald. C. de suis, & legit. Bald. consil. cclxxxvij. in 3. Paul. Cast. cclxxxvj. in j. Fulg. xxvj. Fabianus repet. authen. notissima quaest. xx. C. de inoffic. test. & est communior opinio. Et ita mihi videtur iuris esse.

CONSIL. LXXIII. SVMMAE.

- 1. *Nemo ratum habet, quod ignorat.*
- 2. *Sententia possessorij causae dominij non obstat*
- 3. *Verbum habuerit iure domini intelligi.*
- 4. *Positio in locum suum dominium transferri*
- 5. *Procurator rem emptam non reddito pretio potest retinere.*

Vndata dom. Luciae est iactantia, quoad duo cubacula, ex quo sunt super cella vinaria ipsius: unde satis apparet subesse ius quotae ex verbis statuti, ut fuit dictum in allegationibus. Quod vero ad hortum, res esse videtur certa: quia probata est, quod hortus erat pars domus ipsius do. Luciae, & in venditione alterius domus, est datus per coherentiam, & istud non est dubium, etiam ex attestacionibus partis aduersae. Nec obstat venditio facta per Antonium & Hippolytum nomine transactionis, &c. Respondeo ipsius nullum habebant, nec ratificauerunt instrumentum Vicomercati. nec ei pecunias suas numerauerunt: unde ius remansit Vicomercato. l. communis feruus. ff. j. de acquir. poss. l. si ego. de negot. gest. vbi Bart. qui illud censet d. Luciae: nec potest dici Ant. ratificasse transigendo, quia nemo ratum habet, quod ignorat. leg. si mater. de inoffic. testa. ignorantia autem apparet ex verbis contractus, in quo dicitur. *Tanquam haeres dom. Ludouici patris sui, &c.* arquisitum ius sibi competebar ex persona sua, non autem tanquam haeredis, &c. Nec obstat sententia Vicarij Capitanei: quia lata est in possessorio redintegrandae, & quae sententia nullum praedictum facit in hoc iudicio, in quo tractatur causa dominij. l. naturaliter. ff. nihil commune. de acquir. poss. si quidem ius istud luendi prouenit a dominio propter verbum, *Habuerit.* quod intelligitur iure domini: secundum Cast. consilio cccxlj. in hoc passu. Bal. in tract. protomis. in princ. & March. Asslict. eod. tract. ff. si autem contra. versic. v. not. Ipsa autem d. Lucia censetur domina, ex regula alterius statuti: quod ex possessione praesumitur dominium: sic & sumus extra distinctionem Bar. in l. quidam in suo. ff. de cond. instit. quod etiam ostenditur alia ratione. Sicut q. Ambro. Portus, qui erant dominus iure l. venditionis, posuit Vicomercatum in sui locum, & c. inducit in possessionem, titulus autem venditionis, est habilis ad translationem dominij: unde sequuta inductione in possessionem, sequitur translatio dominij. l. traditionibus. C. de pact. Positio ergo in locum suum, facit ut dominium Vicomercatum translatum, censetur si qui xxx. ff. ad Trebel. vbi Dd. & cum Vicomercatus pro miserit pretium etiam proprio nomine, appareat quod erat procurator in rem suam, & licet contraxerit procuratorio nomine Antonij & Hippolyti, non tamen tenebatur transferre in illos dominium, aut habere fidem de pretio, sed potuit illud dominium sibi retinere, donec pecuniae sibi numerarentur. l. j. ff. si ab ignoto. ff. de manumif. l. quod procurator ex re. ff. de procu. vbi not. & in l. Julianus. ff. si procurator, de act. empt. vbi Dd. quae cum nunquam numeratae Vicomercato fuerint, merito potuit illud dominium ipsam transferre in d. Sufficentem, qui cum veniat ex persona ipsius Vicomercati, est anterior omnibus creditoribus: & contractus per dict. Antonium & Hippolytum celebrati nihil,

nihil ei nocent, sicut nec nocerent Vicomercato, nisi restituito pretio totius domus, id est, libris sex millibus, &c. Nec obstat quod pecuniae fuerunt prius numeratae d. Petro p. Prepositum, quia cum deinde fuerint ei restituite per ipsum Vicomercatum ius Vicomercati remansit saluum, praesertim cum ita protestatus sit, quod volebat sibi solui super illis bonis. unde videtur speciale pignus in illis constitutum, etiam casu quo dicti fratres ratificarent. l. fundus. Bartol. de ann. leg. Ante vero ratificatione etiam dominium ipsi remanet, ut dixi.

CONS. LXXIII. SVMMAE.

- 1. *Nil est imputandum ei, per quem non stat.*
- 2. *Absentem reipublice causa excusari.*
- 3. *Duellum belli tempore a Duce impetrandum.*
- 4. *Monomachia omni iure reprobata.*
- 5. *Consuetudo Monomachia permittens strictè intelligenda est.*

ST tam subtiliter, tam copiose ab excellentissimo iureconsulto & equite, do. Ioan. Baptista Albrifio allegatum, ut nihil habeam quod ulterius possim addere, & tamen ne videar perfunctorie id munus tractasse, duxi aliqua esse subiicienda. Et in primis non est dubitandum, strenuum militem Lascanum honori suo recte atque ordine consuluisse, qui quod in se fuit per duellum suum diligenter requiri fecerit, ut manu militari dignitatem suam tueretur, ostenderitque se paratum ad congressum, quod oblatio perinde eius honorem conseruat, ac si vere certasset, cum per eum non steterit quin congregaretur leg. si oleum. ff. de dolo. & est glo. quam ibi omnes sequuntur, in lege, si rem tibi inspicendam. ff. si. verb. victori. ff. de praeser. verbis. Quod vero ad strenuum & militem Petr. de Acunia pertinet, nunc quid ipse sit excusandus, satis putarem excusandum: tum quia sicut abfens ex causa publica, excusatur. l. penul. ff. ex quib. caus. mai. ita & hic qui ex causa publica totius Reipublicae Christianae in Africam recessit, argum. ca. j. de treug. & pace. tum quia tempore belli non licet militi pugnare singulari certamine, absque iussu Ducis sui, & etiam si res bene cesserit nihilominus punitur. l. 3. de re milit. cuius rei ex empla apud veteres in Papyriis, & Torquatis extant. at in casu nostro non solum illi ultimus Vicerex non consensit, sed potius prohibuit, nec tutum recessum aduersario permisit, expectandus ergo erit finis belli, id est reditus ab Africa, probandaque in dubio est haec sententia, ne facilis & monomachiae via pateat, quam constat omni iure reprobata esse. c. monomachiam. ij. quaest. v. & consuetudo quae eam permittens strictè est intelligenda, nec ad supra scriptum casum teahenda per tex. in l. i. ff. si quis hoc interdico. ff. de itin. actuque priuat. Feli. c. cum ex iniuncto. extra. de haeretic.

CONSIL. LXXV. SVMMAE.

- 1. *Bona intelliguntur deducto ere alieno*
- 2. *Donationem vniuersorum bonorum dolum praesumi.*
- 3. *Coniunctus praesumitur scire facta coniuncti.*
- 4. *Proclamata malam fidem non purgant.*

Quere in praesenti causa videtur Margareta iustiorum causam. Primo quia virtute donationis sibi factae a Stephano auo materno, habet tantam partem in illa domo, quam capiunt libris cccc. unde cum Ioannes alienauit dictam domum in vxorem, non potest intelligi etiam alienasse illud ius respectu dictae summae: quia donatio & simpliciter loquitur per dictionem, bona, quae dictio intelligitur deducto ere alieno. l. sub signandi. ff. bona. ff. de verb. sign. Barr. in leg. vt iurisurandi. in fin. ff. de op. lib. Ias. in auth. praeterea. C. unde vir & vxor. cu concord. l. Secundo quia obstat statutum, quo quaesita per vxorem censetur acquisita marito, unde aut pars vult dicere, quod tali statuto est derogatum per literas Ducales: & respondeo, quod non: quia literae loquuntur, *Saluo iure tertij.* & sic iure istius contractus consumari per literas, non est exclu-

sa Margareta: aut pars vult dicere esse exclusam Margaretam per cridas, & tali casu tale ius per cridas acquisitum vxori, statim quaeritur marito vigore statuti. nec literae Ducales obstant, quia confirmant donationem, vt bona donata non re acquirantur marito, sed tale ius non est quaesitum vxori, ex donatione, ut dixi, sed ex cridis prout alias latius fuit dictum in voce, Tertio, quia istae cridae sunt factae in fraudem, nam maritus titulo lucrativo transfudit vniuersa bona, quo casu lex praesumit dolum. l. omnes. ff. Lucius. ff. quae in fraudem credit. Bartol. in l. j. C. qui bon. ced. poss. praesertim cum facta sit in coniunctam personam. leg. si inter. ff. de don. int. vir. & vxor. cap. j. vt ecclie. benefic. in verb. carnalitate. Item cum ista donataria esset coniunx verisimiliter scitit Margareta habere ius in illis bonis, arg. gl. & ibi not. in leg. de tu tela. C. de in. rest. min. & quia coniunctus praesumitur scire facta coniuncti, vt per Bartol. in leg. j. ff. si cert. pet. unde ponendo ad proclama. tanquam existens in mala fide non praescribit. cap. fin. extra. de praeser. & quod talia & in. rest. min. & quia non profuit existenti in mala fide, sentit Ange. in leg. si vacantia. per illum tex. C. de bon. vac. libr. x. & Alexan. in l. rem quae nobis. ff. de acq. poss. Et mala fides etiam ex eo probatur, quod statum, vbi bona transferunt libera maritus censit bonis, & ista coniectura videtur maxime attendenda cum prius non cesserit, quam viderit creditores a cridis exclusos, in ista autem materia sufficit ex coniecturis dolum probari. leg. iij. C. de dolo.

CONSIL. LXXVI. SVMMAE.

- 1. *Socer qui dotem recepit, tenetur ad alimeta vxoris filij, & ad eam competenter vestiendam.*
- 2. *Nurus tenetur operari Socero, & lucrum quod ex operis facit ei communicare.*
- 3. *Emancipationem consensu fieri.*
- 4. *Emancipatum Patri succedere, sed acquisita conferre.*
- 5. *Emancipatum iuratae renuntiationi stare.*
- 6. *Augumentum soluto tantum matrimonio restituendi.*
- 7. *Vestis nurri post restitutam dotem auferri, distinguuntur.*

Remittere quo ad primum quaesitum, constat quod & socer qui dotem recepit, tenetur ad alimeta vxoris filij, secundum doct. in l. ij. in princ. sol. mar. & conlequenter ad ea vestiendam competentem. l. verbo vietus. de verb. sig. & e contrario & nurus ipsa tenetur ei operari, & lucrum quod ex operis facit communicare, secundum l. si vxor. C. de cond. inster. vbi glo. & doct. quia respectu talis lucri censetur in potestate mariti, & conlequenter etiam soceri. Quoad secundum, si consentiat & vtraque pars non est dubium, quod socer potest emancipare filium, & eum extra domum suam cum vxore dimittere, & illi assignare legitimam vel etiam totam partem suam, inuisus vero non eogeretur, vt per Bald. Pau. Cast. & ceteros: in l. vt libertis. C. de collat. Quoad tertium, si contingat haereditatem patris effici locupletiore poterit filius emancipatus succedere, & attedetur tempus mortis patris secundum l. cum quaeritur. C. de inoff. testam. tenebitur tamen iste emancipatus conferre fratribus suis coheredibus, per se acquisita, secundum titulum de collat. vbi Mod. in rub. C. de collat. de clarant. Quoad quartum, nunquid sit remedium aliquod, quod emancipatus ster contentus portione sibi assignata? respondeo, quod sic si renuntiet haereditati paternae, cum iuramento, secundum tex. in c. quamuis. de pact. in v. Quoad quintum, si socer restituat dotem quid sit imputandum? respondeo, illud quod nomine augumentum promissum non tenetur nunc restituere, cum augumentum illud sit promissum in casum soluti matrimonij, & dotis restituendae, qui casus non euenit, quamuis separet socer a se filium. Quoad sextum, nunquid socer possit retinere illas libras c. loco vestium, quae fecit nurui, quae ascendunt etiam ad maiorem summam: respondeo, solutio apparet ex do-

Et in Bar. in l. pen. §. seruis vxoris. ff. sol. mat. quod so-

CONSIL. LXXVII. SVMME

- 1 Ad dominum fundi seruiens pertinet onus reficiendi.
2 Refectio onus emptoris esse.
3 Debitorem facti suis impensis facere.
4 Argumentum a contrario sensu in contractibus locum habet.
5 Pacti a iure non interpretati verbis fieri.

Ratres actores an teneantur conferre pro im-

tunc cum pactum sit præter formam iuris communis,

CONS. LXXVIII. SVMME

- 1 Interesse est estimatio lucri cessantis, et damni emergentis.
2 Absolutio ab interesse indita.
3 Condemnatus in parte, censetur absolutus in alia parte, quando opposuit exceptionem peremptoriam.
4 Exceptio simulationis contractus est peremptoria.
5 Iudex appellationis condemnans in parte petitionis, semper censetur in reliqua absoluisse.
6 Statuti in iurando formam seruandam.
7 In iudiciis, quasi contrahimus.

Reiiter causa Aresioqum contra istum de po-

CONS. LXXXIX. SVMME

- 1 Patrem pro filio ex causis teneri.
2 Pater non tenetur pro filio ad penam, sed solum pro interesse.
3 Legales obligantes Patrem pro filio, sunt exorbitantes a regula.
4 Cancellationem dolum non arguere.
5 In Notario cancellanti protocollum, sine originale, dummodo incontinenti fecerit, non presumitur dolum.
6 Reponentem, que delent ex causa liberari.

Breuijter

Reiiter accedo insententiã scripti Domini A

CONSIL. LXXX. SVMME

- 1 Renuntiatio facta per filiam viuente Patre de iure communi, non valet, nisi post mortem eius fuerit cum hæredibus ratificata.
2 Statutum inducens aliquam solennitatem in contractu mulierum vel minorum, habet locum etiam si contractus celebratur cum Patre.
3 Verbum immiscere pertinet ad filios suos hæredes in hereditate.

ON dubito saluum esse ius dominæ Helis-

maximè in casu nostro est dicendum, in quo manifestè

CONSIL. LXXXI. SVMME

- 1 Dotem in credito inutili et inexigibili, non posse constitui.
2 Sententias ex noua causa rescindi.
3 Ratihabitionem generalis doti non præiudicare.
4 Vxor forum mariti accedere tenetur.

Reiiter in primo pũcto san filie debeant v. mil-

CONSIL. LXXXII. SVMME

- 1 Confessio accepti inter prohibitos inutilis est ex causis contra-
2 Fructus fundi dotalis vidue deberi.
3 Verbum exegerit cum effectu accipi.

Reiiter, viso testamento dicti Ioann. Domi-

inter personas prohibitas, & ideo non facere fidem & legatum non valere, vt per Alex. post alios in l. cogi. §. ij. qui solidum. ad Treb. l. in leg. non dubium. C. de legib. Nisi quatenus vxor probaret duo: primum, quod vere testator precepisset dictas libras ecc. sufficeret que tali casu probatio etiam presumptua, secundum illud quod not. Salic. in leg. si mater. C. de contrah. empr. & Bald. in l. iubemus. C. de sacros. eech. Can. e. quamuis, de re iud. secundum, quod percepisset eo tempore quo alimenta dotis ad se non pertinisset: puta quia non sustinisset onera matrimonij, aliis enim talia alimenta ad ipsum maritum pertinent, & non sunt vxoris, sed sua. lege, iij. de pact. dota. Circa secundum, an potuerit relinquere vsum fructuum fundi toto tempore vitæ suæ, etiam quod transiret ad secundam vota? respondeo, quod non. & ideo si transiret ad secundam vota amitteret vsum fructuum, vt indicant verba statuti Pap. si recte considerentur. Circa tertium dico quod fructus fundi dotalis integri debent vxori: quia stat. sol. matr. heri debet restituere l. §. ex actio. C. de rei vxor. act. & quis habuerit alimenta in domo vsq; ad mēse Martij, potuit ea habere vigore legati. Idēq; de fructib; fundi sibi legati quoad vsum fructuum. Circa quartum, de consanguineis suis q; retinuerunt aliquo tempore scripturas: respondeo, eos non cecidisse à legato, cum non exegerint quicquam ad hæredibus, quod verbum ad effectum refertur. l. non solum. ff. sol. matr. vbi doctor. & sic verba priuationis, non verificantur.

CONS. LXXXIII. SVMMAE.

1. Altor seu procurator ad duellum, vt purget mentionem sibi datam, ipse per duellum probare debet veritatem suam intentionis, aliter censetur succubuisse, quia non probauit.
2. Duellum posse vel momento perfici.

Auore generosi militis domini Fabrici Galeo viduati præsens casus decidendus duabus rationibus. Prima est, quia actor seu procurator ad duellum, vt purgetur mentionem sibi datam ipse per duellum probare debet veritatem suæ intentionis, aliter censetur succubuisse, quia non probauit, secundum l. qui accusare. C. de eden. & per Bald. in l. j. C. de dedit. lib. tol. cap. i. de pace tenen. in casu autem nostro, cum nec quidem in campum descendit pronocator, fundata est intentio rei pronocati, nisi quatenus probaretur, culpa ipsius pronocati, quæ profecto ex processu nulla apparet. Secunda est, quia cū post horam xxiij. cum dimidia, res composita sit inter aduersarios ipsorum per duellum, debuit pronocator descendere in certamen, nec test legitima excusatio allegata, quod non superesset tantum temporis, vt possent querelæ inter ipsos diffiniri: quia cum contingat quandoque momento temporis rem transigi, iuxta illud Horatianum, *Concurritur hora momento, & cito mors venit, aut victoria lata*, debuit omnino iste prodire in campum, & reperiri: quia potuisset forte res perfici, ideo se per vsq; ad vltimum momentū horæ vigesimæ quartæ, dicit superesse tempus. l. in illa vbi not. ff. de verb. oblig. dum tamen in dex campi non discesserit, aut licentiam abeundi pronocatori dederit. l. diuus. ff. de in int. restituit. per Paridē. in tractat. lib. tertio. capit. tertio, quod non fuit factum in casu nostro. Ecce ego sentio saluo semper saniore iudicio.

CONS. LXXXIII. SVMMAE.

1. Datum accipitur pro omni eo, quod publicè soluitur pro aliquo, quare etiam si non sit inuectā.
2. Gabella salis venit appellatione vectigalium,

Mnis propositæ controuersie difficultas in eo solum consistit, an appellatione datiorum venit gabella salis, puto quod sic. Primum, quia datum est verbum vulgare, de qua in iure mentio non habetur sed assumitur generaliter pro omni gabella, pro qua quis habet datum à principe

unde datum dicitur, istud probatur ex statutis nostris datiorum. fol. clxxxviii. in rub. quod instrumenta datorum datorum, &c. & sub illis titulis accipitur datum pro omni eo, quod publicè soluitur pro aliqua re, etiam si non sit inuectā, quæ diffinitio competit in calu nostro. ergo, &c. Secundò probatur, quia talis gabella salis venit appellatione vectigalium. l. inter publica. §. si. ff. de ver. sign. & æquiuoca sunt vectigal, & datum, nec obstat quod soluitur pro vesture, vel ingressu, quod non soluitur pro sale, pro quo pretiū tantummodo soluitur: quia respondeo, quod iste intellectus confunditur per d. §. fin. vbi appellatur vectigal salinarum, & tamen de iure communi pro ingressu, vel vestura salis nihil soluitur, sed pro pretio, quod augetur: est monopolium principis vel habentium causam ab eo, vt est casus in l. si quis sine. C. de vectig. & com. ita quod in ducatu non est alterata forma istius vectigalis, aliter quam sit de iure communi, de qua etiam in l. §. ff. quod cu. vniuer. per And. de Her. Alua. & Præp. in tit. quæ sint regalie. in vñ. fend. & per Abb. in c. super quibusdam. extra. de ver. sig. Tertio probatur auctoritate Sal. in d. l. si quis sine. vbi præcisè conductores salis, appellat conductores datiorum: & certè non potest negari, quin sit datum, saltem quatenus iustum pretium exceditur. & sic tollitur etiam illa ratio dum dicitur: pro sale solui pretium, non autem datum: quia istud posse procedere respectu veri pretij, & non vltra argu. ca. j. extra. de emp. & vend. Non obstat, quod do. Lucretia nunquam fuit in possessione exigendi respectu salis: quia cum à tempore indulti privilegij vsque ad præsentem diem dempto tempore Gallorum lapsum non fuerit decennium, non potest dici amissile privilegium quo ad sale, vt habetur in l. j. ff. de nund. & habetur p mod. in e. cum accessissent. extra. de const.

CONS. LXXXV. SVMMAE.

1. Legitimo legitimum deberi.
2. Legitimum Trebellianicum non deducere.
3. Legitimum variè probari.

Circa hæreditatem d. Pauli. cum Hieronymus esset legitimatus, non est dubium illi deberi legitimum, secundum Bal. in c. de causis. de off. deleg. & in add. ad Spec. ti. de success. ab intest. si. Bened. de Plumb. in dispu. incip. statuto Pisano. & cum fuerit rogatus de restituendo, solum legitimum non autem Trebellianicum, deducit, vt per Deci. conf. lxxxj. & seruatur ista opinio de consuetudine Mediolan. Quod autem esset legitimatus, probatur ex eius confessione in testamento, dum eum pater appellat filium suum legitimum, quæ confessio præiudicat ipsi & heredi. l. cum quis decedens. §. codicis. ff. de leg. ij. & regulariter confessio patris probat filiationem, vt per Bart. in l. filium eū diffinimus. §. si. de his qui sunt sui vel alien. iur. Alexan. consilio l. j. in j. libro Dec. consilio. liiij. in causa. vnde eodē modo debet probare contra eius hæredes, vel habentes causam ab eo, vt habetur per Bar. in l. si mater. §. fina. ff. de except. rei iudica. Arret. consil. xxxvj. Soc. in consil. xj. in j. lib. & quod esset legitimatus satis ostenditur, ex eo quod Ioann. Andreas nunquam petijt hæreditatē, nisi eo mortuo, cum aliis eo vivente fuisset admittendus: quia spiritus est incapax: nec obstat sequenti in gradu authent. ex complexu. C. de incest. nupr. Item ostenditur ex instrumento transactionis, in quo con trahentes appellent eū legitimum. quæ verba enuntiativa inter ipsos probant. l. optimam. C. de cōtrahen. & committen. stipul. Item etiam in arbitramentis assertis, approbatis per ipsum Ioan. Andream admittitur iste tanquam legitimatus, nec hoc reficitur in dubium, & certè quilibet iudex potest manifestè comprehendere hanc exceptionem opponi per calumniam, vt noceat ipsi dict. Philippo, & compellat ad exhibendum centum aureos notarię, pro habendo instrumentum.

CONSIL. LXXXVI. SVMMAE.

1. Partem habentem in dubio dimidiam habere.
2. Presumptio vna, alia incerta non tollitur,
3. Probatio incerta non infirmat contrariam certiorē.

Instrumentis cum appareat, quod d. Episcopus Ceruensis habet partem in dictis terris, intelligitur in dubio, quod habeat dimidiam, nomen §. portionis. de verb. sign. l. planè in fin. de leg. j. Idemque dicendum est ex verbis, *Quod habeat communem cum monialibus*. intelligitur enim pro dimidia. l. Lucius in princip. vbi Bartolus. ff. ad Trebellia. l. finali. §. Lucius. de legat. ij. Nec obstat, quod apparet plus pensionis solui monialibus, quam Episcopo, vnde arguendo à quantitate pensionis, videtur maior esse portio monialium. arg. l. ij. C. de dot. promiss. & l. qui sic. in princ. ff. de vsu. Bal. consil. in iij. Respondeo siquidem, quod vt præsumptio t dimidiæ quam lex facit contrariam tollat, oportet eam esse fortiorem, non incertam. l. diuus. vbi Bal. ff. de in inte. rest. sed ex aliis inuestituris apparet, quod moniales singulis renouationibus aucebant canonem, & Episcopus non aucebat: vnde ex certa hac coniectura, non videtur recedendum à prima præsumptione, sicut dicimus de probatione incerta, quæ non infirmat contrariam certionem lege, ob carmen in fin. ff. de testib. per Bart. in lege, admonendi. vers. quæro quid si actor probauit. ff. de iure iur.

CONSILII. LXXXVII. SVMMAE.

1. Cambij literas ex statuti forma scriptas, exequi debere.
2. Veritas debiti suspicionem datæ tollit.

Reuter concurro in sententiam superscripti domini consultoris & per rationes suas. Et quia cum præsupponatur, quod verificatæ sint literæ cambij secundum formam statuti mercatorum, pro eis præsumitur, vt excurio cōcedi debeat, iuxta legem, satis aperte. C. de fals. & quæ per illū textum. no. in variis locis doctores maxime And. Sic. cō filio viij. & consil. x. & con. xvij. in j. Fel. c. de cætero. de re iud. c. ij. de calum. c. licet causam. extra. de prob. Et licet potuerit in iis literis esse dies anticipata, secundum l. ij. ff. de si. instr. & quod no. Paul. Castr. in consil. xxxiij. in causa ser Ludouic. vol. j. secundum nouissimā impressionem, & dixi in l. j. §. pe. de ver. obl. tamen ex quo seruata est forma statuti, præsumendum est pro istis literis, nisi quatenus concluderent contrarium probaretur, quod in casu nostro non est factum, imo præsumptiones quæ adducuntur contra literas cambij eas potius adiuuant: cum enim ex liberis rationum appareat, quod tempore quo faciendæ solutio literarum, iste mercator est debitor t dictæ summae, & amplioris, satis ostenditur veritas literarum: quia vt dicitur in l. si ex pretio. vbi Bart. & cæteri notant. C. si cert. pet. quando de bitum verè subest ex vna causa, puta mercium traditarum, licet obligatio prætendat alium titulum, puta literas cambij, non tamen ideo subest aliqua simulatio, vel falsitas: sed duntaxat mutatio tituli sit ad faciliorem executionem, & probatur etiam in l. sub specie, vbi Bald. C. de posthu. per Alexā. conf. xxxvj. in ij. & xxxvij. volum. v. & veritas debiti tolli suspicionē anticipationis datæ literarum, vt in simili per Dec. conf. clxxxv. vers. septimo, &c. & ideo de sola subscriptione requisitus, non existimauit id detrectandum. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXXVIII. SVMMAE.

1. Pater non tenetur alere filium, quando habet unde possit se alere sustinere.
2. Legitima iure nature debita, iure actionis post mortem Patris de iure communi debetur.
3. Frater de suo proprio tenetur alere sororem.
4. Filie à matre non debent separari ad quam primo loco pertinet tutela.

Roliabus do. Lucretiæ facit, quia licet pater non tenetur alere filium, quando habet unde possit se aliunde sustinere. l. si quis à libellis §. sed si filius. ff. de lib. agn. tamen hoc procedit quin talia alimenta non debentur, nisi officio iudicis cū aliis filio cōtra patrem nulla detur actio. Si verò talia alimenta deberentur iure actionis, esset secus: quia tunc possent peti, etiam quod aliunde sint habitā. l. de alimentis, vbi Bald. Alexā. l. in C. de trasact. In casu autem nostro, debentur alimenta iure actionis, id est, conditione ex lege, seu statuto Papiensi. deferentis hæred. paternam masculis, & eos grauantis interim ad alimenta. Vnde sicur t legitima iure nature debita, iure actionis post mortē patris, de iure cōmuni deberet. l. cū qritur, cū seq. C. de inoff. testam. ita etia hæc alimenta, quæ subrogantur à statuto. Et debent præstari hæc alimenta sufficientia victui, etiam non habito respectu ad quantitatem dotis illis relictam, prout etiam dicitur in vxore. l. quod si nulla. ff. de rel. & fump. fun. no. do. in l. quod in vxore. C. de neg. gestis. maxime. cum t frater etiam de suo proprio tenetur alere sororem. l. qui filium. ff. vbi pup. edu. deb. Bar. d. l. si quis à liberis. §. vtrum. Nec debent t filij separari à matre sua, ad quam primo loco pertinet tutela. auth. matri & auia. C. quando mul. tut. off. Et pertinet ad curam d. Prætoris specialiter defendere & protegere hanc viduam & pupillas ab impietate istius fratris, qui non vult soluere obolum, nisi coactus per penas multas: Et commendo eos quantum fieri potest pro iustitia & pietate, secundum l. j. cum ibi not. C. quan. imper. inter pup. & vid.

CONSILII. LXXXIX. SVMMAE.

1. Decretum Principis declaratorium, trahitur ad pendentiā.
2. Liberatio hypothecæ probat aditionem hæreditatis.
3. Cedens hæres censetur, quia aliis cessionem facere non potuisset & in necessariam consequentiam censetur adijisse hæreditatem.
4. Renuntians, vel cedens censetur adire.
5. Ius ad eundem non potest cedi.

Vod Dominicus sit hæres matris suæ, probatur multipliciter. Primum ex decreto nouo, quod etiam fuit latum à duce Ludouico Sforzia, in impressis de anno 1498, & etiam si esset nouus, traheretur ad casus pendentes, quia est t declaratorium actus præteriti, secundum Bart. in l. omnes populi. v. quæst. princ. de iustit. & iur. vers. circa ij. Secundò ex eo, quod vendidit non solum Alciato, sed multis alijs personis, bona paterna tanquam libera. &c. vt Todeschino Rancato hominibus Sancti Angeli, & alijs: vnde t liberatis hypothecæ probat aditionem hæreditatis. Com. conf. clxxx. in ij. Idem si constituat procuratorem ad liberandum. Corn. consil. lxxxix. in iij. Socin. xcj. in iij. v. dubio. Tertio, etiam si non dixisset, se libera vendere, tamen quia tenetur vendere libera, ne emptores remaneant decepti, censetur adijisse hæreditatem: secundum Bartol. in simili in l. gerit. vers. scilicet. si verò non poterat facere, vt dominus. de acquir. hæred. Alexand. consil. nonagesimo quarto, in secundo. Corn. ciiij. in ij. cxcix. iij. Quarto, & istud est clarissimum ex instrumentis cessionis t factæ in sororem de iuribus dotalibus: nec enim ea haberet, nisi esset hæres, nec potuisset cedere: vnde in necessariam consequentiam censetur adijisse, per regulam. l. si auia. C. de iure de liber. & firmat Paul. de Castr. in l. pactum dotali. vers. sed etiam si non adijisset. C. de collat. & in l. sicut. C. de pet. hæred. vbi dicit, q; tali casu non debet quis renuntiare, vel cedere, sed repudiare: quia aliis t renuntians, vel cedendo censetur adire, & idē etiam sentit Corn. consil. xxxij. in ij. Socin. xxxiij. in iij. Et quod cedens censetur adijisse, firmat Bald. conf. ccc. iij. in iij. vbi loquitur in casu fortiori. Cor. consil. cklviij. in j. liij. in ij. Nec obstat si diceretur, quod cessio debet intelligi nō de dote materna, sed de iure ad eundem hære-

ditatem maternam. Respond. verba instrumenti non patiuntur hunc intellectum. Item non potest hoc intelligi: quia ius ad eundem non potest cedi. l. si mulier. §. ex alle. de iure dor. vbi Bartol. l. Paulus respondit per procuratorem. ff. de acquir. hæc. Corn. d. conf. cxxj. Necessario ergo intelligendum est, quod adierit hereditatem maternam, & cesserit ius petendi dotem super bonis hypothecatis pro dicta dote, & ita etiam sonant verba instrumenti, & certè hoc non videtur habere aliquam difficultatem.

CONSIL. XC. SVMMAE.

- 1 Futurum ex preterito in causis non inferri.
- 2 Presumptio quod quis habeat, quæ iam habebat, non procedit in rebus mobilibus, præsertim in mercimonijs, quæ facile perduntur.

H si probatum esset Arnatum, de anno 1513. habuisse multa mercimonia: tamen talis probatio non inuaret eius aduersarios: quia probatio quod aliquo tempore possederit non infert ad futurum tempus: si enim olim habuit, nunc non habet, nec tempore litis contestatæ habebat, vt concludit Alexand. in consil. cij. super primo, in ij. volum. versic. & primo, & c. allegat Bartol. in l. in confirmado. ff. de confir. tut. Item præsumptio, quod qui olim possidebat, etiam hodie præsumatur possidere, non habet locum, nisi quando possessor affirmat hoc esse verum & se possidere: secus si neget, quia tertius non potest hoc allegare in suum fauorem, vt est glo. vbi Bart. & omnes sequuntur in l. siue possidens. C. de probat. Item in rebus mobilibus non procedit hæc præsumptio, quia huiusmodi facile perduntur præsertim mercimonia, vt dicit Specu. in titu. de act. seu pet. §. j. versic. quid si ago, scit glo. in l. ciuile. C. de furt. Pau. de Caslr. in l. si minorem. C. de in integr. rest. min. Aret. consil. cxx. facit quod no. Bald. in l. ex persona. C. de probat.

CONSILII XCI. SVMMAE.

- 1 Emphyteuticæ quæ nam in solutum dari possint.
- 2 Emphyteusis duplex.
- 3 Creditor non potest consequi plusquam habent ipse debitor.
- 4 Datio in solutum in effectu est venditio.

N unquid res emphyteuticæ possit per iudicem in solutum dari creditoribus emphyteutæ? doct. licet videantur in forma verborum vario modo loqui: tamen in effectu ipso consentiunt, aut enim est emphyteusis, quæ non transit in extraneos, qualis ecclesiastica & non potest, nisi respectu commoditatis, & donec ius sit in persona emphyteutæ. & istud tenet Bart. in l. si finita. §. si vestigialibus. versic. quid si propter debita. ff. de dam. infect. Alex. consil. xxiiij. in j. lxx xvij. in iij. Imo. consil. xxxv. Aret. xiiij. doct. l. si quis presbyter. C. de episc. & cler. Aut transit in extraneos, & tunc potest fieri hæc donatio in solutum: nec ideo cadit emphyteuta, quia alienatio est necessaria, secundum Bald. in c. j. de prohib. feu. alie. per Feder. Ias. in l. fin. versic. v. quero. C. de iure emphyt. Alber. l. j. C. commun. vtr. iud. fiet tamen saluo iure domini, id est, vt habeat laudemium, & ius prælationis, secundum Sal. in authen. ei qui. versic. iij. est videndum. C. de bon. author. iud. possiden. & concludit Bald. consil. cccvj. verbain uestituræ. in j. & est ratio quia creditor non potest consequi plusquam habeat ipse debitor, secundum Bart. in l. quemadmodum. C. de agrico. & cens. lib. xj. in v. & quia datio in solutum est in effectu venditio, & ideo seruanda est dispositio. l. fin. de iure emphyteut. In casu autem nostro, cum emphyteusis hæc sit accepta, Ryo se, & hereditibus, & successoribus, ista verba ad successores etiam particulares referuntur. l. hæredis. de verb. signific. vbi dixi, Alex. consil. cxciiij. in ij. cessat omnis difficultas, maxime cum ecclesia consentiat tali translationi.

CONSIL. XCII. SVMMAE.

- 1 Protestatio aditionem impedit.
- 2 Protestationi factum contrarium in ijs, quæ dependent ab animo nostro, tantum vt est hereditatis aditio, non præualere.

H lius dedit in solutum creditori hereditario quæ protestatione, quod volebat esse hæres patris & cum reseruatione creditorum suorum. Queritur an talis protestatio sit contraria facto, & non ideo minus sit hæres? Respondeo non esse hæredem, quia talis protestatio eum adiuvat. per text. in l. at si quis §. plerique. & l. scriptus. vbi Bart. ff. de relig. & sumpt. fun. quem text. intelligit doct. procedere etiam si actus talis esset, qui alias hereditatis aditionem inferret: puta, solutio æris alieni, secundum Salic. taf. & cæteros in l. ij. C. de iure deliberan. & per Bar. & alios in l. qui in aliena. §. si. ff. de acquir. hæred. Non obstat text. in l. pro hærede. §. Papinianus. de acquir. hære. quia ibi factum contrarium protestationi, erat gestum cum alio ignorante, qui alias remansisset deceptus: secus si sciuisset protestationem, prout in casu nostro, & declarat Ias. in d. §. fina. in ij. notab. Non obstat quod factum contrarium debet præualere protestationi: quia istud non procedit in ijs, quæ dependent ab animo nostro tantum, vt est hereditatis aditio, secundum Bar. in l. non solum. §. morte. de oper. no. nuntiat. versic. breuiter dic. & versic. & tunc quero. & per Bar. in d. l. qui in aliena. §. finita. per illum text.

CONSIL. XCIII. SVMMAE.

- 1 Interesse post moram ex statuto deberi.
- 2 Veritate standum.
- 3 Vocem in solutum per mutationem comprehendere.

N on videtur in casu proposito dubitandum, quia pratum, vel valor prati sit restituendus do. Angelo, cum interesse, à die moræ. ex quo eius maritus promisit liberare, vel pretium æquiuales. Et licet non sit facta mentio de interesse: tamen illud debetur post moram, ex dispositio ne legis, iuxta l. j. C. de sent. quæ pro eo quod in terest. & statutum Nouarien se id concedens, quod valet Dec. c. ij. de probat. Ias. l. si ab arbitro. qui satisd. cog. cum cõcordan Nec obstat illa relatio in instrumento facta, qua dicitur quod d. Angela ad liberationem mariti dedit in solutum d. Gaudentio pratum & c. quia cum apparet factum id per viam permutationis, non debet hæc relatio vitare, sed stari debet veritati. Bar. l. Sempronius. deleg. ij. Dec. c. ij. de rescript. maxime cum illa vxor, in solutum. sit generalis, & comprehendat etiam quod soluitur iure permutationis. l. solutionis. de verbor. sign. l. solutionis. vbi doct. ff. de sol. & dixi lib. ij. de verbor. sign. vbi dixi, hoc procedere etiam interpretatione statutorum. Quo vero ad tempus, ante conuentionem mariti, an debeatur interesse mulieri, quæstio est facta, an pratum illud esset à tutoribus pupillorum translatum in matrem. An fuerit in mora maritus? An percepit ipse fructus prati consentiente muliere, & non soluerit canonem? An mulier permiserit, quia vellet esse in dotem, quæ in facti narratione non sunt mihi expressa & videntur decidenda ex ijs, quæ ponunt doct. in l. maritus, quæ est lex penult. ff. ad legem Falcid. vbi Alex. post alios.

CONSIL. XCIII. SVMMAE.

- 1 Monomachia vti iure ciuili, quam Canonico, atque etiam diuino non sunt reprobatae.
- 2 Iniuriantem estimationis fideiussione laxari.

Causa præfens domini Ioanna. Francisci Papalar di, cum à defensione honoris proficiscatur, debet à iudicibus ciuilitè, atque humanitè tractari, non autem in occasionem vindictæ accipi. Et cum de iure decedi possit, non est recurrendum ad remedia in monomachijs tradita, quæ tam iure ciuili, quam

si quam canonico, atque etiam diuino, sunt reprobata. c. monomachiam. ij. q. vj. In casu autem nostro imputatur, quod d. Ioan. Franciscus verberibus affecerit aduersarium suum, ex quo crimine oritur actio iniuriarum, quæ ad estimationem arbitrij iudicis redigitur. §. in summa. in situ. de iniur. Et ideo videtur dominus Ioan. Franciscus relaxandus, præstita fideiussione, de soluendo quantum arbitrio iudicis æquum videbitur. iuxta l. j. cum ibi not. per Barto. ff. de custod. & exhib. reor. Nā illa ordinatio, Quod iste se resoluat, si vult constituere se liberè in potestate inimici. non est iuri consentanea, & contra regulam. l. non est singulis. ff. de reg. iur. & quæ habentur in l. penult. ff. arbit. vnde nullo modo consulo, quod Papalarus acceptem hanc conditionem, quæ non secundum regulas iuris inducitur, sed ex quadam consuetudine militari, ab omnibus sapientibus reprobata. Nec videtur vnquam aliquem principem notæ probitatis & timoratae conscientiæ, hoc permittere: sed omnes vno ore respuunt, & subditis suis, secundum leges ciuiles, & canonicas iustitiam administrant. Et ita mihi videretur, saluo semper superiori iudicio.

CONSIL. XCV. SVMMAE.

- 1 Bona pro fidei in solutum non dari.
- 2 Collectas ex causa non imponi.
- 3 Contractus qui generatitius non sit.

D primum respondeo, pro fidei non posse dari bona in solutum, cum non simus in terminis. auth. hoc nisi. C. de solut. maxime propter iuramentum, vt per Alex. consil. xxxvij. volu. ij. Et propter pactum obligationis in forma cameræ, quæ cogit ad pecuniam numeratam. Ad secundum, cum communitas vendiderit bona, Libera, Franca, & c. Ab omni onere collecta, & c. non potest imponere ei collectas, minus dubium esset in collectis, non à communitate, sed à principe impositis, de quo dicendum. vt per doct. in l. secundum da. C. de iure emphyt. in verbo. publicarum functionu. etenim hæc pertinent ad emphyteutam non ad dominum. Nec dicta communitas potest iuuari ope statuti sui, cum ipsa vendiderit, libera, & c. Ad tertium respondeo, contractum non esse fœneratitium per text. in extrauagant. regimini. & sequent. de empt. & vendit. in communibus. & quia fœctum non excedit verisimiliter interesse ipsorum mercatorum.

CONSIL. XCVI. SVMMAE.

- 1 Iussum Patris banniti non requiri.
- 2 Bannitus equiparatur mortuo.
- 3 Lucra legalia sine aditione transmitti.
- 4 Hereditas non adita, regulariter non transmittitur.

Ene, & rectè, & pro iustitia in hac causa illustris. dom. Gasparis Triuultij allegatum fuisse video, quod filij equicis adierint hæreditatem maternam, nec fuit necessarius iustus patris, qui tunc exul erat, & impunè poterat ex forma statuti nostri offendi. quo casu filij equiparatur mortuis, vt per Bar. in c. sua. j. & per doct. in l. j. C. de bon. liber. per illum tex. Non omitto etiam aliam rationem. Cum enim dos matris non tam iure hereditatis, quam lucro à consuetudine, seu statuto delato, applicetur filijs vt apparet ex verbis statuti nostri. & per Bar. in l. post dotem. in v. q. ff. solu. matr. vbi etiam Claud. de Seis. notat, talia lucra legalia transmittuntur in heredem indistinctè, licet alias hæreditas non transmittatur, secundum Bar. consil. clvij. incip. super ijs quæ supra. Bal. l. si arrogator. vbi Ias. ff. de adopt. Pau. Alexan. Ias. in l. cum acriquioribus. C. de iure deliberan. & probatur argumen. l. edito. §. ad hæredes. & sequent. ff. de iure filii.

CONSIL. XCVII. SVMMAE.

- 1 Qui tenentur ad impensas viles, censentur teneri, quando principaliter, & primo loco utilitas ad eos pertinet, non sit in consequentiam.

- 1 Impensis debitoris debitum conseruari.
- 2 Impensis qui nunquam contribuit non teneri.
- 3 Qui liber est à causa proxima multo magis à remota.
- 4 Amputata radice rami pereunt.
- 5 Causa immediata præfertur mediate.
- 6 Emphyteuta qui reparationibus obnoxij.
- 7 Emptores non debent cogi ad contribuendum pro minima vtilitate tantum, quantum illi qui maximam habent.

Rugia Comitum Sancti Angeli extrahitur ex Lambro flumine, quod flumen augetur ex aliquibus scolaticijs nauigij magni Mediolanij & etiam ex exoneratore aquarum tempore inundationum super ista Rugia multi nobiles habent septa, seu Bucchellos per quos educunt aquam ad irrigationem pratorum suorum, acceptam in emphyteutim ab ipsis Comitibus sub certo annuo canone: queritur, an dicti nobiles possint cogi ad contribuendum pro spaciaturadisti nauigij? Et primo sciendum est, quod dictum flumen Lambri, antequam perueniat ad Comitibus deriuatur in loco Pisebasij pro parte dimidia ad aliorum utilitatem, deinde in loco Landriani ad utilitatem magni Cancellarij, quem si domini iudices volunt in indemnem seruare ab hac impensa, non tamen debent alij pro eo soluere. l. j. C. vt null. ex vica. libr. xj. sed debet summa ad eum pertinens diminui de calculo fisci, prout fit in habentibus privilegia immunitatis: quoniam onerantur alij, sed diminuitur de summa à fisco perita, iuxta ea quæ habentur in c. accedentes. vb latè Abb. exura, de præscript. & Bald. Angel. Alexan. in l. si vnus. §. item si pactus. ff. de pact. Rufus sciendum est quod pro aquis quæ exonerantur tempore inundationum, nihil debet solui: quia sit damuosa Lambro, non autem afferunt utilitatem, in d. tale damnum debet compensari cum illa modica utilitate, quæ ex scolaticijs percipitur. argu. l. j. in fin. verb. componere. ff. de aqua pluua arcen. cum omnino sit modica utilitas, quia tempore siccitatis cum aque sunt viles, omnes sua scolaticia retinent, quantum possunt, & quid minimum delabatur in Lambrum. Fortius putarem nihil omnino soluendum esse pro ijs scolaticijs quoniam immediate à nauigio, sed mediate perueniunt, soluique eos teneri quoniam immediate ex aquis nauigij irrigant, quia qui tenentur ad impensas viles censentur teneri quando principaliter & primo loco utilitas ad eos pertinet, non si in consequentiam, vt est text. in l. finali. ff. de impens. in reb. dot. vbi Alber. nisi quatenus amplius esset erogatum pro eo qui in consequentiam utilitatem habuit. l. ex parte. in principio. vbi omnes nos. ff. familiarum exerciscund. videntur quæ hæc scolaticia non haberi beneficio nauigij, aut extrahentium ab eo, sed de cursu naturali, quo aqua inferius labitur: vnde & nulla præscriptio in eis locum habet, secundum Bald. in cap. cum omnes extra de constit. sequitur Iason. in l. prima. in principio. de acquir. possession. numero octuagesimo secundo. vnde cum nullum ius habeant isti in scolaticijs, non sunt onerandi talibus impensis. Veniamus ad punctum quæstionis est quod ipsi essent onerandi, non tamen debent domini Bucchellorum contribuere. Cum enim Comitibus dederint istas aquas in emphyteutim pro annua pensione, & concesserint ius ponendi dictum Bucchellum, debent ipsi manuteneere dictas aquas expensis suis, vsque ad dictum foramen l. suo vict. ff. de oper. liber. Roman. consilio trecetesimo quadagesimo sexto. versic. quoad septimum. quia ius istorum emphyteutarum non incipit nisi à Bucchello. l. Prima. §. fluminum. ff. de sum. Bartol. l. quo minus. prima quæstione. eodem titulo. & habetur in l. prima. §. hoc interdicitur. ff. de aqua quoridia. & sequitur supra vbi Bucchellum nullum ius habent emphyteutæ, sed solus dominus: vnde & ipse solus debet teneri. Et quod istud sit verum ostenditur euidenter, ratione enim rei emptæ, sed aquarum acquirarum ipsi nobiles sunt potiores Comitibus, adeo quod si non haberent Comitibus, nisi illam aquam alienatam, teneretur eam relinquere emptoribus. l. secundum. l. ex empto.

1. emptorem. de actione empti. unde si nulla aqua ex nauigio descendere in Lambrum, nihilominus isti emptores ex solo Lambro aquam sibi debitam habent: cum igitur illud quod superfluit propter aquam nauigij sit Comitum debens ipsi soli teneri, quia soli habent utilitatem istius superflui, quod à nauigio decurrit. Confirmatur hæc sententia ex duplici consuetudine, quæ maximè attenditur in illis iudiciis aquæ ducendæ. Prima est, quia nunquam isti contribuerunt huic expensæ nauigij, sed soli Comitibus qui fecerunt solutionem nouissimo loco, de anno millesimo quingentesimo decimo septimo, quæ vltima solutio maximè attenditur. capitulo cum ecclesia. extra. de cau. poss. & propr. vbi Modern. & per Dec. consil. centesimo vigesimo quarto. Altera est, quia dicti emptores nunquam contribuerunt in spaciatura Rugiæ ipsorum Comitum super qua habent Buschellos, multo minus debent contribuere in spaciatura nauigij: quia qui liber est à causa proxima multo magis à remota. l. maritus. vbi Pau. Castr. C. de procurat. & t. amputata radice rami pereunt. l. si viua matre. C. de bõ. quæ liber. & t. causa immediata præfertur mediata cap. Imperialem. §. in super. versicul. illud. de prohib. feud. alien. pe Feder. vbi Bald. & per Bartol. in l. sed si plures. §. in arrogat. ff. de vulg. & pupil. vbi etiam Aretin. Nec mirè monet, quod aliàs emphiteute teneatur ad huiusmodi onera reparatum, cum ipsi percipiant fructus & utilitatem rei, secundum l. si pendentes. §. si quid cloacarum. ff. de usufru. & per gloss. in l. prima. verb. fructus. C. de anno. & tribut. libr. decimo, cum suis libris per Alexand. consil. quarto in quarta. Quia istud est verum in t. emphiteutis, qui soluunt quid minimum in recognitionem dominij: non autem in his qui soluunt canonem competentem pro compensatione fructuum. Nam tunc dominus ipse dicitur ipse dicitur fructus percipere, non autem emphiteuta. l. si is qui. §. primo. de pignor. Luc. de Pen. in d. l. prima. Mod. Apõst. ad. d. consilium Alexand. iij. quod est in casu nostro, quia computata summa data à principio contractus, & annua pensione, quæ fit Comitibus, solutio est æquivalens fructibus, non autem pro sola recognitione, quamuis etiam nec si quis extra illum casum, quia hoc enus respicit iustitiam rei in emphyteusim datæ, id est, ipsam aquam quam tenentur Comitibus manuteneri. & ideo ad eos pertinet, secundum supra dicta. Non omitto etiam, quod magna est iniquitas præcepti emanati ipsi emptoribus, qui cum minimum beneficium ex aquis nauigij consequantur, & nauigium non auget aquam Rugiæ in decima parte, tam in illi molestantur ad parem contributionem cum illis, qui non nisi de dicta aqua irrigant, & qui fructus possessionum per dictum nauigium, maxima commoditate in vrbes deuehunt, ut isto modo cogantur emptores pro minima utilitate, tantum contribuere, quantum illi qui maximam habent, quod est iniquissimum. l. secundum naturam. ff. de regulis iuris. & ideo concludo, me Alciati ab soluendum esse ab ista petitione tam iniqua, prout confido facturos dominos iudicantes pro sua equitate & iustitia.

CONSILII. XCIII. SVMMÆ.

- 1. Solutione etiam fideiussorem liberari.
- 2. Administratorem eius, heredem obligari.
- 3. Heredem quem esse variè argui.
- 4. Non contradicens, videtur consentire.
- 5. Protestatio per contrarios, actus protestationi tollitur.
- 6. Quicquid contra minores, non habentes tutorem legitimum datum, agitur, nullum est, quia dicuntur in d. sensu.
- 7. Clausula executiva non ampliat.
- 8. Qui non videtur aliquem fraudare, qui beneficio sibi à lege indulto vititur.
- 9. Contra delinquentem facilius presumitur fraus, quam contra aduentum, & aliàs facientem actum licitum.

B ID, quod d. Hieronymus pro tempore, quo vixit, soluerit fictum pro possessione conducta, respectu eius temporis non est dubium, quin ipse sit liberatus, & consequenter eius fideiussor, instituit, quibus modis toll. obl. in principio. Sed dubium est respectu temporis, quod intercessit post mortem ipsius, quo tempore fuit contracta illa obligatio versus illum de Arona per d. Boschinum pro factis faciundo hospitali, & respectu ipsius obligationis, dico d. Hieronymum, seu eius hæreditatem non teneri ad aliquid, sed solum Boschinum, & istud quatuor rationibus. Prima ratio est, quia d. Boschinus ipse administravit dictam possessionem. Vnde in eo cõcurrit & titulus obligationis, & etiam res ad eum peruenerit: nam cum in instrumento constituerit se principalem, & sic appareat esse etiam proprio nomine conductorem cum item ipse administraverit, æquum est, eum obligari, non autem d. Hieronymum, qui licet sit correns debendi, tamen respectu huius temporis non administravit: vnde executio debet fieri contra ipsum, qui administravit, & ad quem utilitas inuestituræ peruenerit. argument. l. si non singuli. cum ibi not. C. si certum petatur. præsertim cum respectu obligationis istius d. Arona de qua in presentia agitur, solus Boschinus se obligauerit, non autem d. Hieronymus, seu agentes pro eius hæreditate. Non obstat si diceretur, quod Boschinus administravit nomine ipsius hæreditatis: quia respondeo, hoc esse falsum: cum enim vigore instrumenti inuestituræ, in qua constituerat se principalem, posset proprio nomine administrare, istud potius præsumendum est. l. & magis. ff. de solu. & cum præcederet respectu ipsius, titulus habilis ad talem administrationem credendum est, quod ex eo titulo administraverit. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. Cum ergo obligauerit se pro facto proprio non subest ratio, cur executio contra d. Hieronymum, seu eius hæreditatem fieri debeat. Secunda ratio est dependens à prima: quia cum constet, quod ipse Boschinus administraverit & siccepit fructus, & utilitatem istorum annorum, si se obligauit pro solutione ficti, censetur rescisse iure illius administrationis, & ideo non potest consequi aliquid ab ista hæreditate, nisi redditus rationibus, ut per Bart. in l. prima. §. officio. ff. de tut. & rat. distr. in lectura Nicol. de Neap. Rationes autem non fuerunt bene redditæ, sed confusæ, nec plenè fuerunt tractatæ: cum non constet, in quam rem conuersi fuerint fructus annorum duorum: vnde isti minores poterunt iurare in litem contra administratorem, iuxta l. in actionibus. ff. de in lit. iur. cum ibi not. Tertia ratio est quia ex instrumento inuestituræ apparet qualiter d. Ioannes erat ipse conductor pro certa parte: cuius d. Ioannis, cum ipse Boschinus sit filius & heres, sequitur quod si se obligauit, hoc fecit pro exoneratione facti proprii, non autem d. Hieronymi, quod autem sit hæres, probatur ex eo, quod exegit credita paterna. l. pro herede. in fin. ff. de acquiren. hæreditate. Item quia donauit, & sic contraxit de rebus paternis. Socin. consil. nonagesimo primo. ite trãfegit. Bald. consil. ducentesimo septuagesimo secundo. in quinto. per Bartol. in l. gerit. ff. de acquirenda hæreditate, item soluit creditoribus hæreditarijs. l. secunda. C. de iur. deliberand. & contra eum est concessa relaxatio à sequestro, tãquam contra heredem patris: vnde illa qualitas est attendenda: quia ex ea probatur, quod sit heres, ut per Angel. in l. cum proponas. ff. de inoffic. testa. Ioan. de Imol. in l. sed si de de iua. ff. de acquirenda hæreditate, & ipse non contradicendo tãllin terlocutorie, videtur consensisse. l. alienatum. ff. de verbor. signif. l. si filius. ff. ad Maced. Nec obstat, quod protestatus fuit se nolle esse heredem: quia per illos actus tãquam t. contrarios protestationi, tollitur protestatio. l. pro herede. §. Papinianus. vbi Bartol. ff. de acquirenda hæreditate. Nec obstat, quod repudiauerit: quia cum sit filius qui erat in potestate, potuit reuocare talem ab-

rensiõne ma

rensiõnem, & faciendo tales contrarios censetur reuocasse. l. prima, & secunda. & l. sicut. vbi Salicet. C. de repud. hæred. Quarta ratio est, quia mandatum fuit Boschino per alios, ut contraheret talem obligationem. vnde præsumitur, quod eorum contemplatione contraxerit l. pignori. §. fin. de usufru. Doct. in l. post dotem. in lect. Dyn. ff. solut. matr. & cum constet de apocha, per quam factum fuit tale mandatum Boschino, præsumitur quod ipse Boschinus esset illic præsens, nec potest allegare ignorantiam talis mandati. l. j. vbi not. C. de contr. stip. l. Titio. §. idem respondit. ij. vbi lat. ff. de verb. oblig. Et hoc maximè, quia constat, quod Boschinus habuit noticiam istius mandati, ut apparet in quadam productione iurij, in qua illud produxit in hac causa: vnde facit fidem contra eum, et habetur in c. cum venerabilis. extra. de except. & etiam apparet ex verbis aduocatorum ipsius descriptis ante ordinationem senatus. Et cum (ut dixi) præcesserit mandatum, & sequuta fuerit executio, nõ est dubium præsumi factam in executionem dicti actus præcedentis, & consequenter habitam noticiam. d. l. post dotem. in lect. Dyn. & faciunt no. in l. cum quædam mulier. ff. de rei vendi. & in l. qui in aliena. §. si is, qui putabat. ff. de acquir. hæred. l. iij. §. vnde quæritur. ff. de manum. per Alexand. in l. j. §. nuntiatio. ff. de oper. noui nunciati. præsertim cum expressè constet omnia tractata in dicto chirographo, secundum eius tenorem fuisse executioni demandata in obligatione, versus illos de Arona ex post sequuta, & sic non potest Boschinus agere, nisi iuxta formam illius mandati, in quo ageres pro minoribus nõ consentiunt, nisi prius reddantur rationes, ut ibi expressè dicitur. Et ex istis rationibus apparet de iustitia causæ in meritis: & ideo non est dubium, concedendam esse appellationem. Quo verò ad nullitatem, cum isti minores non habeant tutorem legitimum datum, quicquid contra eos agitur est nullum, quia dicuntur in defensi. l. j. C. qui legit. per l. pen. C. si aduerf. rem iudi. & si dicatur actum contra hæreditatem vacantem. Respondeo, quod debuerunt prius inrerrogari, an velint esse hæredes, & si negassent, tunc erat dandus curator solenniter, & citatis creditoribus ipsius hæreditatis, aliàs condemnari hæreditas non potest, & actus est nullus, ut per Bartol. & Doct. in l. si bona C. de bon. iudic. possiden. Quo ad ordinationem factam per viam provisionis ei contradicatur duobus fundamentis. Primum est, quia contra minores non potest aliquod ordinari etiam si respiceret nisi expensas litis, nisi causa plenè discussa, aliàs restituuntur. l. minor viginti quinque annis, qui fideicommissum. ff. de minor. quia quælibet Iesio quomodo docque fiat, facit vt in integrum restituantur. Secundum est, quia cum per modum provisionis ad relationem dom. Franc. Ferrarij aliàs fuerint in minoris summa condemnati: & tali condemnationi acquieuerit aduerfarius: vt apparet ex processibus ordinationis reuerendissimi Senatus, aliàs inter partes factæ, non possunt in maiori nunc condemnari, ut per gloss. Bart. & Doct. in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minorib. Et si dicatur, lis non est contra hæreditatem iacentem, respondeo non esse seruata ea, quæ seruari debent, ad hoc vt possit agi contra hæreditatem iacentem. vnde omnia sunt nulla, vt supra dixi. Item interest minorum iura hæreditatis integra seruari, ex quo prima causa successionis est ipsorum: & cum eorum interest & possunt prætere lationem: vnde illis competeret restitutio in integrum prædictis rationibus. Quod præceptum robardi, & mittendi famulos, quod potuerit ex eo capi possessio, & poni ad proclama, addicitur. Primum, quia tale præceptum inducit possessionem tædialiam, & sic primum decretum. vnde debet operari secundum vt propria auctoritate accipiat, & ponat ad proclama: quia ista inter se differunt, vt habetur in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. in fact. Secundum quia tale præceptum est factum per viam provisionis, sed si ponatur ad proclama, inducitur præiudicium irreparabile propter cridas.

A Nec obstat clausula, quod exequatur in ampliori forma Camera: quia intelligitur, quod debeat exequi illud, quo superius iustum erat, non autem plus: quia talis clausula executiva non ampliet Clem. prima. in fin. de præbend. Felin. in c. licet. extra. de offic. ord. Quoad illud, quod non interfit istius defensoris: cum ipse agat ne minores turbentur in possessione, in qua hætenus fuerunt, bonorum paternorum, debet permitti cui libet ista defensio dato, quod non habeat mandatum. l. final. C. qui legit. perf. & cum hæc bona possideantur per eorum patrem: lex præsumit, quod etiam possideantur per filios ipsos hoc asserit in l. siue possideris in gloss. C. de pbat. per Bart. in leg. Pomponius. §. final. ff. de acquir. tend. possess. præsertim cum asseratur per partem aduersam, quod aduerunt hæreditatem paternam in foro ecclesiastico beneficio inuentarij. Nec obstat, quod talis actio, videtur in fraudem facta iuxta not. per Bartol. in l. j. ff. de pen. quia respondeo cum liceret vnicuique, facere se clericum, & frui beneficio clericorum, non videtur aliquem fraudare, qui beneficio sibi à lege indulto vititur, vt probatur in authent. causa quæ fit. C. de episc. & cler. iuncta gloss. j. & in l. ege, prætor. versic. vel fin. qui sacerdotium. ff. de vocat. mun. & not. per Bartol. loquuntur in de linquente, t. contra quem facilius præsumitur fraus, quã in aduente, vel aliàs faciente actum licitum. Et mirum est, quod aduersarius hoc opponat, cum ipse repudiando hæreditatem paternam, & nihilominus in ea se immiscendo, longè maiorem fraudem fecerit: vnde potest dici illud vulgatum, *Clodiu accusat mochos Cati- lina Cathegum*, de quo per gl. in l. viro. ff. solut. matrim.

CONSIL. XCIX. SVMMÆ.

- 1. Doti hypothecam ipse.
- 2. Numerus testium examinatum, purgat suspicionem illorum, qui sufficerent si contra eos non obstat aliqua suspicio, vt puta si duo sufficerent, & tres examinati sint, numerus enim supplet. &c.
- 3. Hypothecaria virtus.



Actum huiusmodi est, quod d. Paulus Fossatus conuenit per chirographum cum d. Ioan. Petro, & Philippo de Currentibus de acceptis da d. Clara eorum fratrum sorore in matrimonio. permiserunt ei dotem ducatorum 800. quæ promissio habet tacitam hypothecam, iuxta §. fuerat in l. de actio. Deinde cum d. Paulus eam duxisset, & faceret quod ipsa peteret dotem ducatorum mille. sibi relicta per alium fratrem prædefunctum, orta fuit lis inter ipsos, est productum illud Chirographum in actis iudicis. Deinde dicti fratres concepta fuerunt cum ipso d. Paulo & d. Io. Petrus dedit in solutum dicto Paulo totam domum, de qua agitur & in solidam: quam deinde accepit in emphyteusim p. annuo ficto libratum 90. Dein de dictus Io. Petrus partem istius domus vendidit cuidam tertio, & accepit in emphyteusim pro ficto libratum xxv quod deinde dicitur peruenisse in præfectos charitatis, & subsequenter in istum Galeratum. Deinde mortuo d. Paulo, relicto Ioseph. & Pantaleone filijs ex supra scripta d. Clara, cum dictus d. Io. Petrus non solueret canonem emphyteuticum, & esset debitor multorum annorum, seu librarum duorum millium, relaxauit ipse Fossatus domum pleno iure, qui eam locauerit Philippo Currenti qui sublocavit dom. Thomæ de Frondri notario. Dein de ipse Fossati vendiderunt dictam domum d. Ioanni de Cornu, qui possuit eam ad cridas: quibus ad iusticiam dicti notarij, qui nolebat exire domum, contra dixit iste Galeratus. Sed cum chirographum illud sit factum per multos annos antè, & ex eo oriatur hypotheca in fauorem dotis. d. §. fuerat. apparet quod ius antiquius Fossatorum absorbet omne ius nosterius istius contradicentis. Non obstat, quod dictum chirographum nõ videatur plenè probatum: quia contra singulos testes obstat aliqua suspicio. Respondeo, cum sufficerent

duo, & tres sunt examinati, numerus supplet, & purgat illam suspicionem. l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. vbi lae la. in ij. not. ff. de eden. maxime cum secundus testis sit maior omni exceptione: nec nunc tractatur de eo, de quo ipse concordauit partes: quia hoc desijt, secundum Bartol. in l. de ferre. in princ. ff. de iure fisci, & tertius testis iurauit intra tempus probatorium, quod incipit ab admisione capitulorum facta per iudicem: quae ante non currit tempus, secundum formam statutorum & c. Præterea sumus extra omnem difficultatem, quia tale chirographum fuit in iudicio productum per ipsum d. Ioan. Petrum: vnde sicut probaret contra ipsum producentem. cap. per venerabilem. extra. de except. ita etiam probat contra omnes, qui deinde habuerunt causam ab eo, secundum doctrinam Bartol. in l. si mater. §. fin. ff. de exceptio. rei iudic. cum concord. per Socin. conf. xij. in iij. iste autem Galeratus per mediam personam datorum suorum habuit causam ab ipso d. Io. Petro. Non omittit etiam, quod cum in præfatione dictæ insoluitum dationis fiat mentio de dicto chirographo, & subsequente matrimonio, sufficiunt probationes coniecturales ad conuincendum dictam partem assertio. ne, ut multa similia ostendi in tract. præsupr. in j. par. præsupr. xvi. & ideo remanet sublatum motuum, dum dicitur, quod hypotheca non oritur, nisi in diem contractuum neptiarum: respondeo esto, quod hoc sit verum: tamen nuptiæ fuerunt contractæ per multos annos ante Liuellum Galerati, vt ex dicto instrumento apparet: & ex processu & production chirographi in actis iudicis. Non obstat etiam quod filij non habeant retentionem pro dote materna, & quod non constitit de voluntate istorum, quod velint sibi mutare causam possessionis ante apprehensionem Galerati, & quod ei debuit denunciari, de quarum conclusionum veritate nunc non disputo: sed dico, quod d. I. Petrus dedit in solutum ipsi d. Paulo creditori anteriori, & potest d. Paul. seu eius hæredes vt iure hypothecæ anterioris pro defensione illius dationis in solutum tum propter clausulas executiuas postas in instrumento, tum etiam per regulas iuris communis, de quibus in l. ex tertia. §. Latinus. vbi Bar. de except. rei iud. in l. debitor. ff. ad Trebel. Et videtur mihi, quod statutum concedens habenti dominium in parte domus, ius redimendi per quotam, non habeat locum in isto dominio Galerati: quod est euincibile per hypothecariam. Tum quia, cum isti sint creditores longè maioris summæ, per quam non est verisimile, vt ius pignoris luatur, tale pignus habet effectum dominij. l. qui habebat, vbi Bartol. & Alex. in apert. ff. de legat. iij. Tum quia res esset in circulo iux. leg. Claudius. ff. qui pot. in pign. Si enim Galeratus lueret reliquas partes iure sui directi, iam Fofati oer hypothecariam euincerent illud directum, nisi iste solueret bis mille libras ipsis debitas, & sic quinque tantum, quantum valet dictum directum, & eo directo euicto, rursus iure quotæ recuperarent reliqua. Tum etiam, quia hoc casu cessat ratio statuti: quæ est, vt eiusdem domus non sint plures domini propter discordias: cum enim creditum Fofatorum longè excedat valorem ipsius domus, debet pro eorum credito totam ad eos pertinere, & nulla haberi consideratio illius directi, quod per causam pignoris euacuabitur. Nam et si Galeratus haberet totam domum, posset tota à Fofatis euinci, nisi integram summam crediti eorum numeraret. leg. j. leg. diuersis. C. qui pot. in pign. ergo idem respectu partis. l. quæ de tota. ff. de rei vindicat.

CONSILII. | C. SVMMÆ.

- 1. Probatio per inspectionem est efficacissima, & præfertur cuiuslibet alij.
- 2. Viri nobiles in testificando præferendi sunt rusticis, & ideo rusticis.
- 3. Probans titulum obtinere debet.
- 4. Negata qualitate non censetur negata substantia.

ALCIATI in causa consuluissent honori suo isti Oliuetani, si Deum præ oculis habentes à tam aperta calumnia cessassent, & laicos consortes suos fuissent imitati, nunquam voluerunt comparere. At isti absque vlla erubescencia sub prætextu religionis per fas, & nefas aliena rapere conantur: quod vt manifestius domino iudici constet, sum pauca scripturus eius consummatissimo iudicio subiicienda. Præmitto itaque habere nos publicum documentum supra centum annos Laudi homologati inter ipsos fratres, & Manfredinum de Cifate, dictum de Corfico, in quo traditur forma istius modelli apponendi, & quæ admodum spatulæ silicæ debeant apponi, & præterea etiã lapis inferior, & c. à quo de Cifate, seu de Corfico emerunt Bebulci per instrumentum, à quibus Bebulcis emit Alciatus, vt dicunt testes in causa producti, & maxime duo vltimi: & constat in instrumento, quod productum ad colorandum titulum in hoc possessorio nouitatis. Et ad ostendam antiquitatem quasi possessionis, secundum text. in c. licet causam. vbi Deci. in xj. not. ad fin. extra. de probat. & Bartol. in leg. si duo. vti possid. in leg. si de eo. §. fin. de acquir. possess. Rursus dico, quod istæ spatulæ, & modellus mansit integer, secundum dicta arbitramenta, donec & vsque quo per istos fratres fuit clam destructus, & spatulæ abrupte, lapis verò inferior, propter eius magnitudinem & crassitiam non potuit dimoueri, & remanent signa certissima, & foramina, in quibus clauderantur spatulæ, & istud per inspectionem apparet: quæ probatio per inspectionem est efficacissima, & præfertur cuiuslibet alij. gloss. leg. fin. ff. de in lit. iur. Bald. leg. contra negantem. in fin. C. ad leg. Aquil. Et quod dictæ spatulæ adessent, probauit Alciatus per multos testes, & maxime per duos vltimos Papiæ examinatos, qui sunt viri nobiles, vt præferendi rusticis, & ideo istos, quos produxerunt dicti fratres, secundum Bald. in leg. testium. versicul. secundo dico. C. de testib. vbi dicit, quod pauci nobiles pluribus rusticis præferuntur. & est gloss. in leg. iij. §. j. verb. nume. ff. de testibus. Præterea probauit etiam per nouem alios testes: & quamuis vnus eorum Iacobus de Nouenis sit fictabilis Alciati: tamen est etiam fictabilis Rabina: quæ est consors litis cum istis fratribus, vnde tollitur suspicio. Non obstant testes examinati pro fratribus: quia etiam data paritate probationum, Alciatus debet obtinere, qui probauit titulum. d. c. licet causam & quia sui testes dicunt verisimiliora. d. leg. iij. §. j. verb. verisimilia. quæ verisimilitudo colligitur ex inspectione lapidis, & signis foraminum adhuc in eo existentium: & quia sui testes confirmantur per attestationem duorum nobilium, vt supra dixi, quæ omnia in hac causa faciunt, vt probatio Alciati sit præferenda, secundum Decium d. c. licet causam. not. vj. fortius dico, quod testes fratrum nihil probant: quia vno ore dicunt, verum esse, quod non aderant, nec fuerunt spatulæ silicæ implumbatæ, vel inclauellatæ, quæ haberent in castrum in medio, & c. quæ verba sic coniunctim prolata non probant, quod non adessent spatulæ, sed quod non implumbatæ, vel inclauellatæ. vnde si negata qualitate non censetur negata substantia, quin adessent spatulæ, secundum gloss. in cap. 2. in gloss. magna. de confess. in vj. versicul. ite si sit multiplex, & facti text. in l. si quis qui cc. §. cuita. ff. de rebus dub. vbi Dd. & per Bartol. in leg. j. §. si stipulanti. in vltimis verbis. de verbor. obligat. & in præfatione, vbi Deci. not. xij. extra. de probat. vnde si indefinita in dicto testis non æquipollet vniuersali, sed dictum non probat, secundum Abb. in

- 5. In dubio interpretatio fit contra producentem.
- 6. Indefinita in dicto testis, non æquipollet vniuersali.
- 7. Qui testes non probant.
- 8. Reficiens nihil dicitur innouare.

c. auditis. de præscript. vbi Felin. post alios. & contrauerlia non est de implumbatura, sed de ipsis spondis, & c. Plus dico, quod testes dictorum fratrum sunt suspecti: quia vel fictabiles, vel debitorum, vel debitorum ipsorum aduersantium, vt secundus testis, & quartus, & quintus, & septimus, in tertia productione, & tunc idem de alijs: vnde tales testes non probant gloss. §. in testibus verbor. in eare institut. de testament. Alberic. & Doctor. in l. etiam. C. de testibus. Imò obstat eis, quod sunt contrarii, cum primus testis, secundæ productionis fateatur quod erant spatulæ terrestres, & septimus dicat, quod aliquando vidit lapides siliceos, licet non inclauatos, & tamen cæteris vltimæ productionis aliter dicant: vnde apparet magis credendum esse testibus Alciati. l. eos. ff. de fals. Non omittit quoque, quod etiam si fratres isti probassent in retentionem suam: tamen in hoc iudicio omnino debent succumbere: quia Alciatus probauit super primo capitulo, quod mense Iulij, cū haberet ædificatas dictas spatulas, quod noctis tempore fuerunt destructæ: & licet non potuerit probare, quod fuerint ipsi fratres, qui destruxerint, tamen probatur, hoc præsumptione legis, ex quo vtilitas istius destructionis spectat ad fratres, vt dicit Alberic. de Rosat. in l. j. §. si quis ita in suo. ff. ne quid in loc. public. per illum text. & ex quo etiam non contradicunt istis spatulis: vnde verisimile est, cum quoque contradicesset. c. semel malus. de regu. iur. in vj. debuerunt enim via iuris experiri, non autem clam & noctu demoliri: & ideo si Alciatus deinde apertè, & de die voluit rescere spatulas, non dicitur aliquid fecisse de facto, nec inno uasse iudicium fratrum: cum non ideo retinuerit aquas debitas fratribus, sed solam suas, vt dicunt testes examinati pro ipso Alciato. Nec obstat prima productio dictorum fratrum: quia eorum testes non dicunt, quod aliquid attentatum sit contra præceptum, in damnum fratrum, imò licuit ipsi Alciato rescere, quia reficiens nihil dicitur innouare. l. j. §. fin. ff. de itin. actu. priua. vt merito testes Alciati cum veritate dicant, nihil eum innouasse.

Alciatus in causa propria. CONS. CL. SVMMÆ.

- 1. Renuntiationem filijs non obesse.
- 2. Supplementum obesse iuramento.
- 3. Statutorum verba recipiunt interpretationem, & distinctiōnem à iure communi.
- 4. Statuta debent ita intelligi, vt non reprehendantur à prudentibus, & sine fundata bonaratione.
- 5. Factum matris, filijs nocte non debet.
- 6. Semper ita debemus intelligere statuta, vt non corrigant ius commune.
- 7. Legitima computatur secundum valorem bonorum tempore mortis.
- 8. Aestimanda ante donationem bona.
- 9. Pater non potest titulo lucratiuo aliquid donare propter quod tollatur, vel diminuitur legitima filiorum.
- 10. Legitima est, quasi debita filio in bonis patris.
- 11. Non comparens coram iudice ad quæ in termino sibi à iudice à quo assignato ad introducendam appellationem, videtur approbasse priorem sententiam.
- 12. Ex quo per lapsum temporis est questum ius actori, non potest Princeps dispensare, imò supplicans in tali casu vt dispensetur, incurrit infamiam.

IX propositis dubijs insistendum videtur. Primum erit, an nepos excludatur à legitima in bonis aui materni propter renuntiationem factam à sua matre cuius ipse est hæres. Secundum erit, an dato quod non excludatur legitima sit accipiendum secundum bona, quæ dictus auius maternus reliquit tempore mortis, an etiam respectu bonorum, quæ ante filijs suis donauerat. Circa primum ex quo filia mortua est ante patrem, dicendum est eius renuntiationem non obesse filijs, qui non succedunt atio ex persona matris suæ, sed ex propria persona, vt conclu-

dit Alexand. post alios in l. pactum dotali. C. decollat. & est communis conclusio, etiam si filia iurasset se dotem obtentam quicquid dixerit Roma. in l. qui superstitis. ff. de acquirend. hæredit. cuius opinio ibi per Paulum de Castr. reprobatur, & etiam Alexand. in d. l. pactum: & quicquid dixerit Dec. consil. clxxxj. non est recedendum à communi, quæ sustinetur optimaratione, quia nepotes non succedunt ex persona matris, ergo eius factum eis nocere non debet: licet enim in gradum matris veniant, tamen ex propria persona succedunt, vt per Bart. l. ij. C. de lib. præter. in l. ij. §. si filius. ff. de coniug. cum emane. lib. Cornel. authent. post fratres. C. de legit. hæred. & in casu Decij etiam concurrebant alia, prout ipse fateatur in d. l. pactum. & ista opin. non habet aliquod dubium. Sed difficultatem, vt intelligo, facit statutum provinciarum, seu constitutio Regia, qua cauetur quod liberi dotem maternam computare debeant in legitima, & deinde agant ad supplementum in bonis aui, nisi renuntiatum fuisset cum iuramento: & si sic illa exceptio videtur velle, quod si mater renuntiauerit cum iuramento, prout in casu nostro, quod liberi amplius non possint agere ad supplementum: & tale statutum videtur obseruandum in casu nostro: quia etiam quod isti clerici, tamen ligantur prædicto statuto cum iniiciat vinculum, antequam sint clerici, sicut dicimus in statuto, quo extantibus masculis, feminae non succedant, per quod et matrimoniales excluduntur: & in statuto, quo primogenitus solus ad successionem vocatur, per quod clerici secundogeniti excluduntur, vt per Ioan. And. in regul. sine culpa. in mercurialibus, & Cald. in disputat. sua, incipiente statuto ciuitatis, per Abb. c. quod clericis de foro competen. Salicet. in authent. cassa. C. de sacros. sanc. eccles. Felin. c. ecclesia S. Mariæ, quæst. vj. q. vx. de consil. & quamuis dictum statutum, seu constitutio loquatur. quando matrimonium est solutum per mortem vxoris, tamè habet locum, etiam si solutum sit per mortem mariti, prout fuit in casu nostro: quia eadem est ratio constitutionis, vt in terminis dicit Bald. in consilio suo vij. Petrus maritauit. in j. volumin. à quo in practica non esset tutum recedere. Sed his non obstantibus, putato casum habere modicam difficultatem: quia ad prædictam constitutionem potest respondere varijs modis. Et considerandum est, quod illa constitutio non est facta principaliter ad declarandum quando liberi propter maternam dotem excludantur à legitima, sed ad tollendum opiniones Doctorum altercantium, an & quando dos ad patrem reuertetur, quamuis ex matrimonio extaret liber, de quo in l. dos à patre. C. solut. matrimon. vnde cum in fine diceretur liberis ad supplementum agere: nisi sit cum iuramento renuntiatum, debent ista verba intelligi, secundum dispositionem iuris communis, videlicet, in casu quo mater fuisset patri superstes: quia si statutorum verba recipiunt interpretationem & distinctiōnem à iure communi l. si. l. l. C. de naxalibus. l. ita pudor. C. de adulter. & facit in argumen. l. si mihi Mæuia. §. fin. ff. de leg. iij. & istud maxime procedit in istis exceptionibus positis à regula, quia illæ ita intelliguntur etiam si essent superflua, vt est casus in cap. ad audientiam. extra. de clericis non residen. argumen. l. apertissimi. in vltimis verbis. C. de iudi. & hoc præsertim in casu nostro, in quo statutum est factum ad tollendum dictas opiniones. facit gl. in Cle. j. & Clem. statutum. de elect. quas ad hoc allegat Ant. in c. j. de elect. Secundo respondetur, quod statutum debet intelligi, quado ab ipse liberis esset renuntiatum: non autem à matre qui sensus suaderet, primò, quia loquitur de libris agentibus ad supplementum nisi si esset renuntiatum, ergo repetemus à liberis: quia præcedentia hoc suaderet. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. j. Secundo, quia persona matris extrinsecus non est subaudienda argumen. l. si ita stipulatus. §. Chrysonus. ff. de verbo. obligat. vnde de eius renuntiatione non est intelligendum, facit quod not. Bartol. in l. post dotem

dotem in iij. lectu. ff. solu. matrim. Modern. in l. pen. ff. si quis caut. Tertia, quia statuta ita debent intelligi ut non reprehendantur à prudentibus, & sint fundata bona ratione. can. erit autem lex. iij. distinctio. & per Bald. in d. l. si ferui. sed si intelligeremus, quod per renuntiationem matris excluderentur filij, esset irrationabile: quia eius factum illis nocere non debet. l. transactioe matris. C. de transacti. cum concordan. vnde iste intellectus nullo modo est capiendus. Quarta, quia semper ita debemus statuta intelligere, ut non corrigant ius commune. l. sed & posteriores. ff. de legib. & habetur in cap. cū expediat. de elect. lib. vj. & in l. fin. per Moder. C. de eden. sed si intelligeremus, prædicto modo corrigeretur, quod non est dicendum; & hæc secunda responsio est planissima. Tertiò principaliter respondendo, dico, quod imò dictum statutum non ligat clericos. Circa secundam dubitationem difficultatem facit, quia regula est, quod si legitima computatur secundum valorem bonorum tempore mortis. l. cum quæritur. C. de inoffic. testamen. & dato, quod in immensis donationibus computaretur tempus ante factas donationes. ut dicit text. in authent. de immensis donat. collat. vij. tamen in casu nostro non videtur istud procedere: quia donatio facta honorato fuit facta contemplatione matrimonij: & sic ex causa, quasi necessaria, vnde non videretur posse eam dici inefficaciam, & sic considerari deberet tempus antequam illa fieret. Sed his non obstantibus, dico considerandum esse valorem bonorum ante factam dictam donationem, & quo ad donationem factam Thomæ, qui fuit hæres à patre scripus, casus est indubitabilis: quia illa non confirmatur ad diminutionem legitimæ aliorum. l. j. vbi casus. C. de inoffic. donat. & declarat iibi Paul. de Cast. Quo verò ad bona donata Honorato, dico etiam prædictam opin. esse veriorum: quia clarum est, quod si pater non potest titulo lucratio. aliquid donare, per quod tollatur, vel diminuarur legitima filiorum, ut not. omnes. in d. l. j. cum donationibus. l. si liqueat. C. de inoffic. donat. vnde perinde debet fieri computatio, ac si illa summa adhuc esset in bonis, & sic deducatur legitima, & ita computat text. vbi gloss. & Doctor. in d. l. j. & videtur istud mihi esse clarissimum. Nec obstat. d. l. cum quæritur. quia limitatur, ut non procedat quando pater donasset: quia fit computatio, etiam habito respectu ad donationes, ut de clarat iibi Paul. de Cast. dum dicit, quod limitatur ille text. per authent. vnde si parens. C. eod. tit. videlicet, quando factæ essent immensæ donationes, per quas diminueretur legitima, & probatur istud etiam argumen. l. si mortis. C. ad leg. Falcid. & per Fabianum de Giolchis in repet. authent. nouissima. in quaestione. xxij. in fin. C. eod. tit. Non obstat, quod donatio collata Honorato videatur ex causa quasi onerosa, in qua non procedunt scripta per Doctor. in d. l. j. & in d. authent. vnde si parens. & habetur in l. hæreditariarum, & ibi per Barto. ff. de bon. aucto. iud. poss. & per Bald. in l. j. & ij. C. si in fraud. patr. quia imò est ex meraliberalitate, sicut cæteræ, quæ conferuntur emancipatis, quando pater non vult eas computari in legitima, prout fuit in casu nostro: si enim succederet loco legitime, tunc secus esset ex quo si legitima est, quasi debita filio in bonis patris. l. j. ff. si impuberi. ff. de collat. bono. hab. in d. authent. nouissima. quaestione xxix. Iason. l. filius fam. ff. diui. ff. de legat. j. vnde tunc quia conferretur cū cæteris fratribus non dicitur propter hoc esse meliorata eius conditio. Postremò non putarem omittere, quod illud fundamentum elegantè adductum, quod censetur reus conuentus renuntiasse appellationi, videtur mihi iuridicum, & concludens, ex quo enim non comparuit coram iudice ad introducendam appellationem videtur approbasse priorem sententiam. capit. personas, extra. de appellationibus. vbi omnes notant. Nec obstat quod videatur sibi dispensatum: quia respondetur, quod dispensatio est, solum à die iij. Septembris, & tamen eti-

am ante illam diem appellatio erat deserta, ut apparet ex computatione dierum. Præterea ex quo per lapsum temporis est quæsitus ius actori, non potest Princeps dispensare, ut dicunt Moder. in d. c. personas. & probatur in l. nemo arbitretur. C. de temp. appell. imò supplicans, ut dispensetur in tali casu incurrit infamiam. l. fina. vbi Paul. de Cast. C. vt lite pendens. Et ista sunt, quæ pro temporis angustia breuiter in hoc puncto dicenda existimaui. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. CII. SVMMÆ.

1. *Lucra quæ sunt à Notarijs, & causidicis dicuntur pertinere ad peculium, quasi Castrense.*
2. *Meres quæ datur Notarijs & causidicis, proprie dicitur salarium.*
3. *In salarijs etiam potest esse societas.*
4. *Societatis probatio.*
5. *Mutatio non presumitur.*
6. *Regulariter dispositio limitata ad tempus, extra illud tempus non porrigitur.*
7. *Quod permixtum est ad certum tempus, ultra illud censetur prohibendum.*
8. *Prohibita ad diem censetur post eam diem permissa.*
9. *In nulla dispositione quantumcumque favorabilis sit extensio, ut dictum de vno tempore ad aliud producat.*
10. *Verba referuntur ad terminos iuris.*
11. *Confessio ambigua secundum mentem confitentis accipitur.*
12. *Socij tenentur conficere librum rationum, in quo appareat particulariter, & lucrum, & damnum.*
13. *Societas est contractus bona fidei.*

Vndata esse videtur intentio Domini Aloisij tam de iure communi, quam ex forma statuti Laudensis, ne teneatur communicare fratribus domum, de qua agitur in prius de iure communi si lucra quæ sunt à notarijs, & causidicis dicuntur pertinere ad peculium quasi Castrense. in verbo patronis causam, & ibi not. Alb. C. de inoffic. testa. & ibi etiam gl. super verbo memorialib. Ben. de Perusio consi. cxxxij. circa medium, & licet hodie tale salarium non percipiatur de publico, sed à priuatis, tamè adhuc seruat priuilegium suum iure subrogationis secundum gl. quam ibi sequuntur Doct. in l. fori. C. de aduoc. diuer. iudi. & ita etiam seruat consuetudo. Et licet aliqui dissentiant in lucris procuratorum, ut per Iason. in rub. C. de procur. in fin. hoc videtur intelligendum de procuratoribus secundum ius commune non de notarijs, causidicis nostri temporis, qui ex forma statutorum habent collegium approbatum, & censentur personæ publicæ, & habent salaria non simpliciter contemplatione laboris sed propter auctoramentum, publicum, ut per Can. in ca. G. Perpetuus extra. de fide instrum. Paulus de Cast. & alios in lege, ij. C. de eden. Cum ergo dicta lucra sint Castrensis peculij, sequitur, quod non censetur de eis contracta aliqua societas cum fratribus secundum Ludou. con filio cxxxv. Incip. presentis consultationis. circa medium quem refert, & sequitur Iason. in authent. quod locum. C. de silent. libr. xij. & per Bened. de Perusio. dist. consilio cxxxij. quia lex dicit debere huiusmodi lucra esse ipsis præcipua. Vnde nec acquiruntur patri, quamuis sint in patria potestate. d. l. fori. d. l. velut. C. de assesso. Nec veniunt in collationem cum fratribus d. l. iubemus. vbi Barto. cum similibus. Quæ sententia adhuc clarius ostenditur ex verbis statuti Laudensis præsumptis tacitam societatem inter fratres, qui nunquam se diuiserunt, & excipientis illud, quod acquisitum sit ex causa donationis, vel salarij. Dubium autem non est, quin t merces, quæ datur notarijs, & causidicis proprie dicatur salarium. l. salarium ff. manda. per Doct. in l. vnica. C. de iust. Cyn. Bald. & alios in l. j. C. mandat. Specul. in tit. de salarij. & sic etiam ex verbis statuti fundata est intentio præfati causidici. & licet etiam si in salarijs possit esse societas secundum Baldum in lege, prætor. ff. sed & filius famil. ff. de-

dend. & consi. cccclij duo fratres. in iij. volumin. & Bened. de Perusio consilio cxxxij. tamen hoc procedit in casu claro: non autem in dubio, ut est noster, & infra ostendemus, superest tantum respondere obiectioni, quæ in contrarium videtur virgere, imprimis quia fratres prædicti fecerunt instrumentum inter sese, in quo protestati fuerunt omnia bona retrò acquisita esse communia, quibus verbis probatur societas inter eos contracta, in qua etiam videtur perseverasse: quia mutatio non præsumitur. l. eum qui ff. de probat. l. item quæ ritur. in fin. ff. loc. l. eum hic status. in princip. de dona. inter vir. & vxor. c. maiores. de Baptisti. l. sancimus. vbi Iason. in iij. not. C. de testament. Vnde traditum est, quod rities statutum requirit probationem voluntatis per certum tempus, puta per triennium, sufficere si voluntas probetur à principio: quia lex deinde præsumit perseverantiam in futurum, ut dicit Aretin. consil. ij. allegat. Innoc. & Anton. de Butt. in c. proposit. per illum text. de cleric. excomm. ministrat. sequitur Iason. in l. non hoc. C. vnde leg. sed ad supra scriptam obiectionem respondeo tribus modis. Primò, quod argumentum procederet nisi dicta confessio fuisset limitata ad tempus retrò præteritum. vnde non videtur extendenda ad tempus subsequutum & sic ad futurum. l. si stipularus. ff. cum stipuleretur. ff. de verbos. obligat. & regulariter dispositio limitata ad tempus, extra illud tempus non porrigitur. l. si ita si quis. ff. de valga. & quod si promissum est ad certum tempus ultra illud censetur prohibendum. l. si vnus. ff. si cum reo. ff. de pact. l. epistola. ff. in eod. tit. sicut econtrariò si prohibita ad diem censetur post eum diem permissa. l. Imperator. ff. de postul. Nec si in aliqua dispositione quantumuis favorabilis sit extensio, ut dictum de vno tempore ad aliud producat. d. l. si ita quis. & l. comm. modis. ff. de liber. & posthum. Secundò, respondeo quod cum hic agatur de præsumenda societate omnium bonorum, non facile eam subesse credimus, nisi quatenus specialiter, & expressè hoc inferatur secundum Bartol. in l. Titium, aut Mæuium. ff. altero. de administrat. tutor. & probatur in l. iij. ff. pro Soci. per Pau. de Castrenf. consi. cxxxv. incip. ex die quo iste Rapha. Andr. Sicul. consi. xxij. volum. j. vnde in casu nostro etiam si præsumeremus societatem, deberet tamen intelligi secundum statuti dispositionem, id est, saluis salarijs, & donationibus: quia non est verisimile quod videret causidicus renuntiare beneficio statuti. l. cū de in debito. ff. de probat. nisi quatenus specialiter, & expressè id factum appareat, ut habetur in l. j. si quis in ius voc. non ier. & quia talis protestatio semper debet intelligi & coartari secundum dispositionem iuris, seu statuti. l. si. C. ad l. Falcid. & in simili per Speculat. in tit. de locato. ff. nunc aliqua. versicul. lxxxij. Alexand. consi. cxvj. viso themare. in iij. cum similibus, regula enim generalis est quod si verba referuntur ad terminos iuris. l. Gallus. ff. vbi Bald. ff. de libe. & posthum. l. quæro. ff. locati. l. damni infecti quidam. vbi Imol. ff. de dam. infect. & cum ista coniectura sumatur ex confessione ipsius causidici in dicta protestatione facta ad eum pertinebit interpretatio: quia si confessio ambigua secundum mentem confitentis accipitur. l. si quis intentione. ff. de iudic. per Bartol. in l. is, qui reus. ff. de public. iudic. & contra fratres causidici interpretabitur, qui super ea se fundant. l. veteribus. ff. de pact. capit. in presentia. extra. de probatio. Tertiò respondeo, quod verba protestationis simpliciter proponuntur fuisse, quod omnia bona retrò acquisita essent communia, quæ verba nihil inferunt ad societatem: nam & Bartol. & Doctor. formant quaestionem in fratribus hæreditibus hæreditatem patris indiuisam, & communem, & tamen concludunt non subesse societatem omnium bonorum, nisi concurrentibus alijs cōiecturis, de quibus per eos in d. l. Titium. ff. altero. & per Bald. & alios in l. si patruus. & est text. in l. ex patre. ff. filius. ff. fam. mercis. in l. cum duobus. ff. si fratres. alias est

lex. ff. pro soc. in l. licet. C. de decur. libr. x. in c. si duo fratres vbi Bald. de frat. de nouo benef. in uest. & in casu nostro subest efficax illa coniectura, quod quilibet ipsorum nomine proprio mercatus est immobilia: quo casu satis de claratur mens eorum, quod non erant socij vniuersorum bonorum, ut per Bald. in l. si vnus ex socijs. ff. si vnus. in lectura antiqua. ff. p. locio. refert & sequitur Alexand. consi. cxxxvij. disculis, & consideratis. in v. volu. & quod in simili casu consuluit Baldus. consi. cccclxvij. primo videtur. in v. volumi. & licet si vnus tantum emisset nomine proprio, nihilominus teneretur communicare socio per actionem pro socio: quia non potuit solus derogare societati secundum Bald. in d. l. si patruus. in iij. not. & in l. fin. ff. quatuor. vbi etiam Imo. ff. de leg. ij. tamen si omnes socij hoc fecerint, videtur alter alteri consensisse, & cōsequenter declaratur non subesse talem societatem secundum Bald. in l. si socius. ff. si cert. petat. argum. l. itaq. ff. pro soc. l. j. §. magistrum. ff. de exerc. quod puto verum nisi alias clarè conitaret de societate, ut per Bald. consi. cccclij. in 3. volum. Et ex ius præscriptis apparet etiam non ob stare aliud fundamentum si diceretur, quod dicti fratres deuenierunt ad instrumentum diuisionis, & æqualiter tanquam socij diuiserunt, & c. respondeo enim, quod illa clausula quod diuidit saluis iuribus cuiuslibet eorum reseruat omnia iura a deo, ut dicta diuisio habeatur pro illudoria, & nulla, quatenus non subest societas secundum gloss. in l. si debitor. ff. j. ff. quib. modis pign. vel. vel hypo. sol. in l. si quis à filio. ff. j. ff. de legat. j. & per Bartol. & Doct. in l. si fundum per fideicom. ff. eod. titu. Circa aliud dubium, quod dicti fratres mercatores fecerunt repertorium diminutum de summa librarum iij. millium ultra quod lucrum aliquod non dederant causidico, pro dicto tempore, & c. casus est clarus, quod socij tenentur conficere librum rationum, & tenere dictas rationes ordinatas, per quas appareat particulariter, & lucrum & damnum. l. cum seruus. ff. de condit. & demonstra. Bald. l. cum testamento. C. de mann. testam. & consil. cl. cū prædicta ad fin. Ange. cclxxvj. tutor. Ancha. cxvij. in causa. cū similib. & cum si societas sit contractus bonæ fidei. §. actionum. in iustit. de actio. dabitur iuramentum in litem aduersus eum, qui legitime rationes non confecerit. l. in actionibus. ff. de in lit. iurand.

CONSIL. CIII. SVMMÆ.

1. *Congregatio ex causis permissa.*
2. *Quando tractatur de negotio in quo dominus esset susceptus, potest vniuersitas congregari etiam ipso non presente vel contradicente.*
3. *Quis non debet dicere ius in causa propria.*
4. *Quando congregatio exorta est ex causa legitima contra superiorem, tunc non est opus licentia, maxime si coniuratio sit ad iusserve communi pro defensione.*
5. *Imponere legem superiori permissum non est.*
6. *Princeps concedendo feudum nobilibus, intelligitur concessisse salvo iure suo, ut nihilominus absq. illorum licentia possit à subditis adiri.*
7. *Non dicitur libera via ad eundem vbi opus sit aliqua licentia.*
8. *Arripere iter ad Principem habet vim appellationis extrajudicialis, ut interim nihil possit attentari.*
9. *Princeps in feudando nobilibus non censetur contra se inferre dasse, quia libere possit ab illis hominibus adiri.*
10. *Congregationem à iudice permissi*

Vnquid homines Montilij possint se congregare absque licentia dominorū suorum, videtur dicendum quod non per decem Guid. Pap. cccccxxxj. in iij. dub. qui allegat doctrin. Bartol. in l. actor. versicul. ulterius venio. ibi vos scitis. ff. rem rat. habe. Sed tamen in casu nostro puto contrarium esse dicendum, quia illa decisio recipit multas limitationes, & declarationes quæ conueniunt casui nostro. Et in primis sciendum est, quod illa conclusio non probatur iure nostro sed potius est de consuetudine locali Franciæ, ut sentit Ioan. Fabr. in §. vniuersitatis iustit. de rex. diuis. quia

quia de iure communi satis est, si senior aliquis ex de-
 curionibus interueniat. l. j. ff. de alb. scriben. per Ioan.
 de Platea in l. ij. C. de decur. lib. x. per Doctores in c. j. de
 maior. & obed. Nec refert, quod illa vniuersitas non
 exerceat iura vniuersitatis, sed constet ex particulari-
 bus personis tanquam singulis, quia per hoc non im-
 peditur quin possit congregari & facere ea, quae con-
 cernunt utilitatem suam. l. fin. C. de iurisdic. omni. iudic.
 dum modò se non impediunt de iure superioris secun-
 dū gloss. cap. ij. §. j. de verb. signi. lib. vj. Præterea non pro-
 cedit conclusio ¶ quando tractaretur de negotio officia-
 lis, vel dominorum ipsius in quo negotio ipse esset sus-
 spectus: quia tunc potest vniuersitas congregari etiam
 ipso non præterente vel contradicente, secundum Alber.
 de Rosat. in l. omni. C. de sacr. sanc. eccles. vbi sum se-
 quitur cum concord. per Deci. consil. clj. & ratio est,
 quia non censetur legislator id ius concessisse dominis,
 quando tractatur de facto ipsorum: quia sunt suspecti.
 ¶ non debent ius dicere in causa propria iuxta l. vni-
 cam. C. ne quis in sua caus. Et procedit hæc limitatio,
 etiam si officialis, vel dominus offerret se datum licen-
 tiam per reg. l. 3. ff. de reg. iur. & quia semper militat il-
 laratio, quod in causa propria nemo est iudex, & quod
 lex talem facultatem non defert suspectis de quo per
 Felin. in c. edoceri. de rescript. & ideo in practica nullo
 modo sit ab ea recedendum. Fallit quando congrega-
 tio fieret de relicta, & ira constaret: quia tunc cessant
 rationes prohibitiuæ, ne detur occasio malignandi, &
 quod congregationes præsumantur fieri ex mala causa,
 quæ rationes adducuntur per Guid. quæst. ccccxxxj.
 nam in casu nostro constat de legitima causa, scilicet de
 impositione onerum Cæs. & quod isti præterdunt,
 quod etiam nobiles contribuant secundum iura & talis
 causa dicitur legitima secundum Ancha. d. c. ij. vbi dicit
 hoc procedere ¶ quando congregatio exorta est ex cau-
 sa legitima de præterente contra superiorem, tuac non
 est opus licentia eius maxime si coniuratio fiat super re
 comuni pro defensione. & sicut opinio Odofr. & Hosti-
 ¶ tenet Io. Andr. & ceteri ibi. Item non procedit d. decisio,
 quod quæstio vertitur corā Principe, seu eius senatu, qui
 ad partem indicatur cum Principe. l. j. ff. à quibus app. per
 Bartol. in l. j. C. vt quæ def. adu. Videmus enim quoti-
 die licere vnicuique adire Principem, nec requiri aliam
 licentiam inferioris: quia istud esset imponere ¶ legem
 superiori, quod non est permittendum. l. est receptum.
 ff. de iurisdic. omni. iudic. Et quia ¶ Princeps conceden-
 do feudum nobilibus intelligitur concessisse salvo iure
 suo, vt nihilominus absque illorum licentia possit à sub-
 ditis adire e. imperialem §. final. in fin. de prohib. feud.
 alien. per Federic. Et quia videmus istud esse generale,
 vt semper auctoritas superioris sit reseruata de quo per
 Ias. in l. f. §. fatid. cog. & ad terminos nostrō est gloss. in
 cap. q. cōtra mores: in gloss. pe. q. ibi Gemin. not. 8. distict.
 debet enim euicque patere libera facultas ad eundē Prin-
 cipē ¶ quæ nō dicitur libera vbi opus sit alicuius licentia.
 c. j. extrade offi. ord. vnde videmus, q. hoc ipsū solū ¶ ar-
 ripere iter ad Principem habet vim appellationis extra-
 iudicialis, vt interim nihil possit attentari. c. dilecti filij.
 extra, de appellat. & pro hac sententia est text. clarus
 secundum nonam impressionem in l. Imperator Alexander.
 ff. de appella. vbi inhihetur præsidibus provin-
 ciarum, & cæteris magistratibus ne aliquo modo im-
 pediāt subditos, quin possint ad Cæsarem deuenire, seu
 per causam appellationis, seu per aliam viam & ibi etiā
 no. Imo. Ad idem facit etiam tex. in c. nomen Presbyteri.
 ij. q. j. vbi iniuriā facit potestati sub cuius examine
 causa pendet si illius iudicium velint impedire. Et pro
 hac sententia videtur esse decisio Ioan. Blanchi in sum-
 ma feudali, sub rub. quib. mod. feud. amit. vers. hic vi-
 detur posse, vbi format quæstionem de quibusdā homi-
 nib. cuiusdā militis conquerentibus maiori domino &
 concludit, quod licet eis adire maiorem dominum et-
 iam aduersus prohibitionē militis auferentis eis iusti-
 tiam, quotiescunque tractamus de casu in quo iurisdic-
 tio est maioris iudicis, prout in casu nostro allegat not.
 in c. pastoralis. extra, de offi. ord. vbi Fel. post alios con-
 cludit, quod iurisdicatio competens inferiori censetur
 competere non priuatiuē ad superiorem, sed accumula-
 tiuē quod maxime dicendum in casu nostro: quia ¶ Prin-
 ceptus in feudando nobilibus non censetur contra se
 in feudasse, quin liberè possit ab illis hominibus adiri.
 arg. l. inquisitio. de sol. per Pyleum. q. xxij. Odericus.
 Alexan. in l. frater à fratre. in fi. de condic. indeb. Old. &
 Alb. & Mod. in l. qui accusare. C. de eden. Et cum hæc
 iurisdicatio (vt supra dixi) accumulatiuē cōpetat, vide-
 tur, quod domini senatores ipsi potius debeant dare
 hæc licentiam, vt tollat omnis altercatio sicut videmus,
 quod aliās iudex ea concedit, quæ ad confirmationem
 iudicis coram se inducti pertinent, vnde iudex quamuis
 delegatus dat curatorem ad litem coram se pendente.
 l. final. §. sed & si quis. C. de admitt. tut. Alexan. & Doct.
 in l. j. de iurisdic. omni. iudic. quod & in iudice malefi-
 ciorum receptum est quamuis aliās datio curatoris ad
 causam criminalem non pertineat. l. solemus. §. latrun-
 culator. ff. de iudic. vbi Bald. & alij. Qua ratione etiam
 videmus, quod ad iudicem causæ pertinet, vt cogat vni-
 uersitatem ad constituendum syndicum. l. ergo. §. cre-
 ditoribus. vbi Bartol. ff. de fid. lib. l. j. vbi Bartol. C. de
 iur. reip. lib. xj. vnde eadem ratione ad eum pertinere
 debet, vt det licentiam congregandi: sunt enim ista cō-
 nexa, & vnum præambulum alterius. l. ij. ff. de iurisdic.
 omni. iudic. l. nulli. C. de iudic. l. illud. de acqui. hæred. cū
 similib. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONS. CIII. § VMMÆ.

- 1 Spoliatus sibi ius dicere.
- 2 A communi opinione in iudicando non est recedendum,
- 3 L. cum à te. de vi & arma. declar.
- 4 C Reintegranda iij. q. i. habet locum etiam in foro ciuili, quia fundatur super peccato auferendo.
- 5 Quotiescunque Canon fundat se super peccato, debet obseruari etiam in foro ciuili, & sub quocunque iudice.
- 6 Lex interpretata, intelligitur secundum interpretantem.

NON obstantibus ¶ subtilibus argumentis,
 quæ aduersus Comites Verinenses adducun-
 tur, sentio nihilominus pro ipsis Comitibus
 esse pronuntiandum per ea, quæ alias ad du-
 cta fuerunt: cum enim probatum sit, quod Comites de
 anno 1513. cum duobus sequentibus annis possederunt,
 & deinde aduenientibus Gallis, fuerunt eiecti, possessio-
 que in fratres translata satis constat secundum com-
 munes regulas posteriorem hanc fratrum possessio-
 nem ¶ sumi vitiosam. c. licet causa extra, de probat. Dd. in l.
 rem quæ nobis. ff. de acquir. possess. licuit quæ præfatis
 Comitibus congregatis amicis, & accepta occasione redi-
 tus Sfortianorum recuperare ¶ propria auctoritate posses-
 sionem, à qua deiecti fuerant. l. iij. §. cum igitur. ff. de vi,
 & vi arm. vbi permittitur hoc ex cōtinenti facere. quod
 intellexit Hugo antiquus Doctore etiam intra decennium:
 dum interim sunt præparationes, & expectatur
 occasio prout alias latius deductum in allegationibus
 fuit. Neb obstat, quod illud dictum Hugonis videatur
 dubium domino iudici, quia dubietas omnis tollitur
 per auctoritatem communis opinionis, ¶ à qua in iudican-
 do nō solemus recedere. l. j. vers. & sanè crebrior. de
 offi. quæst. maxime cum Socin. met. qui nodū in scirpo
 quæstuit, tamen hanc opinionē approbauerit & loquē-
 do & consulendo, vt per eū in l. j. §. j. de verbor. obligat.
 & sunt plena consilia Modernorū approbantiu dictæ o-
 pinionē. Nec obstat, quod tale dictū Hugonis non vide-
 atur obseruandū aduersus tertiu possessore, & sic aduer-
 sus istos fratres, qui habuerunt causam à Gallis per text.
 in l. cum à te. ff. de vi, & vi arma. quia respondeo, quod
 regula d. l. cum à te. est hodie ¶ correcta per dispositionē
 iuris canonici, vt est text. in cap. sæpè contingit. extra,
 de restitut. spoliat. idque duabus rationibus. Prima,
 quia

quia (vt inquit Pontifex) talis dispositio est nimis rigo-
 rosa. Secunda, quia dat causam peccati, quæ rationes
 etiam in casu nostro procedunt maxime aduersus istos
 farres, qui debent carere omni suspitione criminis, facit
 quod notat cōmuniter doctores in d. l. rem quæ nobis
 vbi dicunt quod remedium can. redintegrandi. iij. q. j.
 habet locum etiam in foro ¶ ciuili, quia fundatur super
 peccato auferendo, & dicit Ioan. de Imo. post Anton.
 de But. in c. fin. extra, de præscriptio. quod ¶ quoties
 cunque Canon fundat se super peccato debet obseruari
 etiam in foro ciuili, & sub quocunque iudice, de quo
 etiā per doct. in l. priuilegia. C. de sacro. san. eccl. Nec ob-
 stat, si diceretur, quod d. cap. sæpè. loquitur respectu
 interdicti, non autem respectu interpretationis quam
 fecit Hugo, quia respondeo. Primò quod ¶ lex interpre-
 tata intelligitur secundum interpretantem. §. fin. in au-
 then. de filiis ante dot. in str. nar. per Iason. in authen. sa-
 cramenta puberum. C. si aduer. vendi. Secundo, quod
 correctio inducta per dictum Canonem est facta causa
 ampliandi priuilegij, & in actionis, quæ spoliato com-
 petit: vnde non debet D. Hugo tollere quod etiam ipsū
 ad fauorem spoliati pertinet, sed potius cum eo coniun-
 gi. l. quod fauore. C. de legib. Tertio interdictum præ-
 toris loquebatur, vt ex continenti, id est, intra decem
 quoq; annos possit fieri recuperatio cōtra spoliantem
 non contra tertium d. l. cum à te. Papa correxit illud vlti-
 mum respectu tertij, ergo primum stat firmum per regu-
 lam palsiuam de qua per doctores. in l. ij. ff. de legat.
 j. & quia satis cōuicio dominum iudicē nihil dubitare
 de hoc, vltre rursus non in fisco, sed ad eius præstantissimum
 iudicium remitto, quem non dubito habere rem cla-
 ram, & expeditam aduersus istos fratres, qui non bo-
 no consilio ducti litem hanc temerè introduxerunt, vt
 meritò sint in multis conuiujs loce expensarum con-
 demnandi.

CONS. CV. § VMMÆ.

- 1 Occiso filio ius faciendæ pacis ad Patrem seu proximiorum hæ-
 redem pertinet, et si pater sit furiosus ad eius Curatorem.
- 2 Gratia non dicitur surreptitia, quotiescunque aliquid in sup-
 plementum est omissum, quod si fuisset expressum, verisimiliter
 Princeps nihilominus esset concessurus.
- 3 Gratia Principis geminata, habet vim motus proprij.
- 4 Gratia emanata à Principe, si interuenit pecunia, habet
 vim contractus.
- 5 Contractus cum Principe initi, tanquam bonæ fidei, latam
 interpretationem accipiunt.
- 6 In contractibus bonæ fidei Princeps vtitur iure priuati, nec
 potest etiam de plenitudine potestatis eos alterare.
- 7 Semper ea interpretatio debet fieri, ne quis auctoritate rescri-
 pti remaneat circumdatus.
- 8 Prohibitionis tollende modus.
- 9 Dicitio rebellis non verificatur in bannito in contumaciam.

Ort sunt capita huius quæstionis, quæ in præ-
 sentia vertitur, & mihi alioquin occupatissi-
 mo temporis momentum concessum duntaxat
 est, vt ea discutere, & considerare matu-
 rius non possim. meritò infra scriptis istis paucis conclu-
 sionibus ero contentus. Prima ¶ conclusio, Occiso filio
 ius faciendæ pacis ad patrem, seu proximiorum hæ-
 redem pertinet: & si pater sit furiosus, ad eius curatorem,
 quia ipse remittendæ iniuriæ ius habet secundū Iac. Bal.
 Salic. in l. pactū curatoris. C. de pact. in l. j. C. de in integr.
 restit. Secunda conclusio ¶ non dicitur gratia esse sur-
 reptitia quotiescunque aliquid in supplicatione est om-
 missum, quod si fuisset expressum verisimiliter Princeps
 nihilominus esset concessurus. l. si quis filio exhæreda-
 to. §. irritum. in fin. vbi Pau. de Cast. ff. de iniust. rupt.
 Felin. c. postulat. de rescript. Socin. consil. lxxij. in j. Ter-
 tia conclusio, ¶ geminata gratia Principis habet vim mo-
 tus proprij: & ideo allegatio surreptionis, vel obreptionis
 non admittitur. §. & hoc verò iubemus. in authen. ¶
 vt nulli iudi. Bald. Fulg. Ias. in l. nec damnosa. C. de prec.

Imper. offer. Ludo. Roman. & Alex. in l. iij. in princ. ff.
 quod quisque iur. Quarta, gratia emanata à Principe, si
 interuenit pecunia, habet vim contractus. c. j. in fi. de
 feud. non hab. natu. vbi Doctore. & ¶ cōtractus cum Prin-
 cipe initi tanquam bonæ fidei latam interpretationem
 accipiunt secundum Bal. in extranag. de pac. constan.
 §. si quis verò, quem refert. Ias. & Mod. in l. interp. ofiras.
 C. de tran. fact. & ¶ in his contractibus Princeps vtitur iure
 re priuati: nec potest etiam de plenitudine potestatis
 eos alterare secundum Paul. de Castr. in lege, digna vox.
 C. de legib. & Decium, Felin. & cæteros in ca. j. de proba.
 Felin. ca. quæ in ecclesiatur. versic. quarta conclusio, de
 cōstitut. Quinta, ¶ semper ea interpretatio debet fieri ne
 quis auctoritate rescripti remaneat circumuentus. l. j.
 C. de his, qui veni. æta. vbi Doctore. & hoc maxime pro-
 cedit in gratia quæ à Pontifice emanauerit secundum
 Ioan. Andr. in c. j. de concessio. præbend. in vj. in prima
 ad ditione ad glo. incip. in vltimis voluntatibus. Sexta,
 si aliqua ¶ suberat prohibitio ipsius gratiæ ad eū, vt fieri
 non deberet, si tamē Princeps vltre processit & fecit,
 censetur derogasse prohibitioni, & actus valet secun-
 dum Bald. in leg. edita. C. de edend. vbi loquitur in casu
 fortiori de quo per Ias. in l. patre furioso. ff. de his quæ
 sunt sui, vel alien. iur. quod maxime dicitur in casu
 nostro: quia sententiæ sunt secutæ in executionem
 gratiarum, quæ quidem transferunt in rem iudicatam,
 & faciunt ius vt habetur in rub. ff. de re iudic. & quia
 statutum dicit, quod occisor Banniti possit vnus, quæ
 elegerit eximere, & hoc non profit rebellibus, &c. qui-
 bus verbis non potest censeri imposita lex superiori,
 &c. Vltima conclusio verbum statuti, quod non profit
 rebellibus, &c. ¶ non verificatur in isto qui erat Bannit-
 tus ob contumaciam secundum doctri. Barto. in l. cum
 filius fam. in princ. ff. de verb. oblig. & in disp. iij. inci-
 pient. statuto Perusinae ciuitatis. quæ est communiter
 approbata per Doct. & Corn. consil. clxxxix. in j. & con-
 sil. cxliij. in ij. vnde sententia auditorum non est lata cō-
 tra constitutionem, sed contra ius partis, ergo transit
 in rem iudicatam, nec amplius de ea queri potest. l. cum
 prolatis. ff. de re iudi. vbi doct. maxime cum Papa om-
 nē potestatem de hac re rursus cognoscendi abstulerit
 legatis, & gubernatoribus per ea, quæ habentur in c. vt
 nostrum extra, de appel. in leg. solent. §. sicut. vbi Bal.
 ff. de offic. proconf.

CONSIL. CVI. § VMMÆ.

- 1 Duello vetito mentionem non tolli.
- 2 Prouocans & prouocatus sunt quodammodo correlatiua, sicut
 actor & reus.
- 3 Decretum de prouocato loquens, ad prouocantem extendi
 potest.
- 4 Si aliquis mihi verba iniuriosa dixerit, possum ei respondere
 tu mentiris, nec teneor iniuriarum, quia prouocatus sic
 respondi.
- 5 Vbi deficiunt verba legis, deficit & eius dispositio.

Dicendum in casu proposito videretur prima
 fronte, non licere Titio iniuriā à Sempronio
 afficere per publicam scripturam dicere, quod
 mentiatur, stante decreto in Ducatu Medio-
 lani, &c. Cum enim indistinctè tali decreto prohibea-
 tur minitatio, seu prouocatio ad duellum, ¶ sequitur
 prohibitum esse etiam talem responsonem, per regu-
 lam l. oratio, ff. de sponsal. siquidem ex tali mentione re-
 maneret oneratus Sempronius: nec posset aliter hono-
 rem suum tueri, quam armis, secundum vulgarem con-
 suetudinem militiæ, & sic decretum daret materiam
 sustinendo dedecori, q. non est credendum. Confirma-
 tur, quia ¶ prouocatus sunt quodammodo correlatiua,
 sicut actor & reus: vt per Barto. in leg. j. C. de litiis con-
 testa. vnde ¶ de cretum de vno loquens ad alium quo-
 que extendi debet. leg. fin. C. de iudic. vidui. rol. glo.
 lege, per interuallum. ff. de iudic. Sed iis non ob-
 stantibus, dico contrarium verius esse, quia certa est
 conclusio,

conclusio, quod si aliquis mihi verba iniuriosa dixerit possim ei respondere, *Tu mentiris*, nec teneor iniuriari: quia prouocatus sic respondi, vt est tex. in l. quæ omnia, ver. sed si aduersarius. & ibi Bart. no. ff. de procur. & in lege, qui cum maior. §. libertus. ff. de bon. liber. non liceret tamen primo replicare, *Ind tu mentiris*, secundum Ang. Paul. de Cast. las. & alios in l. fin. per illum tex. ff. quod quisque iur. & istud est certum, quando responsio contumeliosa fit ad finem repellendi delictum impropertu, & in effectu negandi illud, quod sibi est obiectum. si vero mutuis iniuriis se afficerent nunquid locus sit compen sationi, dicendum est vt per Felin. in c. dilecti sibi extra, de excep. sed nostra quæstio est in casu clariore, quando responsio fit, vt impropertum delictum repellatur, quo casu res nullam habet difficultatem, vt etiam inquit. Decius in lege, vt vim. in fin. ff. de iustic. & iur. Nec obstant allegata verba decreti: quia si bene ponderentur in prouocante ad duellu, vel acceptante prouocationem, quorum neutrum in casu nostro fit, vnde t vbi deficiunt verba legis, deficit eius dispositio, lege, iij. §. toties. ff. de damn. in fact. Nec obstat quod Sempronius remaneret oneratus, quia respondeo esse saluam sibi remedium iuris, scilicet actionem legis Cornelie iniuriarum: decretum enim voluit duntaxat consuetudinem duelli, quæ etiam alias omni iure est reprobata ij. q. v. ca. monomachiam. ca. vnico. de purg. vulgari. ca. ij. de cleric. pugnan. in duell. lege, j. C. de gladiat. libr. xj. remedia autem iuris salua relinquitur trique parti, & ex his apparet non obstat regulam correlatiuorum, vel regulam dictæ legis. ratio, quia fallum est quod talis responsio sit necessarium antecedens ad duellu imdeest antecedens ad remedia iuris, puta l. Cornelie iniuriarum vel similibus. de quo per Cyn. Bald. Sa lic. in l. i. C. si rest. prouin. & ista puto versima, saluo semper saniore iudicio.

CONS. CVII. SVMME.

- 1 Facultas piscandi est iuris naturalis.
- 2 Iure naturali pisces capientium sunt.
- 3 Consus arguit simplicem auctoritatem, non autem dominii.
- 4 In dubio presumimus censuram quam Canonem.
- 5 Consuetudo piscandi est attendenda, & sola sufficit ad acquisitionem iuris.
- 6 Prescriptio seruitutis discontinuæ, requirit tempus inmemorabile.
- 7 Sententia lata absque peremptorio ipso iure est nulla.
- 8 Congregari sine licentia, non nisi ex causis posse.
- 9 Non possunt Barones prohibere, quin subditi querelas suas porrent ad Regem, seu primum dominum suum.

Istimarem in causa communitatis Candie ultra ea, quæ allegata sunt per præstantissimum aduocatam d. Princiualium eius sententia in hærendo partes domini iudicis esse in pronuntiando pro ipsa communitate: quod liceat liberè hominibus dictæ communitatis piscari in lacu, de quo agitur: quia ista facultas piscandi est iuris naturalis. §. flumina autem. In sit. de rer. diuis. & iure naturali pisces capientium efficiuntur. lege, j. §. fin. de acqui. rer. dom. & ideo non possunt vsa falli vel Barones, seu domini Castorum prohibere, ne quis piscetur in lacu publico secundum Ioan. Fab. in d. §. flumina autem Guid. Pap. quæst. ccccxiij. Iacobin. in tract. feud. verb. piscationibus. & verbo, & fluminibus, Dec. consil. cclxxj. Et istud præsupponit etiam sententia partis aduersæ permittit istos piscari accepta licentia, quam isti nobiles teneantur dare, cum enim cogat nobiles ad dandam licentiam: apparet quod ius nõ est in nobilibus: sed duntaxat quædam superioritas: vt in simili habetur in ca. licet. extra, de regul. Et etiam suadetur granamine solutionis rubi vnus piscium, & cæt. talis enim pensio præsumitur in dubio esse censualis potius: quam emphyteutica: vel conductoria: quæ census arguit simplicem superioritatem: non autem dominium iuxta glo. in ca. constitutus. extra, de relig. & dom. & ibi doct. & per

Bartol. in l. j. §. ff. de public. & quod in dubio præsumamus potius censuram, quam canonem: tenet Alber. de Rosat. in lege, ij. C. de iur. emphyt. cum concord. ibi per las. & corroboratur hæc opinio ex possessione istorum vicinorum: qui semper retro transactis temporibus liberè sunt piscati: quæ consuetudo respectu iuris piscandi maxime est attendenda & sola sufficit, ad acquisitionem iuris. l. si quisquam. ff. de iur. & temp. p. scr. & fit mat. And. de Her. Alvaro. Card. Afflic. inc. j. verbo piscationu reditus q. sint regal. in v. sibi. feud. & videretur sufficere consuetudo 30. annoru. l. si quisquam. & gl. in d. §. flumina. verb. omnibus. Fortius dixit Dec. in consil. clxxxvij. quod sufficit longum tempus, id est, decennium, & existimo quod dicar verum. Nec obstat q. præscriptio seruitutis discontinuæ, requirit tempus inmemorabile superioribus fundamentis. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. & habetur in l. seruit. magna. ff. de serui. quia hoc procederet in præscriptione seruitutis: sed isti homines non habent hoc ius iure seruitutis: sed potius iure facultatis sibi competentis de iure gentium, vt supra dixi: quæ facultas conseruata est per vsum continuum istorum qui tractabant de conseruando iure suo, non autem de acquirendo iure alieno: quo casu necessaria est præscriptio de qua satis dictu est in allegationibus. Non obstat sententia lata anno. 1472. in illis verbis tanquam superiore: & ius habente in ipso lacu prætextu incantus sine licentia & consensu non licuit: & c. Quia responderetur pluribus modis. Primò quod talis sententia est ipso iure nulla, quia lata absque peremptorio, vt habetur in c. consiluit. de offic. deleg. in Cl. sæpè. verb. perceptorie. de verb. sig. Pau. Cast. l. prolata. C. de sent. adeò quod et si partes essent presentes non tñ valerent sententia, nisi præcessisset monitio iudicis, quæ habet vim peremptorii secundum Bald. in l. ij. ad fi. C. quomodo & quando iud. las. in l. j. n. x. ff. de in ius voc. Præterea nullitas ostenditur ex manifesta contrarietate, quatenus dicitur consilium non potuisse congregari sine præsentia, vel licentia officialis. si ita est: ergo iudicis non fuerunt legitime electi: ergo sententia quæ contra communitatem lata tanquam in defensionem est nulla. l. penultima. C. f. aduer. rem iudi. l. iij. C. quib. ex caus. maior. vbi Iacob. & Bart. Præterea responderetur: quod non obstat illa sententia communitas semper perseverauit in piscando liberè: & sic dicta sententia nunquam habuit executionem vnde amplius post lapsum. 30. annorum non potest exequi, secundum Bar. & doct. in l. iudex posteaquam. ff. de re iudi. & eleganter fuit dictum in allegationibus: quia quantum sit ad actum liberè piscandi, non potest dici quod traxerit secus executionem: de quo actu nos disputam? nõ aut de valore proclamationu factarum à conductoribus, quorum conductio est finita. Adde etiam, quod verba sententia non probant contra istos homines: cum simpliciter dicant tanquam à superiore: & ius habente. in ipso lacu prætextu incantus sine cuius consensu, & c. illa enim dictio à superiore arguit potius quandam superioritatem quàm dominium, de qua in ca. j. & ca. solita. vbi Alb. vij. no. extra, dub. maior. & obed. & illa verba ius habente in lacu prætextu incantus non probant nisi exhibeat incantus. quid enim si factus esset de consensu dictorum hominum: præiudicat enim illis respectu illius incantatoris tantum cuius conductio statim fuit finita. Circa secundu dubiu an dicti homines possint se congregare sine licentia officialis? regula est quod non: vt per Bart. in l. actor ff. rem rat. habe. & Guid. Pap. q. dcccxxj. in iij. dub. fallit quando officialis non vult dare licentiam, nec interesse: tunc ius deuoluitur ad seniore ex decurionibus. lege, j. ff. de alb. scrib. lege, j. C. de consul. libro xij. & declarat Ioan. de Platea. in l. ij. C. de decur. libro .x. & habetur per Can. in ca. j. de maior. & obed. Fallit rursus, quando tractatur de negotio officialis: vel domino ipsius: in quo negotio ipse esset suspectus: quæ

tunc potest consilium congregari etiam ipso non præsentis, vel contradicente secundum Alber. de Rosat. in lege, omni. C. de sac. lan. ecclie. & per Dec. consil. clj. Fallit etiam, quado tractatur de ad eundo primo domino: quia non possunt Barones prohibere: quia subditi que relas suas portet ad Regem, seu primum dominu suum: vt ex tex. in l. Imperator Alexand. ff. de appel. vbi Ange. Imol. cæteri. vnde non posset per indirectum eis prohibere vetando eos adunari. per regulam l. ij. ff. de iurisd. om. iudic. l. illud. de acquir. hered. l. oratio. ff. de sp. s. lib. & pro hac fallentia facit tex. in l. pen. C. de legatio. lib. x. Fallit rursus, quando congregatio esset facta de re licita, & ita constaretur: quia hoc casu cessant rationes prohibitiuæ: ne detur occasio malignandi. & quod congregatio præsumatur fieri ex mala causa, quæ rationes adducuntur per Guid. Pap. prædicta quæst. dcccxxj. cum enim ex post facto appareat de re licita, factam congregatio, purgatur illa præsumptio contraria. per tex. in l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. Item fallit, quado exaret consuetudo, quod se congregarent absque licentia officialis: seruanda enim esset talis consuetudo, secundum Guid. Pap. quæst. cvj. vbi sentit vnum, quod puto verum, quod de iure communi non requiratur alia licentia officialis, sed totum hoc fit de consuetudine Franciæ, quæ est localis, & ita etiam sentit Io. Fab. in §. vniuersitatis. in sit. de rer. diuis. nec Bart. aut quisquam alius contradixit si bene videatur, & hæc sententia etiam tenet doct. in l. fina. per illum tex. C. de iurisd. om. iud. & ista sufficiant pro modicitate temporis, & rei mihi occupato, & requisito de sola subscriptione. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. CVIII. SVMME.

- 1 Is qui sit integre famæ, habet iustam excusationem, ne pugnet cum criminoso.
- 2 Criminosi non admittuntur ad quem quam accusandum.
- 3 Non videtur audiendus, qui honoris sui tuendi causa prouocare se quenquam allegat, si eum propter delictum iam amisit.
- 4 Infamia notatus in album militare recipiendus non est.
- 5 Indulgentia quos liberat notat.
- 6 Condemnatus per contumaciam ex delicto, quamuis crimine tale sit, quod infamiam irroget, tamen extra territorium statuentium habetur pro integra persona, nec censetur infamia.
- 7 Edictum prætoris eos tantum notat, qui publico iudicio sunt damnati.
- 8 Inter condemnatum ex contumacia, & condemnatum ex delicto est maximum discrimen.
- 9 Qui semel malus fuit, non censetur amplius malus, si per triennium fuerit abstinentis.
- 10 Per impetrationem gratiæ non censetur quisquam ipsum crimen constiterit.
- 11 Facta ad vnum finem, ad alium præsertim contrarium trahi non debent.
- 12 Vnicuique licet sanguinem suum redimere.

Nobilis, & strenuus Capitaneus N. an possit reuocari à singulari certamine tanquam criminoso sus queritur: cum in patria sua fuerit descriptus in albo exulum, & condemnatorum tanquam prædator viæ publicæ. Et videretur prima fronte excludendum esse: quia secundum regulas communis iuris, qui sit integre famæ, habet istam excusationem, ne pugnet cum criminoso: sicut videmus iure nostro ca. j. extra, de accusat. nec videtur audiendus, qui honoris sui tuendi causa prouocare se quenquam allegat, si eum propter delictum iam amisit. lege, quoniam. C. de hæred. maxime que id dicendum in eo, qui crimina militaria commiserit, vt quia, conspiratione facta depopulatus sit, vel cum manipularibus in aliquod delictum conspirauerit, lege, ij. ff. de re milit. Confirmatur, quia iste saltem videtur in famia notatus. lege, j. ff. de iis, qui not. in fam. Vnde sicut amplius in album militaria. Consil. Andr. Alciati.

re recipiendus non est. lege, iij. qui ignominia. ff. eod. ita nec ad pugnam admitti debet. Et quamuis allegerit eum per gratiam principis abolitionem impetrasse, superest tamen infamia facti. quia indulgentia, quos liberat notat, iuxta illud, *Pœna potest demereri, culpa perennis erit.* l. fina. C. de gen. abol. Sed his non obstantibus, puto contrariam opinionem esse veriorum: quia supra scripta procederent in eo qui propter tale delictum fuisset condemnatus, non autem in eo, qui absens propter contumaciam fuerit pro delinquente habitus: talis enim sententia præsumitur potius lata propter contumaciam, quam quia malam causam haberet. lege, Papiasianus. §. meminisse. de inoffic. testamen. lege, & ideo. de euic. Vnde statutam volens patrem teneri pro filio homicida, non habebit locum in filio condemnato ob contumaciam, ex forma statuti contumacem pro confesso & conuicto habentis, quod Bar. disputauit, & communitè receptum est. Bar. q. iij. & leg. cum filius in prin. ff. de verb. oblig. Quia ratione etiam proditum est, quod qui cõdemnatus sit ex delicto per contumaciam, quamuis aliàs tale sit crimine, quod infamiam irroget, tamen extra territorium statuentium eum haberi pro integra persona nec censeri infamem. lege, ex ea. vbi Alb. de postul. Fortius censuit Bart. nec quidem in iplo territorio esse famosum: non enim tantum tribui contumaciæ. Bart. l. istus fustium. ff. de his, qui not. Alexand. consilio cljij. in ij. & quia tales censentur condemnari potius vigore statuti, quàm lege publici iudicij ex quo omnia statuta sunt leges priuatorum iudiciorum. Dec. lege, ij. C. qui restamen. face. poss. t edictum autem Prætoris eos tantum notat, qui publico iudicio sunt damnati. d. lege, j. quod ex Corn. respondit. consil. xliij. in j. Et hinc apparet non obstat ea, quæ in contrarium adducuntur. Primu, quia hic non potest dici criminosus, aut infamis: cum ea condemnatio t vires extra territorium non habeat, & censetur condemnatus ex contumacia, non ex delicto inter quæ magna est differentia. Bart. lege, omne. de re milit. Deinde, quia iam longo tempore iste fuit inter præfectos militum Regiæ maiestatis honoratus, vnde censetur abolita omnis macula. argum. l. Barbarius. de offic. prætor. sicut dicimus de eo, t qui semel malus fuit non censetur amplius malus, si per triennium fuerit abstinentis. §. hinc autem in athen. de monach. quare quàm plurima lassa congerit apud eum legeda. lege, in arenam. C. de inoffic. testamen. Tandem, quia fuit abolutus de albo exulum, & habuit pacem, seu remissionem à patribus (vt audio) tanquam innocens, & subsequa deinde est gratia generalis, quæ concepta est verbis largissimis, ideoque omnem maculam profrus abstergit. l. j. C. de sen. pass. etiam quoad formam adinet. l. §. pen. de postu. videnda tamen essent verba gratiæ, & restitutionis, & secundum ea respondendum. Illud constat per impetrationem gratiæ non censeri quenquam ipsum crimen constiterit. glo. ca. exhibita. verb. postulatione. de homicid. quia ad vnum finem facta ad alium præsertim contrarium trahi non debent. l. legata inutiliter. de adimen. lega. maxime cum ad maiorem cautelam potuerit impetrari. c. venerabilem. de elect. vbi doct. & vt se redimeret, à molestia licitum. ca. delectus. j. extra. de simon. & quia t licet vnicuique sanguinem suum redimere. l. j. ff. de bon. eor. Et ita mihi videtur maxime per primam rationem. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CIX. SVMME.

- 1 Per alienationem factam ab emphyteuta, non incurritur pœna caducitatis, nisi domino voluntatem suam declarante.
- 2 Caduci pœna.
- 3 Pœna non habent locum, nisi specialiter expressa.
- 4 Commissa luit posse ex causa contra.
- 5 Permutationem non extendi.

Ollendæ difficultatis causa quæ inducitur contra istum de Cauallis possunt considerari aliquæ rationes ultra eleganter, & verè alle-

gata per D. Thomā. Prima est, quia per alienationē factā ab emphyteuta non incurritur poena caducitatis, nisi domino voluntatem suam declarante, ut habetur per Bart. in l. j. ff. si ager vectig. Felin. ca. dilectus filius. ij. de rescript. Quae declaratio voluntatis non transit in heredem, & sic successorem vniuersalem: ex quo nullum oritur praedictum ipsius de Cauallis per doctrinā Bart. in leg. si quis à filio. §. j. ff. de legat. j. in lege, idem Pomponius scribit si frumentum. ff. de rei vendi. & habetur per Doct. in lege, inter stipulantem. §. j. ff. de verbor. obligat. & glo. in l. omnimodo. C. de inoffic. testa. ergo multo minus transit in istum permutatorem & sic successorem particularem. l. ex pluribus. ff. de admin. tut. Secunda ratio est, quia per illa verba generalia posita in instrumento permutacionis, non debet censeri concessum istud ius protestandi caducitatem, per quod quis incidere in poenā & priuaretur iure suo argu. lege, semper in obscuris. ff. de reg. iur. & quia poenae non habent locū, nisi specialiter expressē. §. cum igitur. in authen. de non elig. & hoc procedit, etiam si actus sit prohibibitus. l. ij. §. diuus. ff. de relig. & sumpt. fun. & propterea, quamuis emphyteuta per alienationem cadat à re emphyteutica, non tamen cadat à pacto luendi, nisi expressē dictum sit: quia istae poenae non debent attendi, nisi in casu expresso specialiter, non autem per clausulas generales notariorum: & ita consuluit And. Sic. consil. ij. scripsit sapienter. in j. lib. & sequuntur Moderniores in l. in bonae fidei. C. de pact. Tertia ratio est, quia si videatur in instrumentū permutacionis fuit solummodo traslatum in istos de Rebus sicutum liuelli seu ius exigendi eum, & etiam ipsum dominium directum, & iura ipsius consortii misericordie, quoad consequutionem ipsius facti, & dicti directi, & ciuilibus possessionis: & sic dictū Cābium habet expressam limitationem in dicto instrumento. vnde non debet trahi ad ius protestacionis quod quidem ius non respicit solutionem facti, nec consequutionem directi dominij, sed vt illis, & cōsolidationem, & clausulas generales notarij restringuntur ad illam principalem dationem, vt illam non amplient. Clem. j. de preb. in fin. leg. age. de tran. leg. in agris. de acquir. rer. domi. & istud est clarissimum, si bene videatur forma contractus. & secundum hanc partem in terminis consuluit Bald. cons. cclxxviii. & cclxxx. ista in uestitura in v. volu. vbi adducit praedictas rationes, licet non ita extendat. & facit, quod in successore vniuersali cōsuluit Raph. Com. consil. cclxiii. & Aretin. consilio xiv. vbi loquitur in fundo. Nec obstat, quod notat idem Bald. in consil. cccxiv. in eod. volum. quia non loquitur in hac protestacione caducitatis, sed in denuntiatione causa euictionis, in qua cessant supradictae rationes.

CONSIL. CX. SVMMAE.

- 1 Proclamatione ex causis non parendum.
- 2 Legis abrogate modus.
- 3 Quoties Papa causam, vel beneficium ad cognitionem suam trahit, censetur impedita omnis ordinarij potestas.
- 4 Qui vnum dicit, aliud excludit.
- 5 Omnis Monomachia ipso iure est prohibita.
- 6 Vnicuique falso accusato licet dicere, tu mentiris.
- 7 Defensio verbalis est iure naturalis.
- 8 Leges semper ita condende sunt, vt clarae, aperte, & sint, ne dent materiam hesitandi, & litigandi.
- 9 Propositum in mente retentum nihil operatur.
- 10 In re dubia mentis controuersa admittitur non in re clara.
- 11 Lex habet pro tempore prolixo tempus duorum mensium, quando pro carcere assignatur domus tanto tempore.
- 12 Leges loquentes de consuetudine declaratiua iuris, requirunt plurimos actus.

is de qua agitur, cum non à delicto, sed à causa honoris coepetit, humaniter & ciuillissime est diffinienda, quod & maxime sperandum est ex humanissimis moribus, singularique benignitate illustri. domin. Marchionis, qui eam ad suā cognitionē retraxit, adeo vt superflua videri possit hac

in re omnis mea allegatio, sed tamen, vt morem gerā Illustri Comiti Fracisco, cui denegare nihil possum, pauca sum scripturus, vt aequitas peitionis suae magis elucescat. Visis proclamationibus nomine excellentissimi dñi Gubernatoris, & Cas. locum tenentis factis sub die viij. Aprilis anni praeteriti difficultas omnis oritur ex vltimo ca. illarum. quo precipitur, ne quis audeat verbo, vel facto praestare causam probabilem, per quam inducatur duellum, &c. sed illud capitulum dico non esse obseruandum in casu nostro pluribus rationibus. Prima est, quia cum deinde hoc anno sit promulgatum decretum Caesareae maiestatis absque dict. cap. non debet amplius dictum capitulum attendi, quia siue dom. Marchio sit legatus Caesaris, siue etiam praefectus praetorio, leges ipsius cessant, & censentur abolitae, etiam si generaliter conceptae sint, postquam secuta est lex noua in illa materia ab ipso Caesare, vt est tex. in lege, formam. C. de offic. praef. praet. ibi si nihil postea ex auctoritate mea innovatum est. Et facit quod not. Can. in c. vt nostrum. extra, de appel. & doct. in lege, iudicium. de iudic. quoties Pa pa causam, vel beneficium ad cognitionem suam trahit, censetur impedita omnis ordinarij potestas. de quo etiam per dom. de Rota decif. lxxvj. de testib. in antiq. Curt. Sen. consil. lxxvj. Dec. cclxxviii. in fi. Secunda est, quia tale capitulum censetur aboluitum expressē per constitutionem Caesarem, in princ. voluminis statutorum appositam ibi reliquis omnibus antiquatis, quae clausula expressē decidit praesentem quaestionem, vt habetur in authen. omnes peregrini, vbi Bald. Paul. Fulg. Corn. C. comm. de succe. Pau. de Cast. cōl. lxxxvij. visis iis. & cōl. lxxxix. viso puncto in antiq. Fel. & Mod. in ca. fin. extra, de con. sit. Tertia, quia cum prima pars dictae proclamationis sit relata in statutum, & ista vltima omilla, apparet manifesta mens statutum, quod hanc secundam voluerint antiquari: quia qui vnum dicit, aliud excludit. l. cum praetor ff. de iud. ca. nonne. extra, de praesumpt. & facit quod not. Alexan. consil. lxxv. in v. volu. & in simili casu quod per nouam reformationem censetur abolita clausula veteris statuti censuluit Sign. Homod. consil. cccij. allegat. tex. in lege, quod constitutum. ff. de testam. milit. Quarta ratio, quia statutum omisit dictam clausulam vltimam magna ratione: cum enim tale statutum factum esset ad tollendam prauam consuetudinem istorū duellorum, & vt reduceremur ad ius commune, secundum quod omnis monomachia omni iure est prohibita. ij. q. v. c. monomachia. c. j. de purg. valg. cap. ij. de cler. pug. in duell. lege. j. vbi not. C. de glad. lib. xj. satis fuit dict. statutum, secundum ius commune intelligere. leg. si ferui vestri. C. de noxalib. Baldus leg. j. §. excipiuntur. ff. de ferijs. & non ultra progredi, ad eos, qui praestant causam, cum praestantes causam delinquendi aliis legibus puniantur, vt habetur in ca. qui causam. de regu. iur. in vj. nec operae pretium fuit de hoc cōstituere. Quinta ratio, quia nisi ita diceremus, sequeretur inconueniens, quod nemini liceret, nec quidē simpliciter verbo tueri honorē suum: cum semper subesset periculum, ne inde causa duelli emanaret, quod certe esset iniquum, cum liceat vnicuique falso accusato respondere, Tu mentiris. l. que omnia. vbi Bar. de procur. l. qui cum maior. §. si libertus. de bon. lib. per Dec. in l. vt vim. in fi. de iust. & iur. nec videtur quod statutum, aut voluerit, aut potuerit tollere talem defensionem verbalem, tanquam iuris naturalis sit, de quo in dicta lege, vt vim. Sexta ratio, quia semper leges ita sunt condendae, vt clarae aperteque sint, ne dent materiam hesitandi, & litigandi, secundum textum in auth. de restitur. versic. hanc autem puram. prout ista faceret dum disputarem an verbum aut factum edidisset probabilem causam, & posset arripi à iudicibus in occasione, vt in simili dicitur in lege, famosi. ver. hoc tamen. ff. ad leg. Iulia. maie. meritò dicta clausula fuit omilla. & res relicta in terminis iuris communis, secundum quod composuit actio iniuriarum, ad instantiā partis, & ad cōdemnationem

nationem pecuniariam, de quo in instit. tit. de iniuriis. §. fin. Septima ratio, quia cum per supradicta aperte constet, quod dictum capitulum vltimum sit reuocatum, non debet posse in nouam obseruatiā reduci, ex eo, quod asseratur mentem senatus fuisse, vt etiam illud obseruaretur, quia quacunque potestate fulgeat senatus, debet seruare legem à Caesare ipsi factam caeteris antiquatis, nec admittitur allegatio istius motis, de qua non cōstet per verba l. j. C. de mand. prin. quia propositū in mente retentum nihil operatur. l. si repetendi. C. de cond. ob. cau. & in re dubia admittitur controuersia mentis non in re clara. l. ille aut ille. §. cū in verbis. ff. de leg. iij. prout in casu nostro, in quo clarē constat de reuocatione per illa verba caeteris antiquatis, &c. Octauo, quia nisi ita diceremus aperta esset via captandi homines, qui videntes se non delinquere contra legem, aliquid dicerent. vnde occasio pugnae posset oriri, & deinde remaneret captati, si mens ista allegaretur, & effectū haberet: & hoc modo eluderetur dispositio legis volētis neminem arctari, nisi postquam scientia constitutionis prohibitiuae innotuerit. leg. fin. ff. de decr. ab ord. fac. & in authen. vt facta no. confit. & in ca. ij. extra, de constit. lib. vj. per Bar. in l. omnes populi. in v. q. princ. de iust. & iure. essetque hoc non valde dissimile exemplo ab eo quod Caij Caligulae Imperatoris fuit, de quo scribit sic Suetonius. Proposuit legem, sed minutissimis literis, & angustissimo loco, vt ne cui describere liceret. Nono, quia etiā si delictū, perpetratum in hoc fuisset, tamen satis poenarum dedisse Comes Franciscus videri potest, qui lapsus iam duobus mensibus domum habeat sibi pro carcere assignatā, quod tempus lex existimat satis prolixum esse carcerationi. argu. l. fin. C. de custo. reorum. & facit quod habetur in l. si quis diuino. ff. de poenis. Decimo & vltimo non omitto, quod illa allegatio non est admitenda, quia dicitur quod etiam post latam legem Caesaris, nihilominus dict. vltimū caput proclamationis obseruatum fuit in persona cuiusdam Ianificis. respondeo enim, quod hoc procederet, si tot actus interuenissent, qui consuetudinem inducerent, vel ostenderent legem Caesaris vtentium vsu sic intellectam, vt inquit Bald. in d. auth. omnes peregrini quia leges loquentes de consuetudine declaratiua iuris requirunt plurimos actus. l. de quibus. verbo, inneterata. l. diuturna. l. sed ea que. l. si de interpretatione. ff. de legib. per Bart. in d. l. de quibus. in ij. q. princ. versic. iuxta praedicta. vbi etiam las. & sequuntur Can. in c. h. de consuet. & licet Alex. cōl. cvij. in ij. dicit non esse necessariam praescriptionem, tamen non negat, quin saltem plures actus requiruntur vt dicitur in dictis iuribus, & dicit Bald. in d. l. diuturna. quod saltem duae vires sunt necessariae per text. in l. iij. in fin. C. de epis. aud. de quo per Curt. in rub. extra, de cōsuet. quae. l. iij. Sed quia huic fundamento etiam aliis modis responsum est per praestantissimos aduocatos, non infesto vltimus, vt potest in re clara. Ethaec omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXI. SVMMAE.

- 1 Verba indicant intentionē loquentis, ideo ab eis non est discedendū.
- 2 A sententia arbitratorum non datur appellatio.
- 3 Arbitratorum dignoscendorum ratio.
- 4 Verbum compromissum est consensus, non conuenit delegatis, qui iurisdictionem habent, etiam in inuitos.
- 5 Dictio stipulatione inducit compromissum non simplici pacto, sed stipulatione conceptum fuisse.
- 6 Arbitrij delegationisq. concusio.
- 7 Delegationem arbitrij iure censeri.
- 8 Potestas arbitri finitur morte compromittentis, quia respectu heredum compromittentis non subest consensus, qui ex affectione in arbitros procedit.
- 9 Mutatio qualitatis superueniens, facit vt nouus consensus requiratur.
- 10 Compromissum minoris nullum.
- 11 Minor eo ipso quod compromittit censetur lesus, praesertim cum id fecerit absque auctoritate Curatoris.
- 12 Imperator etiam circa consensum partium, potest causam de Consil. Andree Alciati.

legare, appellatione remota. 13 Minorem ob compromissum restitui. 14 Datio fidei, & iuramentum aequiuantur, improprie tamen. 15 Verba haec, deit fidei manu leuata, cū sint ambigua possunt intelligi de simplici promissione, etiam non iurata. 16 Debet fieri interpretatio contra eum, qui se fundat in verbis ambiguis. 17 Sententiam ad non petita non trahi. 18 Sententia eius executio habet formam à lege statutam, & à iure publico pendet. 19 Cū non apparet quem literas sibi missas accepisse & approbasse ex eis non potest se fundare. 20 Acceptans partem literarum, & partem repudians, non potest earum literarum beneficio vti. 21 Praescriptio est exceptio litis finita, impediens ingressū iudicij. 22 Lex dicit eum qui praescriptioni inmittitur, impium remedium allegare. 23 Praescriptio cū titulo pro suo, vel pro herede, non est impium remedium, sed fauorabile, quia lex ait fauore publico esse inductum. 24 Ad interueniendum praescriptionem 10. vel 20. annorum, res quiritur litis contestatio. 25 Praescriptio 30. annorum aduersus eum qui bonae fidei sit, non interruptitur sola citatione. 26 Emptor qui emit cum pacto retrouendendi, non obstante tali promissione nihilominus vsucapit. 27 Princeps potest tollere beneficium praescriptionis. 28 Præiudicia Principum non nocent ei, qui non est citatus, cū citatione sit de iure diuino, quod non potest per Principē tolli. 29 Rescriptum impediens vsucapionem consumandam, non impedit iam perfectam. 30 Actor sibi contrarius, non est audiendus. 31 Delegati Principum ante litem contestatam sunt recusandi, non autem post, nisi ex causa superueniente, vel etiam antecedente quam partes ignorassent. 32 Delegatus à Principe cum clausula appellationis remota, potest recusari vt suspectus, si subsit iusta causa. 33 Iudex recusatus sit, non obstante recusatione, procedat quod talis processus sit ibi iure nullus. 34 Iusta causa recusandi iudicem est, quādo grauat partem & aliae cause adducuntur. 35 Recusationis vtilitas.

Antgrauij Habsiae illustris, & eius aduersarij rum Comitum à Nassau in causa prima difficultas offertur, an litare Cas. maiestatis causam illam iudicibus committens, ad delegationē pertineant, atia compromissum, id est an prefati iudices sint delegati, an arbitri. Et videretur esse delegatus: quia in dictis literis non vno in loco sic appellatur ibi, Nostros commissarios, & delegatos ordinamus, &c. & ibi, Qui sub delegati commissarij, &c. & in discursu multis in locis vbi que sic appellatur vnde à j. verbis dicende non possumus, quae indicant intentionem loquentis. l. Labeo. de sup. leg. Confirmatur haec sententia, dum in eis literis dicitur quod dicti tanquam Caesari commissarij de iure cognoscere, & pronuntiare debeant absq. contradictione, appellatione, supplicatione, &c. nam si arbitri essent, frustra de appellatione fieri mentio, cum tamen sententia arbitratorum non detur appellatio. l. j. C. de arbit. & licet doct. in l. nemo potest in fin. ff. de leg. excipiant. aliquot casus, tamen illi exceptioni conueniunt nostro. In contrarium, quod imo fisti iudices sint arbitri probatur ex illis verbis. Tantum consequuntur quod vtraque pars insequens compromissum, & cognitionem consensus, & petere nobis stipulata manu, & fide data promissit. ponderando dictionem, j. Compromissum, & verbum Consensit, quod non conuenit delegatis, qui iurisdictionem habent etiam in inuitos. l. j. C. qui pro sua iurisd. l. inter stipulatē. §. j. de ver. obl. Abb. c. innotuit. de arb. & dictio stipulata, quae indicat cōpromissum non simplici pacto, sed stipulatione conceptum fuisse, secundum l. diem proferre. §. si. vbi not. ff. de arbit. & in l. ij. eo. tit. Bar. & doct. d. l. nemo potest. in fi. Probatur etiam versus finem rescripti ibi, Et iuxta tenorem huius compromissi procedatur & rursum, Quod hoc compromissum, & cognitio iudiciaria, & quicquid

ordinatum, &c. quibus verbis satis videtur ostendi, quod isti potius fuerint arbitri, quam simpliciter delegati. Apparet hoc quoque ex praefatione, in qua dicitur, *Quamvis amicus transactio frustra tentata sit, tamen tantum consequuti sumus, quod utraque pars, &c.* unde potest deprehendi, quamvis noluissent amicabilem componere & arbitratorem eligere, sub quo proprie fit amicabile transactio secundum gl. in auth. vt diff. iud. ff. i. tamen fuerunt contenti in arbitrum consentire, qui de iure cognosceret. Et licet quandoque appellentur delegati, vel commissarii, &c. tamen hoc ea contemplatione dicitur, quia nominati sunt ab ipsa Cæs. maiestate, non tamen ideo minus sunt arbitri: sicut videmus, quod arbitri iuris nominati ab ordinario dicitur delegati & tamen etiam proprie sunt arbitri. arbitris seq. ff. dui. sat. cog. c. ab arbitris de off. deleg. libro vi. & à talibus appellare licet iuxta l. si. ff. à quib. app. non lic. Quid ergo dicendum in casu nostro? Et non est dubium posse aliquem esse iudicem delegatum, & etiam arbitratorem simul, vt si postquam quis fit delegatus, & partes deinde in eum compromittant, vt est tex. in ca. nisi essent. extra, de præben. & quod in arbitratore dicitur, idem tenent canonistæ in arbitro in ca. innotuit. in gl. j. extra, de arbi. dum modo non simus in casu, in quo iurisdictione delegata, & arbitri concordare non possunt, vt ibi per Ant. de But. tunc enim videretur subesse quædam contrarietas, nisi essent diuersi articuli additi in Abb. vel vnus diuisibilis, vel indiuisibilis in quo utraq; potestas cõueniret. sequitur Felin. in ca. cū ex officij. verfic. ij. conclusio. extra, de præscrip. Et certè illa opinio est probabilis in casu ipsorum, quando diuersis temporibus facta est delegatio, & compromissum, sed in casu nostro non videtur fuisse actum de publici potestate in istos transferenda, sed de vna tantum, unde propter euitandam contrarietatem videndum est quomodo sit intelligenda hæc commissio. Et putarim etiam si dicamus fuisse delegationem, tam en censerit eam restrictam ad similitudinem arbitrorum, vt sicut arbitri non eliguntur, nisi de consensu partium, ita & ista delegatio sapiat naturam arbitrij, quatenus ad consensum partium pertinet, prout in simili per Bar. in auth. & consequenter in fi. C. de sent. unde inferitur, quod cū compromissum in arbitros soluatur morte alicuius ex compromittentibus l. diem. ff. j. l. sed interpellatus. in fi. de arbit. per Bartol. in leg. si quis arbitratu. q. antepen. de ver. oblig. ad ob. vt sententia inde facta sit nulla, idem videtur in casu nostro: ratio enim, cur morte compromittentis finiatu[r] potestas arbitri, est: quia respectu hæ redum compromittentis non subest consensus, qui ex affectione in arbitros procedit. ca. fina. doct. extra, de arbit. quæ ratio videtur militare etiã in casu nostro, quia rescriptum Cæs. maiestatis est fundatum in consensu ipsarum partium, unde apparet noluisse eam talem potestatem durare, nisi quatenus durarent ipsæ partes seu viuerent. Et cum mortua sit d. Elisabeth principalis, nihil refert, quod diuuant procuratores eius hæredes, quia mutatio qualitatis superueniens, facit vt nouus consensus requiratur. l. j. in prin. de pigno. l. cum vir. vbi Bartol. in fine. ff. de vsucap. cum isti non consenserint tanquã hæredes, verum quia tractatur de interpretatione rescripti Cæs. maiesta. talis declaratio plurimũ ab eius æstimatione pendet. iuxta text. in l. Neratius. vbi nota. de reg. iur. ideo transeamus ad alium articulum. Sequens quæstio est circa quod nullitatem compromissis: quia illustris d. Philippus Landgravius tempore quo cõsensit erat minor 19. annis: unde compromittere non potuit: quia eo ipso, quod compromittitur censetur læsus. l. si minor. ff. minor. ff. de minor. maximè cum hoc fecerit absque auctoritate curatoris. gloss. & doct. l. penu. C. si aduer. rem iudi. præsertim etiam cum expressè renuntiauerit appellationi promittendo stare iudicatis absque cõtradictione, appellatione & supplicatione, quæ promissio etiam si non de arbitris, sed de delegatis intelligatur, continet manifestam læsionem, secundum gl.

in d. ff. minores. & per Barto. in leg. nam postea. ff. si minor. ff. de iureiur. Alexand. consi. cxv. in v. & ideo, istis actoribus petentibus executione sententiæ obstat exceptio læsionis aduersus quam potest peti restitutio in integrum, etiam per modum exceptionis, secundum distinctionem Bartol. in d. ff. si minor. quæ videtur magis communiter approbata vt per cañ. in c. cū vener. de excep. & dixi in l. si ex falsis. C. de transact. Nec obstat, quod talis promissio facta sit ipsi Imperatori, quam ipse approbavit, & secundum eam causam iudicibus seu arbitris commisit, unde non videtur tali causa concedenda in integrum restitutio: quia coram tanta maiestate nemo præsumitur læsus. Et quia etiam citra consensum partium potest Imperator causam delegare appellatione remota. l. j. ff. fin. ff. à quibus app. non lic. c. pastoralis. c. vt debet. extra, de appell. maximè ergo si partes consenserint. d. l. j. ff. j. & l. fina. C. de temp. appell. & quod habetur in c. ex parte. de offic. de leg. per Felin. c. causam quæst. de rescrip. Nam respondeo, quod ex lectura rescripti satis apparet quod Cæs. maiestas eam commissionem non fecit, volens vt suprema potestate sua, sed solum sequendo consensum ipsarum partium, nec fuit commissurus appellatione remota, nisi partes consensissent: unde cum Landgravius esset minor ætate, censetur ex tali consensu læsus, & ideo talis restitutio nõ aduersus factum Cæsaris petitur, sed aduersus consensum. l. præfati. in fine. ff. de minor. & ideo ipsemet Cæsar restituere debet. l. minor autem magistratus per. responso. ff. de minorib. & restitutio aduersus consensum illum concessa infirmabit omnia, quæ ex inde sunt sequuta. l. si ex causa. l. quod si minor. ff. restitutio. ff. de min. Nec obstat, quod Landgravius impetrasset veniam ætatis, prout dicitur in replicationibus partis aduersæ: quia de hoc non constat (quod ego viderim) in actis, nec exhibita est hæc concessio veniæ, ideo si exhibeatur oportebit videre, an sit obseruanda cum ante 20. annum lex prohibeat talē veniam impetrari. l. ij. C. de iis, qui æta. ven. & posito, quod valeat erit considerandum an tractatur ad casum nostrum, in quo tali consensu inducitur renuntiatio, & præiudicialis respectu bonorum immobilium, quæ aliàs alienari non possunt, per ea, quæ habentur in d. l. ij. & per Card. consi. xv. Paul. Castr. cõf. cvj. in ij. Curt. Sen. cõf. xliij. Socin. cõf. xxv. Non obstat, quod in rescripto dicatur promissione à Landgrauio factam fide data, & unde videtur impediri restitutio propter fidei donatione: quæ videtur significare iuramentum. auth. sacramenta puberum. C. si. aduer. vend. per Bald. in rub. C. res inter alios acta. Abb. c. ad aures. extra, quod met. sed tamen proprie loquendo aliud est datio f. l. ei. aliud iuramentum. c. commissum. extra, de iureiur. But. & Imol. c. quærelam. extra, de iureiur. Archid. c. ij. de spons. cū similibus. per Ant. Corfe. in rep. rubr. extra de iureiur. q. vij. unde. auth. sacramenta puber. loquens in sacramentis non videtur extendenda ad simplicem dationem fidei, vt etiam sentit Bart. & Bald. & Salic. ibi in primis quæstionibus dum requirunt quæ angantur scripturæ, vt ibi etiam per Ias. & facit quia ista verba de- dit fidem manu leuata, sunt ambigua, & possunt intelligi de simplici promissione, etiã nõ iurata. l. j. ff. de pact. cum gloss. ergo debet fieri interpretatio contra eum, qui se fundat in illis. l. veteribus. ff. de pact. Non obstat etiam quod nihilominus semper Landgravius etiã postquam maior est factus, litigauit corã illis commissariis: quia non ideo censetur approbasse clausulam illam appellationis remotæ: quia ex tali clausula non est læsus, nisi postquam est iudicatum, unde satis est quod tunc appellauerit, & petierit restitutionem aduersus dictam clausulam. Tertia est quæstio circa dimidiam partem hæreditatis pertinere ad d. Mechtildem. in qua videndum est, an executio sententiæ possit etiã in ista dimidia fieri, & si nõ possit, an Landgravius tutus sit ex ceptione præscriptionis, sciendum igitur est, q. cū dimidia in iudicio petita loquatur, nõ potest dici, quod talis pars ex sententia sit

loquatur, non potest dici, quod talis pars ex sententia sit debita, & consequenter quod executio sententiæ ad eam fieri possit. l. j. C. de exec. rei iud. quia sententia & eius executio habet formam à lege statutam, & à iure publico pendet. l. prolatam. C. quomod. & quand. iud. per Bart. l. j. C. qui pro sua iurisdic. Bald. l. si diuersa. C. de transact. Abb. c. significasti. extra, de foro comper. Nec obstat, quod Landgravius scripserit literas, quod hæc causa esset eiusdem iuris, cuius lis de altera dimidia. Quia responderetur ad hanc obiectionem quatuor modis. Primo, est quod hæc literæ essent præiudiciales Landgrauio, tamen non operarentur in vim sententiæ, sed in vim pacti & consensus duntaxat, secundum gloss. in l. ij. C. comm. vtr. iud. & quæ per illum gloss. Felin. in d. c. significasti. & Decr. c. examinata. in ij. nota. extra, de confirm. vtil. vel inutil. in e. prudentiam. de offic. deleg. aded quod talis consensus iure publico non innititur, & nihil ultra potest, quam simplex pactum, secundum Ioan. Cald. consi. viij. tit. de re iudic. & quod not. Angel. in l. pactum inter. ff. de pact. clarum autem est iure nostro pactum non habere paratam executionem: sicut nec cæteros contractus, sed ex eo casu, quo sufficiat actioni, vt quia vestitum sit agendum esse ordinariè, id est porrecto libello, & cæteris solennitatibus iudiciorum obseruatis, vt est rext. vbi Baldus & cæteri notant in l. minor 25. ann. cui fideicommissum, ibi ad initium nouæ petitionis. ff. de minor. unde poterit in tali iudicio Landgravius opponere quasennque exceptiones, & se melius defendere, quæ fecit in hoc alio iudicio, & puto hanc solutionem esse clarissimam. Secundo responderetur, quod isti actores non consenserunt hiis literis Landgrauij, nec se apparet quod eas acceptauerant, unde non possunt se ex eis fundare per regulam. l. iij. vbi Bald. in ij. nota. C. de repud. hæred. & quod notat Cin. l. j. in vj. quæst. C. de confess. vbi etiam Salic. in xv. oppof. & etiam si acceptauissent aliquam partem, ex quo alij parti contradixerunt, non possunt eorum beneficio vti: quia non possunt se partem acceptare, & parti contradicere, secundum regulam. l. contra iuris. ff. si filius. ff. de pact. vbi Ias. post alios. & l. si quidem. C. de except. per Bartol. in l. Aurelius. ff. idem quæsit. ff. de lib. leg. nec enim Landgravius fecisset eam oblationem, nisi actores in totum eam acceptassent, merito non possunt ea pro parte vti. l. Caius. ff. de manumij. l. Pomponius. ff. cum quis. ff. de acquir. possess. Tertio responderetur aduerterendum esse, quod ad hoc vt dictus consensus damnum aliquid inferat Landgrauio oportet, quod sit talis, qui obligationem inducat. unde si pactum nudum solum induceret iure ciuili non esset efficax, secundum l. iuris gentium. ff. igitur nuda. ff. de pact. & tali casu non procederet. gloss. in dist. l. ij. C. commu. vtr. iud. supra per me allegata, prout eam declarat, & limitat Felin. in d. c. significasti. verfi. vltimo considera, quod ideo à me dicitur, quia cum proponatur solum scriptas esse literas, videtur quod istæ literæ inducunt simplicem pollicitationem, quæ nullam obligationem inducit. l. Charidemus. ff. de pollicic. sed quia non vidi istas literas, nec sunt exhibitæ in processu, non possum quicquã certius de hac re scribere. Quarto responderetur, quod respectu huius dimidiæ obstat exceptio præscriptionis, quæ præscriptio est exceptio litis infinitæ impediens ingressum iudicij. l. transacta. l. sequen. ff. de verb. signif. c. j. de lit. contest. lib. vj. per Bart. & doct. l. nam & postea. ff. de iureiurand. Ipsi enim sunt supra 40. anni cum Landgravius cum patre suo possideat hæc bona tanquam sua, & vigore prætenforum iurium, & conventionis in ita inter dominum Saxonie, & Gulielmum medium unde cucurrit vsucapio pro suo inter præsentis 10. annis, inter absentes 20. secundum regulas iuris communis. l. penul. C. de præscriptio. long. temp. & cum Ipsi sint anni 40. & plus apparet rem esse magis clarã, vt amplius super hac dimidia molestari non possit, sed plenissima securitate fruatur, secundum l. omnes. in fi.

C. de præse. 30. vel 40. ann. l. j. C. de vsucap. transfl. j. C. de edict. diui Adr. & de iure canonico, est textus in c. ij. ff. j. de præser. lib. vj. & xvj. quæst. iij. ca. volumus. & licet lex dicat eum qui præscriptioni innititur imperiũ remedium allegare. ff. in authen. vt eccles. Rom. tamen loquitur in præscriptione abfque titulo, & cum mala fide, quod nõ est in casu nostro, cum probabiliter crediderit Landgravius hanc dimidiã partem ad se pertinere, cum de ea non fuerit interpellatus nec constitutus in mala fide, vt mox dicam. ¶ præscriptio enim cum titulo pro suo, vel pro hærede, vel similis, nõ est impium remediũ, sed fauorabile, quia lex ait fauore publico esse inducũ. l. j. ff. de vsuca. l. fin. ff. pro suo. per Io. And. in reg. possess. in Mercurialibus. Nec obstat, quod per dictas literas videantur interrupta præscriptio. argum. l. cum nouissimi. in prin. C. de præscriptio. xxx. vel xl. anni, quia hoc non est verum: cum enim loquamur de præscriptione x. vel xx. annorũ, vt ea interrumpatur, requiritur litis contestatio. l. ij. ff. penult. ff. pro empt. l. mater. C. de rei vend. Barto. l. fin. in prin. ff. de eo per quem fact. erit. plus dico etiam ¶ præscriptio xxx. annorum aduersus eum qui bonæ fidei sit non interrumpit sola citatio, iuxta d. l. cum notissimi. sed tali casu adhuc requiritur litis contestationem, secundum Abba. & Felin. in c. illud. extra, de præscript. imo etiam si mala fide inducã sit, non tũ interrumpitur præscriptio, nisi per legitimam citationem & perfectam, unde si actor non comparuit in termino citationis, non sit interruptio, secundum Felin. in d. c. illud. per regulam. l. & post edictum. ff. j. ff. de iud. Idem si relatio talis citationis non sit facta per nuntium: quia non sufficit scientia citari, secundum Alex. & Ias. in d. l. si Felin. d. c. illud. Cum ergo istæ literæ multum differant à citatione non videtur, quod ex eis interrumpatur talis præscriptio: sicut non interrumpitur per solam libellũ oblationem. l. sicut. verfi. nec sufficiat. C. de præser. xxx. anno. nec per citatione ad recipiendum testes ad æternam rei memoriam, secundum Fel. d. c. illud nec per sequestrationem, vt per Felin. loco supra allegato, conclusionem xij. & generaliter, nec per denuntiationem extrajudicialem. l. alienam. ff. pro empt. vbi gloss. Bart. cæteri. Alex. in l. naturaliter. ff. nihil commune. in a. ost. ad Bar. & consil. lxxxix. in v. Felin. d. c. illud. circa fin. in penult. conclus. & fatetur Bart. in d. l. alienã. quod talis denuntiatio post ceptam præscriptionem nõ est sufficiens ad inducendam malam fidem, per illum tex. & idem tenet etiam in l. naturaliter ff. de vsucap. sequuntur Can. in c. nihil. vbi Felin. de præse. cum ergo istæ literæ nihil aliud inducant, quàm denuntiationem extrajudicialem, non videtur per hoc dominus Landgravius esse constitutus in mala fide, nec esse interrupta præscriptio, secundum supradicta: quia cum ipse apprehendisset iam possessionem, & crederet eiusdem iuris esse hunc Comitatum cuius & Landgraviatus est, non debuit facile credere aduersantibus, nisi quatenus ipsi fecissent fidẽ affirmationis suæ per exhibitionem instrumentorum. l. si quis inficiatus. vbi Bart. ff. de depo. & declarat Alex. in d. consil. lxxxix. & ideo opus fuit actu iudiciali seu litis contestatione. vt supra dixi. Nec promissio facta per literas supra scriptas impedit hanc præscriptionem, vt ideo dicitur constitutus in mala fide, per supradicta: sicut etiã videmus quod emptor qui emit cum pacto retrouendendi, non obstante tali promissione, nihilominus vsucapit: quia intelligitur tale pactum si ille ante vsucapionem perfectam fuerit. d. l. cum notissimi. ff. j. per Ias. in l. petentes. C. de pact. Soc. consi. ccciii. Mod. l. nemo potest. de leg. j. ita in casu nostro promissio, quod eodẽ iure hæc pars censetur, est intelligenda nisi interim fuerit vsucapitum, quamuis (vt supra dixi) ista potius fuerit pollicitatio quàm pactum. & etiam si pactum ex eo nulla iure ciuili datur actio. d. ff. igitur nuda. Nec etiam obstat, quod Cæs. maiestas anno 1528 per priuilegium concessum ex certa scientia voluit præscriptione in hac causa currere nõ debere, cū clausula decreti irritatis, &c.

17 potest enim princeps tollere beneficium prescriptionis. l. prescriptio. C. de operibus publicis maxime adiecta clausula non obstante, secundum Petr. Cin. Bald. in auctor. C. de sacrosancta ecclesia. Nam ad istud obiectum patet responsio ex supradictis, maxime per textum in d. l. scilicet. veritas nec sufficit. ubi requiritur, quod ut tale scriptum habeat effectum interruptionis oportet, ut in iudicio postulatio subsequatur, & conventio, quod non est factum in casu nostro, & clausula illi scripti non tollunt nullitatem provenientem ex post facto culpa impetrantis, qui debuit presentare iudici, & facere conventionem, ut probatur in c. cum inter P. Causidici. extra, de renuntiati. c. ad nostram. ij. cum glossa extra, de iureiurando. & quod notat Angel. consil. lxxij. & in consilia Franc. Curt. Senioris consil. lxxvj. Secundo responderetur quod cum istud scriptum emanasset, non citato Landtgrauio, non debet si nocere, quia privilegia principum non nocent ei, qui non est citatus: cum citatio sit de iure diuino, quod non potest per principem tolli, ut est textus in c. j. extra, de caus. posses. & prop. ubi Abba. & ceteri. & in clem. pastoralis. versicul. nunc predicta. de re iud. & quod habetur in Lina. Cod. de legibus. ubi Bald. maxime stante conventionem leaperij, quod non tollatur liber cursum causarum, &c. Tercio responderetur, quod tempore impetrati scripti, id est, de anno 1528. iam perfecta erat usucapio, quia (ut supra dixi) in rebus immobilibus, cum titulo & bona fide currit decennio, inter presentes: & viginti annis, inter absentes. d. l. p. multa. C. de prescript. long. temp. maxime propter bonam fidem, & iustum errorem Landtgrauij, secundum glossam in l. hereditatem. C. in quibus causis cess. long. temp. prescrip. & notat. in l. cum solus. de usucap. unde

18 scriptum Casaris impediens usucapionem consummandam non impedit iam perfectam. l. patre furioso. ff. de iis, qui suat sui, vel alieni iur. & l. si vero non remunerandi. §. si post creditum. ff. manda. ubi docto. & per Paul. de Castre. in l. si quis. §. ieritum. in fine. ff. de iniust. rup. rest. Quarto responderetur, quod actor contradicens huic exceptioni prescriptionis non videtur audiendus, tanquam sibi contrarius l. j. C. de iur. si enim dicit prescriptionem non esse locum, tanquam reus sit constitutus in mala fide, & in prescripta litera & privilegio legis habeant vim conventionis iudicialis sequeretur, quod dres esse debet litigiosa, unde non valet emptio facta ab ipso cum d. Mechthilde secundum regulam auctoris. litigiosa. C. de litig. cum legib. seq. aut fatetur, quod non habet vim conventionis iudicialis, & valet quidem contractus, sed duntaxat pro rata pretij, quod verè effectus foretur, ut est textus in l. per diuersas. cum l. seq. C. quando sed tamen non impeditur prescriptio, & quatenus hereditas valet supra pretium solutum: quia in nullum est, in iis auctoribus privilegium Cas. manifestatis nihil operatur, quia non loquitur, nisi quatenus esset in dictis impetrantibus. Ultima est questio, quia commissarij allegati sunt suspecti, & detulerunt reculationem: licet pars aduersa nunquam voluerit eligere arbitros, an quia illi mortui sunt, si alij commissarij, à Cas. maiestate subrogentur, coram eis possit amplius de gravamine priorum agi, & probari? Et sciendum

19 est, de legibus principis ante lit. contest. recusandos esse, nisi ex causa superveniente, vel etiam antecedente, quatenus per res ignorasset. l. ij. cum gloss. pec. C. de consuet. civil. l. i. §. glo. cum speciali. extra, de appell. Bartol. & doct. l. h. a. C. de senten. Item sciendum est, quod

20 delegatus à principe cum clausula appellatione remota, potest tamen recusari, ut suspectus, si sublit iusta causa ut est textus in c. postremo. ubi omnes notant. extra, de appellat. & hoc procedit non solum iure canonico, sed etiam civili, ut est textus in l. j. C. ne liceat in vna. eademque causa. & in l. h. a. ubi Bartol. & doct. C. de sent. & licet gloss. in d. l. h. a. & Specul. titu. de recusat. §. j.

versicu. quid si sit causa, videantur aliter sentire saltem de iure civili, secundum Abb. in cap. super eod. ij. de appellat. tamen communis opinio est in contrarium: quia vno iure sublato, aliud remanet. l. si domus. ff. de seruit. vrb. an. præd. in casu tamen nostro est probabilis dubitatio: quia verba non loquuntur duntaxat de appellatione, sed dicunt absque contradictione, appellatione, & supplicatione utraque pars stare, &c. sed tamen ego crederem tali generalitate verborum non ceteri renuntiatum recusationi iudicis, quæ procederet ex culpa futura iuxta. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. Rursus est sciendum, quod si iudex recusatus, non obstante recusatione, procedat, quo talis processus est ipso iure nullus, secundum magis communem opinionem legistarum, quam tenuit Bartol. & alij in l. quia poterat. ff. ad Trebell. per textum in l. j. C. si quacunq. præd. potest. & Abba. in cap. cum speciali. in fine. de appell. Petr. de Anch. & Gem. in c. iudex per illum textum de offic. deleg. lib. vj. cum concord. Illud quoque sciendum, quod iusta causa recusandi in iudicem, est quando grauat partem, ut causa, quæ sufficit appellationi, sufficit etiam recusationi. arg. c. ad hæc j. extra, de appellat. ubi doct. Idem si apparet, quod nimis animosè in præiudicium partis procedat. c. ij. extra, de in integr. restit. ubi Abb. & Imol. & quod habetur in e. san. l. v. dist. Et exiis remanet decisa proposita questio: quia si mortui sunt dicti delegati suspecti, frustra quæreretur de eorum suspicionem, nisi ad istum finem, ut quatenus grauaerint: quia ex eo sunt redditi suspecti, eatenus grauamen illud reuocetur, & processus ex post facto tanquam nullus infirmatur: oportet tamen quod d. talem grauamen arguat dolum ipsorum, ut non videatur ei renuntiatum per illa verba, absque contradictione, appellatione, &c. d. §. illud nulla. ibi las. & supra dixi. Et ita mihi videtur saluo, &c.

CONS. CXII. SVMMAE.

- 1 Crida probant dominium & possessionem, & præiudicant quibuscumque non contradicentibus, quia censentur remissio iuris suum.
- 2 Possessio perditur solo animo.
- 3 Qui non sunt heredes, non possunt declarare animum defuncti.
- 4 Possessor dicitur habere ius in rem.
- 5 Testis repellendi modi.
- 6 Deponens non verisimilis, non debet facere aliquam fidem.
- 7 Quotiescunque agitur de probando certo & limitato tempore, non sufficit probatio generalis seu in genere.
- 8 In probationibus, sicut in ceteris actibus, specialia derogant generalibus.
- 9 Heres potest declarare animum defuncti.
- 10 Qui præiudicat, possidere ex aliqua presumptione legis, debet ipse dictam presumptionem allegare.

Est intentio Andree Alciati, pupilli fundata ex cridis alias factis ad instantiam aui D. Nicolai, quæ quidem crida & probant possessionem, & dominium ipsius iuxta l. locorum. C. de omni agr. deser. lib. xj. & tradit Bartol. cum quo ceteri transeunt in rem, quæ nobis. ff. de acqu. poss. & præiudicant quibuscumque non contradicentibus, quia censentur remissio iuris suum. l. si eo tempore. C. de remiss. pign. Felin. c. in. extra, de prescrip. Non obstant capitula producta per aduersantes quod d. Ludo. semper possedit, fructus percipiendo, &c. Respondeo, quod cum propter cridas fundata sit intentio minoris, ad eas infirmandas oportet probationem esse concludentem, adeo quod constat tempore ipsarum cridarum, seu iuramenti præstiti per ipsum d. Nicolaum quod non possideret, secundum doct. Bartol. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de op. no. nunt. circa med. vers. facit quod dicimus, &c. Non video autem quomodo testes possint dicere quod Ludovic. tunc possideret, & non Nicolaus, cum & possessio perdat solo animo. l. iij. §. in admittenda, de acqu. posses. ff. & non contradicendo cridis

facis apparet, quod non habeat animum possidendi, si tamen prius possidebat, nec isti qui non sunt hæredes d. Ludou. quia filius abstulit hereditate, & occupauit bona iure dotis maternæ, possunt declarare & animum ipsius defuncti. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verborum obligat. notat. l. si quis à filio. §. si plures. ff. de leg. j. maxime cum isti non sint verisimiliter informati de istius animo. Præterea est aduertendum, quod licet retentio possessionis faciat aliquam coniecturam simulationis contractus, per not. per Bart. in l. post contractum. in iij. præsumpt. ff. de don. tamen sola non sufficit ad infirmandum titulum, ut ibi per Bartolum & per Bald. in l. emptor. C. plus valere, maxime cum Nicolaus mortuus sit infra modicum tempus, relicto Baptista filio minore, & ipse Baptista tempore bellorum locuisset uxorem, & decesserit, relicto isto pupillo, unde succedit, quod notabiliter dixit Picus in repet. d. l. post contractum. vers. iij. limit. ubi vult, illam coniecturam orientem ex continuata possessione non habere locum, quando emptor decessisset relicto hærede ignorante, vel minore, prout fuit in casu nostro. Accedit etiam alia coniectura quia Ludou. tunc erat debitor mille scutorum, ipsius domini Nicolai, & Nicolaus illi remisit tale creditum, & extat etiam nunc obligatio cancellata apud dominum Franciscum Pusterlam notarium, quod arguit, quod Nicolaus remisit illud creditum, quia promiserat dominus Ludouicus illas cridas trāfere liberas. & hoc dico, etiam non visis dictis testium. & forte testes non probant hanc continuationem possessionis, ut deinde dicitur, si erit opus, sed supra scripta videtur mihi pro nunc sufficere, præsertim in causa pupilli, quæ debet esse commentata iudicibus, iuxta l. vnic. C. quando Imper. inter pupil. & in qua iudex ex officio debet supplere. l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de off. proc. l. sancimus. §. j. C. de adm. tutor. per Bartol. in l. iij. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. inf. in iij. opp. maxime ad recipiendum informationes de morte Nicolai, & minoritate liberorum, iuxta glossam in l. iij. verbo inimicitia. ff. de testi. Deinde visis dictis testium, dico persistendum esse in supradictis, quod dictus pupillus debeat obtinere, qui habet fundatam intentionem ex ipsis cridis, tam respectu domini, quam respectu possessionis, & quia crida facta sunt de anno 1515. attendimus ad decretum, & provisionem quæ tunc vigeat, iuxta l. leges. C. de legib. Crida autem dicunt, quod quicumque præiudicet ius in rem, vel locum, &c. unde si d. Ludo. possidebat, tenebatur comparere, quia & possessor dicitur habere ius in rem. secundum Inno. in cap. episcopi. extra, de rebus eccles. non alienan. l. j. ff. de acqu. posses. Alioquin præsumptio est, quod non possideret. Et istud manifestè sentit Decretum prouidens abutibus. In prima abusione & in quinta. ubi vult, quod ponens teneatur iurare se possidere, quia tunc ei redederit. & in quinta ubi requiritur, quod nominatim exprimat à quo habuerit datum dominij, vel possessionis, & sic tali casu ei creditur. Nec obstat, quod pars aduersa videatur probasse quod dominus Ludouicus possidebat, percipiendo fructus, & locando, &c. Responso pluribus modis. Primum etiam, quod dominus Ludouicus fecisset actus possessoris illo tempore, tamen cum dom. Nicolaus emerit, & ex emptione in eum sit translata possessio crida, nocent ipsi Ludouico, quia nihil refert, quod dom. Ludou. etiam ipse possideret, cum ad translationem possessionis in emptorem non sit necessarium, quod dicta possessio sit vacas, sed sufficit etiam si ab alio sit occupata, secundum glossam & doct. in l. fundum. ff. de fundo dot. Bartol. in l. traditionibus. C. de pact. ubi lason in fine. cum simili. Secundò respondendum, quod cum possessio solo animo perdat. d. l. iij. §. in admittenda. ff. de acquisit. posses. dom. Ludouicus videtur eam perdidisse, non contradicendo, & præstando silentium, ut supra dixi. & istud quod dicit Decretum, & de eo, qui ante comparationem, à se posses-

ionem abdicat, & satis est, quod ponens iurauerit, ut in eo dicitur. Tertio respondendum, quod capitulum productum simpliciter dicit quod ab anno 1515. vsque ad annum 1556. dominus Ludouicus continuato tempore, possidebat, &c. & non dici ab anno 1515. cœptè vel perfectò, unde probatio est ambigua, quia si intelligatur perfectò, nihil obstat et cridas: & ita debet intelligi, ne contrarietas sit inter istos testes & cridas, quæ fuerunt factæ in dicto anno, nondum perfectò, ut est doctrina Bartoli in l. ij. §. creditum. ff. si certum petatur. cum quo ibi transeunt doctores. Nec obstat, quod tertius testis dicat, ab anno 1510. &c. respondeo, dicit extra capitulum. ideo non probat. l. si duo. §. idem Iulianus. de iureiurando. Item & eius ratio non inferit, nisi de domibus dirutis, & sic parte quam ipse habitabat. ergo non probat de toto, ut per Bartolum & alios. in l. Celsus. de usucapione. Item iste testis nimis audacter deponit. ideo est suspectus. v. questio. v. can. qui ambulat. ubi glossa & Archidiaconus. Item audeat destruere negatiuam, quod nemo contradixit possessioni, quin ipse sciuisset, &c. quod est falsum, & falsitas conuincitur ex publico instrumento cridarum. Quia eo ipso, quod dominus Nicolaus asserit se possidere, & ita iurat, & ponit ad cridas, dicitur contradicere, & molestare dominum Ludouicum secundum Bartolum in l. si prius. in j. parte in v. opposit. ff. de operis notu nunt. ubi alij doctores Alexand. consil. l. ij. in ij. lxxxiij. lxxxvij. xc. in v. & certè est mirum, quod iste testis rusticus & idiota audeat deponere talem negatiuam, quæ communiter non cadit in sensum talis viri. unde tanquam & deponens non verisimilis, non debet facere aliquam fidem. l. iij. §. j. de testibus ver. verisimilia. Decretum consilij xciij. & in omnes casus iste testis est solus, igitur nullus. l. iurisurand. C. de testibus. Quarto respondeo, quod quotiescunque agitur de probando certo & limitato tempore, non sufficit probatio generalis seu in genere, secundum glossam in l. ob carmen. §. fin. ff. de testibus. Spec. in titulo de testibus. §. j. item de tempore. Bartolus l. Celsus. ff. de usucapione. ubi Mod. Repet. Claud. & Baldus. unde in casu nostro ad infirmandas cridas, oportuit in specie probari, quod tempore iuramenti præstiti per dominum Nicolaum in cridis, quod ipse non possideret, sed dominus Ludouicus aliis specialis præsumptio illius temporis præualet generali probationi, quia sicut in ceteris actibus, ita etiam & probationibus specialia derogant generalibus, secundum Innocent. c. auditis. de prescriptioe Alexan. consil. cl. in v. Cagnol. l. in toto. de regulis iuris & facit quod nota. Bartolus in dict. l. non solum. §. sed vt probari. & supra dixi. Quintò respondeo, quod isti testes non probant possessionem, nisi per effectum, quia dominus Ludouicus percipiebat fructus, & petitiones, &c. secundum Baldum in l. iudicia. C. de rei vendicat. quæ probatio sufficit, quando ipse possidens, vel eius hæredes hoc allegaret. & ita loquitur Bartolus in l. iudibus. circa princip. C. de agricol. & cens. lib. xj. Felin. in proemio Decret. cum similibus. & ratio est, quia & hæres potest declarare animum defuncti, sine quo animo nulla est possessio. l. Pomponius. §. fin. ff. de acquisitione posses. Anton. de Burr. & Abba. c. ad sedem. extra, de causis posses. sed in tertio, qui non sit hæres, prout in casu nostro, hoc non videtur sufficere: cum ille non possit declarare animum defuncti, & cum possessio tertij possit extinguí pluribus modis, nõ debet esse locus huic præsumptioni ut in casu simili dicit Petrus de Ancha. consil. cxcvii. vers. non obl. si dicatur, &c. Arret. d. l. Pomponius. §. fin. & facit regula, quod & qui præiudicat se possidere ex aliqua presumptione legis, debet ipse dictam presumptionem allegare secundum doctr. Bart. in l. cum quid. ff. si cert. per. nec sufficit quod tertius hoc dicat, ut per Bartol. in l. j. ff. si ager ve. Gi. lafo. l. Posthumo. C. de bon. posses. contra tabu. & satis sentit gloss. in l. siue possidetis. C. de probat. & putat verum

in casu nostro propter praesumptionem contrariae possessionis, orientem ex dictis cisd. & ita mihi videtur dicendum iuris esse.

CONSIL. CXIII. SVMMAE.

- 1. Fructus non nisi ex causis cum usuris compensandi.
2. De iure communi licet creditori computare credita, versus alia credita.
3. Aliquod propter non liquidum non debet supersederi.
4. Interesse non petendi cause.
5. Condemnatus in parte, censetur absolutus in alia parte, quando opposuit exceptionem peremptoriam.
6. Argumentum de interesse ad alimenta valet.

Leet sine subtilia motiva data contra d. Ioan- nem Angelum Robinum, tamen puto apertissimum ius esse in eius favorem. Non obstat, quod creditor possit usuras, seu interesse quod earum loco hodie succeditur compellere cum fructibus percipit ex re pignoratam. cum debitor vbi Sali. ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca non solum pro principali, sed etiam pro usuris, ut dicit gloss. in d. l. cum debitor. in ultima soluti. ibi vel nominatim quam approbat ibi Fulgo. vel saltem, quando sumus in dubio: secus si clarum sit rem non esse pignoratam pro usuris. l. solutum. §. si in sortem. ff. de pign. actio. quod est in casu nostro: quia in sententia creditorum conceditur pignus solum pro sorte. unde ex forma provisionis censetur liberatum ab usuris, seu interesse: & sic super illis bonis peti non potest. arg. l. Paulus. §. j. & ibi not. & l. pupilli. §. pen. & per Bartol. in l. cum ex pluribus. ff. de solutio. alias, si liceret creditori compensare fructus perceptos, bona non essent libera respectu interesse, quod esset contra dictam sententiam. Secundum respondetur, quod literae Ducales tollunt hanc difficultatem dum mandatur, quod si satisfactum est creditori: pro cuius vigore factus fuit introitus in domo per computationem reddituum: quod restituatur domus. & sic apparet intentio principis volentis: quod computatio reddituum fiat versus creditum: cuius vigore facta est immissio, non versus aliud: alioquin, si liceret creditori computare illud creditum versus alia credita: prout de iure communi permittitur. l. i. vers. quoties verum. ff. de solut. literae illae essent nullius effectus. Tertio respondetur quod allegata in contrarium procedunt, quando pignus traditur ex voluntate debitoris: quia tunc lex praesumit pro eius ampliatione: ut etiam retineatur pro usuris. l. per retentionem C. de usur. sed quando fit traditio contra voluntatem debitoris prout in casu nostro: quia Robinus fuit coactus per sententiam, & tunc non conceditur retentio, nec compensatio. l. si non inducta. vbi Salic. ita declarat. C. in quib. caus. pigno. vel hypot. tac. contra. Quarto respondetur: quo allegata in contrarium possent procedere in usuris, vel interesse liquidis: secus, si non sint liquidae: quia tunc non debet supersederi a liquido propter non liquidum. l. idem Pomponius scribit si de meis. §. fin. ff. de arbit. l. si. C. de compensat. sed istud interesse non est liquidum: ergo, &c. Nec obstat: quod sic liquidum per iuramentum domini Augustini, cui videtur competuisse haec facultas ex forma statuti nostri. Quia tribus rationibus ostendo adhuc interesse non est liquidum. Prima, quia statutum non concedit hanc facultatem iurandi, nisi in casibus, in quibus de iure canonico interesse potest peti: & idem nisi sit mercator: vel probet se incurrisse in aliquod damnatum: non admitteretur talis liquidatio per iuramentum: ut per Alexand. consil. cxlj. viso themate. in j. dubio. in v. volum. nec ista sunt probata in processu: sed ego arbitror. Secunda ratio: quia si aut petitur istud interesse: vigore sententiae latae in causa creditorum: & male petitur: quia talis sententia non declarat: nisi simplicem hypothecam, non autem ius

personale, seu actionem personalem competentem ad interesse: aut petitur vigore primorum instrumentorum: & de eis in hoc iudicio non est curandum: quia illa non sunt liquida: ex quo eis opponitur de metu: & simulatione cessionis: & aliis exceptionibus: propter quas res est liquida: ut per Iaso. in l. j. in princ. in j. que sit. Bartol. ff. de operis noui nun. & literae Ducales reiciuntur a praesenti iudicio: relaxationis domus, exceptiones non liquidas. Tertia ratio est, quia (ut aliis dixi) statutum non tribuit hanc facultatem iurandi, nisi creditori, qui contraxit, vel haeredi: unde non comprehenditur iste, cui ius quaeritur ex dispositione statuti: de fratribus inuicem cohabitantibus: non autem ex contractu. argum. l. qui liberis. §. haec verba. ff. de vulga. & pupill. & aliis diffusius ostendi. Quinto respondetur nullum deberi interesse: nam in contradictione creditorum fuit contraditum: non solum pro principali, sed etiam pro interesse promisso in instrumentis, & iudex condemnauit solum in principali. unde censetur absolute ab interesse: per doct. Bart. in l. si plures. in vlt. verbis. ff. de fideiuss. vbi i. condemnatus in parte, censetur absolutus in alia parte, quando opposuit exceptionem peremptoriam, prout fuit in casu nostro, propter exceptionem metus, & simulationis. & sic isti rei conuenti habent contra se exceptionem rei iudicatae, quantum fit ad hanc domum pro interesse. Secundum non debetur interesse, quia erat in facultate actoris, qui habebat rem iudicatam, & pignus iudiciale, ad habendam solutionem, videlicet ad impetrandum ius dominij. l. j. §. j. vbi gloss. & Bart. de usuris. per Alexand. in dict. l. dimortio. ff. sol. matrim. nec obstat, quod in motiuis dicitur, quod per hoc non sequitur, quin possit peti etiam usurae futuri temporis: quia imo gloss. & Bartol. hoc expresse dicunt, per rationem illius text. quae optime procedit in casu suo, & nostro, videlicet, quado res est iudicata, ita quod executio est in promptu creditori. secus, si non esset: tunc enim non dicitur esse in eius potestate, & sic tollitur absurdum, quod deducebatur in motiuis. Nec obstat, quod Alexand. in dict. l. dimortio. loquatur in alimētis: quia eadem est ratio, quae de interesse, & doctores ibi in illa materia semper arguunt de vno ad aliud, & licet concludat i. Alexand. quod interesse lucris cessantis debeatur uxori a die morae, tamen intelligitur, nisi sit in facultate vxoris sibi satisfacere, ut quia habeat pro se sententiam quae transierit in iudicatum, & sit in possessione iuxta supradicta. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXIV. SVMMAE.

- 1. Ius dicitur esse laesum, quando imminuitur per as alienum.
2. Verba laudi de futuro loquentia, ad praeteritum trahi non possunt.
3. Verba secundum suum tempus, semper sunt accipienda.
4. Verba praeteriti temporis non trahunt ad futurum.
5. Ex sententia arbitri ex aliqua causa alienationem prohibentis, nec ius dominij, nec hypotheca impenditur, quin transeat in ius creditoris.
6. Arbitri omnem potestatem ex compromisso habent.
7. Quicquid fieri per contractum non potest, nec quidem per arbitri sententiam posse.
8. Iudicis sententia regulariter alienationem impedire non potest, sicut nec dominium absq. traditione transferre potest, fall.
9. Res subiecta fideicommissio ante euentum conditionis, potest alienari, & obligari creditoribus.
10. Debita a filiis aequae solui in causa ab haeredibus.
11. Impensa funeris deducitur ante as alienum.

Omologati laudi verba p partes sunt, quod dominus Opizo in futurum non possit quocunque modo, & via dictam quartam partem bonorum vendere, alienare, de ea contrahere sub poena mille aureorum, &c. & quod dicta quarta pars semper stet firma, & illa pro dicto d. Gabriel post mortem patris sui. Quaeritur stantibus dictis verbis, an dictus dominus Gabriel teneatur ad debita haereditaria? Et videretur prima fronte dicendum, quod non:

non: quia illa verba laudi, quo dicta pars stet firma & illa. iuncta cum cum probatione alienationis inducunt, quod dicta bona non possit hypothecari creditoribus per tex. in leg. codicillis. §. instituto. ff. de legat. ij. ibi sed manere eas firmas, & simplices, & quia ius dicitur esse laesum, quamdo imminuitur per as alienum. leg. j. ff. ex quibus cau. maior. in gloss. & istud maxime videtur dicendum si d. Gabriel nolit esse haeres patris sui, quia aeris alieni solutio ad haeres pertinet, non autem ad ipsum, qui non censetur venire iure haereditario, sed potius tanquam creditor vigore praedicti laudi. leg. cum hereditas. j. ff. ad Trebell. vbi Angel. not. & per Deci. consilio. ccc. Angel. consilio xxx. Aret. consilio. cxlvij. cum similibus. Sed tamen istis non obstantibus, puto esse distinguendos aliquot casus quibus domini Gabrielis portio erit minuenda propter as alienum patris sui. Primus est respectu creditorum anteriorum tempore, laudum enim ad eos trahi non potest: quia loquitur de creditoribus in futurum, non autem de iis, qui causam habent de praeterito, unde verba laudi de futuro loquentia ad praeteritum trahi non possunt. leg. verbum. erit. ff. de verb. signa. i. verba enim secundum suum tempus sunt accipienda. leg. si ita scripserit. ff. de leg. ij. leg. cum illud. §. j. ff. quan. dies leg. ced. sicur videamus contrarium quod i. verba praeteriti temporis non trahuntur ad futurum. l. si stipulatus fuerim illud. cum stipulamur. ff. de verb. oblig. leg. si a colono. ff. eod. titu. Et quod utrobique not. doctores, & dixi in leg. verbum oportebit. ff. de verb. signa. respectu ergo creditorum, qui habent causam antiquiorem laudo, clarum est dicta verba eis nihil obesse: & ideo vxor poterit iure hypothecae suae hanc quartam partem auocare, si velit: quia quo ad eam tale laudum nullius est effectus, ut probatur in leg. cum ab vno per locum a speciali. ff. de leg. ij. & in leg. si filia. §. si pater. ff. fami. ercisc. & habetur in leg. pacto successorum. in leg. debitorum. C. de pact. Alius est casus etiam respectu futurorum creditorum: cum enim prohibitio haec alienationis ut quarta pars remaneat firma & illa domino Gabrieli, &c. facta sit per sententiam arbitrorum, succedit communis conclusio, quod i. ex sententia arbitri ex aliqua causa alienationem prohibentis, nec ius dominij, nec hypothecae impeditur, quin transeat in creditores. cap. Raynaldus. de testam. vbi gloss. ver. neutra. quam doctores ibi omnes sequuntur. Cum enim i. arbitri omnem potestatem ex compromisso habeant. leg. non distinguemus. §. de officio. ff. de recept. arbitri. videtur haec prohibitio per contractum. id est, compromissum facta esse: & ideo alienationem non potest impedire. l. ea lege. C. de condit. ob caus. unde solet dici i. quicquid fieri per contractum non potest, nec quidem per arbitri sententiam posse, secundum Angel. consilio. cccxxvij. punctus talis. Nec quicquam refert, quod in casu nostro partes homologauerint dictum laudum, adhuc enim valet duntaxat in vim transactionis, & sic contra gloss. §. si vero. in authent. vt differ. iud. Nec etiam refert, quod ex ea sententia arbitrorum daretur actio, quia esto, quod ita sit tamen talis actio est in personam. ex causa iudicati descendens. l. cum antea. C. de arbit. unde ius emptoris, seu creditoris, vel cuiuslibet alterius successoris singularis impedire potest. l. j. §. si haeres praeccepto. ff. ad Trebelli. Nec etiam refert, quod arbitri ex statuti necessitate sint electi, quod mandat causas inter coniunctos compromitti, nam etiam concessio quod haberent iurisdictionem a lege, non plus tamen eorum praeccepto impediri alienatio posset, quam iudicis sententia. leg. si sciens. ff. de contrah. empt. Dec. conf. xj. i. iudicis autem sententia regulariter alienationem impedire non potest, sicut nec dominium absque traditione transferre potest, secundum gl. in §. fin. instit. de off. iud. & ita est communis opinio, secundum Alexand. in leg. filius fa. §. diui. ff. de lega. j. & ibi sum sequuntur, nisi quando aliqua ex causa alienationem lex impediatur, ut prodigis, &

furiosis. l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. l. Iul. ff. de curat. furios. Idem que in iis qui suspecti sunt dum de adenda hereditate deliberant. l. si sciens. Idem que id prohibitio ne ei facta, qui resp. obligatus est, & extra territorium est recessurus. l. de pollicitationibus. in fin. ff. de pollicit. Idem que, cum lis de re ipsa pendet, & iudex praecipit interim non alienari. leg. si creditores. in fin. ff. de priuil. cred. l. qui fundum. §. qui sciens. ff. de vscap. pro emp. Idem que cum aliis vitium litigiosi contraheret. leg. j. vbi Bar. C. com. diuid. l. diuus. ff. de petit. haeredit. Supra scriptis enim casibus impediretur alienatio vel hypotheca, sed non tam iudicis sententia, quam dispositione legis ex causa quam subesse sententia ipsa declarat leg. litibus. in fin. C. de agricol. & cens. libro xi. unde cum in casu nostro non tractetur de aliqua istarum causarum, non possumus dicere tali sententia impediri alienationem, vel hypothecam, maxime cum res subiecta fidei commissio ante euentum conditionis, possit alienari & obligari creditoribus. l. fin. §. sit autem sub conditione. C. com. de leg. Bene fateor, quod si in compromisso accessisset specialis hypotheca eius rei, de qua agitur, id est, istius quartae tunc non valeret alienatio. leg. si creditor. §. fin. ff. de distrac. pign. consuluit Alexand. consilio lix. in v. Sed in casu nostro est duntaxat hypotheca generalis omnium bonorum, non autem specialis: ut apparet ex lectura compromissi, & ideo cessat supra scripta difficultas. His sic praemisissis, venio ad decisionem dubiorum propositorum. Et quatenus primò quaeritur, an d. Gabriel debeat cum ipsis fratribus concurrere ad debita haereditaria, respondeo distinguendum esse, an dicti fratres noluit esse haeres patris, sed etiam ipsi velint & possint admitti per fideicommissum, & hoc casu erit par conditio omnium, nec obstat laudum per lupradicta. Aut vero volunt esse haeres patris, & tunc si loquamur de debitis iam contractis ante laudum, dimi nuetur illa quarta assignata do. Gabrieli: quia laudum loquitur duntaxat de furtis, vt supra dixi, si vero loquamur de debitis post laudum contractis, tunc sub distinctione erit, vt respectu ipsorum creditorum dictum laudum nihil operetur, respectu vero ipsorum fratrum haeredum teneantur ad interesse, propter alienationes factas, vel ad solutionem aeris alieni, vt liberentur hypothecas contractas super illa quarta parte. Eteodemo modo distinguendum etiam est circa impensas funeris, deducuntur enim ante as alienum. l. impensa. ff. de relig. & sump. fune. gloss. l. priuilegia ff. de priu. cred. l. fin. §. in computatione. vbi doct. C. de iure de liber. Et in primis pertinent ad haeres quod si dicti fratres non sint haeres, pertinebunt ad ipsos filios omnes aequales secundum supradicta, Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXV. SVMMAE.

- 1. Demonstrationibus duabus rem declarari.
2. Titulum actoris ex causa possessione probare.
3. Seruitus non praesumitur, nisi probetur.
4. Pactum nudum non potest parere actionem.
5. Ex contractu innominato implement tantum agere.
6. Non dicitur ius acquisitum absenti ante ratificationem.
7. Quoties quis pretendit possidere in toto, vel in parte rem quam ipse possideo dicitur meturbare.

St copiose & subtiliter resposum motiuis domini Praetoris, idcirco breuior ero, & ea duntaxat scribam, quae mihi addenda videbuntur. Ad primum, dum dicitur non constare de titulo a Principe: quia literae Principis loquuntur de Rugia per vallem celi, & in eis nulla est metio Cararolae, de qua nunc litigatur. Respondeo quamlibet rem ex duobus demonstrationibus declarari, secundum Bar. in l. demonstrationis. quae est. 7. ff. de cond. demon. Sed in casu nostro sunt plures. Vna, q. Rugia incipit a strata, qua est a Linasio Papiam. vsq. ad Cadrona. Alia, quo ducitur ad irriganda bona montisani. Tertia, quod nulla alia est, unde debet haberi pro specificata, iuxta leg. ij. cum ibi not. de libe.

ber se conferre in rem presentem, quia ut dicit Bal. in l. contra negantem. C. ad leg. Aquil. nunquam probatio que per evidenciam rei inducitur, censetur exclusiva. Probatur etiam titulus ex possessione propter statutum Papie. Nec obstat, quod debeat intelligi secundum ius commune, ut probet respectu rei, non autem actoris, secundum doct. Bartol. in l. quidam in suo. de condit. insti. Nam respondeo, quod generalitas verborum statuti est in contrarium, & ideo intelligitur etiam in actu, ut in terminis istius statuti dixit pract. Papien. in forma capitulorum actoris. Ad secundum dicitur, quod quamvis titulus sit probatus, non tamen sequitur quin Ambrosij non habeant ius derivandi aquas, & c. respondetur, quod ius derivandi aquas, est servitus aquæ ducendæ, quæ non præsumitur nisi probetur. l. alius. C. de servi. per Moder. in l. si prius. ff. de oper. no. nuntiat. credendum est omne ius esse Sertiranæ, nisi quatenus probetur talis servitus imposita. Ad tertium, quod probatur per instrumentum transactionis, & c. respondetur, quod in dicto instrumento non interuenit aliqua stipulatio, si bene videatur: sed dicitur, *paçta & conventiones*, quæ verba significant duntaxat pactum nudum, ut est text. in l. lecta. vbi Ias. & ceteri. ff. si cer. per. cum igitur conventio illa fuerit per pactum nudum, non potest parere actionem. l. iurisgentium. §. quinimò. ff. de pact. neque habet effectum, nisi in vim contractus in nominati: ex quo contractu, quis non potest se fundo dare, nisi pro parte sua impleverit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & ideo vigore talis conventionis non possunt Amphosij turbare dictum Sertiranam, nec prætere dererius aliquid contra eum. seu allegare eius dominij ab ipso Sertirana in ipsos translatum: habuit enim dicta conventio tacitam conditionem, si adimplerent pro parte sua. l. cum te. C. de pact. inter empt. vbi Bald. & alij. Bal. consi. cccxxv. in j. Que conditio desecit ex duplici capite. Primo, quia non fecerunt spatari, ut dicitur in motio: secundo quia Guidacinus, cuius nomine fuit contractum, nunquam habuit ratum: & ideo nisi constet de ratihabitione nullum ius est interim translatum: cum non acquiritur, nisi à die ratihabitionis. l. ea quæ civiliter. de acquir. rer. domi. l. bonorum. ff. rein ratam habere cum similib. Ad quartum fundamentum, quod respicit dicta testium: remitto me ad responsiones clariss. aduocati. Vnum tamen addo, quod talis possessio satis probatur interrupta fuisse per Sertiranam: & pono tres conclusiones. Prima est, quod quoties quis præten dit possidere in toto, vel in parte, re quæ ipse possidet dicit me turbare, secundum Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendi. can. c. andita. de restit. spol. Alex. & Ias. in l. si prius. in v. opposi. Bart. ff. de oper. no. nunt. vnde sequitur ut proclamationes, & præcepta, quibus inhibebatur Amphosij, ne turbarent, id significaret, ne Bucchello vterentur, aut aquam extraherent, quæ ad Sertiranam pertinebat. Secunda conclusio, quod obturbatio Bucchelli ad ali quod spatium, ostendit priuationem possessionis Amphosiorum, cum alias non obtureretur seu explanetur: sed simpliciter claudatur tabulis, quod talis clausura sit temporaria. Tertia conclusio, testes qui præcisè non deponunt de tempore quo Amphosij vti debebāt, tamen de eo intelliguntur, id quæ ex plurimis coniecturis quibus dictum ipsorum declaratur. Primò, quia dicunt id factum quoties spaciabant Rugia. clarum autem est id fieri solere in obseruatis diebus prætendentium ius in illa. Secundo, quia dicunt explanatam fuisse Bucchellum: ista explanatio arguit, quod nullum referuabatur Amphosijs, ut dixi. Tertio, quia aliqui dicunt hoc factum per multos Trabuchos, & per tractus balistæ, quod satis indicat non esse factum, ut deinde suis diebus Amphosij ducerent. Quarto, quia aliqui dicunt, quod obturbabatur: quia Amphosij derodabant. Quinto, aliqui non appellant Bucchellum, sed scarpam. Sexto, quia est verisimile, quod Sertiranæ hoc facerent pro defensione iuris sui, quod erat omnibus diebus, de quo constabat

per proclamationes superscriptas, & præcepta, & certè non debet iudex ab eis discedere: sed hoc potius probare, quod videt ab illis iudicibus toties factum.

CONSIL. CXVI. SVMMAE.

- 1 Legitima quinque filiarum, est dimidium totius hereditatis.
- 2 Legitima solui debet in corporibus hereditarijs, habito respectu ad valorem, tempore mortis ipsius Testatoris.
- 3 Aestimari rem coniecturis, & officio iudicis.
- 4 Actus ex alienis in alijs conijct.
- 5 In materia vt quis ab electione repellatur, sufficit præsumptio.
- 6 In probanda etate coniecturæ, suffiunt.
- 7 Iurari in litem, quasi contra dolum.

St casus præsens clarus, & patet, & citra pòpam allegationum, decidi potest. Circa propositionem igitur difficultatem non est dubium, quod in successione Fran. ab intestato admitterentur tres neptes ex filia in stirpes, vna cum materteris. l. ij. C. de suis & legi. §. j. in authen. de hæc ab intesta. sed quia condidit testamentum, admittuntur ad petitionem supplementi legitimæ, iuxta l. omnimodo. C. de inoffic. testa. que legitima cum essent quinque filie est dimidium totius hereditatis. auth. nouissima. C. de inoffic. testam. & debet solui in corporibus hereditarijs, habito respectu ad valorem tempore mortis ipsius testatoris. l. cum queritur. C. eod. tit. l. etiam. §. fin. l. si patronum ex debita. §. fin. ff. de bon. liber. de quo per Cur. consil. vlti. cuius tamen dicta ad præsens non reficere in dubium, nec in hoc est controuersia, sed dubium tantummodo vertitur circa æstimationem. Dico igitur cum tantummodo controuersia sit circa æstimationem, quod satis est, si dicta æstimatio, seu valor probetur per coniecturas, iuxta text. cum ibi not. in l. semper. §. in hoc interdico. ff. quod vi. aut clam. per. tex. hoc tenet Bartol. in l. vnica in fi. C. de sent. quæ pro eo quod inter. profer. cū quo transeunt ibi scrib. & in l. si quod ex Pamphila. ff. de legat. secundo. Alex. consi. xxxij. in j. Abb. & Fel. c. causam que extra. de restit. Facit quod no. Corn. cons. cccxvii. in 4. vbi probatur æstimatio rei datæ etiam ex libris ipsius partis, dato quod agatur de facto proprio, quamuis regulariter talis probatio non admittatur, & hoc, quia sufficunt coniecturæ. Et talem æstimationem debet face re iudex ex officio suo, etiam si non sit petitum vt sentit Alexand. in l. iij. §. hoc etiam iudicium. ff. de dam. in fe. Rom. cons. cclxxxj. in re presenti. circa medium. Et ex his inferitur, quod cum de æquatione, & valore constet, per transactionem cum alijs factam, & per verba enuntiatiua ibi expressa: dato, quod regulariter istud nõ sufficeret ad probandum: quia res inter alios acta, & c. tamen in isto casu sufficit, in quo ex solis coniecturis iudici sit probatio, vt supra dixi, res enim inter alios acta, facit coniecturam & præsumptionem quoad alios, vt per Abb. & Fel. in c. pen. in prin. de re iudic. & probatur in l. desiderium. vbi Bar. C. de depo. vnde videtur facere semi plenam probationem. secundum Bar. in l. admonendi. ver. item quæro quid si instrumentum. ff. de iureiuran. cum quo transeunt ibi scribentes. que semi plena probatio in casu nostro sufficit. Et pro hoc adduce not. doct. Ab. b. in c. cū inter. ij. extra. de elect. vbi si quis sit reiectus ab electione, ppter morbum, talis reiectio operatur etiam in alijs causis seu electionibus. & est ratio quia illa reiectio quis in alio beneficio, facit tñ præsumptionem morbi. & tñ materia, vt quis ab electione repellat sufficit præsumptio, vt ibi p. en. ergo idè in casu nostro, vbi coniecturæ sufficunt ad probandum valorem. Cõfirmatur, quia id vidimus in probata etate, in qua coniecturæ sufficunt, vt habetur in l. de etate. ff. de minor. in l. cum te. C. de probat. vnde probatur etiam per librum rationum, vt dicit Sal. in leg. si minor. C. de in integr. restit. minor. & per rem inter alios actam, vt si alicui sit datus currator tanquam minori, secundum Baldum & Ang. in d. leg. cum te & Alexand. consilio lxxxv. in ij. lib. ergo idem in præsentis casu. Et istud tanto fortius dicendum est in casu nostro, in quo

vltia

vltia illam confessionem, de qua in dicto instrumento transactionis, poterit iudex etiam capere informationes à testibus qui fuerunt presentes, qui poterunt perhibere testimonium, saltem de summa summarum quod testimonium maxime tali casu admittendum est, argum. notatorum per Bal. in l. cum duo. ff. de in diem adiect. cum pars aduersa celet papyros, & sumus in casu in quo coniecturæ sufficunt, vt dixi. Et ista maxime procedent, quando hereditas ipsa fuisse à Principe obtenta sub sigillo curiæ, etiam ad instantiam istarum neptum: nam non potuit hæres propria auctoritate ea apprehendere, non citatis neptibus, & si apprehendit, quia fortè interuertit res mobiles hereditarias, possent neptes iurare in litem tanquam contra dolum, iuxta gloss. in d. l. semper. §. in hoc interdico. & Bar. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & habetur per Innoc. Hosti. Abb. in c. si. extra. quod met. caus. Ias. in l. si quando. C. vnde vi. Sed quia de hoc in propositione facti aliud non exprimitur, vltius non instat. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXVII. SVMMAE.

- 1 Heredes se dicentem ex causam non nocere.
- 2 Testi criminolo non credi.
- 3 Testem à nominato diuersum non probare.
- 4 Distinctionem ius ad mixtum in casu non trahi.
- 5 Heredes de legitima non excipere.
- 6 Restitutionis petitionem in casu nihil prodesse.
- 7 Restitutionem intra quadriennium obtinendam.

SCarlionum, contra Franc. & Octavianum fratres de Landriano causa non videtur habere difficultatem. Et præsupponendum est in facto quod do. Nicolaus condito testamento legauit eorum vxoribus, filiabus suis, florenos mille, p. singula ipsarum: vnde dicti fratres, cum sint hæres des patris, tenentur soluere legata. Quod autem sint hæres des ex dicto testamento sic deducitur, nam ipsi habebat notitiam dicti testamenti, vt apparet ex contradictionibus factis per eos de anno 1508 in quibus produxerunt dictum testamentum, & consequenter sciuerunt dictum testamentum esse factum: dein de appellauerunt se hæres des patris, vt apparet ex libello per eos porrecto coram do. Iacob. Philippo, vbi dicunt se continuauisse in hereditate paterna tam vigore decreti, quam iuris communi, qui libellus fuit porrectus de anno 1516. & etiam apparet ex libello Octavianij, de anno 1514. vbi appellat se hæredem patris. Non obstat quod in contradictionibus matres appellauerunt se hæres des: quia hereditas eis tñ erat delata sed filiis, vt apparet ex lectura testamenti: vnde non potuerunt esse hæres des, nec talis confessio eis præiudicat. nec is in si filijs ad quem. ff. de acquir. hered. Item contra talem confessionem obstat sententia: quia magistri iudicauerunt bona ad eos pertinere, & esse hypothecata iure legati, non autem iure hereditario: vnde confessio contra quem est pronuntiatum nihil nocet, vt habetur in cap. mulieri. extra. de iureiuran. habetur in cap. capitulum. de rescript. per Fel. in. Non obstat quod probatum videatur, multa bona d. Honestæ, que spectabant dictis fratribus, fuisse adlata per Scarliones: quia respondetur, quod hæc exceptio nõ debet nocere ipsis mulieribus, toto titulo. C. ne vxor pro mar. præterea non est verum, quod sit probatum, quia omnes testes sunt singulares, præter Vincentium Molacridem, & Petrum de Rozoagna, qui non probat: nam Vincentius erat bannitus & criminofus, vnde fuit tandem suspensus, & ideo eius dicto non est adhibenda fides. cap. testimonium, extra. de testib. Petrus verò non est ille qui fuit nominatus: quia in nominatione fuit nominatus Petrus Zanetus: ille verò qui probauit testimonium, est Petrus de Rozoagna: vnde ex varietate cognominis præsumitur varietas personæ, vt habetur per Moder. in l. omnium. C. de testam. & in cap. in præsentia. in x. nor. de probat. vnde cum sit diuersus ab eo

qui fuit nominatus non probat. gloss. in cap. presentium in verb. nomina. de testib. in vj. Non obstat. tertio. quod plus esset relictum foeminis quam masculis: quia istud est salum in facto. Item de iure licuit hoc patri, qui potest plus vni relinquere, quam alteri, vt dicit Bald. in l. hæc editali. C. de sec. nupt. Nec obstat statutum nostrum Mediolani, quia non loquitur, nisi quando relinqueretur plus vni masculo, quam alteri masculo, vel plus vni foemine, quam alteri foemine: vnde non est trahendum ad casum mixtum, quando plus relinqueretur foemine, quam masculo, cum statuta nostra debeant intelligi ad literam ex forma alterius statuti: vnde tunc non fit extensio ad casum mixtum, vt habetur in l. ij. in prin. per Moder. ff. de verb. oblig. Non obstat, quod habeant isti fratres minus legitima debita iure naturæ: quia istud fallum est in facto, & cum appellauerint se hæres des tenentur in solidum ad legata, nec possunt excipere de legitima, vt per Barr. & doct. in authen. sed cum testator. C. ad leg. Falc. præsertim stante statuto nostro, quo prohibetur quis esse hæres cum beneficio inuentarij. Non obstat, quod Octavianus petierit restitutionem in integrum: quia cum instrumenta faciant rem claram, vt dicit Bartolus in l. j. in j. quæst. in princip. ff. de oper. no. nunt. talis petitio non impedit executionem rei clarè per instrumenta, vt est communis opi. in l. iij. §. condemnatum. ff. de iudic. Præterea dato quod Octavianus restitueretur, Franc. remaneret hæres in solidum, vnde ipse deberet in solidum condemnari. Præterea restitutio in integrum, non solù debet peti, sed etiam obtineri in termino quadriennij. l. si in verbo, sciendam litem. C. de temp. in integ. restit. & quamuis statutum nostrum velit causas coram fenatoribus tractatas nullam habere instantiam, tamen nõ obstat: quia istud quadriennium non est instantia causæ restitutionis in integrum, in instantia ipsius causæ est solum triennium. l. properandum. C. de iudi. sed est quiddam terminus attributus ipsi parti, in quo termino si non obrinet, amplius non auditur, & ita declarat Paul. de Castr. in dict. l. fina.

CONS. CXVIII. SVMMAE.

- 1 Vxor aduentitiorum fructus ab hæredibus mariti repetere potest.
- 2 Donatio non præsumitur à muliere, quia sexus mulierum naturaliter est auarus.
- 3 In bonis paraphernalibus administratio fructuum spectat ad maritum.
- 4 In bonis patrimonialibus administratio fructuum indistinctè pertinet ad vxorem, non autem ad maritum.
- 5 Donationem inter virum & vxorem varijs ex causis præsumi.
- 6 Relatiuum quò, vel qui, stat restrictiue secundum naturam suam.

Alis casus est, d. Opizo marit' supra 30. ann. cõtinuos, percepit fructus bonorum aduentitiorum vxoris suæ, quæ ipsa habuerat titulo successione ab auo materno. Queritur, nunquid dicta vxor possit repetere dictos fructus ad ueris hæreditatem mariti sui, & satis trita & vulgaris est ista quæstio, in qua fuerunt variæ opiniones maiorum nostrorum. Et Iac. Butrig. in l. fin. C. de pact. conuent. sentit cum gloss. ibi, quod indistinctè possint repeti isti fructus naturales: licet secus sit in vsuris in communem usum consumptis, per illum tex. Pro qua opinione etiam videtur tex. à fortiori in leg. fructus. ff. de vsur. sed Oldr. de Laude, fuit in contraria opinione, quia maritus censetur bonæ fidei possessor, ex quo voluntate vxoris, id est, ea non contradicente, fructus percepit. vñ de consumptis nõ tenetur, siue loquamur de naturalibus, siue de industrialibus. argu. l. certum. C. de rei vendi. & pro hoc allegat. l. deducta. §. qui post tēpus. ff. ad Treb. & istam opinionem sequutus est Bal. in cõf. cclxxvj. in iij. & consil. cclxxvij. vol. ij. in subscriptione quadam ad præcedens consilium cuiusdã domini Andree, & dicit, quod ita etiam consuluit Bar. & d. Recupertus,

peritus, credo, quod d' senferit de conf. Barb. cxxv. questio-
 talis. vbi ponit multa dicta quae sunt vera, & par-
 tim reprobatur ab Alex. in d. l. penul. tertia fuit opinio
 Martini de fano, quam refert & sequitur Bar. in l. penul.
 ff. ad l. Falcid. qui ponunt distinctionem, quae secundum
 Alex. ibi est communiter approbata, & dicit do. Guid.
 Pap. qu. cccclxxviii. quod est verior, & secundum eam vi-
 ditur iudicari, secundum quam distinctionem in casu no-
 stro, maritus teneatur ad restitutionem fructuum natu-
 ralium, in quantum factus esset locupletior per l. si sti-
 pulata. §. j. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & idem etiam
 consultum est in consiliis Bal. conf. cccclxxvij. in iij. &
 cccxcij. eod. volu. vbi etiam ponit practicum probandi.
 verum supra scripta doctrina Bar. habet duplicem intel-
 ligentiam. Primò non potest intelligi Barto. quado ma-
 ritus percepit de voluntate vxoris, quae ex eo colligitur
 quia non contradixit. & puto, quod ipse ita intellexerit
 quia etiam Oldrad. ita expresse loquitur, & secundum
 hunc sensum, consil. Alex. de quo mox dicam. esset peri-
 culosum. Alia est intelligentia, quod Bar. loquitur, qua-
 do perceptio est facta de expresse consensu vxoris, &
 q. omiserit casum, quid in dubio, quando non constat
 expresse, sed solum quia non contradixit, & in hoc casu
 omisso, videtur quod ipse debeat haberi pro contradic-
 ente & sic maritus in distinctione teneatur ad restitutionem
 istorum fructuum, ne praesumatur donatio contra regu-
 las iuris. l. cum de indebito. de probat. praesertim à mu-
 liere. q. sexus naturaliter est fauor. l. si ego. ff. ad Velleia.
 d. l. si stipulata. §. j. Maxime cum sub sit timor reuerentialis
 propter reuerentiã q. debet vxor marito. l. j. §. q. q. onera-
 de. ff. quar. rer. act. per Bar. in l. quae dotis. solut. matr. &
 cum potius de cõtrario maritus teneatur ipsi donare ad
 sustentationem vxoris. l. ex annuo. ff. de donat. inter vir.
 & ita tenuit Bald. in quodã consil. quod allegatur à præ-
 dicto dom. Andrea. inter consilia Bald. conf. cccclxvi. in
 ij. volum. incip. ad euidentiã dicendorum. & sequutus
 est Alex. vbi que. in d. l. pen. & in consil. xliij. in ij.
 cclxiii. in v. Sed nos sumus in casu clariore, & qui vide-
 tur esse extra omnem difficultatem: quia hic concurrunt
 tria. Vnũ est, quod fructus percepti nõ sunt ex pa-
 raphernalibus quorũ ad ministratio spectat ad maritum:
 3 sed ex patrimonialibus, quorum fructus indistincte p-
 4 tinent ad vxorem, nec ad ministratio ad maritum spec-
 tat, secundum Bald. in l. asiduis. C. qui pot. in pign. al-
 legat. Dyn. in l. diuortio. in si. secundum gl. ff. solu. matr.
 Alterum est, quia Bar. & doct. loquuntur, quando heredes
 vxoris petunt à marito, & sic quando vxor praede-
 cessit, quo casu donatio confirmatur morte. l. cum hic
 status. ff. de donat. inter vir. & vxor. sed nostra quaestio
 est in casu contrario, quando vxor fuit superstes mari-
 5 to, quo casu non potest capi praesumptio donationis,
 quae est prohibita, & non potuit confirmari morte, &
 sentit praefatus doct. in d. conf. cccclxvi. & Bal. conf. ccccl-
 xvij. eod. lib. iij. vbi simpliciter allegat glo. in d. l. C. de
 iur. dot. Tertium est, quia non constat in casu nostro, q.
 maritus tales fructus expenderit in communes vsus,
 quia etiam si expenderit in alenda familia, non dicitur
 expenderit in communes vsus: quia hoc pertinet ad se-
 rantum secundum Aret. consil. vi. & Paul. Cast. consil.
 clxxxvij. proponitur, quod do. Catharina de quo etiam
 per Corn. conf. cccxix. in iij. Circa aliud dubium, nun-
 quid debeantur huic vxori mobilia, seu suppellectilia do-
 mus? puto quod sic, quia verba codicillorum, clarè &
 expresse legatum tribuunt vxori, nec de hoc est dubi-
 tandum. Nec obstat quod maritus post approbando
 Laudum, videatur tribuisse quartam partem dictorum
 mobilia d. Gabrieli. quo casu effectus est do. Gabriel
 anterior tempore ipsa vxore, quae praetendit ius ex Co-
 dicillis, quod quidem ius non oritur, nisi post mortem
 testatoris. l. si is qui tres. §. j. vbi Bal. ff. de excusat. tut. per
 Specu. de statu monach. vers. lo. & quae habentur in l. si
 alienum. ff. de heredib. instituen. Nam respondeo, quod
 in Lando solum grauat. d. Opizo, Relinqueret quartam

*A partem bonorum mobilium, & immobilium, qua inferius de-
 scribuntur, quod relatiuum stat restrictiue secundum
 naturam l. Quintus. j. de aur. & argen. leg. l. ij. ff. de hæ-
 red. instit. vnde cum infra non sint descripta suppellecti-
 lia, apparet ea ex laudo non deberi, & est firmum lega-
 rum, & sentit Pau. Castr. Alex. & Iaf. in l. Stychum q. me-
 us. ff. de legat. j. Et ita mihi videtur, salvo semper sanio-
 re iudicio.*

- CONS. CXIX. SVMME.
- 1 Appellatione rei immobilis, non veniunt iura.
 - 2 Identitatem probandam esse
 - 3 Reuocandi ius xxx. annis finiri.
 - 4 Ius aquae ducendae sine titulo praescribi.
 - 5 Fama bonam fidem inducit, & praestat iustum titulum heredi ad praescribendum.
 - 6 Omnis actio tempore xxx. vel xl. annorum tollitur.
 - 7 Plus impedit praescriptio ex errore iuris, quam ex errore facti.

Non repugnantibus quae in contrarium ad-
 ducta sunt, dico pronuntiaandum esse pro po-
 nente ad cridas. Primò quia hic agitur de iu-
 re aquae ducendae, & cridarum prouisio non
 completitur hunc casum: quia loquitur de volente vè-
 dere rem immobilem. Clarum autem est quod appel-
 latione rei immobilis, non veniunt iura. l. mouentium.
 vbi Alex. de verb. signific. praesertim in decreto illo, quod
 est contra ius commune, & strictè intelligendũ per iura
 vulgaria. Secundo, quia non est probatum de fidentia
 te rei: quia instrumentum loquitur de vinea, de domo:
 & reuocatio est de vinea Sancti Ambrosii. & alia etiam
 D coherencia non conueniunt, nec sunt probata. Item
 non est probatum nos habere causam à Jacobino,
 de quo in instrumento praecarij, & sic deficit intentio ad
 uersantium, propter defectum probationum: vnde suc-
 cumberè debent. l. qui accusare. C. de eden. Tertio, quia
 tale instrumentum, per quod competit Scansis ius re-
 uocandi, habet tacitam conditionem, si tamen intra
 xxx. annos reuocauerint, prout in simili dicimus, de eo
 qui habet ius offerendi, vel luendi quodcumque: in-
 est enim tacita conditio, si intra xxx. annos obtulerit,
 vel redemerit. vt dicit Ang. consil. liij. Guilhelmus Felin.
 in rubr. de praescript. vers. iij. in si. & in c. si diligenti. ver-
 si c. secundum Corollarium. de foro cõpet. Moder. Tau-
 rinen. in tract. praescript. in iij. parte. partis princ. in
 iij. quae st. Quarto, quia obstat exceptio praescriptionis,
 de qua aliàs dixi. Nec obstat tria, quae in contrarium
 adducuntur. Primò, decisio Pauli de Cast. in l. neque per
 illum tex. C. de usufruct. Nam respondeo pluribus mo-
 dis. Primò, quod procedit in casu suo in praescriptione
 rei immobilis, vel mobilis, quae requirit titulum vnde cum
 non sub sit alius titulus quam defuncti, scientia eius he-
 redi nocet: nos verò loquimur in praescriptione iuris
 4 aquae ducendae, quae non requirit titulum. l. si quis diu-
 turno. ff. si seruitur vèdicetur. l. ij. C. de seruit. meritò ex
 solo cursu temporis praescribitur. nec curatur de scien-
 tia defuncti, prout in simili casu voluit Pau. de Cast. in
 cõsil. clviii. vbi supra scripta. in ij. in nouissimis. Secundo
 respondeo, quod in casu nostro est probatum, generali-
 ter fama vicinorum erat, quod ius spectaret ad ter-
 tios, & talis fama inducit bonam fidem, & praestat iu-
 5 stum titulum heredi ad praescribendum. per Bart. in l.
 Celsus. ff. de usufruct. in l. ij. hoc interdico. ff. de iur. iur.
 que priuat. cum similib. Tertio respondeo, illam deci-
 sionem non esse veram, & confundi ex aliis allegatis:
 quia t omnis actio tali tempore tollitur. l. omnes. l. si quis
 6 emptionis. §. j. C. de praescript. trigin. vel quadrag. annor.
 nec ob. mala fides defuncti, quia negatur fuisse in mala
 fide, per alias allegata. Item negamus nos heredes Ia-
 cobini nominati in instrumento. Secundo non obstat
 no. in l. Pomponius. §. cum quibus. ff. de acq. poss. quia
 doct. ibi praecise loquuntur, quando de functus erat
 in mala fide, quod non est in casu nostro, vnde seruanda
 est opinio Cornelij in allegatis consiliis. quae non est ad-
 uersa

uoca communi opinioni, sed diuersa, & loquitur in alio
 casu quam loquuntur doct. in d. §. cum quis. cum opi-
 nio Dyn. in reg. possessor de reg. iur. in vj. habeat multos
 concordantes, de quibus per Moder. in d. §. cum quis
 saltem deberet in hoc nostro casu seruari, in quo cessant
 rationes tenentium contrarium. Tertio non obstat,
 quod gloss. in l. tutor rerum. ff. de admini. tutor loqui-
 tur, quando mala fides defuncti erat causata ab errore
 iuris: quia si tali casu, pcedit praescriptio heredis, multo ma-
 7 gis debet procedere, quando haeres est in errore facti:
 quia ignorat factum precarium, nam plus impedit pre-
 scriptio ex errore iuris, quam errore facti. l. nunquam in
 princ. l. iusto. §. filiusfamil. ff. de usufruct. Saluo semper sa-
 nio- re iudicio.

- CONSIL. CXX. SVMME.
- 1 Rei amisse culpa quis tenetur ad aestimationem.
 - 2 Assententia cridarum non conceditur appellatio.
 - 3 Ratio assignata in sententia arguit imperitiam iudicis.
 - 4 Intricatum Patrimonium quando dicitur.
 - 5 Non potest mulier pacto facere deteriorem conditionem dotis suae, nisi ex iusta causa.
 - 6 Iuramentum ex causa vi carere
 - 7 Iuramentum propter enormem lesionem effectum non habet, tanquam re ipsa dolum contineat.
 - 8 Cestio facta ab eo, qui sponte subiuit iudicium non appellabile & per incuriam iudicis succubuit non valet.

Ircam primò dubiũ quo queritur, nunquid hæ-
 redes dom. Richardi possint conueniri pro re-
 stituitioe dotis d. Angelae eius vxoris, paucis
 agendo, puto quod sic, quia dom. Richardus
 promisit alternatiue restituere bona in solutu, pro do-
 te à socero data, aut eorum aestimationem. Sed sic est,
 quod bona non potest restituere, quia culpa sua amisit,
 vt infra ostendam, ergo tenebitur ad aestimationem,
 per regulã. l. sed Stychu. in princ. ff. de verb. oblig. & pro-
 1 batur hęc conclusio in l. Mauiã. §. Lucius. ff. solu. matr.
 vbi si dos sit euicta sine culpa mariti, ex equitate libera-
 tur, ergo secus est, si adest culpa, vel æquitas aliud dicit,
 prout in casu nostro ostenditur tribus rationibus. Prima,
 quia debuit d. Richardus denunciare item socero, &
 2 vel curatori hæreditatis eius, vt est glo. in l. si pro re. §. j.
 ff. de euict. & firmat Bal. Nouel. in d. §. Lucius. Secundo,
 quia cum esset in quã possessione si si libellati, non de-
 buit suscipere item Mediolani, in causa cridarum, cum
 eridæ non praediciarent ipsi possidenti, vt apparet ex
 3 earum lectura: maxime cum tã assententia cridarum non
 concedatur appellatio, vnde apparet manifesta læsio. l.
 Hærennius. ff. de euict. gloss. l. si minor §. minores. ff. de
 in Bal. Nouel. d. §. Lucius. Tertia, quia videtur con-
 4 tra d. Richardum pronuntiatum per iudicis impruden-
 tiam. Vnde nulla est actio euictionis. l. si per impruden-
 tiam. ff. de minorib. cum enim alienatio esset facta pro
 dote, debuit valere, nec fides ad eam extendi. l. mulier.
 §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. auth. res quae. C. cõ-
 mu. de leg. Item erat dicta alienatio imputanda in legi-
 timam soceri. l. Marcellus. res quae. ff. ad Trebell. & ra-
 tio assignata in sententia, arguit imperitiam iudicis, dũ
 dicit, *Intricatum fuisse patrimonium testatoris.* nam Ang. A-
 5 lex. Moder. in d. l. in quartam. ff. ad l. Falcidiam intelli-
 gunt tã intricatum patrimonium, quando meliora alie-
 nata sunt, & grauat, dolo rationes ita implicauit, vt in-
 telligi non possint, & ita loquitur tex. in l. summa. ff. de
 pecul. quod in casu nostro dici potuit, nec enim dans do-
 tem filiae. videtur quicquam fraude facere, nec alienans
 & redimens in emphiteusim ad quinque pro centena-
 rio, cum pacto redimedi, dicitur intricare, alioquin om-
 nes quamuis diligenter patresfamilias essent intricato
 res. Et si deinde aliqua intricatio facta est cum alijs, non
 debuit hoc nocere d. Richardo cum iam quaesitum erat
 ius super legitimam, vt sibi alienata in eam imputaren-
 6 tur. Non obstat transactio, & renuntiatio d. Angelae, cum
 iuramento, quia respondetur, quod non valet, & non
 Consil. And. Alciat.

potuit d. Angela, tã pacto facere deteriorationem conditione
 dotis suae. l. de die. l. Artillcinus. de pact. Dd. nisi ex iusta
 causa, quae in casu nostro non subest. l. licet. ff. eod. tit. &
 iuramentũ nõ cõfirmat talẽ, renuntiationẽ qa induceret
 7 t enormem lesionẽ, cum enim hæreditas patris non sit
 soluendo, amitteret totam dotem, vnde t iuramentum
 propter enormem lesionem effectũ non habet, tanquã
 re ipsa dolum contineat, vt est communis cõclusio, per
 Abbatem & alios, in cap. cum cõtingat. de iureiuran. cũ
 cõcordantij per Dec. consil. clxxx. per totum. Secundo
 respondeo, quod cum vice versa d. Franciscus illi cesserit
 actiones, quas habebat contra d. Ioann. Franciscum,
 & supra conclusimus, quod nullas actiones haberet, quia
 non denuntiavit. l. emptor. C. de euict. quia tã sponte iudi-
 cium subiuit non appellabile. d. l. si minor. d. leg. Hære-
 8 nius quia per incuriam iudicis succubuit d. l. si per im-
 prudentiam. celsio ipsa non valet: quia non erat credi-
 tor, vt ait Baldus in l. si nomen. ff. de hæred. vel actione
 vend. per Albertũ Galeotum, quem allegat: & ideo iura-
 mentum non obligat ipsam renuntiantem, quia habet
 tacitam donationem ex ipso actu prouenientem, si cre-
 dens sit verus creditor. l. si. C. de non numerata pecunia,
 Abb. c. j. extra de iud. Alex. & Moder. l. si cõuenit. ff. de
 iurisdic. omnium iud. Aret. l. j. §. si quis ita. de verborũ
 obliga. Tertio respondeo, quod cum celsio ex forma sta-
 tuti Papiensis, quamuis iurata sit nulla: quia facta nõ ser-
 uatis debitis solennitatibus, sequitur etiam renuntia-
 tionem nullam esse. l. alij. ff. de ad. leg. nec est verum, q.
 hæc celsio sit necessaria. per d. §. Lucius. quia vt s dixi,
 ille tex. nõ procedit, data culpa mariti, vt in casu nostro:
 quia non denuntiavit, quia tali iudicio est expertus, quia
 imperitia iudicis succubuit. & c. Circa alium articulum,
 de successione Franciscæ, dico, quod cum pater ei lega-
 uerit bis mille libras dandas cum maritabitur, legatum
 est purum, licet exactio sit dilata. l. ex his verbis. C. quã.
 dies leg. ce. vn de ea moriente in dicto legato, succedit ei
 mater in totum, secundum formam iuris communis.
 authentic. defuncto. C. ad Ter. secundum verò statutũ
 Pap. lxxxiiiij. succedit in iij. parte.

- CONS. CXXI. SVMME.
- 1 Obligationem suo potius quam alieno nomine contrahi.
 - 2 Ex eo quod subsecutum est, praesumitur quod prius actum fuerit.

Vdiop per partẽ aduersam allegari, quod man-
 datum illud fuit sub scriptum ab his, qui sub-
 scripserunt tanquam ab erogatoriis minorũ
 constitutis in testamento patris ipsorum: sed
 dico istud iure non esse verũ plurib' rationibus. Primò,
 quia etiam illi erant socij, & sic potius credendum est, q.
 se obligauerint iure proprie obligationis tãquam aliene.
 1 l. & magis. ff. de sol. & quia istud facere tenebantur, cum
 enim essent socij non est dubium, quod pro contingenti
 portione tenebantur releuasse d. Hieronymum: ergo,
 & ita fecisse praesumendum est. l. meritò. pro socio. & sic
 credendum est, quod mandauerint Boschino, & deinde
 se obligauerint iuxta conuenta in illo mandato, nomi-
 ne proprio: quia ita facere debebant, & etiam ad euictã-
 dum circuitũ, ne si Boschimus cogat minores, & ipsi a-
 gere compellantur contra socios vt releuentur argumẽ-
 2 to. l. cum fundus. §. j. ff. si cert. pet. Secundo, quia in ipso
 instrumẽto obligationis factio in executione illius ma-
 dati, ipsi non obligant se nomine minorũ, nec alieno sed
 proprio, vti ibi apparet: ergo est verisimile etiam factum
 mandatum nomine proprio, quia tã ex eo quod subse-
 3 quutum est praesumitur, quod prius actum fuerit. l. sed
 Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. nam si obligassent se tã
 quam erogatorias. addidissent illam qualitatem. l. fin.
 de in fit. quod cum non fecerint, lex praesumit, quod
 nomine proprio se obligauerint, praesertim cum non
 constet quod haberent notitiam testamenti, in quo es-
 sent constituti erogarij, & si vnus sciebat de se, non
 sciebat de alio: vnde non potest dici respectu hoc igno-
 B

rantium fuisse aliquid gestum, tanquam erogataris. argumeto dicit. l. sed Iulianus. §. primus. in ij. responso. que ad hoc allegat Bartolus in l. qui aliena. §. si is qui putabat. ff. de acquiren. hæreditate. Tertio, apparet etiam ex post gestis: nam cum in instrumento Aronæ obligaverint le omnes in solidum, deinde relevarunt alium Boschinum per instrumentum subsequens. quæ omnia fuissent superflua, si se obligassent tanquam erogataris, & istud etiam deprehenditur ex lite mota ab ipso Ambrosio Boschino contra reuerendum dominum Ambrosium de Sclauenatis, coram de puratis salis, ubi ipse Boschinus ab eo petit, tanquam esset obligatus nomine proprio, & in eo iudicio, ad hunc finem produxit illud chirographum, vt etiam constat ex narratiuis aduocatorum in senatu: vnde concluditur, quod dictus Boschinus non potest agere contra hæreditatem d. Hieronymi, ex quo contraxit vigore illius mādari, & si dicat q. talis contractus celsus in vtilitate ipsius hæreditatis, respondetur q. agat via ordinaria, actione negotiorum gestorum, & illi respondetur, non aut inteter executiuā iure fideiussoris.

CONS. CXXII. SVMMAE.

- 1 Statuti loci delegati iudicis non attendi.
- 2 Stylus curie probari debet.
- 3 Statutum debet in actis exhiberi.
- 4 Testamentum non valet, nec legata præstantur, nisi sit adita hæreditas.
- 5 Legatarij priusquam agant ad legata, interrogant heredem scriptum an velit esse heres.
- 6 Intellectus ad l. fin. C. de remiss. pign.
- 7 Remissum pignus non reuincit.

Magnifici Fornarij in causa, quia præstantissimus D. Iudex ad huc dubitat, vt in margine allegationum mearum apparet, dissoluā paucis ea, quæ videntur ob stare. In primis dixi, quod exceptio excusationis est admittenda, secundum communem, non obstante statuto t. communis Mediolani, respondetur quod imo tale statutum attenditur in dilatoris exceptionibus, quæ concernunt ordinem processus, secundum not. in ca. quod clericis. extra. de for. compet. Sed certe si ista exceptio esset simplex dilatoria, posset hoc dici: sed vt dictum est, concernit etiam beneficiū partis, secundum Dec. in d. l. si. nura. xxiii. si tert. petat. & non debet tale beneficium ex mutatione fori, partibus auferri alioquin sequeretur inconueniens, quod si magnificus Fornarius litigaret de hac re in suprema curia, seu coram ipso Cesare cōmiserit hanc causam suæ donationis iudici delegato, quod debeat Fornarius succumbere, & sic mutatio iudicis ei auferret ius suum, quod est inconueniens, & contra mentem Maiesta. Cæ. qui demandauit causam. Vt delegatus id faciat, quod ipse Casar esset facturus, qui talem exceptionem excusationis admitteret, secundum terminos iuris communis. dicit. authentic. hoc si debitor. C. de pignor. nec statutum communis Mediolani, aut Nouariæ attendere. Nec obstat, quod Guid. Pap. decis. cxcviii. loquatur quando stylus curiæ contradicit consuetudini ciuitatis. Nam respondet, quod stylus curiæ est, secundum ius commune, nisi quando reperitur, & probatur immutatus: quia 2 stylus t. debet probari, vt per Bar. in l. ij. q. xxvii. quæ sit long. consu. in l. de quibus. iij. q. princ. de legib. nec sufficiunt statuta ciuitatum, quia illa nihil ad Cæsarem, seu eius consilium, vt est aliàs dictum. Nec obstat, quod idē statutum sit Nouariæ, quia t. debuit exhiberi in actis, sciendum dicit. Bar. in l. omnes populi. in fin. ff. de iusticia & iure. vt possit videri, & cōsiderari, si loquitur in casu nostro, quando forensis possessor conuenitur. Non obstat, quod notorium non est, filios Ducis Ludouici non fuisse hæredes patris: imò contrariū verius est. Respondet, cum iste legatarius fundet intentionem ex testamento, adempertinet probatio, quod testamentum valeat, id est, quod t. sit adita hæreditas, quia aliàs testamentum non valet, nec legata essent præstanda. l. j. ff. de iniust.

rupt. l. si nemo. de reg. iu. Doctor. in l. eam quam. ff. de fideicom. debet ergo ipse probare, secundum regul. verius. ff. de proba. Et hoc docet practica quotidiana, secundum quam legatarij antequam agant ad legata, prius interrogant heredem scriptum, an velit esse heres, secundum l. j. cum trib. seq. ff. de inter. act. Non obstat, quod ad tertium adducitur, quod res non erat effecta irrevocabiliter ipsius Com. Ioann. Pauli, cum multis subtilitatibus ad l. fin. C. de remiss. pign. quas tandem Iudex reicit: quia d. l. fin. non habet locum in legato in quo non est obligatio bonorum futurorum, & c. Respondet & dico, quod non solum hæc bona fuerunt tit. donationis data Cō. Ioa. Paulo, & sic extinctum pignus, secundum regulas iuris, sed etiam si dicamus non extinctum: tamen cum t. ipse ea permutauerit, permutandō, seu alienando videtur iterum remississe, aded quod etiam si alienatio illa rescinderetur, vel aliàs esset nulla, non tamen pignus reuincit, sed remissio stare firma. ita est tex. in l. j. §. j. vbi omnes de plano hoc fatentur. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol.

CONSIL. CXXIII. SVMMAE.

- 1 Mora non committitur, nisi postquam debitum sit per iudicem ad liquidum deductum.
- 2 Quando pars debiti est liquida, pars dubia, debitor pro parte liquida tenetur offerre, pro parte vero non liquida satisficere.
- 3 Iniquum est, quod quis ex damno alterius lucrum faciat.
- 4 Si pater, vel fratres, qui ex necessitate legis, vel statuti tenentur ad dotandum, non fuerint in mora, quia dos, remissa esset declaranda in arbitrium alterius, vel remissa estimatio rei debite pro dote, & ille distulerit declarare, nihilominus si vir interim sustinuit onera matrimonij, sibi debentur fructus, seu interesse dotis, postea declaratur pro tempore quo ipsam non habuit.

Mora licet regulariter non committatur, nisi postquam debitum sit per iudicem ad liquidum deductum, secundum Bal. in l. acceptam. C. de vsu. tamē hæc conclusio aliquas habet limitationes, quæ in casu nostro omnes procedunt. Prima est, vt conclusio procedat, quando obscuritas respicit substantiam obligationis, ea det. n. prius declarari: secus si respicit duntaxat modum executionis, quia executio differt ab ipsa obligatione, aliàs nunquam quis debitor pecuniæ posset in mora constitui, cum semper habeat facultatē dandorum bonorum in solutū, ex forma statutorum nostrorum, & etiam de iure cōmuni per tex. in auth. hoc nisi debitor. C. de soluti. cap. Odoardus. extra. de solut. §. si verò. in auth. de alien. & emphyt. quæ datio bonorum est incerta, sed quia respicit executionē tantum non impedit commissionem moræ. Secunda est, vt conclusio procedat, quando incertitudo respicit totam summam, secus si partem tantum: quia respectu illius partis, quæ omnino debetur debitor incurrit moram. Bartol. in l. non potest. ff. de reg. iur. in l. j. §. si stipulati. in fin. ff. de verbor. obligat. vbi dixi. & respōdirationibus contrarijs: vnde tali debet t. debitor quod clarū est offerre, & pro reliquo satisficere. l. statu liber rationem. ff. de statu liber. doctores. l. prætor ait §. si quis paratus de oper. nou. nuntia. l. 4. §. si se obtulit. de re iudic. l. as. in l. quod te. si cer. pet. Tertia est, vt procedat conclusio respectu debiti, quod ex mora regulari inducitur, secus si ex mora irregulari ratione fructuum receptorum cum enim t. iniquum sit, quod quis ex damno alterius sacrum faciat, currit interesse, nō adhibita distinctione, an res liquida sit, an id minus. l. Iulianus. §. ex venditio. ff. de action. empt. l. curabit. C. eod. tit. Alex. consil. lxxix. in j. cxxj. & cxxvij. in v. Dec. xxxix. cxxxij. in fi. & probatur hæc limitatio in l. fin. §. fin. ff. de fund. dota. & declarat Bald. in l. si traditio. q. xj. C. de action. empt. sentit Socin. post alios. in l. de diuisione. ff. solut. matrim. & consil. cccclx. in fin. & ideo infert ibi in d. l. de diuisione. dominus Herculanus Perusinus, quod t. pater, vel frater, qui ex necessitate legis, vel statuti tenentur ad dotandum,

tandum non fuerint in mora: quia dos remissa esset declaranda in arbitrium alterius, vel remissa estimatio rei datæ pro dote, & ille distulerit declarare nihilominus, si vir interim sustinuit onera matrimonij, sibi debentur fructus, seu interesse dotis postea declarate, pro tempore quo ipse non habuit, si sustinuit onera matrimonij, & ita refert, quod aliàs consuluerunt alij Moderni Perusini. sequitur & dominus Hieronymus Cagnolus. in rep. d. l. curabit. & ideo ibi est decisio in terminis præsentis dubitationis. Nec debet iudex recedere ab auctoritate superscriptorum doctorum, maximè cum iam bis sit pro istis Aliprandis iudicatum.

CONSIL. CXXIII. SVMMAE.

- 1 Arbitratores laudum posse declarare.
- 2 Potestas arbitrandi durat perpetuo, quia cōpromissum in arbitratorem aliud nihil est, quam mandatum, & mandatum est sui natura perpetuum.
- 3 In dubio credendum est cōpromissum esse voluntarium.
- 4 Est vitandum quod de lite lites fiant.
- 5 Moram ob incertitudinem non committi.
- 6 Arbitrator super fundo potest iudicare, etiam super fructibus.
- 7 Abb. doct. in c. cum dilectus. super glo. si. de arbitr. declar.

Arbitratores videntur non potuisse declarare aliquid circa laudum prius factum: quia licet per homologationem appareat, quod partes consenserint, vt dicta tornaturæ darentur arbitrio ipsorum, quibus verbis inducitur pactum compromissi, & videntur constituti esse arbitratores, secundum Bar. & doct. in l. si quis arbitratur. de ver. oblig. tamen debuerunt arbitrari intra duos menses, qui terminus est præfixus instantiæ à statuto, & aliàs euanciscit cōpromissum, nec me mouet interlocutoria prætoris: quia non ideo potuit, aut voluit insultare spiritum vitæ ipsi instantiæ, quæ perierat, secundum not. in l. cum lite mortua. ff. iud. sol. maximè cum sit facta cum clausula si & in quantum, & c. de qua per Bartol. in l. si quando. de leg. j. l. iudex potest equam. de re iudic. Sed tamen in contrariam sententiā me mouet: quia doctores. in d. l. si quis arbitratur. magis communiter dicunt, quod t. potestas arbitrandi durat perpetuo, argumento auth. si tamen. C. de temp. appell. l. quia compromissum in arbitratorem, nihil aliud est quam mandatum. cap. quinta vallis. de iure iur. & mandatum & sui natura perpetuum. l. iij. C. de præf. xxx. vel xl. an. Non obstat statutum superscriptum: quia procedit in compromissis necessarijs, quæ sunt secundum formam illius statuti: sed in casu nostro videtur esse voluntarium, & ita in dubio credendum est, secundum Sali. & Alex. in l. si quis maior. C. de transact. nec enim appareret seruata esse formā illius statuti. nec et cogebatur partes post primum laudum, aliud compromissum facere, circa declarationem illius qualitatibus, qua parte essent accipiendæ illæ tornaturæ. Et ita æquitas et dicitur, alioquin declaratio pertineret ad prætorem sub quo noualis esset faciendā. l. si in emptione. in prin. de contrah. empt. l. hæc venditio. §. si. eo. tit. Bar. in l. & per iusiuram. §. qui ita. de acceptil. Bar. & Dd. d. l. si quis arbitratur. & t. sic fierent de litelites, q. est vitandum. Puto itaq; declarationē à qua parte accipiendæ essent dictæ tornaturæ valuisse: maximè eum eodem modo iudicaturus sit prætor, vt diuisio fiat, prout vniciquæ parti commodius est, facit q. not. Alex. in l. finita. de dam. in fact. Nūquid verò valeat declaratio in fructibus per eos facta. puto quod nō, quia verba cōpromissi dicunt, Ad dandum & rescipiendum tornaturæ feliciorum arbitrio ditorum arbitratorū, quæ verba non videntur trahenda ad fructus, qui debentur propter moram: at hic nulla erat mora, quia antequam de clarauissent arbitri, à qua parte rescipiendæ essent tornaturæ, ipsi nō tenebatur dare, ideoq; nulla mora t. cōmissa erat quia excusati erant propter incertitudinē laudi, secundum Bar. & Dd. in l. iij. §. incertā. ff. de acq. possess. & q. habetur in l. q. te. si cer. petat. Nec obstat, q. t. arbitrator super fundo potest iudicare et super fructibus, secundum Ias. in

l. cū Aquiliana. ff. de transact. Respondet, Iason ibi allegat Bal. in l. j. C. si à non comp. iud. qui non loquitur in arbitratione, sed in delegato, & qui loquitur ad declarationem tex. in l. ædiles. §. sciendum. de ædilitio edictis, vbi dicitur, q. potest iudex pronuntiare super fructibus, perceptis pēdēte lite, quod fit propter moram. l. videamus. ff. de vul. l. cum fundus. in princ. si cer. petat. ergo secus, vbi non sublit mora: & ita intelligendus est etiam t. Abb. in cap. cum dilectus. super glo. si. de arbitris. Præterea, cum iam semel iudicatum fuisset, censetur sequuta abolutio à fructibus nisi eadē die sequuta esset declaratio secundum l. iij. C. de positi. & l. Paulus respondit. cum ibi not. re iudicata. Et hæc oia saluo sempianiore iudicio.

CONS. CXXV. SVMMAE.

- 1 Statutum strictè debet intelligi.
- 2 Conductori in dominum officio iudicis consulti.
- 3 Pactum est obseruandum absque alia auctoritate iudicis.
- 4 Pactum Principis habet vim legis, & præcisè obligat & transt. in singulari successorem, ne alias si quis ad interesse tenetur.
- 5 Ignorans non censetur renuntiare.

Non videtur circa petitionem Calcorū, eis ob stare statutum nostrum de decennio: quia loquitur in colono, inquilino, partiaro, emphyteuta: Corbetæ autem non sunt tales, sed conductores illius iuris: nec in eo habent aut coloniam, aut incolatum aut partē, aut emphyteusim. t. meritò verba statuti ad hunc casum nō videtur trahenda. l. iij. §. hæc verba. de negot. gest. Melior est illa exceptio, quoniam fuerit præstita patientia vtendi dicto iure propter de prædationem, & propter milites: quia pars domini erat hostium, iuxta tex. in l. ex conducto. §. j. ff. loca. ibi operet enim præstari conductori, vt frui possit & ideo indistinctè obstat locatori exceptio remissionis mercedis: quāuis non sit liquida: ex quo locator pro parte non adimpleuit. Circa petitionem Corbetarum, qui præterdunt se spoliatos, & c. videretur t. non competere interdictionē vnde vi conductori contra dominum, vt per glo. & doct. C. de loca. maximè lapsō tempore cōductionis: quia iam aliud est tempus & alia res. l. si vsus fructus mihi in biennium. ff. de vsu. leg. l. si. §. quoties vbi Bar. ff. de publica. sentio cōtrarium, quia licet nō datur interdictionē: datur tñ eius loco officii iudicis, habes vi remedij possess forij. l. Aquilius. ff. de donation. vbi gl. Bar. ceteri. & Bart. l. de vsu. ff. de varijs & extraor. cog. Bar. l. cōtē. §. qui maximos. q. vj. ff. de publica. Bal. l. q. dē. C. de loc. Nec obstat, q. restitueretur alia res, ppter diuersitatem temporis: quia respondet hoc tolleri in odium spoliatis. l. si plures. §. j. de vi & vi arma. Nec obstat, quod licuerit Calcis hoc facere propter cessationem facti. l. ædem. C. loc. & quia ita cautum erat pacto, quod est obseruandum etiam absque alia auctoritate iudicis. l. si quis sub hoc pacto. §. de contrah. emp. l. ii. C. de pign. vbi Bart. respondeo, nulla erat cessatio propter remissionem debitam, de qua supra dixi, & propter illos mille aureos de quibus infra, & talis contradictor habet ius in re, vt per doct. veltigalia. §. j. de publica. vnde non potest statim expelli. Ad idem quia erat conuentum cum principe, non posset expelli, nisi solutis illis mille aureis: quod t. pactum principis habet vim legis, & præcisè obligat. l. penul. C. de don. inter vir. & transit in singularem successorem, ne alias si quis ad interesse teneatur. l. 4. ff. de iure fisci. l. cognouimus. C. de municip. & colon. patrim. libro. ij. l. igitur donatarius fisci volebat eum euicere, debuit prius dictos mille aureos offerre. Non puto tamen quod conductores possint cogere inuitum donatarium ad soluendos mille aureos: quia obligatio illa fisci non sufficit singularem successorem. l. si. §. si. ff. de contrah. empt. factis ergo est, quod Corbetæ sint tuti exceptione: vt in simili per Bar. in l. qui fundum. ff. loca. Nec obstat, quod dominus Innocentius videatur renuntiasse illi pacto inuestituram, & c. respondeo, erat hæres fratris, & præsumitur igno-

rantia. cap. presumitur. de reg. iur. in vj. Bar. l. qui Rome. ff. duo fratres. q. ij. ff. de verb. oblig. & ignorans non censetur renuntiare. l. mater decedens. ff. de inoffic. testam. cum similibus. vidissem tamen libenter verbainuestitum, quam non reperi in saculo.

CONS. CXXVI. SVMMAE.

- 1 Verborum equaliter cum alijs effectus.
2 Testator alienando rem legatam ex necessitate censetur reuocare legatum.
3 Compromissum iuratum ad alios non trahi.
4 Homologiae effectus.
5 Homologatio est consensus. & pactum quoddam approbatoriu laudi, quod pactum nunquam operatur respectu alterius, qui non sit comprehensus in compromisso.

Delebus superioribus contulit, in fauorem dominæ Antonæ Rationæ, quod sibi debebatur integrum legatum bonorum mobilium, sibi factum a marito, non obstante quodam laudo homologato, lato inter ipsum maritum, & eius filium d. Gabrielem: quia in tali laudo nulla erat obligatio dandi suppellectilia ipsi d. Gabrieli propter verba laudi, quæ limitata erant respectu bonorum mobilium, & immobilium infra descriptorum: & nullatius suppellectilis mentio facta erat per text. in l. Quintus. j. de aur. & arg. leg. & quæ habentur in l. Sychu qui meus. ff. de legat. per doct. Nunc verò vertitur in dubium, quid iuris sit respectu aliorum trium fratrum supra scripti Gabrieli, an etiam ipsi per dictum legatum factum mariti ipsorum excludantur. & dubium faciunt verba laudi, quibus dicitur quod d. Gabriel habeat quartam partem mobilium, & immobilium æqualiter cum alijs tribus fratribus, & ergo apparet etiam eos admittendos. Sed tamen hoc non obstante, sicut dixi excludi dominum Gabrielem in l. d. fortius excludendi sunt isti fratres: quia contra eos militat illa potissima ratio, quod verba laudi sunt limitata per illam clausulam, quæ infra describitur, &c. Sed fortius excluduntur etiã alia ratione, quia cum ipsi non essent in lite, nec fecissent aliquod compromissum, sententia per arbitros lata, sicut eis nocere non possit, ita nec etiam prodesse: quia dicitur res inter arbitros acta, iuxta regul. l. ij. C. de quib. res iud. non noc. l. fi. C. de testib. Et quia præceptum arbitrorum non est sufficiens ad impediendum, quin quis possit de ea re testari, & valeat legatum, secundum glo. in c. Raynaldus. verbenutra pars. extra. de testa. per doct. in l. filiusfam. ff. diu. de leg. j. Et quia illa verba, equaliter cum alijs fratribus, indicant quid fieri debeat, non autem transferunt ius dominium in filios, aut impediunt testamenti actionem ipsi patri: unde non impeditur legatum, vt in simili per Ange. consil. lxxvj. Et facit, quia illud quod dicitur quod testator alienando rem legatam ex necessitate, censetur reuocare legatum. l. iij. C. de leg. l. rem legatam. ff. de adim. leg. l. fideicommissa. ff. si rem. de legat. iij. intelligitur in vera alienatione per traditionem rei, non autem in obligatione alienandi, quæ est personalis, orta ex laudo. postquam. ff. si. ff. vt leg. no. cau. Bal. Salic. Ange. Pau. Iaf. d. l. iij. & quod not. ibidem præfati doctores per text. in l. prædia. ff. liberto. ff. de fundo instruct. Et maxime hoc dicendum in casu nostro, quia laudum istud est voluntarium, non autem necessarium, secundum Salic. & Alex. in l. si quis maior. C. de transact. maxime cum homologia accesserit, & iuramentum, ad quæ cogi exstatu non poterunt, secundum Alex. d. l. & ideo, cum hæc alienatio, seu promissio alienandi, & relinquendi filiis æqualiter sit facta ex voluntate, non autem ex necessitate, sequitur vt non extinguatur legatum. Nec obstat, quod compromissum sit iuratum: quia non ideo trahitur ad istos, quia non erant in lite, nec fecerunt compromissum, inuoluntate enim iuramentum obligat respectu partis cui præstatum tantum: unde potest ab ea remitti. c. ij. extra. de sponsal. vbi doctores. non autem respectu alterius, secundum Guli. de Cun. in l. laus. quem ibi sequitur doctores. ff. de pact. Bal. in l. pactum. q. ix. C. de collat. faciunt

not. in l. duob. & in l. creditore. ff. de iureiur. Nec obstat Homologia: quia non plus operatur, quam in compromisso sit deductum: & restringitur versus partes ipsas, inter quas latum est laudum, secundum supra dicta. Est enim Homologatio consensus, & pactum quoddam approbatorium laudi. l. ne arbitris. l. cum antea. C. de arbit. quod pactum nunquam operatur respectu alterius, qui non sit comprehensus in compromisso. l. si vnus. ff. ante omnia. ff. de pact. Et ita mihi videtur iuris esse, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXVII. SVMMAE.

- 1 Arbitratorem se non legitimare.
2 Quantum iudicium sit summarium, & in eo probationes semiplene sufficiant, tamè legitimatio personæ, semper est plenarie probanda.
3 Relatiuum quis, vel qui restringit.
4 Fratres minores arbitratores non esse fall.

Circa primam difficultatem, licet arbitrator iste potuisset procedere etiam sine scriptis, & haberet valde latum arbitrium, idè quod statum esset verbo suo: secundum Felin & alios in cap. quoniam contra. de probatio. tamen hæc facultas non intelligitur respectu legitimatis personæ sue: vt est doctrina Bartoli quam ibi sequuntur doctores in l. ij. C. de edict. diuisi Adria. collè. vbi quæuis iudicium sit summarium, & in eo probationes semiplenæ sufficiant, tamen legitimatio personæ semper est plenarie probanda. Et idè cum licetia de quo agitur sit illa, quæ legitimet personam ipsius arbitratoris, debet de ea plenè constare. Nec quicquam refert, quod sumus in antiquis: quia arbitramenta sunt lata iam præ triginta annis elapsis. respon. 200, cum semper disputatum fuerit super articulo reuisionis, non possunt dici lapsa temporis: & satis est, quod ante conclusionem in causa ista exceptio sit expressè deducta: cum in primis exceptionibus sub generalitate comprehenderetur per not. per Bartol. in l. societatem. ff. arbitrorum ff. pro socia. Paul. Castr. l. fin. C. de fide instrum. vnde licetum est in causa reuisionis hoc deducere, quod arguit fraudem arbitratoris volentis personam suam legitimare per licentiam fictam, seu quæ probari non potest. Circa secundam difficultatem, videtur certum esse quod arbitramenta sunt lata extra instantiam: vt aliàs dictum fuit: quia prorogationes impetratæ a sonatu loquuntur in compromisso necessario, non autem in voluntario. Nec obstat cauda statuti, quod intelligantur coacti, quod aliàs secundum formam statuti cogi possent ad faciendum compromissum, licet aliàs voluntariæ, compromiserint, &c. respondo loquitur statutum, quando aliàs secundum formam statuti, &c. quod non est in casu nostro in quo deducta sunt etiam decisa, & finita prouenientia ex vltima voluntate, in quibus, secundum formam statuti non potuissent cogi, vt aliàs fuit dictum: illud enim relatiuum qui alias cogi, &c. intelligitur restrictiue. l. à filio. ff. j. de alim. & cib. leg. id est, quatenus alias cogi secundum Bart. in lege. Sychum qui meus. in fin. ff. de legat. & fideicom. primo. & in l. demonstratio. ff. de cond. & demon. Circa tertiam difficultatem alias diffusè scripti, & etiam nunc arbitror verissimum esse, quod fratres minores de obseruantia si arbitrantur, quod arbitramentum non valeat propter prohibitionem legis, id est, clem. exiui. de verb. signifi. & regulam l. non dubium. C. de legib. & consulti Bald. & alij aliàs allegati. fallit in fratre minore antequam emanasset d. clem. & ita loquitur Feder. de Senis in allegato consil. cccxiiij. fallit in simplici electione personæ. secundum Lud. Rom. consil. cccxcij. fallit in alijs monachis, vel alijs religiosis, quibus precipitur solium de honestate, constat autem quod dicta clem. exiui. inducit præceptum etiam de necessitate propter regulam & votum. fallit vbi pars tacendo censetur concessisse: quia statim non sit contradictum secundum Iafin l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. & in istis ca-

istis casibus procedunt decisiones contrariæ si benè videantur: in casu autè nostro statim secuto & intimato laudo fuit reclamatum. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. CXXXVIII. SVMMAE.

- 1 Diuisionis cause.
2 Verbum assignare est æquiuocum, & habet varias significationes, unde in dubio interpretabimur potius, quod dominium non sit translatum, sed assignatio sit facta causa custodie, & securitatis.
3 Verba debent intelligi secundum potiore significatum.

Reuisimus ero in causa vertente inter ser Tyberium actorem & Ioann. Mariam, Pompeiumque eius fratres circa diuisionem possessionis prædiali: quia d. diffusè allegatum est per alios doctores in hac causa, & summe attinga punctum, in quo versatur cardo difficultatis. Et prima fronte videtur fundatam esse intentionem ipsius ser Tyberij actoris: quia cum constet hanc possessionem fuisse in bonis patris ipsorum litigantium, & constet cetera bona paterna inter eos diuisa fuisse equaliter nulla est ratio, cur et hæc possessio non veniat diuidenda. Nec allegatæ nullitates libelli ex eo iustificatur, quod actio familiæ eriscundæ, vel communi diuidendo non competant, sed petitio hæreditatis: quia actor. in libello non exprimit aliquam actionem, sed simpliciter petitus, & iustitiam administrari, de quo satis dictum in allegationibus. Sola difficultas in eo vertitur, quod testes probatum est, dictam possessionem assignatam fuisse d. Annæ, eorū fratrum matri. cuius heredes fuerunt istius conuenti, & quædam assignationem factam pro dote, & absolutionem dotis ipsius, &c. Verum ex dictis testium non apparet an sit data d. Annæ insolutum, & translatum in eam dominium, quo casu tale dominium esset Ioan. Mariæ, & Pompeij heredum ipsius. An verò duntaxat esset illi assignata pro cautione, & securitate dotis, quo casu ser Tyberius offerendo ratam partem debiti dotis ad se tanquæ hæredem patris pertinentem videretur habere ius in dicta tertia. Et pro ser Tyberio est decisio in terminis Gulielmi de Cun. in l. si noxali. ff. j. vbi etiam Alberic. de Ro. at. ff. de pecul. vbi dicit, quod quia verbum assignare est æquiuocum, & habet varias significationes, in dubio hoc casu interpretabimur potius, quod dominium non sit translatum, sed assignatio sit facta causa custodie & securitatis, allegat text. in leg. j. C. ne pro dot. mul. bona mariti addic. & in l. j. in fin. C. de iure domin. impetr. Sed tñ in contrarium est veritas: quia imò censetur potius assignatio facta causa dominij, & videtur translatum dominium, ex quo præcessit cum habilis, vt est casus in l. dotis fructus. ff. in. cum l. seq. ff. de iure dot. & in l. circa medium. versic. si tamen. ff. de vscap. pro dot. quæ iura Bartol. in l. si constante. in princ. ff. solut. matri. improbat illam decisionem Gulielmi de Cun. & cum Bart. ibi transit Bald. nouellus in fin. & allegat Bald. idem tenentem in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & plenius per eundem Bald. c. j. quid sit inuestit. & quia verba debent intelligi secundum potiore significatum. l. j. ff. si ager vestiga. & ab ista opinione non esset in iudicio recedendum, propter auctoritatē Bartol. quem etiam ibi sequitur Alex. Iaf. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de leg. i. & hoc videtur certissimum in casu nostro in quo probatum est ex attestacione Marci, quod ista assignatio fuit facta in solutum. Idemque deponit in effectu d. Iulia eius vxor, quæ probatio videtur sufficere. l. vbi numerus. ff. de testib. Confirmatur etiam ex dictis aliorum testium deponentibus de confessione extraiudiciali ipsius partis, quæ confessio coadiuuat præsumptionem supra scriptam. Confirmatur etiam ex estimatione facta de consensu partiu, quæ estimatio deductis 100. libris assignatis Ioan. Mariæ formaliter conuenit cum credito ipsius dotis, per Hæa, quæ habetur in l. cum quo. ff. fina. ff. ad leg. Falcid. p. Alex. & alios. Ex quibus concludo absoluedos esse à pe-

titis istos reos conuentos. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. CXXIX. SVMMAE.

- 1 Fama quid operetur.
2 Lex magis presumit pro sententia, quæ de se facit plenam fidem.
3 Fama regulariter, nec semiplenam fidem facit.

Ententiæ accedo suprascriptorum dominorum consulentium, quia fama ista potest aliquid operari ad arguendum malam fidem eorū ad quos verum militet & à communiter cõtingentibus hæc fama peruenit, secundum not. per Bald. in l. j. in fin. C. de collu. deteg. & in l. conuenticula. C. de episco. & cler. & traditur per Alexand. Iaf. Deci. ceteros in l. j. si cer. peta. non est verisimile, quod hæc puella tempore cõtracti matrimonij quicquam de hoc sciret, quæ domi reclusa, non suam, sed parentum & proximorum iudicium sequitur, vt dicit text. in c. honorantur. xxxij. q. ij. Et etiam si aliquid audiuisset de fama, tamen magis debuit credere sententijs iudicum, quàm inani huic rumor: quia omnis hic status coniecturalis est. & lex magis presumit pro sententia, t quæ de se facit plenam fidem: cū fama regulariter nec semiplenam quidem faciat. vt habetur in l. de minore. ff. plurimum. ff. de quest. per mod. Et puto hunc casum esse extra omnem difficultatem. Saluo tamen saniore iudicio.

CONSIL. CXXX. SVMMAE.

- 1 Iuramentum ex causis detrahit.
2 Nemo tenetur iurare super re spectante ad factum alienum.
3 Legitimus non est compellendus ostendere instrumentum authenticum suæ legitimatiõis, quando Pater eum vocat legitimatum.
4 Hæres per fideicommissum compellitur habere ratum factum defuncti.
5 Verba enuntiatina inter partes probant.

Vo ad primum nunquid Philippus iurare teueatur circa particularem petitionem Ioan. Andree dico, quod non cum semel generaliter iurauerit quod est satis. l. si quis cum totum. ff. de except. rei iudic. vnde possit detegere peritium, & regula est, quod vbi cum quis probabiliter potest timere, ne suum peritium redarguatur etiam per quandam consequentiam non cogitur iurare, vt dicit Bartolus. in leg. iusturandum. quod ex conuentione. ff. procurator. ff. de iureiurand. versic. habes notare duo. & Bartolus ibi communiter sequuntur doctores. Item quia quoad bona relicta in hæreditate, per Paulum filio suo legitimo ipse non est informatus: cum sic res spectans ad factum alienum, vnde tunc non tenetur iurare. Salicet. in l. fin. per illum text. C. de fideicommiss. ne tunc procedat dispositio. l. manifestæ. ff. de iureiurand. vt declarat Iaf. in d. l. manifestæ. in j. limit. Quoad secundum dico non esse compellendum do. Philippum ad exhibendum legitimatiõem in forma authentica, neque gratiam cum hac expensa: quia Paulus testator appellat eum filium legitimatum, cuius Pauli Ioan. Andree per fideicommissum est hæres, vnde compellitur habere ratum factum defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendi. & confessio illius nocet cuiuslibet habenti causam ab eo, vt habetur in l. si superatus. ff. de pignor. in l. si mater. ff. si de except. rei iudic. & in terminis Socin. consil. xij. in iij. Item quia Ioan. Andr. transegit super fideicommissio & hereditate istius legitimi, & in præfationibus instrumenti appellat eum legitimatum, & talia verba enuntiatina inter partes probant. l. optimam. C. de contracte. stip. Bartol. in leg. sciendum. de verbor. obligat. præsertim cum hic non agatur principaliter ad annullationem legitimatiõis per not. in cap. illud. de præsumpt.

CONS. CXXXI. SVMMAE.

- 1 Alimenta dilationem non recipiunt, quia aliàs istud esset occidere.

Magna est scelerata, atque impietas istius fratris, qui denegat alimenta sororibus, & nouer- que contra iurisdictionem patris sui in testamento per eum ratificatam etiam iure contractus, & nunquam velit soluere, nisi coactus per pœnas, & multas. Et cum alimenta dilationem non recipiant: quia aliâ istud esset occidere, ut dicitur in l. necare ff. de libe. agn. Debet d. prætor cogere istum impium fratrem statim ad subministrandas impensas litis, & maximè pecuniam pro extrahendo testamento paterno, iuxta notata per Arcin. in ca. si quis testu. extra. de testib. Guid. Pap. quæst. d. xj. & quæ habeantur per Bart. in l. si neget. ff. de libe. agnos. & doctores in cap. ex parte. extra. de accusat. facit bonus iudex in leg. fi. C. de ordin. cogn. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXXII. SVMMÆ.

- 1 Princeps obligatur ex suo contractu.
- 2 Deus obligatur ex promissione sua.
- 3 Cæsar ex plenitudine potestatis aduersus promissionem suam venire non potest.
- 4 Si Princeps pacem cum hostibus faciat, non potest in subditorum præiudicium, qui damnati sunt, aliquid remittere.
- 5 Affirmationi Cæsaris maiestatis standum est.
- 6 Licet causa seruanda pacis, quandoque etiam leges transgredi.
- 7 Generaliter quotiescunque subest publicæ utilitatis causa, potest Princeps non solum legem, & pactum suum moderari sed etiam in præiudicium tertij tollere.
- 8 Præiudicium quamuis in contractu transierit per principem ex publicæ utilitatis causa reuocari potest.
- 9 Spoliatus non tenetur aduersario super dominio contentente respondere, nisi ante tempore possederit, quanto deiectus mansit, cum alias plenarie non diceretur restitutus.
- 10 Clausula ex certa scientia vis.
- 11 Causa publicæ utilitatis semper omnibus præferenda est.
- 12 Multa permittuntur propter pacem, quæ aliis non concederentur.
- 13 Bannitum suspensum offendens plecten. fallen.
- 14 Armatos cogentis pœna.
- 15 Germanorum in litibus finienda mos.
- 16 Personis illustribus concessum est quoddam in accusatione iniuriarum possint per procuratorem comparere.
- 17 Bellare ob defensionem licere.
- 18 Pro recuperatione rerum suarum etiam ex interuallo si copie iudicis non adest, nec aliter consili spoliato potest, licitum est bellare.
- 19 Proprie illud dicitur bellum, quod inducitur ab eo, qui est solus ius legibus seu neminem recognoscat in superiorem.
- 20 Duxes & Principes qui superiorem recognoscent, non habent ius iudicandi belli absque licentia domini.
- 21 Per insidias delinquens videtur in seipsum puniendus.
- 22 Criminosus de suo, nisi in casibus disponit.
- 23 Quoties copia iudicis seu Principis haberi non potest, licitum est bellum defensuum, etiam absque superioris licentia.
- 24 De iure communi ut qui censetur publicatus vel Rebellis est necessaria citatio, & sententia declaratoria.
- 25 Rebellis in Imperatore dignoscendi modus.
- 26 Non permittitur vasallo, cui sit iniusticia à Comite suo ut possit depreddari Comitem, nisi prius fecerit eum banniri à superiore domino.
- 27 Defensio à iure civili, & naturali permittitur.
- 28 Bello in iure Principe ex causis offendere licere.
- 29 Paria sunt non esse iudicem, suspectum esse.
- 30 Multa conceduntur propter periculum mora, quæ aliis non permitterentur.
- 31 Frustrâ citatur quem manifestè constat non esse pariturum.
- 32 Legislator frustratorius actus non inducit.
- 33 Qui de factis agit, non debet conueniri si vice mutua de facto, & absque iudice secum agatur.
- 34 Remediorum in offensionibus opera successiua.
- 35 Dare obsides est mos veteris militiæ.
- 36 Bellum defensuum semper est faciendum cum moderatis

- ne inculpate tutela.
- 37 Tutelam inculpata moderandi cause.
- 38 Pacem violantis pœna.
- 39 Consuetudines sunt facti, & ideo probatione indigent.
- 40 Feudo rebellis filios, non nisi ex causis priuari.
- 41 Feudum inuestituræ antea omnia est attendendus.
- 42 In feudo nouo delictum Patris obest filijs.
- 43 Spoliatus ante omnia est restituendus.
- 44 Qui impetrant inuestituram à Principe pro Castris, violenter occupatis, nihil agunt, quia talis inuestitura est nulla.
- 45 Confirmatio beneficij intruso concessi nullius est momenti.
- 46 Inuestitura de rebus emphyteuticis per vim occupatis facta non valet.
- 47 Spoliatus non tenetur respondere spoliatori in causis criminalibus, nisi demum restitutione facta.
- 48 Spoliatus ex causis non restituendus.
- 49 Spoliatus in bello licito non est restituendus, quia capta captiuis sunt.
- 50 Tyrannus deiectus de tyrannide, petens restitutionem non auditur.
- 51 Contra tyrannum non est vitiosa coniuratio.
- 52 Antipapa in sede apostolica intrusus, & spoliatus, non est prius restituendus.
- 53 Qui dicitur actus tyrannicus.
- 54 Depopulator agrorum non est restituendus.
- 55 Quoties damnatum est irreparabile, licitum est etiam iudici de facto resistere.
- 56 Regulariter aduersus agentem indirecto quod vi non admittitur exceptio de vi, tamen ex magna causa quandoque est admittenda.
- 57 Retentionis locus & vis.
- 58 Quoties licita est defensio, sequitur quod offensus est iniuncta.
- 59 Aduersus agentem interdicto retinenda licita est actio propter iustam & probabilem causam.
- 60 Possessor male fidei qui sciens in re fecit expensas, non potest eas repetere à vero domino.
- 61 Lex abhorret demolitionem edificiorum.
- 62 Sequestratio facta auctoritate iudicis, non transfert, nec mutat ius possessionis.
- 63 Sequestrationum genera, & differentia.
- 64 Feudum filijs non offensis deserendum.
- 65 Sequestrationum etiam coactis militibus durare.
- 66 Non seruanti conuentionem, non est obseruand.
- 67 Cessatio non excusat quoties interest aduersarij.

Actum. Sacrum Imperialis cameræ iudicium supposit. proscriptio seu banno quandam ciuitatem Dux ei vicinus, multis eam calamitatibus inuoluit, & hostiliter psequitur deinde de Cæs. maiestas tale bannum (no prouincie pax turbaretur) suspendit Dux nihilominus eam infestat, queritur an suspensio banni valeat, stante constitutione de pace tenenda, in qua Cæsar preparauit se liberum causarum cursum non impediturum. & si valeat suspensio, in quam pœna Dux incidit, qui ea neglecta, nihilominus ciuitatem illam omni hostilitatis genere est infestatus: & quid in alijs accessorijis quæstionibus sic de iure existimandum? Cùm requisitus nuper in me fuerim, ut in supra scripta causa consilij mei copiam facerem, non existimaui id manus detrectandum, ut postquam Cæsarea maiestas (ne pax turbaretur) hanc rem ab armis ad iudicia transtulit, nō desint partibus debita patrocinia, non quod ea, quæ in facto consistunt, & quorum reus agitur præfatus Dux ego affirmare pro veris ausim, sed duntaxat secundum ea, quæ proponuntur, de iure respondere. Insistendo igitur secundum ordinem mihi propositarum dubitationū in primis queritur, an suspensio banni, declaratio, confirmatio aduocatio p Cæsareā maiestatem, & deinde Regi factæ valuerint: & videretur prima fronte dicendū q, non, quia cū Cæsarea maiestas ex constitutionibus Imperij teneatur liberum cursum iudicij permittere, & nullo modo impedire: & ad hoc etiam specialiter se per pactum obligauerit anno 1519. iam non debet posse suspendere huiusmodi proscriptio: quia Princeps obligatur ex suo contractu ca. j. extra. de probat. imò etiam Deus obligatur ex promissione sua

sua quod magistrum sententiarum censuisse refert Bal. l. ff. de pact. idque etiam in Cæsare verum est, aded vt nec ex plenitudine potestatis aduersus promissionem venire possit, quod Bald. Cast. cæterique tradiderunt. l. digna vox. C. de legib. & maximè hoc dicendum est in pacto, quod ad confirmationem constitutionis euauerit: est enim efficacius propter duplum vinculum legis, scilicet & hominis. docto. l. non amplius. ff. de legat. j. B. r. l. omnes populi. iij. q. princ. ff. de iustit. & iur. Proceditque hoc, etiam si de pace tractetur. vnde receptum est in Princeps cum hostibus pacem faciat, non tamè posse subditorum præiudicium, qui damni passus sunt aliquid remittere. Host. Bur. & alij. ca. quanto. extra. de iure iur. Sed his non obstantibus, tamen casu nostro dicendum est contrarium: cum enim ex huius banno executio turbetur patria Germaniæ, & Respublica Christiana possit inde multum damnum perperci, fuisse illustrissima causa istius suspensionis. c. in nostra. extra. de iure iur. vbi Dd. & cum Cæsarea maiestas hoc affirmet verisimè que hoc manifestum sit, non est dubiū eius affirmationi standum esse, clem. j. de probat. licitum est enim causa seruanda pacis quandoque etiam leges transgredi. glo. c. placuit. xc. distin. & generaliter quotiescunque iubeat publicæ utilitatis causa, potest Princeps non solum legem, & pactum suum moderari, sed etiam in præiudicium tertij tollere Bartol. l. j. ad fi. C. si contra ius. vnde respondit Ang. quoties aliter pax haberi non possit valere remissionem damnorum, quæ priuato cuique illata sunt Ange. Modern. l. conuentionum. ff. de pact. idque etiam in foro conscientie obseruandum traditum est Ancha. consil. clxij. l. ff. penul. C. de in ius vocan. nam & priuilegium quamuis in contractum transierit per Principem ex publicæ utilitatis causa reuocari potest. l. quod semel. ff. de decret. ab ord. Quod & Alexand. consil. c. j. in j. idque maximè in casu nostro dicendū est in quod duntaxat de præiudicio supra scripti Ducis agitur, qui ante erat condemnatus interdicto recuperandæ erga ciuitatem, vnde non debuit audiri in hac causa bannum. & per totum. iij. q. j. accedens. ij. vt lit. non contest. nisi prius restitutus ciuibus cum fructibus & expensis, idque (vt Bald. ait) vsque ad vltimum quadrante. c. conueniente. de restitut. spol. etiam si quid erogatū est pro conciliandis amicis, & defensoribus. l. si quis ad se fundum. vbi Bar. C. ad l. lul. de vi. imò non tenetur Princeps aduersario super dominio contentente respondere, nisi tanto tempore possederit, quanto deiectus mansit: cum aliis non diceretur plenarie restitutus. can. tandiu. iij. q. ii. cam. ergo non debuit supra scriptus Dux contra istos interm. audiri potuit Cæs. maiestas saltem impedire executionem: & sic damnum, quod irreparabiliter istos affecisset, suspendere. l. ij. ff. de app. recip. c. nō debet. xi. q. ij. Illud quoque probabiliter dici potest, quod hæc suspensio non afferat magnum præiudicium alicui, sed in effectu quædam dilatio, quæ potest indistinctè Princeps facere etiā de ordinaria potestate. l. quoties. C. de precib. Impera. offerend. & licet quando obligationi accesserit iuramenti religio, respond. Alexand. consil. xxx. viij. in iij. priuilegium Principis non obseruari, tamen hoc cessat in casu nostro: nec enim hic vlla subest iniuriam d. auctoritas, & hoc etiam certius credendum est cū Princeps ex certa scientia, & cum clausula plenitudinis potestatis, hanc suspensionem fecerit. Bar. d. l. quoties. & hic tractatur de suspensione sententiæ, non de iure naturali aut dominio alicui impediendo, vnde virtus talium clausularum tollit omnem oppositionem. Alexand. d. l. quamquam. C. de testam. milit. Bal. l. j. C. de seruit. imò tali casu disputare de potestate Cæs. maiestatis est quoddam sacrilegium. l. sacri. C. de diner. rescrip. l. sacile. gij. C. de cri. sac. Nec obstat, quod supra dictum est etiam de plenitudine potestatis non posse Principem contractui suo refragari: quia hoc verum, nisi sub sit causa publicæ utilitatis, quæ semper omnibus præferenda est leg. iij. C. de primipi. lib. xij. C. vel nisi de modico præ-

iudicio agatur, puta de inducenda exceptione dilatoria tantum. d. l. quoties. Nec obstant alia supra, in contrarium adducta: quia loquitur in minoribus principibus non in supremo Cæsare. Item non procedunt vbi subest causa publicæ utilitatis, vt supra dixi. Nec obstat, quod conuentu Vnormacien. statutum sit nemine à banno absolui, sine consensu eius, qui bannum obtinuit. respondeo hoc non est absolutio: sed suspensio temporaria. d. l. quoties. quæ potuit fieri causa seruandæ pacis, vt supra dixi. multa enim permittuntur propter pacem, quæ aliis non concederentur. glo. d. c. placuit. 90. distin. idque etiam si aduersus proprium iusturandum sit veniendum, quod Bald. censuit. rubr. C. qui admil. æquissimum. de vsu fruct. & plurima huiusmodi priuilegia non colligit Anto. Corsetus in egiro tractatu. quæst. xl. In secundo dubio, quia Dux non obstante dicta suspensione, aduersus ciuitatem in hostilitate perseuerauit multaque ei mala intulit, in quam pœnam incidit: & sciendum est eum: qui bannitus persequatur, & infestat iure nostro nullam pœnam mereri. l. penulc. vbi Bartolus. de adult. etiam si bannitus de albo proscriptorum abrafus sit, dum tamen non sit legitime abrafus Cæpol. consilio vij. Nell. in tracta. i. par. iij. temporis. quæst. vj. itemque receptum est, si is qui bannitum offendit, probabiliter creditur adhuc durare proscriptio nem, vt quia ignorauit abolitionem, vel suspensionem banni factum esse. Bartolus d. leg. pen. Alexand. consilio cxliij. i. probabilis enim ignorantia eum excusat. leg. de ætare. ff. ex causa. vbi Baldus. de interrog. act. alioquin saluis iis casibus nō esset Dux excusandus, quia incidisset in pœnas legis Iulie de vi publica. quæ in eos lata est, qui cum hominibus armatis vim faciunt. de quo infra dicitur, & etiam in pœnas constitutionis de pace seruanda, de qua infra. In tertio dubio, quam pœnam sit commertus Dux tot criminum, quæ ei obii cerentur, & in iure nostro satis expresse sunt pœnæ pro singulis delictis, vt hæc in rem sit admodum necessaria opera mea. Non omittam tamen constitutionem Constantini. leg. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de public. qua quisquis cogat armatos ad vim, posse honis interuertendæ causa, si sequuta sit cædes, vel aliud malum ipse tenetur pro comitibus suis, etiam vsque ad summum supplicium quia causam malorum præbuit, aded vt nec facultas appellandi ei permittatur. Nec in casu eius legis refert, an ipse armatos adunauerit, an ab alio adunatis ipse sit ad rapinam vsus. leg. ii. ff. de dolo. ff. siue igitur. ff. de vi bonor. rapt. quod Alexander respondit. consilio ciii. in j. Sed difficultatem in casu nostro facit constructio Germaniæ, in qua Principes, & Duces actiones suas secundum legum terminos non moderantur, sed videntur esse in quasi possessione belli indicendi, & iniurias suas more militari vltiscendi: nec ideo vocantur ad disquisitionem legis Iulie, vel Cornelie, aut similibus, quæ sunt publicorum iudiciorum. idque videtur inductum ex regulis iurisdictionum vt apud Plutarchum in vita Camilli Brunus Gallorum regulas differit. dixi paradoxorum libro secundo, capite vltimo. & quia propter simplicitatem armatæ militiæ hoc eis indulgetur, vt non contemptum legum, aut Cæsaris maiestatis, sed potius errore, & non malitia videatur deliquisse. leg. penulc. C. de iis qui sibi doctor. in leg. si quis in tantam. C. vnde vi. & ad euitandam pœnam huiusmodi præsumptio est accipienda. leg. plagii. vbi Angel. C. ad leg. Fla. de plagia. idque maximè videtur in principibus dicendum: quia vt inquit Cor. Tacitus lib. xi. in Regibus æqua nedum in summa insolida sunt, & rarum est exemplum, quod tantæ fortunæ atque nobilitatis Reguli causam de huiusmodi criminibus dicat: cum ergo iure cuiusdam hostilitatis hæc omnia perpetrata sunt, videntur potius casui, aut bello impudenda, quam secundum legum rigorem diiudicanda, sed in casu nostro aliud dicendum videtur, sunt quidem illustri-

personis etiam in causis criminalibus aliqua indulta, vt
 16 quod in accusatione iniuriarum possint per procura-
 torem comparere. l. fina. C. de iniur. & quod non facile
 subjiciuntur questionibus. l. diuo Marco. de quaestioni. &
 pauca quaedam similia, sed quod morro hostili cum vici-
 nis agatur, hoc nullo pacto tolerandum est, nisi in casibus
 17 in iure permisis, quoru primus est pro defensione
 rei suae, vel pro recuperatione incotinenti facienda: potest
 enim quis manus cogere, & armatos colligere. leg.
 vt vim. de iustit. & iur. l. iij. §. cu igitur. de vi arma. idque
 etiam priuatis iure naturali permillum est. Alter casus
 18 est pro recuperatione rerum luarum etiam ex interuallo,
 si copia iudicis non adest, nec aliter consili spoliato potest.
 l. si alius. §. bellisimè, q. vi, aut clam. l. ait. §. si debito-
 rem. de ijs quae in fraud. credit. licet tale bellum non di-
 catur publicum, & huiusmodi proprie non appellatur
 hostes, nec capti efficiantur capientium, sed vt homici-
 dia, iniuriae ex parte recuperantis, impunita remaneant,
 nec ad vim publicam pertineant, quod Bartol. tradidit.
 l. hostes. ff. de capt. Tertius est casus, cum quilibet habes
 iurisdictione pro eius exercitio erga subiectos suos manu
 militari executionem facit. l. qui restitueret. ff. de rei
 vendi. & istud etiam proprie non dicitur bellum, nec est
 19 permillum, nisi intra fines suae iurisdictionis. Innocen-
 tius c. olim causam de restitution. spoliat. c. sicut vlti. de
 iureiurā. Quartus est casus, in quo proprie est bellum, &
 quidem publicum, quando ab eo indicitur, qui est solus
 20 legibus, seu neminem recognoscit in superiorum
 puta in Caesare, & Rege Francorum, & similibus. l. ho-
 stes. ff. de verbo. & rerum signification. vbi dixi. Si verò
 quis sit subiectus maiori Principi, vt sint Duces, non ha-
 bent ius indicendi belli absque licentia domini. l. j. C. vt
 armis. vlt. in scio Principe interdict. l. iij. lib. xi. alia ir-
 dunt in crimen legis Iuliae de vi publica. Bartol. d. l. ho-
 stes. ff. de verbo. & hoc iure. de iustit. & iur. quod maxime
 dicendum in casu nostro erga ciuitates Imperij, stante
 praesertim constitutione Caesarea maiestatis aduersus
 violatores pacis, de qua infra dicemus: & idem cum praefatus
 Dux non sit in aliquo supra scriptorum casuum non
 videretur posse excusari, quin teneatur de omnibus delictis,
 quae contigerunt ex ista coadunatione armoru. d. leg. quoniam
 multa leg. iij. §. etiam. ff. ad leg. Iul. maie-
 21 sta. & hoc etiam satis videtur sensisse ipse Dux, qui non
 aperto bello, sed via clandestina, & per indirectum haec
 omnia videretur fecisse. quauisq. ad poenas legales attinet,
 non multum referat aperte, an clandestine quis delin-
 quat: imò per infidias delinquens videtur magis puniendus.
 l. vlti. de rit. nupt. not. leg. 2. C. de sum. Trin-
 22 nit. & fide catho. In quarta dubitatione nunquid propter
 supra scriptam omne ius suu inditione iam capta, amiserit
 ipse iure, & cuiuslibet liberu fuerit eius facultates inuadere.
 Et sciendum est quod neminem regulariter, quamuis delicto
 atroci ipso iure priuari saluis certis casibus, de quibus in cap.
 cum secundum. de haeret. lib. vj. & tamen etiam in illis casibus
 requiritur prius declaratoria sententia, vt ibi dicitur. &
 varijs constitutionibus proditum est. extranagan. ad reprimen.
 & seq. vbi Bartol. in crimine tamē lae maiestatis, & certis alijs delictis
 impeditur delinquenti administratio, vt interim de bonis
 disponere non possit. qua de re alibi. leg. post contractu.
 de donat. vbi Bart. & doctor. in crimine quoque publici
 23 latrociniij, lex coeersit vnicuique facultatem, propria
 auctoritate huiusmodi publicae gentis turbatores occiden-
 di. l. fin. C. quan. lic. vnic. sine iudicia videtur etiam
 24 permittere bonorum occupationem. l. in suis. de liber. &
 posthum. vbi doctor. Sed & si concedamus licitum fuisse
 contra istum Ducem bellum sequetur vt capta in tali bello
 efficiantur occupantiu. leg. j. de acquir. posse. in princip. de
 qua quaestione mox dicam. In quinto dubio, vtrum
 principibus, & statibus confederatis liceret arma aduersus
 Ducem in proposito casu suscipere, & videretur prima
 fronte non licuisse: quia cum dicta ciuitas esset in banno
 Imperiali, non debuerunt pro banni-

tis arma suscipere: quia istud esset hostes adiuuare. l. j. C.
 de bon. libert. Bar. quest. j. nume. 18. sed cum suspensum
 esset bannum, & valeret suspensio. (vt supra conclusi)
 cessat ista ratio & certè haec quaestio, quae est ex princi-
 palibus huius causae pendet à prima, vt si suspensio banni
 valeat, liceret principibus eos defendere. sed & sciendum
 est, quoties copia iudicis, sed Principis, haberi non potest,
 licitum esset bellum defensuum, etiā absque superioris
 licentia. leg. vt vim. de iustit. & iur. q. Pet. Bar. ceteri
 docto. de plano fatentur. l. ex hoc iure. eod. tit. imo etiam
 offitio tunc permittitur, seu erga subditos, qui iudem sint
 & rebelles. Sed cum in casu nostro ageretur de defensione
 dictarum ciuitatum, videretur licitum fuisse Principibus,
 hanc armoru adumptionem. Et licet adessent iudices
 Cameræ, tamen ab eis tutela, atq; defensio parari non poterat:
 tum quia suspensa erat maiestas Caesaris, tum quia praefatus
 Dux non paruisset, sicut nec ipsi quidem Caesari paruisset.
 quod satis fertur ostendisse ex multis inobediētijs ad eam
 diem, etiam & post factis. l. si cui. §. j. de accusa. c. femel.
 de reg. iur. Vnde paria sunt, q. vel iudex non adfit, vel
 talis cui Dux non pareret. d. l. si alius. §. bellisimè: vbi
 Bart. q. vi aut clam. cuius opinio verā sequitur, vt merito
 poterint illi arma assumere & socias ciuitates adiuuare,
 cum lex id permittat quoties iudicioru rigor, & iuris
 publici tutela non sufficit. l. nullus. C. de Iudæis. Vnde
 infertur ad sextam dubitationem, q. multo minus ex-
 pectanda erat licentia iudicis dictarum ciuitatum, cum
 iudice carerent, & etiam si habuissent, certissimum erat
 Ducem iudicis madata neglecturum. Nec supra scriptae
 conclusioni obstant verba constitutions de poena omnium
 pacem violantium: quia non loquitur in casu, in quo alia
 de iure communi licuisset pro sui, vel sociorum tutela
 arma assumere, etiā non expectato iussu iudicis, vel alia
 sententia: licet enim iure communi vt quis censeatur
 publicatus, vel rebellis sit necessaria citatio, & sententia
 declaratoria. d. cap. cum secundum & idem sit etiam ex
 constitutione Imperij, tamen (quod attinet ad defensionē)
 ea vnicuique permittitur, nec est opus expectare
 declarationem, vel sententiam, quae fortasse serò interueniret.
 glo. l. ait praetor. §. si debitor. quae in fraud. credi. l. al. leg. j. de off. eius
 cui mand. Maxime, cum constitutio Imperatoris Maximilian-
 ni. anno 1499. simpliciter requirat, quod constituerit,
 quod verum verificatur etiam aliter, quam per sententiam
 constat, puta quia notorium hoc sit, & manifestum. l. iij.
 C. fini. regund. l. qui Rom. §. Augerius. de verb. oblig. In
 septima quaestione, in quam poenam incidit Dux qui
 tentauit dictam ciuitate Imperio Romano eripere aduersus
 homagium Imperatori praestitum. Et non est dubium, si
 hoc animo fuit Dux, eū feloniam commisisse videri.
 cap. j. §. similiter. vbi Aluar. quib. mod. feud. amit. sed
 tamen sciendum est, quod quando aliquis non est
 rebellis circa statum Imperij principale, licet alijs non
 pareret. Principi circa ea, quae factum aliorum concernerent:
 tunc non incideret in tales poenas, licet largè & improprie
 possit dici rebellis. Bartol. extranaganti qui sint rebel.
 verbo, rebellando. Alexand. consi. c. iij. in j. quia non
 principaliter contra ius Imperij machinaretur. c. sanè. ij.
 de offic. delegat. & ideo in casu nostro esset probandum,
 quod Dux hoc agebat, vt talem ciuitatem attentaret, vt
 sibi habere, Imperatorique eripere vellet, alijs si ex
 simplici illatione damnetur propter inimicitias cū
 ciuitate contractas, non diceretur directe fecisse contra
 fidelitatem, vel homagium praestitum. In octaua quaestione,
 an expeditio, quam status confederati aduersus Ducem
 fecerunt ex causis praedictis, p iusto & publico bello sit
 habenda, ita q. acquisita sint effecta capientiu, &c. Et in
 primis videretur q. non. Primò quia, ppter assertas iniustitias
 ipsius Ducis erat attendenda Caesaris maiestas, quae
 potuisset prouidere tanquam superior, ca. j. §. item si
 domino. quae sit pir. gau. benef. amit. vbi docto.

ubi doctores. Secundò, quia non permittitur vasallo, cui sit iniustitia a comite suo, vt possit depradari comitem,
 nisi prius fecerit eum banniri a superiore domino. cap. j. in fi. de milit. vafal. qui contu. Tertio quia videtur hoc
 decum constitutione nouissima, de pace tenenda promulgata
 Vuornatiæ, anno 1521. vbi manifestè requiritur, quod primū
 ab Imperiali iudicio Cameræ, aut per Locum cententem seu
 regimen nostrum premitratur citatio, &c. Quartò, hoc probatur
 ex communi sententia doctorum in d. l. ex hoc iure. qui
 requirunt omnino licentiam superioris Principis, vt possint subditi iusto
 bello aliorum loca aggredi: facile autem fuit hac in re adire
 Principem, si voluissent, si non Caesarem maiestatem, saltem
 regiam, vel eorum iudices. Sed in hoc casu puto aliter dicendū
 esse, & in primis si loquamur de bello defensio, clarum est
 id iudici, & geri absque alia licentia principis posse: quia à
 lege ipsa non solum ciuili, sed ipsius naturę vnicuique
 permittitur hec defensio leg. vt vim. de iust. & iur. Sufficit
 ergo, quod auctoritate legis id bellum suscipiatur, quod
 Bartol. & ceteri fatentur. Quod verò ad bellum offensiuum
 attinet non est negadū, quin fuit necessaria principis auctoritas,
 quam prius Ducem praescriberet. d. cap. j. de milite vasallo, qui
 eontumax, & ita proculdubio constituenda est regula tum ex
 consuetudinibus Feudorum, tum ex allegata Vuornatiensi
 constitutione. Sed tamen haec regula per petua non est, verum
 aliquibus casibus non procedit. Primus est, (vt supra dixi)
 quando de defensione tractatur. Secundus est cum copia
 Principis haberi non potest. d. §. si debitor. & l. iij. ad leg. Aquili.
 quod Petrus celsit. & sequitur Bar. & putarim idem esse, etiam si
 copia superioru haberi possit, sed essent suspensae: vt in casu
 nostro iudices Cameræ, qui non curauerant prius fieri restitucionem
 aduersus spoliatores, quam ad bannū dictae ciuitatis
 procederent: & prius enim sunt non esse iudicem, vel suspectum
 esse. leg. apertissimi vbi Iaf. C. de iudic. cap. ad hec. j. de
 appellat. Tertius est, cum periculum esset in mora: quia
 interim dum aditur iudex: dum imploratur bannitio: dux
 perseueraret in persequendo atque affligendo inimicos suos.
 d. §. si debitor. l. si de appel. recip. multa enim concedatur
 propter periculum morae, quae alijs non permitterentur.
 l. de pupillo. §. si quis riuos, vbi doctores. de oper. nor. l. al. l. j. de off. eius
 cui mand. Quartus est, quando constaret quod frustra iudex
 fuisset aditus: quia propter potentiam aduersarij non fuisset
 praestita obedientia. Alexand. l. diuortio. §. si fundam. ff. solut. matr. ff. frustra enim citatur quem
 manifestè constat non esse pariturū. glo. fina. ff. de in iur. re-
 sit. §. si legislator frustratorios auctus non inducit. l. hec
 stipulatio. in fi. vt leg. nomi. cau. & cum ipse de facto agat:
 non debet conueniri vice mutua de facto, & absque iudice
 secum agatur. l. minoru. in glo. j. de euiction. Alexand. l. si pacto.
 C. de pact. & non debuit ei praestari occasio maioris contemptus
 & inobedientiae erga iudices, cum nec antea quidem parere
 eis voluisset. cap. j. in princ. de sent. excomm. in vj. & licet
 alias non adeo grauis sit contumaciae poena: vt omnino non sit
 citandus contumax. l. lancimus. C. de iudic. d. c. j. de milite
 vasallo qui contu. tamen hic casus in eo procedit: quia non
 solum est contumax, sed etiam omnino contemptor, & aduersus
 superioris iustiones rebellis. In nona quaestione, vtrum
 seruatum sit moderamen inculpatae tutelae: cum aliter non
 videretur cessaturus Dux ab infestadis ciuitatibus: si de
 ditione deiectus non fuisset: & videretur non esse seruatum
 moderamen: quia multa remedia prodita sunt in iure: quibus
 potuisset esse conclusum foederatis absque eo, quod ipsum
 Ducem omnino castris edibusque suis deicerent. In primis
 enim prodita est cautio: quae sit per repromissionem. leg. j. ff. de
 praetor. stipulati. leg. lancimus. C. de verb. & ret. signifi. cui si
 non videbatur credendum, potuit adijci iuratoria eautio, quam
 videmus plerunque praestari. athen. cui re-

litum. C. de indic. vidui. tollen. quae etiam si non sufficiebat,
 potuit cogi ad dādos fidei iussores. l. satisfatione. de verb. & ret. signifi. l. j. C. de procur. potuit etiā decerni per
 Caesaris maiestatem, securitatem, inculpatem que illorum
 vicinorum fide publica sub protectione sua esse. leg. illicitas. §. ij. vbi Bartol. de offi. praesid. adeo, vt si
 quicquam mali paterentur, presumetur aduersus Ducem
 itaque ipse per infidias fecisset: hoc. n. remediū quandoq;
 est in vfu. l. si super. in fi. vbi dixi. C. de tranfact. Quod si
 nec satis fiducia in hoc esset, potuit compelli, vt obfides
 daret, qui mos est veteris militiae. l. diuus. de iure fisci. l. obfides.
 de testam. ff. Potuit etiam non de toto statu deiici, sed de
 parte, & arcem illi, seu fortalicia occupari, ne eorum
 fiduciam vicinis insultaret. l. ij. C. de fund. limitat. lib. xj.
 prouincias. vbi not. C. de priuat. a. fisci. quod sepius
 factum in historis legitur. Merito ergo, cum tot
 superessent remedia, non videtur fuisse ad illud maximum
 extremumque deueniendum, vt omnino ditione sua
 profligaretur. Sed ijs non obstantibus, aduertendum est,
 quia bellum defensiuum semper faciendū est cum
 moderamine inculpatae tutelae. l. j. C. vnde vi. cap. signifi-
 casti. secund. extra. de homicid. quae tamen moderatio
 esse debet plurimū in arbitrio iudicis relictis, qui ex
 qualitate personarum, & periculi, & locoru habeat
 arbitrii, idque faceret omnes. Vnde si propter naturam
 Ducis, nulla alia eret ratio eius coercendi vt ab iniurijs
 cessaret, satis dicitur obseruata fuisse debita moderatio.
 Non omitto etiam quod supra scripta remedia potuissent
 obseruari, si ipse Dux obtulisset se cessaturum & pro
 cautione dixisset se aliquid ex supra scriptis praestitum.
 l. vniuersa. in glo. fi. vbi Iaf. C. de praes. Imper. offeren.
 sed cum obdurauerit, & hostili more tempera- gerit, non
 potest imputari foederatis si prouiderit, ne a plius eis
 nocere posset argumē. l. scientiam. §. qui cum de feudis.
 ff. ad legem Aquil. In decima quaestione quid de fentata
 esset via violatae pacis secundum constitucio- nem nouissimam,
 poena ibi est expressa, quod bona, facultates, corpus,
 censentur proscripta, & quod feudū ad dominum
 reuertatur, donec transgressor viuat. sed quia ea actio
 non est intentata, nec secundum eius formam fuit
 declaratum, Ducem in bannum incidisse, non dicitur
 esse dictae poenae locus, sed solum eis poenis, quae iure
 communi sunt constitutae. Et si eadem in istis casibus,
 quibus supra dixi iure communiticium bellum esse
 offensiuū videretur, quod haec capta in bello debeant
 effici capientium. l. j. in princ. de acquir. posse. si verò
 solum bellum defensiuum sit permillum, tunc non effi-
 carentur capientium, nisi quatenus retinerentur pro dānis,
 & expensis. de quo infra dicem. pider igit hec que-
 stio ex iis que supra in vij. quest. retulimus. Nec videtur
 valde respiciendum esse ad earum exempla, qui in dicto
 vicinis, vel hostibus bello aliqua feuda occuparunt, &
 pro his in praesentem vsque diem detinent: quia necesse
 esset in casu nostro probare consuetudinem, & ius
 indicendi belli Germaniq; moribus esse absque alia
 superioris licentia. l. j. vbi not. C. quae sit lon. consuetudo.
 l. an in totum. C. de edific. priuatis. & vt olim fuerit
 videtur nouissime id ex constitutione de pace tenenda
 esse sublatum, & quicquid sint consuetudines iuratae
 facti, & ideo probatione indigent. Bartolus leg. de quibus.
 q. iij. legib. ff. in vndecima quaest. vtrum Dux possit
 beneficii consuetudinis Imperij, loquens de feudis: quod
 requiratur declaratio transgressorum in bannum
 incidisse, & quod feuda reuertantur in dominium,
 durante vita transgressoris tantum respondeo de hoc
 factis dictum esse quaestione proxima, quod non est
 intentata illa via: & quia constituto imperij est facta
 saluis alijs iuribus, & poenis aduersus transgressores,
 vt expressè ea dicitur ibi mediāntibus alijs poenis,
 ideo non censentur sublata alia remedia. leg. j. ff. vi bon. rap. vbi Bartol. Abb. e. de causis. de offic. dele-

40 gat. In duodecima questione f quod liberis Ducis hoc casu circa huiusmodi feuda debeatur. cum & probabili- ter ab eis sit timendum, ne aduersus has ciuitates quan- doque vltionem sumant & sciendum est in hoc pun- cto dari bimestrem distinctionem. Bart. l. cum qui. de inter. & re leg. aut enim vasallus directo committit ad- uersus dominum contra legem feudi, vt quia commit- tat feloniam & infidelitate domino, vt si in casu nostro constaret, quod voluisset Dux ciuitatem sacro Romano Imperio eripere, & sibi accipere & tunc cadere a iure feu- di. cap. j. si vasal. feud. princ. c. vnico. ff. si vasallus. vbi glo. B. si de feudo defun. fit controuersa. adeo vt etiam filij, & agrati excludant, & totum ius domino applicetur, aut vero non delinquit directo aduersus legem feudi, & si simpliciter danauerit proximas ciuitates, vel alias de- liquerit aduersus legem Corneliam de sicarijs, vel simi- les, & tunc ex eius delicto non sunt excludendi filij. c. j. ff. si. ij. respon. quæ fu. pri. cau. benefic. c. j. an ille qui in- ter se videtur tunc hæc distinctio communiter recepta. Quod tamen dixi, secundo hoc casu non excludendos filios, non est perpetuum. In primis enim aduertendum est ad verba inuestituræ. si enim aliter conuentum esset 41 aliud obseruaremus: quia tenor inuestituræ ante om- nia est attendendus. c. j. ff. de succel. feud. Rursum in feudo nouo certum est delictum patris obesse filijs. d. ff. fin. respon. ij. & c. illud. de prohibic. feud. alienat. per Fe- deri. & ideo reuertitur feudum ad ipsum dominum idque omnes fatentur. Sed & in feudo hæreditario idem di- cendum est cū feudum in filios transit, non simpliciter tanquam filios, sed etiam tanquam hæredes. quod Cin. & Bar. d. l. eum qui tradiderunt. & ab Alex. con. l. v. in v. vol. responsum extat. Idem quoque esse censuit Salyc. cum pater ideo condēnatus esset: quia incidisset in pri- mū caput legis Iulie maiestatis. Salic. l. ij. c. de lib. & eor. liber. videtur quia Principi ipsi, vel eius consiliaris esset infideliatus: tunc enim etiam filij plestetur. l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. Salius istis casib. non reperio de iure filios feudo paterno priuari posse. vnde casu, quo nō ef- femus in istis casib. istis filijs agentib. solum obstat ex- ceptio damnorum, & expensarum percipiendarum ex bonis donec viuit eorum pater. argumentol. necessa- riō. ff. si de peti. & com. l. peto. ff. prædiū. de leg. & fidei- com. ij. Imo. l. eorum. de dam. in se. Item exceptio præ- stitæ cautionis, vt succurrat ciuitatib. ne ipsi paternas iniurias facile victum eant. qua de re supra est dictum. In decimertia questione, vtrum Dux vltum legitimum remedium habeat petendi restitutionem, an vero ei ob- stet exceptioni criminum de quibus imputatur? Et vi- deretur fundatam esse intencionem Ducis ex regula ge- nerali quod si spoliatus ante omnia restituendus est. l. si quis ad fundum. C. ad leg. iul. de vi. c. j. de restit. spolia. quod procedit aduersus quem cunque spoliatorem, e- tiam si fuisset in possessione per ipsum Cæsarem confir- 44 matus. l. auctoritate. vnde vi. vnde traditū est eos qui impetrant inuestituram à Principe pro castris violenter occupatis nihil agere, quia talis inuestitura est ipso iure nulla. Bal. l. j. ff. de constitut. Princ. & nō potest Impera- tor violento possessori talem inuestituram concedere. 45 Bal. c. j. ad fin. de natura feu. nā & ff. in sacerdotijs recep- tum est confirmationē beneficij intruso concessam nul- 46 lius esse momenti. Fel. cap. postulasti. de rescript. & ff. in- uestitura de rebus emphyteuticis per vim occupatis fa- cta pari ratione nō valet. l. si. C. ne rei domin. vbi Bart. & Salic. responsumque apud Alex. extat. cons. ij. lib. v. e- tiam si Imperatoris confirmatio accesserit, adeo omnia nulla esse vt res longissimi temporis prescriptione pos- siturus esse possessor. vnde cum in casu nostro nec con- firmatio Cæsar. maiestatis nec longa possessio interue- nerit, apparet fortius non esse hunc deiectū aliquo mo- do excludendum. Nec ei obstat videtur exceptio pa- tratorum criminum: quia non tenetur spoliatus respō- 47 dere spoliatori, in causis criminalibus, nisi demum re- stituitur facta. caa. j. & per totum. ij. q. j. idque verisim-

num in eo, qui omnibus bonis spoliatus sit, vel saltem maiore parte ne inermis compellatur ad litigia. ca. fre- quēs. de restitutione spoliati. in vj. pceditq; hoc quomo- docūq; opponatur spoliato de crimine, siue accusando siue inquiredo, siue excipiēdo, semp. n. est prius restituē- dus. Sic habet cōis sententia. Gem. d. c. frequēs. Soci. cōf. xij. l. j. & maxime hoc videtur dicēdū in casu nostro, cū hæc crimina habeat prim. frōre in pmpu executione, cū enim ij eiues essent subiecti bāno Imperiali, potuit Dux credere sibi esse licitū omnia mala in eos perpetra- re, & cum Cæsaris maiestas in cōstitutione de pace tenē- da, ordinet neminem à banno absolui, nisi de consensu partis: & ipse non cōsensisset, habuit iustam causam cre- dendi eos licite offendi posse, & quamuis minus aliud supra de iure concluderimus tū ista causa, quāuis minus iuridicē saltē excusat à dolo. l. igitur. ff. ij. ff. de lib. caus. l. j. in fi. cum glo. ff. de abige. vnde non videtur ei denegā- dum interdictum recuperandē & non potest renegari, quia ita sit constituendū pro regula, quæ tamen perpe- tua non est, sed plures habet exceptiones ex quibus 48 aliquas referam, qui secundum ea, quæ mihi proponū- tur, videntur ad quæstionis nostræ decisionem pertine- re. Primus est casus, quando quis spoliatus est bello li- cito, tunc enim capta efficiuntur capientis. l. j. de acqui- ren. poss. vbi doctōr. nec datur alia actio, quia obstat ex- ceptio notoria dñij. c. ad decimas. de restit. spoliati. in vj. Bal. de pace constan. quomodo autem in nostro casu bellum fuerit licitum, distinguendum est secundum su- pradicta quæst. vij. Secundus casus, cum aliquis tyrā- nus est deiectus de possessione tyrānidis: talis enim nō auditur petens restitutionem, quod Martinus Lauden- sis tradidit tractatu de Princip. verfi. lxx. contra tyrā- num enim non est vitiosa conuictio. xvij. q. vij. c. Sanē. vnde & antipapa intrusus in sede apostolica, & spolia- tus non est prius restituendus. glo. ij. q. j. c. Deus ergo. ff. patet. & cap. in nomine. xxij. dist. & ff. dicitur actus ty- rannicus mouere bellum iniustum procurare mortem innocentium, maxime sapientum, & doctōrum, & nō seruare pacta, seu conuersiones ciuib. & maxime fidē publicam, seu saluos conductus à se datos. in authen. de manda. princ. ff. illud. & ff. sed neque. & alia similia de quibus integro tractatu disseruit Bartol. item que alii. l. decernimus. C. de sac. san. eccle. Tertius est casus, quo- ties exceptio opposita concluderet etiā in possessione vt quia spoliatus, talis esset quem liceret impunē offen- dere, vt quia depopulator agrorum. l. vnica. C. quando liceat vnic. c. j. de homic. lib. vi. mandator homicidij, bā- nictus, & similes personæ quæ ex forma iuris possunt im- punē offendi: si enim hoc in persona permittitur, multo magis in rebus. l. in suis. de lib. & posth. Corsetus quæst. lxxxv. limitatione xviii. cum iij. sequen. Quartus casus est aduersus hominem, cuius scuitia esset intolerabilis, priuatur enim beneficio dicti interdicti, vnde vxor non tenetur reuerti ad maritum, nec in primis quasi ad possessionē matrimonij ei restituere, quando ille nimi- um seuerus, atque iræ impotēs, vindictæque cupidus esset. c. literas. de restit. spol. Quintus casus generalis est in quocunque criminoso, qui ipso iure omni bene- ficio restitutionis careat. ca. item cum quis. de restit. spo- lia. vbi Abb. quod non solum in sacerdotijs procedit, sed etiam in rebus profanis, vt etiam receptissima sen- tentia. iij. quæstio. prima in summa. vbi Card. Alexad. Sextus casus in castris, & arcibus similibus que rebus vbi facta restitutione difficillima, dei de & ferē impossibi- lis esset recuperatio. argum. l. ij. de appellat. recip. tunc enim prius de proprietate esset cognoscendū, quod Pau- Cast. censuit, & ceteri sequuntur. l. si. C. de edict. diui A- driæ. toll. quoties. n. dānū irreparabile est, licitū est etiā iu- dici. ff. de facto resistere. xj. quæst. 3. c. non debet. c. in li- teris. de offi. deleg. vbi Felin. Septim⁹ est casus, qdō agēti hoc interdicto opponitur exceptio alterius spolij: ad- mittitur enim hoc casu talis exceptio. cap. fi. extra. de ord. cognitio, vt in casu nostro in quo Dux ipse iam conde- 49 m-

condemnatu est erga Gossarienses tali interdicto vnde videretur locum esse reconuentioni, nec Ducem posse restituere, nisi etiam restitueret Gossariensibus. Octauus & vltimus est casus, quoties subest magna causa, quæ sua- deat agentem non statim restituere: licet enim regulari- ter aduersus agētem interdicto quod vi nō admittatur exceptio de vi, tamen ex magna causa quando que est admittenda. l. si alius. ff. bellisimē. ff. quod vi aut elam. vbi Bar. dicitur autem magna causa: quando aliā copia iudicis haberi non potuit, vel cum periculo fuisse in mo- ra, quod Bartol. tradidit. d. ff. bellisimē. l. j. ff. nuntiatio. vbi doctō. de oper. no nunt. qui casus secundum ea, que in facto proponuntur, videntur omnes facere ad p- positum quæstionis nostræ. Sed quia constitunt in p- batio nibus, & mihi nō est exhibitus aliquis p- cessus, nec sum satis informatu de personis, non audeo aliquid affir- mare, sed satis sit de iure respondisse, questione facti cla- rissimis iudicib⁹ relicta. In decima quarta quæstione, an si in præsentis iudicio declaratur Ducem dictorum cri- minum reum esse, censetur incidisse in constituto. de pa- ce tenenda, vt eius p- nō sit locus. Et videndum est pri- mo quomodo sic pronuntari possit. cum enim vtilius sit actori agere iudicio restitutorio. leg. qui petitorio. de rei vend. ff. commodum. in fit de interd. & iudex debeat prius pronuntiare super spolio. c. postoralis. de caus. poss. nō videtur quod interim cognosci debeat de iis criminibus. l. si de vi. ff. de iudic. sed intelligenda est quæstio secundum supradicta, scilicet, quādo effemus in aliquo illorum casuum, quos supra reculi, vbi spolia- tus ate omnia restituendus nō sit. Itē potest intelligi, quā- do iudices super meritis causæ processissent, & Dux nō opponeret, quod prius super spolio cognosceret. In- noc. ca. constitutus. extra. de fil. presbyt. l. al. patr. ff. de ijs qui sunt sui. ver. xv. Item potest intelligi in causa reco- uentionis quam facerent fœderati erga ipsum interdi- cto recuperandæ agentem, nam & ruc possunt iudices de hoc cognoscere. c. fi. de ord. cogn. Bar. a. h. & conse- quenter. de sen. C. Igitur non est dubitandum quin si se- quatur sententia aduersus Ducem, quia pronuntietur reus dictorum criminum satis liquido dicatur constare eum incidisse in p- nō sit. Itē potest intelligi. l. j. ff. verfi. nam & Papinianus. ff. ad Turpilia. verificantur enim tūc verba constitutionis que post declarationem banni iu- bet reos subici dictis p- nō sit: & quando aliquid de facto fuit commissum potest ex superueniente sententia con- firmari. l. j. de exec. rei iud. vnde deiectio Ducis, etiam si de facto tantū perpetrata fuerit, tamen ex post facto cō- firmari posset, si talis sententia sequeretur: nihil enim ob- stat, qui iudex possit pronuntiare primam occupationē iniustam, & violentam fuisse, & tamen propter proba- tionem criminum de nouo, & prout ex nunc esse cons- eedendam. glo. l. j. ff. fina. C. quan. prouoc. quod de de- tentionē nulla tradidit Alex. l. in. in princ. ff. dam. infe. & in cæteris quoque executionibus est receptum, & li- cet aliqui existiment non posse actū eum nullum con- firmari. nemo tamen negat, quin denuo pronuntiare possit, & actus validus efficiat. l. iij. C. quomodo & quā- do iud. In decima quinta quæstione, an fœderatis ius competat aduersus t quemcunque ad quem feuda deuoluantur, ea pro expensis & sumptibus facti donec idoneē cauteatur de perpetua securitate. Et cum supra concluderimus istud bellum quod ad defensionem at- tinet, ijs fœderatis facere licuisse consequens est, vt non liceat Duci refragari: quia quoties licita est defensio, sequitur vt aduersarius iniuste offendant. gl. d. l. vt vim. & ideo non videtur deneganda fœderatis statibus retentio, donec eis impensæ restituantur. Nam & t aduersus agentem interdicto restituendū, licita est detentio pro- pter iustam & probabilem causam, id est, vt interpretat- tur Accursij expensarū. l. colonus in fi. de vi & vi arma- 59 l. pen. ff. loca. & alibi dicitur imputandus esse violento expensas, quas quis se defendendo fecit in conuocan- dis amicis, & militibus qui violentiæ resistunt. d. l. si quis

ad se fundum. secundum intellectum Bartol. vnde quod vulgo proditum est spoliatum ante omnia restituendū esse intelligitur, non solum ad rem ablatam, sed ad fru- ctus & impensas, & damna, & omne quod eius interest qui se defendit. cap. accedens. ij. vbi Abb. Pet. not. vt lite non contest. adeo vt etiam fructus, quiverisimiliter per- cipi potuerunt sint restituendi, quamuis verè percepti non sint. c. grauis. de restit. spol. Rotadecif. xxv. in nouis. & licet possessor malæ fidei, qui sciens in re fecit expen- sas non possit eas repetere a vero domino. l. si quis sciēs. C. de rei vcd. tñ secus est, si nō sit in mala fide. l. domus. cum glo. ff. de leg. j. Et si quis fecerit impensas in custodia arcis, vel castri, si tales expensæ respiciunt perpetuā vti- litatē rei eas repetit, si temporale, q. Ang. respondit, & alij probant. l. sumptus. vbi Angel. & la. eo. tit. Sed quid si non appareat liquidū de ijs expensib⁹, an nihilominus concedatur retentio. & Castrensis respondit. si quid li- quidū appareret deponetur, & fideiusio p- relicto quod declarandum superest præstetur rei possessionem rela- xandā esse. Cast. cons. cccxxvj. viso instrumēto. And. Sicul. xxxvj. in ij. satis enim est deposita certa summa p- eo q. obscurū est creditor caueri. l. statuliber rationē. ff. de statulib. ne ei retentio diutius concedatur. q. intelli- git Castrensis. nisi iam expensæ ad liquidū redactæ esset, vel nisi actum esset vt prius omnino meliorationē præ- tiū soluat. gl. d. l. colonus. & satis putarim hæc in ca- su nostro seruanda esse. Si tamen hæc Ducis electio cum moderamine inculpate tur. facta est, id est, si aliter nō potuit prouideri, vt ille etiam ab inquietādis vicinis cessaret vt supra quæst. ix. dictū est. alioquin nō licuisset fœde- ratis eum omnino de statu suo deicere, & consequētē- pro talibus expensib⁹ nulla esset retentio. Clarior est quæ- stio respectu ciuitatis erga quā cōdemnatus fuit Dux in- terdicto retinendū. certum enim est etiam dāna & inter esse præstada esse, alioquin nō ceteri facta restitutionē. d. c. grauis d. c. accedēs & quāuis aliā pro petitione expē- sarū, vel interestē def. cōditio, seuerit, seu incertū. q. si nulla. dele. j. l. certi cōditio. ff. si cer. pat. rñ in casu nostro magis expeditum est executiuo beneficio vti, in execu- tionē. n. sententiæ qua condēnatus est Dux ad restituē- dū, fuit etiā ad interestē & dāna cōdemnatus, vnde de offi- cio iudicis quod executionib⁹ versatur hæc omnia sunt resarcienda. l. iij. ff. ait prætor. de rei iud. no. in l. intra eo- tit. In decima sexta quæst. vtrū arces per Dacē factæ pro maiore securitate ciuitatū possint destrui. & nō vide- retur, tñ quia flex abhorret demolitionē edificiorū. l. cæ- tera. de leg. j. rñ q. si res deiecti, seu spoliati sint destru- cta, vel alias perempta tenentur is, q. deiecit in primis. & ante omnia ad eius æstimationem etiam si exceptio- nem compensationis certam atque liquidam obijceret 60 lesi. fin. C. de compens. In contrarium facit quia propo- nitur huiusmodi fortalicia esse in iniuriam vicinæ ci- uitatis ædificata, vnde non videtur hoc fieri potuisse. si- cut nec ad æmulationem. l. e. opus. ff. de oper. pub. glo. l. ij. C. de fun. limitroph. quod pluribus exemplis la. do- cet. l. ex hoc iure. de iusti. & iur. & istud est verius, sed tñ est aduertendū, quia si destrueretur, & contingerat Du- cē restituere, angariaret subditos ad reficiendum, multo fortius & inexpugnabilius, & ideo esset fortē maior se- curitas si Cæsar. maiestas retineret in sequestro eas arces 61 apud se, donec hæc ita deferuerit. Nō enim statim ini- mico reconciliato est sidendum. gl. in verbo inimicitias capitales. extra. de simo. In decima septima quæst. quid cum dominis feudorum agi debeat, an sequestrari intē- rim possint, huiusmodique sequestratio fœderatis sit præiudicialis, quod minus ius possessionis & alia iura re- tineant. Et videretur istis nihil innouandum esse, cum vt asseritur in defidatione belli Duci Henrico intima sint nominatim excepti nobiles & alij, qui non alios quam feudorum illi essent obligati: cum ergo sint 62 excepti, debet permitti eis vt in ea recognitione erga Ducem perseuerent, in qua ante bellum erant non enim facile est à verbis diffidationis receder-

dum. Io. And. in c. j. de homicid. lib. vj. in nouella. Ia. l. ex hoc iure nume. 30. In contrarium facit, quia cum isti fuerati iure belli Ducem de possessione Ducatus deiecerint, debent ij nobiles victore recognoscere Alex. l. Paulo. §. si deleg. iij. An. cons. cxxvij. quia ad eorum iudicium non pertinet scrupulosus inquirere, quis iustus inducat arma. l. j. §. item Pomponius. ff. quod sal. tut. & cū nō possint primo domino propter potentiam aduersario succurrere, ab ea obligatione censentur liberati. c. j. §. sed non est in fi. quæ sue. pri. ben. amit. vnde ei qui in possessione ditionis est, debent soluere. l. si vr. bana. vbi doct. de cond. in deb. Sed tamē, cum isti fœderati non possideant tanquam domini, sed sub colore defensionis, nec possit Dux in quietare vicinos, & sub colore delictorum ab ipso Duce perpetratorum non videretur quod dicti nobiles debeant ab eis feudum recognoscere, nec eis solvendo liberentur. l. Imperator. §. si. ff. de transact. nisi quatenus coacti soluerent. Bar. l. creditor. de sol. Bald. l. falsus. in fi. C. de fur. Deci. cons. xxv. pone ergo, quod pecunias posuerint in sequestro, vel recognitionem alicui Principi tanquam sequestro fecerint, an id noceat Duci, vel iis confederatis? & licet sequestratio facta auctoritate iudicis non transferat, nec mutet ius possessionis. l. in interesse. de acquir. posse. tamē regulariter aliud est in alijs sequestrationibus. leg. licet. §. j. ff. de po. maximē quæ consensu partium celebrantur. d. l. in interesse. & ideo satis videretur dici posse, istos itatus fœderatos respectu feudorum sequestratorum non esse in possessione, nisi quatenus coegerint va fallos ad sibi soluendum iuxta ea, quæ superius dicta sunt. Bar. d. l. creditores. Bal. d. l. falsus. Si verò intelligatur quæstio dominis feudorum, à quibus Dux ipse particularia feuda habet, tunc idem de eisdem dicendum est quod de feudo ipse Ducatus respectu Cæs. maiestatis, vt supra conclusum est. nam plus & minus non inducunt speciale differentiam. leg. si. ff. de fund. instru. In decimo octaua quæst. an si feudum sit apertum domino debeant potius fœderati inuestiri, quorū opera Dux eis de dedit, & si hoc fecissent ex mandato Cæs. maiestatis, dubitatio esset probabilis, tanquam hoc modo remunerandus esset labor, & periculum ab eis susceptum. gl. lxxij. dist. Adria. sed cum fecerint causa defendēdi fœcias ciuitates non videretur subesse vrgens ratio cur Cæs. maiestas istis potius concedat quam filiis, vel agnatis Ducis expulsi, sed dū tñ ea quæ diximus quæst. xij. de pœdet. n. hęc quæstio ab illa. in §. decimanona & vltima quæstione, an qui voluit Dux cōgregatis militibus, aduersus conuentionem sequestrationis ad oppida sua reuerti si dissoluta, obligatio dictæ sequestrationis, & posita fœderati ab ea recedere? Et viderentur posse: quia per talem collectionem armatorum, & castrorum mutationem dicitur rupta pax, & fœdus rescissū. Bar. rub. C. de meca. lib. xij. & quia Dux destitit non per penitentiam, sed per impossibilitatem: quo casu non est excusandus glo. c. j. §. j. in gl. iij. quibus modis feud. amit. & facit regula generalis, vt non seruanti conuentionem non sit obseruandum. l. cum proponas. ij. C. de pact. In contrariū facit, quia videtur penituisse re integra. Bald. & doct. l. si quis. C. de episc. & cler. quia non excessit in tra iactum teli ad dictas arces, vt simili in casu Bal. distinguat. d. c. j. §. similiter. Ego satis arbitror dici posse sequestrationis conuentionem durare, & temporales istas inducias non debere à fœderatis rumpi: quod alicubi docui. l. cum proponas. vers. quartus casus. vbi Alex. & alij. condemnandum tamen Ducem in expensis, quas hoc nomine maiores fecerunt fœderati, vt illi resistere, si vterius progredere, cessatio enim nō excusat, quoties interest aduersarij. l. ex hoc edicto. §. pen. de alienat. iud. mu. cau. Et ita mihi videretur saluo semper sano iudicio.

CONSIL. CXXXIII. SVMMÆ.

Res perit periculo domini, & casus contingens circa rem imputetur.

- 1 Mandatarius tenetur non solum de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui.
- 2 Mandatum debet esse gratuitum.
- 3 In contractu locationis, & conductionis non solum venit dolus & lata culpa, sed etiam leuis.
- 4 Culpe deprehendende modus.
- 5 Ille dicitur esse in leui culpa, qui non fecit, quod prudentes & diligentiores homines communiter facerent.
- 6 Nimia credulitas arguit latam culpam.
- 7 Credulitas non excusat, nisi ei creditum sit, qui erat celeberrimus.
- 8 Lex presumit aduersus muliones quod sint fures, & conueniant cum muribus.
- 9 In causis arduis non videtur deferendum iuramentum in supplem entum probationis.
- 10 Ex dicto extraiudiciali, contrario iudiciali minuitur fides dicti iudicialis.
- 11 L. Si quis uxorem, §. apud Labeonem. ff. de fur. declar.

Rati contingentia, visa & examinibus in causa criminali factis, dubium vertitur, an dom Nicolaus ad aliquid tenetur propter amissionem dictorum scutorum contingentium, & videretur prima fronte dicendum, quod non, quia cum ipse iuxta formam mandati sibi facti per literas do. Hieronymi Alamani eam pecuniam in inuolucro quodam imposuerit in Balla mercium. Et sic executus sit mandatum non videtur ultra conueniri posse. l. cum in plures. §. si seruum tuum mulionem. ff. loca. Secundo per regulam, quæ habet, quod res perit periculo domini, & casus contingens circa rem imputatur domino. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. si nulla. l. pignus. eod. tit. l. j. l. 4. C. de loc. Tertio, quia salua sit iure ipsius do. Hieronymi tam aduersus muliones, quam aduersus hospitem Pontis Curonij, potuit noctu dicta Balla apuisse: cum muliones subiecti equuleo, & alijs tormētis pseuerarint in negatiua & indicia cōtra se pducta purgauerint, vt p Alberic. de Rola. & Mod. in l. edictū. ff. de quæst. & Bar. h. Vero. cons. xxxij. incip. quidā rustici. sequitur, vt suspicio omnis remaneat super dicto hospite, saluaque sit actio do. Hieronymo aduersus illum, non autem aduersus Nicolaum. l. si quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de fur. tis. Sed his non obstantibus, puto ipsum do. Nicolaum teneri ad præstandum indem nem præfactum do. Hieronymum Alamanū, & præsuppono, quod iste Nicolaus tanquam mandatarius tenetur, non solum de dolo, & lata culpa, sed etiam leui. l. si procuratorem. §. si. ff. mād. l. in re mandata. in fi. C. manda. l. contractus. ff. de regul. iur. Fortius dico, quod ex quo in mandato transmittēdarum pecuniarum propter periculum: quia multi insidiantur auro, requiritur maxima diligentia, vnde tali casu mandatarius tenetur etiam de leuissima culpa. l. à procuratore. C. mandat. not. Dyn. in regula. contractus. de reg. iur. in 6. cum similibus vt tradit Alex. cōf. xij. viso puncto in 3. volum. Cæterum, quia iste Nicolaus conscuebatur certam pecuniam annuā p salario videretur tur hoc non esse mādātū, ex quo nō est gratuitum. §. in 3. summa. inst. de mādā. sed potius locatio, & cōductio operarij. vt ibi dicitur, sed tñ et hoc posito adhuc idē videtur dicendū, quia in contractu locationis, & conductionis non solum venit dolus & lata culpa, sed et leuis, quia gratia vtriusque celebratur. l. si vt certo. §. nunc vidēdū. vers. sed vbi. ff. cōmod. l. in iudicio. C. loc. vbi gl. Et eodē modo in rebus, quæ requirit maximā diligentia, putarem venire etiam leuissimam culpam: quia subest eadem ratio, quæ in mandato: & quia idem videmus in conductione rerum, quæ leuiter franguntur, in quibus venit etiam leuissima culpa propter magnam diligentiam, quæ est necessaria tali casu. l. si merces. §. qui columnam. vbi gloss. ff. loca. gloss. & doct. in §. qui pro vsu in fit. locat. Videtur aut Nicolaus fuisse in culpa nō solum leuissima, sed etiam leui: quia non fecit quod prudentes, & diligentes homines communiter facerent, vt per Bart. in l. quod Nerua. ff. de positi, videlicet, quia inser-

quia inseruit dictas pecunias in Balla, sciente Baptista mulionis famulo, & limis oculis respiciente, non enim debuit eius fidem sequi, & licet mercatores etiam cauti soleant credere Ballas suas istis veteribus, non tamen vnquam permittunt, vt scire possint pecuniam in eis esse immisam, quod iste Nicolaus fecit: & ideo non est dubitandum, quin teneatur ob hanc culpam, quæ saltē est leuis. Fortius puto, quod talis culpa potius sit lata, qui permiserit hoc sciri à do. Baptista famulo uilissimo mulionis, & nihil prorsus habente in bonis, ista enim nimia credulitas arguit latam culpam, vt dicunt doct. in l. j. ff. de eo per quem fac. erit. in l. nimia credulitate. C. de act. & ob. gloss. in c. quam magnum. & ibi Arch. xxij. quæst. iij. & xxij. quæst. iij. c. innocens. & probatur hæc conclusio per tex. in l. si res pupillaris. ff. de admitt. arg. à contrario sensu, vbi et credulitas non excusat nisi ei creditum sit qui erat celeberrimus idem probatur in l. argentum. ff. commoda. vbi duntaxat excusatur, qui tam idoneo creditur, vt nō debuerit quis existimare futurum, vt à malis hominibus deciperetur. Ad idem & facit tex. in l. si à bonæ fidei. ff. de rei vendic. vbi lex requirit quod sit integre opinionis. & ibi Ang. ponit notab. Decif. Facit etiam quod not. Philippus Corin. cōf. cccxv. iij. pro vecturali. lib. 4. vbi consuluit mulionem esse in culpa qui acculum magne æstimationis non aprauerit eo loco quod non videretur, ne facile posset auferri aut perdi, si enim Nicolaus clam mulione dictam pecuniam intromisisset res fuisset in tuto, nec quisquam Balla aperuisset: ergo non fecerit, q. diligentes homines facere debent, & solent, tenebitur huius culpæ nomine siue dicamus teneri eum actione mandati, seu actione ex locato ipsi. Hieronymo supra scriptis iuribus. & per ea, quæ no. Bar. in d. l. quod Nerua. ff. de po. & dixi in l. magna. in l. lata culpæ. ff. de verb. sign. Nec obstant allegata in contrarium, & in primis quod Nicolaus sit exequutus iuxta formam mandati: quia respondeo duob. modis. Primò quod non debuit inferere pecuniam videntibus mulionibus seu eorum famulis, maximē cum lex præsumat aduersus tales, quod sint fures, & conueniat cum furibus. l. j. ff. nau. caup. itab. l. j. ff. fur. aduer. nau. cum similib. Secundo respondeo, quod non satis constat, an ipse Nicolaus illam pecuniam imposuerit in dicta Balla, cum potuerit eam sibi retinere. Nec obstat, quod do. Ioachimus attestat sit, quod ipse adiuuauerit eum in interponendo inuolucrum dictæ pecuniæ: quia hoc non sufficit tribus rationibus. Prima quia est singularis. l. vbi numerus. ff. de restit. Nec et in causa tam ardua videtur deserendum iuramentum in supplementum probationis per ea quæ not. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. Secunda, quia est contrarius dicto ipsius producentis: cum ipse Nicolaus dixerit pecunias immisam in Balla fuisse ab ipso Ioachimo, ipse verò Ioachimus attestetur, quod imò ipse Nicolaus posuit, vnde contrarietas testis cum dicto partis non facile reducit ad concordiam, vt per Alex. in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. oblig. & casu quo concordia aliqua conciliaretur, non est maior omni exceptione secundum Bal. cons. cxxij. quia vnus. in ij. vol. & quod no. Dec. in c. in præsentia. ix. nota. de probat. Item dictus Ioachimus est contrarius dicto suo extraiudiciali, quod fecit pro informatione d. Hieronymi in quo attestatur se non multum bene vidisse an esset vna plastra, an duæ. item attestatur, quod vna cum mulione fecerunt dictam Ballam, & in attestatione iudiciali, dicit q. mulio solum cōmodauit gladium. & ambulabat ibi per curiam, et ex dicto ergo extraiudiciali, contrario minuitur fides dicti iudicialis. l. eos & ibi per Bart. ff. de sal. Tertia ratio, quia ipse Ioachimus non prohibet certum testimonium: quia dicit se non vidisse pecunias, sed duntaxat plastra, seu inuolucrum, quod non sufficit, sicut dicimus de eo, qui solem ostendat, in quo asserat esse pecuniam. l. cum seruus. ff. de condit. & demonst. quia fortē potuit inesse aliquid aliud, vt in penulo Plautina, qua tamen in re plu-

rimum tribuitur arbitrio iudicis, qui per coniecturas veritatem exploret, vt per Bart. & doct. in l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de eden. & plurimum aduertat ad qualitatem personæ ipsius Nicolai, & ideo tutior est supra scripta prima responsio, non enim potest negari quin fuerit in culpa, vt supra dixi. Non obstat secūdum argumentum, quod res pereat periculo domini, quia respōdeo, id verum esse, nisi sub sit culpa, vel nimia credulitas procuratoris, tunc enim procurator tenetur culpæ nomine, (vt supra dixi) & probatur etiam in l. si mei causa. §. fin. ff. commod. vbi si ego miserim ad te seruum causa te admonendi, vt mihi rem commodatam restituere, & tu illi seruo tradidisti, qui aufugit periculum est tuum, quia non debuisti illi credere cum ego ad te eum misissem causam admonendi, non autem accipiendi dictam rem. nimia ergo credulitas tibi imputatur, idem ergo in casu nostro dicendum. Non obstat tertium & vltimum argumentum, quia dissoluitur ex supra scriptis quamuis enim sit salua actio ipsi d. Hieronymo aduersus muliones, & ceteros complices, & suspectus, non tamen ideo tiberatur Nicolaus propter culpam suam, vt supra dixi. Nec quicquam facit text. in d. l. si quis vxorem, §. apud Labeonem. & quod ibi Bart. no. ff. de fur. quia ibi imputandum erat domino, qui debuit perspicere an aliquis tertius adefset, qui caperet sermonem illorum, merito mandans ibi non teneretur, sed salua est actio furri domino rei aduersus captatorem, in casu vero nostro nihil potest imputari ipsi d. Hieronymo, qui erat absens, sed culpa omnis ob nimiam credulitatem imputanda est Nicolao per supra scripta. Et hæc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXXIII. SVMMÆ.

- 1 Hæredi non licet reclamare aduersus factum auctoris sui.
 - 2 Sufficit quoad Deum in pacē faciendā remittere rancorem animi.
 - 3 Adiectio contra naturam actus est reiicienda.
- R**O Hieronymo Calcaneo facit, quia habuit pacem ab ipso occiso, quod sufficit de iure cōmuni, ex quo ipse principaliter est offensus, nec licet hæredi reclamare aduersus factum auctoris sui. secundum Bal. l. ij. C. de lib. & eorum lib. & l. i. C. com. deleg. Angel. in tra. ff. malefic. verbo, termino defensionis. & licet consuetudo hoc non approbet: quia vulnerari facile remittunt spe vitæ æternæ: tamen hoc non videtur in casu nostro. in quo etiam pater interuenit: & auctoratus est, cum alloquitur (quod ad Deum attinet) sufficit simpliciter remittere rancorem animi. secundum Bart. l. si tibi decem. §. quædam actiones. ff. de pact. Et maximē hoc est obseruandum in casu nostro, in quo iste habet pacem etiam à parte & ab altero fratre doctore, qui simpliciter remisit vnde sufficit maior pars. secundum Bart. in l. iij. §. Cato. in fi. ff. de verb. oblig. & licet aliqui Moder. contradicant, tamen opinio Bart. est magis communis, secundum Aret. in l. pro hærede. §. fin. de acqu. hæ. & proculdubio magis æqua, & præsertim hoc est dicendum in hoc casu, in quo habetur pax etiam à secundo fratre: licet adiectio conditionem, quod non veniat in fra Ticinum &c. Ista enim adiectio videtur contra naturam actus, & ideo reiicienda. l. cum precario. ff. de preca. l. j. §. pen. de po. cum quid extrinsecus respiciat. l. j. §. i. ff. si vlt. fruct. peta. & alioquin quædam contrarietas induceretur. secundum Bart. in auth. ingressi. C. de sacr. sanct. eccles. nec conditio per ipsum adiecta debet impedire beneficium Principis à iure publico proueniens. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXXV. SVMMÆ.

- 1 Confessio testatoris stipulata à Notario, nomine vxoris absens testatoris ei præiudicat, & est irrevocabilis.
- 2 Dos legata non potest grauari, secus verò in augmento dicendum est.
- 3 Quod quis sit filius alicuius lex presumit si custoditus sit vni et

- 4. Confessio Patris vocantis filium aliquem, non potest nocere fideicommissario.
- 5. In proprietatis iudicio non sufficit probatio per tractatum vel per confessionem Patris.
- 6. In institutionibus masculinum concepit femininum.
- 7. Filij vocati copulatiue cum Patre, intelliguntur vocati ordine successiuo.
- 8. Renuntiationem ad aliud fideicommissum non trahit.
- 9. Enormis lesio facit presumi dolum saltem re ipsa.
- 10. Paria sunt siue dolum interueniat ex proposito, siue re ipsa.
- 11. Iuramentum non trahitur ad ea, quae quis ignorat, ex quo tunc desicit consensus.
- 12. Cum quis enormiter leditur satis apparet, quod ignorauit verum valorem.
- 13. Quando quis contrahit cum verisimiliter consumpturo, contractus non confirmatur iuramento, propter dolum praesumptum illud recipientis.
- 14. Iuramenti relaxandi cause.
- 15. Mulier ex fragilitate sexus facile praesumitur decepta.
- 16. In contractu damoso, facto etiam cum iuramento, simplicitas praesumitur in minore muliere, & rustico, & tale iuramentum per Episcopum relaxari debet.
- 17. Auctoritas iudicis interueniens in instrumento renuntiationis & renuntiatione facta verbis valde praegnantibus, non impedit restitutionem, quae prouenit ex enormissima lesione.

REVITER in praesenti causa attingam dubitationes, quae videntur habere aliquam difficultatem. Prima dubitatio est circa testamentum magistri Francisci in quo relinquitur do. Laura Beroaldi libras 500. pro restitutione dotis suae habitae & receptae, & c. Item alias libras 500. pro totidem habitis intorio calibus in augmentum dotis, & in quibus grauauit dictam uxorem de restituendo filiabus femininis Nicolai in defectum masculorum, saluo usufructu ipso Nicolao & uxori in eorum vita. In qua est sciendum: quod respectu primi relicti confessio ipsius testatoris ei praepiudicat, & est irrita uocabilis, ex quo stipulata est a notario nomine uxoris abentis, secundum Bartol. in l. cum quis decedens §. codicillis. ff. de leg. iij. & ideo non potuisset testator grauare eum aliquo onere: cum nihil de suo ei relinqueret, sed duntaxat dotem, quam accepit. l. ab eo. C. de fideicommissis. Respectu vero aliarum 500. librarum, relictarum in augmentum dotis, quia non ad est aliqua stipulatio notarij, valet in vim fideicommissi. l. si creditori. ff. de leg. i. l. Aurelius. §. fin. de liberat. legat. per Bartol. d. §. codicillis. vnde potuit testator adijcere dictum onus restitutionis faciendae filijs femininis Nicolai in casum, qui euenit: quia decepsit abique filijs masculis legitimis de quo etiam per Alexand. post alios in l. si usufructus §. dos legata. ff. ad l. Falcid. Et ad excludendum hanc filiam femininam non sufficeret, si probaret, quod Nicolaus legitimasset filium masculinum: quia oporteret probare quod iste fuisset filius Nicolai, puta quia ventre custodito ex concubina natus esset, alias lex interpretatur non esse filium Nicolai, sed vulgo conceptum. l. v. ff. de in ius voc. cum legitimae nuptiae. l. vulgo. de stat. hom. §. confessio enim Nicolai eum coram Comite Palatino filium appellantis, non potest nocere fideicommissario. l. fideicommissum. ff. de condi. & demon. & Comes Palatinus facit quidem eum legitimum praesupposito, tamen quod sit filius, quod omnino est probandum, vt dicitur in l. c. ij. verfic. 4. in 4. volu. alioquin lex eum vulgi filium praesumit: vnde nec in bonis quidem patris, qui eum pro filio habuit, vllam ei ab intestato portionem deserit. athen. licet. C. de nat. libe. idque in proprietate iudicio maxime est dicendum, in quo non sufficit probatio per tractatum, vel confessionem patris. l. non nudis. vbi Cin. Bart. Bald. C. de probat. dixi in tract. praesumpt. lib. 3. vers. xxxvij. Sed (vt eudio) nos sumus etiam in casu clariore: quia probari potest, quod iste non erat filius Nicolai, sed ab eo acceptus ab hospitali, & legitimatus in fraudem: vnde res caretet omni dubitatio:

ne: quauis (vt dixi) vnus probandi quod esset verus filius naturalis in cumbar ipsis aduersarijs per supradicta. Alia est dubitatio circa testamentum praesata d. Laura Beroaldi, quae habebat in bonis dicta legata dotis, & augmētū & instituit heredes Nicolai, & dicti Nicolai filios legitimos, & naturales, quos in uicem substituit, & c. & si dictus Nicolaus decederet sine filijs legitimis & naturalibus, tunc vocauit quosdam alios in tres partes & c. Na per illa verba, Et domini Nicolai filios. ceterum vocata, & d. Laura Moderna, filia ipsius Nicolai, quae masculina concipit femininam in institutionibus. l. libertorum. ff. de verb. signif. praesertim factis ab ista proauia femina per Anch. consilio cccxlj. incip. pro maiori intelligentia, cum similibus. Et licet filij vocati sint copulatiue cum patre, tamen intelliguntur vocati ordine successiuo, non solum per vulgarem substitutionem iuxta not. in l. Galua. §. i. ff. de liber. & posthum. Sed per fideicommissum per illa verba, Quos in uicem substituit vulgariter: pupillariter & per fideicommissum. l. si frater. C. de fideicommissis. Soc. consilio 6. in 3. & frustra inuicem substituit per fideicommissum: nisi grauatus esset etiam pater. Tertia & vltima dubitatio circa renuntiationem factam cum iuramento per istam do. Lauram Modernam per Magistro Alberto receptis scutis xxiii. auri: quae renuntiationem in forma amplissima, & sciendum est dictam renuntiationem esse limitatam respectu iurium, quae competunt, & competere possent super domo, pro dote seu hereditate d. Laurae veteris, & quocumque relicto sibi facto per dictam d. Lauram, in eius testamento, quae verba nullo modo possent comprehendere relicto librarum 500. in augmentum dotis in quo d. Laura Moderna, iure fideicommissi est vocata, per quod fideicommissum succedit ipsi magistro Francisco, non autem d. Laurae veteri grauatae fideicommissio. l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pupil. Maior est difficultas: nunquid valet renuntiatione respectu aliarum librarum 500. dotaliu, & dubitatio facit, quia cum renuntiauerit receptis. 24. aureis videtur enormiter laesa quae enormis lesio facit praesumi dolum saltem re ipsa. l. omnes. §. Lucius. ff. quae in fraud. cred. l. si quis superstite. ad fin. C. de dolo. & paria sunt siue dolum interueniat ex proposito, siue re ipsa. l. si quis cum aliter ff. de verb. obl. l. 2. §. si quis sine. ff. de doli except. Et quia iuramentum non trahitur ad ea, quae quis ignorat, ex quo tunc desicit consensus. l. cum Aquiliana. ff. de transact. sed et cum quis enormiter leditur satis apparet, quod ignorauit verum valorem. l. quisquis vbi gl. & Bart. C. de rescin. vendi. Ergo iuramentum tali casu non obligat. Ad idem adducit secum Ant. But. & Abb. in c. cum contingat, de iureiur. quia quando quis contrahit cum verisimiliter consumpturo, contractus non confirmatur iuramento propter dolum praesumptum recipientis illud argu. l. si quis cum scire. ff. de vscap. pro empt. ergo multominus in isto casu debet confirmare: cum in eo tunc mulier actualiter male consumat. Et quia isto modo iuramentum praestaret auctoritatem iniquitatis, & adiuuaret decipientis, re ipsa contra c. quanto. c. & si Christus. ff. de iureiur. & secundum hanc opinionem consuluit Anch. consi. xxxix. pro chariori. consi. lxxxij. visis consi. clxxx. visa diligenter consilio. cccxlj. Cald. consilio. vij. duae puellae. Fede. de Sen. consi. cxcix. quaeritur ad domina. Anto. de But. & Abb. in d. c. cum contingat. idem But. consi. xlv. iuris rigor Abb. consi. 8. Laur consi. cvij. quatuor. in 2. Raph. Cō. consi. clxxx. videtur prima fronte. Pau. de Cast. consi. clxxvij. contra superior. Aret. consi. xcij. viso legato. Sicul. consi. xxj. & quidem. in i. consi. liij. praclare. in 2. Cor. consi. cccxiiij. in ij. & in alijs consilijs, vbi refert ita etiam consuluisse d. Io. Peru. & Benedic. Capram praecipuos suos: & idem refert in reper. auth. sacramenta puberum. in verbo inuolabiliter. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. & consi. lxxxix. visopūto in 2. & nouissimè secundum hanc opinionem consuluit Deci. consi. clxxx. per totam. Sed tamen dicta opi-

nio

nio non caret dubitatione, quia multi tenuerunt contrarium per text. in c. quamuis. de pact. in 6. quos refert & sequitur Alex. consi. cccxxv. in i. consi. 53. visis. in 3. Cur. Senior. consi. xxxxiiij. consi. lxxvj. in vltimo dub. Et maxime hoc videtur dicendum in casu nostro in quo praesens mulier renuntiauit cum iuramento, etiam enormis simae laesioni, quae verba videntur tollere omnem difficultatem. Ego tamen adhuc sentio concludendum ab solutionem a iuramento, non obstante tali clausula. & si ista mulier fuisset tunc minor, res esset clarior, quia hoc tenet Bur. in d. c. cum contingat. subest enim illa ratio doli praesumpti eorum qui receperunt tale iuramentum. argu. d. l. si quis cum sciret. & quia qua facilitate contraxit. eadem praesumitur talia verba posuisse. arg. l. doli. §. diuerlum. ff. de nouat. & quod no. Bar. in l. h. §. idem quae sit. ff. de condit. in deb. & Alex. consi. clxxxvij. visa scriptura. lib. 2. Fortius sentit Abb. in d. c. cum contingat. quod imo etiam erit concedenda absolutio: quia renuntiatio talis videtur apposta, potius ex verborum exuberantia, quam solent notarij apponere pro conuadicatione contractus quam quod ita esset secundum mentem contrahentium. arg. c. cum venissent. de instit. & quod not. in c. Quintauallis. de iureiur. & simili per Spec. in tit. empr. & vend. §. nunc videndum. vers. quod si vendens equum. & quod not. Bart. in l. 1. §. q. de iure codi. cum similib. & licet ista ratio Abbatis habeat in se aliquam difficultatem, vt per Alex. d. consi. cccxxv. tamen in casu nostro potui indubitanter huic mulieri succurrere, propter multas coniecturas quae concurrunt in eius fauorem, quibus concurrentibus satis fatentur doctores: etiam qui alias contradicunt concedendam esse absolutioem a iuramento. Prima est manifestus doli patris Nicolai, qui ad excludendum fideicommissum sumptit infantem ab hospitali, & finxit ex se genitum, & fecit eum legitimum, quae res arguit expressam malitiam prouenientem ex parte suppositi, de quo in l. 1. c. ad l. Cornel. de fals. facit reg. c. semel malus. de reg. iur. in 6. Secunda, quia ipse pater simul cum Alberto recipit talem renuntiationem. vnde facilius praesumitur timor, & metus reuerentialis. l. 1. §. quae onerandae. ff. quar. rer. act. per Mod. in c. causam matrimonij. de offic. delegat. Tertia, quia ista erat mulier, & ex fragilitate leuissimè facile praesumitur decepta secundum Bal. in rubr. C. de rer. permut. circa fin. vbi dicit quod in contractu damoso facto etiam cum iuramento simplicitas praesumitur in minore muliere, & rustico, & tale iuramentum per episcopum relaxari debet. idem tenet in c. 1. §. item sacramenta. de pac. iur. firm. Quarta, quia ista mulier renuntiauit iuri sibi competenti ex testamento non visis, nec inspectis verbis testamenti. l. de ijs. ff. de transact. l. 1. ff. quem ad. testam. aper. Alex. in l. qui Romae. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. Angel. consi. lxxxij. incip. cum similib. & quae sit. & icet aliqui contradicant propter iuramentum, tamen loquuntur quando non subest dolum, nec verus, nec praesumptus recipientis: in casu vero nostro subest, propter enormissimam laesionem, & quia in facto etiam asseritur, quod pater ipsius el persuadebat, quod ipsa nullum ius haberet, & sic eam decipiebat. Nec obstat, quod in dicto instrumento renuntiationis, interuenit auctoritas iudicis, & renuntiatio fit facta verbis valde praegnantibus, quia istud non impedit rescissione, quae prouenit ex enormissima laesione secundum Paul. de Cast. d. consi. cccxiiij. in j. volu. Corn. d. consi. cccxiiij. Dec. d. consi. lxxxix. Fulg. cccxxvij. Dyn. quae sequuntur Moder. repetentes. in d. c. quauis. Scita mihi videtur de iure dicendum.

- CONSILII. CXXXVI. SVMMÆ.**
1. Quando contrahentes vsi sunt verbo locationis, & conductionis quod talis contractus sit tantum locatio, dicendum est.
 2. Diuisio pretij non multiplicat contractum.
 3. Pacta circa naturalia contractuum, non alterant substantiam contractus.
 4. Ecclesia laesa in contractu locationis, debet in integrum restitui

5. Ecclesia laesa restitutio conceditur, si laesio est considerata tempore contractus, alioquin quod deinde superuenit propter vbertatem, vel aliam causam, non facit vt ideo ecclesia dicatur laesa.
6. Laesio quando dicitur enormis, vel enormissima.
7. Quando cardinalis Camerarius attestatur de consensu Pontificis vix vocis oraculo se aliquid facere, illi esse credendum.
8. Vestigalia dicuntur regalia.
9. Fiscus difficiliter in integrum restituitur, quae ecclesia.
10. Administratores conueniendi, id est ante restitutionem.
11. Restitutio in integrum, est remedium subsidiarium ad quod vltimo duntaxat loco, quando aliter prouisi esse non potest. descendimus.
12. In consilio Principum & Regum omnis scrupulositas iuris, debet procedi sola facti veritate attendita.
13. Coram Principe proceditur tanquam coram Deo, vnde ad solennitates iuris positum non attendimus, quia illas sola praesentia Principis supplet.
14. Sententia Principis valet, licet non confirmetur libello.
15. Spoliatus ante omnia restituendus fall.
16. Quoties vtraque pars praetendit se possidere & iustitiam de rixa, vel scari dolo, debet iudex per viam sequesri ad se trahere.

C C E D O & ipse in sententiam supra scripti domini consultoris. Quia & eleganter, & copiose ea omnia artigit, quae pro casu huius dilucidatione necessaria esse poterant, aded, vt eius scriptis quicquam addere nihil aliud sit quam (vt per uerbaliter dicitur) solae facibus illustrare, nihilominus ne proflus illotis pedibus transire cum eo videar, pauca quaedam ad iecere non grauabor. Primus est articulus, nūquid contractus, de quo agitur, sit vnus tantus, seu vnus locatio, an vero plures, & hic tot locationes, quot anni, vel menses. Et in primis sciendum est, quod licet verba contractus sint. Vendiderunt, & locauerunt omnes, & singulos fructus, reditus, & c. tamen ista videtur esse potius locatio, quae venditio cum praestatio pretij sit vniformiter diuisa in singulos menses, vel annos, vt sentit gl. ubi Bar. & docto in l. 1. C. de iure emphyt. & in terminis nostris, quando utroque verbo locationis, & conductionis vsi sunt contrahentes, quod sit locatio tantum sit maior. Io. de Imo. in l. coram. §. qui maximos. de public. & Alex. in consi. cvij. in iij. vol. & ita in instrumento in omnibus pactis vbique appellatur conditiones, quod autem sit vnus contractus locationis est doctrina Bart. in quaest. sua iij. incip. publicanus. vers. v. probatur. vbi concludit quod propter vnum praesum constrictum ab initio vnus est contractus, licet praestatio sit diuisa per annorum numerationem. l. cum eiusdem. ff. de aedil. edi. l. si duos. ff. de contrah. empr. l. si duo. ff. de in diem adiect. cum similib. limitat tamen idem Bartol. hoc in fine d. questio. nisi habitus fuisset eere respectus ad pretia singularium rerum, per l. aediles autem. in fin. cum fil. ff. de aedil. edict. Quae limitatio ad casum nostrum non pertinet. & cum supra scripta opi. Bart. transeat communiter doct. in d. §. qui maximos. vt per Alex. d. consi. cix. Corn. consi. xij. in 4. Soc. lxxxvij. vol. 1. Io. Firmianum in tract. de gabel. l. q. 2. part. Nec me mouet ratio, quae fit in contrariu per dominos aduocatos ff. ales, dum dicitur, quod cum pacto sit cautum, vt in casu remissionis non consideretur sterilitas, vel fertilitas totius temporis quinq; annorum, sed solum decem & octo mensium proximo rum tanquam, tot debeant esse locationes, quot decem & octo menses ter iterati. Respondeo enim quod hoc modo non quadraret computatio, quia vltimo loco super sunt duntaxat sex menses vt recte fuit allegatum per dominum consulentem. Praeterea istud pactum computationis faciendae circa remissionem mercedis non habet alterare substantiam contractus, vt ideo multiplicetur, vt qui vnus erat efficiatur tres & triens: quia pacta circa naturalia contractuum non alterant substantiam contractus, secundum glo. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empr. maxime cum haec coniectura hoc non inferat nec urgeat, vt ideo dicamus contractum mul-

C 1

tiplicari oportet enim coniecturam esse urgentem, ut dicamus inter partes actum esse, ut plures sint contractus, quod probat aliquibus similib. Primò, per doct. Bar. in l. scire debemus. ff. de verb. oblig. ubi concludit venditionem plurium specierum vnicum esse contractum: quamvis venditor duplici obligatione teneatur, cum duas species vendiderit: attendi enim potius personam emptoris: quod vna tantum obligatione tenetur, scilicet ad pretium quod fuit vnum. Ecce ergo, quod coniectura proueniens ex duplici obligatione venditoris, non sufficit ut censeatur multiplicatus contractus. Secundò per id quod not. Ant. de But. Per. de Anch. & Imo. in c. 1. extra, de precat. ubi loquuntur in emphyteusi renouanda de quinquennio in quinquennium, ut nihilominus dicatur vnus contractus, nec multiplicetur ex coniectura renouationis. Tertiò ex eo quod not. Bald. in leg. si. ff. praterea. C. de iure dot. ubi vnitas pretij adeo facit, ut contractus sit vnus tantum quod quamuis plures species sint vendite, & in vna sit deceptus eniptor ultra dimidiam iusti pretij, non tamen fiat commixtio, nec censeatur multiplicatus contractus: ideoque non fit locus rescissionis. allegat tex. in leg. si duorum. ff. videamus. ff. de act. empt. Quartò per id, quod not. Raph. Com. & sequitur Alex. & Mod. in l. si ex toto. ff. fin. ff. de leg. 1. per illum tex. cum gl. in verbo, alterutra, ubi stipulatio octo lecticariorum aded est vna, ut etiam in singulis homines stipulata sit certa pecunia, non tamen propter hanc sequentem multiplicetur prima, sed potius ipsa sequens assumat naturam precedentis, & ipsa quoque dicatur vna. Vltimò per doctrinam Bar. in l. si seruus communis Mæuij. ff. in fi. ff. de stipu. ser. ubi concludit, quod locatio alicuius rei quamvis promittatur pensio in annos, vel menses singulos est vna, licet sint plures præstationes. Quod ampliat ibi Old. & Albe. ut nihil referat quod pecunia, seu commo ditas ei acquiratur ad quem ratio iuris eam trās fert per illum tex. præsumptio enim oriens ex multiplicitate commo ditas non facit, ut talis contractus ideo minus sit vnus, & ibi infert ad quæstionem doctoris, qui per quadriennū operas suas professorias reipub. locauit de quo dicendum, ut per eum. Meritò ergo in casu nostro est dicendum non sufficere supra scriptam coniecturam, sed contractum de quo agitur esse vnum tantum, & ideo pro parte rescindi non posse nec per restitutionem in integrum, nec alia ratione per doctri. Bal. in d. ff. praterea. cum quo transeunt doctores Alex. Aretin. Iaf. Claudius in d. l. scire debemus. Secundus est articulus quomodo possit fisco succurri præsupposita lésione in qua quæstione constituendū est per regula. quod t. ecclesia læsa in contractu locationis debet in integrum restitui. c. 1. extra, de integ. rest. c. 1. de reb. eccles. nō alien. sed ista conclusio recipit plures limitationes, quæ omnes videntur in casu nostro militare. Prima est, ut tunc demum concedatur restitutio, si lésio est confiderata tempore contractus: alioquin quod deinde superuenit propter vbertatem, vel aliam causam non facit, ut ideo ecclesia dicatur læsa. c. ad aures. in gl. fi. de reb. eccle. non alie. c. cum dilecti. in gl. 2. de empt. & vend. & est text. in l. si voluntate. in fi. C. de rescin. vend. ubi Bart. Bal. cæteri & diffusè per Iaf. consi. liiij. in 1. & fuit latius deductum per dominum consultorem. Secunda est limitatio, ut non concedatur restitutio, nisi propter enormem lésionem: quia alias quælibet lésio non sufficeret, ut inquit Abb. in d. c. 1. ver. adde ad tertium. Idemque probatur in c. pen. de reb. eccles. non alie. Fortius scribit Fel. in c. accepimus. de fide inst. quod talis lésio sit euidentissima, quado verò dicatur enormis, vel enormissima ponit Bart. in l. si societatem. ff. arbitrorū. ff. pro soc. Tertia est limitatio, ut non dicatur ecclesia læsa, sed imputetur prælato si tale damnum potest rescindi ex re dibus ecclesie, adeo ut non sit opus venire ad alienationem immobilium, secundum Abb. & Car. in c. 1. per illum tex. extra, de depo. & in c. penult. de si-

deiuſſ. imputat enim sibi prælatus, quod consenserit tali contractui, quod in casu nostro etiam dici potest, ut imputetur talis consensus ipsi pontifici, & cum Cardinalis ipse camerarius arretetur de consensu pontificis vix vocis oraculo, se hoc facere illi est credendum. c. nobilissimus. xcviij. distict. ubi docto. Quarta est declaratio seu limitatio, ut cum hic tractemus de locatione vectigalium, quæ sunt regalia, iuxta cap. j. quæ sint regalia. in vrb. feud. vtatur ecclesia in hoc non iure suo, sed iure fisci, quia transferunt in ecclesiam cum causa sua, ut per doct. Bar. in l. si conuenerit. ff. nuda. de pig. act. Fel. c. translato. de const. quod etiam obseruatum apparet ex forma instrumenti: cum locatio non sit facta secundum formam ecclesiasticarum regularum, sed solum regularum fiscalium, & fisco autem difficiliter in integrum restituitur, quam ecclesia, ut habetur in l. ciuitas. ff. si cert. pet. Quinta & vltima est declaratio, ut si lésio processit: quia t. administratores diligenter non inuestigauerint conductorem, ipsi teneantur de suo præstare ecclesiam indemnem: quia propter negligentiam suam ipsi tenentur, ut per Abb. in d. c. 1. de restit. in integ. & per Felin. in d. cap. accepimus. verſic. 3. declara. cum concord. Sed in hoc suboritur difficultas, an teneantur duntaxat in subsidium, an verò prius ipsi sint excutiendi, quam concedatur restitutio in integrum aduersus conductores: & putauerim eos prius conueniendos. Primò quia restitutio in integrum est remedium subsidiarium ad quod vltimo duntaxat loco, quando aliter prouisum esse non potest, descendimus. l. in causæ. 2. ff. de mino. l. fin. in prin. ff. de eo p quem fact. er. Secundò quia cum illi teneantur ex negligentia sua, & sic ex quasi de lictio ipsi, in primis conueniuntur priusquam restituantur ecclesie, secundum gloss. Salic. Aretin. & ceteros in l. iubemus nullam. C. de sac. eccles. Tertiò, quia iura simpliciter obligant ipsos administratores, non autem in subsidium, ut est text. in l. 2. C. de administ. reip. in l. 1. C. de locat. præd. ciuil. lib. xj. ubi est casus præsentis quæst. Illud tamen non omitto videri mihi Cas. maiestatem, rectè atque ordine facturam si interim auocet ad manus suas possessionem bonorum, de quibus agitur, donec iudices ipsi super iure partium pronuntiauerint: cum enim hæc contouersia sit inter proceres regni, & tractetur de restitutione castrorum, atque arcium, quæ difficulter & magnis expensis, vix tandem extorqueretur, & possent sequi magna scandala? arbitror auocationem hanc faciendam esse. Suaderemque consiliarijs Cas. maiestatis, ut maximè in hoc sintederent, ut tranquilliore via possent deinde merita causæ cognosci atque decidi, quæ mea sententia conformis est multis conclusionibus iuris, quæ per doctores varijs in locis traduntur. Prima est, quia t. in consilio Principum, & Regum, omnis scrupulositas iuris, debet procedi sola facti veritate attendita: ut per Bartol. in l. 1. C. ut quæ defunt aduocat. & quod habetur in ca. ad petitionem, ad fin. extra, de appel. per Bal. c. 2. de not. for. fid. quia t. coram Principe proceditur tanquam coram Deo: vnde ad solennitates iuris positui non attendimus: quia illas sola præsentia Principis supplet. l. omnium. C. de test. ubi gloss. & doct. Vnde coram eo sufficit narrare factum absque alia conclusione libelli, secundum Innoc. & doct. in c. 1. de lit. contest. & c. in causis. ubi Abb. 1. not. de re iudi. Nec est necessaria expressio loci aut temporis. cap. 2. ubi Bal. de confes. & t. valet eius sententia, quamuis non conformis libello. secundum Bald. in l. Amilius. demin. Secunda est conclusio, quod t. licet regula sit, quod spoliatus ante omnia sit restituendus. l. 1. C. si per vim, vel alio modo. tamen hoc non procedit in restitutione, facta alicuius fortalitij, seu castrij, cuius deinde recuperatio esset multū difficilis: tunc enim iudex debet potius possessionem ad manus suas trahere, & interim de proprietate cognoscere, secundum Paul. Castr. in l. 2. C. de edicti diui Adr. sequitur Alex. in l. naturaliter. ff. nihil commune de acquir. posses. bene facit text. in l. 2. ff. de appel. iusta l. ante

ante sententiam. C. quæ. appell. non recipi. Videtur enim tali casu damnum esse irreparabile, & ideo licita est restitutio possessori: ut per Bart. in l. si alius. ff. bellif. in d. ff. quod vi aut clam. & habetur in c. in literis. de offic. deleg. Tertia est, quia quoties vtraque pars præcedit se possidere & iuste timetur de rixa vel scandalo, debet iudex possessio nem per viam sequeſtri ad se trahere. l. æquif. finum. l. & si usufructus. ff. si inter duos. & ibi Bart. ff. de usufruct. Quod maximè procedit, quando talis auocatio possessionis fieret cum clausula, sine præiudicio iurium vtriusque partis: ut per Innoc. Aretin. & Modern. in c. in præsentia. de probat. & practicam Papien. in forma sequeſtri, seu saisimontij. & per Mod. in l. vnic. C. de prohibita sequeſtr. pecu. debet tamen præcedere aliqua causæ cognitio, an subsit timor rixæ. cap. querelam. de simon. Alexan. consi. v. ponderatis. in 4. vol. nisi tamen ex qualitate personarum aliud appareat, ut inquit Bal. in l. nullus. C. de summa. Trinit. & fide cath. prout in casu nostro: cum lis veretur inter primarios proceres Regni.

CONSILII CXXXVII. SVMMAE.

- 1 Verba obtulerunt & promiserunt ad nudam pollicitationem referuntur.
- 2 Pollicitationem de iure Canonico, nullam actionem parit.
- 3 Pollicitatio facta Republice obligat facientem si ob honore decretum, vel decernendum sit facta vel alia simili causam, si qua potest inueniri.
- 4 Vitale per inutile quandoq. vitari.
- 5 Habilis ubi admittit secum inhabilem, non videtur velle in solidum obligari.
- 6 Generalitas verborum non trahitur ad casus prohibitos.
- 7 De iure canonico prohibetur transigere in causis criminalibus, quia eo iure non ingeritur pena sanguinis.

IN AC in causa tam copiose, & subtiliter allegatum est per clariss. aduocatum ut operæ pretij non sit in syluam ligna de ferre, ideo paucioribus ero contentus, maximè in articulo non admodum dubio. Concludo itaque veram esse conclusionem quod compositio, de qua agitur per chirographū facta monasterio ipsi nihil nocere potest, nec executionem contra ipsum mereri, idque potissimum quatuor rationibus. Prima est, quia chirographum illud continet nudam pollicitationem, ut apparet ex verbo obtulerunt, & verbo promiserunt quod etiam ad nudam pollicitationem referri potest. I. sciendum. ff. dictum. de pollicit. quæ t. pollicitatio etiam de iure canonico, nullam actionem parit, ut est magis communis opinio, secundum Abbat. in c. cum inter vniuersas. extra, de elect. Iaf. in rubric. ff. de verb. obligat. quod certissime apparet ex verbis ipsius chirographi, in quo nulla acceptatio ex parte Vicelegati, imò quod plus est proficitur Vicelegatus se non habere facultatem acceptandi ut merito talis contractus sit nullus, in quo non interuenit mutuum factum. I. quæcunque gerimus. ff. de act. & obligat. l. in omnibus reb. eodem titul. aded etiam ut fauor ecclesie aduersus hanc regulam non præualeat, ut est gloss. quam ibi sequitur Castr. & alij doct. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. vnde etiam non obstant tali compositione processum fuit aduersus dictos canonicos, & ideo satis apparet non fuisse acceptatam dictam compositionem. I. Paulus respondit. ff. rem rat. hab. & licet aliàs speciale sit, quod t. pollicitatio facta reipublice obliget facientem, tamè hoc est verum, si ob honorem decretum vel decernendum sit facta, vel aliam similem causam, si qua potest inueniri. l. 1. cum gloss. l. propter. l. ob casum. ff. de pollic. ob relaxationem autem certatorum non valeret: quia in hoc non vertitur princip. licet vitias pecuniaria reipublice Secunda est ratio quia promissio facta est per tres canonicos, & primo loco per dominum Franciscum, deinde per dominum Vitalem, demum, per dominum Faustinum: cum tamen solus do. Vitalis haberet mandatū transigendi. Vnde videtur quod hoc casu t. vitale per in-

utile vitietur. leg. Pædus. ff. de arbit. c. mesana c. illa de elect. per Iaf. in l. 1. ff. sed si mihi. ff. de verb. obliga. verſic. 8. adde maximè cum in casu nostro inhabilis primò, & principaliter sit expressus, ut habetur in c. fi. ubi Abb. extra, de procur. & per Marian. Soci. consi. xxxvij. in 1. ubi concludit, quod ubi t. habilis admittit secum inhabilem non videtur velle in solidum obligari, & facit text. in cap. si duo, de procur. Et hæc ratio ego in casu nostro satis puro verà esse: cum Vitalis expressè non trasegerit super eo, in quo habebat mandatū, sed in re in qua nullū mandatū habebat, id est, super subuentione contra Turcas: licet in cōsequentiā quandā & in cidenter dictū sit, q. aboletur processus, & c. vnde verisimiliter creditur quod par esset, etiam sociorum suorum potestas: quo casu non procedit regula l. 1. ff. quod enim. ff. quod fallitur. ut habetur in d. c. fin. & per Marian. d. consilio xxxvij. Tertiā est ratio, quia mandatū Vitalis non videtur extendi ad hunc casum: licet enim habuerit facultatem transigendi, non tamen hoc modo transigendi. i. soluendi tantā pecuniam pro qua necessarium sit bona ecclesie alienare, hoc enim est prohibitum iure: quia licet pro redemptione captiuorum hoc possit fieri, ut habetur in cap. sacrorum, & c. sicut xij. q. 2. tamen pro captis ex maleficio hoc fieri non potest, secundum gloss. in dictis iuribus: & ibi per Domin. de S. Gem. & est gloss. in c. non satis. verb. & propter. lxxxvj. distict. & quod habetur per Moder. in aurb. res quæ. in vlt. q. Barr. C. comm. de leg. & hoc maximè promittendo tantam pecuniam, quæ excedit modum, & inducit manifestam lésionem, ut non possit dici promissa hæc pecunia pro sola redemptione vexationis, de quo in c. dilectus. extra, de simo. Quarta ratio est, quia verba illa mandati iterum ad transigendum & componendum super quibusdam rebus, causis & negotijs, & c. recipiunt restrictionem ad re in causis super quibus. licita est transactio seu compositio, quia t. generalitas ista verborum non trahitur ad casus prohibitos. l. si procurator. ff. de cond. in deb. ubi Iafon. l. si pater. ff. quæ in fraud. credit. gloss. in c. dilecto. in gl. 2. ubi Imol. extra de præb. Alexad. consi. xxxij. in 2. volumi. cum similib. sed t. transigere in causis criminalibus de iure canonico est prohibitum, quia eo iure non ingeritur pena sanguinis, ut dicunt omnes in l. transigere. C. de tranſact. & est gloss. 2. q. 2. c. in omnibus. Roma. singulari. ccccclxx. non potest ergo talis clausula intelligi de transactio ne in causa criminali, in qua fuit nostra quæstio, sed de quibuscunque alijs causis in quibus iura sit permissa. Et ideo tranſeo cū opinione supra scripti domini Ludouici Syluestri, doctoris præstantissimi. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONSILII CXXXVIII. SVMMAE.

- 1 Generalis sententia ad alia relationis vis.
- 2 Heredem ob inuentarium factum non grauari.
- 3 Quando testator legat rem heredis, dominium non tranſit in legatarium.
- 4 Quæ lex ait de heredis, perinde ac sua posse quælibet disponere, quomodo intelligatur.
- 5 Verbi diuidantur, tanquæ verbum cōmune ad vniuersitatē bonorum referuntur, ad institutionē ipsorum liberorum.
- 6 Verbum cōmune applicatum rei certæ, non trahitur ad institutionem.
- 7 Non licet mutare actionem, nisi refectis expensis.
- 8 Non est in facultate Patris assignare deteriora bona pro legitima.
- 9 Testamentum cum sit iuris publici, patto priuatorum tolli non potest.
- 10 Sententia iudicis seu res iudicata pro veritate accipitur.
- 11 Primogenitura & maioritas diſcrimen.
- 12 Verbum quicumq. maior natu est, intel.
- 13 Ex præcedentibus declarantur sequentiā.
- 14 Verbo ordine successio nunquæ subintelligi.
- 15 Proclamata conditionale ius habentibus & nascituris etiam præiudicare.
- 16 Immissiens se hereditati Patris tanquam heres, non potest venire contra testamentum, etiam quoad ea, quæ sunt vltima

- 17. *Et a portione suam.*
- 18. *Actio personalis non transit in singulares successores, sed in universales tantum.*
- 19. *Verbum dividantur quod est commune adiunctum rei particulari, non importat institutionem.*
- 20. *Præcedentes ius ex fideicommissio conditionali, debent contra dicere Cridis Camera, alias in perpetuum excluduntur per verba decreti.*
- 21. *Cride omnibus non contradicentibus prædicant iuxta carit formam inuentis, siue nascituris, quia, si tollunt ius quæsitum, quod est fortius, multo magis ius querendum.*
- 22. *In feudis lapsus temporis excludit nasciturus.*
- 23. *L. bene à Zenone non facile limitat.*

Nissa causa, in qua alius ego consului, tam diffusè scriptū est. & per me, & per alios doctores ut minime existimem esse operę precii toties dicta reperere. Paucis igitur agam, & solum insistam in resolutione motuorum quę p præstantiss. Iudicem nuperimè sunt exhibitæ. Et prima difficultas est circa valorem testamenti do. Bartholomæi Sicamelicę. in qua D. Index disputat esse nullum. Ego autem consulendo dixi contrarium. nec nunc repeto: Solum dico, quod etiam si dictum testamentum non valeret, tamen Com. Videricus aduersans non potest obtinere: quia mortuo Sicamelica, successisset eius filia Margarita ab intestato, quę deinde mortua est condito testamēto, quo vocauit non solum Albertum filium, sed etiam eius filios legitimos masculos, &c. Quib' verbis Com. Barth. Secus huius Alberti secundo genitus est vocatus, in cuius præiudicium non potuit Albertus constituere aliquam primogenituram, ut dicitur ostendi in consil. Rursus dico, quod cū Albertus in iudicio contradictorio obtinuerit cōtra matrem, quod testamentum Sicamelicę valeret, non potuit Albertus, nec eius hæredes nunc al legare hanc utilitatem, per text. in l. si seruus plurium. §. 1. ff. de leg. 1. vbi omnes not. Et licet Alexan. ad quem D. Index se remittit in consil. cxxij. in 1. volum. conatus fuerit respondere huic argumento, tamen eius opinio non est vera, nec communiter approbata. Inquit ipse q. text. in d. §. 1. procedit, quando sententia esset iniusta nō autem quando esset nullā in casu autem nostro tenet, quod sententia esset nulla: quia habet relationem ad p. cessum, & in processu aparet non esse legitime probatā dictam voluntatem. vnde succedit conclusio, quod quoties iudex expressè habet relationē ad acta, & ex actis apparet error iudicis, sententia est ipso iure nulla, allegat multos concordantes. Ego autē dico quod illa doct. procedit, quoties relatio est facta circa aliquid in specie, quod dicitur in actis contineri, & non reperitur: sed cū quando relatio est generalis: puta in casu nostro quod dictum est. *Quod tam per scripturam ipsius Sicamelicę, quam per alias probationes & legitima iudicia probatum est, &c.* tūc enim valet sententia, quia nō apparet de expresso errore & ita illa opin. reprobatur ibi in apostil. in impressione Lugdunensi, vbi allegatur Matthæus de afflictis Decif. Neap. xxvij. qui dicit, quod ita cōsiliū Neapolitanum iudicauit, tanquam ista sit verior & communior opinio, ut apparet ex concordantibus ibi allegatis, & per Felin. e. inter ceteras. extra. de re iud. & quia sententia sit nulla propter errorem, intelligitur de errore qui oculo corporeo comprehendere possit, secundum Inn. in c. P. & C. de off. dele. But. in c. ab exco. munito. extra. de rescr. Riminal. in l. 1. in fin. C. de erro. calculi. Subijcit Alex. aliam responsionem, videlicet quod com. Barth. cum fuerit hæres Alberti patris, non potest contravenire eius testamento, etiam quod in eo disposuerit de re ad ipsum Barth. spectante, ex testamento Sicamelicę, per l. cū à matre. C. de rei vend. & l. si tibi homo. §. si fundus. ff. de leg. 1. Respondeo, quod Com. Barth. fuit hæres cū beneficio inuentarij, vnde non potuit grauari, secundum not. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. de lib. de quo alius diffusè fuit disputatū. Præterea, quod quando testator legat rem hæredis, dominium non transit in legatarium. l. si hæres legatus. ff. de leg. 1. Et quod flex

Ait de hæredis, perinde ac sua possit quemlibet disponere. §. non solum. instit. de leg. intelligitur respectu personalis actionis, non autem de dominij translatione. de leg. si hæres. & tradunt omnes Mod. in leg. 1. ff. de leg. 1. & in leg. si tibi homo. §. si fundus. eo. titul. Cū ergo Albert. constituerit primogenituram in re Comitris Barth. solum superest actio personalis contra hæredes Barth. non autem realis contra istos particulares successores, qui datum habuerunt à Barthol. leg. 1. §. si hæres percepto. ff. ad Trebel. leg. fin. §. ff. de contr. empt. Subijcit rursus Alexand. in d. consil. quod d. testamentum Alber. non est nullum præteritione: quia illa clausula *Volo quod omnia bona mea immobilia aequaliter dividantur inter ipsos filios, seu eorum liberos.* nam secundum eum per verbum, *diuidantur*, tanquam verbum commune ad vniuersitatem bonorum, refertur ad institutionem ipsorum liberorum ut leg. quoties. cum gloss. C. fami. ercic. vbi Bald. & Salic. & quæ habentur in leg. his verbis. in prin. ci. de hæred. instit. Quod dictum non est verum, & rectè reprobatur à Domino Carolo, ibi in apostil. p. ea quæ notat ipsemet Alexand. consil. lxx. in 2. cui addo, quod illa verba, *omnia bona mea mobilia, & immobilia nō comprehendunt iura, & actiones, & ideo dicitur restituti rei certè, secundum Bartol. in leg. Centurio. ff. de vulg. quem ibi sequuntur doctores, verbum autem commune, sicut est verbum *diuidantur*, applicatum rei certè, non trahitur ad institutionem. leg. cogi. §. & generaliter. vbi not. ff. ad Trebel. §. aliud. & §. ceteræ. in auth. ut cum de app. cogn. leg. Lucius. §. filiam. de leg. 2. & per Bartol. in d. leg. Centurio. in 4. par. principali. Bald. d. leg. quoties. Et si dicatur, quid hoc refert, cum omnino sustineatur primogenitura ex clausula *codicillari*, secundum Doctor. in auth. ex causa. C. de lib. præte. & Alexan. in d. consil. Respondeo, quod plurimum refert, saltem in modo agendi, quia Co. Videricus & eius antecessores, non petierunt fideicommissum de manu hæredis, sed intenterunt iura directa. vnde non possunt obtinere ex fideicommissio, nisi mutata actione. leg. fin. C. de iure codic. §. nec possunt mutare actionem, nisi resarcitis expensis. leg. edita. C. de eden. vbi doct. Et sic com. Videricus qui petit expensas, tenetur ipse eas aduersarijs soluere. Item plurimum refert, propter deductionem legitimæ, quam possunt isti deducere super bonis Sarmati: quia non est in facultate patris assignare deteriora bona pro legitima, ut dicunt omnes in leg. in quartam. ff. ad leg. Falci. & etiam multum refert propter prohibitionem deductionis quartę Trebellianicę, quod in testamento fieri potest. authen. sed cum testator. C. ad leg. Falci. in codicillis non potest, secundum Bald. consil. cccclxxiiij. in 2. glo. leg. qui filio. §. 1. ff. de hæred. instit. verb. neque liberis. in fin. dixi in leg. licet. C. de pact. vnde deducenda esset dimidia castri Sarmati. propter legitimam & Trebel. & alias dixi. Et ex ijs apparet quod consilium illud Alexan. est satis erroneum, & non meretur dici cōsiliū, sed simplex allegatio facta in fauorem partis. Nec multum me mouet ratio, quia in motiuo adducitur, videlicet quod approbatio testamenti non potuit fieri in alterius præiudicium, quod cum testamentum sit iuris publici, quod pacto priuatorum tolli non potest, leg. 3. ff. de testam. leg. ius publicum. ff. de pact. & per Dec. consil. cccclxxxvij. nu. xv. iij. & cccclxxxiiij. Respondeo, esto quod istud sit verum tamen sententia iudicis, seu res iudicata pro veritate accipitur. leg. j. ff. de rei iud. leg. in genium. ff. de stat. hom. vnde sententię pro Alberto lata, quod testamentum Sicamelicę valeat, non possit ab ipso allegari iniuste. d. leg. si seruus plurium. §. 1. de leg. 1. leg. debitor. §. si. ff. ad Trebel. & sicut Alber. eas sententiās à se approbatas & executioni missas improbare amplius nō possit: ita nec Co. Videricus habes causā ab eo. l. si superatus cū ibi not. ff. de pign. Secūda difficultas principalis est an verba testamenti faciant in fauorem secundo geniti, seu comitis Bartol. iudicio meo, res est aded clara, p. Comitris Barth. & consequenter pro habentibus causam ab eo, v. non merea*

non mereatur referari in dubium. Siquidem magna est differentia, an quis constituat primogenituram in testamento suo, an verò maioritatem in primogenitura. Nam filius primogeniti excludit patrum, secundum magis cōmunē opin. de qua per las. in l. is potest. de acq. hæred. In maiori parte verò attenditur tempus de quo dies fideicommissi cedit, ut qui tunc sit maior natu succedat, & tali casu plerumque contingit, quod patruus excludit nepotem, ut per Alex. consil. iij. lib. iij. Anch. consil. lxxxij. Dec. ccccxxxij. in fin. Soci. lxxxvij. in iij. & dixit lib. parergon. vij. cxxv. Dico autem in casu nostro à Sicamelica institutam fuisse maioritatem, sicut ut vulgo Hispani vocant maioragium, nō autem primogenituram, quia verba testamenti dicunt, *Quod Albertus, & quicumque maior filius masculus nasciturus ex eo, & quicumque minor natu reperietur inter liberos suos ex eo descendentes habeat castrum Sarmati ratio.* Quibus verbis appareat de uolui illi, qui sit maior natu, non autem ei qui sit minor natu, quamuis filius primogeniti: alioquin in dicto testamento istud esset interpretari album pro nigro, & cum testator vocauerit maiorem natu, & excluderit minorem fieret interpretatio, quod minor excluderet maiorem natu, contra expressa verba testamēti, quę repetita sunt quinque à testatore, cū nullam vquam verbum fecerit de primogenitura. Nec obstant coniecturę quę accurate & diligenter fuerūt collectę pro primogenitura, quia iudicio meo, sunt valde leues & friuolę, & potius probant totum quod contrarium. Primò dum dicitur, quod illa verba, *Et quicumque maior natu reperitur inter liberos suos*, intelligenda sunt de filijs primogenitis ipsius Alber. & nō de filijs Alberti. Respondeo, si hoc est verum, excludit Com. Videricus, quia ex liberis primogeniti sunt superstites alij maiores natu, quā sit com. Videricus. ita respondeo quod talis in eis p. etatio caret ratione, cur enim testator inter liberos primogeniti constituit maioritatem potius, quam inter liberos Alberti. Certè nō est verisimile, quod voluerit inducere hanc differentiam inter ipsos gradus, ut in filijs primi gradus negligeret maioritatem, in aliis verò adhiberet obseruari. Præterea dico, quod illud relatiuum reciproquū *inter liberos suos*, potius debet referri ad Albertum nominatim expressum, & sibi proximiorē, quam ad primogenitum ipsius per ea quę not. Bart. in l. cum in testamento. de aur. leg. Arct. consil. clxvj. Alexand. xxij. in iij. Et hoc suadet ex clausula præcedenti. *Quod quicumque maior filius nasciturus ex eo Alberto*, quæ verba proprie comprehendunt ipsam Bartol. qui mortuo fratre effectus est maior natu quam esset Com. Iacob. vnde si ex præcedentibus declarantur sequētia. l. si seruus plurium. §. si. de leg. 1. Secundo non obstat, dum dicitur, quod sicut testator prætulit Albertum primogenitum Petro, eadem ratione voluit præferre Iacobum primogenitū Franc. & si testator fuisset de hoc interrogatus, &c. Respondeo testator prætulit Alber. non quia primogenitus, cū de ista primogenitura nullum verbum sit in testamento. Sed quia maior natu, ut in testamento dicitur. quæ verba verificantur in Bartol. respectu Iacobi. Tertio non obstat, quod dicta verba debeant intelligi ordine successiuo, ut dicunt Doctor. in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posth. Respondeo, dicta verba si ordine successiuo nunquam subintelliguntur, nisi expressa sint à testatore. & hoc dicunt Doctor. in d. §. j. vbi substitutio, *Filium & nepotem substituo.* est duntaxat vulgaris, ut est ibi text. Et tamen si dictum esset, *Filium & nepotem, ordine successiuo substituo*, esset fideicommissaria. per Dec. consil. ccccxxxj. Et quamuis aperta esset talis dictio in casu nostro ut ordine successiuo succedat maiores liberi natu: non tamen ius deuoluitur ad Com. Videricum, cum ex descendētibz Alberti sint alij maiores natu, ut supra dixi. Quarto non obstat, quod omnes filij Alberti sint positi ad exclusionem Petri substituti, secundum gloss. in l. Lucius. secunda, de hæred. instit. ergo eadem ratione descendentes omnes Franc. excludunt Barthol. Respondeo, ista consequentia non est parifina, & ex diuersis nō

infertur & verba substitutionis simpliciter vocant maiorem natu. Et sic Barthol. vel quemlibet alium ex descendētibz maiorem natu quam sit Com. Videricus. Quintò non obstat, quod testator videatur voluisse, ut durante vna linea, seu descendētia masculina, semper maneat apud eam: quia deficiente transeat ad sequentem, & non prius. Respondeo, istud est de quo disputamus, & nullum verbum est in testamento de ista linea: sed simplicitet, quod qui reperietur maior natu succedat. & ideo non est querendus nodus in scirpo, nec faciēda interpretatio aduersus verba testati, ut minor natu, quia sit linea primogeniti, excludat maiorem natu, ut supra dixi. Deueniendo nūc ad testamentum Com. Alberti, dicitur quod est nullū præteritione nepotum: quia illa verba, *Omnia bona mea mobilia, & immobilia diuidantur, &c.* non important institutionē, ut supra dixi, reprobata opinione Alexandri non nepoto. Nec obstat, quod Barthol. tanquam hæredes se immiscuit hæreditati paternæ, vnde non potuit ipse nec alius venire contra testamentum, etiam quoad ea quę sunt ultra portionem suam, per text. in l. fideicommissaria. §. seruum peculij. ff. de fideicommiss. libert. & quæ per illum text. not. Bartol. in l. si tibi homo. §. si fundus. ff. de legat. & fideicommiss. j. Respondeo, argumentum procedit vbi subest error testatoris, qui creditur rem esse suam, cū esset vnus ex hæredibus, non videtur grauasse alios ad redimendum. sed in casu nostro nullus est error Alberti, qui optime sciebat Castrū pertinere ad Bartholomęum tanquam maiorem natu, ex testamento Sicamelicę, cuius habebat testator noticiam, cum diuulgauisset & obtinisset iuxta illud testamentum, & excludisset matrem, & fratrem vigore dicti testamenti. vnde non est eius probabilis ignorantia. l. nō est ferendus. ff. de transact. per Bartol. in l. qui Romę. §. duo fratres. quæst. ij. ff. de verb. obligat. Præterea Bartol. & Doct. in d. §. si fundus loquuntur respectu personalis actionis, non autem respectu vendicationis, ut ibi expressè not. Bartol. & ceteri, nos autem non multum curamus de ista actione personali, quæ non transit in singulares successores: sed in vniuersales tantū d. l. §. si hæres percepto. ff. ad senatuscon. Trebel. Vnde hæc oppositio posset fieri hæredibus Bartholomęi de quibus nos non curamus, Deniq; & illud posset dici, quod contraria opinio sit verior, prout ibi affirmat Iaco. de Put. Lancel. Decius Petr. de Besut. & nouissimè Iason. & ego arbitror in casu nostro esse veram nec obstare communem cōclusionem, quæ fundatur in d. §. seruū peculij. vbi tractaretur de re mota, quæ in nihilo conditionem hæredis grauati deteriorat: vnde non videtur trahenda ad casum nostrum ut Com. Bartholomęus obligauerit Castrum Sarmati, in quo maxima pars totius hereditatis consistebat. Certè hoc non est verisimile, nec communis opin. trahenda est adhuc casum, aded iniquum: præsertim si ante inuentario. Nec obstat, quod dimo dicti nepotes non videantur præteriti, sed potius vocati, secundum ordinem charitatis, & necessitatis. d. l. Gallus. §. j. Respondeo argumentum procederet, si testator vnus esset verbo ciuili, per quod defertur hæreditas: sed in casu nostro, vnus est verbo communi, *diuidantur*, quod adiectum rei particulari non importat institutionē, ut dixi. vbi et respondit ad clausulā codicillare non repeto. Nec obstant, quæ adducuntur contra confiscationē, tanq; ea bona non potuerint confiscari secundū Alex. consil. 23. in j. cū similibus. Nec cridē nocere Comiti Viderico, quod forte tūc mādātū erat natus. l. j. in fin. C. de annal. except. Dec. consil. ccccxxvij. ad fi. Respondeo, ista constitutio primogenituræ nihil aliud est, quod fideicommissio cōditionale, & p. cōdētus ex fideicommissio cōditionali debent contradicere cridis camera, alias in perpetuum excluduntur propter verba decreti, ut tradidit Iason post Raph. Com. & Besut. in leg. si stipularis fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verbor. oblig. & ita seruat practica. in cridis camera scit hoc dominus Iudex, neq; opus est Mineruam docere

20 docere. Et praedictantur crida omnibus non contradicentibus, iuxta formam earum, siue natis siue nascituris: quia si tollunt ius quicquid, est fortius multo magis, ius quaerendum. c. si de concess. praeb. in vj. & habetur in l. j. C. de pact. Et quia ista proprie non est praescriptio, sed potius priuatio facta a lege, quae praedictat etiam nascituris, hinc videmus quod in feudis in quibus lapsu temporis excludit etiam nascituros. c. j. in fi. si de iure. int. domi. per Curt. Sen. cons. penult. Et quia iste excluditur non solum ex crida, sed etiam ex sententia lata super crida, in qua sententia, ut praedictet omnibus, satis est excludendum. quia eo excluso, caeteri substituti, seu nati seu nascituri excluduntur. l. ex contractu. ff. de re iudic. & sufficit citatio per cridas, secundum l. si eo tempore C. de remiss. pign. & quod not. Alexand. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. in fin. & in l. sept. in vj. requisito. ff. de re iudic. Socin. consil. cclxxxij. seq. per Morder. in l. filius fam. ff. Diu. delegat. & fidei comm. primo vbi Crotus. Non obstat, quod quamuis Com. Barto. habuerit datu ad fisco, tamen non debeat posse uti beneficio. l. bene a Zenone. C. de quadr. praescript. quia non videtur illi legi esse locus, quando fiscus non vendit rem tanquam suam simpliciter, sed ex certa causa, secundum Socin. consilio xxxvj. numer. xix. in iij. per text. in l. C. de haered. vel act. vend. Respondeo, isti Moderni ponunt multas bene limitationes text. in d. l. a Zenone. quae sunt manifeste contra illum text. & ideo non est facile recedendum a regula illius text. gloss. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. & quantum sit ad superscriptam limitationem Socini, non potest aliquo modo defendi, & est contra doctrinam Bar. Bald. & aliorum ibi, nisi intelligatur in terminis illius text. d. l. j. quando fiscus vendit hereditatem: quia, haereditas est nomen vniuersitatis continens credita, & debita, & videtur fiscus agere quod est pro soluita debita, & non curat praescriptio: sed in casu nostro venditio est facta de bonis deducto ere alieno, quod fiscus ipse soluit, ut apparet ex sententia in causa proclamationum lata, vnde proprie militat ad hoc dispositio d. l. bene a Zenone, generaliter loquitur, & derogat alijs praescriptionibus requirentibus triginta annos. l. si. ff. penult. C. com. de leg. Et per haec videntur sublata ea, quae in motiuis deducta fuerunt.

CONSIL. CXXXIX. SVMMAE.

- 1 Pluralitas actuum, non praesumitur in actibus hominum.
- 2 Falla non praesumuntur nisi quatenus praebentur.
- 3 In his quae possunt esse vnum, nunquam pluralitas praesumitur.
- 4 A mente Testatoris non videtur recedendum, praesertim per legatum habentem causam ab eo.
- 5 Datio insolutum cum precario non liberat.
- 6 Ex actu nullo voluntas et mens Testatoris declaratur.
- 7 Testator legans plures terras cum conditione, quod legatarius non possit petere totam summam pecuniam, apparet tale legatum esse modale.
- 8 Modum implendum, aut cautionem praestari.
- 9 Compensatum amplius non peti.
- 10 Vnicus testis tantum contradicens, facit fidem instrumenti vacillare.
- 11 Instrumentum falsum in vno, censetur falsum in omnibus, quia deficit fides, quae est in iudicio.
- 12 Cassato Principali, intelliguntur cassata omnia alia capitula.
- 13 Testis sibi contrarius, repellit debet officio iudicis.
- 14 In iudicio spoliatorio agenti obstat exceptio proprie renuntiationis.
- 15 Possessio solo animo perditur.

RRO resolutione praesentis difficultatis vertentis inter haereditatem nobilis Raseri, & nobilem Brancatium, breuiter agendo firmanda est ista conclusio, quod cum Raserus in instrumento dationis in solutum attolleret se debitorum Brancatij, occasione mutui ducentorum scutorum, & in testamento fecerit legata Brancatio de quibusdam bonis immobilibus, cum hac conditione, ne possit petere

summam ducentorum scutorum, nec alias pecunias famulo suo mutuasque praesumitur esse vna, & eadem summa & sic sufficit vna solutio, non autem quod bis fuerit summa ditorum ducentorum scutorum mutua. Istud probatur per reg. quae habet quod si pluralitas actuum non praesumitur in actionibus hominum. c. in praesentia vbi Mod. in no. no. extra, de prob. l. omnium. C. de testamentis. Et ratio est, quia si facta non praesumuntur nisi quatenus probentur. c. cum in iure. de off. del. vnde dixit Iacob. Buttig. in l. ij. C. de erro. aduoca. quae refert, & sequitur Bal. in l. edita. C. de edend. quod dicitur in his quae possunt esse vnum nunquam pluralitas praesumitur. Et ista regula procedit etiam in alijs quis incidit in peritium, per text. in l. si. C. de reb. cred. vnde et in testibus deponentibus de eadem summa, semper praesumitur identitas actus, dato quod in aliquibus differrent, secundum Ioan. And. Dom. & alios in c. j. de arb. lib. 6. Ioan. de Imo. in l. inter partes. ff. de re iud. Nec obstat, si in casu nostro diceretur, quod sit factum duplex mutuum, probeturque hoc argumento, quia ex instrumento dationis in solutum, apparet primam obligationem esse extintam: vnde cum testator deinde in testamento confiteatur se teneri in ducentis aureis, necessario videretur dicendum, de alia summa intelligi debere. Nam respondeo, quod manifesta mens testatoris est in contrarium, a qua recedendum non videtur, maxime per legatarium habentem causam ab eo. l. ab eo. C. de fidei comm. ff. de quae habentur per Barto. l. superatus. ff. de pig. in l. si maior. ff. in. ff. de except. rei iud. Ad contrarium respondetur, quod primo prior obligatio non erat extinta, ex quo post donationem insolutum, iste debitor realium possessionem non tradiderat. Et dato quod constitisset se precario nomine possidere, tamen adhuc non erat liberatus a primo contractu, & ab actione ex mutuo. secundum gloss. in l. Iulianus. ff. ex vendito. in verbo precaria. ff. de act. empr. Cin. in l. ij. vlt. q. C. quando liceat ab empta. disc. & est communis conclusio ut per Bald. Aug. Iso. in l. ab empt. ff. de pact. Et quod testator non habuerit respectum ad illam dationem insolutum, ex eo manifeste apparet, quod vnam ex petiis terrarum iam datam in solutum huic creditori legauit, & licet tale legatum quoad illam partem, respectu domini non valeret. ff. sed si rem intit. de leg. ex tali actu si nullo declaratur, tamen voluntas testatoris. lege, si de rebus eorum. His sic praesuppositis, cum testator legauerit multas terras, cum hac conditione quod legatarius non possit petere dictam summam pecuniae apparet tale legatum esse modale. l. Marcia. ff. de manum. test. l. ij. in fin. ff. de don. per Barto. in lege, quibus diebus. ff. Terminus. ff. de condit. dem. vnde non est dubium quod legatarius tenetur adimplere modum, & sic non petere, imo casu quo accepisset possessionem bonorum in solutum datorum potuisset cogi ad cauendum de illis restituendis. l. si tibi. ff. de leg. 3. & habetur in dict. ff. Terminus. Et ex hoc consequens est, quod cum Brancatius acceptauerit legatum expressis sibi factum, animo compensandi, non potest amplius illi debitum petere: quia obstat sibi exceptio compensationis l. si compensandi. C. de haered. inst. l. creditor. ff. de leg. ij. per d. Alex. consil. cxxij. viso instrumento. volum. ij. facit quod egregie consuluit Paul. de Cast. consilio cclxxxij. super isto puncto occurrunt, in ij. volum. in nouissimis, vbi in legato facto per maritum uxori, ea conditione ne possit petere aliquid aliud, consuluit, quod mulier illud acceptas non potest bona petere sibi praesuppositam personam sororis marito donata, dato quod dominium, & forte etiam possessio civilis iam essent in uxorem translata, videretur enim testator adhuc de eis disposuisse, & noluisse peti tanquam de suis, ex quo eis utebatur & fruebatur tanquam suis, necerat omnino falsum, quod iunabatur primordio veritatis. l. cum filius. ff. haeres meus. ff. de leg. ij. ita ibi Paul. quae decisio quadrat in casu nostro: quia dato, quod per dationem in solutum esset translatum dominium & possessio: tamen

fio: tamen quia adhuc testator non tradiderat realiter, non videtur voluisse dicta bona peti: sed locum esse compensationis confirmantur praedicta alia ratione, videtur enim testator motus ad tale legatum propter hanc causam, vt videlicet solueret de bitum dictae pecuniae: vnde si debitum non suberat quia fuisset solutum, legatum deficit, propter falsam causam. l. cum tale. ff. fallam. ff. de cond. & dem. l. j. C. de falsa cau. adie. leg. & quod not. Bart. in l. demonstratio. ff. quod autem. de cond. & dem. vnde non debet iste vtrumque habere, sed potius restituere legatum, prior tamen ratio magis mouet. Circa possessionem petiae, de qua agitur, dico potior esse causa ipsius haeredis, non obstant duo instrumenta quae in presenti casu adducuntur, quae quoad primum instrumentum apprehensionis possessionis sub die decima Nouemb. 1525. dicitur esse falsum. Cum testes in instrumento descripti dicant apprehensionem factam fuisse post mortem testatoris: cum tamen a tempore apprehensionis in instrumento superuixerit testator per multos dies, vnde proculdubio fides instrumenti vacillat: quia si vnicus testis tamen contradicens, facit fidem instrumenti vacillare, vt declarat Bart. & sequuntur Doctor. in l. j. si quis neget per illum text. ff. quem ad. testam. aper. Sal. in l. in exercendis. C. de fide. instr. Fel. in c. cum Ioan. extra. de fide instr. Et si instrumentum falsum in vno, censetur falsum in omnibus: quia de fide fides, quae est indiuidua. can. pura & simplex. 3. q. ix. & est communis opinio, vt per Mod. in c. fraternitatis extra. de haeret. & in l. si ex fallis. C. de transact. Non obstat aliud instrumentum dationis in solutum, in quo ad est clausula constituti: quia per acceptationem legati rure compensationis censetur renuntiatum d. instr. d. l. si compensandi. C. de haered. inst. & si vidimus vnde cum sit renuntiatum in instrumento deficit constitutum, & omnis eius virtus. Quia si cassato principali, intelliguntur cassata omnia alia capitula, secundum Bald. in c. ij. de feud. dat. in vic. leg. com. per Ias. in l. ex testamento. C. de fideicom. in l. j. si vir. ff. de acquir. poss. imo per clausula precarij, & illo instrumento apparet quod haeres possidet naturaliter, & sola civilis fuit translata in creditorem. l. & habet. ff. eum qui precario. ff. de prec. & Ias. in d. l. ab emptione. vnde acceptando legatum non potest Brancatius renouare precarium. Sed censetur renuntiare illi instrumento: quia alias fuisset sibi ipsi contrarius, ex quo sequitur notabilis doct. Bar. in l. naturaliter. ff. nihil commune. ff. de acquir. poss. vbi in 4. membro concludit, quod quando prohibetur concursus ratione contrarietatis, etiam dato quod pars non opponeret, debet iudex ex officio repellere huc sibi ipsi contrariantem. l. vbi repugnancia. ff. de reg. iur. l. scripturae. C. de fide instrum. cu sim. & sicut in iudicio spoliatorio, agenti obstat exceptio proprie renuntiationis c. sollicit. cu seq. extra. de restitut. spol. ita in isto possessorio retinenda debet ob stare renuntiatio, si iste fecit acceptando legatum, maxime cum si facilius possessioni renuntietur, quia solo animo perditur. l. licet. C. de acquir. poss. l. si quis vj. ff. differenzia. ff. eo. tit. Et haec omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXL. SVMMAE.

- 1 Ad subsidia extraordinaria quae propter necessitatem belli imponuntur, tenentur quicumque privilegiati: & exempli gratia per privilegia immunitatis, quibuscumque verbis etiam amplissimis concessa, & quia.
 - 2 Onera non sunt extendenda.
 - 3 Inducta in fauorem non debent conuerti in odium.
- Q**Voniam causa vertitur coram consummatissimo Iuriconsulto, paucis attingam ea, quae videntur mihi magis substantialia in causa communitatis castri noui. Et videretur prima fronte illos, qui proponuntur homines: teneri ad ista subsidia extraordinaria additionis salis & familia, quae imponuntur propter necessitatem belli: quia etiam haberent privilegia immunitatis quibuscumque verbis etiam amplissimis, concessa tamen tali tempore propter

necessitates bellicas cessarent, nec esset obseruanda, ne scilicet impugnetur utilitas publica: & quia non videtur cogitatum de tali causa l. j. C. vt ne lic. ab ept. lib. x. & fuit opin. Din. cu qua transeunt magis communiter Doct. in l. si extoro. ff. de leg. j. vbi Iason, allegat multas similes decisiones. Fortius in casu nostro hoc videtur dicendum: quia si diligentes inspicuntur verba conuentionis factae cum Duce Borasio, & deinde literarum impetratarum ad Duce Ioan. Galeacio non videtur comprehendere ista onera ex causa belli imposta: quia loquuntur de datijs, & angarijs alias imponi solitis, vnde dicta concessio non est extendenda, nec ultra vim verborum amplianda. l. j. in fin. ff. de iur. imma. Sed ijs non obstantibus contrarium in casu nostro est dicendum, ea potissimum ratione, quia cum isti conuenerint cum principe pro certa summa annua adiecta lege, ne quid ultra ab eis exigi possit seruanda est illis conuentio, & ligatur etiam princeps tali contractu secundum not. c. j. de probat. & l. j. C. de ijs, qui a prin. vac. & not. in l. vacuatis. C. de decur. lib. v. cum concord. per Alber. Bru. consilio xij. Secundum facit, quod not. Ioan. Blan. in summa feudali in ij. parte. vbi si vasallus, vel subditus conuenit cum domino a principio, quid sit soluendum satis est canonem consuetum soluere. argu. l. j. C. de coll. fund. lib. xj. l. operas. ff. de oper. lib. & in authen. vt nulliud. ff. j. collat. ix. si vero non conuenit tunc aut agitur pro defensione patriae, & tenetur, & c. & sic loquitur in graui periculo de defensione patriae, & tamen concludit vasallum non teneri ultra quam conuenerit, ex quo satis est quod soluat pecuniam conuentam. Tertio facit, quia Camera ducalis successit in locum Ducis Borasio, cum quo facta fuit conuentio. vnde tenetur saluare dictam conuentionem. l. qui in ius alterius. de reg. iur. aded quod non potest dictos homines ultra aggrauare, quam fecisset auctor suus Dux Borasio, in cuius locum successit. lege, si constante. ff. fin. solut. matr. l. cum fisco. ff. ad Syllan. l. dicitur ex asse. vbi Bart. ff. de iur. fisc. clarum autem est, quod propter istud bellum Dux Ferrariae neminem angariat: quia secum non geritur: ergo, & c. Quarto facit, quia (vt est in literis Ducis Ioan. Galeacii) illa conuentio pro tempore praeterito fuit utilior Camerae ducali, quam si soluissent vna cum caeteris vicinis eodem modo quo illi. vnde debet Camera compensare utilitatem temporis praeteriti pacifici, cum detrimentum temporis praesentis tumultuosi. lege, secundum naturam. ff. de reg. iur. Quinto facit, quia nisi ita diceremus sequeretur quod illa conuentio, quae fuit facta per Duce Borasio in fauorem dictae debuit iudex, verteretur eis in grauamen, & damnum, quod est inconueniens. l. quod fauore. C. de legibus cum similib. & beneficiu principis incipere esse onerosum, quod non est ferendum. l. pen. ff. de constit. prin. Sexto, & vltimo iniquum est quod camera approbet conuentionem quoad exactionem duorum milliū ducatorum: quod ad relaxationem caeterorum onerum extraordinariorum non approbet: quia debet conuentio, aut in totum approbari aut in totum rejici. vt est text. in l. contra iuris. ff. si vbi Ang. & Ias. in v. not. ff. de pact. l. Pomponius. ff. cum quis. ff. de acq. poss. l. Caius. ff. de manum. ff. eum ergo communitas offerat circumscripita conuentione de tubeundis oneribus more vicinorum proculdubio esset maxima iniquitas, alter eam cogere ad ista extraordinaria. Non obstat, in contrarium allegata, & in primis, quod privilegium immunitatis non extendatur ad tempus belli. respondeo secundum superscripta, verum est in privilegio, non in conuentione, secundum Io. Blan. in summa in loco praedictato. Item superscripta conclusio limitatur in casibus superscriptis per fundamenta, quae pro communitate adduxi. Nec obstat, quod in dicta conuentione non videantur liberati dicti homines ab istis oneribus extraordinarijs: quia imò contrarium est verius: ex quo promittitur nulla non imponere grauamina aliqua vel impositiones. & infra promittitur nullam nouitatem aduenire, vel attentari facere, quibus verbis factis comprehenduntur.

prehenduntur huiusmodi nova grauatina. l. j. C. de superind. lib. x. & in auct. de colla. in prin. & de se pater: Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXLI. SVMME.

- 1 Per licentiam alienandi diuisioni adiectam fideicommissio, non renuntari.
2 Heres representat personam Testatoris.
3 Res quando est alienata, & praestari non potest in subsidium, agitur ad pretium.
4 Clausula permissiua alienationis ad eam alienationem trahitur, quæ per heredis institutionem fit.
5 Renuntiationem vnus alius non nocere.
6 Cum Pater renuntiauerit fideicommissio, & aduersus voluntatem Testatoris dederit facultatem alienandi, erunt admittendi ad fideicommissum filij, tanquam vocati in casu, quo priores in gradu contrafaciant.
7 L. filius fam. cum Pater de leg. i. declar.
8 Prohibita alienatione, non censetur prohibita successio, seu heredis institutio.
9 Dicitio totaliter quid denotet.

XPenso subtili argumento, quo d. Reuisor innitur: licet superflua videri possit quilibet noua responsio, cum accuratè & diligenter per præstantissimos aduocatos fuerit responsum, tamen vt satis faciam desiderio partis, non graua- bor pauca adducere, quæ rem faciant clarissimam. Et in primis, dum adducitur doctrina Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. viij. de verb. oblig. qua censuit ille renuntiatum videri fideicommissio, p̄per licentiam alienandi in diuisione positam, si tñ alienatio sit sequuta: Cui doctrinæ responsum est duobus modis. Primò, quod Bartol. loquitur, quando alienatio est secuta titulo particulari, scilicet si titulo vnuerfali, per institutione heredis, sicut enim si res remansisset penes ipsum diuidentem, ius fideicommissi saluum esset, vt vult Bart. & omnes sequuntur, ita si remanet penes heredem, qui representat personam testatoris, & qui eiusdem iuris est, cuius defunctus, vt in fortiori casu dixit gloss. in l. peto. §. prædium. in fin. de leg. ij. & est vulgans regula, quod t̄ heres representat personam testatoris. §. j. in aucten. de iure iur. à morien. præst. & facit, quia Bartol. probat opinionem suam exemplo creditoris qui remittit pignus, dum allegat text. in l. sicut. §. superuacuum. & §. pen. & tñ in pignore distinguimus, vt si alienatio titulo particulari facta sit remissio habeat locum, si verò debitor moriendo trans miserit in hæredem, scilicet sit, vt hæres perinde tenetur atque principalis. l. sicut. §. si debitor. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. confirmatur hæc sententia, illa quoque ratione, quòd omnes fatentur in subsidiu fideicommissario actionem ad pretiu dari, & quia res est alienata: ideo q; præstari non potest. l. non dubium. §. si. de leg. ij. vnde in subsidium ad pretium agitur. l. si fundum per fid. de l. j. & argum. l. fin. de leg. ij. ergo si penes hæredem sit frustra, ad subsidiarium remedium recurremus, sed rem ipsam petemus. Nec obstat quod Alexand. clxxxix. volum. ij. dicitur quod t̄ clausula permissiua alienationis, etiam ad eam alienationem trahitur, quæ per heredis institutionem fit: quia Alexand. in casu suo rectè loquitur, quando hæres ipse in alium transfudit: perinde enim est ac si testator alienasset, & ita ipse loquitur: tunc enim res ab herede peti non potest: cum eam non habeat, scilicet in casu nostro, in quo hæres eam habet, & ideo non ad pretium, sed ad rem conuenitur. Secundò t̄ responsum fuit, quod posito, quòd per talem clausulam, secuta alienatione, censetur per diuidentes renuntiatum fideicommissio: istud est verum respectu ipsorum diuidentium, non autem aliorum qui proximi sunt in gradu: imò talis renuntia- tio prioris in gradu facit locum sequenti. l. cum ita. §. in fideicommissio. de leg. ij. l. j. §. vbi autem. C. de caducis tol. cum ergo t̄ pater renuntiauerit fideicommissio, etiam aduersus voluntatem testatoris de dedit facultatem

CONSIL. CXLI. SVMME.

- 1 Non licet emphyteote alienare rem emphyteoticam sine consensu domini, & non satis facta de laudemio aliter emphyteota cadit, fall. tamen in casibus.
2 L. fin. C. de iure emphyteotico declar.
3 Per constitutum & fructuum perceptionem videtur translata possessio.
4 Quando agitur de sciendo aliquem incidere in penam, debet fieri stricta interpretatio.
5 In materia stricta, intelligimus de actu naturali & vero, non de ficto.
6 Contractus reali traditione nudus, non facit rem cadere in commissum.
7 Clausula omni meliori modo vis.
8 Per verbum hæredibus, & successoribus extraneos admitti.

Transactionis verba sunt clara, *Quod. Co. Odoricus, & fratres Co. Federici: erogent pecunias, &c.* Vnde cum tunc Co. Odoricus haberet quatuor partes, & dicti fratres duas, debet Com. Odoricus teneri pro duabus, tertiis partibus, & dicti fratres pro vna. Non obstat, quod tempore conceptorū capitulorum ante transactionem, Co. Odoricus haberet nisi tres partes. Quia respondetur primò, quod attendendum est tempus cõceptæ transactionis, quia posteriorè, & nouissima derogant prioribus. l. pacta nouissima. C. de pac. cum ibi not. per doct. & in l. si quis cum in fin. ff. de procurat. Et semper intelligitur contractum fuisse, secundum præsentè statum tempore contractus. l. Rutillia Polla. ff. de contrahen. empr. Secundo, quia in illis capitulis actum erat, vt deinde de eis fieret publicum documentum: vnde ea capitula non obligabāt, nisi secuto publico instrumēto, meritò illi vltimo tantum est standum, secundum Pau. Castr. in l. contractus. C. de fide instrum. in l. qui bis idem. vbi Mod. ff. de verb. obl. Tertio, quia si documentum transactionis in hoc disiderat à capitulis præcedentibus, videntur partes recessisse à dicto tractatu, & standum est transactioni, quæ ex intervallo

uallo subsequuta est. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. l. Diuus. §. licet. de iur. eod. per Alexan. & Ias. in lita stipularus. de verb. oblig. facit quod not. Alexand. consil. xxvij. in iij. gloss. l. vt debitum. C. de hæred. act. Quarto, quia etiam secundum verba capitulorum videtur dictus Comes teneri, quia in capitulis simpliciter dicitur, sicut in transactione, *Quod soluant pro rata,* quæ verba inserunt, quod etiam si pendente lite superueniat maior portio dicto Comitibus, quod teneatur etiam ratione partis superuenientis. l. si rem alienam. §. fin. ff. de pign. actio. vbi Barto. infert ad istas expensas, & quod habetur in l. si quis inficiatus. ff. de possess. Queritur rursum quomodo intelligantur illa verba, *Ad ratam, &c.* Et dico, quod debent intelligi ad ratam bonorum, de quibus litigatur seu pendet litis. Quia cum tractatur de resarcendis impensis litis, ex natura actus sit restrictio ad bona de quibus lis pendet, prout est textus vbi omnes not. in l. age cum Geminiano. C. de transact. vbi dixi. Secundo probat opin. facit text. in l. cum duobus. §. si fratres alios l. si fratres. in princ. cum gloss. ff. pro soc. vbi promissio restituendi damni, vel expensarum inter socios, intelligitur quatenus in communi negotio quis illud subierit. Tertio facit, quod no. Alexan. consil. clxij. re quilitus vt breuibus in ij. vol. ver. vt. &c. vbi expensæ factæ pro recuperando castro, resarciendæ sunt per socium pro rata, quam habet in dicto castro allegat. l. si is contra quem. C. de ædific. priuat. l. qui alien. §. fin. de neg. gest. cum simili. Quarto facit, quod no. Bar. & sequuntur alij in l. Titius. per illum tex. ff. ad Trebel. vbi quando expensæ sunt factæ cõtentione duplicis patrimonij, censentur factæ pro rata bonorum, non autem pro dimidia. Quinto suadet hoc alia ratione, nam videmus quod expensæ litis, puta sportulæ dantur iudicibus secundum qualitatem rei in iudicium deductæ. si quis autem in aut. de iudi. & quod habetur in §. tripl. instit. de act. & per doct. in l. cum quædam. §. fin. ff. de iuris. omn. iudic. meritò & ista cõtentione intelligitur de rata bonorum, quæ in iudicio deductæ sunt. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLVII. SVMMAE.

- 1 Mensuram loci solutionis attendi.
- 2 In expensis & damnis, seruatur vt secundum locum, in quo solui debent computentur.
- 3 Condemnationem quanti plurimi ex causa fieri.
- 4 Grauiora sunt peccata, quanto diutius durant.
- 5 Duas sententias conformes ex statuto exequi.
- 6 Forenses non possunt vti beneficio statutorum.
- 7 In executione sententiæ quæ sit pro forensi, attenditur consuetudo loci, in quo sit executio, quia est de ordine iudicij, non autem respicit decisua.
- 8 In concernentibus ordinem iudicij, forenses fruuntur beneficio statutorum, quia in eis est regula, quod paria sunt forum sortiri, & statutis alligari.

Nunquid mensura Parmensis debeat attendi, secundum locum contractus, an Regiensis, vbi solutio erat facienda, licet multa possent adduci, dico veriorē esse, & magis communem opinionem, vt attendemus locum destinatæ solutionis. per tex. l. vinum. ad finem. ff. si cert. peta. vbi æstimatio vini fit, secundum locum destinatæ solutionis, non autem, secundum locum contractus, & ibi hanc opinionem sequutus. Secundo ad idem facit, quia hoc etiam in expressis dampnis obseruatur, vt secundum locum in quo solui debuit computetur. c. dilecti. de foro compet. Tertio, pro eadem sententia est text. in l. si prædium. C. de præd. min. per quem tex. hanc opinionem tenuit. Guid. de Suzar. & Alber. de Rosa. in l. arbitrio. §. de eo. in fin. ff. de dolo. sentit Hofst. in summa. de empr. & vend. §. quibus mensuris. in si. Pet. de mēte in repertorio suo, verba mensuram. Fab. in tract. empr. in v. q. princip. verfic. & idem quod de moneta, allegant in argu. text. in l. iij. §. fin. de emp. idē tenet Io. Raynaldus in tract. de mensuris. iij. q. idem etiam sentit Oldr. consil. cxvij. in cip. ad primam

quæstionem quem refert Alex. consil. xxxvij. in v. volu. Nec obstat regula. l. si fundus. ff. de euit. & l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. vbi Bart. videtur firmare contrarium, scilicet, quod locus cõtractus attendatur. Nam respondeo quod in superscripto casu communis opinio est contra Bart. per superscripta. & tex. in d. l. si fundus. loquitur in pactis & cõsuetudinibus habentibus concomitantiam loci, & temporis ipsius contractus, secundum Bald. in l. j. in princ. ff. de vsur. quæ sequitur Angel. in d. l. si fundus. quæstio verò nostra procedit in cõsuetudine respiciente rem ipsam, in qua attenditur locus vbi res fit tradenda, quia tali casu locus destinatæ solutionis, iuris interpretatione censetur locus contractus. l. contraxisse, de act. & obl. d. l. j. de vsur. d. l. vinum. cum similib. Et in ista opin. facile debent inclinare iudices, cum adsint aliqui testes qui attestentur hoc expresse actum fuisse à partibus, vt mensura Regiensis attendatur. argum. l. Imperatores, de contrah. empr. Item dicendum si expresse hoc non constaret, sed per probabiles coniecturas, puta si qualitas pretij hoc suaderet, iuxta gloss. in l. obscuris. ff. de reg. iur. vel quia contractus esset perficiendus per mensurationem, de quo per Bart. in l. Iulian. §. si Titius. ff. de actio. temp. per Paul. Cast. in l. sicut. C. de actio. empr. vel quia mensura, vel pondus Regiense non posset rectè conformari cum loco contractus, non enim actum fuit vt mensura, vel libripens Parmensis adduceretur à partibus ad ciuitatem Regij, &c. argum. l. q. legatum. in princ. & §. præterea. ff. de iudi. & quod no. Bart. in l. j. de alimen. legat. & si quæ similes sunt coniecturæ. Circa secundum dubium, quemadmodum faciendæ sit condemnatio. Dico breuiter, cõdemnari debere reum cõtentionem in pretio quanti plurimè res interim pendente lite valuerunt, secundum l. cum ratio. alios datio. §. si per venditorē. ff. de act. empr. quia cum venditor fuerit in mora, fit cõdenatio aduersus eum, & æstimatio crescit vsq; ad executionem vt per Bart. in l. in hac. ff. de tritic. quia grauiora sunt peccata quado diutius durant. c. si. extra. de consuet. & traditur per doct. in alleg. l. vini. & quia hic casus nullam habet difficultatē, non insisto vterius, maximè cum iste emptor non certet de lucro faciendo, sed potius de dano vitando, quod fecit propter tam longam annorū litem, & multa alia damna quæ incurrat eius occasione, de quibus in processu. Circa tertium & vltimum, nunquid sententiæ dū conformes, latae in fauorem ipsius emptoris, mereatur executionem concludo quod sic, propter statutum ciuitatis Regiensi, vbi dictæ sententiæ sunt latae. Nec obstat quod iste actor sit forensis, & quod forenses non possint vti beneficio statutorū, vt per Pau. Cast. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. quia respondeo, q. articulus ille, nunquid deferendū sit appellationi, cõcernit modum procedendi, non autem decisionem causæ, secundum Ant. de But. in c. quod clericis. extra. de foro compet. quem refert & sequitur Alex. in l. j. circa fin. ff. de leg. ij. & consil. clxvj. viso toto processu. circa fin. in ij. volu. Et hoc procedit, siue tractetur de appellatione ab interlocutoria, siue à definitiua: quia executio ipsæ sententiæ definitiue dicitur concernere modum procedendi, secundum Fede. de Sen. quam refert & sequitur Bal. in d. l. j. ff. de vsur. & Angel. in d. l. si fundus. Et istud etiam voluit Bald. in consil. cclxxxv. incip. casus ad finem. in ij. vol. vbi inquit, quod in executione sententiæ, quæ sit pro forensi, attenditur consuetudo loci in quo sit executio, quia est de ordine iudicij, non autem respicit decisua: allegat tex. in l. mēsi. C. de exato. trib. lib. x. sequitur Rochus Curt. in c. fi. de consuetud. cum concord. ibi per eum adductis. clarum autem est, quod in concernentibus ordinem iudicij, forenses fruuntur beneficio statutorum: quia in eis regula est quod paria sunt forum sortiri, & statutis alligari, de qua per Inno. & But. in rub. extra. de consue. cū concord. per Dec. consil. cclxxxij. & facit ad superscripta etiam quæ scribit Com. consil. cxliij. quamuis primo aspectu. lib. ij. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLVIII. SVMMAE.

- 1 Verba mandati summi Pontificis, sal accipiant pro animalium usu, sensus.
- 2 Publica utilitas est quod mancipes prompte ad licitationem veniant, quando Princeps vendit.

Ram copiosa subtilisq; suprascripta consultatio clarissimi Iuriconsulti dom. Bardi, vt si quis illi addere quicquam velit, nihil aliud facere videatur, quam quod prouerbio dicitur, in Syluam ligna deferre, contentus itaque in praesentia ero sola approbatione, ad quam me maxime mouet illa ratio, quod Bulla sanctissimi domini nostri, quae mandatur Mancipibus Salinarum, vt sal vendant cum augmento, & subditis, vt accipiant pro suo & familiae, & animalium vsu, debet intelligi respectu vsus, qui habeatur in terris subditis, non respectu vsus animalium existentium in regno, & sic extra Iurisdictione, quia de illis non videtur sensisse Pontifex, per reg. l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. & c. multi. vers. quid enim mihi ij. q. j. & quia tale sal transferendum in regnum, propter destinationem non habetur pro sale Pontificio. l. j. C. de verbor. sign. & quia de hoc videtur tex. in l. in lege censoria. ff. de verb. sign. vbi tex. probat a fortiori, quod sit restrictio aduersus vim verborum, propter praesumptam mentem legislatoris. Et certe mens Pontificis non fuit onerare emptorem in hoc casu: quia alius non essent emptori ab eo, sed a regnicolis. Nec est intelligenda Bulla in casu damnofo contrariationem finalem ipsius: sed solum intelligitur in casu iurisdictionis necessarii, id est, quod possint subditi cogi ad accipiendum, vt quia velint eo vti in terris Pontificis, & ista interpretatio est accipienda tanquam favorabilior etiam ipsi mancipibus, vt promprius veniant ad licitationem, in qua re vertitur publica utilitas, vt dixit textus in l. j. ff. de loc. pub. fru. Et cum sim de sola subscriptione requisitus, non scribo vterius, sed me remitto ad suprascriptum d. Consultorem. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. CLIX. SVMMAE.

- 1 Instrumentum clarum non abolutum, nec cancellatum est exequibile.
- 2 Compromissio exceptio quandoque non admittenda.
- 3 Exceptio communis ab vno opponenda obligationem irritat.
- 4 Compromissum habet in se quandam speciem transactionis.
- 5 Actio de dote cum sit communis Patri, & filiae, sicut non potest pater cum intentare, nisi ex consensu filiae, ita nec potest eam repetere ex causa inopie mariti, nisi ex eius consensu.
- 6 Creditor non tenetur Partem summae sibi debita accipere.

Ruerende pater, & domine in causa, cuius acta ad me transmissa sunt, vt iudicij consiliisq; mei copiam vobis facerem, punctum duntaxat difficultatum attingam, prout consulentem decet, maxime cum diffusissime sit vtrinq; per dominos aduocatos allegatum. In primis quaeritur, an dominus Iulius Budus recte intenderit executionem, secundum formam statuti, de instrumentis ad voluntatem? & mihi videtur, quod sic: habet enim pro se instrumentum clarum, non abolutum, nec cancellatum, ex quo optime eius intentio fundatur l. cum precibus. C. de proba. per Decret. consil. xxxvj. cum concordan. Nec obstat clausula illa statuti, delato tamen primo eo casu sacramento, &c. Quia ea clausula non refertur ad membrum sequentis statuti, vers. si verò debitor citatus comparuerit, &c. qui est casus noster. Secundò quaeritur, an exceptio compromissi debuerit admitti? & puto quod non. Cum enim statutum concedat executionem instrumentis, non videtur de iure communi admittenda exceptio compromissi, quod habet in se quandam speciem transactionis. l. & post rem. vbi doct. de transf. in casu verò nostro res est clarior, propter verba statuti non admittentis compromissum, vbi iura partium liquida forent per publica documenta, prout est in casu nostro, illa enim probatio incumbens actori, quod

traduxisset uxorem, non facit, vt res minus dicatur liquida, cum incontinenti potuerit certificari, secundum Ioan. de Imol. in l. j. de legat. & fideicom. ij. maxime cum super ea non fuit litigatum, nec pars aduersa hoc negauerit, sed adduxerit alias exceptiones. & haec videtur communis opinio in d. l. j. vbi Alex. & in l. f. ff. Titius. de vulg. & pupilla. subtit. & licet Socinus consil. lxxxix. in ij. & Decret. cccxxij. quaesierint no dum in scripto, per doct. Barto. in dict. l. proinde. ff. notandum. ff. ad leg. Aquil. tamen illa doctrina non obstat eam intelligendo & declarando, vt per Benedictum de Barziz in tracta. Guarentigiae. in j. par. princ. q. ij. pro quo facit doct. Bart. in l. ij. q. ij. C. de pignorat. & hoc maxime videtur dicendum, stante iuramento posito in dicto instrumento, per ea quae not. Alex. consil. xxxvij. in ij. vol. vbi post Pau. Cast. consultit, non esse locum compromisso ex forma statuti, quando res est debita per contractum iuratum, & idem tenet consil. xxxvij. in ij. Nec me mouet, quod actor petierit executionem liquiditatis liquidandis, quia cum instrumentum per productum sit minus liquidum, quam prius esset, hoc enim pendet a iure, non autem a verbis partis, quae possunt intelligi de liquidatione permilla a statuto secundum supradicta. Tertio quaeritur an exceptio opposita ad merita causa, quod maritus non sit soluendo, & vergat ad inopiam, debeat prodesse reo, ne condemnetur ex dicto statuto? Et mihi videtur quod non: quia statutum praecisè nominat exceptiones quae possint opponi: unde cum istam non nominet, videtur, quod non debeat admitti, secundum Bart. in l. j. ff. de parui. ff. quod vi aut clam. & in l. j. ff. praetor. vbi omnes. ff. qui latida. cog. Fortius videtur, circumscripso statuto, nec etiam de iure communi admittenda, per tex. in c. per vestras. extra. de donat. inter vir. & vxor. & per rationem, cum enim actio de dote sit communis patri & filiae, sicut non potest pater eam intentare: nisi ex consensu filiae. l. ij. ff. fin. ff. sol. matrim. ita nec potest eam repetere ex causa inopiae mariti, nisi ex eius consensu, quia l. vbi. C. de iure dot. l. si constante. ff. sol. matr. hanc facultatem tribuunt mulieri, quae licet debeat mouere actiones cum licentia patri, secundum §. illud in auth. de equali. dot. non tamen debet hanc facultatem soli patri: cum inter sit mulieris. quod pater soluat, vt sic dotata, nec retardetur solutio, licet habeat deinde provisionem legalem repetendi, quae repetitio non facit: quin interim dicatur dote, & debeat deseruire oneribus matrimon. d. l. vbi autem. vers. ita tamen. & fatentur omnes in d. l. si constante. Nec obstat quod inter sit patris, ne dos perdat: quia alias cogere iterum dotare. auth. sed quamuis. C. de rei vxor. actio. Dico, quod hoc debet facere cum consensu filiae, & si filia nolit consentire, & prohibeat, liberabitur ab onere iterum dotandi, vt probatur in simili in d. §. illud. Illud etiam addo, in casu nostro non esse probatum, quod maritus vergat ad inopiam, nec quod incipiat male gerere res suas: quia debitum illud fratris & cognatae, est debitum ante contractum, & quod prouenit ex iuribus veteribus, & diuidens cum fratre, non dicitur incipere facere rem deteriore, potius est imputandum focero, qui diligenter non perscrutatus est conditionem generi, quando ei promissit dotem. l. si creditores. ff. de priuileg. credit. poterit tamē tali casu vxor cum auctoritate patris cogere eum, vt reddat eam securam. iuxta tex. in d. c. per vestras. vbi Butrig. l. ad. d. l. si constante. num. clxxij. Quarto quaeritur, an obligatio facta per istum focerum, eum releuet, saltem ne condemnatur, maxime in expensis? Et non videtur. Primò, quia obligatio non est facta simpliciter, sed conditionaliter discussis primò & ante omnia exceptionibus, &c. quae conditio non est iuri conueniens, vt supra dixi. Facit quod not. Bald. in l. acceptam. q. iv. C. de vsur. Secundò, quia in effectu est verbalis tantum, & de pecunia in marisupio, quae non sufficit: cum testes eam non viderint, secundum Alexan. post alios in l. si seruus. ff. de vulg. & pupil.

pupil. subtit. & cum depositarius nullus confessus fuerit se habere in deposito, & se obligauerit. Tertio, quia non de tota summa: cum non teneatur creditor partem accipere. l. quid in existit. mauerit. ff. si cert. peta. per Alex. l. si seruus. & l. si mora. ff. sol. mat. Quarto, quia, (vt supra dixi,) dicta exceptio, quod vergeret ad inopiam, non potest opponi, frustra in eius executione facta est talis obligatio. Ex quibus omnibus concludo, concedendum esse executionem dicto actori, iuxta eius petitionem, & cōdemnandum reum in expensis, secundum formam sententiae mangifici dñi Columbini Auditoris, à qua male appellatum fuisse conseo. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONS. CLX. SVMMAE.

- 1 Statutum vt bona conseruentur inter ipsos fratres cum sit fauorabile, debet etiam habere locum in bonis sitis extra territorium.
- 2 Vbi primus actus de se tenet alia solennitas, non est necessaria respectu subsequentium.
- 3 Si consentiam tertio alienanti rem meam cum protestatione saluo iure meo, talis clausula intelligitur respectu pretij tantum, non autem ipsius rei.

Misis aliorum dictis subiiciam breuiter opinionem meam, non in modum consilij, sed de vti potius, & sententiae mee. Videtur enim mihi iustam esse causam illustri domini Annibalis, vt luere possit bona Curiae Villimpente, vendita per illustrem domi. Petrum Franciscum fratrem suum. Et sciendum est, quod cum illa bona fuissent communis genitorum, competebarius luēdi ipsi domino Annibali intra annum & diem ex forma statuti Mediolani, sub rubrica de re paterna luenda, quod statutum cum sit fauorabile vt bona conseruentur inter ipsos fratres, vt in simili per Curt. Sen. consil. ix. incip. Ticinensi, &c. debet habere locum etiam in bonis sitis extra territorium, secundum doct. Bar. in lege, cum etos populos. C. de sum. trin. & fide cath. Et ista fuit potissima causa celsionis, de qua agitur, vt appareat ex illis verbis, attento quod domin. Annibal habet ipsa bona redimendi pro pretio habito, &c. Solum ergo ista celsio operatur, quae sicut ex statuto habebat ius restrictum ad annum & diem iam habebit prorogationem temporis vsque ad decennium, prout habebat dom. Petrus Franciscus. Et tali casu cessant multae oppositiones, de quibus in praefatis consilijs, & maxime illa, quod non sit seruata forma statuti Mediolanensis, de celsione & alterius de donationibus: statuta enim illa loquuntur in celsione proprie loquendo, & in donatione cum ius de nouo transferatur in alium: at iste iam habebat ius a statuto, & celsio operatur simplicem prorogationem temporis, unde non est necessaria alia solennitas. Cum etiam per simplicem citationem talis prorogatio induci potuisset, vt concludit Barth. Veronen. ca. lxxviii. incip. si petens: & quia cum iste eius qualitatis sit, vt admittatur ex statuto, non debet attendi solennitas alterius statuti. glo. c. ex in sinuatione. extra. de iure patrona. & c. nemini. xvj. q. vij. & per Alex. consilio xxviii. in v. volu. Et quia in ista prorogatione videtur satis esse, si seruetur natura praecedentis actus secundum quam ius trasferatur a statuto absque alia solennitate per regulam leg. si cum Hermes. ff. locat. & per Bar. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verborum obl. Et quia vbi primus actus de se tenet, alia solennitas non est necessaria respectu subsequentium, vt per Raph. Com. post Ang. in l. apud Iulianum. ff. si ex quibus causis in poss. eat & quod habetur in lege, j. ff. item acquirimus. vbi Iaso. ff. de acquir. poss. Et quia prorogatio facit, vt videatur vnus & idem actus. Nec sit necessaria alia solennitas, vt in simili per Bal. in l. cum dotem. in fin. C. de iur. dot. Et faciunt etiam quae not. Alex. post Imo. in l. si dignum. ff. ad l. Falcid. Nec obstat illa clausula quod quicquid per dominum Annibalē gestum fuerit vigore illius instrumenti sit ad commodum, & utilitatem

praefati domini Petri Francisci, quia habet hunc sensum, vt quia domi. Petrus Franciscus non habebat pecunias luendi, vt dicitur in instrumento si iste qui habebat lucraret, lucrum quod inde oriebatur seu illud supra plus cederet commo dcedentis, non autem possumus intelligere quod per talem clausulam domi. Annibal esset constitutus simplex procurator, quia verba instrumenti huic sensui in multis locis repugnant. Vnde prior interpretatio est recipienda, vt in simili tenet Iacob. Put. l. ad. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de leg. j. vbi si consentiam tertio alienanti rem meam cum protestatione saluo iure meo, talis clausula intelligitur respectu pretij tantum, non autē ipsius rei. argum. l. mater. C. de reuendi. & est de mente Din. Oldr. & Raph. ibi, & pro hac sententia etiam facit, quod not. Alex. consil. praeterea ista. in j. vol. & Dec. consil. cclxxxij. Si ergo dom. Annibal iam redemisset, & eius frater peteret tale commodum, postea agere ex illis verbis instrumenti sed de hoc in praesentia non est controuerfia, & eleganter fuit deductum per doct. cōsultores. Vnde de subscriptione requisitus, volui esse iis paucis contentus, Saluo semper saniore iudicio.

CONS. CLXI. SVMMAE.

- 1 Mensurandi modus.
- 2 Stationis verbum, dicitur a stando ad vendendum.
- 3 Scriba aliud nihil sunt, quam casae portatiles.
- 4 De connexis seu coherentijs idem est iudicium.
- 5 Idē iudicamus de caemeterio quod de ecclesia, de clastro domus, quod de domo, de continentibus ciuitatis, quod de ciuitate.
- 6 Ex vicinitate artificum proueniunt rixae, & emulationes.
- 7 Statutu loquens de apotheca intelligitur quatenus sit in situ usita.
- 8 Qui dat domum, vel aliam rem, videtur dare quae annexa sunt illi domui.
- 9 Quatenus est stillicidium domus, eatenus est proprietas domini.
- 10 Quod de domo dicitur, in procijs quoq; & manianis & iuge grandijs, quae extra domum producantur locum habet.
- 11 In dubio potior est conditio prohibentis.

Ridet mihi conclusio suprascripti do. consilientis, quod si mensura trium perticarum accipienda sit, non à parietibus apothecae, sed à tabulis extra apothecam piectis. Primò propter verba statuti diligenter à domino consulente ponderata, quibus dicitur, quod non possit fieri iuxta stationem, scriinium, vel rem, in qua & super qua fuerit dicta ars exercitata per tres perticas, &c. appellatio enim rei generalis est maxime cum dictione, aliqua, & vt supra dictum est. Secundò quia stationis verbum dicitur à stando ad vendendum. l. j. stationem. de sum. glo. l. ne quibus. C. de digni. lib. xij. & idē comp. apprehenditur etiam in alijs vocabulis, quae comprehendunt etiam cōtinentia seu adhaerētia, vt habetur in l. a difficia. ff. de verb. signi. Tertio, quia statutum idem iuris constituit in scriinijs, & tamē quandoque scriinia extra apothecas tenentur, saltem de die, cum scriinio nihil aliud sint quam casae portatiles. leg. sacris. C. de proxi. sacro scri. lib. xij. c. sanē. xiv. q. ij. Quarto facit idē ratio rationis, quae pariter subest, siue res vendantur in apotheca, & emulatione artificū ex proximitate magis orit ex iis, quae extra sunt, & ideo statutum de hoc quoque casu est intelligendum. l. ijs solis. C. de reuoc. don. do. et. l. si constante. ff. sol. ma. Quinto facit regula generalis, quod de cōnexis seu coherentibus idem est iudicium. c. cum omnes. verbo, annexae. vbi. Bal. extra de constit. vnde idē iudicamus de caemeterio, quod de ecclesia, & de clastro domus quod de domo, & continentibus ciuitatis, quod de ciuitate. ca. si ciuitas vbi doct. de sent. ex commu. in 6. per Felin. in ca. translato. de constit. Sextò, quia istud statutum est fauorabile, vt pote factū principaliter, ad texedas rixas & emulationes artificū proueniētes ex vicinitate, secundum notab. in l. qui t exceptionem. ff. de ed. dit. in debi. Bart. leg. quemadmodum. de agr. & cen. lib. xj. mod. l. ij. C. de in ius vocan. merito ergo est interpretatio adiuuandum. leg. ita vulneratus. ad leg. Aquil. l. ad. l.

7 **I**as. qui se patris, C. vndelib. Seprimò quia statutum loquens de apotheca, intelligitur quatenus est instrumta. Lancillis verbo, ceterisq; rebus. C. de incest. nupt. & idem in statuto nostro fiet mensura respectu instrumenti: & not. ibi Guliel. de Cun. & veteres, qui loquuntur etiam in casu fortiori. Octauò per gloss. xij. q. ij. can. 8 **S**in. vbi Archid. not. quòd t qui dat domum, vel aliam rem videtur etiam dare, quæ annexa sunt illi domui, iuribus in ea allegat. Nonò, quia quatenus est stillicidiu domus, eatenus est proprietates domini. l. fin. §. fin. de seruit. vrb. præd. licet publicè debeat seruitutè transeuntibus, cum ipse dominus etiam supra porticus possideat. l. hoc quod. versic. aliter. eod. tit. vnde si extra, per consuetudinem aliquid tenetur, dicitur teneri in suo, & ab eo loco incipienda est mensura. l. seruitutes quæ in superficie. §. penult. versic. eadem causa. ff. de seruit. vrb. præd. l. an in totum. C. de ædifi. priua. Decimò per tex. in l. Iulianus. §. ædibus. ff. de leg. j. & ibi doct. in l. quod conclaue. ff. de damn. infe. & ibi gloss. & Bald. Pet. de Anch. in cons. cclxxxvij. super pluribus. Iaso. l. beneficium. ff. de constitut. princip. Vndecimò, quia quòd de domo dicitur, in proiectis quoq; & mœnibus, sugrundis, quæ extra domum producuntur, locum habet. l. malum. §. j. ff. de verb. signif. l. si duo. §. Labeo. ff. vi possid. l. si verò. §. prætor. ff. de iis qui deiec. vel effud. Duodecimò & vltimo, quia in dubio pronuntiandum est aduersus istum actorem in fauorem rei cõtradicentis, qui habet fauorabiliorem causam. l. fauorabiliores. de reg. iur. cum t in dubio potior sit conditio prohibentis. l. Sabinus. ff. commu. diuid. l. ij. ff. de suspent. tut. vbi Bart. cum similib. Et ita mihi videtur saluo semper fauore iudicio.

CONSIL. CLXII. SVMMAE.

- 1 Proclama absque citatione validum.
- 2 Testamenti cæci forma.
- 3 Quilibet potest renuocare beneficio eridarum.
- 4 Citati & contumaces habentur pro consentientibus in penam contumelie.
- 5 Facta præualent cuiunque protestationi.
- 6 Exceptio limitata, actum in reliquis confirmat.

7 **S**atis fuit aliàs allegatum tam t per me, quàm E per præstantissimos alios doctores, quòd statutum non requirit pro forma, vt omnes contradicentes eridis citentur, quæ opinio optimè probatur, per text. aliàs allegatum in §. hinc nobis. & §. sequen. & §. si verò non fecerit. in auth. de hæred. & Falci. in cuius tex. casu erant verba magis præcisa, quàm in statuto nostro, & tamen valet inuentarium respectu citatorum, addo nunc quod in simili casu notab. dixit Bald. in Margarita sua. verbo, testis sufficit. Item addo tex. in l. hac consultißima. C. qui testam. face. poss. vbi lex in t testamento cæci iubet nomina specialiter dignitatesq; & alia in dicitia personæ hæredis adiici, & vt antè lata formæ declarant testandum esse & alibi in §. cæcus. instit. quibus non est permiff. ait non posse eum aliter testari, quàm per obseruationem superscriptam, & tamen concludunt doctores, satis esse nudum Gallo presfi nomen, quia certum in dubitatumq; est, & forma illa à lege tradita, secundum rationem restringitur. Et dum dicitur hanc esse formam inductam fauore publico, vt dominia nõ sint in incerto, & sit finis libris. respondo, istud argumentu concluderet, quòd non posset quis renuocare beneficio eridarum, quod est notoriè falsum. l. quod si nolit. §. quod si ita. de ædil. edi. & facit tex. in l. quod de bonis. §. j. ad leg. Falcid. iun. sta. l. fin. C. ad leg. Falcid. Item respondo, quod vt omnes simul citentur vel non, nihil ad ius publicum, vnde quoad hoc cessat superscriptum argumentum, potest enim liquidari cuius sit dominium, ne sit incertum, non solum coniunctim, sed etiam separatim. Ad tertium dum dicitur, non interuenisse consensum Lignanorum, & c. respondo, cum fuerint citati, & contumaces t habentur pro consentientibus in penam contumaciæ. l. contumacia. de re iudic. maximè cum statutum nostrum non requirat consensum, sed quòd sint citati, & in contumaciam alterius iubeat fieri commissionem perinde, ac si adesset. Item respondo satis esse, quòd Castilionei consenserint, vt infra ostendam. Ad quartum quod Castilionei non consenserunt, & c. respondo, acta sunt in contrarium, cum ipsi dederint Reynam pro cõfidente, & t factum præualeat cuiusq; protestationi. l. pro hærede. §. Papinianus. de acqui. hæred. Præterea licet protestati sint, vt saluæ essent ipsi exceptiones, tamen hoc non impedit quin in reliquis consenserint: t exceptio enim limitata actum in reliquis confirmat. vt dicit Bald. in l. sed si sine. §. sed, quod Papinianus. de minoribus. Ad quintum dico, quod consensus Castilioneorum præiudicat Lignanis: quia Castilionei censentur procuratores in rem suam ipsorum Lignanorum ex quo euentus litis, & periculum ad eos pertinet. l. si. ff. de transact. facti. l. sicut. §. si procurator. ff. quibus modis pig. vel hyp. Confirmatur hoc etiam propter pactum cõuentum inter ipsos, quod secuta contradicentia teneantur Castilionei defendere Lignanos & suscipere litem, & litigare pro liberandis bonis, & c. apparet ipsos constitutos esse procuratores, & c. arg. l. si cum Cornelius, de solu. l. cuiusq; §. j. vbi Bart. de iustit. l. fin. C. de pact. conuen. & per gloss. in l. j. ff. de neg. gest. verb. absentium. in si. & hoc maximè dicendum est tante statuto nostro, quòd sententia lata cõtra huiusmodi defensores, habeat executionem etiam contra defensum, vnde sequitur vt cui præiudicat sententia præiudicent etiam acta. l. si superatus. de pignor. vbi Bart. & idem Bart. in l. ij. ff. iudi. sol. cum similib. Et quòd acta cum venditore præiudicent emptori, sententia est Bart. in l. sæpe. de re iud. dum allegat not. per se in l. facta. §. si hæres. ad Trebel. & ibi omnes firmant, vt aliàs dixi, & licet Alexan. distinguat in confessione, tamè in aliis actis non est distinguendum, sicut nec in confessione quando facta est iudicio contentioso, prout est quæstio nostra, vt ibi per eum. & satis sentit hoc clarissimus iudex in suo motiuo.

CONS. CLXIII. SVMMAE.

- 1 Si quis habitat in loco cum duobus seruatoribus, non dicitur habitare cum familia.
- 2 L. familie. de verborum significat. sensus.
- 3 Appellatione Monachorum comprehenditur Abbas.
- 4 Appellatione clericorum comprehenditur Episcopus.
- 5 Filiusfam. dicitur sub familia Patris esse.
- 6 Filiusfam. nisi steterit per xx. annos separatus à Patre vendendo se pro Patrefamilias, censetur semper in potestate & in familia.
- 7 Quando familia semel est in esse deducta, tunc si extinguatur ius in vno remanet.
- 8 Ad hoc vt familia in esse deducatur, à principio oportet quod sint plures, sicut dicimus in grege.
- 9 Legitimam statuto tolli.

N causa istorum nobilium de Porris. Primus articulus est circa statutum. Secundus circa legitimam. In primo articulo dicitur ipsos fouere iustiore causam, quia statutum requirit, quod quis habitauerit cum familia. Sed iste non habitauit cum ea. Imò etiam si t habuisset vnum seruitore vel duos, adhuc non diceretur habitasse cum familia. lege, detestatio. §. fin. ff. de verbor. signif. Nec obstat decisio Bald. in lege, iubemus. §. fin. autem. C. ad Trebel. quæ probatur per tex. in lege, j. §. familie. ff. de vi & vi arm. Quia respondetur quòd illud est in odium violentiæ, & sic ex legis interpretatione, non ex vi verbi, vt dicit glossa in dict. l. detestatio. & ibi Dyn. & Alber. de Rosat. in statuto autem nostro verba intelliguntur ad literam. Non obstat lex, familie. ff. de ed. tit. quia ibi nõ dicitur, quòd solus Princeps familie sit familia, sed quod etiam ipse cum aliis comprehenditur ea appellatione sicut t appellatione monachorum Abbas, Clericorum, Episcopus continetur. ca. fin. extra, de simon. & ibi t doctor. Nec est verum, quod iste esset princeps familie:

7 **M**ilia: quia cum esset filiusfam. est sub familia patris. lege, pronuntiatio. §. familie. ff. de verbor. signif. & quæuis diu steterit separatus à patre, tamen nisi steterit per xx. annos, gerendo se pro patrefam. semper presumitur esse in potestate, & consequenter in familia. l. j. vbi glo. & Sal. C. de patr. pot. leg. ij. C. de præscript. long. temp. quæ pro lib. Nec ob. quod Ias. in l. si prius, vers. tu potes saluare. ff. de oper. no. nun. dicit de x. annis tantum, quia posset pro cedere, vbi filius haberet aliquem titulu, mediante quo titulo assereret, se præscripsisse. arg. no. per Bar. in l. j. §. ff. de itiner. act. priu. & licet in contractibus quoad quæstionem furni dicatur, filium patri cohabitatem non esse de familia, arg. l. tria onera. ff. de execut. in dispositione tamè legali, vel testatoris est secus, vt per Ias. in leg. fin. C. de verb. sig. Non obstat etiã aliud dictum Cepollæ in titu. de Furno. Quia t quando semel familia est in esse deducta, tunc si extinguatur ius in vno remanet. l. sicut. §. fin. ff. quod t cuiusque vniuersi. principio autem vt in esse deducatur, oportet, quod sint plures, sicut in simili dicimus in grege. l. oues, vbi Bar. ff. de abig. Considerandum est etiam, quod statutum requirit maiorem partem familie, non solum quia dicitur subditus, seu de iurisdictione, sed etiam quia tales difficultus recedunt, & ad patriam suam non ita de facili reuertuntur. Item est considerandum, quod statutum facit regulam, quod mulier non nubat extra iurisdictionem, deinde facit fallentiam, quando nubet nuberem, qui cum maiori parte familie habitasset Mediolani per decem annos: nam quæuis talis alienigena, eum admittit. Si ergò quis non habuit familiam, iustus extra casum fallentiæ, & comprehensum in regula, non autem casus est omiffus. Quò ad secundum articulum, Cum statutum habeat istam mulierem tanquam non sit t in rerum natura, excluditur à legitima, & auget partem istoru de Porris, vt dicit Alex. & Ias. post alios in l. planè, prima. §. si duobus. ff. de leg. & fideicom. j. Nec dicatur, quod statutum non potuit tollere legitimam, & sic non valet. Quia talis allegatio non admittitur à doctoribus nostris, imò imponitur pena iudici. & aduocato ex forma alterius statuti, quod est in no uisimis. Et etiam falsum est, quod statutum nõ possit priuare filiam legitimam, vt est communis opinio, de quo per Ias. in leg. h. quando. §. fin. in fi. C. de inoffic. testa. Et in omnè casum vbi est dotata, casus non habet difficultatem.

CONS. CLXIII. SVMMAE.

- 1 Domicilij contrahendi forma.
- 2 Scholarius habitans per decennium, censetur contraxisse domicilium, & tamen presumptio stat in contrarium, quia scholares stant in vniuersitatibus causa studendi, non autem contrahen. domicilij.
- 3 L. eius. l. secunda. §. si. ff. ad Municip. declar.
- 4 Nihil obstat quod quis duobus locis forum fortiat, alterum in loco originis, alterum in loco habitationis.
- 5 Vna presumptio tollit aliam.
- 6 Vxor est caput & principalis pars familie.
- 7 Ex ijs que subsæcuta sunt, declaratur quis nam fuerit animus retro.
- 8 Vxor propter matrimonium transiit in forum mariti.

Responso motiu contra Mázochos datur, est præsupponendum: quòd cum iste maritus Anastasia, habuerit continuam habitationem in Laudensi, & duxerit vxorem Laudensem. & nunquam traduxerit eam in locum originis, satis dicitur iudicasse animum cõtrahendi domicilium in Laudensi, adeò vt eius vxor non possit dici nupsisse extra territorium, per rationes alias dictas in consilio. Nec obstat, quòd licet t domicilium contrahatur per habitationem, tamè hoc non procedit, quando aliqua coniectura esset in contrarium, secundum Bar. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. Respondo pluribus modis. Primò, quòd Bar. non dicit, quod sufficiat esse coniecturam in contra-

rium, imò dicit, quod oportet esse certu, quod nolit contrahere: & quòd istud sit verum, probatur ex lege. ij. C. de incol. lib. x. vbi scholarius per decennium censetur contraxisse t domicilium, & tamen presumptio stat in contrarium, quia scholares stant in vniuersitatibus causa studendi & addiscendi, non causa domicilij constituedi, sed talis presumptio non est certa: ideò cedit alteri orienti habitatione. Secundo, respondo quod in casu nostro nulla cõiectura est in contrarium: quia causa accessus, q. venerit ad laborandũ & lucrandũ, non pugnat, quin acquisierit domiciliu: quia maximè quis operatur, vbi domicilium habet. & c. in l. eius. ij. §. fin. ff. ad municip. loquitur quando quis in vno loco colèdi ruris causa diuersabatur, in alio habitabat: & præsupponit expressè quod si in eo loco, vbi rus colebat, etiam habitasset, & negotiaretur & festos dies transigeret quòd talis ibi diceretur domicilium constituisse, prout fuit in casu nostro. Item quod emerit in agro Bergamensi, nihil contrariatur, quin domicilium constituerit in Laudensi. ex quo t nihil obstat quòd quis duobus locis forum fortiat: alterum in loco originis, alterum in loco habitationis. d. l. eius. §. Celsus. l. assumptio. vbi Bart. eod. tit. & sic istæ præsumptiones non sunt cõtrariæ domicilij, sed compatibiles cum eo: vnde nihil inferunt, vti dèdè minùs videatur contraxisse domicilium. Tertio respondo, quòd vna presumptio aliam tollit, diuus. vbi Bald. in fi. ff. de integ. restit. l. cõ. de indubito. ff. de probat. in casu autem nostro, sunt præsumptiones efficaciares. Prima habitatio, quæ vel sola sufficit, l. domicilium. ff. ad Municip. Secunda ductio vxoris in tali loco, quam nunquam duxit Bergomum, sed semper remanet in primavxoris, secundum Bald. l. si. C. si à compet. iud. Tertia eius remansio semper in Laudensi: & non est dubiu quòd ipsa t vxor est caput familie & principalis pars. l. nam ciuium. de ijs qui sunt sui. l. familie. de verb. sig. Vnde tale forum debet magis attendi secundum Dec. cõf. cclxxxij. vers. v. Quarta, quia tenuit habitationem semper ibi cum rebus suis & vrensilibus: & negotia sua exercuit, & festis diebus mansit: quòd videtur sufficere d. l. eius qui. Quinta, quia semper onera subiuit cum Laudensibus, non solum potentia, sed actu, secundum Cass. consi. lxxxix. in nouis. Sexta, quia supplicauit pro ciuilitate: vnde satis declaratur mensiusus, qualis fuit retro: quia t ex ijs quæ subsequuta sunt, declaratur, qualis nam fuerit animus. l. sed Iulianus §. proinde. ff. ad senatusc. Maced. l. litibus. C. de agric. & cens. lib. xj. l. si filius. C. de petit. hæredit. §. patronum. in stit. de rer. diuis. Dec. cons. cccclxxvj. vbi allegat cõcordantias. maximè in casu nostro, in quo sufficit quòd ciuilitas deinde fuit acquisita, secundũ Soc. consi. xviii. iu. iij. Pau. Cast. consi. lxxxviii. in ij. cum similib. aliàs allegatis. Quarto respondo, quòd etiam si superscripta in contrarium adducta essent vera, tamen adhuc Anastasia debet obtinere, quia non verificantur verba statuti eam excludentis, cum etiam si nupsisset forensi, non tamè dicitur nupta extra iurisdictionem, priusquam forensis eam traduxerit extra iurisdictionem, lege, fin. ff. de iurisd. omn. iud. & quia statutum est correctorium iuris communis, & pœnale, vnde non debet ei esse locus, nisi sequuta transductione, & sic sequuto effectu, vt per Ias. in simili. in l. fin. vers. xviii. C. de iure emphy. vbi allegat concordantias. quorũ rationes etiam militent in casu nostro, & per Abb. consilio j. in j. vol. cxvij. in fin. in ii. Salic. l. cum in te. C. de donat. ante nupt. & quia licet vxor t propter matrimonium transeat in forum mariti, ea quæ. ij. ad municip. tamè hoc fallit, quando maritus remaneret in foro vxoris per decennium, secundum Bald. in d. l. si. C. si à non cõpeten. quem ita declarat & sequitur Dec. in l. cum quidam. ff. de iurisd. omn. iud. quòd proprie contigit in casu nostro, & quia pro hac muliere vrgens etiam aliæ rationes adductæ in consilio, quas non repeto. & ideò non dubito quin dominus iudex pro sua integritate sit pronuntia-

fit pronuntiaturus pro ipsa Anastasia, quae iudicio meo apertissime fouet iustam causam. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONS. CLXV. SVMMAE.

- 1 Pater stipulando sibi, & filijs illud, quod sui natura transire potest ad extraneos, videtur stipulari illis, tanquam haeredibus, & ideo si talem rem tenere volunt, oportet quod sint haeredes.
2 Filij & haeredis concursus quandoque necessarius.
3 Aequitas dicitur ut cum ex causa Patris bona ad filios pervenerint, eius defuncti conscientiam exoneret, nec sinant eum in inferno torqueri, propter non restitutionem debitorum.
4 Princeps ligatur ex suo contractu, nec de plenitudine potestatis, potest illi contravenire.
5 Princeps ex causa publicae utilitatis potest tollere seu alterare suum contractum.
6 Decretum odiosum per interpretationem restringi debet, & cum loquatur de donatione bonorum immobilium, non debet trahi neque extendi ad iura, quae sunt tertiae speciei, & proprie non comprehenduntur appellatione bonorum immobilium, vel immobilium.



Illos istos Viscardi, teneri ad solutionem aeris alieni, per eorum patrem contracti arbitror. Moueor, quia communis est conclusio, quod pater stipulando sibi & filijs illud, quod sui natura transire potest ad extraneos, videtur stipulari illis, tanquam haeredibus; & ideo si talem rem tenere volunt, oportet quod sint haeredes. leg. si tibi decem. ff. si pactus. ff. de pact. per Bart. & doct. in lege, quod dicitur. ff. de verbo. oblig. quod ista opi. maxime procedit in casu nostro, in quo, quando fuit facta donatio, nondum nati erant filij: vt possit inde dici stipulationem factam de filio, propter bene merita ipsius filij, quod autem res talis potest transire ad extraneos, apparat ex illa clausula, qua datur libera licentia donatarijs, vt possint de ea pleno iure per omnia disponere & agere, prout Princeps ipse ante donationem factam, potuisset, ponendo eos in sui locum, de qua clausula habetur per Ange. in l. ij. C. de nouat. in l. ff. de transact. per doct. in l. qui quadringenta. ff. ad l. falc. Nec obstat allegatum Decretum quo bona immobilia donata per principem, prohibentur aliquo modo transire extra masculos descendentes. Na respondetur duobus mod. Primò, quod cum ista donatio iam esset facta ante decretum, & ex eius tenore appareret filios ad eam non admitti, nisi tanquam haeredes: requiruntur ergo duo. Primùm, vt isti succedere volentes, sint de filijs masculis, & hoc introduxit decretum. Secundum, vt isti veniant iure haereditario patris, & istud introducit ex instrumento donationis, & sic ille casus est similis illi, quando pater stipulatur sibi, & filijs, & haeredibus, requiritur enim tunc, quod utrunque concurrat, vt per Bar. in l. vi. iur. iurandi. ff. de oper. liber. & isto modo subtiliter considerado tollitur difficultas, debentigitur isti filij vo care se haeredes patris, & satisfacere creditoribus, quia aequitas dicitur, vt cum ex causa patris, haec bona ad eos pervenerint, eius defuncti conscientiam exonerent, nec sinant eum in inferno torqueri, propter non restitutionem debitorum, vt declarat Anch. in reg. peccatum. de reg. iur. in vj. in pen. charta. Host. in ca. tua. per illum tex. de vsur. Aret. in l. ii. ff. & haru. ff. de verb. oblig. vbi concludit, quod non habito respectu ad portiones haereditarias, debent filij exonerare conscientiam patris, quantum possunt, poterit itaque de fructibus satisfacere creditoribus, quia per talem modum non dicitur res alienari. l. j. ff. de fundo, vbi Bal. ff. quib. mod. vsur. amit. & q. no. Bar. in l. usufructu. per illu. tex. ff. solu. mat. Alex. cõf. cxxvj. super eo q. quiritur in fi. in j. li. Secundo respondetur, q. tale decretum, non perualer in prejudicium di. tae donationis, quia Princeps ligatus fuit ex suo contractu. c. j. de probat. vnde nec de plenitudine potestatis, potest illi contravenire, secundum Castr. in leg. digna vox. C. de legib. & Bal. in c. j. ff. ad haec. versic. item nota. extra glo. de pac. iur. fir. cum concor. per Mod. in

d. e. j. de probat. & licet. 7 ex causa publicae utilitatis, possit Princeps tollere seu alterare suum contractum. leg. quod semel. ff. de decret. ab ord. fac. ca. in nostra. extra, de iniur. & dam. dat. per Alexand. cõf. c. j. visis instrumentis. in j. tamen hic non subest ista causa publicae utilitatis, sed privatae, videlicet memorie ipsius Principis & debet verè constare de causa publicae utilitatis. vt per Dec. cõf. xlviij. alioquin non staretur assertioni Principis, propter peccatum, quod incurrit, contraueniendo suo contractui. vt in simili dicit Imo. in cap. cum cõtingat. in j. membro princ. extra. de iureiur. vbi etiam Abb. Praeterea est advertendum, quod illud decretum quanquam odiosum, debet per interpretationem restringi, & cum loquatur de donatione bonorum immobilium, non debet trahi neque extendi ad iura, quae sunt tertiae speciei, & proprie non comprehenduntur appellatione bonorum mobilium, vel immobilium. leg. a di. uo Pio. ff. ij. ff. de re iudi. leg. qui in Tuberonis. ff. de iur. iudi. vnde cum in dicta donatione continentur, etiam quoddam datum: quod est ius vendendi panem, & carnes, quod ad illud non videtur aliquo modo ob stare decretum.

CONS. CLXVI. SVMMAE.

- 1 Turandi vis in varios transmittitur.
2 Successor particularis conuentus hypothecaria soluendo solubet.
3 Iuramentum ex forma statuti loco solutionis.

Vm d. Ioanna sit creditrix dotis suae sibi constituta a patre, & pater sit emphyteuta, quiritur an facultas iurandi se solutur, vel solvere non tenori, ex statuto nostro competens transeat in ipsam, tanquam singularem successorem, & si sic haeres patris, clarum est, quod sic: quia transit in successorem vniuersalem, secundum Alex. post alios. in lege. qui bona. ff. qui damni. ff. de dam. infect. Iaf. l. si quando. C. vnde vi. Fortius dico, quod transit etiam in successorem particularem. Primò, quia sicut successor particularis, conuentus hypothecaria: soluendo se liberaret. l. forma. ff. si cum ego. de censib. & habetur in l. ij. C. de iur. emphyt. per Iaf. q. xxx. ita etiam iurando: quia iuramentum, ex forma statuti succedit loco solutionis. Secundo, per text. in l. si cui. verb. nec ei prohibeantur. C. de non nume. pec. Tertio, per regulam l. si quando. ff. haeres de lega. j. in hoc. versic. & verus. ff. commu. diuid. Quarto, per doct. Bart. in leg. si stipulatus fuerim illud. de verb. oblig. dum allegat l. pro haerede. q. qui tamen. versic. cum peccatis. ff. de acqu. haered. Quarto, per aliam doct. Bart. in l. si sic. ff. in. ff. de legat. j. vbi etiam Alberic. de Rosat.

CONSIL. CLXVII. SVMMAE.

- 1 Caducitatis rei emphyteuticae causa.
2 Protestatio contraria facto, non excusat a caducitate.
3 Per clausulem precarij, aut constituti, transfertur vera possessio.
4 Cum in semel sit aperta domino, non potest amplius mora purgari, quae propter male factam fuit incurta.
5 Aetiones personales transeunt in successores vniuersales, non autem particulares.

Bona de quibus agitur, satis puto incidisse in causam caducitatis: & ideo applicanda esse domino directo, & hoc ex illo capite, quia semel atque iterum alienata fuere inconsulto domino, & translata eorum possessio aliter quam per inuestituram domini iuxta legem, finalem. C. de iur. emphyt. & etiam iuxta dispositionem statuti Placentini ampliantem regulam. d. leg. fin. & licet proponatur aliquam ex istis alienationibus, esse factam cura clausula. Accedente consensu domini directi, & c. tamen haec protestatio non sufficit quando secuta esset realis traditio: quia videtur protestatio contraria facto, & non excusata caducitate, secundum magis communem opin. de qua per Iafon. in d. leg. fin. & in leg. non soluta

solum. ff. morte. in vlti. par. ff. de oper. no. nùr. Dec. cõf. filio. clx. licet quando adiecta esset clausula geminata, non aliter nec alio modo, aliud sub dubio fortè dixerit Felin. in ca. que in ecclesiarij. nume. cxviii. de constit. de quo per Iaf. in lect. nouis. rub. sol. matr. sed tamè in practica solent doct. sequi, q. sic locus caducitati, & quicquid sit in facto non praesupponitur aliquid de tali clausula geminata. Et videret haec opinio procedere, etiam si traditio non per actum facti, sed per precarium, aut constitutum interuenisset: quia etiam talis clausula transfert veram possessionem. l. quod meo. de acqu. poss. l. certè. ff. j. & ff. Iulianus. de procur. vt consuluit Ant. de But. cõf. xxxiiij. refert & sequitur Iaf. in d. l. ff. q. xviii. Et videretur etiam procedere haec opinio, dato, quod penitus interuenisset emptores, & reuocata esset alienatio: quia tunc semel res si aperta domino, non potest amplius mora purgari, quae propter male factum fuit incurta. l. j. ff. si rem depositam. ff. de depos. c. j. quod iuris si vasa. feud. alie. recup. in vlti. feu. & ita concludit Bar. in l. sequitur. ff. item Labeo. ff. de vsucap. Iaf. d. l. fin. char. pen. Alex. l. si infulam. de verb. oblig. & est communis opinio, saltem vbi possessio aliquo tempore durauerit translata. Nec quicquid refert, quod donatio fuerit facta personis comprehensis in inuestitura, quia non sunt comprehensae in hunc casum, nec admittuntur propter verba inuestiturae: sed propter alienationem in eis factam, vnde dominus contra eos non habet saluam personalem actionem, nisi sequuta recognitione, secundum doct. Bar. communiter approbatam in l. qui Romae. ff. duo fratres. q. xx. ff. de verb. oblig. quod secus est in haeredibus, quia actiones personales transeunt in successores vniuersales, non autem particulares, vt sunt iura notissima. l. j. ff. si haeres percepto. ff. ad Trebell. l. fin. de contrahen. empt. Et procedunt istae rationes secundum ius commune, sed per statutum Placentinum res redditur longè clarior, quatenus dicitur, quod intelligatur res alienata, si reperiat per alium quam per ipsum emphyteutam, vel eius haeredes possideri: per quibus verbis excluduntur donatarij, vel quilibet alius particularis successor, de quibus in casu nostro. Item dum statutum mandat, quod teneatur emphyteuta in instrumentum alienationis facere mentionem de domino cui redditur factum, & de quantitate facti, alioquin intelligatur res aperta domino ipso iure, & c. ex quibus verbis statuti tollitur omnis difficultas, vt dubitandum non sit, quin supra scripta bona sint in causa caducitatis. Et ista pauca videtur mihi sufficere in re satis clara. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSILII CLXVIII. SVMMAE.

- 1 In promissione facti affirmatiui, quis non constituitur in mora, nisi per interpellationem.
2 Vbi nulla est mora, ibi nulla est condemnatio.
3 Non dicitur stare per eum, qui non stetit in mora.
4 Qui promittit releuare, dicitur procurator in rem sua.
5 Dies cum quis releuare promittit, non interpellat.

Lancus versus Christophorum solum tenetur, ad eum releuandum, pro summa l. ccc. soluendo canonico, & vbi eas non soluere ipsi Christophoro, promissio ergo Blanci est promissio facti affirmatiui. Quod releuare, & c. in qua promissione quis non constituitur in mora, nisi per interpellationem. l. si infulam. ff. de verb. oblig. l. ita stipulatus. magna. eod. titu. & hoc regulare est in promissionibus, vt no. glo. in l. mora. ff. de vsur. & habetur in l. quod re. ff. si cer. pet. cũ ergo interpellatus non fuerit, non est mora. Et tunc vbi nulla est mora, ibi nulla est condemnatio. l. si ita stipulatus esse. ff. de verb. oblig. per Spe. tit. de inter esse. ff. osteso. versic. si autem & quia non dicitur stare per eum, qui non est in mora. l. j. ff. non exigit. ff. vti in poss. leg. Old. cõf. c. xlj. Dec. cõf. 2. ex tali enim promissione Lancus solum tenebatur ad releuandum & defendendum. l. pater. versic. quod si ratum. ff. de dot. prelega. quod fecisset interpellatus, quia fecisset, ei confessionem & quietationem quam facere poterat vigore instrumenti pre-

missionis, aliàs per canonicum facta. Item obiecit canonico exceptionem compensationis crediti sui, quam obicere poterat tanquam procurator in rem suam. l. in rem. in prin. ff. de cõpen. glo. & Doct. in l. eius. C. eo. tq. enim promittit releuare, dicitur procurator in rem suam. l. si. ff. Titius. ff. de condit. indeb. solum ergo agat Christophorus contra Audaatum conditione indebiti. dicit. ff. Titius. vel conditione sine causa. l. j. eod. tit. & Blancus absoluetur probabiturque indebitum, quia eo ipso quod Audaatus debet Blanco, per compensationem dicitur ei solutum, vt per Bar. in l. amplius non peti. & dicit Christophorus, cum tibi esset solutum per Blancum procuratorem meum, non potuisti me accipere. Nec obstat quod promissio habeat diem, quo casu dies interpellat. l. magnum. C. de contrah. & commit. stipul. Felin. c. si autem, de rescript. quia respondeo, quod istud procederet in alia simplici promissione facti, sed in ista releuando, aliud est: quia non potest promissor releuare nisi sciatis, & ideo sepe debet certiorari, vt dicit Abb. cõf. xlj. in 2. & per Felin. in d. c. si autem.

CONSIL. CLXIX. SVMMAE.

- 1 Separatum ad aliud non trahendum.
2 Subreptitiae literae sunt, quae falsum expriment.
3 Literas statim presentandas esse.

Vndata est intentio d. Alciati ex instrumento conuentionis Liuellariae, in quo obligat se mater Carracioli ad solutionem facti. Et licet facta sit gratia, vt non teneatur ad factum, si liberavit se hoc biennio: tamen gratia loquitur de liberatione quae fiat per pecunias, per oblationem contractibus. Nec ob. quod quoad libellum actum sit pactum alternatium, seu in pecunia, liberetur, seu contrambio. Respondeo tale pactum esse in clausula separata, & loquitur respectu alterius libelli. Vnde non debet trahi ad aliam clausulam superiorem separatam. c. cum dilecti. vbi Imo. & Cardinalis. extra. de dona. Bar. l. si. ff. de reb. dub. per Iaf. in l. j. 3. limit. C. de liber. praeter. maxime cũ subest manifesta ratio differentiae: quia Liuellis librarum xj. suis subrogatum alteri Liuello: ideo consentit Alciatus, quod posset liberari per contra cambiũ. Sed illud librarum 22. fuit subrogatum loco fictorum, quae in pecunia numerata debebantur: & ideo non nisi per numeratam pecuniam potest liberari. Nec obstant literae senatus, quia sunt subreptitiae, & debent peti has pecunias tanquam interesse & Liuellum non fuisse ab initio constitutum, quod est falsum, & ex lectura instrumenti conuincitur. c. 2. c. super literis. de resc. l. & seq. & l. pen. C. si contrarius. Itè debuerunt intimari ante lapsum termini, quod non est factum. Quia tales literae intelliguntur, dum modo adhibeat diligentiam in tempore: vnde debuerunt statim presentari, non autem postea eas retinere per mensem, & deinde presentare, per doct. Bar. in simili in l. admonendi in fin. de iureiur. per illum tex. & habetur per Paul. Castr. in l. si ita stipulatus esse. de verb. oblig. in l. si quando. C. de dilatione. Item in illum casum ille literae non tollunt ius Alciati ex instrumento, & partium conuentione quaesitam.

CONSIL. CLXX. SVMMAE.

- 1 Coactio terminum iam solutum iterum hostibus soluere, dominus non compensat, secus si non solutum.

Ei series d. Franciscus de Berzago, dictus Borella, fictabilis do. Elisabeth. de Gambaris pro nonnullis bonis sitis in episcopatu Laudae, soluit ipsi dominæ fictum terminum S. Martin. 1523. proxime praeteriti, & non obstante dicta solutione, iterato p. detentione personae, & p. precepta vt ipse, vt coactus fuit per Gallos fictu dicti termini soluere ipsi Gallis, in ciuitate Laudae praesupponentes bona ipsius dominæ, fore Cameræ regiae confiscata. Vltorius etiam

ipse Borella ex facto dictorum honorum termini cur si in festo Paschæ, resurrectionis proximæ, non facta aliqua solutione ipsi dñe coactus fuit per preceptionem, & detentionem personæ, ut ipse dicit, solvere ipsi Gallis, in d. ciuitate Laudæ, scuta 100. auri. Quæritur vtrum ipsa domina teneatur dict. pecunias compensare dicto eius fidei, an ne? Respondeo, p termino S. Martini, iam soluto, arbitror dñam Elisabeth non teneri ad aliquid compensandum, nec vis f seu iniuria facta Borellæ debet nocere domine Elisabeth, dato quod eius contemplatione facta fuerit. l. si per imprudentiã. ff. de euct. l. exceptione. ff. de fideiuss. c. concord. per las. in l. 2. §. si in facto. ff. de verb. obl. Pro termino Paschæ arbitror dictã dñam teneri, per no. in l. creditor. ff. de solut. quæ non habent locum in priore, quia tunc Borella non erat debitor, ex quo soluendo domine liberatus: vnde fuit iniuria illa facta, q. secus est in isto casu.

CONSIL. CLXXI. SVMMÆ.

- 1 Donatio contra dispositionem statuti facta, est nulla.
- 2 Actus nõ est ipso iure nullus, quãdo lex vltimus procedit, dãdo modum infirmãdi.
- 3 In feudalibus continuatur possessio de defuncto in heredem ipso iure.
- 4 Vasallus qui proclamationibus à Domino feudi factis non comparuit, ius suum amittit.
- 5 Possessorii remedium ex inuestitura non datur.
- 6 Feudaliu possessiõnem in heredem non continuari vltimus est.



Dest statutum nostrum, per quod phibetur ascendens meliorare conditionem descendenti. Vnde talis f donatio tanquam contra dispositione statuti facta, videtur esse nulla. l. non dubium. C. de legib. Sed respondetur quod ista obiectio in possessorio nihil obstat, quia statutum vltimã procedit, dando remedium, videlicet, q. liceat auocare partem querillum filium, qui reperitur deterioratus.

ANDREAE ALCIATI IURISCONSULTI MEDIOLANENSIS RESPONSORVM

Liber VI.

QUI AD IUDICIA CIVILIA INSCRIBITUR.

CONSIL. I. SVMMÆ.

- 1 Sententia potest dici iniuste lata ex defectu iurisdictionis.
- 2 Iudex secularis, non potest nec debet ingerere se in cognitione causarum beneficalium.
- 3 Possessorij causa beneficalis.
- 4 Possessionem habens antiquiorem, potior est in interdito retinende.
- 5 Vagabundus potest ecclesia sua spoliari: præsertim cum sine licentia sui Prælati sit peregrinatus.
- 6 Quis potest abesse ab ecclesia, & per substitutum seu Vicarium ei ecclesie deseruire.
- 7 Possidens etiam per aliam restituen.
- 8 Resoluto iure datoris, resoluitur ius accipientis.
- 9 Ius tertij potest opponi per monachum, ex quo est exclusiuum ipso iure intentionis agentis.
- 10 Exceptio respiciens titulum in iudicio possessorio, est reiicienda.
- 11 In interdito retinende solet præferri, qui habet in iustiore titulum.

- 12 Cap. reintegranda vi.
- 13 Nullum ius habens in beneficio repellendus.



videtur in proposito casu, sententiam latam in fauorem monachi contra Michaelẽ Prufon, iniuste esse latam, & propterea in causa appellationis retractandam. Et primò f ex defectu iurisdictionis: quia nõ debet nec potest iudex secularis ingerere se in cognitione causarum beneficalium. c. quanto. &c. seq. vbi not. extra, de iudic. & licet cognouerit tantum modò in possessorio, tamen etiam talis causa dicitur beneficalis. cl. vniqa. de cau. poss. Bertrand. & Ioan. de Lig. in clem. dispendiosam. de iudic. cum concord. per Andr. Sicul. in dicto loco, vbi dicit, quod Clemens Papa ita pronuntiauit, & omnes doctores ita conuenerunt, sed quia reuerendi Domini de Parlamento non consentient huic rationi, q. quotidie cognoscunt in causa possessionis beneficalioru, vt dicit et Guid. Pap. dec. Delph. q. j. deo tran-

eo ad alias rationes. Secundò, quia iste Prufon erat in possessione antè, quam monachus: vnde in ea possessio ne est manutentus: quia qui possessionem habet antiquiorem potior est in isto interdico retinendè possessionis. c. licet causam, vbi latissimè Mod. extra, de probat. & ab hoc fundamento dependet victoria istius agentis. Nec obstat multa, quæ possent in contrarium adduci. Et primò, quod iste Prufon, fuit aduena, & extorris p duos annos: vnde cum esset vagabundus, merito potuit f spoliari ecclesia sua. c. ex tuæ. de cler. non resid. præsertim cum sine licentia prælati sui sit peregrinatus, vt habetur in c. magna. extra, de voto. & consecra. dist. v. c. non oportet. cum similib. Sed respondetur, quod licet esset absens, tamen reliquerat f substitutum, & vicarium, quod potuerat facere, vt habetur in c. contra peruas. de fide instr. &c. postulasti. de rescript. Præterea contra huc non fuit seruata forma, quæ debet seruari, vt absens priuaretur, de quo in d. c. ex tuæ: nec istud reficitur in dubium. Secundò non obstat, quod iste monachus videatur pballe possessione, ex quo rector ipsius rectoris, q. exercuit curam animarum eum recognouit, & exercebat tanquam ab eo constitutus l. j. §. per procuratorem. ff. de acquir. poss. sed respondetur, quod imò prius iste exercebat nomine ipsius Prufon, vnde illi conferuabunt possessionem, & licet deinde f recognouerit istum monachum, tamen talis recognitio non tenet: quia non potuit sibi mutare causam possessionis. l. 3. §. illud. ff. de acquir. poss. l. colonus. l. cum fundus. ff. de vi. & vi arma. Spec in tit. de empt. & vend. §. j. vbi Ioan. And. vnde talis secunda recognitio, per quam videtur priuatus iste agens sua possessione, non debet operari in fauorem istius monachi, quominus agens restituitur tanquam spoliatus iuribus supra allegatis. Tertio obstat videtur, quia Ioannes Arzalaris, à quo datum habuit iste Prufon, nõ videretur habuisse aliqd ius in beneficio: quia (vt asseritur) cum ipse habuisset hoc beneficium titulo permutationis, non adimpleuit permutationem ex parte sua: vnde Petrus, cuius erat beneficium per ordinariu, fuit restitutus ad dictã rectoriam, prout fieri debuit. c. cum vniuersorum extra, de rerum permut. & propterea, f resolutio iure datoris, re soluitur ius accipientis. l. lex veltigali. ff. de pignor. & licet istud sit ius tertij, tamen potest opponi p monachum, ex quo est exclusiuu ipso iure intentionis agentis vt p Io. And. in c. madatũ. de rescript. Abb. in c. venies. de rescript. Bar. in l. j. ff. except. rei iudi. alias sequeretur, q. iste Prufon botineret beneficiu sine legitimo titulo, contra a. beneficiu cũ ibi, no. de reg. iur. in vj. sed ad hoc fundamentu respõdetur, q. ista f exceptio respiciens titulu, est reiicienda in hoc iudicio possessorio, vt dicunt omnes in c. in literis. de resti. spol. & dato, quod sit intentatum interdico retinendè, prout præsumitur, quando intentatur casus nouitatis, secundum Io. Fab. insti. de interd. §. retinendæ. & Guid. Pap. q. lxxxv. f in quo solet præferri, qui habet iustiorẽ titulum, vt habetur in d. c. licet causam. & l. fi. C. de edi. diui Adr. & in l. si duo. per Bar. ff. vti posside. tamen iste Prufon habet meliorem titulum, quam monachus, ex quo habet titulum, saltem prima fronte coloratũ, & extrinsecus iustum, quod satis est secundum doct. in d. c. in literis. sed monachus non, q. asserit se habuisse ius in eo beneficio per resignationem cuiusdam Gaij, & tamen non probatur, quod iste Gaius vnquam fuerit in rerum natura, & propterea, non v. deo aliquam difficultatem: cur iste Prufon non debeat obtinere in hoc interdico. Quod tantò fortius procederet, si intentatum esset remedium, f ca. redintegrandã. in q. j. quod plenius succurrit, quã aliud interdico possessorio, secundum doct. in c. sãpe. de resti. spol. in l. rem que nobis. ff. de acqui. poss. ff. Præterea possit attẽtari, quod imò ista exceptio non sit ipso iure exclusiua intentionis agentis: quia si Petrus ager contra Nicolaũ qui est successor dicti Prufon, poterit Nicolaus probari q. ista permutatio fuerit ab eo facta cũ Ioãne in casu pro-

hibito, puta secundum c. quæsitum. cum ibi no. de rer. permut. quo casu, tanquam vacauerit, applicabitur ipsi Nicolao ex illa clausula cõcessionis sibi p Rom. Põfificẽ factæ, q. cũq; vacet. Itẽ nõ est exclusiua intentionis agentis alia rõe, quia licet Ioannes nõ seruauerit contractum ex parte sua, nec resignauerit illi prioratum, non tamen rectoria semel renuntiata statim reuertitur ad Petrum, sed opus est noua collatione, vt dicit Io. And. & est communis conclusio in d. c. pen. si videatur ordinario potest compellere Ioanuem, vt seruet permutationem & verè resignet dictum prioratum, putã si ex qualitate personarum, & vtilitate ecclesie ita sibi visum sit, vt dicunt doct. in d. c. quæsitum. & in c. pen. & propterea nõ est verum, quod talis exceptio tollat ius agentis ipso iure. Nec ob. quod ordinariu iam declarauerit intentionem suam: quia restituit dictum Petrum ad suam rectoriam, quia ista exceptio propõta per monachum eum excluderet: quia si Petrus habet eam ecclesiam, & ipse fateatur se non habere ius à Petro, sed à quodam Gaio sequitur: quod ipse f non habeat aliquod ius in beneficio, & propterea repellendus. d. c. beneficium per Io. And. in d. c. in literis. si verò opponatur ab ipso Petro, respondetur, quod illa ordinariu, tanquam iusta partibus, est retractada: quia fortè Ioannes, & Prufon iustã impedimentum ostendent. c. ex tuæ. de cle. non resid. & in omnem calum refarcitis expensis, erunt audiendi, vt no. in c. quoniam frequenter. §. porrò. extra, vt lit. non contest. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. in l. sancimus. C. de iudic. & sic ista exceptio opposita per monachum, vel contra eum concludit, velle eum adiuuat. Et propterea non est dubium quin iste Nicolaus regis subrogatus in iuribus istius debeatur poni in possessionem rectoriæ.

CONS. II. SVMMÆ.

- 1 Matrimonium probatum per duos testes, eorum dicta confirmatiõne accipiuntur ex dicto matris, quæ in causa matrimoniali regulariter pro filia admittitur.
- 2 Testis dicitur omni exceptio maior, cui nulla legitima exceptio opponitur, quæ sit sufficiens, vt eos repellat.
- 3 Testium dicta aduersari, non autem cauillari debent.
- 4 Testes in causa matrimoniali pro filia testimoniu dicere possunt et si alter sit compater matris, alter criminofus.



Istis attestacionibus in causa matrimoniali receptis vertente inter Mariam Anthonæ, & Petrum Girardeti, breuiter agendo dico probatum matrimonium per duos testes, iuxta l. vbi numerus. ff. de testib. quoru dicta, etiam cõfirmationem accipiunt, ex dicto matris, quæ in causa matrimoniali regulariter f pro filia admittitur, ex quo non est verisimile, quod veller tradere filiam suam in concubinatum, vt habetur in c. super eo. ij. vbi Bald. extra, de testibus. Nec obstant quedam, quæ in contrarium adducuntur pro diminuenda istorum testium fide, & in primis, quod causa matrimonialis est ardua, & in ea requiruntur testes omni exceptione maiores. Nam hoc cõcesso, sciendum est, quod testis dicitur omni f exceptio ne maior, cui nulla legitima exceptio opponitur, quæ sit sufficiens, vt eos repellat, vt est gl. in c. j. de cõlang. & affi. & ibi Abb. & est gl. in §. itẽ verboru. in verb. idoneos insti. de inut. stipu. cũ cõcordã. per Ale. cõsi. cxlvj. in causa lib. j. & at si clerij. in Dec. in c. princ. super glo. in verb. legitima. extra. de iudic. & idẽ nisi obiectiones sint legitime credendum erit istis testibus, nec sufficet qualibet leuis oppositio. vñ Barto. in l. admonedi. vers. circa testiu. ff. de iure iurãd. q. et amicus est testis maior omni exceptione, nisi sit iudex maxima amicitia, & sequitur ibi scribentes. Et istud maxime obseruãdũ est in casu nostro, in q. vltra duos testes adest et asseratio matris, q. adiuuat aliquo modo dicta ipsoru, vt p Bald. in l. si q. ex argentijs. §. cogẽt. ff. de edẽ. cũ articulatu nõ sit de imparitate, iuxta d. ca. super eo. His suppositis dico nihil iuridicũ obici istis testibus per quod reiiciantur à testimonio. Et primò nõ obstat, quod vnus ipsorum dicat ipsam primo negat-

se, cum alter de hoc nihil dicat: quia respondeo istud nihil esse: cum possit vnus testis aliquid plus dicere, quam alius de facto, & tamen propter hoc non sunt suspecti, vt dicit Anton. de Bur. in c. j. super glo. j. extra; de offic. deleg. Dec. in consi. 100. cum concord. quod maximè attendendum est in casu nostro; cum enim prima negatio nihil faceret, sed solum conclusio, & finis parum refert, si alter testis de ea mentionem non fecit tanquam non pertinente ad negotium, de quo agebatur. Et testes etiam in causa matrimoniali, satis est si sint concordēs in principali: licet in quibusdam circumstantiis discordent, consuluit Dec. consi. clxij. vbi consulti in casu, in quo prima fronte erat maior discordia, quam in nostro, vbi per eum. Dicit enim testium ¶ ad iuvari; non autem cauillari debent, vt dicit Bald. in l. ij. in v. not. C. de temp. appell. Non obstat etiam, quod videantur varij ex eo, quod vnus ipsorum attestatur eū dixisse verba sequentia, & alter verbis alijs vtitur, secū dū Alex. consi. clij. in v. respondeo, quod quando articulatu est de formalitate verborum, tunc testis asserens se de formalitate testimonium perhibere, si haberet talem variationem non probaret, vt dicitur doc. in c. nihil obstat, extra, de verb. sig. per hoc tamen, quod dicat eum dixisse talia verba, non sequitur, quod de formalibus dicat maxime: cum de eis articulatum non esset, vt ibi habetur & per Ias. in l. ij. C. de bo. poss. contra. nec consi. Alexan. obstat, quia in casu suo testis dixerat illa fuisse verba formalia, & non plus, nec minus, & c. & hoc modo tolluntur plura obiecta. Non obstat, quod alter est compater matris, alter est criminosis, & c. quia respondeo quod compater est testis maior omni exceptione, præterquam in causa ipsius, que in baptismo tenuit, vt per Alex. & doct. in l. generaliter. ff. de in ius voc. criminosis vero, si non est condemnatus, non est infamis infamia iuris. l. j. §. integer. ff. de in ius voc. u. l. as. y. ff. de his, qui not. infam. nec facti nisi probatur eius opinio grauaata, & ideo interim admittitur, vt per Fel. & Barb. post alios in c. testimonium. extra, de testib. Et in dubio debet iudex inclinare in hanc partem, quæ pro matrimonio est, vt dicitur in c. extra, de re iudic. & per Franc. de Curte conu. l. in c. in processu. quāuis nos sumus in casu claro, vt dixi, præsertim iuncta attestatione matris.

CONSIL. III. SVMMAE

- 1. *Attentati primis & ante omnia debent reuocari, & consequēter officia.*
- 2. *Attentata quando non reuocentur.*
- 3. *Appellatio quando non fit uel similis, nec approbabilis.*
- 4. *Religiosi si propter scelera inuocati in poenam statuti, & priuati sunt uti a que voce, merito non poterunt in posterum admitti, nisi possit duci quicquid attulit.*

Nhac inobedientia, & contumacia causa per istos fratres; aduersus suam generalem præpositum commissæ difficultatem facit, quia cum isti appellauerint specialiter à poena priuationis vocis, & deinde ab exclusione capituli, videtur secundum regulas communes, quod attentata in primis & ante omnia debeant reuocari, & consequenter officia: in d. c. collata, infirmari: secundum Inno. & Abb. in c. cum nobis olim. extra, de elect. vbi si appello ne fiat electio in tali loco propter timorem impressionis, & canonici non obstantè appellatione, eligant in tali loco, nullatenus inueniente impressione, debet tamen electio in vno attentati retractari. Sed tamen si ad istud obiectum responderetur, quod superscripta conclusio non procedit, quando præsumptio esset contra appellantem: quia tunc appellatio non iustificatur, vt attentata reuocentur, secundum Abb. in c. j. in 3. intellectu. extra, de appell. allegat. deci. Rot. xxxv. titu. de appel. in nouis. incip. item si rector veluti, quando ius commune resistit: sicut in appellante à correctione. c. 3. c. reprehensibilis. in fi. extra, de appell. tali enim ¶ casu non est appellatio verisimilis nec probabilis, secundum Deci. in d. c. bonæ. extra, eod. tit. Fortius apparet ex processu de manifesta calunia istorum appellantiū: cum ois hæc con-

trouersia orta sit ex poena irrogata fratri Euagoliste, quæ constat per tres testes scandalosum, furorū, & blasphemum, quæ sunt graua crimina, præsertim in religioso, & tamen dominus generalis misericorditer secum egit transferendo eū ad aliud monasterium, & contumacè puniendū duntaxat voce tam actiua, quam passiuā: isti autem alij adhaerentes cum impediendi leuissimā hinc p. qualitate delicti poenam, ad ista remedia confugerunt. Præterea ex verbis statuti manifestè deceditur hic casus. Quibus cauetur, quod si quis dicti ordinis professus autus fuerit habere recursum ad seculares pro fauore habendo aut quouis modo, quod talis sit priuatus vtraque voce, & officio per sex annos irremissibiliter. Ex appellatione aut interposita ad fores capituli apparet, quod isti appellantes incurrerūt in poenā dicti statuti: quia adduxerūt secū præfectos gentium armigerorū, videlicet d. Ludouicum Vistatinum, & d. Constantiū, & alios laicos, quorum precibus & fideicomissione volebant admitti, vt ex lectura appellationis apparet: vnde eum ex eo actu incidit in poenam statuti, & priuati sint vtraque voce, merito non potuerunt admitti: nec potest dici quicquā attentatum. Rot. decif. lvij. incip. ad instantiam in nouis. Et quia notoriè constat de delicto istorum, vt per Bar. in l. j. in princ. in j. q. ff. de oper. no. nun. Et istud argumentum videtur mihi tollere omnem difficultatem, tamen etiā alijs rationibus est sublata per clarissimum Iuriscōsul. d. M. Antoniū Camiū ad cuius dicta me remitto. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. III. SVMMAE

- 1. *Expeditionum verbis partes, iudicesque tenori.*
- 2. *Expeditionum verba secundum iudicem materiam interpretationem accipiunt.*

Erba illa, ¶ intra duos menses post presentem expeditionem immediatè sequentes, & postquam pro parte d. lo. Bapt. fuerit requisitus & subiacetur, precipiō quod examinentur testes, & c. & quod si fuerint contumaces sunt excommunicari, & c. ratione præcepti videtur simpliciter prolata, & tam parti, quam iurisdictioni adiecta, ne pars ultra duos menses procrastinet, & suspendat executionem instrumenti, secundum doctrinam Bar. in l. pperandum. in princ. ad fi. C. de iud. ratione combinationis iudicibus factæ respiciunt istos iudices, qui in poenam in cidere non debent, nisi postquam requisitus fuerint, secundum Ant. Bur. in c. pen. extra, de iudi. Paul. de Cast. & Ias. in l. vniuersa. C. de precib. imp. off. & quod habetur per Bar. l. genere. ff. de ius, qui no. infam. igitur illa verba, secundum si bictā interpretatione recipiūt, vt terminus quod incipiat à die expeditionis, sed tamen quam primū fiat requisitio secundum l. quibus duabus. in princ. vbi Pau. Cast. ff. de cond. & demon. vt iudices parerē possint, nec in contumaciā incidere, & copula illa, Et postquam pro parte, & c. non reperet qualitatē duorum mensū respectu termini à quo: sed solum intra quam, prout in simili est tex. in l. q. fūdū. ff. de cōtr. empt. & in l. si necessarias. §. si annua. ff. de pign. act. & in simili p. Alex. consi. xij. in 2. Are. cōf. xcv. in fi. & quæ habentur in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, vbi dixi. de verb. oblig. & l. Seia: §. Cajo. fund. & instr. leg. p. Bar. cū enī in termino à quo non cōcurrat expeditio, & requisitio non possumus dicere concurrū vtriusque copulati, esse necessariū l. si Titio fundus. de usufr. leg. & cum expressus sit terminus à quo à die expeditionis non est recurrendū ad notata in c. super eo. de appell. q. pcedūt in termino statuto iudici, tantū nostra est questio, quā statuit et parti & instanti, ne diuini suspēdatur executio instrumenti l. q. di: & ideo trāseoin scētia scripti domini cōsultoris. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. V. SVMMAE

- 1. *Programmatè generalitati, & non apparentes, vel negligentes, intra tempus statutum à iudice, videtur iuribus potestatem renuntiasse.*
- 2. *Programmatè generalitati citati, si comparauerint y ob eandem rem in*

- rem in iudicio debent sub eodem iudice litigare, & vna sententia dimitti.
- 1. *Iudicium contra plures inceptum simul terminari debet.*
- 4. *Restitutio in integrum fieri debet omnibus, quorum interest citatis.*
- 5. *Inuentarium qua forma seu figura confici debeat, & quando non valeat.*
- 6. *Legis ratione cessante, formam inducentis, etiam lex cessat, dummodo forma non publicum, sed priuatum fauorem concernat.*
- 7. *Argumentum à contrario sensu, locū non habet in statutis: quia cautū est, vt ad literā intelligantur statuta.*

Veritur, an valeat sententia in causis proclamationū à iudice lata, cui commissio facta sit aliquo ex contradicentibus non citato: qui tamen, pendente lite, concordauit cum ponente. Et videretur mihi valere: quia in prouisionibus illis non est cautum talem sententiam nullam esse: siquidem ¶ de iure communi quoties generali programme citantur prætendentes habere in tali re, q. quibusdā casibus permistum est. l. si eo emptore. C. de rem. pign. & l. locorum. C. de om. ag. deser. libr. xj. tales ¶ comparantes ob eandem rem in iudicio debent sub eodem iudice litigare, & vna sententia dimitti. l. j. & seq. ff. de reb. dub. ad eund. iudic. tamen propter coniunctionem causæ, tum propter reconuentiones, quæ mutud fieri possēt tū ne sequatur absurdū, q. vnus aliter iudicaret, quā alius, & deinde in executione mutud se impediret, vt declarat ibi gl. & tamen si sententia, aliquo amisso, lata sit, non est nulla, vt tenet Inn. in c. cū M. Ferrariensis. de constit. ibi sequitur canonista & doct. in c. j. de mut. petit. & per Pau. de Cast. in auth. si omnes. C. si vt se ab hæred. cū ergo iisdē rationibus in casu nostro debeant omnes contradictiones terminari, si tamen factum non sit, sententia non erit nulla. Confirmatur, quia quamuis lex dicat, iudicium ¶ contra plures inceptum simul terminari debere. d. l. j. non tamen impedit, quin possit etiam contra aliquos tantum terminari. l. non idcirco. de iudic. vbi Bald. Pau. Ca. ceteri. nam & lex denunciari iubet omnibus successoribus proximis: & tamen si vnus omissus sit, valet respectu aliorum denunciatio. l. j. §. denunciari. ff. de ventre inspiciend. sic & in integrū restitutio ¶ fieri debet omnibus, quorum interest citatis, ¶ vt in authen. si omnes. C. si min. ab hæred. se abst. & tamen valet, etiam aliquo non citato, licet respectu non citati non prejudicet. Letia. §. fin. ff. de minor. & p. Bald. in dicta authen. si omnes. & multa similia ponit Felin. in c. cum inter. extra, de re iudic. vers. fallit quarto. Moneor rursus ¶ per aliud simile: nam lex dicit inuentarium ¶ confici debere, secundum hanc formam seu figuram, quod omnes legatarij conuocentur, aliās non valet: quæ præsumitur hæres malignatus: & vnus possit detegere furtum hæredis, per tex. in §. hinc nobis. & seq. & §. si verò non fecerit. in auth. de hære. & falcid. Pone ergo, q. vnus citatus non sit: & doctores cōcludunt vale re inuentarium saltem respectu citatorum, secundū Bar. Bald. Alexan. & ceteros in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. Felin. d. c. cum inter supra allegato. Debetque iudex inclinare in hanc partem tanquam mitiorem, & imitari Gallum Aquiliū, qui iuris ciuilibus rationem nunquam ab æquitate seiuicit, vt inquit Cicero: ne sententia tot annorum infinitis laboribus tandem acquisita, nullo momento quadam periculosa subtilitate eludatur. l. sicut. §. si debitori. in fin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. vbi dicit Iuriscōsultus, quod subtilitates à iudice admittendæ non sunt. Et in dubio reiiciendi sūt ij, q. de iure tertij opponūt, quod enim ad eos, quod tertius ille citatus non fuerit, qui post paucos dies concordauit. l. loci corpus. §. penult. si seruit. vendic. & sicut ipse propter concordiam suam non posset allegare se non citatum, ita nec alij eius beneficio vti deberet. l. non nunquam. de legat. præstand. l. si index circunuento. de minor. videmusque id obseruari etiam si lex forma inducat: dum tamen fauorem priuatum respiciat, l. alio

præterito. de iniust. rupt. Bartol. l. non dubium. C. de testamen. suadent, quæ hoc prouisionis ipsius verba, quæ tradita forma, seu modo procedendi in dictis crisis, sub iicit exceptionem generalem: saluo tamen, quod partes poterint se inuicem componere, & c. quæ verba indicant sequita compositione non posse de ea forma quicquam opponi. Suadet hoc & æquitas quod videmus non paucis casibus ex iure superueniente iudicium confirmari. l. si rem. §. fina. de pignor. siue ex causa de præterito superueniat, siue non. cap. abbate sane. de re iudic. ca. libro vj. gloss. l. qui repudiatis. §. j. de in offic. testamen. quæ omnia si singula animū iudicis non mouerūt simul composita inclinare debent. l. j. C. qui num. tut. vbi not. Facit etiam quia in dubio non est credendum formam aliquam à statuto inductam esse cum forma hæc solum quendam iuris rigorem inducat, quæ interpretatione leniendus est, non autem augendus. l. j. C. de formul. l. ij. §. deinde fere. ff. de origi. iur. maxime cum cessat ratio talis formæ, non en potuit sequi absurdum ali quod, vel contrarietas sententiarum: quæ impedit executionem, secundum glo. in d. l. ij. de quibus reb. ad eund. vnde cessante ¶ ratione legis, formam inducētis, etiam lex cessat: dummodo forma non publicum, sed priuatum fauorem concernat. l. cum hi. §. causa. de transact. d. l. filio præterito. Nec obstant statuta, quæ adducuntur & in primis illud. fo. 132. dum dicit videri ex forma prouisionis, quod in effectu omnes contradictiones vnica sententia terminentur: respondeo primò, quod loquitur respectu eius quod fieri non debet. l. non omne. ff. de iudic. non autem respectu nullitatis. Secundo, loquitur in casu possibili, secundum not. in l. j. §. j. ad leg. Falcidiam. quando commissio est facta omnibus citatis: secus si vno non citato tunc impossibile est eius causam terminari, & respectu eius non citati nihil disponit statutum. Tertio, debet intelligi secundum ius commune. l. ij. C. de noxa. quod non ideo sententia est nulla, vt supra declarauit, secundum Innoc. dict. ca. cum M. Quarto non adiecta est clausula annullatiua: & ideo non potest dici id pro forma requiri, secundum doct. in l. non dubium. C. de legib. Quinto, non potest hoc induci, nisi per argumentum à contrario ¶ sensu, quod non habet locū in statutis, quæ d cautum est vt ad literam intelligantur, secundum moder. in l. j. C. de offi. eius, cui. Sexto, fallit quando pars concordasset: quia concordia trahitur retrò, vt non possit allegari non esse seruatum modum procedendi, de quo in primo statuto principali cridarum. vers. saluo tamen, & partes. Nec obstat aliud statutum. fol. 138. quia minus etiam facit, & iisdem modis eis respondetur, quibus et præcedenti. Nec obstat cōsuetudo notariorū, quæ solent citare omnes: respondeo, debet hoc facere, quod si factū non sit, non sequitur sententiā ideo esse nullam.

CONS VI. SVMMAE

- 1. *Sententia generalis vel incerta non potest specialiter exequi: sed prius necessaria est liquidatio & quia.*
- 2. *Vbi in executione iuri tertij præiudicatur, ille citatus est cui præiudicatur.*
- 3. *Participiū tenentibus, quomodo intelligatur.*
- 4. *Relatiuum videtur restringere præcedentia.*
- 5. *Relatiuum quando additur qualitati, quæ inest cuiilibet de genere, non restringit, sed stat declaratiue.*
- 6. *Ad cognoscendū quādo relatiuum debeat intelligi demonstratiue vel restrictiue debemus attendere cōiecturas & verisimilitudinem contrahentium.*
- 7. *Principis in prouincijs habet fundatū intentionē, q. omnium loca in eis contenta sine ipsis consuetudina.*
- 8. *Indefinita non equipollet vniuersali, in materia probatoria.*
- 9. *Verba in instrumentis in dubio, intelliguntur secundū dispositio nem iuris.*
- 10. *Copula vis ac declaratio.*
- 11. *Dispositio temporis presentis, regulariter non inserti ad futurū.*
- 12. *Recognitiones nihil nouæ obligationis inducūt, sed quæ iam inducta erat probant.*
- 13. *Subditus presentis tempore, præsumitur etiā retrò fuisse eadē qualitate subditus.*
- 14. *Quis presentis possidetur vt seruus, præsumitur etiam retrò*

- 15 *Pro fuisse eodem modo possessus, & quia.*
- 16 *Copula requirit concursum viri & copulati.*
- 17 *Copula quandoque pro disjuncta ponitur & quando.*
- 18 *Verba debent deferri intentioni.*
- 19 *Verba sub iugo mentis consistunt tanquam sub suo originali.*
- 20 *Coniunctiva ex coniectura mente disponentis, contra naturam suam inaequaliter coniungit.*
- 21 *Semper debet fieri interpretatio, ne donatio inducatur & quia.*
- 22 *Præsumptio fatuitatis potius accipitur quam donationis.*
- 23 *Ab absurdo consequenti argumentum valet.*
- 24 *Copula non seruat naturam suam, quando absurdum sequitur.*

In controuersia magnifici Vicecomitis de Ca deneto, contra communitatem Barlesensem, quia dubia proposita in iure clara sunt: sed propter mentem agentium sunt ambigua, conclusiue & breuiter prout consulente decet procedam.

Circa primum, clarum in iure est, quod sententia generalis vel incerta non potest specialiter exequi: sed necessaria est liquidatio: quia ea quæ liquida non sunt, executionem non merentur. I hæc autem §. j. ff. ex q. cau. in poss. eat. & ideo in executione debet fieri liquidatio glo. Bar. & doct. in l. ij. C. de sent. quæ sine cert. quant. gloss. in l. j. in princ. in verb. proinde vbi Alex. ad. & Modern. ff. de sden. necessarium igitur est in proposito casu, cum lata sit sententia per quam declaratur census, & iura omnia q̄ regia camera percipere solebat, seu poterat, in castro & territorio de Barles pertinere. d. Vicecomiti, vt verificetur quæ iura sint illa camera Regis, alioquin propter incertitudinem executio fieri non potest. Et ista verificatio debet fieri, citatis his quorum interest: quia vbi præiudicatur t̄ iuri tertij in executione ille citandus est. l. à duo Pio. §. si super. ff. de re iudi. Inn. in c. quia. extra. de iudi. & per doct. in l. ab executore. C. quor. appell. non recip. Et de istis iuribus curiæ Regis sit probatio, per quoddam exactum ab archiepo publico, quo cauetur, quod annis singulis, exigatur ab vniuersis, & singulis de dicto loco, hospitia & possessiones in dicto loco à prædicta camera tenentibus, certa summa annonæ & citatæ, quæ verba satis dubia sunt, & incerta, vnde merito quilibet sani capitis potest esse ambiguus: & ideo ex illis oriuntur sequentes difficultates. Circa secundum dubium, nunquid omnes & singuli de dicta vniuersitate teneantur, an verò solum illi qui tenent hospitia & possessiones? difficultatem t̄ facit illud participium præsentis temporis, tenentibus, quod resoluitur in verbum eiusdem temporis iustum relatiuo, vt dicunt grammatici, & sic interpretatur, qui tenetur, vt etiam per Barto. in l. j. ff. de condit. & demost. relatiuum verò t̄ videtur restringere præcedentia. I ea tamen adiectio. ff. de legat. 3. per Bart. & Modern. in l. cunctos populos. in j. oppos. C. de sum. Trin. & fide cath. In contrarium facit, t̄ quia quando additur qualitati, quæ inest cuilibet de genere, non restringit: sed stat declaratiue. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure per Barto. in d. l. ea tamen. Ang. de Areti. in §. omnium, in l. itit. de actio. cum concordan. ibi per Ias. vnde t̄ ad cognoscendum quemadmodum debeat talis dictio intelligi, restrictiue, an demonstratiue, videtur quod debeat mus attendere coniecturas, & verisimilem mentem contrahentium, vt per Bal. in rub. C. de contrah. empt. q. xxij. Paul. de Cast. in l. Stichum qui meus in lect. Bononiensi. ff. de leg. j. Sed in casu nostro videtur, quod magis verisimilis sit intellectus, quod stet demonstratiue: quia videtur conuenire illa qualitas cuilibet de vniuersitate, quod probatur, tum ex dispositione iuris communis, tum etiam pacto. Et de iure communi in t̄ prouincias, Princeps habent fundatâ intentione, quod omnia loca sint ipsius censualia, vt est gloss. ibi Bal. & scrib. in l. fin. C. sine cens. vel reliq. vnde nos videmus, quod in prouincia etiam de consuetudine idem est, nisi in locis quæ exempta sūt. & quæ censetur allodialia, facit l. j. & seq. ff. de censib. Ex pacto etiam istud probatur, per quandam

re cognitionem, factam per syndicum dictæ vniuersitatis, in qua confitetur, dictam vniuersitatem & singulas personas tenere iura feudi, & alia bona, tam in communi, quam in particulari, à Rege, quæ tenere potest, & de quibus homagiū Regijs prædecessoribus facere consueuerunt, agnoscatque Regem in maiore & directum dominum dictorū bonorum. Ex quibus verbis satis videtur fundari intentio Regiæ Camere, consequenter d. Vicecomitis, qui in eius locum successit. Et quia non reficitur in dubiū mandatū & potestas dicti syndici, sed solum allegantur quædam in oppositum, tanquam verba recognitionis hoc non importent, solum respondeo ad ea quæ in contrariū adducuntur. Non ob primò, quod illa verba sūt indefinita, & cum simus in materia probatoria t̄ indefinita non æquipollet vniuersali, vt per Inno. & Abb. in c. auditis. de præscrip. Aret. in l. serui electio ne. §. j. ff. de leg. j. Pet. de Anch. c. 4. de his quæ sunt à prælat. Alex. in l. rescriptum. ff. de pact. quia istud dictum in instrumentis est dubium, quia contrarium tenet Spec. in titu. de synd. §. j. Dom. in c. cum omnes. in ij. not. de censit. & dato quod etiam in instrumentis istud procederet: tamen non debet procedere, quando sumus in materia, quæ ex sui natura importet vniuersalē dispositionem: quia t̄ verba in instrumentis in dubio intelliguntur secundum dispositionē iuris. l. j. vbi Bartol. C. de vsur. & per Bart. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. & supra ostendimus, ex dispositione iuris omnia loca prouincialia esse censuaria Principi. Et facit, quia quado ex tali relatione ad capitulū apparet actum esse de iure vniuersali, attestations indefinitæ æquipollet vniuersalibus vt post alios concludit Felin. in dict. cap. auditis. ergo idē in casu nostro, quado per relationē ad ius commune apparet quid intelligendum sit. Et in omni casu sufficit in casu isto aliqua coniectura, per quā declaratur natura relatiui, quod iter demonstratiue: & non potest negari, quin indefinita inducat aliquā coniecturā. Non obstat secundum argumentum, dum ponderatur illa clausula, & quibus homagiū facere consuevit tanquam strectiue secundum prædicta: quia propter copulā, videtur potius capienda interpretatio, quod stet argumentatiue. dicit l. ea tamē. & firmat Barto. in dict. l. cætos populos. quo casu intelligemus, & pro etiam, & inde inferitur, quod dato quoddam sit aliqua, de quibus homagiū præstatur per consuetudinē, ea tamen habetur ab ipso rege, & istud importabit natura implicatiue. de qua in l. non solum. per Bartol. ff. solut. matrimo. & facit quod notat Bald. in l. j. C. de verborum significatione, dū allegat: l. qui lancem. ff. de aur. & argen. leg. Non obstat tertium argumentum, dum dicitur, quod illa recognitio fuit posterior tempore, de quo continetur in illo extraneo, & consequenter illud participiū, tenentibus, quod est temporis præsentis, non debet t̄ referri ad ea, quæ in futurū apparuit dictam communitatem teneri, ex quo dispositio temporis præsentis regulariter non inferitur ad futurum. l. si stipulatus fuero. §. cum stipulamur. l. si à colono. ff. de verborum obligation. Nam respondeo, quod argumentum posset procedere, quando illa recognitio t̄ induxisset nouam promissionem, sed est declaratoria solum iuris, quod prius erat: quia de natura est huiusmodi confessionum, vt nihil obligationis nouæ indicatur, & quæ iam erant in ducta probat, vt declarat Pau. de Cast. in l. Publica. §. fin. ff. de pos. sicut etiam videmus in sententiis, quæ non inducunt ex se simpliciternouam obligationem, sed inductam probat, vt habetur in l. Pomponius. §. si ius sui. ff. de acq. posses. Præterea dato, quod dicta recognitio nihil ex verbis inferat ad tempus, de quo in extraneo: t̄ per præsumptionē legis satis dicitur inferre, ex quo qui t̄ tempore præsentis fuit subditus, præsumitur etiā retrò fuisse eadē qualitate subditus, quado aliqua verisimilis coniectura hoc suaderet, secū dū Salic. in l. ex persona per illū text. C. de probatio. Alex. cōf. xvj. in. v. facit l. liberis. §. ff. de liberal. causa. vbi q̄ in præsentis possidetur vt seruo. p̄sumit eodem modo retrò posses.

possessus: quia non est verisimile: quod si prius fuisset in quasi possessione libertatis, permisisset illam quasi possessionem amitti: quæ ratio militat et in casu nostro. Et ista præsumptio tantò magis est capienda: quia concordat cum dispositione iuris communis, & quia istæ recognitiones sunt Principibus, secundum consuetudinem anteriorum recognitionum: vnde resultat satis eui dens coniectura, Et dato quod propter dubietatem istarum coniecturarū, & ambiguitatem articuli, domini iudices vererentur iudicare pro actore, in hoc casu esset considerandum, an Dionysius, contra quem fuit prius obtentum, fuisset ipse in possessione recipiendi dictam annonam, & ciuata: nam in eadem esset etiam dominus Vicecomes, qui obtinuit, ponendus, nec admitterentur tertij oppositantes se executioni, ex quo istud requirit altiore indaginem, vt est text. in l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudi. vbi omnes no. Circa tertium dubium, nunquid illa verba, hospitia & possessiones, coniunctim debeant intelligi, vel disiunctim? dubium facit regula, quod copula t̄ requirit concursū vtriusq; copulati. l. si hæredi plures. ff. de condit. institut. Sed tamen dico, quod imò t̄ in isto casu intelligitur copula disiuncta: quia vbi ita est verisimilis mens disponentis, semper fit talis interpretatio. l. sæpe ita. ff. de verborum signifi. l. si is qui ducenda. §. itē si pater. ff. de reb. dub. quia t̄ verba debent deferri intentioni. l. iij. C. de liber. præter. cap. ij. requirit. de appell. consistunt enim t̄ verba sub iugo mentis, tanquam sub suo originali. Bal. inc. mandat. extra. de rescrip. Et quod copula ita accipatur consuluit Alexand. consil. cxxx. attentis verbis in fi. lib. ij. facit l. fundus ille. cum gl. ff. de contrah. empt. l. quidam relegatus. cum l. seq. ff. de reb. dub. vbi ex t̄ coniecturata mente disponentis coniunctus contra naturam suam in æqualiter coniungit. Ad idem facit l. Gallus. §. quidā recte. vbi Bartol. & Dd. ff. de liber. & posth. vbi dicitur, quod propter ordinem charitatis præsumitur testator coniunctim institutos, vocatæ ordine successu suo, non simul. Quod autem sit verisimilis mens apparet ex eo, quia si diceremus quod habens domum tantum, vel possessiones tantum à Rege, non teneretur, sequeretur quod tales gratis eas haberet, & sic esset donatio: semper autem t̄ debet fieri illa interpretatio, ne donatio inducatur. l. si cum aurum. ff. de solut. l. campanus. ff. de oper. liber. gl. in l. fin. C. de dotis promission. quia in effectu istud esset prodigere suum, quod in diligente homine nunquam præsumitur. l. cum de indebit. ff. de prob. imò potius capitur præsumptio t̄ fatuitatis, quam donationis, secundum Bald. in l. generaliter. C. de non num. pecu. Ias. in l. iurisdictionis. §. sed cum nulla. ff. de pact. Et hæc interpretatio suadet alia ratione. Si enim illa verba requirerent concursum, sequeretur quod habens aliquam modicam domunculam, & modicam possessionem, teneretur soluere, alius verò haberet decies plus in aliqua possessione tantum, non teneretur, quod est absurdum, & valet argumentum t̄ absurdum consequenti. l. nam absurdum, de oper. libertatis, & quando absurdū sequeretur, quod t̄ copula non seruet naturam suam, est doct. Bartol. in dict. l. Gallus. etiam in verficul. ex hoc apparet. ff. de liber. & posthum. quæ ibi per Doctorem etiam communiter approbata, vt per Alexan. consil. cxxxix. volum. j. & consil. ix. in ij. & consil. xx. libro iij. Curt. consil. xlv. Felin. in cap. 2. extra. de rescrip. Et sic concludo partes minorum iudicatum esse, in decernendo executionem per omnia in fauorem magnifici domini de Aurefeno. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. VII. SVMME.

- 1 *Constitutio vis & tempus.*
- 2 *Clausula ex nunc prout ex tunc, facit vt actus retrotrahatur.*
- 3 *Possessionis nullius cause.*
- 4 *Plurimum spolium prius purgandum.*
- 5 *Lex potest possessionem ipso iure transferre, quæ ideo ciuilibus dicitur, operatur, talis possessio omnes effectus*

- 6 *quos vera & naturalis.*
- 7 *Fructus mortis fructuarij fructus.*
- 8 *Lex concedit interdictum vnde vi, ei qui ciuili possessione deturbatus est.*
- 9 *Constitutum in tempus in habili collatum, nullius est effectus.*
- 10 *Quis non potest post mortem possidere.*
- 11 *Verbum, succedas, refertur post mortem, quia mortuis dantur successores.*
- 12 *Qualitas adiecta verbo, limitatur secundum tempus verbi.*
- 13 *Pactum obventionis hereditatis non valet.*
- 14 *Quoties contractus Principalis non valet, nec clausula constituti tanquam ei accessoria, alicuius est momenti.*
- 15 *Quotiescunque extremum a quo factus dicitur est in habili clausula ex tunc nihil operatur.*
- 16 *Spes legati conditionalis non transmittitur.*
- 17 *Qui possessionem suam defendit, non dicitur spoliatus.*
- 18 *Ex qualitate rei & persone dicitur quid inconuenienti factum, etiam quod post aliquos annos factum sit.*
- 19 *Ingressus clandestinus in possessionem, & factus absente & ignorante possessore non auferit ciuilem possessionem.*
- 20 *Quoties exceptio proprietatis, seu quæ concernat petitorum, concludit agentem, interdicto recuperande non possidere, semper potest opponi in iudicio possessorio, & impedit ne spoliatas ante omnia restituatur.*
- 21 *Mixtum appellari potest, quod ad possessorem & petitorum pertinet.*
- 22 *Pactum future successionis ex causis nullum.*
- 23 *Quoties verba contractus non obligant, & præsentem respiciunt, sed futuram post mortem bonorum obiectiorem, actus est nullus.*
- 24 *Pactio hereditas dari non potest.*
- 25 *Usurandum non supplet iuris publici formam.*
- 26 *Pactio quis non potest successionē neque particularis rei deservire.*
- 27 *Transactio inter fratres, vt in paterna domo soli materij succedant, non valet, quia obuentio bonorū hoc casu inducere videtur.*

Acti species est huiusmodi, illustris quondam dominus Petrus de Cardona, fuit inuestitus à Rege Alphonso de Comitatu Collisani, & alijs feudis pro se, & heredibus, & successoribus ex suo corpore legitime descendentibus natis, & nasciturus in perpetuum deinde idem Rex ampliando illud priuilegium, concessit non solum pro se, & heredibus, sed & quibuscunque, quos vellet ipse Petrus, & sui uelent dare & alienare, siue filij essent, siue filie, etiam illegitimè vel extranei, vt possent disponere ad libitum tanquam de re propria in ampla forma, vt apparet ex priuilegio dicti Regis. is dominus Petrus deceit, relicto filio domino Artaldo hærede, & successore in dictis feudis, & etiā relicta domina Diana, & alia filia secundo genita domina Antonia. Deinde ipse dominus Artaldus minor, sed existens sub cura matris, cum soror sua domina Diana esset nuptura illustri Duci Montisfleonis ultra dotem constitutam fecit pactum cum dicta domina Diana, quod in casu, quo ipse dominus Artaldus decederet sine liberis, dicta domina Diana succederet in dicto Comitatu, & feudis, ad istud pactum constitutum ex nunc, prout ex tunc in ampla forma cum iuramento, quod ipse, seu successores cum reliqua dote ipsa domini Diana titulo dote transfudit in maritum. Demum ipse dominus Artaldus, reuocauit dictum consensum, & conuentionem successionis, afferens se ob timorem reuerentiam maritis tali contractui consensisse. Tandem, dictus dominus Artaldus die decimo Nouëbris M. D. XXXVI mortuus est, condito testamento, in quo hæredes sibi vniuersales instituit dominia Antonia: cuius morte audita, Castellani, & iudices terrarū nomine dicta hæredes perseuerauerunt in suis officiis, donec die 19. Nouëbris poss. sio terra Collisani apprehensa est per procuratores dominae Diane, saluo castro, seu arce, à qua fuerunt exclusi ab agentibus dominae Antonia, qui etiam deinde post horam apprehenderunt iterum possessionem dictæ terre Collisani. Vnde orta est lites super spolio inter dictas sorores, quia vtraque pretendit se spoliatam, & dederunt mutuas petitiones, vt restituantur, quæ altera aduersus alteram occupauit. Præmittendum quoque est, in illis partibus esse constitutionem regiam, vt decedente fratre soror nabilis, seu in capillo existens, in successione feudi præferatur sorori maritatae, quamuis genitæ. Item extare aliam constitutionem, quod possessio de-

functi continetur in hæredem. His sic præsuppositis, videndæ sunt tres quæstiones. Prima est, quænam istarum fororū habeat potiora iura in causa possessorij seu spolij. Secunda, an in ista causa admitti possint allegationes, concernentes proprietatem, tanquam possessorium istud sit mixtum. Tertia quæstio, quid iuris sit in petitorio. In prima quæstione, videretur prima fronte dominam Dianam fouere potiorē causam in possessorio, id quod tribus rationibus. Prima est, quia in instrumento conuentionis, secundum quod dicta Diana vocatur ad successione fratris sui, ad est et clausula, quam constituit d. frater in eum casum, quo decedat sine liberis se possidere nomine d. Dianæ, ex nunc prout ex tunc, &c. quod clausula operat translatione possessionis in casu euentus conditionis: nec dicitur constitutum factum esse post mortem ipsius promittentis, sed potius in vita, id est, in extremo mortis articulo: quia illa verba, si sine liberis decefferit, referuntur ad vitam: quia viuentes decedunt. l. qui duos. de manu. testamen. vnde illo extremo tempore purificata conditione, cepit dicta Diana possidere, secundum Oldrad. consil. cxxxix. Alexand. consil. lxxxij. in ij. Iaf. consilio cxxvij. merito ergo, cum ipsa dom. Diana possideret in ipso puncto mortis domini Artaldi, non potuit d. Antonia dict. possessionem apprehendere, sed dicitur spoliū commississe, maximè cum in dict. constituto ad sit et clausula, ex nunc prout ex tunc, quæ facit, vt actus retrorahatur, vt in terminis consulti Iason dicto consilio cxxvij. Secunda ratio est, quia (vt apparet ex processu) mortuo domino Artaldo, ipsa dom. Diana apprehendit possessionem per procuratorem suos, die xix. Nouembris hora xix. domina verò Antonia posteriore eam apprehendit, partim eodē die, partim sequenti, quod non videtur potuisse facere: quia dicitur spoliata primū possessorem, quod ei non licuit, præsertim eo non citato, nec vocato. vnde etiam si hoc fecisset ex licentia iudicis, talis licentia esset nulla, vt per Bal. in rubric. extra, de causa possess. & prop. Alexand. consil. lxxxij. in ij. & facit, quod notat Innocēt. in cap. quia v. qui in fi. de iud. cum ergo hoc non licuerit, & vltimo loco domina Diana spoliata fuerit, consequens est et vt vltimum spoliū prius purgetur, quam domina Antonia audiatur. cap. fin. de ord. cog. vbi notatur. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Julia. de vi. & ibi per doct. Tertia ratio sumitur ex verbis capituli Regis Alphonfi, quo canetur in causa spolij ante bimestre tempus perpetrati fieri restitutionem antequam aduersarius in defensionibus suis audiatur: ergo videtur omnimodò, & ante omnia restituenda domi. Diana, nec admittendam esse aliquam defensionem domi. Antonia: quia verba statuti sunt clara, & limitatio statuti deinde facta à rege Ferdinando in c. lxxxij. nihil obstat in hoc casu. Sed tamen his non obstantibus, dico contrariam opinionem esse veriorē, quod domina Antonia debeat obtinere in hoc iudicio. Moueor principaliter, quia cum statutū continet possessionem defuncti in hæredem, d. Antonia ex dispositione statim statuti dicitur adepta fuisse possessionem: quia potest lex possessionem ipso iure transferre, quæ idē ciuillissimè dicitur. l. raptores. C. de episc. & cleri. ca. ij. vbi bona gl. in verb. signum de consuet. vbi doct. operatur que talis possessio omnes effectus, quo vera & naturalis, vt per Bal. in rubr. extra, de consuet. & in d. rubr. extra, de cau. posses. & propriet. Quod puto procedere etiā aduersus quemlibet, tertium occupatorem: ne possessio à quoquam iniuste apprehensa ei proficiat, & quia tale statutum maximè contra tertios occupatores factū est. quod Iaf. reso. consil. cxxvi. in iij. & sum sequutus in l. cum heredes. ff. de acquir. posses. vbi respondi rationibus respondentium contrariū, quas longum esset hic referre. Rursus puto procedere, etiam cum de possessione bonorum feudaliū agitur. cum enim vasallus naturaliter rem possideat, ius verò feudi etiam ciuilliter, secundum Bartol. in l. iij. §. è contrario. de acquir. posses. nul-

nulla est ratio, cur ea possessio propter verba statuti continuari nō debeat. c. j. in fi. de feud. cog. c. 2. si de feud. fuerit cōtroue. inter do. licet Iaf. genera libus qbusdā argumētis quādoq; dixerit, leges simpliciter loquentes, locū non habere in feudis, allegans Raph. Com. cōf. lxxxij. quō loquitur in feudo, sed in usufructu, quem constat morte fructuarij finiri, vt merito idē Iaf. aliter senserit in l. si forori. C. de iure de lib. allegando Bald. in c. j. an mur. vel imperf. in vltibus feud. Item puto procedere ad eodē, vt hæredi possit competere interdictionem recuperandæ aduersus quemlibet occupatorem: sicut enim lex inter dictum. Vnde vi. ei concedit, qui ciuili possessione deturbatus est. l. j. §. sine autem. de vi. & vi arm. ita etiā concedere debet, ei qui ciuillissimam hanc amittit: auctoritate enim legis hæc illi æquiparatur: licet factus sit in possessione continuata à patre in filij, de qua in l. in suis ff. de lib. & posth. quæ non æquiparatur ciuili, & ob quā doct. tenent, nullum esse illi interdictionem locū, & ita loquitur Bald. in auth. defuncto. ca. 2. Terry. & in l. j. ff. de appel. Ioan. Fab. in f. sui. in fi. de hered. qualir. sed in hac possessione quæ ex statuto transferitur, verius est interdictionem recuperandæ competere: aliis non sanè magni effectus hoc statutum esset, & ista videtur communior opinio, vt per Dec. consil. lxxxij. Iaf. cōf. 146. in 4. Soc. in l. rem quæ nobis. q. v. de acq. poss. Franc. de Ripalib. j. resp. c. j. cum simili. Sed nos sumus extra omnes supra scriptas difficultates: quia ex apprehensione possessionis factæ per procuratorem ex literis Capitanei Castellani, & facti doct. Castellani, & aliis actis constat, quod ante, quā in do. Petrus de Bononia, tanquam procurator domine Dianæ, veniret cum Algazino & occuparet d. Tertias, officiales ipsi exercebant nomine domine Antonie, & sic per eos ipsa possidebat nō solum ciuillissima possessione ex statuto, sed etiam ciuili, & vera. l. j. §. per procuratorem. ff. de acq. poss. merito ipsa domina Antonia dicitur spoliata à d. procuratore, & ideo restituenda: & potior est eius causa in iudicio possessorio. Nec obstant allegata in contrarium. Et primò clausula constituit: quia super ea fieri non potest fundamentum, nec vlla possessio translata est in dominam Dianam, quoniam constitutum in tempus inhabile collatum, nullus est effectus, vt cum quis donat Titio castrum post mortem suam, constituitque in eum casum se possidere: nec enim post mortē possidere potest. l. quamuis. vbi Angel. & Modern. ff. de acquir. posses. & est vera, & communis opinio secundum Dec. consilio cxxvij. Aduertendum ergo est ad verba constituti, aut enim concepta sunt. *Præmitto vel dono, si deceffero sine liberis & constituo in eum casum, &c.* & valet constitutum, & procedunt contraria secundum consilia Oldra. Alexand. Iaf. Aut dictum est, *Volo quod succedas mihi, si deceffero sine liberis &c.* prout in casu nostro, & non valet constitutum, quia est collatum post mortem, & sic in tempus inhabile, vt verbum enim succedas, refertur post mortem: quia mortuis ipsis dicitur succedimus. l. nihil aliud. ff. de verbo. rum significatione. qualitas enim adiecta verbo, limitatur secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. Secundo respondeo, quod cum pactū obuentiois hæreditatis non valeat. l. pactum quod dotali. l. licet. per locum à speciali. C. de pact. constitutum quoque ei adiectum nullius est effectus, quoties enim contractus principalis non valet, nec clausula quidem constituti tanquam ei accessoria, alicuius est momenti gloss. l. si patronus. verbo. Fauian. si quid in frau. patr. Bald. l. ex testamento. C. de fideicom. miss. vbi Modern. Alexand. & Iaf. in l. j. §. si vir uxori. ff. de acquir. poss. Nec quicquam facit illa clausula, ex nunc prout ex tunc & e contra, ex quo extremum à quo, id est, tempus in quod confertur constitutum non est habile per regulam, quæ traditur in l. bonorum. ff. rem rat. hab. & ita est de mente Bart. & doct. in l. qui absent. §. j. de acqu. posses. & ita in terminis decidit dominus Claudius de Seifello in d. l. quamuis, §. si conductor. vbi dicit se ita

se ita respondisse in quæstione facti. facit q. not. Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de v. sup. cap. vbi concludit, quod quotiescunque extremum, à quo fictio ducitur, est inhabile, clausula illa ex tunc prout ex nunc nihil operatur: ponit exemplum in testatore, qui feudum Titio sub conditione legauerat, adiecta supra scripta clausula: mortuo enim ante euentum conditionis Titio, fundus eius hæredibus non debetur: quia spes legati conditionalis non transmittitur, nec clausula operatur: quia extremum nō est habile propter mortem Titij, refert & sequitur Iaf. in l. si ita stipulatus fuero, si Titius, in prin. de verb. oblig. Non obstat secunda ratio, quod domina Diana apprehenderit possessionē, ante introitum factū à domina Antonia: quia respondeo, primò quod post hoc esse verum, cum domina Antonia propter continuatione possessionis, de testatore in hæredem à statuto inductam prius possideret, conferatur per ingressum domine Dianæ esse spoliata, competere que ei in interdictionem recuperandæ, vt per Dec. consil. lxxxij. cum similib. supra per me allegatis. Secundo respondeo, quod ingressus ille domine Dianæ non impedit, quominus licuerit in continenti dominæ Antonia recuperare possessionem suam. Nec idē contra dominam Antoniam vllum interdictionem competit: quia non dicitur spoliata, sed possessionē suā defendisse. l. 3. eū igitur. ff. de vi. & vi arm. c. olim. j. de restit. spoliat. & dicitur in continenti factum, etiam si inter aliquot dies, dum interim se præparat, ad recuperationem rei suæ vt ibi per gloss. & est celebre dictū Vguzionis antiqui doctoris, dist. 11. c. j. cap. ius naturale. quod ex qualitate rei, & personæ dicitur in continenti factum, etiam quod post aliquot annos factum est, sequitur Imol. Raph. Aretin. & Soci. in l. j. §. j. de verb. oblig. Felin. in c. significasti. de homic. Tertio respondeo, quod cum ingressus procuratorum d. Dianæ fuerit clandestinus, & factus absente atque ignorante domi. Antonia, non abstulit ipsi d. Antonia ciuilem possessionem, clam possidet. §. quia d. nundinas. l. quod meo. §. fin. de acquir. poss. vnde licuit d. Antonij propter ciuilem, quam habebat, deicere occupatorē, & recuperare corporalem possessionem, nec ideo dicitur spoliū aliquod commississe, vt habetur in dictis iuribus. Non obstat tertia ratio, quæ sumitur ex verbis capituli Regis Alphonfi: quia respondeo, quod illud capitulum potius adiuuat d. Antoniam, quæ ipsa fuerat spoliata, ingressum procuratorum d. Dianæ, vt supra dixi. Secundo respondeo, quod dictum capitulum loquitur in casu spolij, quæ verba non verificantur respectu d. Antonia: quæ non spoliata: sed possessionem suam defendit d. l. j. §. eam igitur. & iure ciuili possessionis corporalem conferuauit d. l. quod meo. §. fin. cum ergo verba in casu spolij, &c. non verificentur respectu d. Antonia, ergo nec dispositio dicti statuti seu capituli aduersus eam operabitur. l. Fulcintus. §. j. ff. ex qui cau. in pos. per Bartol. in l. j. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. gl. l. mancipia. C. de ser. fug. cum similib. Tertio respondeo, quod per additionem Regis Ferdinandi dictum capitulum retorquetur contra d. Dianā, qui expressè vetuit ne per vnum actum Notarij, vel simile artificium possessor spoliator sua possessione, secundum dictum capitulum Regis Alphonfi habeat locum aduersus se, qui violenter vel clandestinè, &c. spoliauerit, quæ verba non conueniunt d. Antonia, quæ nec vi, nec clam aliquid fecit, sed se in possessione sua defendit. In secunda quæstione breuiter agendo, satis puto hoc possessorium esse mixtum: quia cum do. Antonia sit hæres scripta, & statutum continet possessionem in hæredem, oportet hanc qualitatem quod sit hæres verificari: & ideo possessorij hoc non dicitur simplex, vt inquit Bald. consilio cxxj. præmissis verbis. in vol. j. Item ex parte d. Dianæ necessaria est productio instrumenti conuentionis, de succedendo ad probandum constitutum, & consequenter disputandum est circa valores dicti constituti, & dictæ conuentionis: quæ omnia concernunt

causam petitorij, & efficiunt, vt istud iudicium dicatur mixtum. Vnde tradunt communiter doct. quod quoties exceptio proprietatis, seu quæ concernat petitorium, concludit agentem interdictionem recuperandæ non possidere, semper potest opponi in iudicio possessorio, & impedit ne spoliatus ante, omnia restituatur, secundum Bald. & Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune. in primo intellectu. ff. de acquir. poss. Bald. de pace constan. in verbo restituitur. & in l. j. C. si de mo. poss. per Bald. & Ang. in l. j. C. de edic. diui. Adri. tol. per Ang. l. dolo. ff. de dol. excep. & appellatur talis exceptio anomala: quia potest opponi tam ad petitorium, quam ad possessorium, vt inquit Abb. Panor. in c. ex parte. de restit. spoliat. potest etiam i mixta appellari: quia ad vtrumque iudicium pertinet, & facit vt possessorium efficiatur mixtum: merito ergo poterit in hoc iudicio causa proprietatis degustari, quod ego maximè suaderè obseruandū in cons. Cæsareæ maiestatis. in quo proceditur, sola facti veritate inspecta, vt per Bartol. in l. vni. C. vt quæ de sunt aduo. & quia in casu nostro res agitur inter proceres regni, & tractatur de restitutione castrorum & arcium, quæ solet difficulter fieri & vnde quādoq; sequuntur multa scandala, secundum Paul. de Castr. in l. j. C. de edic. diui. Adria. tol. Anton. de Butr. dict. cap. ex parte. facit gloss. in verb. restituendus foret. in ca. ad petitionem. de accusat. & cap. in primis. secunda quæst. secunda. In tertia & vltima quæstione circa causam petitorij, res videtur clara in fauorem domine Antonia, siue respiciamus causam interlati, in qua ex constitutione Regni cap. xxxij. filia existens in capillo præfertur forori, quamuis prius genitæ, quæ nupta & dotata sit, siue respiciamus causam testati, cū ipsa domina Antonia in testamento fratris sit instituta. Solum ei obstat allegata conuentio facta, cum domino Arraldo, quod do. Diana succedat, sed resp. quod d. conuentio est nulla. l. pactum quod dotali. licet. C. de pact. licet. C. de pact. l. hæreditas in fin. C. de pact. conu. cuius rei duplex est ratio: vna ne liberā voluntas testatoris tollatur vel restringatur dict. l. pactum. alia est, quia quod quis post mortem de patrimonio suo disponat speciali legis indulgentia, & ex quadam dispensatione, concessum est, secundum gloss. in l. illa institutio. de hæ. inst. quia in id tempus dispositio procedit, quo res amplius sua non est. l. tempus de heredi. inst. Sed tamen lex hoc in dultitudine modo certa forma fieret, id est via solemnis testamenti. l. iij. vbi gloss. aliter enim deferri non potest successio. Quapropter quoties verba contractus non obligant, præsentem respiciunt. sed futuram post mortem bonorum obuentioem, prout in casu nostro, actus est nullus, vt declarat Bartol. in consil. cxxij. refert, & sequitur Dec. in l. pactum. C. de colla. Cur. Iu. in consil. xv. post tract. feud. Ang. consil. lxxvj. Alexand. consil. lxxxij. in ij. vol. j. par. An enim hæreditas dari non potest, vnde sequitur vt etiā si iusfurandum accesserit, non tamen pactum confirmetur, quia iusfurandum non supplet iuris publici formam. l. ius publicum. ff. de pact. per Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & ita tenent communiter doct. in l. stipulatio hoc modo. de verb. oblig. vbi Alexand. Rursus sequitur, vt id pactum non solum tunc non valeat, cum de vniuersa successione agitur, sed nec etiam cū de particulari: factio enim non potest quis successione neque particularis rei differre. l. si ff. de ius. & leg. Quapropter responsum est, quod transactio inter fratres, vt in paterna domo soli masculi succedant, nō valeat. quia obuentio bonorum hoc casu induceretur, secundum Bart. dict. consilio cxxij. & in l. fin. C. de pact. & Alex. consil. xxvij. in iij. volu. Quamuis etiam si valeret talis concessio obuentiois, potuisset per ipsum concedentem reuocari, tanquam quælibet vltima voluntas: lex enim requirit per seuerantiam. d. l. fin. C. de pact. in verbo, & in ea, vt que ad extremum vitæ spacium perseverarit. Et ista sufficiant cum circa hunc punctum diffusissimè scriptum sit, per dominos Aduocatos d. Antonia, nec ad me transf-

ad me transmissum fuerit instrumentum d. consensus. sed solum exemplum contractus matrimonialis, ex quo tamē deprehendi, q. verba contractus respiciebant obventionem bonorum, quę non valet, non autē presentem obligationem quę valeret, secundum Oldra. conf. cxxxix. secundum suprascriptam distinctionem. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. VIII. SVMME.

- 1 Per hypothecam non priuatur dominus emphyteusi.
2 Qui temporaliter hypothecat, puta per centum annos non dicitur verē alienare.
3 Non seruans promissionē non cadit à iure suo, sed cōdemnatur in id quod interest.
4 Emphyteota potest legare rem emphyteoticam, nec per hoc incidit in penam.
5 Quę inutiliter alienata sunt, non cadunt in commissum.
6 Lex loquens de alienatione, debet intelligi de vera, non autem de ea quę nulla sit.
7 Solutio facta ecclesie per xl. annos, facit quod si de iure non deberetur, tamen ecclesia quę habet titulum & bonam fidem, potest vii iure prescriptionis etiam contra ecclesiam, quę si domina directi domini.
8 Iudicium possessorium prius expediri debet quàm petitorium.
9 Clausula ius & iustitiam ministrari, quid importet.
10 Onus impostum domui vel fundo, venditione, non extinguitur.
11 Quotiescunque res emphyteotica vertitur ad dominum, ex facto debitoris directi ad hoc ordinato resolutio eius iure, non resoluitur ius tertij creditoris, qui ab eo accepit.
12 Lex, veltigali. ff. de pignor. l. iij.
13 Onus venditione nullo modo extinguitur.
14 Onus etiam iuratum contra pactonem impostum nullum.
15 Iuramentum factum in generali hypotheca, vim habet consensus specialis.
16 Intentata via praelationis & modus agendi, ante omnia spes etandus est.
17 Emphyteota non potest pacisci in praeiudicium Domini circa rem Emphyteoticam, tamen debet posse hoc facere corroborando dispositionem legis, alienationem prohibentis, quos modo hæc sententia intelligenda.
18 Fideicommissum non trahitur ad bona Emphyteutica pro se & filijs.
19 L. si C. de cuius. explicatur.
20 Res gesta ab aliquo tanquam procuratore, & sic nomine alio, non debet sibi nocere ex iure proprio experienti.
21 Agentes in possessorio solum obinere debent.
22 Clausula ius & iustitiam ministrari, vt intelligenda.
23 In iuribus personalibus verior & communior est opinio, quod non competat aliquod possessorium iudicium.
24 Quicquid potest prescribi possidet, at iura personalia prescribuntur, &c. vt intelligatur hoc argumentum.
25 Beneficium excusationis habet etiam locum in casu, in quo proceditur de bono & equo.

Actè viso processu causę vertentis inter Syndicos confratrię ecclesie principalis actores, & Iacobum Belli reum conuentum, videtur prima fronte pro ipsiſ actoribus pronuntian- dum, tanquam nullum ius potuerit acquiri dominis directis in bonis, de quibus agitur & consequenter dictus Iacobus, qui inuestituram ab eis habuit, nullū ius præ- tendere possit, contra dictam confratriam, quominus cogatur soluere annua relicta per Robinū. Primò, quia ex legato facto per Robinū emphyteutam, vt soluere- tur xx. floreni ex redditibus, & fructibus dictarum do- mium, vel quod legatum soluendum perpetuò onera- uit, & obligauit dictas domos, non potest dici incursa caducitas : quia per tale legatum solum inducitur hypo- theca. l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. ij. l. fundus quoniam. vbi Bart. ff. de ann. leg. & per hypothecā non priuatur dominus emphyteuti : imò licet sibi hypothe- care fundum emphyteoticum, præsertim seruando ius domini, prout fuit in casu nostro. l. tutor. §. h. ff. de pig. act. & est gl. in c. potuit de locato. & in l. fin. C. de iur. emphit. quam utrobique doctores sequuntur : & licet doctores non loquantur, quādo hypotheca esset talis,

quę verisimiliter nunquam posset remitti: ideo habeat loco alienationis. iuxta l. qui habebat. ff. de leg. iij. per Iaf. in l. j. §. per seruū corporaliter. ff. de acquir. poss. tñ in casu nostro istud non videtur obesse, tñ quia talis hypotheca est temporalis: quia finitur certū annis. l. si vtu fructus. ff. de vusu. l. Alex. cōf. lx. in j. tñ et q̄a dispositio d. l. si. q̄ est penalit cū loquatur de alienatione nō debet intelligi in ista quę est supra, nō a reit vera alienatio, vt tenet Bald. consil. cccxxi. nā quando q. in j. & Anch. consilio xlviij. probata. & licet ex post facto d. emphyteuta promiserit etiam cum iuramento non imponere ali- quod onus illis bonis : quamuis tamen non seruet promissionem, non t̄ ideo cadit à iure suo, sed cōdemnatur in id, quod interest iuxta communē opin. doctor. in l. si quis ita. §. ea lege. per illum rex. ff. de verbo. obl. & debet sibi pœnitentia imponi propter periuriū. c. sicut ex literis extra, de sponsi. & quod habetur in c. prætere. eo tit. gl. in c. fi. de procur. in vj. & per doct. in c. dilecto, de præben. & firmavit. Ioannes de Imo. inc. cum con- tingat. in ix. membro princip. vers. si verò in ramentum fuit negatiue, refert & sequitur d. Ioan. de Monteferra- to, in rep. §. diui. in l. filius fam. ff. de leg. j. Et ista maxi- mē debent procedere in casu nostro, stante conclusio- ne, quod t̄ emphyteuta potest legare rem emphyteu- ticam, nec per hoc incidit in pœnam. d. l. fin. vt est ibi communis opinio, secundum quam consuluit etiam Alex. consil. ccc. super eo. in j. vol. & consilio v. in ij. Se- cundo, quia t̄ quamuis hæres dicti emphyteutę aliena- uerit, irequiritō consensu dominorū, tñ talis alienatio fuit nulla : quia contra expressā prohibitionem testatoris factam specialj fauore dictę ecclesie, vt concludit gl. in l. cū pater. §. libertis. ff. de leg. ij. per Bartol. & doct. in l. filius fam. §. diui. ff. leg. j. & nos habemus q. ex alie- natione nulla quis non incidit in cōmissum: quia d. l. fin. loquens t̄ de alienatione, debet intelligi de vera, non autem de ea, quę nulla sit. argul. iij. §. cōdemnatum. ff. de re ind. & ita tenet Bal. in l. ij. C. de epis. aud. sequit- ur Præ. S. Amobros. in c. j. in princ. quid iuris, si post a- lien. in vlib. feud. Iaf. in d. l. fin. vbi pro hoc etiam addu- cit doctrinam Bartol. in l. filium. §. si quis bonorum. ff. de legat. præst. & idem etiam tenet Fab. in tract. de emptio. & vend. in iij. parte princip. q. xxv. Fel. in c. ex tenore. de rescript. Franc. de Crena sing. cxij. statuto ca- uatur. Tertio, quia quicquid aliis esset de iure, iste reus conuentus pluries soluit dictum legatū huic ecclesie : vnde suę recognitiones debent illi nocere, secundum doctrinam Bartol. in l. cū falsa. vers. quid confiteor. C. de iur. & fact. ign. Bald. in l. si certis annis. C. de pact. Raph. Com. consil. cxxxvij. in fi. Guid. Papæ. q. cclxxij. per totum. Iaf. l. j. in xvj. q. de iure emph. Soc. consil. xcvi. in iij. Quarto, quia t̄ solutio facta est huic ecclesie per annos xl. & plus. vnde si de iure non deberentur, ta- men ecclesia, quę habet titulum & bonam fidem, posset vii iure prescriptionis etiā contra ecclesiam, quę sit domina directi domini. c. de quarta extra, de præscript. auth. quas adiones. C. de sac. eccles. Quintò, quia saltem in possessorio iudicio casus non videtur habere difficultatem: cum enim constet dictam ecclesiam fuisse in quasi possessione exigendi dictum legatum per tot annos, non debuit à sua quasi possessione facto spoliari : vnde cōpetunt sibi remedia restitutoria, & redintegrato- ria, de quibus in l. rem quę nobis. ff. de acquir. poss. in c. redintegranda. iij. q. j. & tale iudicium prius t̄ debet expediri, quàm petitorium. c. ij. de cau. poss. & prop. l. ordi- narij. C. de rei vcd. & interi nō admittetur exceptio nes respicientes dominium, vel requirentes aliorē in dagni- nem, vt per Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. possess. & etiam si supplicatio, vel libellus vide- antur respicere petitorium: tamē stante illa clausulā ius & iustitiam ministrari, debet prius expediri possessoriū, iuxta not. in c. ij. extra de ord. cogn. per Alexand. consil. vj. in iij. volu. consilio cxxj. in j. cum simil. Sextò, quia dato (prout videtur verius) quod nullū ius caducitatis interuenisset,

interuenisset, nō tamen videtur, quod licuerit dominis directis iure praelationis eam domum, de qua agitur ha- bere sine onere dicto : nam cum Robinus primus em- phyteuta t̄ dictū onus imposuerit obligando domū pro dictis annuis legatis prout facere potuit. d. l. tutor. §. si quis annuis deinde dicta domus mediante venditione suc- cessorum suorum peruenerit ad dominum directum, non tamen cēsetur extinctum, sed ad huc durat, vt est doctrina Bar. in l. in die. ff. de aqua plu. ar. cen. vbi quous- que res emphyteutica reuertitur ad dominū ex facto debitoris directi ad hoc ordinato resolutio eius iure nō tñ resoluit ius tertij creditoris, qui ab eo accepit. l. j. in fi. ff. qui mod. pign. l. bonæ. §. pignus. ff. de ed. edict. not. in l. j. §. idē Marcellus. ff. de in die adiect. & doctrina Bartol. ibi sequitur Raph. Comen. Ioan. de Imo. & Lud. Roma. & idem etiam tenet Bald. in l. fi. C. sine cens. vel reliquis. vnde cum in casu nostro ius peruenerit in ecclesiam ex facto filij Robini, quę vendidit, emerat cum dicto onere, & consequenter factus erat principalis debitor, non potuit ipse vendendo, & sic faciendo actum voluntarium facere, quod ad dominos directos iure praelationis reuertetur, & sic ius agentium extingue- retur: aliis resuleret magna iniuquitas, & sic limitantur not. in l. lex t̄ veltigali. ff. de pignor. & facit q. not. Alex. consil. cclxxij. viso themate. in secundo. Confirmatur ista ratio cum enim successores dicti Robini tenerentur ad dictum onus, & domini directi, voluerint dictam do- mum iure praelationis, t̄ debent eam habere cum onere suo : & sic non potest dici ius extinctum: quia dicti domini tanquam habentes causam ab illo, qui erat ob- ligatus etiā ipi tenentur, & consequenter dictus Iacob. emptor. argum. l. si superatus. ff. de pignor. & quod ibi habetur. l. si mater. §. item Iulianus. ff. de except. rei iudic. Sed tamen his non obstantibus puro reos con- uentos esse absoluendos, & moueor incōuincibili argu- mento : ex t̄ processu enim constat, quod dictus Robinus promiserat dominis directis nullum onus impone- re super dicta domo, & tamen per speciale pignus eam in dictum casum pignoraueat, etiam accedente iura- mento, vnde non potuit dictum onus super illa impo- nere, & impostum est ipso iure nullum, vt est casus in l. creditor. §. si ff. de distr. pignor. ibi nullam esse venditio- nem: cum enim domini haberent ius in re, per talem promissionem actus annullatur, vt est ibi communis omnium scribentium opinio: & ibi Bartol. & Bal. in re- portatis antiquis intelligunt illum text. etiam in pacto inter dominū, & emphyteutam allegantes dict. l. fina. C. de iure emphyteu. & idem etiam tenet Rapha. Fulg. consil. cccxij. incipiente, domina Simona. vbi intelligit dictum text. procedere non solum in venditione, prout loquitur, sed etiam in quocunque alio onere, vel hypo- theca, prout est casus noster: quia ratio differentie inter hos casus nulla potest assignari: & dictus intellectus ad dictum §. fina. est communiter approbatus per Bartol. Bald. in aliquibus lecturis Salic. Fulg. ibi Bartol. in l. qui absenti. in fin. ff. de acquirenda possess. cum concord. ibi per Alexand. & in l. si filio. §. fin. ff. solu. matrimo. & dicit d. Ioannes de Monteferrato in repe. d. §. diui. de le- ga. j. dictum text. procedere etiam in hypotheca genera- li quando iuramentum interuenisset: ex quo iuramen- tum t̄ habet vim consensus specialis secundum Bald. in l. j. C. commod. Lud. Rom. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. & per Iaf. in l. san. cum. C. de testam. sed nos sumus in casu clariore: quia in specie dicta domus fuit hypo- thecata ad hoc ne aliquod onus illi imponeretur: & sic aperte fundatur in tentio reorum conuentorum. Et ex hoc fundamento satis apparet, quod allegata in contrarium non multum faciunt ad propositum. Non obstant duo prima argumenta: quia procederent quan- do intentatum esset ius caducitatis, sed in casu nostro in- tēta est via praelationis, & modus agendi ante omnia spectandus est. glo. super verbo, suffraganei. in c. hæc quippe. iij. quæst. vj. per Innoc. in c. dudum. de elect.

Bald. in l. j. C. qui accu. & in l. edita in rep. Paduada. C. de eden. cum simi. Prætereā est aduertendum, quod licet in secundo fundamento sit dictum, alienationem esse nullam tanquā contra expressam prohibitionem testatoris, tamen istud non est verum : quia dicta prohibio non valet licet Aret. sentiat contrarium consil. liij. incip. diligenter discussis. & istud deducitur quatuor rationibus. Prima, quia non potuit emphyteuta impo- nere domui dictum onus, ne alienetur : quia esset contra promissionem dominis directis factam cum speciali hypotheca, per d. l. si debitor. §. fi. & supradicta. Secun- da, per calum. l. j. C. debitor ven. pig. impe. non poss. & quod not. per Bald. l. ij. C. si aduer. vend. vbi non valet prohibitio testatoris de non alienando etiam in fauore ecclesie, quando præiudicaretur eius creditori, ergo i- dem quando præiudicaretur domino directo. Tertia, quia per talem prohibitionem sit durior conditio domini, cuius interest, vt possit vendi prius Laudimia & praelationem : vnde sicut non potest vendi ecclesie, quia præiudicaretur domino, ex quo ecclesia difficili- us vendit, nec subest spes, quod res ad dominū reuertatur, secundum Iaf. post alios in l. si quis ita promiserit. §. ea lege. ff. de ver. obl. ita videtur in casu nostro propter paritatem rationis, facit tex. in c. j. §. j. & quod ibi om- nes not. de alien. seu. in vlib. feud. Quarta, quia quoties dominus fraudaretur iure suo (vt si res emphyteutica peruenerit ad manum mortuam, vel non possint alie- nari) talis actus non valet secundum Spec. in tit. de loca- to. §. nunc aliqua. vers. cxvj. vbi mouetur, quia tunc sit præiudicium domino in Laudemio, qui est casus no- ster. Nec nos mouet, quod talis prohibitio videatur con- formis dispositioni. d. l. fin. & ideo deberet valere. arg. not. per Cald. in c. ij. vbi etiam Præpo. in vlt. q. extra, de claud. despon. & quod no. Bal. in c. cum contingat. & ibi imo de iure iur. vbi licet laici non possint statuere cir- ca iuramentum, tamen valet statutum eorum, quando coadiuuat legem canonicam, vt quia iudicij pœnam iuranti : sequitur Cor. in auth. sacramenta. puberum. vers. iij. fallit. C. si aduerf. vendic. ergo in simili dato, quod emphyteutica non possit pacisci in præiudicium domini circa rem emphyteoticam, tamen debet posse hoc facere corroborando dispositionem prohibentis. Nam t̄ respondeo, quod imò d. l. fin. non prohibet alie- nationem, sed eam concedit dummodo accedat con- sensus domini: vnde prohibitio testatoris in casu no- stro non potest dici confirmatoria dispositionis legis: cum ex tali prohibitione, etiā domino consentiente alie- nari non possit, quod est in manifestū damnū domi- ni. Nec etiam nos mouet, si diceretur, quod hoc dato prohibitio alienationis nunquam traheretur ad bona emphyteutica ecclesie, quod videtur esse contra men- tem scribentium, præsertim in alia quæstione, in qua concludunt, quod t̄ fideicommissum non trahitur ad bona emphyteutica, concessa pro se & filijs, de qua no- tatur in l. iuris iurandi. ff. de oper. liber. per Bartol. & per Alex. consil. xj. in iij. lib. cum si. quia non negatur, quin prohibitio teneat quoad successores ipsius emphyteu- tæ, qui non possunt contravenire facto defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendic. sed quoad dominum directum est secus, qui (si vult) potest dicere de nullitate talis prohibitionis, facit. l. alienationes. ff. fam. erciscun. est igit- ur talis prohibitio nulla, volente domino, & non aliter: vnde tertius non possit opponere de tali nullitate, arg. no. per Bart. in l. ij. ff. si ager vecti. Aret. in l. cum seruum C. de seru. fug. Non, obstat tertium fundamentum: quia si dicta obligatio teneret, satis posset dici tale ius non extingui: quamuis res ad dominum reuertatur, secundum nota. in d. l. in diem. sed hypotheca non tenet, imò est nulla volente domino directo, cuius interest per dict. l. si debitor. §. fi. & ideo cessat omnis difficultas, & quam- uis domini directi habeant causam à dicto emphyteuta, cum emerint iure praelationis, non tñ prohibentur dice- re de nullitate illius hypothecę. argul. fi. C. de cuius. q. q. lex

lex loquitur in fortioribus terminis, videlicet in successore vniuersali, qui si ex persona sua potest contrauenire, quantum magis successor partem vltis in casu nostro, in quem non potest transire hęc obligatio personalis imposita propter fructus domus. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. per Guid. Pap. quæst. cclxiiij. Non obstat quartum fundamentum, quia quamuis iste reus pluries soluerit, tamen non soluit nomine suo, sed illius Tempæ, vnderes gesta ab aliquo tanquam procuratore, & sic nomine alieno, non debet sibi nocere ex iure proprio experienti. l. ff. de in stiror. l. j. §. exercitorem. ff. de exercito. l. tutorem. ff. de his quib. vt ind. & quod habetur in l. si se nõ obrulit. ff. de re iud. Item postquam Iacobus habet inuestituram à dominis directis, qui iure prelationis dictam domum retinuerant, nunquam soluit: quia ex eo nouo sibi superuenienti potuit se defendere, quominus ad solutionem compelleretur: vnde non potest in hoc iudicio illi obijci de dictis recognitionibus. l. si is, qui hæres. ff. de excep. rei iud. l. 3. vbi Bal. Sal. & ceteri. C. de pet. hæ. & quod habetur in l. si. C. de eui. Non obstat quintò allegata præscriptio: quia cum loquamur de præscriptione iuris exigendi, sequitur, quod præscriptio non currat, nisi contra eos, respectu quorum præscribens est in possessione. l. sine possessione. ff. de vscap. sed respectu dominorum directorum iste præscribens non possidebat: quia in incorporalibus possessio quaeritur ex scientia, & patientia eius contra quem præscribitur. l. j. C. de seruitu. & aqua. vbi Barto. Bal. Alber. & ceteri. Bar. in l. j. §. denique ff. de aqua quoti. & estiu. Abb. cap. de quarta. vbi etiam modern. extra. de præscript. Abb. consil. xvij. consil. xxij. in secundo volum. sed in casu nostro non aderat scientia dominorum, imò ignorantia præsumitur, vt est text. in c. præsumitur de reg. iur. in vj. Præterea dato, q. emphyteuta, & eius successores scirent, non tamen præiudicatur domino, quin emphyteuti ad eum reuerfa omne ius questum cesser. c. j. vbi gl. de inue. de re ali. facta per Barto. Pau. de Ca. & ceteros in l. & in prouinciali. C. de serui. & aqua. Vltimò non obstat, quod debeant agentes obtinere saltem in possessorio, quia ad hoc primo responderetur quòd respectu dominorum directorum non erant in possessione illius iuris exigendi ex quo ipsi domini habent præsumptam ignorantiam, & ideo non possunt prætere se ab eis spoliatos. ca. olim. iij. extra. de test. spo. gl. & doct. in c. cum ad sedem. eod. tit. & licet dictus Iacobus sciret, tamen istud non debet sibi nocere, ex quo venit ex nouo iure, & ex persona dominorum directorum. l. si mater. §. si ff. de excep. rei iud. & habetur in d. l. ij. C. de pet. hæ. Secundò responderetur, quod in casu nostro non est intentatum aliquod possessorium: quia (vt apparet ex processu) probationes vtrinque factæ sunt respectu petitorij: vnde de eo tantum iudicandum est. c. j. extra. de test. spo. & licet clausula ius, & iustitiam ministrari possit in ferr. e, etiam respectu possessionis, cum sit generalis, declaratur t. ex probationibus, quæ deinde inducuntur, vt per Abb. in d. c. ij. de or. cog. Sed probationes per actorem inductæ expressè ostendunt petitorium solummodò intentatum fuisse, vnde ei declarationi standum est. l. si quis intentione. ff. de iudic. Tertio responderetur, quod ista præstatio Florenorum relicta à dicto testatore, est ius personale, per quod persona hæredis solum tenetur. d. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. sed in iuribus personalibus, verior & communior est opin. quòd non cõpetat aliquod possessorium iudicium, vt tenet Barto. in l. si per illu text. ff. quor. bon. Iaco. de Arer. Pet. Cin. Bal. Alber. de Rosin. l. si certis annis. C. de pact. per Bald. in l. ij. C. de seruitu. & aqua. Pet. de Anchar. in cap. quærelam. extra. de elect. & cum hac opin. in effectu etiam transit ibi. Abb. respondendo ad illum text. vt per eum. Nec ratio Bal. in d. c. quærelam. tenentis contrarium est vera, dum dicit, quod quicquid potest præscribi possidetur, sed iura personalia præscribuntur, ergo, &c. nam iura personalia non præscribuntur

propter possessionem, vt Bal. præsupponit, sed propter negligentiam, vt declarat Bar. & doct. in l. sequitur §. si viam ff. de vscap. Quarto responderetur, quòd ex tali legato, solum orta fuit actio personalis, & hypothecaria ad dictam domum, sed personalis non competit contra istu singulare successore, præsertim habentia causam à domino directo. d. l. fin. §. fin. de contrah. empt. hypothecaria verò non potest cõpetere: quia impositio dictio neris est ipso iure nulla. p. d. l. si debitor. §. si dedist. pign. Ergò nulla actio cõpetit actoribus cõtra reos conuentos, & sic non est quærendu de iudicio possessorio: quia nullum eis datur in istis iuribus personalibus, præsertim contra singulares successores non est etiam quaerendum de præscriptione hypothecæ: quia q. ad hypothecam, non potest allegari aliqua possessio nec negligentia dicitur ergò nec præscriptio. l. siue possessione. ff. de vscap. c. vigilanti. de præscript. nec quamuis fuerit per longissimum tempus illa pensio xx florenorum præstata, sequitur quod quæsitæ sit hypotheca ad dictas domos, quæ de iure imponi non potuit per supradictas, & sic cessat omnis difficultas: consilium ergò fecissent actores, si actiones suas personales intentassent aduersus hæredes dicti Robini, vel hæredes hæredes, non autem egissent aduersus dominos directos actione hypothecaria præsertim dictis hæredibus non excusis, contra auth. hoc si debitor. C. de pignorib. quod t. beneficium excusationis habere videtur locum etiam in casu, in quo procederetur de bono & æquo, vt per Barto. in lege, si constante. in secunda questione 3. partis prin. ff. sol. matr. vbi etiam mod. præsertim cū domini directi sint ecclesiastica loca, & consequenter priuilegiata, quibus non deberet posse opponi, quod non possit vti beneficio excusationis, p. not. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Et hæc omnia saluo semper faniore iudicio.

CONS. IX. SVMMÆ

- 1 Anterior tempore potior in iure.
- 2 Anterioritas consideratur secundum tempus instrumenti.
- 3 Masculinum concipit femininum, maxime vbi tractatur de lucro & vtilitate.
- 4 Confessio Patris nocet filio, etiam in legitima, quando vltra talem confessionem concurrat aliqua verisimilis coniectura.
- 5 Arbitrij elidendi cause.
- 6 Probabilis ignorantia excusat.
- 7 Inuamentum restringitur secundum verba prolata, nec operatur per viam relationis.
- 8 Excusationis ordo, ius & locus.
- 9 Excusationis beneficium non tantum respicit ordinem litis, sed etiam præiudicium partis.
- 10 Prohibitus petere, nõ censet prohibitus retinere & cõpensare.
- 11 Filius ea, quæ retinet, imputat in legitima, ne tertius possessor molestet.
- 12 Bona emphyteutica comprehenduntur in generali hypotheca.
- 13 Excusatio non est facienda de bonis extra territorium.

BURGETI isti videntur mihi hæredes Donati Stuppæ in debire inquietare: quia eis obstant principaliter tres exceptiones, quarum quælibet est sufficiens ad eos excludendos. Prima est d. Donatus est t. anterior tempore, & consequenter potior in iure iuxta regulam. potior. l. creditor. ff. qui potio. in pignor. l. fundu. C. eo. cū en. d. Fordelisia ei? datrix pparte sua habeat ius in fideicommissio episcopi Nuosieus patru sui, q. est æstimatū adscendere ad sumam ducatoru cclxxv. nõ est dubiu pro illa summa esse anteriore, & ei cõpetere hypothecaria super bonis testatoris, vsq; ad dictam summa. l. j. in fi. C. com. de leg. & quæ uis in parte sua possit pretendere ius dñij, tñ isto casu videtur posse hypothecaria intentare, secundu opin. Pet. Cin. Iac. Ang. Sal. Cast. in d. l. j. q. et sequitur Raph. & Iac. de Put. l. creditoribus. ff. de sep. bon. de quo tñ nunc non expedit disputare: quia in casu nostro nihil refert, siue fideicommissaria ista sit anterior siue iure domini, siue iure hypothecæ, dummodò sit anterior. Rursus domi. Donatus est anterior pro summa sibi cessa ex credito domini Veritatis, quod

quod est ducatorum cclxxxj. quod creditum prouenit ex fisco libellario, contracto per instrumentum manu Gabrielis de Manganis confectum, anno 1497. cum enim fictum illud libellarium contineret obligationem annuam, minimalium xxv. censetur vna obligatio ab ipso principio contracta, non autem plures secundum numerum annorum, vt est text. in l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. & idem t. anterioritas consideratur, secundum tempus instrumenti. l. ij. C. de iur. emphy. l. d. §. stipulatio. vers. tertia vtilitas. non autem secundum tempus, quo cessit, & uenit dies secundum Bart. & doct. in l. j. C. de fideicommiss. licet aliud sit in legatis secundum eos. Et istę duæ summae sufficiunt ad exclusionem agentium: cum bona possessa per d. Donatum sint empta pro ducatis 501. Nec obstant tres oppositiones, quæ fieri possent aduersus fideicommissum. Prima, quia verba fideicommissi vocant filios tam natos, quam nascituros, &c. quibus verbis non videntur nisi masculi, &c. per id, quod not. Bald. & Anch. in l. tres fratres. ff. de pact. & in simili per Barto. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. Sed ad hoc responderetur, quod contrarium est verius per regulam, quod t. masculinum concipit femininum. l. j. ff. de verb. sign. l. quisquis. l. Hærennius. eodem titu. maxime vbi tractatur de vtilitate & lucro, secundum Bar. in simili. l. liberos. eod. tit. & Bald. & Anch. in d. l. tres fratres, loquuntur, stante statuto exclusio feminarum, propter masculos: de quo in casu nostro nihil est dictum in themate: quia non extat Veronæ tale statutum. Et si extraret, non haberet locum respectu testamenti istius Episcopi, quod recipit interpretationem considerata qualitate Episcopi, à iure canonico, non autem à statuto localibus, prout in simili dicit Io. de Imol. in c. quod clericis. de foro compet. Alex. cons. xliij. in fin. in v. vo lu. Dec. c. ecclesia S. Mariæ. versic. nota tamen. extra. de constit. & facit quod not. Abb. cap. ij. extra. de success. ab intest. in vltimo not. Secunda oppositio est, quia in hoc iudicio non est probatum, quòd bona fuerint in bonis ipsius Episcopi fideicommissis: vnde non debet tale fideicommissum ob stare istis actoribus, per l. si vniuersa. C. de legat. cum ibi notat. Sed respondeo, quòd imò constat ex confessione ipsius Laurentij, & fratrum facta in iudicio, contra d. veritatem ante hypothecam contractam per Burgetos: vnde talis confessio debet nocere eis. l. si superatus. ff. de pign. & constat etiam per confessionem factam positionibus, super quibus fundat sententia lata de anno 1329. quæ licet sit posterior hypotheca Burgetorum, tamen est valde verisimilis, & debet sufficere in hoc iudicio, in quò non sunt principales excusati, de quo infra dicam, & maxime cum in illo iudicio inter fratrem & sororem ageretur, sola facti veritate inspecta, vnde debuit iudex dare fidem talibus probationibus, prout in simili, inquit Abb. c. quæ uis. extra. de re iud. vbi post Ant. de But. vult, quòd t. confessio patris noceat filio, etiam in legitima, quando vltra talem confessionem concurrat aliqua verisimilis coniectura. facit. l. iubemus. 2. vbi Bald. C. de sac. sanct. eccles. & q. not. Sali. in l. si mater. C. de contrah. empt. & satis hoc præsupponit pars aduersa, quæ etiã pretendit simile ius fideicommissi prædicto testamento, & tamē nec ipsa quicquam probauit, quòd bona fuerint in bonis dicti testatoris: & satis puto, quòd sufficiat inuentarium, de quo in iudicio contra d. veritatem, vt supra dixi. Tertia oppositio est, quia videtur huic fideicommissio renuntiatum esse stante laudo arbitrò lato an. 1504. Sed ad istam oppositionem responderetur pluribus modis, in primis, quod d. arbitri non t. potuerunt quicquã iudicare circa renuntiationem fideicommissi, quia facultas eis data in compromisso, ad hoc non extendebatur. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. & quod not. Bald. consilio cxcj. in ij. Lud. Rom. cons. ccc. iij. Soc. cclj. Secundò dicitur, quòd non constat, quòd d. Floridellia haberet noticiam d. testameti vel fideicõ-

LE GANS est supra scripta consultatio, & iuris conuenit, quocies dominus euincens rem suam à possessore, non teneretur ad restitutionem meliorationum, quae esset pauperioris fortunae secundum l. in fundo. ff. de rei vend. tunc enim permittitur possessori retentione suorum melioramentorū, & cōsequenter possit istas aquas suas, & quae ex eis minus vtilitatis percipit, deberet suum interesse consequi à venditore: quia tē in causa euictionis venit omne lucrum, quod emptor sensisset, si res eius effecta fuisset. l. venditor hominis. vbi Bartol. & doct. ff. de euict. & attenditur bonitas rei, quae fuit tempore, quo res euincitur, vt quia tunc transit res melior, & carioris pretij, secundum l. bonitatis. eod. tit. Sed in tē casu nostro, cum aquae adiunctae sint praedio ad eius irrigationem, quo casu tē censetur quaedam praedia qualitas valorem augens. l. quid aliud. ff. de verb. sign. secundum doct. ibi videtur quod domino euincens obstat exceptio doli mali, nisi pretiam dictarum aquarum soluat quantum s. pro eis impensum simul, & melioratum est secundum d. l. in l. in fundo. quae loquitur, siue melioramenta facile possint separari, & retineri, sicut in casu nostro, siue nō: tē cū non distinguit inter hos casus, nec nos distinguemus, tali ergo casu non teneretur venditor, quia imputandum est possessori, qui iure exceptionis vel etiam actionis ea ab euincente non sit consequutus leg. domos. l. quod si nulla. l. seq. ff. de lega. & fideicom. j. vbi doctores. Et haec saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XVIII. SVMMAE

- 1. Quod non posset defunctus si viueret, nec possunt eius heredes.
- 2. Fictus non tenetur seruare solennitates statuti.
- 3. Verbum assignare, in iuribus importat cessionem.
- 4. Cessionario non potest obijci exceptio compensationis, quae non potuisset obijci principali.
- 5. Exceptio ex diuersa ratione contractuum non potest obijci.
- 6. Soluens pro aliquo, & eū liberans, dicitur eius negotiū vtiliter gessisse, & liberatū tenetur actione negotiorum gestorū.
- 7. Ius semel alicui questum, ab eo auferri non potest, sine facta eius.
- 8. Inducta in fauorem, non debent odium operari.

Ico istos Castelliones non posse excipere quicquam de credito d. Io. Anto. cuius sunt haeredes, ad excludendum Cinusculum, & id tribus rationibus. Prima, quia cum Cinusculus veniat ex assignatione propter debitum d. Aluisij, propter diuersitatem personae non haberet locum compensationis: quia si viueret d. Io. Anto. ipse tē non posset excipere: vnde nec eius haeredibus. hoc concedendum est l. haeredem. ff. de reg. iur. glo. in l. communi diuidundo. ff. commu. diuid. Secunda, Cinusculus vigore assignationis, est constitutus cessionarius tē per sicut, quoniam tē tenetur seruare solennitates statuti: quia tē verbum assignare, in iuribus importat cessionem. l. arbitet. ff. de dista. pig. Bald. in cap. j. quid sit inuest. in vbi. feud. sed cessionario tē non potest obijci tē principali, vt debent omnes in l. eius, C. de compen. & in l. si quis rem. ff. de procu. ista autem exceptio ex quo erat ex diuersa statione, contra sicutum non potuisset obijci l. j. C. de compen. Tertia, cum Cinusculus tē soluerit camera seu liberat d. Aluisium, dicitur eius negotiū vtiliter gessisse: vnde d. Aluisius actione negotiorum gestorū tenetur l. cū pecunia. ff. de neg. gest. vnde licet post liberationē, & morā ex persona d. Io. Anto. istud nihil tē ad Cinusculū, cui actio, & ius semel questū est l. sed an vltro. §. ff. de

J. ff. de neg. gest. vnum sine eius factis non potuit auferri. Nec obli. exhibitum decretum: quia non habet locum contra habentem causam ab ipsa camera, cum enim sic factum in fauorem contrahentium cum camera, & consequenter ipsius camera, non debet operari in odium. l. quod fauore. C. de legib. Præterea fuit reuocatum per ordinationem senatus confirmatam a Rege Ludouico, quæ cum nitatur summa ratione debet etiam hodie seruari, per not. in l. Barberius. ff. de off. præto. alioquin ex dicto decreto cõsequeretur multa absurda, in præiudicium tertij. Præterea illud decretum loquitur respectu eorũ qui impetrauerunt saluos conductus, vt patet in procemio, vt non molestentur quatenus sunt creditores, &c. quod non est in casu nostro, non enim concessus est aliquis saluus conductus Castilionensis.

CONSIL. XIX. SVMMAE.

- 1 Per diuisionem fundi, facta etiam per procuratorem si repetitur deficere in mensura, non fit præiudicium domino per confessionem procuratoris.
- 2 Confessio procuratoris non nocet domino, nisi quatenus probetur vera numeratio.
- 3 Trebellianica, est portio hereditatis, non autem bonorum.
- 4 Trebellianica debetur in rebus hereditarijs.
- 5 Trebellianica, ob melioramenta minorem solui.

Rogatus de simplici subscriptione, non putari committendum, quin pauca hæc adicerem. Quod ad primum dubium, quamuis ÷ diuisio dicti fundi facta sit cum procuratore d. Caroli, si tamen reperiatur deficere in mensura, non fit præiudicium domino per confessionem procuratoris: nec enim mandatum generale ad hunc casum trahitur, qui in se continet, vel donationem. vel fraudem. per doctrinam Bartol. in l. ij. §. fin. ff. si cer. pet. cum quo ibi conseruunt doctores, vbi ÷ confessio procuratoria non nocet domino, nisi quatenus probetur vera numeratio, & maxime cum de isto errore vultur quandocunque opponit secundum distinctionem Bartol. in leg. ij. C. de iure fisci. lib. x. cum concor. Quoad secundum, quod tempus attenditur in estimatione Trebellianicæ? est sciendum: Trebellianicam portionem esse, non bonorum, sed hereditatis. l. in quartam. ff. ad leg. Falc. & idem in rebus hereditarijs debetur. l. Plautius. l. luteam. ff. de i. tit. quod si res hereditariæ factæ sunt maioris estimationis, propter melioramenta heredis, vel eius qui causam habuit ab hærede debent ea melioramenta heredi hæredi, vt tanto minus restentur, sed admodum. l. non her. §. fed enim. ver. sed & ipe. ff. ad Treb. & quod non dissimili causam respondit Corn. cclxv. in j. l. itera K. Circa alia domini consultores præstantissimi viri, & mihi patres honorandi, optime loquuti sunt, idem nihil addo: quia res perfectæ supplementationem non recipiunt.

CONSIL. XX. SVMMAE.

- 1 Omnis questio diuisionis, ex bono & æquo tractatur, ac iudicis arbitrio primum expeditur.
- 2 Iurisdictio vnius, quæ commodat, quæ incommoda, diuisio. Diuisio fit quandoque per numerum.
- 3 Diuisio fit quandoque per alterationem temporis.

Mhi sententia supra scripti dom. consultoris placet per rationes suas: & quia ÷ omnis questio diuisionis ex bono & æquo tractatur, & arbitrio iudicis plurimum expeditur. l. non amplius. §. fin. ff. leg. j. vnde cum iam diu in casu proposito fuerit facta diuisio, & obseruatum, vt exercitium iurisdictionis diuideretur, alterius armis ponendo iudices, & castellanos, non videtur ab ea forma amplius recedendum esse, q̄ forma à iure approbatur, vt de diuisione administrationis, inquit Bar. in l. inter. in ff. de admittur. & sicut diuisio fit quandoque per numerum, iuxta l. in stipulationibus. §. operarum. ff. de verb. ob. ita et per ÷ alternatione temporis. Lucio. l. seq. ff. de aqua quot. & æsti. Alex. ij. §. exiis. de verb. obliga. j. per gl. in cap. licet xvj. q. 3. & dixi post modum, nam & si fur. §. j. ff. si cer. pet. Et ista

diuisio, semel sic facta non videtur mutanda per hanc nouam formam traditam in sententia. vt diuidantur homines & alij attribuantur vni domino, alij alteri, stante firma eadem credentia, &c. nam talis diuisio, iudicio meo, non est secundum bonum & æquum, prout esse debet, tum quia multa inconuenientia inde sequuntur, vt est dictum per do. aduocatum: tum quia in iure non reperitur tradita hæc forma, vt eiusdem castri sed vniuersitatis singuli homines diuidantur, & nascatur quædam contrarietas, vt sit vna vniuersitas, & diuersa: tum quia hoc modo non fieret diuisio, sed potius coniunctio rixarum excitata, vt vno anno ego teneat consentire in tuum prætozem, & sequenti tu in meum, cum plenior & maior comparatio fit, si pro suo anno quilibet sit plane liber: & idem ista nouitas videtur mihi reiicienda, maxime si nec homines ipsi acquiescant tali diuisioni, vt copiosè fuit allegatum, & aliàs dixi in l. debitorum. C. de pact. Et idem de sola subscriptione requisitus nolui detrectare, salua pleniore deliberatione, cum ad bibliothecam meam in Ticinensem ciuitatem accessero, & saluo etiam iudicio cuius libet rectius sentientis.

CONSIL. XXI. SVMMAE.

- 1 Restitutio non operatur in præiudicium alterius, quam eius contra quem fit.
- 2 Euctio ex causis non præstatur.
- 3 Donans non tenetur de euictione regulariter, nisi eam expressè promiserit.

Hilias quondam Hieronymi Marinoni, quæ conueniuntur à donarijs, satis puto, veriori opinione, non teneri præstare euictionem bonorũ d. Gasparis Balsami, ipsi donarijs. Primum illa ratione, quia euictio hæc non est sequuta, secundum formam iuris, sed ex restitutione principis. l. Lucius. ff. de euictio. l. si per imprudentiam, in prin. eo tit. Constat autem ÷ restitutionem non operari in præiudicium alterius quam eius, contra quem fit. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minoribus per Bar. & doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. Secundò, quia etiã si secundum formam iuris sequuta sit: quia tamen res ablata fuit donarijs via extraordinaria, non præstatur euictio ÷ habenti causam lucratiuã, vt est tex. secundum vnum intellectum communiter approbatum, in l. qui res. §. j. ff. de sol. vbi Pau. de Caet. & alij per Bal. in l. 2. in fin. C. de iust. Tertio, quia regulariter donans non tenetur ÷ de euictione, nisi eam expressim promiserit. in l. ij. C. de euict. in l. Arilt. §. fin. vbi Bartol. ff. de don. Et idem aduertendum est ad ipsius promissionis verba quibus Marinonus promisit, Quod libera tradet & defendet à qualibet obligatione, & hypotheca, &c. quæ verba licet sint generalia, tamen in alio capitulo declarantur, quo dicitur: Quod liberabit ea à quibuscumque oneribus tam fideicommissi, quam fidorum libellariorum. Vnde satis arguitur mens quod non intelligebat de tali casu. Et ita videretur dicendum, saluo tamen semper saniore iudicio.

CONS. XXII. SVMMAE.

- 1 Instantia cause transit successores vniuersales, & actiue & passiuè.
- 2 Fiskus quamuis habeat suos iudices speciales tamen si sit heres institutus indistinctè, sequitur forum defuncti.
- 3 Laicus succedens clerico, alligatur instantiæ clerici.
- 4 Clericus etiam volens, non potest comparere coram seculari.
- 5 In his que respiciunt iudicia, versus intrinsecos, non curamus tyrannidem.
- 6 In materia consilij, attendendum est principium.

Npræsentis difficultatè, an hæredes Bebulci possint prosequi litè sub executoribus ducalis camere, attento priuilegio paterno, qui cõsuet esset ex magistris ordinarijs, ex forma ordinũ, habebat illos iudices speciales? Putare q̄ sic, p̄ reg. l. vbi ceptum.

ff. de indie. & quia instantia causæ transit in successores vniuersales, & actiue, & passiuè, vt per Bart. in l. si eum hominem. ff. de fideiuss. vnde quamuis ÷ fiscus habeat suos speciales iudices: tamen si sit hæres institutus, indistinctè sequitur forum defuncti, iuxta reg. l. hæres absens. de iud. Et licet sit dubium, quid quando venit iure publicationis, per tex. in l. si constante. §. si. ff. solu. mat. tamen quando venit iure hæreditario, communis conclusio est, eum quoque alligari instantiæ vt tenet Bald. Angel. Paul. Cast. in d. §. fin. Dec. in c. quia V. extra, de iud. & facit quoddam Bart. l. ij. §. j. ff. de sepul. viol. & laicus ÷ succedens clerico, alligatur instantiæ clerici, vt habetur in d. c. quia V. licet in casu contrario sit dubium, ex quo ÷ clericus neque volens potest comparere coram seculari, c. si diligenti. de foro compet. Nec obstat quod Bebulcus esset officialis Gallorum. arg. c. translatio. de const. quia responsio, quod ÷ in his quæ respiciunt iudicia versus intrinsecos, non curamus tyrannidem. arg. l. Barbarius. ff. de off. præto. vt per Bar. in suo tract. de tyranno. vers. vij. quæro. & Bald. in l. decernimus. C. de sacros. eccl. nisi in casibus ibi notatis, & satis est q̄ illo tempore potuerit sub illo iudice pars cõueniri: quia ÷ in hac materia attendimus principium l. dam. §. Sabini. ff. de damn. insec. per Aret. in d. c. quia V.

CONSIL. XXIII. SVMMAE.

- 1 Remedium l. si. C. de edic. diu. Ad tollen est remedium aduipisæ possessionis, & competit heredi instituto.
- 2 Propter clausulam retentionis vsusfructus, quæ transfert possessionem in donatarium, competit remedium possessionis.
- 3 Mortis extinguuntur possessio.

X quo magnificus Co. Alexand. sit hæres institutus in testamento reuerensissimi domini Georgij, non est dubium ei competere ÷ remedium. l. fin. C. de edic. diu. Ad tollen. quod est remedium decreti continuandæ possessionis, quod est verius, & vtilius, habet vires possessionis recuperandæ, de quo per Bald. in rub. extra, de caus. poss. in c. item cū quis. de restit. spol. Soc. in l. rem. quæ nobis. q. v. de acq. possess. l. ad. conf. c. lxxvj. in 4. Dec. lxxxiij. cū simili. Sed an ex donatione sibi facta competet remedium possessionis? & videtur ÷ competere propter clausulam, Retentionis vsusfructus. q̄ transfert possessionem in donatariũ. l. quisquis. l. pen. §. sed liquidè. C. de don. & propter clausulam, Constituti, secundum l. quod meo. ff. de acq. possess. & quamuis tale ius, etiam si à notario stipuletur, non transferat nisi sequuta rati habitatione secundum Soci. in l. j. §. si iusserim. in ff. de acq. poss. quæ non videtur posse fieri, re nõ integra, id est, mortuo donatore, vt in simili p̄ Cast. cõf. c. cxxvij. Dec. c. cxxvj. & l. contractus. de regu. iur. Curt. iun. c. xx. quia ÷ morte extincta est possessio. l. cum hæredes. l. quamuis. vbi Angelus. de acq. poss. licet aliud sit ratione domini secundum Ioan. And. in Spec. de cess. act. §. consequens, in addit Petrus de Ceruitis in fi. tamen quia præsens fuit obligatio ex constituto, videtur quod post mortè duret facultas rei apprehendendæ, secundum l. ad. conf. c. cxxxiij. & Rip. lib. vlti. Respon. c. vlti. Verum quia ista dicta non carent dubitatione melius est adherere possessorio testamento, quod caret omni scrupulo.

CONSIL. XXIII. SVMMAE.

- 1 Promissio pœnæ habet tacitam conditionem, si arbitrator res esse arbitratus fuerit.
- 2 Enormiter lesus dicitur, si in sexta parte sit lesio, vel aliter ar.
- 3 Vbi cumq̄ pœna committitur, ex eo quia cõtraueniatur alicui actui, intelligitur si perseruauerit in cõtraueniendovsq̄ ad sententiam.
- 4 Ex æquitate canonica, ad euitandam pœnã, mora quandoq̄ personæ ecclesiasticæ quando eorum nihil interest, si exigunt pœnas, puta à compromissuales vel similes, redduntur suspectæ auaritiæ, & propterea non debent eas exigere.
- 5 Ecclesia incidit irrevocabilem in pœnã ex natura contractus, & tamen non incidit in conventionalem.

Verba hæc facere bonum uariè accipi. Ambiguitas verborum excusat, quem à pœna compromissio talis causa sufficit. Hypotheca per solutionem debet extinguì, non per sententiam. In causa diuisionis, reseruatũ semper censetur ius pignoris. Ex actu factio per iudicem, non videtur presumendus metus. Iudex est legis minister. Lex non presumit iudicem quicquam acturum per vim. Qui soluit & allegat se soluisse metu iudicis, non excusatur. Qui est in carcere non dicitur metum pati respectu iudicis. Res facta coram iudice, non potest rescindi per metum. Metus qui in constantem virum cadere non potest, in consideratione non est habens. Carceratio non inducit metum, secus si minæ & tormentis interueniant. Qui soluit rem vel partem rei ad quem est condemnatus, censetur approbare sententiam. Protestatio metus dependet ab animo ipsius protestantis. Quæ dependent ab animo alicuius, non possunt per procuratorem expediri. Quæ dependent ab animo, possunt per procuratorem expediri, dum tamen habeat speciale mandatum.

Reniter procedendo circa primum quæsitum ex quo per alios præstantissimos doctores diffuse allegatum fuit, videatur dictum Pontium de Bolo non incidisse in pœnas compromissi, ex eo quia petierit reductionem ad arbitrium boni viri: quia ÷ promissio pœnæ habet tacitam conditionem, si arbitrator rectè arbitratus fuerit. l. si libertus. de ope. liber. & quamuis interuenit iuramentũ, non tamen prohibetur quis petere reuisionem: nec pœna committitur, si enormiter sit lesus, vt est communis opi. in c. Quinual. de iureiur. & dicitur ÷ enormiter lesus si in sexta parte sit lesio, vel aliàs arbitrio iudicis, secundum Bartol. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. vers. quæro, vtrum possit, & tunc præsumitur dolo arbitratoris, vel saltem lata culpa, quod sufficit, vt per Alex. cõf. c. xxxj. in causa vertente, & plura ponit Pau. Cast. cõf. lxxij. cū duobus seq. & Lanfran. de Orian. in tract. de arbitris. in septima parte, cum multis concord. quia articulus iste est tristissimus: sed difficultatem facit in casu nostro, quia non videtur probari de aliqua lesione, nam postquam arbitrator primo pronuntiauit, & Pontius petiit reductionem, statim incidit in pœnam compromissi, quæ fisco & ecclesiæ ipso iure fuit acquisita, l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. l. illud. vbi not. C. de sacros. eccl. & in l. illud. C. de dona. vnde licet arbitrator reformauerit, & partes emologauerit, tamen istud factũ non habet præiudicare fisco, & ecclesiæ, quibus est ius quæsitum, vt dicit Bal. Imol. Pau. Cast. in l. si in solam. §. si. ff. sol. matrim. præsertim cum notarius sit stipulatus nomine & vice illorum absentium, vt dicit Alex. & Aret. & ibi Socin. in l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verb. oblig. & est doct. Bal. in l. prima. ff. de iure fisci. vnde secundũ laudum & homologatio tanquam res inter alios deinde facta non habet piudicare ecclesiæ: nec facit fidè lesionis in præiudicium eius rubric. C. res inter alios. l. secunda. C. de edend. & cõsequenter si Pontius vult euadere pœnam compromissi, oportet, q̄ in hoc iudicio contra fiscum & ecclesiã probet, quod ex primo laudo erat enormiter grauatus, q̄ fortè difficile erit illi ad probandum. Poteest responderi, quod ex quo Pontius nõ perseuerauit in iudicio reductionis, sed reuersus est ad primũ arbitratore, qui correxit ea, q̄ malè pronuntiauerat, non dicit incidisse in pœnã, nã vbi cūq̄ pœna committitur ex eo, q̄ cõtrauenit alicui actui, intelligitur si perseuerauerit in cõtraueniendovsq̄ ad sententiã. l. Papinian. §. meminisse. ff. de in off. test. l. aliã. C. de his qb. vt indig. & est doct. Bar. in l. q̄ ea mète. ff. de fur. & p̄pterea nõ est verũ, q̄ statũ quistũ sit ius fisco, eo ipso q̄ Pontius petiit reductionem. Secundo responderetur, q̄ illa p̄missio pœnæ sub cõditione, si petatur reductio, nõ habet locũ, qñ petitur reductio ex enormi lesione, & præsumpto dolo arbitratoris, vt est communis conclusio in dictis locis supra allegatis, & ex hoc capite

capite Pontius eam petijt. vnde antequam declaratum sit, nunquid enormis lætio interuenit, pœna non committitur. l. qui Romæ. §. duo fratres. vbi Bartol. & omnes. ff. de verb. oblig. & dato, quod declaratio arbitratoris posterius facta, non haberet nocere ecclesiæ & fisco: tamen si fiscus, vel ecclesia volunt obtinere, oportet, quod ipsi prius faciant declarari, non ad fuisse enormem lætionem, ex quo ante pœna non committitur. Tertio est aduertendum: quia cum hic fiscus reuerendissimi domini, & ecclesia agant ad pœnam, non videntur admittendi in quo Pontius homologando secunda arbitramenta purgavit moram: & ex æquitate canonica cum his, qui tenentur sequi conscientiam, quando conuenit potest mora purgari ad euitandam pœnam, vt dicit Bald. consil. cxliij. super j. in v. volum. sequuntur Moderniores in l. si infulam. in. not. ff. de verb. oblig. & facit quod not. Ioann. de Imol. in c. dilecti. de arbit. vbi dicit, quod si personæ ecclesiasticæ, quando eorū nihil interest, si exigunt pœnas, puta cōpro missales, vel similes, redduntur suspecti auaritiæ: & propterea nō debent eas exigere, & ita intelligit tex. in c. sua extra, de pœn. sequitur Aret. & And. Sicut. in l. iij. §. Caro. in xj. opp. Bartol. ff. de verb. oblig. & ibi ego referendo hoc dictum Bal. posui multa similia. Nec obstat, si quis diceret, quod illa opin. Bald. videtur contra tex. in c. potuit. extra, de loca. vbi non purgatur mora versus ecclesiam nisi breuissimo tempore, quia respondetur, quod ille text. loquitur de pœna descendente ex natura contractus: noster casus est de pœna oriente ex conuentione partium, quæ est magis odiosa, quod probatur: quia etiam ecclesia incidit irrevocabiliter in pœnam ex natura contractus, & tamen non incidit in conuentionalem, vt dicit Bald. Sali. & Mod. in l. placet. per illum tex. C. de sac. san. eccl. Circa secundum & quartum dubium dicendum est, dictum Pontium non incidisse in pœnam nec videri conuenisse. Primo, quia in laudo simpliciter dicitur, quod Pontius teneatur reddere rationem. l. cum seruus. de coact. & demon. & secundū hunc sensū non est dubium quin pœna ea tenere iure pignoris teneat. possunt intelligi, quod teneatur computare ea: & sic vel restituere, & accipere id de quo est creditor, vel etinere iure crediti, & secundū hunc sensum etiā non est dubium. Et si dixeris, ex quo in illo laudo condemnantur omnes heredes ad aliquid dandum Pontio, videtur voluisse arbitrator, quod Pontius faceret bonum id est restitueret Collectæ dicta vasa, respondetur, quod non potest negari, quin verba sint ambigua: propter quam ambiguitatē Pontius excusat a pœna compromissi. & talis causa sufficit in l. testamēto. §. ff. de condit. & demon. l. de rebus ff. de arbi. Ang. Aret. Alexand. Iaf. in d. §. duo fratres in ij. lectura Bartol. Io. And. in addi. Spec. tit. de arbi. §. fin. cum concord. per Alexand. consil. cxix. queritur Secundo dicitur, quod ex quo non constat, quod coram dicto arbitratore sit disputatum de iure hypothecæ, quam habere se præsupponit, dictus Pontius dictum Laudum etiam si expressè contineret, quod Pontius vasa restitueret, tamen intelligeretur, saluo iure pignoris l. ex fex tante. §. Latinus. ff. de excep. rei iudi. quia si hypotheca per solutionem debet extingui, non per sententiam l. grege. §. etiam. ff. de pigno. istud maximè procedit in casu nostro, in quo præsupponitur, quod talis sententia sit lata in causa diuisionis tantum: quo casu reseruatam semper censetur ius pignoris l. si consensit. §. fin. Item præsupponitur, quod in laudo sit granata dicta Collecta ad onera, quæ reperiuntur imposita rebus sibi assignatis, quæ verba opimè verificantur in pignore, vt fuit iudicis per egregios consultores allegatum. Circa tertium dubium difficultatem facit, quia si exactu facto per iudicē non videtur presumendus metus: quia cum si iudex sit legis minister, si lex non non præsumit eum si quiquam acturum per vim, vnde si non excusatur, qui

soluit, & allegat se soluisse metu iudicis: quia si qui est in carcere respectu iudicis non dicitur metum pati, secundum Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleric. vbi allegat Archid. xv. quæst. vj. c. sacerdotum. & facit l. ij. C. de offic. ciuil. iud. Item facit regula, quia res si facta coram iudice non potest rescindi per metum. l. iij. §. sed vim. ff. quod met. caus. vij. q. j. c. præsentis. per Aret. in l. accusationis. C. de his que met. caus. Iaf. in l. qui in aliena. §. si. ff. de acquirend. hæred. cū ergo Pontius soluerit certè videtur, approbasse Laudum, & carcerationem, & consequenter non debet posse allegare metum: confirmatur, quia talis si metus non videtur cadere in constantem virum quando solum ponitur in carcere: & propterea non debet haberi in consideratione. capit. cum dilectus. extra, de his, quæ met. cau. & propterea solum agitur actione iniuriarum, non autem de metu, vt per Aret. in dict. §. accusationis. Si vero si vitra carcerationem interuenissent etiam minæ, vel tormenta, bene tunc esset iustus metus, vt not. declarat Bald. in l. falsus. C. de furt. vbi dicit hoc esse valde in arbitrio iudicis, qui ex qualitatibus coniecturam faciat, quis metus interuenierit. Secundo difficultatem facit, quia Pontius cum esset in carceribus fecit restitutionem istorum vasorum. vnde videtur approbasse carcerationem, & consequenter agnoscisse dictū debitū: sicut in simili dicimus de eo, si quis soluit rem vel partē rei, ad quā est condemnatus, vt censetur approbasse sententiam l. ad solutionem. C. de rei iud. & quod not. in c. quod ad consultationem. extra, de rei iud. Tertio dubium facit, quia non videtur, quod ista protestatio sit facta per Pontium, sed per procuratorem: & idē non debet releuare: quia si protestatio metus, dependet ab animo ipsius protestantis, & ea q̄ dependet ab animo alicuius, non possunt expediri per procuratorem. l. p. porcurato. alias incipit, Paulus respondit. ff. de acquirend. hæreditate l. q̄ in alia. in principio. vbi not. eodē titul. & in terminis nostris hoc vult Bart. in l. non solū. §. morte. versic. his præmissis, venio. ff. de operis noui nuntiatione. Sed his non obstantibus, dico in proposito casu, metus excusationē locum habere, quia quando protestatio de metu fit, & de metu officialis probatur metus, quoad animam protestantis: nec censetur, consentire vt est gloss. vbi Dd. in l. qui in aliena. §. si. ff. de acquirenda hæreditate, & propterea tolluntur prima obiecta, quæ possent locū habere, vbi non esset facta protestatio, vel dependeret actus ex voluntate duorum, sed iste consensus Pontij non dependet, nisi ex animo suo: & propterea dicta protestatio sufficit: & tunc non est opus aliter probare metum, nec iustam causam eius, vt dixit Ioann. de Imol. & Alex. in dict. §. imō si simpliciter protestatus fuisset de animo suo, videlicet, quod non consentiret, satis esset, & si non allegasset metum, vt ibi per eas. & ita debent intelligi not. in l. qui carcerem. ff. quod met. caus. & per Abb. in capitul. cum locum. extra, de sponsalibus, in cap. accedens. de procurat. doct. in l. qui à latronibus. ff. de testament. in cap. final. de appell. & ex hoc tollitur etiam secunda ratio. nam cum allegetur metus, non potest dici carcerationem esse approbatam, vt in dictis locis habetur. Non obstat tertium, quia aut procurator habuit speciale mandatum de protestando metum, & protestatio tenet: si quia dependentia ab animo possunt per procuratorem expediri, dum tamen habeat speciale mandatum. l. si is qui Stichum. ff. de procura. l. sed & socius. §. fin. ff. pro soe. glo. in cle. j. in verb. presenti. de concel. præben. Aret. post alios. in d. l. p. procuratorem. aut non habuit speciale mandatū, & tunc regulariter videretur procedere contrariū in casu nostro aliud est: quia (vt apparet ex dictis § in secundo dubio) Pontius potuit tenere dicta vasa iure pignoris, & propterea fuit iniusta incarceration, vnde cū ea restitui fecerit existēs in carcere, etiam si nulla protestatio facta esset, præsumeretur metus d. l. qui in carcerem. Abb. in d. capitul. accedens. cum similibus, supra alleg. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXVI. SVMMÆ.

- 1 Spoliatus ante omnia est restituendus.
- 2 Vltimum spoliū semper est purgandum.
- 3 Impetrantes inuestituram sine in feudationem à Principe, de Castro violenter occupato, in feudatio nullius est momenti, & nihil agunt.
- 4 In restitutionem rei per spoliantem restitui etiā debent fructus, damna, expensæ, & interesse passum propter spoliū.
- 5 Spoliatus post sibi restitutam possessionem, non potest conueniri in petitorio, nisi tanto tempore steterit in pacifica possessione, quanto tempore permanit spoliatus.
- 6 Magis creditur duobus testibus affirmantibus spoliū, quam centum affirmantibus spontaneam renuntiationem.
- 7 Feudi imperialis cognitio pertinet ad imperatorem.
- 8 Exceptio defectus iurisdictionis quando conuenit opponi potest etiam post latus tres sententias conformes.
- 9 Regulariter sententiæ, vel transactiones nō rescinduntur ex eo, quod quis noua instrumenta repererit fall. corā Principe.
- 10 Princeps licet rescripto suo rescindere rem iudicatam non possit: tamen causam nouarum probationum potest.
- 11 Dictionis, quibus cum que, vis.

M Archionatus Sorannię in causa videtur imitandum esse consilium Iurisc. in l. is, qui destinavit. ff. de rei vend. vt scilicet intentetur potius possessorem (si quod subest) quam petitorium. Primo ergo queritur, an ex persona illustrius d. Bonifacij compeat aliquod tale remedium, & ex processu casus redditur satis clarus: probatū est enim per testes, qualiter Ioanae Paulus, pater d. Bonifacius spoliatus, & de possessione dicti Marchionatus eiecerunt, vnde succedit regula, quod si spoliatus ante omnia restituendus, c. j. de restit. spoliatorum. l. si quis ad se fundū. C. ad l. iul. de vi publ. Quod procedit, etiam si aliud spoliū præcessisset: quia si vltimum spoliū semper est purgandum, vt habetur in dictis iuribus, & in cap. final. extra, de ord. cogn. vnde & prædo est restituendus. c. in literis. de restit. spolia. l. j. §. qui a me. ff. de vi, & vi arm. Item procedit, etiam si spoliator auctoritate principis fuerit possessione confirmatus, adhuc enim spoliatus restituendus est l. auctoritate. C. vnde vi. vbi Bart. gloss. in verb. professio. per illum text. in l. ij. C. de fund. & sal. rei domin. lib. xj. per Iaf. in l. clam possidere. §. fin. de acqu. poss. vnde si impetrantes inuestituram, vel in feudationem à principe de castro violenter occupato, nihil agunt. & in feudatio nullius est momenti, secundū Bald. in l. j. de constit. princ. & in c. j. ad fin. de nat. feud. adeo, vt tale castum non possit, neque longissimo tempore præscribi, secundum Alexand. consil. iij. inv. Rursum si procedit, vt non sufficiat restitutio rei ipsius, sed restitui debeant etiam fructus, & expensæ, damna, & in teresse passum propter spoliū c. accedens. ij. vbi Abb. in pen. not. extra vt lit. non contesta. debet q̄ fieri restitutio ad fructus, qui verisimiliter percipi poterunt c. grauis de restit. spolia. declarat Rota decis. xxv. eod. tit. in nouis. Addunt aliqui, quod facta restitutione, adhuc si spoliatus non potest conueniri in petitorio: nisi tanto tempore steterit in pacifica possessione, quanto tempore mansit spoliatus per tex. in c. ij. in c. tam diu. iij. quæst. ij. tradit Abb. in c. venerabili. in gl. j. de offi. de leg. Rursum procedit etiam si facta restitutione, recuperatio esset difficilis: dum tamen non impossibilis, vel quia fortalium sit in expugabile, secundum Paul. de Cast. in l. ij. C. de edi. diui. Adr. Alex. in. naturaliter. §. nihil commune. in j. intellectu. Bart. ff. de acq. poss. Item procedit etiam si contra spoliatum agentem opponeretur exceptio spontaneæ traditionis: quia si magis creditur duobus testibus affirmantibus spoliū, quam centum affirmantibus spontaneam renuntiationem, secundum Inn. in c. cum super. extra, de renun. & sequitur Ang. in d. l. si quis ad se fundū. & Lanfran. de Orian. in rub. de cau. pos. & proprii. & ratio est, quia si sumptio est contra eū qui asserit renuntiationē esse spontaneā. iuxta text. in c. ij. extra de restit. spolia. Et ista maximè procedunt, si intentaretur reme-

dium. can. redintegranda. 3. q. j. quod remedium est pinguis alijs interdicitis, secundum Soc. in l. rem, quæ nobis. ff. de acq. pos. & datur contra successorem etiam sine vitio. Et satis est in eo probare, quod absque culpa sua ceciderit possessione, vt habetur in d. l. re, quæ nobis ex iis concludo, tutissimum esse d. Bonifacio, si intenter hanc viam spoliij: quæ mihi videtur carere omni difficultate. Nec obstant sententiæ latæ in curia Romana, quibus pronuntiatum est, illam possessionem à d. Bonifacio occupatam, pendente lite, & per viam attentati restituisse sublata, & c. quia respondeo, quod eorum sententiarum nulla ratio haberi debet, tanquam latarum à iudicibus incompetentibus. Cum enim istud sit feudum Imperiale, cognitio pertinet ad Cæsaream maiestatem, tanquam de iure feudi, nec potuit sub alio iudice tractari. c. cæterum. extra, de iud. ad eo, vt nec per viā prorogationis partes alium iudicem adire poterint, quàm Cæsarem. ca. ex transmissa. vers. de seculari feudo. de foro competens. Bartol. Alex. Iaf. cæteri in l. j. §. & post operis. ff. de op. no. nun. postquam talis si exceptio defectus iurisdictionis quando conuenit opponi potest, etiam post latus tres sententias conformes. glo. in elem. j. verb. non obstante. de sequestr. posses. Bald. l. j. C. si à non competenti iudi. l. iij. §. condemnatum. ff. de rei iudi. Maxime q. hoc est dicendum in casu nostro in quo non solum iudices fuerunt incompetentes l. j. C. si à non competenti iud. sed etiam tulerunt sententiam aduersus aliam sententiam reuerendissimi Cardinalis Sedunensis, quæ transferat in rem iudicatam, & fuerat exequuta l. post sententiam. C. de sen. & interlo. Et quia dicta sententia Sedunensis dicti fuit inuenta, & inuentus processus authenticus, debet Cæsarea maiestas attendere ad rei veritatem circumscripito rigore illarum sententiarum: siur vitatem, q. quauis si regulariter sententiæ, vel transactiones non rescindantur ex eo quod quis noua instrumenta repererit, tamen secus est coram principe: quia licet si princeps rescripto suo rescindere rem iudicatam non possit: tamen ex causa nonarum probationum potest. l. diui. ff. de pœn. l. ij. in fin. ff. si libert. ing. esse dic. & ita in casu nostro firmavit dominus Riminal. in leg. sub prætextu. j. C. de transact. quæ decisio in casu nostro, est indubitata stante incompetencia iudicum, vt supra dixi, Et quod talis sit mens Cæsareæ maiestatis apparet ex de legationibus fratris Carolo de Lanoy, & rursus Antonio de Læua, in quibus expressè mandatur, quod procedatur in possessorio restituendæ, non obstante commissione Pontificis Adriani, & in commissione facta illustri do. Ferdinando Gonzagæ dicitur, vt ad expeditionem Cæsareos facta sunt, & manifestè sentit, nullam rationem habendam esse eorum quæ gesta sunt per commissarios apostolicos, & certè cum manifestè appareat de sententia Cardinalis Sedunensis, & processu per eum facto, & executione ipsius Cardinalis iustitiam per Salomonem præfectum militum facta, depræhenditur manifestus error istarum sententiarum in curia Romana latarum, quatenus debent do. Bonifacium attentasse in præiudiciū pendentis litis, cū ipse eos nō deiecerit, sed Cardinalis tanquam rebellis. Nec de dictæ sententiæ à Cardinali late valore expediri disputare, tū quia hoc copiosè & subtiliter est factū per alios Dd. tnm quia quicquid sit in illo articulo satis est nobis: q. inde apparet istos de Lupis non fuisse eiectos à d. Bonifacio, quicquam ab eo attentatū, sed à Cardinali tanquam contra rebelles, quod probatur ex verbis sententiæ, secundum doct. Bartol. in l. is apud quem. C. de eden. versic. queritur, an sit factum. Circa petitorium inuestitura concessa per Carolū 4. Imperatorem fuit Hugoletto, & Raymōdino, ipsorum quæ hæredibus ab ipsis legitime descendentes, & successoribus quibuscumque, & alio loco dicitur, concessionem fieri in ipsos hæredes quos suos, & successores ex ipsis legitime descendentes seu causam ab eisdem habentes. Quibus verbis videndum est,

dum est, an possint admitti foeminae & consequenter filij foeminarum, qui si mater eorum esset exclusa, nec ipsi possent admitti iuxta l. si viua matre. vbi Castr. & Corn. C. de bo. mater. & in hoc puncto magna videtur inter doctores esse altercatio: quia aliqui tenent, quod propter vim & dictionis, quibuscunque, admittantur etiam extranei, & alia in habiles, secundum glo. iuncto rex. in cle. j. de iudi. & tradit. Ias. in l. Gallus. §. etia. de libe. & posth. & ideo tali casu admittentur etiam singulares successores. c. j. de feud. non hab. propr. nar. Bald. l. j. q. xxxiij. de rerum diuis. in c. Imperialem. in prin. de prohib. feud. alien. per Feder. & aliqui tenent, quod vigore istorum verborum possit feudum transmitti, etiam per vim fideicommissi, secundum Alexand. in l. si patroni. in prin. ff. ad Treb. & videtur communis opin. de qua per Alex. consil. xxx. in j. & ibi in apostillis, & per Cur. Inn. in tract. feud. parte. 3. q. pen. Marth. de Afflic. in c. j. §. donate. qualiter olim. feud. pot. alien. Albert. Bru. consil. x. & xiiij. dom. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum pacto quod de ipso feudo possit. Sed tamen ista opinio habet multos contradicentes, vt per Cur. in d. q. pen. & Curt. Sen. consil. lxxxij. & Rubeum, consil. lxxxij. Aret. & Socin. in d. l. Gallus. §. et Bal. in d. §. donate. re. Lud. Gozad. consil. viij. & xxxvj. cum similibus. Ego autem federe distinctionis soleo concordare istas opin. prout alias dixi in l. j. §. item nuntiatio. ff. de ope. no. nun. secundum distinctionem ibi traditam per Bartol. Ias. & docto. vbi volunt, quod dictio quibuscunque generaliter quidem intelligatur, dum tamen non admittantur omnino inhabiles, prout sunt foeminae, vel tales qui dominum adiuuare non possent, secundum Bald. in d. §. donare. & quod habetur in c. j. si de feud. fuer. contr. nec vnquam approbauit illam opinionem Modernoru dicentium, quod in dispositione hominis non fit restrictio ad habiles, imò fit in dispositione hominis l. creditur. §. Lucius. ff. mand. c. j. de eo, qui fin. sec. agn. gl. l. j. ff. de eo quod cer. lo. siue in testamentis l. si mihi Maeria. §. si de leg. tertio Oldra. cclxviij. siue in contractibus gl. d. l. j. decil. Neap. cclxviij. siue in aliis dispositionibus l. j. C. qui pro sua iurisdic. & ideo mihi videtur, quod vigore dictae clausulae, non potuerit institui filius fororis, prout etiam diffuse consuluit Ruin. consil. xxxix. in prima. cuius laboribus interim ego acquiescam. Quae sententia maximè in casu nostro est obseruanda propter decretum ducale, & Imperiale sub rubri. de feudis lib. iij. §. ne beneficiorum. vbi dicitur quod in feudationes quibuscunque verbis conceptae non transeunt nisi ad masculos. Et videtur tale decretum etiam in casu nostro obseruandum esse: quia licet privilegium originaliter processerit à Carolo iij. Imperatore, tamen per inuestituram factam in primu Ducem Mediolani, omnia feuda Imperialia quae in ipso Ducatu continebantur, ceperunt in iure directi dominij ad Duces pertinere: quia Imperator eos in locum suum subrogauit. Et licet in hoc sit aliqua difficultas, an potuerit fieri, contradicentibus ipsis feudatarijs, tamen non est dubium, quin accedente eorum consensu, & recognitione potuerit fieri, secundum Bald. in consil. vlti. incip. Rex Romanorum. in j. volu. & habetur in decisio. Neapol. clxij. in nouis. Isti autè Marchiones recognouerunt Duces Mediolani, vt apparet per plura documenta, ideo videntur se subiecisse legibus dicti ducatus. Fortius dico, quod cum casus finitè lineae euenerit tempore Leonis Pontificis: cum Parmensis ciuitas ab ecclesia possideretur, non curat ecclesia de tali clausula apprita ab Imperatore, quia finito iure dantis, finitum quoque ius accipientis l. lex vestigali. ff. de pigno. quia ecclesia non habet tanquam ab Imperatore, sed iure suo. Imperator verò habet ab ecclesia, tanquam in partem curari admissus, secundum extrauagan. vnam sanctam. de maio. & obed. in contum. Vnde Pontifex Leo non attendit inuestitura concessit dictum Marchionatu Iuliano fratri, & ita praegicant Romae, de quo tñ videnda est alia extrauagans

Londonici Imperatoris, quam ponit Alber. de Rosa in l. bene à Zenone. C. de quadr. praescri. Et haec conclusio maximè procedit respectu alodialiu, si qua sunt, stante statuto Parmensi, quod talia bona non possint relinqu forensibus, de quo (quia articulus est satis clarus, & per alios diligenter consultum fuit) non insisto vterius. Illud tamen non omittendum, quod iste rationes videntur sublatæ per nouam concessionem factam Ioanni Paulo permodernu Imperatorem die x. Aprilis 1530. & ideo ex persona filii Caesarei non videntur militare, sed solum ex persona do. Bonifacij, cuius iura fuerunt seruata per Caesarem alio priuilegio dato viij. Ianuarij 1533. Et ideo concludo, tutius esse experiri ex iuribus do. Bonifacij, quam ex iure filii Caesarei. Et ita mihi videtur, saluo semper faciore iudicio.

Andreas Alciatus Iuriconsul. secundum supra scripta respondi, & subscripsi.

CONSIL. XXVII. SVMMAE.

- 1 Instrumenta publica de se faciunt fidem, & sufficiunt probationi.
- 2 Aduersus publicum documentum, requiruntur efficaiores probationes, licet alias in ore duorum, vel trium stet omne verbum.
- 3 Exceptio non numeratae pecuniae, non habet locum aduersus instrumentum venditionis, cum confessione de pretio recepto.
- 4 Reus de iure non tenetur edere actori, ad fundandam eius intentionem.
- 5 Sententia lata ex praesumptione, inducta aduersus non exhibentem rationes, nunquam transit in iudicatum, quin repertis rationibus, & exhibitis iterum cognosci possit.
- 6 Sententia praetextu praesumptionis, contraria praesumptione tollitur.
- 7 Ad ea quae de facto sunt inducta, etiam de facto debent aboleri.
- 8 Subsequentia ex precedentibus declarantur.
- 9 Interpretatio per quam narratio à conclusione discordat, non est accipienda.
- 10 Partes sicut possunt conuenire, quod stetur dicto vnus testis, ita possunt etiam conuenire quod stetur scripturae priuatae.
- 11 Qui petierunt rationes exhiberi, non possunt eas reprobare, nisi ex causa superueniente.
- 12 Depositiones factae per viros grauioris authoritatis, praesuales.
- 13 Depositiones eorum qui deponunt secundum praesumptionem legis, praesualent.

Vndatam esse praemitto intentionem Triuultiorum agerium aduersus Sefios. In primis ex duobus documentis publicis, stipulatis per do. Baltazarem Barcelum, nomine illustri dom. Theodori Triuultij, quae quidem & instrumenta de se faciunt fidem, & sufficiunt probationi: quia sunt publica. capitul. primo. de sid. instrument. l. si quis decurio. C. de sal. vbi not. nec facile ab eis est recedendum: alioquin confunderetur omnis rerum gestarum fides. Vnde licet alias in ore duorum, vel trium stet omne verbum, tamen & aduersus publicum documentum, requiruntur efficaiores probationes, l. restium. C. de testibus. quod maximè est dicendum in casu nostro, in quo tractatur de instrumento venditionis, & pretij ex ea causa recepti, aduersus quod & exceptio non numeratae pecuniae non habet locum, quia statum confessionis in l. generaliter. C. de non num. pec. imò etiam in casu, in quo tali exceptioni locus esset, puta in contractu mutui: nisi intra bienniu exceptio proponatur, instrumentum stat firmum: nec amplius auditur ille, qui pecuniam numeratam non fesse. contendit lege, in contractibus. C. de non numer. pecun. & habetur in instit. titulu. de lit. obligat. In casu autem nostro haec quae relata sunt proposita, etià lapsò decennio, vt merito standum esset dictis instrumentis. Confirmatur eorum fides ex multiplicatis assertionibus Comitiss Ludouici, liugantis cum Hebraeo, & semper affirmantis, dictas pecunias fuisse per Triuultios numeratas, quae confessiones, quamuis deinde

se per iudices, quantum respectu praedicti, concernentis ipsum Hebraeum, tamen faciunt magnam praesumptionem pro veritate rei gestae cum ipsis Triuultijs. capit. mulieri. vbi doct. extra, de iure iur. maximè cum ipse Comes Ludouicus, dum ageret in humanis, per tot annos nunquam sit conquestus, & semper ratam habuerit dictam confessionem pecuniae sibi numeratae dict. l. in contractibus. & vxor eius post mortem mariti litigando cum Hebraeo, deinde etiam transigendo tacite approbauerit. Fortius dico, quod etiam si verum fuisset, quod dictae pecuniae realiter numeratae non fuissent, sed Hebraeus ille debitor cessus fuisset adhuc obtinere debuerunt ipsi Triuultij: quia satis fuit, quod ei nolenti debitorem dederint in solutum, censeaturque talidatione liberari, vt ait Bal. in l. fin. C. de constit. pec. cum concor. per Out. Se. consil. septimo. & ideo etiam si deinde debitor iste iudaeus decoxerit, seu foro cesserit, nihil hoc potuit nocere Triuultijs, sed solù Comiti Ludouico, qui acceptauerat, vt est doct. Bartol. in l. singularia. ff. si certum petatur. quam ibi sequuntur doctores. Nec obstat quod Socin. ibi disputauit necessariam fuisse probationem, quod iudaeus iam antea esset debitor Triuultij: quia hoc dictum non est verum, vt ibi dixi: & etiam si esset verum, nihil facit: quia procederet, vbi sequuta non fuisset liberatio: de qua in casu nostro constat per geminata documenta. Et ista quidem de plano procedunt, & iuris sunt euidentissimi. Sed in casu nostro difficultatem facit ordinatio supremi consilij dominorum xl. qua pronuntiauerunt, dicta duo instrumenta liberationum inuidenda esse, ac si facta non fuissent: quia ad hoc, in quo vertitur tota difficultas praesentis controuersiae responderetur duobus modis. Primò, quia (vt ex eius lectura apparet) illa ordinatio eo colore, & praetextu fuit lata: quia Triuultij non exhibebant libros rationum Philippi Morefina, & sic lata fuit praesumptio: quia non potuit per suadari domino iudici, si facta fuisset vera numeratio, qui de hoc extaret scriptura, & crederetur, quod sponte dicti libri supprimerentur ab haeredibus, & in eorum poenam ita ordinauerunt, & quauis & de iure reus non teneatur edere actori ad fundandam eius intentionem l. qui accusare. l. final. C. edend. l. nimis graue. C. de testibus. etiam si iudicium tractetur summarie, & sine figura, secundum Bartol. in extrauagant. ad reprimendum verb. figura. ipsi neglexerunt hanc dispositionem iuris communis, & dicta instrumenta inciderunt, quo sic praesupposito, dico quod talis & sententia lata ex probationibus priuilegiatis, id est, ex praesumptione inducta, aduersus non exhibentem dictas rationes, nunquam transit in rem iudicatam, quin repertis rationibus, & exhibitis iterum cognosci possit, secundum regulam quam tradit Innocent. in capitulo tua nos. de cohabit. cleric. & doctores in l. qui adulterij. per illum textum. C. ad legem Iuliam. de adult. & in l. admonendi. vbi Bartol. & ibi omnes sequuntur. ff. de iur. reit. merito ergo sententia illa lata praetextu dictae praesumptionis, contraria praesumptione tollitur l. diuus. vbi Bald. ff. de in integrum restitut. l. cum de indebito. ff. de probation. alias surgeret magna iniquitas, & claudicaret iudicium, quod grauisimi illi iudices, & ordo quadraginta virorum propter illam praesumptionem & discesserit ab expressa & indubitata iuris dispositione, & nunc ea praesumptione cessante, non reduceret partem ad pristinum ius, facit regula, quod & ea, quae de facto sunt inducta, etiam de facto debent aboleri, secundum gloss. in l. minor. in princip. ff. de euict. & quod notat Bald. Alexand. & caeteri in l. si pacto quo poenam. C. de pactis. Alexand. in l. si finita. in primo. ff. de damno infecto. & istud postulat summa equitas, de qua in titulu. ff. q. quisque iuris. leg. prima. vt sicut in fauorem Sessorum iudices solam praesumptionem sunt sequuti, ita nunc, ea cessante, in fauorem Triuultiorum, sequantur praesumptionem ex libris Morefina orientem, coniunctam

cum veteribus documentis. Secundò principaliter responderetur, quod allegatio istius rescissionis non est admitterenda, propter oblationem factam ob ipsis Sefiis agentibus, cui Triuultij cõsenserunt, valetque huiusmodi pactum seu conuentio, quamuis ante sententiam facta, vt est in simili text. in leg. prima. §. si quis ante. ff. à quibus appell. no. lic. & in l. si in fi. C. rep. & repara. appell. & q. not. domin. de Rota decisio 287. in nouis, verba autem dictae oblationis videntur satis clara esse, quatenus Sefsi petunt exhibitionem librorum Morefina, vt veritas appareat, & dicunt se contentos certare cum armis aduersariorum, id est, vt libris, & rationibus ipsius Morefina: quia istud esset certare armis aduersariorum, & simili modo loquendi vtuntur doctores in leg. prima. C. de edend. in ratione decisionis illius text. & ibi dixi post alios: apparetque haec non esse verba enuntiativa, sed principaliter ad hoc dicta, cum propter aliud non fuerint scripta, nec incidenter apposta, secundum declarationem doct. in l. ex ijs verbis. C. de resta. milit. vbi Bald. Alexand. & Ias. & quamuis subiiciatur, quod quotiescunque iustificabitur legitime per scripturas priuatas, fide dignas quod sunt contenti computare dictas pecunias, tamò supra petierunt exhiberi scripturas Morefina, apparet quod de eis intellexerunt, tanquam de fide dignis, quia & ex praecedentibus declarantur sublequentia l. si seruus plurimum. in fi. ff. de leg. primo. cum ibi not. Et quia dictio, illa, legitime, habet tacitam subauditionem, legitime secundum supra scripta, vt in simili per Bartol. in repe. leg. de extat. ff. de minor. allegat. not. in l. stipulatio ista. ff. de verborum obligationibus. & facit quod nor. Alexand. in leg. prima. si certum petatur. Et quia nisi ita intelligeremus, narratio non concordaret cum conclusionem, quod esset absurdum. Vnde talis interpretatio nunquam est accipienda. leg. consilio. §. quæ situm. vbi doctores. ff. de cura. furio. & per Bartol. in leg. si prius. in quinta oppos. ff. de operis noui nuntiatione. His sic praemisissis deuenio nunc ad resolutionem dubiorum, quae mihi proposita fuerunt. Et in primis circa illud debium, quam fidem faciant libri ipsius Morefina nuper inuenti, atque producti? respondeo quod faciunt tantum fidei, quantum sufficiat victoriae ipsorum Triuultiorum: quia licet alia diffusus sit articulus, quam probationem faciant libri rationum, de quo per Bartol. in leg. nuda ratio. ff. de donation. in leg. admonendi. vbi omnes moder. ff. de iure iur. tamen in casu nostro non est opus plena probatione, sed sufficit coniectura & praesumptio, prout supra dixi: quam praesumptionem indubitanter faciunt dicti libri, praesertim hominis defuncti, secundum Bartol. in dict. leg. admonendi. per text. in leg. qui cum maior. §. final. ff. de bon. liber. quem sequitur Baldus in leg. rationes. C. de probatione. Alexand. consilio quinquagesimo nono, viso processu in secundo. Socin. consilio. centesimo septimo. in controuersia in secundo. maximè cum defunctus sit ante istam controuersiam motam, vnde nulla cadit probabilis suspicio. Item in casu nostro tractatur de exhibitione librorum facta ex conuentione ipsius partis: vnde etiam tali casu non est dubitandum, quin dicti libri faciant fidem: quia sicut & partes possunt conuenire, quod stetur dicto vnus certis testis, ita etiam possunt conuenire, quod stetur scripturae priuatae, vt dicit Baldus in leg. de quibus. ff. de legib. cum concord. per Alexand. in leg. prima. §. final. de verborum obligationibus. & consil. centesimo decimo tertio, in quarto volumine. & per Canon. in capitulo cum P. tabellio. de fide instrumentorum. quae conuentio facta fuit in casu nostro, vt & deduxi. Nec obstat testes examinari pro parte aduersa de mala fama, & non legalitate ipsius Morefina: quia responderunt varijs modis. Et primò quod ex quo ipsi Sefsi & petierunt dictas rationes exhiberi, non possunt nunc eas reprobare, nisi ex causa superueniente, leg. si quis testibus. C. de testibus. gloss. in §. de

Consil. And. Alciati.

licet, verbo supplicis, in authentica, de testibus. Bal. in l. in bonæ fidei. C. si certum petatur. Secundò respon- detur, quòd debent prævalere probationes Triuultio- rum de bona fama, & legalitate ipsius, tum quia de hoc 12 Responderunt viri grauioris authoritatis. capitulo, in no- stra, extra, de testibus, capitulo, licet, de probation. tum 13 Quia isti deponunt secundum præsumptionem legis. capitulo secundo, de regulis iuris. l. merito. ff. pro socio. alij autem ipsi Morefino detrectantes, deponunt cõtra præsumptionem legis: vnde minus est credendũ. leg. non est verisimile. vbi gloss. ff. de eo quòd metus causa. Lu- donic. Roman. singul. centesimo nonagesimo septimo. tum quia nulla suberat causa cur Morefino falsificaret istas rationes, cum verisimiliter non potuerit diuinare de hac lite post mortem luam intentata, vt in simili dic- cit Baldus in doct. l. rationes, nec ipse ex tali re aliquam vtilitatem caperet. Vnde casianum illud, Cui bono, at- tendi debet. in simili inquit Bartol. in l. fin. ff. de quæst. argumenta l. primæ. ff. sed si quis instrumenta. C. de lat. liber. tol. & quod notat Alber. de Ros. in l. secunda. ff. si quis, per illum textum. ff. ne quid in loco public. Nec ob- stat, quod in dictis libris sint quinque partitæ, quæ dis- cordant in factò narrationis, licet concordent in pretio exburfatio, quia istud nihil est, cum veritas sit, quod facta fuerit exburfatio, nec ideo scriptura dicatur falsa, vt per Petr. de Anchar. consil. vigesimo quarto. Riminald. in l. penult. in fi. C. de transact. Felin. in capitulo, fraternita- tis. extra, de hære. nec quicquam refert, quòd pecuniæ sint à Morefino numeratæ: an per aliam personam, quæ hoc creditum transferret in Morefinum. l. singularia. ff. de certum petatur. & in omnem casum partitæ, Morefino eodiuuantur per dicta duo instrumenta publica, & per tot iteratas confessiones, de quibus supra dixi, & ideo omnis suspicio tollitur, & fides suppletur. vt dicitur in l. si quis ex argentariis. ff. cogantur. ff. de eden. Et hæc omnia saluo temper saniore iudicio.

CONS. XXVIII. SVMME.

- 1 Spoliatus ante omnia est restituendus.
- 2 Prædo ante omnia est restituendus.
- 3 Imperator non potest violento possessori concedere castrum, quò ille per vim occupauerit.
- 4 Principi non licet sibi ipsi ius dicere in facto suo.
- 5 C. ad decimas, de restitutione spoliat. sensus.
- 6 Donanti motus.
- 7 Quoties vasallus committit aduersus dominum, vel aduersus le- gem feudi, delictum eius præiudicat etiam sequenti in gradu, & feudum consolidatur in dominum.
- 8 Contractus prædecessoris obligat successorem, dum tamen ritè hoc faciat, non causa successoris supplantan
- 9 Iudex potest non citato possessore, ei possessionem auferre, si sciat notoriè spoliatum ab eo, commissum esse.
- 10 Princeps nunquam citatur, sed ipsius fiscales duntaxat.

Respectu possessorij, casus præsens non vide- tur habere magnam difficultatem, quin illu- stris dominus Vespasianus Gonzaga restitu- dus sit ad possessionem Casalis maioris, & e- tiam oppidorum de quibus agitur: cum maiores sui de facto fuerint spoliati à duce Mediolani, fundatur enim eius intentio ex eo, quia est spoliatus, & qui spoliatus est, ante omnia est restituendus. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi. c. j. de restit. spolia. nec admittitur in tali iudicio aliqua exceptio concernens iustitiam cau- sæ: quia etiam si prædo ante omnia est restituendus. c. in literis, de restit. spolia. ff. recuperatæ. instit. de inter- di. nec etiam refert, quod spoliium esset factum auctori- tate alicuius iudicis: quia tali casu videtur procederetis quam priuatus, secundum Abb. in cap. dilectus. j. vlt. notabil. de rescript. facit l. meminere. C. vnde vi. nec rursus refert, quod spoliator auctoritate principis fuerit confirmatus: adhuc enim ante omnia spoliatus est resti- tuendus à auctoritate. C. vnde vi. vbi Barto. glo. in l. j.

C. de fund. & salt. rei dom. lib. dyodecimo. idèd impe- rantes inuestituram, seu in feudationem à principe pro- castris violentè occupatis nihil agunt: quia in feudatio- nullius est momenti, secundum Bald. in leg. prima. de constit. princ. imò Imperator non potest violento pos- sessori cõcedere castrum, quo ille per vim occupauerit, secundum Bald. in capitulo primo. ad fin. de nat. feud. nec talis occupator quamuis per principem confirma- rus, etiã longissimo tempore possideas, potest præscrip- tionis beneficio adiuuari, secundum Alexand. consilio tertio, libro quinto. Et procedit conclusio maximè in ip- so principe, qui ipse spoliauerit, prout in casu nostro: quia non licet sibi ipsius dicere in facto suo, vt in ca- pitulo primo. ff. præterea. de prohib. feud. alien. per Fe- der. in vltibus feud. & habetur in capitulo, nouit. extra, de iudi. l. prima. C. ne quis in sua caus. Et quia quòd ad hoc erat iudex incompetens. vnde etiam tali casu mili- tar regula supradicta, secundum Anton. in capitulo, conquirente. de restit. spol. & Spec. ritul. de petit. & pos- sess. ff. quoniam. Socin. consilio duodecimo. in primo volumine, Iudicium enim pertinet ad ipsum imperato- rem, à quo vterque præstendebatur inuestituræ, secun- dum tex. in capitulo, ceteri. extra, de iudi. de quo per Alexand. consil. primo in quinto volumine. Socin. con- sil. vigesimo septimo, numero primo, in tertio volumi- ne. imò etiam si ipse dux Franciscus eum habuisset in vasallum, tamen, quando quæstio vertitur inter domi- num & vasallum, ipse non debet esse iudex, sed pater regni, seu alij vasalli, secundum gloss. in dict. capitulo, ce- terum, & per Alexand. consil. trigesimo nono. in primo volumine, Bartholom. Veron. caut. nonagesima quarta. Solum superest respondere vni rationi, quæ in contra- rium adducitur, videlicet quòd huic agenti recuperan- dæ iudicio, videtur ob stare exceptio notoria. non iuris ipsius agentis. ex quo Cæsar non habet rata ea, quæ gesta sunt per Gallos, & c. in capitulo, ad decimas, de resti- tution. spolia. libri sexti. Sed ad hoc respondetur, quòd text. in dict. capitulo, ad decimas. non ita indistinctè procedit, imò spoliatus admittitur, etiam quòd sibi ob- stet exceptio notoria capitulo, porro. extra de ditor. per Bartol. in l. naturaliter. ff. nihil commune. in primo intellectu. ff. de acquirenda possessione. Præterea non est verum, quòd huic obstat exceptio notoria, imò prorsus nulla ei obstat, quia habet bonam causam in petitorio, vt mox dicam. In secundo articulo principali cõcernen- te petitorium, dico adhuc, præfatum illustrem Vespasi- anum debere obtinere, cuius intentio fundatur ex cõ- cessione quòdam Maximiliani Imperatoris facta anno millesimo quingentesimo decimo sexto, quo tempore Dux Maximilianus Sfortia, erat in Gallia concorscum Gallis hostibus ipsius imperatoris. Verba autem con- cessionis sunt, *Damus tibi, & concedimus oppidum Casalis & tres villas & c.* quæ verba importent siue feudum, siue donationem idem est, quantum ad casum nostrum: & idèd non oportet multum hac in re laborare. Ego tamè sentio quòd potius importet donationem per ea quæ ponit Oldr. in consil. centesimo quinquagesimo nono. incip. ex præsentemate quatuor. quem refert, & se- quitur Alber. in rubrica C. de donat. Alexand. consilio vigesimo quarto. in prælud. feudorũ. Dec. consil. trige- simo nono, ducesimo octauo, ducesimo sexagesimo nono, trecetesimo nonagesimo. Vnde cum illustri Vespasianus habeat titulũ à vero domino, id est, ab Impe- ratore, licuit sibi possessionem redimere ab occupatori- bus, id est, à Gallis, capitulo, dilectus. primo. de simo. ma- ximè eum tali redemptio- nensensum præstiterit ipse imperator, capitul. nuper. capitul. nisi. de donation. in- ter vir. capitulo primo. ff. & si alienatus, verfic. si non. de alien. feud. in vltibus feud. Nec obstat, quòd ius eo tem- pore non erat in imperatore, sed in Ducibus Sfortiacis: quia ad istud obiectum, in quo vertitur cardo totius lit- is respondeo tribus modis. Primò quòd imò ius erat in imperatore: quia Maximilianus Sfortia aduersus

fi.

uerfus fidelitatem conuenerat cum Gallis, quo casu ce- ciderat à iure suo, & feudum reuertebatur ad dominum, non autem ad proximum agnatum. id est, ad ducè Fran- ciscum: quia quoties vasallus committit aduersus do- minum. vel aduersus legem feudi, delictum eius præ- iudicat etiam sequenti in gradu, & feudum consolida- tur in dominum. capitulo primo. si vasal. feud. priu. not. in c. vnico. ff. si vasallus. ff. de feud. def. su. controu. & est doct. Bar. in l. eum qui. ff. de interdi. & releg. quæ doctrina est communiter approbata, vt per Alexand. consil. xxx. in primo volumine. consil. ij. xix. in quinto volumi- ne. Et est certissimum, quòd Imperator ex illo facto, quia tradidit arcem Gallis, & cum eis conuenit, habe- barillum pro rebelle imperij: & ideo feudum Ducatus ad se pertineret, & etiam obseruauit Modernus Impe- rator Carolus, qui noluit admittere Ducem Franciscũ ex veteri inuestitura, tanquam illa expirasset, sed de- dit nouam, & quidem magno pretio, vnde quòd ius in se seruauit idem, æquum est vt in alijs quoque obser- uer. l. prima. ff. quod quisque iuris. Cum ergo vis esset tunc in Imperatore, potuit illud concedere Gonzagis, & ista responsio videtur mihi clarissima. Secundò respon- deo, quòd etiam positò, quòd Imperator tunc non haberet, tamen adhuc sustinenda sit dicta concessio: cum enim consolidatum sit hodie vile dominium cum directo, & superuenerit ius in personam Imperatoris Caroli, debet habere ratam concessionem aui sui, cui in imperio successit: cum enim maximè conueniat celsi- tudini imperiali facere tales donationes l. cum plures. ff. penultimo. ff. de administr. tut. not. per doct. in l. pa- tris curatoris. C. de pat. debet successor hoc approba- re: quia (vt ait Bal. in capitulo primo, qui successit feud.) contractus prædecessoris obligat successorem: dum ta- men ritè hoc faciat, non causa successoris supplantandi, quòd arbitror ego esse verum in donatione, prout in casu nostro, in feudo verò esset distinguendum, prout in d. cap. j. & in c. vnico. ff. moribus. ff. de feud. contro. in- ter domi. & indistinctè hoc procederet etiam in feudo, si præsupponamus Imperatorem Carolum fuisse herede- dem aui sui Maximiliani: tunc enim indistinctè tenere- tur habere ratos contractus auctoris sui, & ex iure super- ueniente in personam hæredis confirmaretur cõcessio quæ prius fuisset inutilis, per ea quæ habentur per Bar- to. & doct. in l. cum vir. ff. de vscap. Tertio responde- tur, quòd quicquid sit circa supra scriptas rationes, res videtur elarior propter sententiã Ducis Borbonij: habet enim pro se illustri Vespasianum rem iudicatã. Nec ob- stat, quòd dicta sententia si redigatur ad rigorem iudici- alem, videatur pati aliquas difficultates, quia respon- deo quòd Dux Borbonij locum tenens Cæsar, & pro- cedens ex persona eius non tenebatur seruare ordinem iudiciorum in procedendo, vt est tex. in cad petitionem. in fin. de accusa. quem not. ad hoc. Bal. in cap. ij. de nou. form. fid. Idem etiam tenet doct. in cap. in causis. extra, de re iud. & per Iason. in leg. fin. C. vnde legit. Item res- pondeo quòd cum Dux Franciscus de facto & vi arma- ta istum eiecisset, debuisset illud de facto attentatum, etiã de facto rescari. gloss. in leg. minor. in prin. ff. de iust. Alex. Ias. Dec. in leg. si pacto quo pœnam. C. de transa. & facit quòd consiliũ Ludo. Rom. consil. cccclxxxij. in G. ff. vbi potest iudex etiam non citato possessore, ei pos- sessionem auferre, si sciat notoriè spoliium ab eo com- missum esse. Et hoc maximè dicendum in Duce Borbo- nij, qui erat optime informatus de tali spolio, & qui de- buit iudicare secundum cõscientiam, non attentis pro- bationibus. per doctores Bartol. in leg. prima. in fin. C. vt quæ del. ad. part. quem ibi sequuntur doct. & Gui- do Papæ de c. vigesima nona. Nec obstat quòd non ap- pareat de citatione peremptoria: quia cum Borbo- nius procederet summarè & de plano, nõ fuit necessã- rium aliud peremptorium, vt est text. in clementina, sæ- pe. verficul. sententiam. de verborum signification. Item

Consil. Andr. Alciati.

cum tale spoliium esset notoriũ ipsi Duci, non fuit ne- cessaria aliã citatio peremptoria. capitulo, cum olim. ex- tra, de re iudic. per Abb. & Canon. in capitulo, cum sit. ff. præterea. extra, de appellation. Et hoc maximè dicen- dum in dicto Duce, qui nõ tenebatur seruare ordinem iudiciarium, vt supra dixi, scilicet fuit citasse aduocatũ & procuratorem fiscalem, qui ex ordinibus, & natura officij sui erant procuratores speciales ipsius ducis Fran- cisci, & ideo etiam in practica videmus, quòd nõquam Dux ipse citatur, sed duntaxat ipsi fiscales. leg. prima. in princip. ff. de offic. proconsul. Cæsar. per Cyn. & doct. in l. si procurator. C. de edend. & fortè tunc Dux ipse Fra- ciscus non possidebat, sed erat obsessus in arce Medio- lani, & Cæsar ipse possidebat: vnde frustra fuisset citan- dus. Quæ omnia dicta sunt ad finem ostendendũ, quòd non est verum quòd obstat exceptio notoria defectus tituli in hoc iudicio possessorio, non quòd pars velit cu- mulare petitorium, & ideo concludo, partes reueren- tissimi dom. Cæsarei delegati, esse in restitutum præ- fatum illustrem Vespasianum ad possessionem dicti castri, tanquam spoliatum. Saluo iure partium in pe- titorio.

CONS. XXIX. SVMME.

- 1 Confessio facta simpliciter in testamento non probat, est reuoca- bilis, nisi testator moriatur in eadem voluntate, quia vãs let in vim legati.
- 2 Testes singulares non probant.
- 3 Duo testes deponentes de confessione facta, parte præsentè, notè faciunt, nisi sufficientem probationem.
- 4 Mutuus pecunias, & recipiens pratum ad vtendum, donec sibi restituatur pecunie, facit contractum vsua- rium.
- 5 In contractu vsuario, fructus percepti computantur in sortem.
- 6 Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.
- 7 Exceptio quæ obstat principali, obstat etiam cõsuetudini habenti causam ab eo.
- 8 Duo testes deponentes de confessione extraiudiciali facta parte præsentè, & acceptante, licet sint singulares, tamen iun- guntur vt plene probent.
- 9 Vbiunque duo testes contestes plene probant, tunc vnus tes- tis facit semiplenam probationem.
- 10 Confessio probata per duos testes probat.
- 11 Si vnus testis deponit de veritate facti, alius de confessione parte præsentè facta, isti testes iunguntur, & quilibet fa- cit semiplenam, vnde probat plene.
- 12 Duæ semiplenæ probationes a diuersis generis iunguntur, vt præ- bene quando tendunt ad eundem finem.
- 13 Duo testes singulares deponentes de confessione extraiudiciali, non coniunguntur.
- 14 Testes siue sint contestes, siue sint singulares, singularitatè administratiua commode probant.
- 15 Iudex debet applicare animum non ad vnum genus probatio- nis tantum, sed etiam ad diuersas, dummodo concludant in eundem finem.
- 16 Duo testes singulares probant semiplenæ duas confessiones, quæ geminatio illud auget, quòd per singularitatem, siue rat diminuitum.
- 17 Quando actor intentat exercitium directæ actionis alteri cõ- petentis, tunc confessio principalis quocumque tempore facta, præiudicat agenti.
- 18 Quando est facta cessio, & si confessio sit facta ante cessionem, adhuc præiudicat cessionario.
- 19 Quando cessio sit à cedente, post cessionem factam, de qua tamè cessione debitor nullam notitiam habuit, isto casu præiudicat cessionario.
- 20 Quando debitor habet simplicem notitiam cessionis, & cessio est facta commode ipsius cedentis, tunc confessio præiudicat cessionario sicut præiudicaret cedenti.
- 21 Viri prudentes contrahentes, solent prius bene considerare ins- trumenta, antequam consentiant contractui.
- 22 Licet non sit licitum subornare testem, tamen est licitum eum instruere, ad dicendum veritatem, ne propter ignorantiam peccet in testificando.

- 23 *Contrarietas que potest concordari, nihil minuit de fide testis deponentis.*
- 24 *Contrarietas circa non principalia negotij, non vitiat dictum testis.*
- 25 *Modica falsitas non tangens negotium principale, non facit, ut ideo testis reprobetur.*
- 26 *Probabilis est oblitio, que consistit in tempore.*
- 27 *Pluritas debitorum non presumitur, sicut nec aliarum rerum.*
- 28 *In casibus in quibus mulieres admittuntur ad testificandum, mulieres sunt omni exceptione maiores, & earum dictum facit semi plenam probationem, adeo quod deservit iuramentum in supplementum.*
- 29 *Bannum non operatur aliquem effectum extra territorium.*
- 30 *Infamia non admittitur ad dignitates.*
- 31 *Testis infamia facti comitatus, non rejicitur in causis pecuniariis.*
- 32 *Improbis quis, si bannitus fuerit, & per sexaginta annos steterit probus, censetur purgata omnis macula per diuturnitatem tanti temporis.*
- 33 *In impuberem non cadit doli suspicio.*
- 34 *Semiplenè probandi, debet deservire iuramentum in supplementum, &c.*

Repenso processu causæ vertentis, inter magistrum Gulielmum, & nobilem Antonium, casus videretur dubitabilis. Et prima facie videbatur intentionem agentis esse fundatam per apocham, per eum productam, & instrumentum cessionis, ex quo pro parte Antonij conuenti, non videtur sufficere probatum de liberatione seu solutione. Nam dato, quod testes per eum producti essent maiores omni exceptione, quod tamen negatur per aliquas rationes, quas infra discutiam, nihilominus adhuc non est plenè probatum: nam Bertrandus Martini Notarius simpliciter attestatur, quod Britona creditrix in testamento voluit apponere confessionem, qualiter sibi satisfactum fuerat: sed ipse notarius non apposuit, tãquam talis confessio esset impertinens ad testamētum, sed istud dictum non videtur probare: quia confessio facta simpliciter in testamento non probat, & est reuocabilis: nisi testator moriatur in eadem voluntate, quia valet in vim legati. cum quis decedens, ff. de leg. iij. l. Lucius. ff. de leg. iij. & ibi doct. & cano. in c. si de iureiur. ab inte. sed legatum non probatur, neque semiplenè per vnum testem, ut dicit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. Nec etiam Margareta, neque presbyter Syfredus videntur probare: quia deponunt simpliciter de confessione extraiudiciali facta, parte presente, & sunt singulares: quia vnus deponit de vna, alius deponit de alia facta alio tempore: ergo non probant iurifurandi, vbi Bald. C. de testib. & hoc in terminis videtur tenuisse Iaco. de Raven. Petr. & Cy. in l. C. quæ sit lon. consue. Bal. in l. Publica in fi. ff. de positi. & est ratio: quia quilibet probatio est de se imperfecta. vnde non coniungitur secundum Sali. in d. l. admonendi. quem ibi refert, & sequitur Io. Bap. de S. Seuerino. & suadet ista opinio ratione, nam si duo testes deponant de eadem confessione facta, parte presente, certum est, quod non faciunt: nisi sufficientem probationem, ut per Bal. in d. leg. Publica, & in leg. si non fortem. ff. de iur. iur. ff. de cond. indeb. Abb. in c. cum dilectus. de succes. ab inte. Pau. de Ca. consil. cccxliij. quæritur Alexand. consilio. xxv. viso instrumento. in ij. vol. Fran. de Curte in repe. d. leg. admonendi, ergo si deponunt de diuerso actu debet diminui de fide: quia aliàs sequeretur, quod singularitas nihil operaretur, quod est absurdum. d. leg. iurifurandi. Sed his non obstantibus, puto dictum Antonium esse absolendum, pro cuius euidentiore declaratione vidobimus. Primo, nunquid sit fundata intentio creditoris ex apocha. Secundo, nunquid dictus Antonius plenè probauerit exceptiones suas. Circa primum, ut apparet ex lectione apochæ, iste creditor i mutauit Antonio centum florenos, Antonius dedit sibi pratum ad v-

tendum fruendum donec illi restitueret dictas pecunias, certe iste contractus est usurarius, & debet creditor sibi computare fructus in fortem, ut est tex. apertus in cap. j. extra, de vsur. vbi Abb. & alij notant. & istud non habet difficultatem: & propterea si Antonius fatiscit de illis centum florenis, competit sibi actio ad repetendum dictos fructus, etiam ab hæredibus. c. tua nos. eod. titul. de vsur. quia tenetur i hæres exonerare conscientiam defuncti. cap. si. de sepult. cap. à vobis. ij. de sent. excomm. Pet. de Anch. in reg. peccatum. de regu. iur. in vj. Abb. in cap. ij. de præscri. si vero non satisfecit potest eos fructus computare nedum aduersus hæredem, sed etiam aduersus cessionarium: quia i exceptio quæ obstat principali, obstat etiam cuilibet habenti causam ab eo. leg. in his. ff. non debet. ff. de reg. iur. Bald. consil. lxxv. in iij. facit quod not. Bartol. in leg. si superatus. ff. de pign. Circa secundum dico quod imo Antonius plenè probauit exceptionem suam, & sic liberatorem. Nam verior est opinio, quod imo duo testes i deponentes de confessione extraiudiciali facta parte presente, & acceptante seu ad instantiam ipsius, licet sint singulares, tamen iunguntur & plenè probent, pro qua opin. adduco: quia vbi quicunque duo testes contestes plenè probant, tunc vnus testis facit semiplenam probationem, secundum Bartol. in d. leg. admonendi. post gl. ibi, sed i confessio probata per duos plenè probat, ut supra dixi. & per Bald. consilio. cccxlvij. in iij. volu. ergo vnus facit semiplenam probationem. sequitur ergo quod dictus presbyter Syfredus faciat semiplenam, dicta Margareta faciat aliam semiplenam, & sic resulcet plena probatio, confirmatur, quia i vnus testis deponat de veritate facti, alius de confessione, parte presente facta, isti testes iunguntur & quilibet facit semiplenam, vnde plenè probant, ut dicit Alexand. in leg. Gallus. ff. ille casus. vers. sed pro istorum intelligentia. ff. de lib. & posthu. Aret. & Mod. in cap. cum causam. extra. de proba. Bald. consilio. cccxviii. præsupposito statuto. in fin. in j. volu. Pau. Cast. consilio. cix. vlt. petitione. in ij. volu. in nouissimis, & dicit Iaf. esse communem opin. in repe. d. l. admonendi. vers. item adde in quantum Barr. cum ergo quilibet facit semiplenam probationem in casu nostro, consequenter est, ut iungantur, & plenè probent per doct. Bartol. in d. leg. admonendi. vers. his præmissis. quæro. vbi concludit, quod i quæ semiplenè etiam diuersi generis iunguntur, ut probent, quando redunt ad eundem finem, prout est in casu nostro: quia iste probationes redunt ad finem, ut fidem faciãt iudici, quã fidem debet iudex colligere, nedum ex vno genere probandi, sed etiam ex pluribus leg. iij. ff. de testi. ff. de testi. in terminis istam partem consulendo firmavit Paul. de Cast. in d. consilio. cix. & in consilio. cclxix. viso processu agitato. in ij. vol. circa fin. Fran. de Curte in d. leg. admonendi. & licet Iaf. in d. leg. admonendi. vers. per ista considera. reprobet Pau. de Cast. per not. per Anto. de But. in c. licet ex quadam. de testi. vbi dicit Ant. quod i duo testes singulares deponentes de confessione extraiudiciali non coniunguntur, tamen idem Iaf. sequutus est Paul. de Cast. & bene, quia Butrius debet intelligi de confessione, quæ facta est, absente parte, de qua etiam per Alexand. consilio. cccxviii. ponderatis in ij. si verò sit facta presente parte vera, & communis conclusio est, quod iungantur, & probent per supra dicta, & facit quod not. Socin. consilio. cclxvij. posito, quod dominus Dec. consilio. cclxij. vers. & per hoc non obstat. Est verum, quod dum ipsi intelligunt idem esse si deponant de confessione facta, parte absente: quod ego istud non puto verum, sed quando pars fuit presens casus est expeditus. Non obstant not. per doct. in d. leg. fin. C. quæ sit lon. consue. & Bald. in d. leg. Publica cum simil. quia loquuntur in probatione mutui, in qua confessio non simpliciter probat actum naturale, sed nouam speciem contractus scilicet mutui ciuile. vnde si vnus probet de vero actu, & sic mutuo naturali alter deponat de mutuo

ciuili, tanquam deponentes de diuersis rebus non coniunguntur, secus est in alijs contractibus, secundum Iason. in d. leg. admonendi. & Deci. in d. c. cum causam cum simil. Non obstat alia ratio: i quia idem est siue testes sint testes, siue sint singulares singulariter ad minuculatiua: quia eodem modo probant, secundum Baldum & Alexand. in d. si ille casus. quia i debet iudex applicare animum non ad vnum genus probationis tantum, sed etiam ad diuersas: dummodo concludant in eundem finem d. leg. iij. per Bartolum in d. leg. admonendi, & sicut duo testes plenè probant vnam confessionem, ita i duo singulares probant semiplenè duas confessiones, quæ geminatio illud auget, quod per singularitatem fuerat diminutum. argu. leg. vlt. ad Trebell. per Felin. in c. si cautio. de fid. instrum. versicul. fallit vltimo. & supra dicta debet tanto facilius procedere in confessione, quæ fit ad liberandum, prout est casus noster, quæ quidem confessio facilius probat, ut est gloss. in leg. non solum. ff. si liberationis. ij. ff. de liber. leg. & consuluit plures Baldus, de quo etiam per Felin. in d. c. si cautio. in vij. fall. Ioan. Baptista. de S. Seuerino. in d. leg. admonendi. versicul. tertius sit, & c. Et sic concluditur per dictos duos testes esse plenè probatam liberationem, quorum dictum adhuc confirmatur per attestationem dicti notarij, quæ valde administratur, & deducit iudicem in probabilem credulitatem. vnde proculdubio venit dictus Antonius conuentus absolendus. facit quod not. Paul. Castren. in d. leg. admonendi. & in d. leg. Quod. ff. de his, qui notant. in fam. Aduertendum est etiam, quia cum dictus presbyter Syfredus sit ille, qui fuit hæres institutus à dicta Britona, & iste actor veniat tanquam in transactione cum eo facta omnia credita fuerint sibi assignata, non potest venire nisi exiure, quod consequutus est à dicto Syfredo, & propterea confessio Syfredi presbyteri præiudicaret ipi agenti, sed quia non vidi transactionem, non possum firmare clarè, an talis confessio præiudicet agenti, solùm modo ponam aliquos casus claros in iure, ex quibus d. iudex poterit informari, quid in presenti casu agendum sit. Et primus casus est, quando actor intendat exercitium directæ actionis alteri competentis, quod est, quando est simpliciter constitutus procurator vel est facta simplex assignatio crediti, non autem celsio actionis, & tunc confessio principalis quocunque tempore facta præiudicat agenti, ut per Cyn. & Iaco. de Aretin. in leg. fin. C. de procur. per Ioan. de Imol. in leg. facta. ff. si hæres. ff. ad Trebell. & facit quod not. Ioan. Andr. in addi. Specul. in titul. de defensore. in addi. vltim. vbi ponit, an confessio domini noceat defensori. Secundus casus est, quando facta est celsio, & si confessio sit facta ante celsionem adhuc præiudicat cessionario per regulam is, qui in alterius, de reg. iur. in vj. & leg. si superatus ff. de pigno. & not. Rapha. Comens. consilio. xxx. in fin. Istud autem quod sit facta confessio ante celsionem non probatur ex sola inscriptione diei, apposita in apocha. quia potuit esse anticipata dies in fraude leg. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. Paul. Castren. consil. cccxliij. Ser. Ludouicus in j. volum. in nouissimis. vnde requiritur alia probatio. Tertius casus i est, quando confessio sit à cedente post celsionem factam, de qua tamen celsione debitor nullam notitiam habuit, & etiam isto casu præiudicat cessionario leg. fin. ff. de trasact. Din. Cin. Ruin. Bartolus & Imol. & Paul. de Castr. in d. si. si hæres. & sufficit, quod debitor habuerit notitiam alio modo, quàm per modum positum in leg. iij. C. de no at. ut per Iacob. Butr. Baldum. & Angel. in leg. actor. ff. de procur. nisi celsio esset periculo cedentis, quia tunc requiritur scientia per viam, & de qua in d. leg. iij. secundum Ioan. de Imol. in d. si. si hæres. ita intelligentem opin. Din. Cin. Rayn. ibi, & faciunt not. per Albert. Rosa. in leg. fin. C. de procur. & in leg. si actor. C. eo. Quartus casus i est, quando debitor habet simpliciter notitiam

cessionis, & celsio est facta cõmodo, vel periculo ipsius cedentis, & tunc cõfessio præiudicat cessionario, sicut præiudicaret cedenti, secundum Iacob. de Aren. & Bartol. in d. si. si hæres. per Anto. de But. & Maria. Socin. in c. in pertractandis. in quæstion. xxx. extra, de iur. calumn. & dicitur facta periculo cedentis etiam quando cessionarius est habiturus cum effectu regressum contra cedentem, puta quæ cedens præiudicet de euictione, vel alias teneat alia actione versus cessionarium: & ita saluatur opi. Guid. de Suza. & firmavit Albert. Galeo. in sua margarita, & Hubert. de Eugubio quos refert, & sequitur Ioan. Andr. in addi. Specul. titul. de celsio. act. ff. j. versicul. sed nunquid. & firmat Ioan. de Imol. in d. si. si hæres. & ista opinio habet magnam æquitatem vt not. latius in dicto loco, & consequenter, si sumus in aliquo istorum casuum, confessio ipsius Syfredi presbyteri hæredis nocebit cessionario. pro ea parte pro qua cessionarius habet causam ab eo. Nec obstant obiectiones, quæ adducuntur contra istos testes. Et primò dum dicitur, quod dictus Syfredus est vir grossus, qui nesciret facere talem quitantiam, nisi instruetus fuisset ab ipso Antonio: quia etiam dato quod istud sit verum, nõ sequitur, quin quitantia sit vera, interfuit enim ipsius debitoris, qui satisfecerat videre quitantiam, & curare quod bene scriberetur: ne talis liberatio refricaretur vnquam in dubium: imo i viri prudentes contrahentes solent prius bene considerare instrumenta antequam contentiant contractui, prout dicit Paulus Castren. in leg. contractus. C. de fide instrum. nec reperitur, quod istud sit prohibitum. facit quod not. Felin. post alios in capite. præterea. de testibus cogendis. vbi licet non sit licitum subornare testem, tamen est licitum eum instruere ad dicendum veritatem ne propter ignorantiam peccaret in testificando: puta quia minus diceret. Nec obstat, quod videatur iste testis sibi cõtrarius: quia dicit, quod de duobus annis, & vltra ante mortem ipsius Britonæ fuit rogatus ad conficiendam dictam quitantiam, & tamen ex quitantia apparet, quod fuit facta, nisi de paucis mēsis ante mortem ipsius. Nam respondeo, q. hic est nulla contrarietas: quia stat simul, quod fuerit rogatus de duobus annis ante, & tamen eam non fecerit, nec habuerit pro perfecta, nisi à die discripto in ipsa quitantia: i vnde cum ista contrarietas necessario non inferatur, sed possit concordari, nihil deminuit de fide ipsius, vt habetur in cap. cum tu. extra, de testibus. Præterea ista i contrarietas non est circa principalia negotij: quia nihil refert, qua die fuerit facta quitantia. vnde talis contrarietas non vitiat dictum testis, secundum Anton. de Butr. in cap. ij. in fin. de regu. & i modica falsitas non tangens negotium principale nõ facit, ut ideo testis reprobetur secundum Bald. & Imol. leg. his verbis. ff. fin. ff. de hæred. institut. Alexand. consilio. v. in causa inquisitionis. in j. Decius consil. cclxij. versicul. xj. Præterea nõ est præsumenda hic falsitas, sed potius error: quia vt dicit Bald. in leg. presbyteri. C. de epis. & cle. i proba. bilis est oblitio in tempore consistens, allegat Innocen. vbi per eum. Non obstat, quod Margareta dixerit se nescire, de quo debito loquerentur, & consequenter posset esse de alio, quia respondeo, quod imò præsumitur, quod sit de isto, ex quo i pluralitas debitorum non præsumitur, sicut nec aliarum rerum leg. omnium. vbi Mode. C. de testam. cap. in præsentia. vbi Decius in ix. not. de probat. & licet sit mulier i tamen dicitur maior omni exceptione, & facit semiplenam probationem, ita quod ex solo mulieris dicto potest differri iuramentum in supplementum probationis ex quo sumus in casibus, in quibus mulieres admittuntur, vt dicit d. Ioan. Baptista. de S. Seuerino, in repe. d. leg. admonendi. versicul. hic inferi potest quæstio. Non obstat, quod ille notarius à Comitatu Venayfinit: quia tale bannum non operatur aliquem effectum extra territorium bannientis, vnde in loco Buxi est persona integra, & maior omni

exceptione, & admissibilis ad omnes dignitates l. ij. §. A
 ex actis. vbi dicit Bal. Albert. de Rosita seruati. ff. de ori-
 gin. iur. Nellum de S. Geminiano in tracta. bannitorum.
 in iij. parte, secundum temporis quæstio. lxx. & tamen
 si esset infamis non deberet admitti ad dignitates. l. ij.
 C. de dignitat. libr. 12. cap. infamibus. de reg. iur. in 6. &
 dato ¶ quod aliqua infamia saltem de facto eum comi-
 tatur, prout aliqui tenuerunt, tamen non propter hoc
 reijcitur eius testimonium in causis pecuniarijs, vt est
 communis opin. in leg. cunctos populos. vbi Iaso. C. de
 sum. trin. & fid. catho. & in c. testimonium. extra. B
 de testibus & ista maxime procedunt in eo, qui sit banni-
 tus ex contumacia, de quo per Bartol. in l. i. c. i. fustium.
 ff. de his, qui notant. infam. Alexand. consilio cxliij. in
 ij. Albert. de Ros. in leg. ex ea. ff. de postul. & cum iste ¶
 fuerit impubes bannitus, & steterit probus per 60. an-
 nos, certe censetur purgata omnis macula per diutur-
 nitatem tati temporis arg. l. si quis diuturno. ff. de pen-
 & facit text. in §. nã & si vitium. in authen. de monach.
 per Roman. consil. cccxxvj. & per Iaso. leg. si prius. in iij.
 oppo. iij. part. princip. Bart. ff. de oper. nou. num. & quod
 not. Guid. Papa. quæst. Delph. cclx. Præsertim cum fue-
 rit bannitus impubes, & ¶ existens in ætate, in qua non
 cadit suspicio doli leg. j. C. de fals. mo. leg. pupillus fin. fa-
 ri. ff. de acquirend. hæred. Et dato, quod casus esset du-
 bius, quod non est verum per supradicta, non potest ne-
 gari, quin perenti deberet deferri iuramentum in supple-
 mentum probationis, & hoc in distinctè, ex quo pluf-
 quam ¶ semiplenè probauit, vt habetur in dict. leg. ad-
 monendi.

CONS. XXX. SVMMÆ.

- 1 Doctorem opinio cum sit de processu, in actis est referenda.
- 2 Si in sententia fiat relatio ad opinionem doctorum, quod secun-
dam eam iudicatur si apparent, non ita esse sententia, est
ipso iure nulla.
- 3 Doctorem opinio ex causis sequenda.
- 4 Iudex qui habet iudicare cum consilio aliorum, non tenetur
illud sequi.
- 5 Arma potius quam iura scire miles legislator existimat.
- 6 Quando sit commissio de aliqua re alicui, cuius rei peritiam
non habet, non sufficit quod talis habet consilium, sed debet
illud sequi.
- 7 Qui ex forma legis accipere consilium debet, illud etiam sequi
tenetur.
- 8 Princeps est lex animata in terris.
- 9 Participium secuta quid denotet.
- 10 Opiniones doctorum in iudicando sunt sequende.
- 11 Ex eo quod postsecutus est, colligitur quod à principio actum
fuerit.
- 12 Plures coniecturæ licet per se non sufficiant, collectæ tamen suf-
ficiunt.
- 13 Inferior à Principe non potest supplere nullitates, & si supplet
actus est nullus.
- 14 Legatus quando in mandato suo habet, quod possit facere quicquid
Papa potest, debet posse dispensare etiam circa proces-
sum, quia illa clausula habet vim mandati specialis.
- 15 Partes litigantes sub iudice incompetenti, & nihil opponunt
processus coram eodem iudice, factus valet.
- 16 Clausula in principio posita, modificat omnia subsequenda.
- 17 Qui fundat intentionem suam in aliquo, illud debet probare.
- 18 Rei conuenti actor non probante sunt absoluendi.
- 19 Citatio cum termino nimis breui dato ad comparandum vitiat
processum.
- 20 Priuatus sua possessione per tres sententias, nullas potest
petere se restitui in sua possessione, & debet etiam resti-
tui ad fructus non solum perceptos, sed etiam qui percipi
potuerunt.
- 21 Qui acquiescit executioni sententia nullæ, videtur sententiam
approbasse.
- 22 Qui voluntate propria amisit possessionem, non potest præten-
dere se spoliatum.
- 23 Iuri dicente de nullitate prescribitur 30. annis.
- 24 Remedium restitutorium 30. annis prescribitur.
- 25 Sententia nulla non constituit quem in bona fide.

26 Per prescriptionem 30. anno. purgatur omne vitium etiam
reale.

27 Restitutio in integrum propter prescriptam ignorantiam
non videtur habere locum in prescriptione excedente
quadraginta annos.

28 Qui dicit iudici se paratum esse obedire mandato eius, ex si-
mili responsione non arguitur aliquis consensus, quominus
dici possit de nullitate.

29 Sententia nulla ex consensu partium conuallidari non potest,
in vim sententia.

30 Executio trium conformium, licet nullarum propter nullitas
obiectum impediti non potest.

31 Consentiens executioni sententia nullæ, non censetur renun-
tiare nullitati.

32 Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.

33 Restitutio in integrum propter ignorantiam competit etiam
lapis quadraginta annis.

34 In prescriptione longi temporis ipso iure tempus non currit
contra pupillos, quatenus verò sunt adulti, currit ipso iure
sed competit restitutio.

Consilium multis, quæ in presenti casu possunt ad-
 duci, breuiter attingam, quæ ad victoriam
 mihi sufficere videantur, & quia quam plurim-
 e nullitates deducuntur, circa quas arbitror
 ab alijs eleganter fuisse allegatum, de vna tantummodo
 verba faciam, per quam clarissimè de iure magnifici D.
 Antonij agentis ostenditur. Et quia in facto constat cõ-
 missionem per regiam maiestatem factam fuisse D.
 Senescallo, vt sequitur quorũdam doctorum opinione,
 iudicaret, qui deinde in sententia se eorum opinionem
 formaliter insequi velle dicit, & suppleret defectus pro-
 cessus iuxta constitutionem regiarum formam ex qui-
 bus verbis apparet euidenter nullitas sententia, cum e-
 nim ista opinio ¶ doctorum sit de processu, & ideo in a-
 ctis relata sit, prout etiam referri de iure debuit. cap. du-
 dum. extra. de elect. per Spec. tit. de dis. iur. & alleg. §.
 porrò. verfic. & not. Pract. Papien. in tit. de forma petit.
 in str. copi. circa princ. & ¶ in sententia fiat relatio, quod ¶
 secundum eã iudicatur si appareat non ita esse, sententia
 est ipso iure nulla, vt per Bart. & doct. in leg. j. C. de erro.
 calculi. cum concord. In consilio enim doctorum con-
 cluditur processum fuisse nullum, & ita iudicandum esse,
 nisi Rex eos defectus suppleret. vnde cum ipse Rex
 non suppleuerit, sequitur quod non est seruata forma
 consilij. Confirmatur ¶ & secundo, quia videtur verior ¶
 opinio, quod iste D. Senescallus teneretur sequi eorum
 sententiam: nam licet dicant doct. quod ¶ iudex, qui be-
 bet iudicare cum consil. aliorum, non tamè tenetur
 illud sequi. cap. cum olim. extra. de arbit. cum in veteri.
 de elect. leg. quidam. §. primo. ff. de admi. tut. tamen
 istud non procedit, quando alia est coniectura men-
 tis ipsius committentis, vt dicit Hosti. in summa. de his
 quæ fiunt à præla. sine consilio capit. verficul. ego
 dico. sequitur Raph. Com. consilio quinquagesimo
 quinto. duo habentes. & per Modern. in capite. si pro-
 debilitate. extra. de officio delegat. colligitur autem ista
 mens in casu nostro ex aliquibus coniecturis. Primò
 ex eo, quod sibi nominatim fuit dictum quorum do-
 ctorum opinionem haberet. vnde videtur, quod illi
 doctores fuerunt confidentes partium: quo casu legi-
 tima est præsumptio, quod actum sit, vt eorum sen-
 tentia obseruaretur prout concludit Raph. in dic. consi-
 lio. Secundo, quia agebatur in hac causa de diffi-
 cillimis iuris articulis, quorum notitiam Domin. Se-
 nescallus: qui erat miles verisimiliter non habebat:
 ¶ arma enim potius, quam iura scire milites sacratis-
 mus legislator existimauit leg. final. in princip. C. de
 iure deliberand. sed quando ¶ sit talis commissio huius-
 modi viro de re, cuius peritiam non habet, non
 sufficit habere consilium, sed debet illud sequi argu-
 ment. leg. impuberibus. ff. de susp. tut. per Doctores
 Anton. & Ioannem de Imol. in dict. cap. cum olim. & A-
 lexander in leg. si conuenerit. ff. de re iudicat. & facit
 ratio

ratio, debent enim doctores ideo non teneri iudicem
 sequi consilium: quia factus est, si illud consilium
 illi suadeat, in quam sententiam, potius ire debeat,
 quod non potest habere locum in casu nostro, in quo
 propter articulos iuris in ea difficultate vertentes, e-
 rat iudex penitus incapax talis suasionis. Tertio,
 quia sicut in eo ¶ qui ex forma legis accipere consi-
 lium debet, lex dicit, quod etiam illud sequi tene-
 tur d. leg. impuberibus. vbi Bartolus & per Angel.
 Aret. in §. conseq. in l. tit. de susp. tut. Idè videretur di-
 cendum in eo, qui ex forma commissionis principis
 iudicat ex quo ¶ Princeps est lex animata in terris, vt in
 istis terminis est glos. in leg. & quia. ff. de iurisd. om.
 iud. per text. in §. pe. in final. in authentic. de consili-
 bus & simili argumento vitur Ias. in leg. quoties. C.
 de rei vendi. Quarto, quia verba commissionis hoc
 inferre possunt, dum datur illi facultas definiendi, se-
 quuta opinione doctorum, q. participium, ¶ sequuta, re-
 larũ ad definitione, ostendit nõ posse ab ea opinio. recedi-
 di, & istud suadet subiecta materia. constituunt. n. doct.
 differentiam, an dicatur, q. quis procedat cũ consilio, an
 cum consensu, quia ex consilio nemo obligatur ad illud
 sequendum: sed ex consensu: sed hic non lumus in his
 dictionibus, sed in verbo, opinione, in quo subiecta ma-
 teria importat, vt iudex eã sequatur: quia ¶ opinionem
 doctorum in iudicando sunt sequenda. leg. secund. in fi-
 nal. verficul. Primus diuus Augustus. ff. de origin. iu-
 ris. & sic perinde est, ac si dictum esset consensu.
 Quintò, suadet hæc opinio, quia (vt apparet ex
 sententia) egit iudex, vt formaliter tale consilium
 sequeretur: vnde ¶ ex eo quod post sequitur est,
 colligitur quod à principio actum fuerit. l. sed Iulianus.
 §. proinde. ff. ad Macedon. leg. litibus. C. de agric. &
 censit. per Do. Florian. & Fulg. in leg. non est neces-
 se. ff. de probat. & per istas coniecturas satis apparet,
 quod debuit iudex sequi dictas opinio. & dato,
 quod ¶ aliqua ex his coniecturis singillatim non es-
 sent sufficientes, collectæ tamen debent sufficere leg.
 secund. §. primo. ff. de excusationib. tut. & per Barto-
 lum in leg. prim. §. iidem Cornelio. ff. de quæstio. vnde
 apparet, quod nisi iudex sequitur fuerit dictas o-
 pinio. sententia est nulla cap. ex parte. vbi latè per Mo-
 der. de constitut. & habetur in præallegatis locis.
 Tertio, confirmatur hæc opinio. quia dato etiam,
 quod potuisset iudex recedere à dictis opinionibus,
 tamen ex lectura sententia apparet, quod noluit recede-
 dere, vnde si recessit, sententia non valet cap. cum
 super. extra. de officio. deleg. & quod not. Feder. de
 Sen. consilio ducentesimo quarto. cap. vicarius. iuxta
 illud vulgare, q. potui nolui, quod volui adimplere ne-
 quiui: & quod recessit, apparet, quia debuit pron-
 tiari processum esse nullum, nisi Rex suppleuisset:
 & tamen pronntiauit eam valere, & ipse supple-
 uit, attentis regis constitutionibus. Quod autem non
 posset ipse supplere probatur eo fundamento, quia ¶
 inferior à principe non potest supplere nullitates. ex
 quo non habet potestatem super hoc, & si suppleant,
 actus est nullus, vt per gloss. in clement. sæpè. in
 verbo, mandamus. de verb. signifi. vbi Modern. attingunt,
 & habetur in leg. nemo potest. ff. de leg. §. obli. l. qui
 sed contra hoc duo obstant. Primò, quia videtur,
 quod ex forma commissionis potuerit supplere, in
 qua Rex illi committit vires suas totaliter cum potestate exe-
 quendi quicquid ordinauerit: quæ verba propter sui gene-
 ralitatem videntur comprehendere istum casum: sicut
 videmus, quod ¶ quando legatus in mandato suo ha-
 bet, quod possit facere quicquid Papa potest, debet
 posse dispensare etiam circa processum: quia hæc clau-
 sulahabet vim mandati specialis, argument. not. Bar-
 tolus in leg. procurator cum libera. ff. de procur. & fir-
 mat Anton. in cap. exposuit. de dilat. & Alber. in cap.
 cum dilecti. extra. de iudic. Secundo obstat, quia dixit
 se hoc facere vigore constitutionum regiarum, quate-

nus expediat, nam dato, quod nullæ constitutiones
 reperiantur super hoc, non tamen sententia ideo de-
 bet esse nulla, ex quo talis error non est euident, nec
 potest ad oculum demonstrari: quia posset accidere,
 quod tales constitutiones essent extrauagantes, quar-
 rum tamen cognitionem ipse haberet, vt per Bartol. &
 doctores in leg. cum prolatis. ff. de re iudic. per Innoc.
 Abb. & Moder. in cap. P. & G. de offic. delegat. quæ sen-
 tentia tantum magis procederet, si teneremus, quod
 imò non fuit necessaria aliqua suppletio ad dictum pro-
 cessum: quia dato, quod Rex auocauisset ad se causam
 appellationis simpliciter, tamen ¶ ex quo partes litiga-
 uerunt sub dicto iudice & nihil opposuerunt valet pro-
 cessus secundum Innoc. & Compof. in cap. ceterum.
 de rescrip. & per Perus. in cap. vt nostrum in quarto &
 quinto casu, de appellat. Sed his non obstantibus, ad-
 huc dicendum est dictam sententiam esse nullam. Non
 obstat prima ratio, quia ex quo in mandato regio com-
 missio erat, vt mediante iustitia, Senescallus dictam
 causam terminaret, licet deinde committatur totaliter
 vires regie, tamen intelligitur secundum præmissa; vi-
 delicet, mediante iustitia, argument. clem. j. & ibi nor.
 de præbend. & ¶ quia clausula in princ. posita modifi-
 cat omnia subsequenda leg. iij. §. j. ff. de lib. & posthum.
 nec est verisimile, quod per talia verba sit sibi concessa
 facultas conuallidandi actum nullum, & sic agendi
 contra leges leg. formam. C. de offic. præf. præf. & quod
 habetur in cap. dilecti. secundum primum intellectum
 extra, de iudi. Præsertim cum eo ipso, quod processus er-
 rat nullus, ius fuerat quæsitum Domino de Auroso-
 no tunc reo conuento, in cuius præiudicium non
 est dicendum quod potuerit Senescallus supplere,
 vt habetur in leg. final. C. si contra ius, vel vtilit.
 public. facit quod not. in leg. ij. meritò. & §. si quis à
 principe. ff. ne quid in loc. publi. Non obstat secundum,
 quia nisi ostendatur extare regias constitutiones illi
 tribuentes, facultatem supplendi, sententia erit nulla.
 fundata enim est intentio dicentis nullam, ex processu &
 sententia, ex quibus apparet alio non confitto, iun-
 cta etiam dispositione iuris communis, quod Senescal-
 lus non poterat supplere ¶ vnde cum istæ constitutio-
 nes sint fundamentum intentionis pro validitate, agen-
 tium ad eos pertinet, probare iuxta glo. in ca. venera-
 bilibus. in fin. de sententia excom. in vi. in clem. fin. in
 glo. pen. de rescrip. & alio non probato, sententia est
 euidenter nulla: quia lata fuit, non seruata forma con-
 silij, quod sequi debebat, vt supra conclusi. Et ideo
 hic non est quærendum, an valuerit processus factus post
 aduocationem causæ: tum quia nullitas causabatur et-
 iam ex alijs causis, vt existimo apparere ex dicto consi-
 lio, tum quia satis est non fuisse iudicatum secundum
 formam consilij. Et præterquam, quod ista opinio
 est verior in iure, habet etiam in se maximam æquitate-
 tem, quia vt videri potest ex processu, & consilio di-
 ctorum doctorum pars aduersa deiecit istos agentes
 seu eorum maiores de possessione propter immode-
 ratos fauores. propter quos apparet, quam indebitè
 fuerint isti de Aurosono grauati. Primò ipsi erant
 possessores, ¶ rei conuenti. vnde, actor non proban-
 te erant absoluendi. l. Arrianus. ff. de act. & obli. l. qui
 accusare. C. de eden. & tamen videmus factum contra-
 rium. dum ordinant errores processus suppleri debere
 per Regem. Secundo, quia cum dictus Senescallus
 forte declarasset dictis qui obtinuerunt quod suæ in-
 tentionis esset, eadem die fecerunt emanare decretum
 commissionis Regie, & quod iudex iudicaret vnde
 apparet fauor irrorationabilis, & nisi Rex declararet se pri-
 us ore tenus commississe, esset manifesta nullitas iuxta
 not. in l. prolata. C. de sen. Tertio, istud apparet ex ci-
 tatione, quæ fuit præsentata cum nimis breui dilatio-
 ne, cum enim repertus esset reus conuentus Aurosoni,
 quæ distat per x. leucas ab vrbe Aquensi, debuerat sal-
 tem habere terminorum duorum dierum iuxta leg. in
 itinere.

novi. *de verb. sign. in lege, j. ff. si quis cau. & tamen in effectu non habuit nisi unum diem. Quarto constat, de immoderato favore partis ex eo: quod iste reus non reperiebatur advocatos propter potentiam aduerialij, & necesse fuit supplicare Regi, qui prouideret de advocatis, unde satis potest equus iudex comprehendere, quomodo fuerit iste processus tunc agitur. Quinto, cum in consilio doctorum iurisperitorum esset clausula ad utilitatem ipsius domini Aurefoni pertinens, videlicet, quod sibi soluerentur de Floreni, iudex eam partem suspendit, & executus est omne, quod in eius damnum pertinebat, & fecit restitui pignus, & suspendit restitutione pretij contra l. in summa. C. de pign. Sexto, etiam in consilio doctorum sunt multa in manifestam laesionem iurium ipsius Aurefoni, sed quia hic agitur de nullitate, non autem de iniusticia ulterius non insistam, satis sit esse demonstratum omnem equitatem militare in fauorem ipsius nunc agentis. Secundus principalis articulus est dato, quod sententia fuerit nulla, nunquid hodie possit de nullitate dici, & agi hoc modo, quo actum fuit, & clarum est, quod spriatus possessioe sua etiam per tres sententias nullas potest petere se restitui in sua possessione, & debet etiam restitui ad fructus non solum perceptos, sed etiam qui percipi potuerunt. cum causa. vbi Abb. Imo. & Moder. extra, de offic. deleg. per D. Philip. de Perus. in repe. c. dilecto. de appella. & hoc etiam aduersus singulares successores c. sep. de resti. spo. & iij. q. j. c. redintegranda. sed difficultatem in nostro casu faciunt duo. Primum est, quia videtur dominus Elciarius tunc reus conuentus acquiescisse executioni, & approbasse dictam sententiam, quia iussus a iudice, ut dicta castra expediret, & libera traderet, & possessionem relaxaret victori, respondit se paratum obedire mandatis eius & sic videtur sententiam approbasse, ad solutionem. cum ibi not. C. de re iud. & quod not. Bal. in l. eum qui in iij. questio. C. de iur. om. iudi. & Card. vbi in terminis ita dicit se obtinuisse in eum ex officij, vbi Fel. referunt extra, de prescri. & idem Card. in suis notis causarum not. cl. xxxviii. in i. quod confessio. Fel. in c. significasti de foro compe. e. vnde de eum de eius voluntate amissa sit possessio, non potest pretendere se spoliatum. c. ij. extra, de resti. spolia. & sic corrumpit iudicium. Sextum, quod obstat est, quia cum lapsi sunt lxxij. anni, videtur, quod possessores sint tunc per prescriptionem, nam siue loquamur quo tadius dicendi nullum tali iuri prescribitur xxx. annis. l. sicut. C. de prescrip. xxx. an. per Spec. in tit. de senten. s. iuxta. in fin. Bald. in ca. sep. Imo. & Perus. in ca. dilecto. de appella. siue loquamur quo ad remedium restitutorium, dict. can. redintegranda iij. q. j. quod videtur intentatum etiam illud xxx. annis prescribitur, ut dicit Goffr. Anto. de But. Abb. & Imo. in ca. sollicitu. de resti. spolia. Soci. in l. rem, quae nobis. in xiiij. q. ff. de acqui. poss. Et dato, quod illi de Nyfano, qui obtinuerunt essent in mala fide, ex quo sententia nulla non constituit in bona fide dict. ca. cum causa. & per But. & alios. in ca. si diligenti. de prescrip. tamen si ista castra peruenerunt in singulares successores cum titulo, in quibus per prescriptionem xxx. annorum purgatur omne vitium etiam reale. l. j. ff. ad haec. C. de ann. excep. Bart. in lege, sequitur. s. si fundum. ff. de vsucap. Alex. l. Pomponius. s. cum quis. ff. de acq. poss. & ideo cum ipsi essent in bona fide debuerunt posse prescribere tam ius possessionis, quam dominij. Nec deberet concedi in integrum restitutio, propter ignorantiam praesumptam: quia talis restitutio non videtur habere locum in prescriptione excedente xl. annos per tex. in l. omnes. C. de prescrip. xxx. vel xl. anno. in fin. & consuluit Alexander. consilio clj. & consil. clxviiij. in ij. vol. Soci. in consilio ij. & consil. xxxviiij. in iij. Dec. consilio xxviiiij. Nec etiam videretur esse concedendam restitutionem propter minorum aetatem aduersus prescriptionem: quia si prescriptio incepit a defuncto maiore, & fuit completa existente ipso domin. Antonio maiore non habet locum restitutio l.*

vbi glo. in verbo, iudicij. C. si aduers. rem ind. doct. in l. quod tempore. C. de resti. milit. Sed tamen his non obstantibus, puto secundum intentionem dom. Antonij esse pronuntiandum. Non obstat. quod Do. Elciarius per illa verba videatur acquiescisse sententiae: quia ad hoc respondeo dupliciter. Primum, quia illa responsio fuit facta ad mandatum ipsius iudicis, unde non arguitur aliquis consensus, quominus possit dici de nullitate, ut probatur ex text. in c. quoad consultationem. vbi Io. de Imo. & Moder. extra, de re iudi. & per Aret. in ca. si significauerunt. de testib. videtur enim respondisse se paratum obedire magis ex necessitate, & timore iudicis, quam ex vero consensu, & sponte, ut ibi per Aretin. Secundo responderetur, quod cum sententia esset nulla, ut ostendi clarum est, quod ex consensu partium non potest conualidari in vim sententiae, ut per Bar. in l. j. C. qui pro suaurisd. & licet possint confirmari in vim pacti per tex. in l. j. C. com. vtr. ind. tamen istud intelligitur, si appareat de consensu vero consentientis, qui non est in casu nostro: cum enim tres sententiae interuenissent, non poterat propter nullitatis obiectum executio impediri. Clement. ut calumnijs, de re iudi. vnde dato, quod consensus sit executioni non tamen censetur renuntiatum nullitati, imo dicit glo. in dict. clement. j. in verbo, admittatur. quod ex quo, is, qui succumbit non admitteretur ad dicendum de nullitate, nisi prius sententia plenarie executi, consilium est, ut vltro se offerat executioni ad finem, ut quam primum possit dicere de nullitate, & cum illa gl. ibi transeunt omnes scrib. & facit doct. Bart. in l. j. ff. & parui. in fi. ff. quod vi, aut clam. quamuis agitur D. Elciarius obrulerit se paratum executioni tamen non per hoc censetur approbasse sententiam. & argumentum contrarium procederet, quando ex parte sententiam approbasset, prout loquitur Bal. & Card. & Fel. alleg. Non obstat, quod videatur obstat prescriptio: quia quo ad ipsos qui obtinuerunt, clarum est non prescribitur propter malam fidem. capit. final. vbi latissime Moder. extra, de prescrip. qui tex. procedit etiam in prescriptione iurium personalium, ut est communis conclusio ibi. Quo vero ad eorum haeredes vniuersales idem est: quia mala fides defuncti illis nocet, etiam si nollent eius accessione uti, ut est verior. & magis communis opin. doct. in c. si diligenti, de prescrip. quia tenentur haeres exonerare conscientiam defuncti. ca. fin. de sepul. & hanc opi. post longam disputationem approbat Alexan. & Ias. in l. Pomponius. s. cum quis. ff. de acqu. poss. & ab hac opin. in iudicando, & consulendo non esse recedendum affirmant Mod. Taurin. nempe Franc. Baldus in tract. prescrip. in iij. par. princ. in ij. membro, q. xii. Quo vero successores singulares, qui possiderent cum bona fide & titulo, opus esse restitutione in integrum ex clausula generali, propter ignorantiam quae praesumitur ex quo D. Antonius in alterius locum successit leg. qui in alterius. ff. de reg. iur. & ideo petens talem restitutionem non compellitur aliter probare ignorantiam, ut dicit Paul. de Cast. consilio cccxj. circa id, quod primo. in fin. in ij. volu. secundum vltimam impressionem, & magis communis conclusio est, quod si dicta restitutio competat, etiam lapsis xl. annis, ut per Alexand. in consilio lxxxiiiij. in ij. volu. consilio cxvj. in v. & ita tenuit etiam Soci. consilio lxxx. in j. & alibi saepe, & idem tenet Ias. in leg. sicut. C. de testamen. milit. Felin. in d. ca. vigilanti. de prescrip. & ab hac non esse recedendum in consulendo ex quo est magis communis opin. ut dicit Mod. Taurin. in dict. trac. in vlti. par. iij. par. princ. q. xxviiij. Aduersus eos etiam competit restitutio ex capite minoris aetatis, in quo remedio communis conclusio est, quod contra pupillos in prescriptione longi temporis ipso iure tempus non currit: quatenus vero sunt adulti currit ipso iure, sed competit restitutio. leg. sicut. C. de prescrip. xxx. vel xl. anno. per Bartol. Bald. & caeteros. in leg. fin. C. in quib. cau. in integ. resti. & secundum istam do-

somabunt, quos Deus Opt. Max. in viam veritatis deducat, Et haec omnia saluo semper saniore iudicio,

CONS. XXXI. SVMMÆ.

- 1 Exceptio rei iudicate in diuersis cessat.
- 2 Modus agendi in primis obseruandus est.
- 3 Succumbens ex vna qualitate, ad idem agere potest ex alia.
- 4 Ex qualitate adiecta, dignoscitur quae actio intentata sit.
- 5 Qualitas praecedens videtur in sequenti capitulo repetita, quando in medio non sunt alia capitula.
- 6 Dictionis dicta natura.
- 7 Dictionis praefata natura.
- 8 Petitio debet declarari secundum intentionem partis, quae eam produxit.
- 9 Fundus dotalis specialiter ad vxorem pertinet, bona tamen mariti ex dispositione legis sunt hypothecata ipsi vxori.
- 10 Non potest quis duas actiones ad idem tenentes eodem iudicio cumulare.
- 11 Tacitum non inducitur, nisi ob defectum expressi.
- 12 Expressum facit cessare tacitum.
- 13 Non subsistente expressa hypotheca, lex tacitam inducit.
- 14 Executio sicut datur respectu expressorum in instrumento, ita etiam datur in tacita hypotheca.
- 15 Hypothecarum genera earum dignoscendi modus.
- 16 Quoties aliqua dictio profertur, duo significata habens, si ad alterum tantum referri debet, de eo intelligimus quod magis proprie significatur.
- 17 Vna praesumptio, tollitur per contrariam.
- 18 Verba ambigua libelli, recipiunt interpretationem ex intentione agentis.
- 19 Clausula quae ponitur in libello videlicet super quibus omnibus rationibus: Item deducens ad omne ius, &c. agentium respiciunt, non autem contra eos intelligi debent.
- 20 Clausula in libello posita pro libelli sustentatione non inducunt quod possint intentari remedia, quae simul stare non possunt.
- 21 Statutum in Notarijs attendi debet.
- 22 Articuli euidenter nulli admitti debent ad hoc, ut statutum aliquid operetur.

M Vius illustris matronae dominae Clarae Sfortiae in causa videtur partes magnificorum ius reddere debentium esse, ut capitula admittat, & pro ea pronuntiet, & licet tunc rei iudicatae exceptio opponatur, tamen non videtur iudicis opponi: cum enim in priore iudicio egerit virtute hypothecae conuentionalis ad castrum Mongutij, & succubuerit, non tamen potest prohiberi ad eandem rem agere virtute hypothecae tacitae legalis: nec debet sibi obstatere exceptio. l. si mater, s. si quis aut. ff. de excep. rei iudi. not. in leg. pen. C. de ingen. manu. Et pro hac parte primo adducitur: quia in petitione agitur ad castrum Mongutij iure domini tanquam sit de pertinentiis plebis Incini, vbi verum ius domini non esset potens ad obtinendum dicti castrum ius petiti iure obligationis, & hypothecae virtute, causa, & occasione instrumenti dotis, & contentorum in eo, ex quibus verbis apparere qualitas vigore, cuius fuit intentata actio, videlicet, illa tanquam de pertinentiis plebis Incini, quae qualitas est maximè attendenda, quia tunc modus agendi in primis obseruandus est l. habebat, in princ. ff. de inst. act. per Inno. in c. dudum. de elect. Moder. in l. edita. C. de eden. & quia succumbens ex vna qualitate, ad idem agere potest ex alia d. l. si mater. s. si quis autem. & facit, quod not. Bar. in l. denuntiasse. s. quid tamen. ff. ad leg. Iul. de adulter. Item, quia tunc ex qualitate adiecta dignoscitur, quae actio intentata sit, ut per Bar. in d. s. quid tamen. vnde cum expressa hypotheca esset in plebe Incini cum pertinentijs suis, agendo ad castrum illud, tanquam de plebe Incini manifestè ostenditur actum fuisse ex hypotheca expressa solum. Nec obstat, si diceretur, quod illa qualitas fuit apposta solum respectu domini, non autem hypothecae, quod imò debet referri etiam ad hypothecam. & hoc suadetur quatuor rationibus. Prima est, quia tunc qualitas praecedens videtur in sequenti capitulo repetita quando in medio non sunt alia capitula. l. ij. ff. de lib. &

posth. ca. secundo requiritur. de appel. Secunda est, quia licet dubium sit cognoscere, quando qualitas cessatur repetita, tamen quando addita est dictio, tunc dicta vel praefata res, prout in casu nostro, semper intelligitur qualitas repetita, ut dicit Franc. de Aret. cōsi. clj. allegat. l. a filio s. testator. ff. de alim. & ciba. leg. & quia talis dictio est relatiua ad praecedentia, ut declarat Bar. in l. talis scriptura. in fin. prin. ff. de leg. j. Tertia, quia petitio fuit in hoc secundo membro cocepta per aduersariam: vbi verò, quae licet aduersetur superioribus tamen censetur repetere praecedentem qualitatem, ut est glo. in §. item lapilli. in situ. de rer. diui. per Bar. in l. in repetit. ff. de lega. iij. & per Alex. in l. filius a patre. ff. de libe. & posth. vbi allegat Bal. idem concludentem in casu notabili in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Quarta, quia tunc petitio debet declarari secundum intentionem partis, quae eam porrexit. l. si quis intentione. ff. de iudi. Bar. in l. is, qui reus. ff. de public. iudi. vnde cum simus in dubio, & pars dicat tunc se egisse vigore dictae qualitates, certè videtur standum eius declarationi. Secundo adducitur, nam in instrumentis dotis promissa erat, seu hypotheca plebis Incini cum suis pertinentijs ad effectum, ut soluto matrimonio, esset fundus dotalis: quo casu clarum est, quod quamuis tunc fundus dotalis specialiter ad vxorem pertinet, non tamen ideo minus caetera bona mariti sunt hypothecata ex dispositione legis iuxta tex. in leg. in rebus. versi. voluimus. C. de iur. dot. Igitur quando actum fuit ad castrum Mongutij, & intentata hypotheca non possumus dicere, quod expressa, & tacita simul intentata fuerit. cum quia tunc non potest quis duas actiones ad idem tenentes eodem iudicio cumulare, ut per Bar. in l. edita. C. de eden. cum etiam, quia istae actiones non concurrunt imò, vna praesupposita, altera cessat: non enim tacita inducitur, nisi ob defectum expressae. l. j. in princ. C. de rei vxor. acti. & quia expressum facit cessare tacitum leg. cum ex filio. s. j. ff. de vulg. & pup. meritò igitur dicendum est, quod expressa potius intentata fuerit, ex quo illa proprie est, quae ex virtute, & tenore instrumenti dotalis orta est, quae expressa, cum declaratum sit non subsistente expressa, lex tacitam inducat d. l. j. & sic sententia quae in contrarium adducitur, non solum non obstat agenti in hoc iudicio, sed potius adiuvat, ex quo tacita hypotheca non potuisset sibi locum vdicare existente expressa. His duobus fundamentis sic praesuppositis tolluntur allegata in contrarium, & primo non obstat, quod D. Clara egerit vigore hypothecae contentae in instrumento, & etiam tacita videtur contineri: ex quo ad consequentiam expressi venit. cum olim. in fi. de cens. s. l. praetor ait. vbi scrib. ff. de ope. no. nunt. l. si duo. s. Marcellus. ff. de iureiu. vnde sicut tunc executio datur respectu expressorum in instrumento, ita etiam datur in tacita hypotheca, ut habetur per Bar. in l. j. de his, quae in testa. delen. Bald. in l. vbi ad huc. C. de iur. dot. cum cor. per Alex. in l. iurifigentium. ff. quod ferè. ff. de pact. Nam respondeo tribus modis. Primum, quod admittitur hac ratione pro vera, non tamen fundatur intentio aduersarium: quia istud procederet, si intentata esset simpliciter hypotheca, sed in casu nostro est intentata cum illa qualitate, videlicet tanquam de pertinentijs plebis Incini, quae qualitas non conuenit tacitae hypothecae: quia quaecumque essent illa bona iure tacitae hypothecae subsistent in bonis mariti d. l. in rebus. & d. l. vnica. cum ergo illa qualitas repugnet, non potest dici illud remedium intentatum. Secundo respondeo, quod cum supra ostenderim tacitam, & expressam hypothecam non concurrere in exercitio, neque in origine, non possumus dicere tacitam intentatam: non enim potest negari, quin verba petitionis magis congruant expresse, ex quo illa proprie descendit ex instrumento: de illa ergo potius est intelligendum: dato igitur, quod etiam tacita possit dici provenire virtute instrumenti iuxta praedicta iura, tamen magis proprie, istud coepetit expressae, & cura

Et cum alterum necessarium intentari poterit, potius de expressa intelligemus, nam quoties aliqua dictio profertur, duo significata habens, si ad alterum tantum referri debet, de eo intelligemus q, magis proprie significatur l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vect. Bar. in l. hoc legatum per illum tex. ff. de leg. 3. Alex. in rub. ff. de iur. om. iud. Soci. consi. vltim. in ij. volu. Tertio respondeo, quod dato: quod in illis verbis posset comprehendere hypotheca legalis, tamen istud non est, nisi ex presumptione & interpretatione legis, vt satis innuit Bar. in d. l. j. ff. de his, quae in testa. desen. & habetur in dict. §. quod feret. sed ista praesumptio tollitur per contrariam praesumptionem, & interpretationem. l. diuus. ff. de integ. restit. nam cum verba ambigua libelli recipiant interpretationem ex intentione agentis l. si quis intentione. ff. de iudi. licet dominæ Clara suam petitionem declarare, quod non intellexerit de tacita hypotheca, & tali declarationi standum est, praesertim contra tertium, prout est casus noster. vnde dicit Bal. Nouel. in tract. de dote, in vj. par. in vij. priuilegio, quod vidit consulum, quod licet, quando agitur via executiua contra principalem ex ista tacita hypotheca, habeat locum statutum concedens executionem instrumentis iuxta supra allegata, tamen istud non procederet, quando ageretur contra tertium possessorem, prout erant isti Curtii, qui obtinuerunt praedictam sententiam. Quarto respondeo, quod imo istud quod venit tacite ex legis dispositione non dicitur venire ex instrumento Inno. in c. P. & G. de offic. deleg. Anro. & Imo. in c. translatio. de consi. Gemi. in ca. humanum genus. j. dist. B. id. in l. legem. C. loc. Aret. in l. si in testamento. ff. de testa. Secundo, principaliter non obstant clausula libelli super quibus omnibus, & singulis petit iustitiam, & c. Item deducens omne ius, & c. Nam licet istae clausulae habeant magnos effectus, istud est in fauorem ipsorum agentium, non autem contra eos, vt dicit Ant. de But. in c. licet. extra. de dilat. in c. exanimata. circa med. de iudi. Alex. consi. vj. in iij. & habetur per doct. in c. ij. de ord. cogn. vnde in causa praesenti non debet nunc fieri talis interpretatio, quae non sit nisi quatenus fauorabilis esset pro agente, non autem in damnum. Præterea appertent clausula, non tamen debet censi intentata esse remedia, quae simul stare non possunt. prout est legalis, & ita expressa hypotheca, nam isto modo non sustineretur libellus, sed euerteretur iuxta l. j. C. de fur. & ita expressae sententiae doct. praesertim Abb. in dict. cap. ij. & Ang. de Aret. instic. de act. §. j. & pract. Pap. in formalib. de actione reali. vers. deducendo in vlti. verbis. Et per haec videntur euacuari argumenta quae in contrarium adducta sunt. Sed vltimius aduertendum est, quia ista exceptio rei iudicatae non videtur debere admitti, quominus dom. Clara vigore ducalis edicti sit admittenda ad possessionem huius caltri, cum n. fuerit eiecta, ppter edictum regij, & illustrissimus Dux eius nullam rationem habere velit, sed mandet, eo non obstante, spoliatos restitui, certè debent praecise restitui. & pro hoc est doct. Bart. in tract. de Tyranno. in j. q. vij. q. principalis. vers. quaedam sunt, quae facta non fuissent, & c. cum enim isti Curtii, non fuissent positi ad possessionem, nisi propter Gallos, quorum timore d. Clara cessit, non debet talis eiectio valere l. decernimus. C. de sacr. ecclesi. sed ipsa restitui. & istud debet habere locum, etiam respectu sententiae petitorij: quia mediante dicto edicto regio, fuit spoliata possessione, & facta acruix, prout prius fuisset rea, quod spoliatio possessionis potuit illi esse damnosum, etiam in petitorio, §. commodum insti. de interd. & ideo debet annullari non solum eiectio vigore edicti regij facta, sed etiam omnia ex eo secuta dicta l. decernimus. vel saltem debet illi competere restitutio in integrum à sententia lata per iudices, quos merito suspectos habebat prout dicit Bar. in d. tract. Praeterea quicquid sit circa merita causae, quia in praesenti solum disputatur de admissione capitulorum, videtur esse clarissimum, quod debeant ad-

mitti ex quo habemus statutum, quod capitula sint admittenda ipso iure. Non obstat, quod obstat exceptio rei iudicatae, quae facit rem clara: quia respondeo duobus modis. Primo, quod in res non est clara per supra dicta, imò est potius clara in fauorem dictae dominæ. Secundo respondetur, quod etiam in notorijs nihilominus capitula admittenda sunt: cum enim statutum dicit, quod sint admittenda ipso iure apparet, quod nullam in hoc relinquit cognitionem iudici ad cognoscendum vtrum sint notorie impertinentia, & non admittenda, & ideo etiam in notorijs statutum attendi debet vt in simili consuluit Pau. de Ca. in consi. xxij. in ci. vltis. punitis. & consi. xxxix. & ideo voluit And. Sicut consi. xvij. in j. vol. vbi monetur alia ratione, videlicet, vt statutum aliquid operatur, quod etiam euidenter nulli articulo admittantur. & idem sentit Aret. consi. xxvij. Alex. consi. lxxxvij. in iij. volumin.

CONSIL. XXXII. SUMMÆ.

- 1 Principalis verus contumax non appellat.
2 Procurator verus contumax non appellat.
3 Quando non constat quem esse verum contumacem, interpretandum est quod sit factus.
4 Consuetudo localis, non est extendenda ad alias ciuitates.
5 Quando lex, vel statutum non distinguit, nec nos distinguere debemus.
6 Appellanti qui non surit causam committi, si deserta remanet ei imputetur, quia eius negligentia ei nocere debet.
7 Appellans, qui non fuit prosecutus appellationem, si protestatus non fuit se impeditum, exculationem aliquam ex isto impedimento prouenientem allegare potest.
8 Statuta debent intelligi ne inducant absurdum.
9 In lege praesupponuntur semper cetera habilia.
10 Absurdum est, quod curat tempus appellatioms antequam ad sit index, coram quo causa debet agitari.
11 Pars citata non comparens si iudex non sedit, non potest contumax reputari.
12 Illi solummodo dies litigatoribus cedunt, quibus Praetorius reddidit.
13 Tempus instantiae compromissi non currit, nisi à die acceptationis.
14 Haeres tenetur conficere inuentarium infra xxx. dies à tempore mortis testatoris.
15 Si extat dispositio, quod executores vltimam voluntatem debeant exequi iuxta sex menses, à die mortis computandos, intelligitur à die mortis, & scientiae.
16 Nescienti non currit tempus.
17 Stipulatio haec, decem infra annum dotis nomine dare respondes intelligitur non vt annus statim incipiat currere, sed à die contractus nuptiarum.
18 Casus à statuto omisus remanet in dispositione iuris communis.
19 Extensio passiuua habet locum in statutis, & in quibuscumque dispositionibus etiam correctorijs.
20 Qui lege permittente cessat, non dicitur esse negligens.
21 Causa appellationis habet fatalia anni, fieri potest tamen compromissum, & possunt impediri dicta fatalia.
22 Instantia decem dierum in rescripto posita non currit, dato quod post cessauerit per mensem, antequam illud praesentauerit, nec ideo id ex istimabitur absurdum.

Respondi superioribus diebus, quid iuris mihi videtur in causa principali, nunc requisitus circa duos articulos, existimaui operae pretium esse, etiam in illis copiam consilij mei facere: igitur circa primum articulum, vtrum procurator verus contumax ad audiendam sententiam, potuerit appellare? casus est clarus, quod non, vt sicut principalis, verus contumax non appellat. l. & potest edictum ff. de iudic. ita etiam procurator verus contumax non appellat l. j. §. si vbi Bar. & omnes not. ff. quando appellat. sit, quia lex simpliciter verum contumacem priuat beneficio appellationis, non distinguendo principalem à procuratore. lege, ex consensu. §. si, ff. de appellatione. Scita te.

& ita tenent doct. vt per Alex. consi. lxxxv. in ij. & in l. A saepe. de re iud. Alex. and. Iaf. Moder. l. j. §. si procurator. ff. si quis ius di. nò obtem. Feli. ca. j. vt lite non contestata. cum simili. Fallit quando non constat, quod iste esset verus contumax: quia in dubio interpretabimur potius, quod sit factus contumax, sic habeat beneficium appellandi, secundum Dec. consilio xxxiv. qui proprie loquitur tali casu. Secundo fallit, quando consuetudo fori, seu stylum curiae esset in contrarium, ita quod audiretur etiam verus contumax, secundum Felin. in dict. c. j. & in ca. quod ad consultationem. extra. de re iudi. vbi dicit talem consuetudinem esse in vrbe Roma. quae consuetudo non est extendenda ad alias ciuitates: cum sit consuetudo localis, vt per glo. & doct. can. consuetudo. j. distin. & can. illa. xij. distin. & facit tex. in l. sed licet. ff. de offic. praesid. Tertio fallit, respectu domini principalis. qui si procurator suus non sit soluendo, poterit per restitutionem in integrum implorare beneficium appellationis, secundum Bald. & Cano. in ca. significante. de appel. vel secundum alios etiam citra tale remedium dolus procuratoris non nocebit domino. vt per Bar. & alios in dict. l. j. §. si procurator. secundum aliquos. Quarto fallit, quando procurator iste, ex persona domini appellaret, vigore noui mandati, vel etiam veteris, in quo constitutus esset procurator, ad futuras causas. quae tam in re aliter respondit Domin. de S. Gemina. in consi. ij. de quo dicendum, vt per eum. sed quia non sumus in aliquo casu istarum fallentiarum, idè adhaerebamur regulae, vt talis procurator non poterit appellare. Circa secundum dubium, stante constitutione, quae disponit, quod appellans teneatur infra viginti dies prosequi appellationem, aliàs appellatio sit deserta, quaeritur à quo tempore incipiant currere illi viginti dies? & videretur quod statim à die sententiae currant. cle. sicut. de appellat. quia verba statuti, sunt clara: nec in eis sit aliqua distinctio, vnde nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de public. & quia est quod imputetur appellanti, qui non curauit causam committi, merito, eius negligentia illi nocere debet, vt dicit Ang. consi. cxl. quidam Mathaeus. maxime, cum iste appellans non possit allegare exculationem aliquam prouenientem ex iusto impedimento, cum de tali impedimento non sit protestatus secundum Bar. l. j. §. dies. ff. quando app. sit. glo. in c. cupientes. §. quod si per xx. verb. propositam. de elect. in vj. Confirmatur haec conclusio, quia cum ad faciendum terminari causam appellationis habeat appellans, nisi viginti dies, non debemus dicere, quod ad faciendam diligentiam, vt causa committatur, habeat plus termini: esse. n. hoc absurdum, & statuta debent intelligi, ne inducant absurditatem. l. seire oportet. §. aliud. de excusat. tur. & per hanc rationem ita consuluit Alex. consi. clxiv. in ij. vol. Sed his non obstantibus in proposito casu, dico contrarium esse verum, & terminum praefixum à constitutione d. vigesimo. dierum non currere, nisi à die factae commissionis. Moneor in primis, quia illa verba tenentur prosequi, referuntur ad habilitatem, dummodo ad sit sub quo fiat, prosequitio, id est, dummodo iam electus sit index praesupponuntur enim semper, in lege caetera habilia. l. qui testamento. vers. si non aliud. de test. c. j. de aeta. & quali. lib. vj. Absurdum enim esset, quod curreret tempus appellationis ante, quam ad sit iudex, coram quo causa deberet agitari. l. si in die. in princ. ff. de codit. & demon. vbi bonus tex. Simile videmus, quod quomnis pars citata non compareat, si iudex non potest contumax reputari. l. si arbiter calendis. ff. de arbit. Nam & regula est generalis iuris antiqui, seos solum dies litigatoribus cedere, quibus praetor ius reddidit l. j. in fin. ff. de diuer. & tempor. praescript. vnde si adhuc datus non sit iudex, coram quo debeat pars appellationem prosequi, non dicitur ius reddere, idè quod datus terminus appellanti non currit, & per istas rationes ita concludit dom. Lanfranc. de Oran. in Repet. ca. quoniam contra. in verbo, interlocutiones, & appellationes. extra, de

probat. vbi dicit ita vidisse consultum per magnos doctores. Et idem Lanfranc. eandem sententiam sequitur, in tract. de arb. vbi dicit ita consuluisse domin. Christophorum de Castellione. quia sicut tempus instantiae compromissi non currit, nisi à die acceptationis, secundum glossam. & doct. in leg. si cum dies. in prin. ff. de arbit. ita etiam dicendum de hoc tempore praefixo à statuto, prout etiam dicit Ioan. Firmianus, in Repertorio suo, verbo appellationis fatalia. Confirmo hanc sententiam, per tex. in ca. super eo. secundo. & ibi doctores, extra, de appel. vbi tempus datum iudici, ad decisionem causae, non incipit currere ante presentationem rescripti, quia ante praesentationem, non est iudex, & tempus non currit, nisi postquam extat iudex, coram quo quis prosequatur. Facit, quia aliàs videmus, quod licet lex opponat certum terminum, non tamen excludit qualitatem illi, secundum iuris regulas adhaerentem, vnde lex Iustiniani mandans, vt haeres conficiatur uentarium, infra triginta dies à tempore mortis testatoris. leg. scimus. §. & si praefatam. C. de iure dot. intelligitur à tempore mortis. & ad ita haereditatis. leg. iij. §. seruus si haeredi. ff. de statu lib. quod generaliter procedit, etiam in termino praefixo à testatore, secundum Bal. in leg. j. vers. xij. quaeritur C. de ijs, quae poenae nomin. sequitur Per. de Anch. & Ioan. de Imo. in c. nos quidem. extra, de testa. in notab. Ad idem adducit, quia si extat dispositio episcopi, quod executores vltimam voluntatem debeant exequi iuxta sex menses, à die mortis computandos, intelligitur à die mortis, & scientiae: quia nescienti, non currit tempus. leg. genero. vbi Bartol. de ijs, qui not. infam. leg. quia quaginta. de excusat. tur. vt merito in casu nostro statutum intelligitur à die commissionis. Et pro hac parte, etiam adduci possunt plura allegata, per Alex. in consi. xxxv. in iv. vol. vbi consuluit, quod statutum praefixum, mandans quod intra quindecim dies, à tempore dationis in solum, soluatur gabella, debet intelligi à tempore dationis, & desertionis causae appellationis, sic etiam, videmus quod ista stipulatio decem, infra annum. dotis nomine dare spondes? intelligitur, non vt annus statim incipiat currere, sed à die contractus nuptiarum. leg. tali. ff. de iure doti. vt talis terminus, secundum qualitatem rei intelligatur. Et pro hac parte consuluit etiam Alexand. consilio decimo nono. in primo vol. vbi mouetur quod tale statutum debet recipere interpretationem secundum ius commune. cap. cum dilectis. extra, de consuet. & idè si tractamus ante commissionem factam iudici operabitur, vt pars possit peruenire breuiore termino, quam secundum ius commune, de quo in cap. oblatæ. de appel. quod si non fuit facta praesentio habeat pars terminum iuris communis, ad faciendum fieri commissionem, videlicet, annum & ex causa biennium. Auth. ei qui. C. de temp. appel. cap. ex ratione. de appel. qua commissione facta tunc current tempora statuti, id est, vigesimus dies, tanquam casus ante commissionem factam censeatur quod omisus à statuto. vnde remanet in dispositione iuris communis secundum Bartolum in leg. omnes populi. q. vj. de iustit. & iur. & ibi Alexand. reprehendit supra scriptum consilium Angel. clx. Quamuis illud non attingat casum nostrum, quia in casu Angel. statutum praefigebat terminum parti, ad faciendum fieri commissionem, quod non est in casu nostro. Non obstant ergo allegata in contrarium. & in primis, quod statutum non distinguit, & c. quia respondeo, quod satis est si ius commune distinguat, cum statutum vtatur verbis, quae interpretationem accipiunt à iure communi, dum enim dicit, quod debeat appellationem prosequi, intelligitur casu quo possit eam prosequi & sic, sit facta commissio, & datus iudex, secundum supra scripta: quia tale statutum declaratur secundum ius commune. leg. ij. C. de noxal. Baldus leg. prima. in fin. ff. de fer. & quia ista est extensio passiuua, quae habet locum in statutis, & in quibus-

buscuque dispositionibus, etiam correctoriis, ut per Alexand. in l. ij. ff. de leg. j. Non obstat, quod videtur imputandum appellanti, qui non curavit causam committi, & eius negligentia debet ei nocere, cum non sit protestatus de impedimento, responde cum casus sit omisus a statuto, & de iure communi habeat dilationem anni, vel biennij, secundum dict. ca. ex ratione. non potest ante aliud tempus dici negligens, quia qui lege permittente cessat non dicitur esse negligens. arg. l. Grachus. C. de adul. Non obstant quod hoc modo, haberet plus termini ad causam committendam, quam ad prosequendam, respondeo hoc non est absurdum cum possit appellatus praevenire. d. ca. oblata. nam & videmus causam appellationis habere fatalia anni, & tamen posse fieri compromissum x. annorum. & impediri dicta fatalia Authen. si tamen. C. de temp. appella. quod ergo potest compromissum possit & lex in casu omisso a statuto nec videatur absurdum: nam & si in rescripto ponatur instantia decem dierum, non caret, dato, quod pars cessauerit per mensem, antequam illud presentauerit, nec ideo hoc existimabitur absurdum. d. e. super eo. Et haec omnia salvo semper saniore iudicio.

CONS. XXXIII. SVMMAE.

- 1 Quilibet exceptio per quam incontinenti apparet actori sine actione experiri, opponi potest ad impediendum litis ingressum.
- 2 Testamentum annullantia.
- 3 Princeps seu Dux Mediolani non alligatur statutis Mediolani.
- 4 Duces siue sint spectabiles, siue clarissimi, siue milites, dum pro do non sint in expeditione, tenentur testari secundum ius commune.
- 5 Princeps statuere non potest, quod valeat testamentum, cum minore numero duorum testium.
- 6 In testamento inter liberos, in quo sola regula iurisdictionis attenditur, tamen oportet, adesse saltem duos testes, alias testamentum non valet.
- 7 Natus ex aulterio, non habet beneficium. §. ex imperfecto.
- 8 In testamento non sufficiunt sigillum & subscriptio testatoris propter facilitatem falsificationis, sed omnino testes sunt necessarii.
- 9 Tertius possessor potest actori opponere exceptionem excusationis.
- 10 Exceptio excusationis etiam coram arbitratore attenditur.
- 11 Exceptio excusationis etiam in causa dotis, in qua summarie proceditur, attenditur.
- 12 Princeps non attendit ad ordinem iudicium.
- 13 Hypothecaria est actio in rem.
- 14 Cum testamentum est nullum, legata in eo relicta consequenter pereunt.
- 15 Princeps non videtur confirmasse, vel dedisse auctoritatem statuti contra se.
- 16 Dominium non potest cum pignore concurrere.
- 17 Exceptio praescriptionis est impeditiva litis ingressus.

Item in hoc iudicio solum tractetur de exceptio- nibus impediendis litis ingressum: tamen si qualibet exceptio, per quam incontinenti apparet, talem actorem sine actione experiri potest opponi, secundum Bar. & doct. l. nam postea quam ff. de iur. iur. quod videtur in casu nostro, in quo exhibetur testamentum, quod notorie non valet, cum in eo non sint debita solemnitates, nec aliquis testis descriptus, & dato quod Dux Ludouicus non alligaretur statutis communis Mediolani, vt pote Dux & princeps, secundum not. per Ludou. Roma. consil. ccccxlviij. in fi. tamen alligabatur saltem legi Imperatoris, cui suberari quia duces siue sint spectabiles, siue clarissimi, secundum doct. in l. imperium. ff. de iur. iud. omn. iudi. Alex. l. stipulationum in ordine. v. ff. de verb. oblig. tamen etiam tales, quamuis milites: dum tamen non sint in expeditione, teneri testari, secundum ius commune. l. si Rufinus. l. si. C. de testa. mili. & §. i. in iur. de testa. mili. & quicquid sit in casu nostro testamentum non probatur, neque secundum regulas iurisdictionum, secundum quas in ore duorum, vel trium, &c. & cui regulae subijcitur, quicum-

que quacunq; praefulgeat dignitate, & licet vniuersis, extra, de testib. & ideo dicit Ang. & Paul. Castr. in l. iij. ff. de testam. quod non possit Princeps statuere quod valeat testamentum cum minore numero duorum testium. Et in testamento inter liberos, in quo sola regula iurisdictionum attenditur, tamen oportet adesse saltem duos testes, alias testamentum non valet, vt dicunt omnes in l. haec consultiissima §. ex imperfecto. C. de testa. Alex. consil. lxxvj. in iij. imo in casu nostro videretur, quod oporteret esse rogatos iuxta l. Diuus. ff. de testa. cum hic tractetur de nato ex adulterio, qui non habet beneficium, dict. §. ex imperfecto. vt ibi per Mod. Reperit id est Naram q. xv. & istud maxime est dicendum in iste agere hypothecaria, contra reum in possessione extraneum, & nunquam subiectum tali Principi: privilegium enim illius in testando non debet habere locum veri extra neum, vt in simili dicitur in d. §. ex imperfecto. & quod consilium Dec. consil. cccc. l. a. l. a. Diuo, §. si super. de re iudi. Felin. c. qualiter. vers. ij. extra. de accus. Nec obstat sigillum, & subscriptio: quia non sufficiunt propter facilitatem falsificationis: & omnino necessarii sunt testes, secundum Alexand. d. consil. lxxvi. subscriptio enim per imitationem minus, facile potest falsificari iuxta tex. in Auth. de instr. caut. & in. in princ. l. comparationes. C. de fid. instrum. & appensio sigilli multo magis. c. cum dilectus. extra. de fid. instrum. c. significauit. vbi doct. extra. de appell. cum forte istud sigillum sit penes ipsum actorem ex reliquiis auorum bonorum, vel aliter. l. §. pen. vers. sed ne furat. C. de lat. lib. toll. & quod habetur per Doct. in l. Labeo. ff. de pact. & suspicio arguitur ex longinquitate temporis. & quod non nisi mortuis filijs hereditibus fuit factum verbum de hoc testamento, vt per Cur. Sen. consil. lvj. Rursus obicit actori exceptio excusationis, quae tertio possessori competit, iuxta tex. in Auth. hoc fi. debitor. C. de pign. nec me mouet, q. in hac causa procedatur, sola facti veritate attenda, quia non ideo videtur reuocanda haec exceptio, quae non solum ordinem respicit sed etiam partis beneficium, vt concludit Dec. in l. si si cer. per. et sibi sequitur sum: quia talis exceptio etiam coram arbitratore, attenditur secundum Balan. l. si. §. j. C. com. de leg. & etiam in causa dotis in qua summarie proceditur secundum Bart. in l. si constat ij. q. ij. partis. ff. sol. mat. vbi Alexand. Nec etiam mouet statutum Mediolani, tollens talem exceptionem excusationis, quae exceptio videtur concernere ordinariam iudicij, & c. & c. quod clericis. de foro compet. respondeo hoc potest procedere, si lis verteretur coram praetore, vel alijs officialibus communis Mediolani, qui procedunt secundum statuta sua, sed cum causa sit coram Principe, seu quod idem est eius supremo consilio, non attenditur statutum ordinatum litis aliorum iudicum inferiorum, secundum Guid. Papae decis. cxcvii. in fin. & Dec. Neapolit. cclxj. nu. xij. quia Princeps ad talem ordinem iudicium non attendit secundum Bald. l. si. C. de legib. & idem in consilijs eius, secundum Ang. l. si. C. de impub. & quia redditus vnicuique secundum patriam suam. vnde cum reus conuentus sit Genuensis: bona vero sita in agro Nouariensi nulla est ratio, cur sententia attendat ad ordinem iudicium communis Mediolani, quia vt est in confirmatione dictorum statutorum, circa finem, non pertinet nisi ad officiales communis, non autem ad senatum vel principem. Fortius dico, quod cum statutum non loquatur, quando agitur contra tertium possessorem, sed duntaxat contra fideiusso- rem, non potest extendi ad hunc casum, & communis practica, si qua est, non obligat istum forensem, litigantem pro bonis extra territorium statutum constitutus, cum enim hypothecaria sit in rem actio, leg. pigno. ff. de pigno. Bartolus in proemio Digestorum. §. tertio debet attendi locus rei. leg. finali. C. vbi in rem actio. per Bartolum leg. custodios populos. in quaest. Anglicana. C. de sum. Trinitate & fid. cath. Minus obstat, quod videatur notorium, principalem non habere

tertio debet attendi locus rei. leg. fin. C. vbi in rem actio. per Bartol. l. cunctos populos. in quaest. Anglicana. C. de sum. Trin. & fid. cath. Minus obstat, quod videatur notorium, principalem non habere heredem, respondeo, cum filij legitimi heredes scripti non fuerint haeredes patris, vt est notorium: ergo testamentum est nullum, seu irritum, & consequenter legata pereunt. leg. j. de iust. rupt. leg. si nemo. ff. de reg. iur. cum in eo non sit clausula aliqua codicillaris, nec subaudiatur respectu spuriorum, vt per Mod. d. §. ex imperfecto. q. xv. & etiam si adesset clausula illa, oporteret saltem aditam esse haereditatem a venientibus, ab intestato. glo. l. qui filio. §. seruo. ff. de haered. instit. l. in l. eam, quam nume. xij. C. de fideicom. quod non fuit in casu nostro. Merito ergo ius omne deuoluitur ad fiscum tanquam bona sint vacantia, qui fiscus non tenetur ad legata secundum Alex. & Imo. l. quidam testamento. §. quoties. ff. de leg. j. glo. l. 4. §. eadem ff. de fideicom. lib. Cyn. & alios. l. j. §. pen. C. de cadu. tol. Paul. de Cast. d. l. eam quam. Merito nulla competit actori hypothecaria ex tali legato, rursus non obstat, quod dictum statutum tollens beneficium excusationis, debet habere locum etiam contra Principem, vel habentem causam ab eo: dico contrarium, non solum per consilium. Socin. cccij. sed per consil. Ludo. Rom. ccccxlviij. in fi. supra alleg. quia non videtur Princeps confirmasse, vel dedisse auctoritatem statuendi contra se: quae ratio militat, tam in decisuius, quam in ordinarijs: & facit quod no. Card. consil. xliiij. in fi. & consil. 3. allegato per Felin. c. ius generale. j. distinct. vt merito possit reus conueniatur, vt omnibus defensionibus, quibus fiscus principalis suus. d. l. emptorem. C. de euict. & per clausulas cessionum, quae solent apponi in ipsis instrumentis. Tertio principaliter obicit actori, quia ista bona fuerunt in dominio Co. Io. Pauli titulo donationis, vnde per dominium superueniens videtur in eis extincta esse hypothecaria: cum tamen dominium non possit cum pignore concurrere. l. neque pignus. ff. de reg. iur. l. ex textante. §. Latinus Largus. ff. de exceptio. rei iudi. & extincto pignore in personam Co. Io. Pauli, sequitur, vt reuocalescere non possit ex persona ipsius heredis sui, qui ius non ex se, sed ex patre suo praetendit. l. fin. C. de euict. & cum ista sit notoria exceptio, potest opponi etiam ad impediendum litis ingressum, secundum Bar. & doct. d. l. nam postea. in princ. de iur. iur. Et etiam si in permutatione promississet pro dato & facto suo tantum: tamen istud est datum, & factum sum: quia, quod in se est, tenetur tradere re liberam a iure pignoris: alias sibi in ea re constituit. l. si cum fundum. ff. de verbor. sign. leg. stipulatio ista habere. in princ. ff. de verbor. obligat. Bartol. in l. si feruus. ff. de condit. fur. Alexand. consil. xvij. in v. Dec. cclxxxj. in 2. dubio. Nec hic agitur de aliqua euictione, quae petatur ab haeredibus. Co. Io. Pauli, vt possint se exculare per talem clausulam, sed quod pignus sit extinctum, & facile reuocalescere non potest d. l. fin. Cod. de remiss. pign. cum dominium irrevocabiliter transfisset per contractum donationis, iuxta ea quae habentur in l. debitor. ff. ad Trebell. p. Bartol. & alios. & in d. §. Latinus. Quarto principaliter obicitur exceptio praescriptionis, quae est impeditiva litis ingressus. leg. transacta. lege, sequen. ff. de verbor. signif. & cum iste reus conuentus habeat causam a Caetar. maiestate non potest ipse molestari, sed recursum est habendus contra fiscum intra quadriennium. l. bene a Zenone. Cod. de quadr. praescript. & licet Felin. c. que in ecclesiarum. de constitut. & Socin. consil. xlvj. in 4. Dec. cccclvij. ponant aliquas limitationes ad illud text. tamen non conueniunt casui nostro, & stat firma regula illius text. q. donatarius non possit inquietari: & sic tolluntur argumenta, quae prima fronte videbantur aduersus magistrum Furnarium vigere. Saluo semper iudicio saniore, & praesertim domini iudicis, cui me commedo.

CONSIL. XXXIII. SVMMAE.

- 1 Lex prohibet translationem possessionis lite pendente, quia res efficitur litigiosa.
- 2 Si contra prohibitionem legis translata sit possessio, non potest fieri in ea executio, nisi citato possessore.
- 3 In translatione possessionis semper possessor est citandus etiam si sit praedo, & quantumuis iniustus, alioquin executio est nulla.
- 4 Mulier quae cum ventris nomine in possessione esset, in alium eam possessionem transtulit ad hoc, vt ille submoueat, opus est citatione.
- 5 Attentata lite pendente omnino reuocari debent, quod fieri non potest, nisi illo citato, in quem facta est possessionis translatio.
- 6 Lex prohibet possessionem rei litigiosae transferri lite pendente, & si translata fuerit in ea non fiet executio, nisi citato possessore limiti concluso.
- 7 Vbi potest credi quod aliqua defestio possessori copetatur & factum est eo non citato, reuocari statim debet.
- 8 Regulariter iudici non creditur in iis, quae voluntarie iurisdictionis non sunt, & alteri praeducant.
- 9 Spoliatus a iudice non est restituendus, quomodo procedat.
- 10 Iudex procedens absq; causa cognitione, & parte non citata, executione si faciat potest ei de facto resisti.
- 11 Si tertius possessor vi, vel clam possident, potest ei de facto auferri possessio.
- 12 Quaelibet causa excusat a dolo.
- 13 Necessitas excusat a vitio litigioso.
- 14 Credulitas sola sufficit ad excusandum a dolo.

Magnifici domini arbitri, tanquam fratres maiores honorandi, viso processu & allegationibus ad me transmissis in causa Abiolij contra Maiolum, qui diffuse, & copiose vt inq; allegatum est, ero ego tanto breuior. Et in primis puto veram esse conclusionem, quod quamuis lex prohibeat translationem possessionis, lite pendente, quia res efficitur litigiosa, si tamen sit aduersus prohibitionem legis, translata possessio non possit fieri in ea executio, nisi citato possessore, propter dictum Inno. in c. quia V. de iudic. sentit Barto. in l. quanquam. §. Iulianus. ff. de acq. plu. arce. & tradit expressè Philipp. Perus. c. ex tenore. extra. de appell. lo. Firmia. in Repert. verbo executio. & ideo est: quia quamuis lex resistat translationi possessionis, nihilominus transfertur. l. j. §. si vir vxori. ff. de acq. poss. & t possessor semper est citandus, etiam si praedo, & quantumuis iniustus. l. planè. ff. de petit. here. l. meminerint. C. vnde vi. alioquin executio est nulla: licet Episcopus. de praeben. in vj. l. j. C. si per vim, vel alimo. Fel. c. fi. de praescript. Soc. consil. xliij. in 4. volu. Na & lex resistit t mulieri, quae cum ventris nomine in possessione esset in alium, ea possessionem transtulit, & tamè, vt ille submoueat opus est citatione. l. j. §. necessarius. ff. si mul. vent. nom. vbi Barto. sic t attentata lite pendente, omnino reuocari debent, & tamen hoc fieri non poterit, nisi citato illo, in quem facta est possessionis translatio secundum D. de Rot. decis. lvj. in nouis. & p Hypopol. Marfi. no. cxcv. quae decis. D. de Rot. non contrariatur iis, quae alibi ipsi dicant, vt infra ostendam. Quae ratione, si ex forma statuti continetur possessio defuncti in heredem, & apprehensio a quolibet interim facta annullatur, erit tamen citandus possessor, qui interim possessionem sit adeptus, secundum Bald. in rub. extra. de causa poss. & pprie. & p Alex. consil. lxxxij. per seipsum. in 2. & ideo t concludo, q. licet lex prohibeat possessionem rei litigiosae, pendente lite transferri. l. 2. C. de litig. tamè si sit translata non fiet in ea executio, nisi citato possessore per supra scripta, & est communis conclusio etiam arg. glo. l. creditor. in prin. ff. mand. & licet supra scripta conclusio reperitur limitata in aliquibus casib; t non videtur, q. aliqua dictarum limitationum procedat in questione nostra, & ideo statum est conclusio. Primò ergo limitatur in subrogato possessori litigiosi sacerdotij: quia talis non videtur citandus. c. fin. vt lit. pend. lib. 6. vbi Gemin. & fuit decisio Rotae in antiq. ccccxxxij. quae sequitur Ludouic. Roman. consil. cccxlviij. & consil. ccccxcix. Arret. & Claud. in d. l. j. §. si vir vxori. de acquir. poss. quia nullus casus subesse potuit, quod

Benedictum Capram in consil. ij. & probetur in d. l. filii. ubi. verbi non tamen ferendū. ubi considerat text. quod maritus absidū sit moratus cum nepote. & sic innuit q. si raro cum ea conuersabatur, præsumat potius filius concubinarij, qui frequentius eam possidebat. Sexta, tractatio ipsa, quia d. Bartholomæus eam semper tractauit, ut filiam eā custodiret, domi de retinendo alimēta præstando, maritandō, q. tractatio facit cessare præsumptionem d. f. defuncto secundum Paul. de Cast. consilio clxxv. super primo videtur. Fel. d. c. per tuas. Quibus sic præsuppositis, videtur resultat manifesta conclusio, quod in hoc iudicio possessorio filia hæc legitima etiam absque alia probatione debeat obtinere: siue enim intentet interdictionem, quorum bonorum, quo succurrit hæredi ab intestato possessionem hæreditatis petenti de continuanda possessione, defuncti in hæredem sufficit probatio oriens ex legitimatione, vel etiam probatio solius tractationis per ea, q. no. Barto. in l. j. C. quorum bon. ubi dicit sufficere semiplena probationes, & quæ solum præsumptiue concluderent, sequitur Dec. consil. lvj. quod not. Alex. consil. ij. in j. præpos. transmissæ. qui fil. sint legit. Felin. d. c. per tuas. verbi. ij. conclusio. Et istud videtur etiam sufficere si intentetur via decreti continuantis possessionem, vt dixi: quia in tali iudicio sumario sufficiunt semiplenæ probationes: quia censetur merum possessorium, vnde nec in eo appellatur secundum Bal. consil. cccxxx. in j. & licet Alex. consil. lx. verbi. venio ad secundum. in ij. volum. sentiat interim potior esse conditionem agnatorum, tamen loquitur quando aduersus legitimationem obstat rationes efficaces, quæ eius vim etiam in possessione iudicio eliderent, quod non est in casu nostro, per supradicta: pendente enim disputatione super viribus legitimationis non possunt agnati admitti, quorum causa est posterior filii legitimitatis leg. sed si ante. ff. de exceptionibus. & quia in hoc iudicio possessorio reiciuntur exceptiones contra legitimationem, quæ altiore indagine postulant, secundum Alex. consil. lxx. in vj. Ruinam consil. lxxxvij. in fin. in iij. Cor. consil. ix. in fin. in iij. Card. Paris. d. consil. x. nu. 30. cum sequen. Nec obstat consilium Sign. & Barbatæ, quia non loquuntur in casu absentia mariti, & concurrentibus coniecturis, de quibus supra & etiam contra illos consuluit diffusè Card. Paris. consil. x. in ij. Et ita etiam responderetur ad ea quæ no. idē Parisi us consil. xj. eod. lib. quia loquitur, quando maritus non erat absens, & conuersabatur cum vxore. Secunda quaestio est, an consensus fratrum d. Bartholomæi, qui approbauerunt dictam legitimationem quæ obliget eorum filios? Et videtur quod non, quia si non sunt hæredes patris, nō tenentur habere ratum aliquid gestum per patrem. l. cum à matre. in prin. C. de rei vend. Fortius videtur quod etiam si sint hæredes, adhuc non obligentur tali ratificatione. Cum enim ad hæreditatem patrii vocentur non ex persona parentum, sed ex propria persona tanquam proximiores agnati tempore mortis ipsius patrii. l. j. ff. vnde legi. l. ij. §. hæreditas. de ius & legit. non tenetur habere ratum, quod gestum est per actorem suum per regulam l. h. C. de euis. & quod not. Bal. post Nicol. de Matthearellis in l. quis se patris. verbi. non quaeritur si vasallus. C. vnde legit. ubi tractatur de renuntiatione feudanti qui facta à patre non impedit filiam quin possit contrauenire ex persona sua, quamuis sit hæres patris cum beneficio inuentarij, de quo per Dec. consil. clxxxv. & cccxcv. Curt. Iun. clv. Ias. consil. vij. & lvj. in 4. cum similib. Sed tamen in casu nostro sentio contrarium, quod imò isti filij si sint hæredes patris, non possint contrauenire per regulam. d. l. cū à matre. cū concor. per Dec. consil. clxxxij. in h. quia contraria procederent si dicti fratres solum præstitissent consensum simpliciter legitimationi, sed in casu nostro progressi sunt ultra, promiserunt legitimationem ipsam ratam habituros, & c. quocasu talis obligatio transit in hæredes, secundum regulam. l. si pactum. ff. de proba. & ita distinguit Raph. Fulg.

conflix. vj. paterfam. & sentit Bal. in d. l. qui se patris. ubi vult filium teneri habere ratam renuntiationem patris, qm non confecit inuentarium, in casu autem nostro non possunt isti esse hæredes cum beneficio inuentarij, propter prohibitionem statuti, & c. Tertia quaestio an d. Francisca, viuentis patre possit trahere in iudicium filios fratrum, & facere declarari legitimationem esse validam, ad eod. quod sententia in tali iudicio lata eis noceat, respectu hæreditatis domini Bartholomæi. Et difficultatem facit dictum Inno. in c. causam quæ. ij. extra. qui fil. sint legit. ubi tenet, quod hoc non sit permittendum, nec isti cogendi ad litigandum per regulam. l. purè §. h. de except. & istud dictum Innoc. sequitur. Imo in l. si contendat. ff. de fideiuss. Sal. l. 3. C. q. bo. ced. poss. Dec. c. si aut. de rescript. Sed tñ in casu nostro puto contrariā opi. esse veriorē, quia cōmunis conclusio est, q. qui est in qua si possessione alicuius rei, vel iuris, potest petere, q. si bibe tinetur seu declaratur legitima esse illa possessionem, vt est tex. in l. j. C. de Carbon. edict. in l. 3. §. missi. ff. eo. tir. vbi Bar. & est communis opin. de qua per Alex. & Mod. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. no. nū. in l. si finita. §. eleganter. de dam. infec. Fel. c. ea. quæ. de re iudi. vnde t. 14. legitimus debet posse petere, q. sua legitimitatio declaratur valida sicut potest petere, vt iterum legitimetur & ex pleniore legitimatione, se tueatur, vt consuluit Paul. Cast. consil. vi. visio testamento. ca. si. & simile decisionem ponit Bar. in l. vi. frui. §. vtrū autem. in fin. ff. si v. usufruct. per. cum simili. per. doct. in d. l. j. de Carbon. edict. Nec obstat, si praescripta decisio. Inno. in d. c. causam, quæ quæ non caret dubitatione. & doct. magis communiter tenent contrariū ind. l. si cōtendat. vbi Bar. Ang. Pau. Castr. & per Alex. in d. §. eleganter. & fatetur Dec. in c. j. extra. de confir. vtil. vel inuti. Secundo respondeo, q. Inno. ibi limitat dictum suum, vt non procedat, quando subest iusta causa, puta periculum mortis testium, de quo in ca. significauit. extra. de testib. in c. quoniam frequenter. vt licet non contest. quæ causa maxime subest in casu nostro vt possit probari, q. dicta Agnes vnquam fuit traducta à marito in domum mariti, & q. cum ea tempore conceptionis Francisce non conuersabatur. Tertiū respondeo, q. quicquid sit in aliis causis, in ista limitatione non procedit dict. Inno. quia hæc causa pertinet ad causā status, in quapoteat pcedi et si persona nolit interesse cognitioni, vt dicitur in l. diui fratres. §. j. ff. de liberal. cau. in l. sicut. datā. C. eod. tit. per Alex. in d. §. eleganter. Quartū respondē deo, q. illud dictū Inno. limitat Abb. in d. c. j. vt nō pcedat, quando confirmatio peteretur à principe, sed solū procedat coram inferiori, vnde si petatur per supplicationē in Senatu prorectam cessat omnis difficultas. Et ita mihi videtur, taluo semper faniore iudicio.

CONSIL. LXI. SVMMAE.

- 1 Per superuenientia furoris, sicut morte, reuocatur mandatū.
- 2 Furiosus non potest desinere vè aliquā possidere, quia possessio, tam civilis, quam naturalis, sicut animo acquiritur, ita & animo amittitur: Furiosus autem non potest videre habere re animum desinendi possidere.
- 3 Quia furiosus emit, possidere dicitur, & enumerantur casus.
- 4 Rerū mobilium facilius perditur possessio, quam immobilium.
- 5 Ex inutili contractu possessionem transferri.
- 6 Ex inutili contractu redditur clausula constituti inutilis.
- 7 Absque possessione non procedit vsucapio.

BAtū ita habet, Pollicio procuratorio nomine Comitis. Io. Matthæi vendidit qdā bona ipsi Comitis, & constituit se ea possidere nomine emptoris: & successiue ea bona dicto nomine, accepit in emphyteusim p certo canone annuo ab emptore, & soluit etiam canonē semel, vel bis: dicunt dicti Comitis venditionem nullam esse, nec possessionē aliquā translata esse: quia pater, ob aegritudinē, sapientia amiserat. Queritur, quis in possessione sit manentē dus? Quia de possessorio duntaxat tractatur, & eleganter per alios quoq; allegatum fuit, breuiter ego in hītam paucisque veritatem, quod in me erit, attigam. Videtur ergo

ergo mihi concludendum dictos filios in possessione A 3
manutenendos esse, nec ad aliquam canonis solutionem interim compelli posse: clarum enim est, q. quod per superuenientiam furoris, sicut & morte reuocatur mandatū. l. qui seruū. l. si quis alicui. de acq. her. ubi doct. Rursus constat, furiosum non posse desinere rem aliquam possidere: quia possessio, tam civilis, quam naturalis, sicut animo acquiritur, ita & animo amittitur: furiosus autē non potest videri habere animum desinendi possidere. l. si is q. de acq. poss. gl. j. §. j. verb. sine tutoris. ff. eo. tit. Nec obit. quod quandoq; iura dicunt eū q. furiosus emit possidere. l. nec vllā. §. j. de per. hæ. velpo possessore vsucaperel. ij. §. si a pupillo. & §. seq. de vsuc. p. empt. quia intelliguntur in casib. exceptis à supradicta regula, quarū tres enumerant à doctoribus. Primus, quādo furiosus actu ipso, & per viam facti exiisset defundo, & emptor esset ingressus: quia tunc non cōsensu furiosi, sed apprehensione emptoris quæ sita censeretur possessio, sicut in quolibet alio contingit, secundum gl. Pau. Imo Raph. Aret. Alex. l. possessionem. eo. tit. de acq. poss. Secunda est quando furiosus vendidisset rem ab alio possessam: quia tunc ex facto possidentis non autem consensu furiosi transferretur possessio. d. l. ij. §. si a furioso. vbi glo. communiter approbata. Tertius est in 4 venditione rei mobilis: q. quoniam rerum mobilium facilius perditur possessio. l. rem quæ nobis. de acquir. possel. declarat Bartol. d. §. si a pupillo. extra istos casus concludunt vno ore Dd. quod furiosus rem non desinit possidere, sed ipse remanet possessor, & consequenter eius filij: merito ergo illi in hoc iudicio possessorio sunt manutenendi. Confirmo hanc sententiam per illud, q. nonabiliter decidit Andreas de Barulo, quem refert & sequitur Alb. de Rosa. d. l. pupillus. ff. de acqui. rer. do. ubi dicit, quod si mulier quæ ex forma statuti prohibita sit alienare, alienauerit, & constituerit se possidere nomine emptoris, potior est ipso emptore, à quo fuerit realiter deiecta etiam in possessorio, sicut & pupillus, & furiosus. arg. d. l. pupillus. quia tales non possunt per viam alienationis transferre possessionem naturalem, licet per viam amissionis ex cōdo de fundo, & emptore apprehendente suus sit d. l. possessionem pupillus. Ad idem facit, quod notabiliter consuluit Ang. in consil. cccxxxvij. incip. consuetatio prædicta. ubi dicit, quod quando procurator alicuius vendit, & in venditione apponit constitutum, secundum l. quod meo. de acq. poss. tale constitutum nihil operatur, nisi postquam dominus scuerit. & etiam ipse desinet in animo suo possidere: vnde in casu nostro non potest dici translata aliqua possessio cum dominus esset impos mentis, nec possit habere animum. d. l. si is qui. plurimum enim distat an emptor ipse de facto apprehēderit possessionem an eam pretendat duntaxat per clausulam constituti, & ideo licet lex dicat q. ex inutili contractu transferri possessionem. l. j. §. si vir vxori. de acq. poss. tamen hoc est verum, quando re ipsa apprehēta est possessio, sicut si per clausulam constituti secundum Argentinum de Forliuo. quem sequitur Pau. de Cast. Alex. Ias. in d. §. si vir vxori. tunc enim t ex inutili contractu, redditur quoque clausula constituti inutilis, vt ibi per doct. Nec suprascriptis obstat, quod Paul. de Cast. in l. qui seruum in fin. de acq. hæ. dicit, quod ex tali contractu à procuratore facto transfertur conditio vsucapiendi. ergo videtur sentire, q. quod translata sit possessio, absque qua nō pcedit vsucapio. l. sine possessione. ff. de vsucap. quia respondeo, quod Paul. loquitur, quando possessio est translata per viam facti, non per clausulam constituti, vt est nostra quaestio, & ista sufficiant, vt pote in re clara, & indubitata iudicio meo.

CONS. XLII. SVMMAE.

- 1 Preceptum concessum tempore causarum suspensio, non valet.
- 2 Preceptum concessum parte non citata, non valet, neque tenet.

- 3 Defectus peremptorij sententiam Principis inuallidat.
- 4 Paria sunt non citare, & citare illegitimè.
- 5 In quocunq; iudicio, quantuncunq; sumario ante omnia plenè esse legitimandam personam.
- 6 Fideicommissarius non est verè hæres, sed fidei.
- 7 Nullitates notoriæ, & quæ constant ex actis, quandocunq; possunt opponi.
- 8 Capitula quæ per se, aut cum aliis coniuncta, faciunt aliquam ter ad causam, sunt admittenda.
- 9 Caduca non continuari.
- 10 Viuentis nulla est hereditas.
- 11 Institutio fit caduca per prædecessum hæredis ante testatorē.
- 12 Adisionis in possessionem forma.

BReuibus vtar, quia coram sapientissimi no res agitur tenendo, quod præceptum continuatorum d. Andreae de Litis concessum, nullo modo valeat, maxime in præiudicium d. Helenæ de S. Nazario. Primò, quia concessum tempore causarū suspensio, iuribus notissimis, & habetur p Peru. in c. ex ratione. de appel. Secundo, quia non citata parte saltem legitimè. l. de vnoquoq; ff. de re iudi. gl. no. in l. h. C. de legib. & propterea (vt inquit Bald. in l. ij. §. ius alimentorum. ff. vbi pupi. edu. deb.) talia præcepta sine causæ cognitione non habentur etiam pro nuda citatione, nec tenent, neque transeunt in rem iudicata: & potest quando cunq; appellari prout dicitur Canon. post Inno. in c. cum venissent de in integr. restit. Bal. in l. cum proponebatur. de leg. ij. præcipue ex defectu peremptorij, cuius quidem defectus etiam principis sententiam inuallidat, vt est gl. & ibi doct. ind. l. h. cum con cor. & paria sunt non citare, & illegitimè. l. quoties. ff. qui latid. cog. vnde dicimus q. in quocunq; iudicio quantuncunq; sumario ante omnia plenè esse legitimandam personam, vt habetur in l. si queramus. ff. de testa. & in l. ij. C. de edic. diui Adria. roll. Tertio si bene aduertatur, hic de Litis videtur velle succedere tanquam fideicommissarius, quo casu non competit beneficium decreti continuantis hæredem, cum sit intelligendum de proprio, & vero hærede, non t. de fideicommissario, qui non est verè hæres sed fidei. l. postulante. ver. l. ar. ubi, hæredis loco, & ibi quodammodo. ff. ad Treb. & l. filius. §. j. ff. quod cum eo. & quod dictum decretum sit intelligendum de vero, & proprio hærede, tenet Bal. in rub. de cau. possel. & propr. & in consil. cxlij. in j. vol. & tales nullitates notoriæ & quæ constant ex actis, possunt quando cunq; opponi. gl. in cl. j. de sequet. possel. & fruct. & in l. j. §. pe. ff. de tab. exhib. quam allegat Aret. consil. lxxvij. in h. Cur. consil. xx. habetur per Fel. in c. inter cæteras. de re iudic. post Bal. in l. vnica. C. si de momen. poss. iuc. app. & in d. consil. cxlj. licet et sit in tempore diei tū duorū vltiū petita reuocatio à tempore scientiæ & sublatæ suspensionis causarū. Et ideo ex capite nullitatis ita euidētis, & notoriæ, ante omnia est reuocandū pceptū et in tempore suspensio: cū sit cōcessū in tali tempore, vt vult Bar. in l. minor. in prin. ff. de euis. maxime ex defectu citationis, iuxta gl. in l. j. ff. si mul. vent. nom. & Bal. in l. si pacto quo pœna. C. de tranlat. Sed et p supposito, q. p dicta, q. tñ militat manifestè respectu nullitatis cessare, nō videri d. obstat, quò minus capitula pducta p do. Helenā omnino admittenda sint: non solū en aliquo modo faciunt ad causā: sed omnimodò eū. Helena velit in effectu pbare se esse continuandam tanquam in possessionem bonorum per d. Paulum Antiquum reliqtorum, & per eum possessorum, & quo sint bona possessa, neque in hoc credo aliquid fieri posse dubium: posse enim etiam absq; partis citatione & p sentia petere se cōtinuari tanq hæredē d. Pauli. Antig. & deberet concedi pceptū continuandi sumptis informationibus, neq; pceptū p dictū cōcessū illi de Litis aliqui doctat: quia nō cōtinuat in bonis d. Pauli, sed d. Alegre & Damiani, ac Pauli fantis, in uibus et eū continuari non oportet respectu infantia. Et quouis modo ad causam faciant capitula, admitti debent, iuxta ea, quæ habentur in l. si duo patroni. §. idem Iul. ff. de iureiur. & Curt. consilio lxxj. incip. super

super controuersia. & admiffa ipfo iure intelligitur per dispositionem statutorum, & filla capitula, quæ per se, aut cum aliis coniuncta, faciunt aliquam ad causam, sunt admittenda. ita Bald. in l. ad probationem. ad fi. C. de prob. Secundo intendit principaliter probare, nullo modo istum de Litis debere, nec posse continuari tãquam hæredem, mediante persona Damiani, d. Alegræ in bonis per eam relicta, cum Damianus defunctus fuit ante d. Alegram, & sic non potuit succedere, cum i uentis nulla sit hæreditas. l. qui superstitis, ff. de acq. hæ. & fit caduca institutio per prædecessum hæredis ante testatorem. l. vnica. §. j. C. de cad. tol. Neque etiam persona infantis Damiani mediante qui non adiuuit hæreditatem, cum decesserit infans, qui etiam secundum gl. in l. si infanti. ibi relata per Iaf. C. de iur. delib. & consuetudine ac styli Mediolani, vbi Iaf. & Bal. in l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. tol. non adit hæreditatem non transmittit, imò ex probationibus, & capitulis productis, si (vt creditur) id iudici constaret, deberet ex officio partem aduersam repellere, iuxta doct. Bart. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig. & illico istud intendentes nomine d. Helenæ probare, licet in materia huius decreti continuantis hæredem, non sit mittendus hæres ad possessionem succinctè, nec uel leuato: cum sit plenè tractandum de veritate, & realitate, an sit verus hæres, & sic concernit etiam causam proprietatis vt dicit Bald. in rub. extra. de cau. poss. & propr. ad fi. & in d. consi. cxl. maxime quando sumus in materia probandi testamentum per testes, quo casu d. iudex scit, quanti periculi foret, si passim concederentur præcepta continuandi opponente se contradicte, imò tunc illa opi. Bal. quod à tali præcepto possit appellari, iure approbata consuetudine quoque ac stylo comprobatur: & ideo iure merito in quadam assera ordinatione statuitur terminus probandi partibus, intra quem probè fuerit producta capitula, & quidem admissibilia, maxime ex præmissis, & ex longè subtilioribus fundamentis, quæ suppleat excellens illud ingenium integerrimi d. iudicis.

CONSIL. XLIII. SVMMÆ.

- 1. Exceptio litis fuit per tunc dicit, quæ transit in iudicium, impedit litis contestationem.
- 2. Quando tẽpus à iure communi, vel statuto vel à iudice statuitur alicui ad agendum, talis prescriptio impedit processum.
- 3. Non seruanti non est seruandum.
- 4. Omnis exceptio, per quam apparet alicui non competere ius agendi, est impeditiua litis ingressus.
- 5. Exceptio prescriptionis impedit litis ingressum.
- 6. Sententia lata per manifestum iuris errorem, est ipso iure nulla.
- 7. In confectioe inuentarij citandi sunt creditores, & quare.
- 8. Creditores citati in confectioe inuentarij, licet non compareant, non tamen præiudicatur illis, quo ad ipsum creditum.
- 9. Lex civilis non potest introducere prescriptionem cum mala fide.
- 10. In contractibus nominatis propter stipulationem, competit actio vtrique ad faciendum, quod alter alteri adimpleat.
- 11. Exceptiones altiore indaginem requirentes, referuntur post litem contestatam.
- 12. Non valenti agere, nulla currit prescriptio.
- 13. Ius canonicum circa prescriptiones seruandum est in foro civili.
- 14. Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.

Debitationibus visis quæ opponuntur aduersus interlocutoriam, latam in fauorem do. Francisci Auria, contra hæredes Petri Pinelli fideiussores, concludo partes domini iudicis esse confirmare priorem sententiam, quod vt manifestius appareat, videbimus nunquid prædictæ allegationes aliquid obstant. Et prima fronte videretur dicendum exceptiones oppositas militare, & impedire litis ingressum. Et primo opponitur t exceptio litis fuit per

sententiam quæ transit in iudicium: vnde non est dubium quin talis exceptio impediatis contestationem cap. j. de lit. contestat. lib. vj. fuerunt enim post mortem dicti fideiussores facta programmata, & citati creditores, & lata fuit sententia in fauorem aliquorum, cæteris exclusis, iuxta formam l. si eo tempore. C. de remiss. pig. quæ sententia transit in iudicium, & consequenter facit ius, quod ad exclusos. l. ingenuum. ff. de statu homi. facit quod not. Bald. in lege, fin. in xliij. oppo. C. de edi. diui Adria. tol. vbi dicit quod t quando tempus à iure communi, vel statuto, vel à iudice statuitur alicui ad agendum, talis prescriptio impedit processum. l. si re oportet. consequens. ff. de excusa. tur. vt per eum. Secundò opponitur exceptio, quod ipse Franciscus non adimpleuit transactionem ex parte sua: ergo non potest exigere: quia t non seruanti non est seruandum. l. cum proponas. ij. C. de pact. l. sul. §. offerri. ff. de act. empt. ista autem exceptio videtur impeditiua litis ingressus: quia cum lex non concedat actionem ante implementum, sequitur q. talis exceptio impedit processum: quia est agere sine actione, vt dixit Bald. in l. mater. ff. de inoffic. testam. facit quod notat Bartol. in l. eum quærebatur. ff. iudi. sol. vbi dicit, quod t omnis exceptio per quam apparet alicui non competere ius agendi, est impeditiua litis ingressus, sequuntur doctor. in l. nam & postea in princ. ff. de iureiur. cum concord. & quod notat Bald. in l. posthumo. C. de colla. Tertiò, opponitur t exceptio prescriptionis, quæ etiam impedit litis ingressum, vt per Cyn. & Barto. in l. fin. ff. pro suo. & in l. j. §. fin. ff. ad Treb. de quo etiam habetur in l. emptor. C. de prescri. long. temp. per Aret. in consi. xcix. cum simil. Sed his non obstantibus dico litem non esse contestandam qua in veritate casus iste non habet difficultatem, non obstat prima exceptio, quia respõdetur pluribus modis. Et primò dicitur, quod dicta sententia est ipso iure nulla, quia lata per manifestum iuris errorem, iuxta not. in l. cum prelatis. ff. de re iudi. Et est lata sine ordine iudicario, iuxta l. prolata. C. de sen. nam t in confectioe inuentarij licet citandi sint creditores, vt dixit gl. in verb. cæterum. communiter approbata. in l. fin. in princ. C. de iure deliber. tamen ista citatio nõ sit ad alium finem, nisi vt videant, ne decipiantur in conuentione ipsius inuentarij: quia forte hæredes supprimant aliquas res hæreditarias, & hæreditas deinde non sit soluendo, vt not. in §. si verò absint. in vers. querentibus forsan. subreptum aliquid rerum, aut non manifestat tum in authent. de hære. & falc. & propterea licet tales t creditores non cõpareant: non tamen illis præiudicatur quo ad ipsum creditum, vt ibi habetur. Et propterea non video quo iure potuerit iste iudex excludere istos creditores, etiam legitime citatos, qui tamen noluerunt comparere. Secundò dicitur, quod licet sententia dicat, quod excludit creditores non comparentes, debet intelligi secundum subiectam materiam, iuxta legem, si cum vno. cum ibi nota ff. loc. vt censeantur exclusi, quoad confectioem inuentarij: quia non tenebuntur hæredes, vel eorum tutores describere eorũ credita in inuentario, prout aliàs tenerentur. d. l. si non autem intelliguntur exclusi, scilicet à iure suo: quia istud fieri non potuisset. & iste intellectus est sanior, per quã fouetur religio dñi iudicantis. Tertiò est aduertendum, quia d. l. si eo tempore. non facit ad casum nostrũ. nã ibi tex. ille loquitur de creditore vendete pignus cõuentionale, quo casu, vt succurratur eptori, qui est in bona fide, fuit introductũ, q. satis esset citare cæteros creditores p programma, ipsũ verò principale cuius est dñiũ pignoris, de bectitare in specie, vt dicitur ibi Ba. & Dd. sed casus noster est multũ diuersus. Primò, quia dñs Franciscus erat principalis creditor, ergo vt sibi præiudicaretur debebat in specie citari, iuxta no. per Alex. consi. clvj. stantibus his quæ in themate. in 2. volum. & vult Bar. in d. l. si eo tempore. Secundò, quia per talem venditionem, solum liberatur pignus fauore emptoris, quia talis emptor non

non poterit conueniri, & est æquum, & congruens rationi, ex quo est in bona fide, & aliàs non emisset ipsi vero debitori nihil prodeit, quia propter hoc ipse non liberatur actione personali, qua potest conueniri. l. distra. etis. C. de pig. t imò si lex civilis voluisset introducere non posset: quia istud esset introducere prescriptionem cum mala fide, vt dicit Bald. in athen. ad hæc. C. de v. fur. Felin. latè in c. fin. extra. de prescrip. cum concord. ergo in casu nostro non possumus dicere, quod fideiusfor ipse sit liberatus, seu eius hæredes, ab actione personali, qua sunt obligati. Et istud est de mente Bartol. in l. fi. C. de edi. diui Adria. tol. vbi limitat d. l. si eo non procedere ad finem, quod per talem negligentiam creditoris non comparentis, quærat ius non habentis, q. esset in casu nostro. Tertiò, quia d. l. si eo tempore ponit casum specialem qui solum procedit in terminis suis, vt dicit ibi Iaf. But. quem refert & sequitur Angel. in consi. 288. vbi factò. Quarto principaliter respondetur, quod dictus Franciscus non tenebatur eo tempore cõparere, quia nondum erat creditor, ex quo Petrus Pinellus promiserat in casum, quo principales nõ attendentes, non tenebatur ergo, nisi ipsi non attendissent, q. non constabat antequam fuissent interpellati, & propterea illa programmata sibi non nocent: quia nondum euenerat conditio, qua dictus fideiusfor promiserat, vt dicit Raphael Coma. Petrus de Belu. & Iaf. in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verb. obligat. Non obstat, secunda exceptio, quia dico, quod talis exceptio non impedit litis ingressum: nam in ista transactione interuenit stipulatio, hinc in de. & iuramentum, cum clausulis efficacibus: vnde non est dicendum, quod non competat actio: iuxta no. per Bar. in l. ex pluribus. in fi. C. de rer. perm. & licet t in contractibus innominatis non detur actio nisi ei qui adimpleuerit ex parte sua. d. l. cum proponas. tamen in contractibus nominatis, prout est casus noster, ppter stipulationem. competit actio vtrique; ad faciendũ, q. alter alteri adimpleat. l. in ciuile vbi Bal. C. de reuendi. & licet non competat in effectu, tñ factus est q. competit ipso iure ad finem contestandæ litis, & ita intelligitur d. §. offerri. vbi notat. Præterea ex ista t exceptio requirit altiore indaginem est referenda post litem contestatã, vt dicit Bar. in d. l. cum quærebatur, & Guid. de Suza. in d. l. j. C. de iur. & fact. igno. Alex. in l. vir bonus. ff. iud. sol. in addi. & Bar. quia tunc do. Franciscus probabit q. adimpleuit ex parte sua. Non obstat exceptio prescriptionis, quia et iure ciuili illa locum non habet in nostro casu. cum eni d. Franciscus non posset agere contra fideiussores, nisi prius principales non attendentes, sequitur q. iste fideiusfor tenebatur sub conditione, qua pendente, nõ prescribit, neq. iure ciuili: quia t non valenti agere, & l. j. §. fin. C. de anna. ex ce. l. j. §. & sed videndum. ff. de success. edi. per Alex. in simili. in l. quamdiu. ff. de acquir. hered. hered. & istud est q. in terminis voluit Rapha. Cũ. & Iaf. in dict. §. cũ stipulamur. Præterea de t iure canon. quod seruandum est in foro ciuili, clarum est quod non habet locum ista prescriptio, quia est cum mala fide. Et istud procedit etiam in actionibus personalibus, vt est communis conclusio doctorum, de qua per Alex. consi. l. j. in v. consi. lx. in iij. per Felin. in c. fin. de prescrip. vbi latè reprobat opin. Bartol. contrarium sententis in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & istud procedit, etiam si t hæres ipse esset in bona fide: quia tenetur exonerare script. vbi modern. per l. cum hæres. ff. de diuer. & tẽpo. prescrip. & sequitur Alex. in d. consi. lx. cum concordari. & ex his breuiter satis factum rationibus in contrarium adductis.

CONSIL. XLIII. SVMMÆ.

- 1. Dispensatio tanquam odiosa est strictè intelligenda.
- 2. Non est verisimile q. Princeps velit concedere plura specialia.
- 3. In dubio iudex debet pronuntiare pro appellatione.
- 4. In equiparatis dispositum in vno habet locum etiam in alio per extensionem passiuam, que habet locum etiam in correctorijs.

- A 5. Assententia nõ datur appellatio, sic nec à Concilio factò ad aduocantiam generalem, quia senatus & concilium equis parantur.
- 6. Præfectus prætorio, & Episcopus equiparantur.
- 7. Appellationi an deferendum de processu ordine esse.
- 8. Qualitates dispositionis omnes ex causa non exigunt.
- 9. Concessa cum suis qualitatibus intelligi.
- 10. In dispensationibus, quãuis odiosis, intelligitur vt dispensatio super principali, censetur dispensatum super omnibus accessorijs & consecutiujs.
- B 11. Appellationem regula prohibente non admitti.
- 12. Semper presumendum est pro eo, qui pro se habet regulam particularem, licet alia sit generalis in contrarium.

Nunquid Baptista Vicomercatus, possit appellare à sententia lata in fauorem Ciferani in causis cridarum, videtur prima fronte quod sic, per regu. l. & in maioribus. C. de appell. Item quia licet in causis cridarum non appelletur: tamen istud procedit in contradicentibus respectu domini, vel hypothecæ: vnde dato quod iste contradixerit iure crediti personalis, ex dispensatione senatus, non debet habere locũ isto casu prohibitio appellationis: tamẽ quia omnes qualitates requisitæ à decreto, tali casu nõ concurrunt, secundum Bal. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appell. Iaf. in l. contra iuris. ff. de pact. tũ quia talis t dispensatio est strictè intelligenda, tanquam odiosa, nec est verisimile, quod t princeps velit concedere tot specialia, secundum Bald. in l. j. C. quan. lic. ab enapt. & in l. j. ff. de man. prin. & cum simus in dubio, debet iudex pronuntiare pro appellatione. l. j. vbi Paul. Castr. ff. si quis cau. Sed his non obstantibus, puto contrarium de iure verius, clarissimè enim sunt verba prouisionis, q. in causis ipsarum cridarũ non possit appellari, sed per literas principis cum sit concessum, vt possit contradici, & sic talis causa sit cridarũ, vt militent verba prouisionis, à quibus non est recedendũ. l. nõ aliter. ff. de legat. 3. Confirmatur secũda ratio: nam per tales literas facta est equiparatio talis iuris personalis, ad ius reale, quod ad dictam causam: vnde t in æquiparatis dispositum in vno habet locum etiam in alio per extensionem passiuam, quæ habet etiã in correctorijs. l. in contractibus. C. de nõ nu. pecu. Alex. and. in lege. ij. ff. de legat. j. Iason. in rub. ff. de re iudi. Et pro hoc adduco duo similia. Primum est, quia sicut t à sententia senatus non appellatur ita non appellabitur à concilio ciuilitatis ad aduocantiam generalem, ex quo tale concilium equiparatur senatui, ita est gloss. vbi Pau. Castr. in l. non ambigitur. ff. de legib. Secundum est, quia à sententia præfecti prætorio non appellatur, eodẽ modo nec ab episcopo, qui illi equiparatur. l. episcopa. le. C. de episc. aud. & licet responsum sit, q. istud est propter consensum partis: tamen cum reuerentia, ista ratio non est bona, imò verã ratio est æquiparatio, vt dicit ibi Salicet. in 3. oppo. in si. nã aliàs ex consensu iudicis nõ præiudicatur iuri appellationis, vt dicit Bar. in l. si non uerit. ff. de re iudi. Confirmatur etiam hæc opinio alia ratione: nam clarum est per tales literas non censi præiudicatum, quin processus instruat secundum ordines cridarum: etiam ex eo apparet, quia seruati sunt in hac causa dicti ordines: sed t an deferendum sit appellationi, est de ordine processus, vt dicit Anton. in c. quod clericis. circa med. extra. de foro compet. Alex. and. in lege. fin. ff. de leg. ij. Non obstat, quod non t concurrant omnes qualitates cridarum: quia respondeo, quod si prouisiones tollerent appellatione ratione qualitatum non concurrentium, posset habere locum argumentum: sed tollunt non ea ratione, scilicet domini, vel hypothecæ: sed ratione contractus venditionis, vt scilicet celebrari habeat effectum. quæ ratio habet locum etiam in casu nostro: imò à fortiori: quia si ius dñi, vel hypothecæ, quod est potentius actione personali, extinguitur per sententiam, circa remedium appellationis, multò fortius idem dicendũ est de iure personali. auth. multò magis

1 Titulu sit per procuratorem possidere, sicut & per colo-
 num & similes l. j. §. per procuratorem. ff. de acq. pos. &
 tantò maxime in casu nostro, in quo asseritur, quòd vè-
 ditòr cohabitabat cum Vaylatis ad eandem mensam, quo
 casu potest dici percepisse fructus iure familiaritatis l. qui
 iure. ff. de acquir. pos. Nec obstat, quòd de còstituto nò
 constat, nisi per instrumentum venditionis, q̄ venditio
 tangit petitorium, & idèd̄ in hoc possessorio de ea non
 h̄c cognoscendum l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de
 acq. pos. Quia r̄ideo, q̄ ex instrumento probantur duo.
 Primum est venditio, & quo ad eam, fateor pro nunc
 non esse inibitendum. Secundum est, translatio possessio-
 nis per constitutum, & hoc est de quo nunc videndum
 est: quia id concernit ipsum possessorem, vnde si pro-
 bari possessio admittitur per testes, quantò magis
 5 debet admitti q̄ sit instrumentis, cum in instrumentis
 sit evidentiòr, & validior probatio, q̄ ea quæ sit per istos
 testes vulgares, & dñt docto in l. certi conditio. §. quo-
 nam. ff. si cer. per. & q̄ in hoc possessorio p̄betur anti-
 quior possessio per tale instrumentum, consuluit in ter-
 minis d. Dec. in còf. cccij. in novissimis. vbi ponit multa,
 ex quibus deciditur casus noster. & illa exceptio, q̄ tale
 instrumentum sit simulatū, opposita per Cusanum, be-
 nè est reicienda: quia illa còcernit petitorium, & requi-
 ritatiorem in dagnis. Secunda ratio est, quia in hoc iu-
 dicio qui melius probat possessionem, obtinet ex quo
 6 in còstitutu probationum illa præferenda sunt quæ sunt
 efficaciora, vt habetur in c. ex nostra. extra. de testib. &
 in d. c. licet si probationes Vaylatorum sunt efficaciores
 tum quia probatur instrumentis vt d. dixi, tum quia veri-
 similia deponunt, cum coadiuvantur à titulo, secun-
 dum Bartol. in d. l. si duo. ff. vti poss. tum quia aduersus
 testes eorum nò possunt obici aliquæ exceptiones in
 personâ sicut econverso obiciuntur testes Cusani. Nam
 contra eos primo obicitur, quod sunt massarij ipsius Cu-
 sani, & consequenter domestici: vnde testimonium
 eorū est suspectum, vt dicit glo. in §. pater. in verbo, in
 §. si certu. de testam. & Alber. in l. etiam. C. de testib.
 & quamuis statutum dicat eos admitti, & compelli ad
 præstendum testimonium, nò tamen dicit quam fidem
 7 hanc, sed resignat id dispositioni iuris communis. Ite-
 rum quod sunt suspecti, & diminuitur eis de fide:
 vnde non sunt maiores omni exceptione, vt dicit Alex.
 cons. l. iij. in primo facit, quia in simili videmus multos
 casus in iure, in quibus lex testes admittit, non ad finem
 plenæ probationis, sed simplicis indicij, & cū coniecturæ,
 vt per Bartolum, & doctores in leg. maritus. ff. de qua-
 sio. Secundo obicitur, quòd ex eis testibus adsunt tres
 consanguinei venditoris, scilicet frater, filius fratris, &
 8 p̄uiculis: qui testes sunt etiam ipsi suspecti, ex quo tra-
 ctatur hic de interesse venditoris cui verisimile faebūt,
 vt habetur in l. parentes. C. de testib. per Barto. in l. ad-
 monendi. ff. de iureiur. nam multū interest venditoris,
 quòd iste Cusanus emphyteuta suos obtineat, cum hoc
 modo saluum erit dominium directum ipsi venditori,
 cum alioquin obtinentibus Vaylatis omnia extinguen-
 tur, vnde satis in causa apparet, etiam ex testibus produ-
 ctis per Cusanum, qualiter ipse venditor in illis bonis
 gerebat rem Cusani, & faciebat dicta bona cultuari, &
 mittebat receptum pecunias ab ipso Cusano, quòd mi-
 nime illi licebat. nam cum vendidisset Vaylatis, & eorū
 nomine constituisset se possidere, erat quoad possessio-
 nem procurator Vaylatorum: vnde non potuit eorum
 possessionem interuerrere, nec in ea cognoscere Cusa-
 num l. non solum. §. quòd vulgo. ff. de vscapio. declarat
 Aret. in l. §. illud. ff. de acq. pos. & tradit Ioan. And. cū
 simil. & licet ipse venditor in p̄sentiarū non sit in causa:
 tamen ad suspicionem testium, attendimus eū, ad què
 9 damnum vel vilitas posset pertinere, vt per multa pro-
 bat Ias. in l. dictantibus. in vers. mihi videtur. C. de testib.
 Saluo tamen saniore iudicio.

CONSIL. XLVIII. SVMMÆ.

1 Gestis post desertionem appellationis non dicuntur atten-

- 2 neg. per modum attentati, sunt reuocada.
- 3 Omnia quæ possunt geri pendente iudicio priore, possunt etiã fieri pendente appellatione, nec ideo dicuntur attentata.
- 4 Pendente iudicio civili, potest criminaliter procedi.
- 5 Clausula, si in quantum, reseruat iuris.
- 6 Sententia lata post inhibitionem, nulla est.
- 7 Quando quis potest procedere tanquam ordinarius, & tanquam delegatus, censetur processisse secundum illam viam secundum quam actus susinetur, & sententia valet.
- 8 Delegato Pontificis Auditorem non inhibere.
- 9 Delegatus Pontificis respectu cause sibi commissæ, dicitur maior quocunq; ordinario, aut quolibet alio.
- 10 Quando Papa ad se auocauit aliquam causam, & eam commisit, semper dicta causa reuertitur ad Papam ipsum, & non ad alium inferiorem.

H Ac in attentatorum causa mota per Saraceni aduersus istum minorem de Pandelinis, puto nullo modo audiendum esse ipsum Saraceni. Moueor, quia sententia dominorū de Rota Bononiensi habet duo capita. Primum est, q̄ causa appellationis interposita à iudicibus mercatorū, est deserta, & respectu istius capitis quo declaratur appellatione esse desertā, non est permessa appellatio aliqua p̄pter statutū huius ciuitatis, quòd est clarum, & apertū in hac materia: & maxime, cum ex ipso processu notorie appareat de lapsu istorum temporū: meritò ergo succedit conclusio quod gesta post desertionem appellationis, non dicuntur attentata, neq; per modum attentati reuocanda sunt l. furti. in prin. ff. de his qui not. in fa. c. licet de sent. lib. vj. notatur in c. venientes. de iureiur. p̄ Domini de Rota in decisio. sua prima, in nouissimis. Respectu secundi capitis, quo causa remissa est dño Gubernatori, propter suspicionem criminalitatis, idè est dicendū, propter regulā q̄ habet, quòd si omnia, quæ possunt geri, pendente iudicio priore, possunt et fieri pendente appellatione, nec ideo dicuntur attentata. postquam. §. imperator. ff. vt lega. no. caue. vbi Bar. & per eundem in d. l. furti. §. clarum autem est, quòd pendente iudicio civili, potest criminaliter procedi l. fin. C. de fid. in str. & licet in hoc sit aliqua difficultas in his, q̄ gesta essent per delegatum: tamen in ordinario res est, clara, & indubitata, q̄ potuit p̄cedere, nec ideo dicitur quicquam attentate, vt dñt Do. de Rota, in tit. de appell. Decis. 3. in nouissimis. maxime cū per talem remissionem simpliciter sublatum sit impedimentum, quòd dño Gubernatori obstat, non autem ius aliquod in eum translatum. Nec obstat quòd præfati iudices deculerint appellationem, & cū appellationibus, de appell. lib. vj. quia respondeo, quòd si deculerunt, si, & in quantum, &c. quæ clausula reseruat ius Pandelinis, vt delatio non valeat, si de iure deferendum non esset, prout non erat in casu nostro, secundum Bal. in l. edita. in repeti. Paduana. C. de eden. in char. penul. vers. et dubitatur si index. per Dec. c. oblatæ. ij. not. extra. de appell. per Ang. còf. cccxvij. vers. nec obstat si dicitur. Rursus in contrarium adducitur, quòd si sententia reuocandisimi do. Gubernatoris videtur esse nulla, tanquā lata post inhibitionem sibi factā à reuerendisimo do. Auditore Cameræ &c. Respondeo, quòd ex forma cõmissionis suæ do. Gubernator poterat procedere, tam ex iurisdictione ordinaria, quàm ex delegata, & sic tanquā delegatus Papæ, vt apparet ex rescripto Pontificis, clarū est autem, quòd si q̄ potest procedere vtraq; via censetur, secundum illam processisse, secundum quam actus susinetur, & sententia valet, secundum Abb. in c. cū ex officij. extra. de præscript. vbi Anton. de Butr. & Feli. idè tenet, & probatur argu. l. 3. ff. de testa. mil. vbi Bal. nò videtur autem quòd reuerendus do. Auditor potuerit inhibere delegato Pontificis. Primum, per id quòd no. Do. de Rota in decis. cccxxvij. in nouis. vbi firmatur, quòd non potest se intromittere de causis extra Romanā curiam ad Papam deuoluitis, & licet in inhibitione appellet se iudicem ordinarium appellationum: tamen est in isto casu respectu dñi Gubernatoris. Secundo, quia siue teneamus, quòd auditor Cameræ habeat iurisdictionem ordinariam

dinaria, prout habetur per Cardinalem, de. j. q. xj. de re iud. & clem. auditor. de rescript. siue teneamus, q̄ sit simplex delegatus Cameræ, vt dicunt Dñi de Rota in allegata decisione. & Card. in clem. ij. §. eo ipso. de elect. quòd modocunq; sit, non potest inhiberi delegato pontificis, qui respectu cause sibi commissæ dicitur maior quocunq; ordinario, aut quolibet alio. c. studij. de offic. leg. c. sanc. c. pastoralis. de offic. deleg. & c. ij. de offic. lega. lib. vj. meritò ergo non tenebatur do. Gubernator parere dictæ inhibitioni. Tertio probatur etiã ex regula vulgari, quòd si quando Papa ad se auocauit aliquam causam, vt eam commisit, semper dicta causa reuertitur ad Papam ipsum, & non ad alium inferiorem c. vt nostrum. extra. de appell. Bal. l. si vt proponis. vers. & no. C. quomodo & quando iud. & per Dec. cons. cxxxvij. Cum ergo tunc d. Auditor non haberet speciale cõmissionem à Pontifice, non potuit inhibere. & ita ipse ex post facto ostendit, quia edinde fuit sibi specialiter dicta causa demandata. Et ita arbitror iuris esse, saluis semper consuetudinibus fori & curiæ ipsius, prout dicit etiam Cardinalis. d. clem. ij. §. eo ipso.

CONS. XLIX. SVMMÆ

- 1 Interlocutoria ex causis reuocatur.
- 2 Sententia lata pretextu falsorum testium est nulla, nec meretur executionem.
- 3 Statutum mandans procedi appellatione, & querela qualibet remota, non intelligitur auferre exceptionem nullitatis notorie, & in continenti apparentis.
- 4 Creditor pignus emere non potest, & si emat, emptio est nulla, & verum valorem rerum tenetur imputare, non autem pretium, quod soluit.

S Et contra Ruschianum probatum plenissime per testes, quod ipse possidet vniuersam hereditatem Vincenij Pechi focii sui, seu Domini iurisdictionis cognati, & idèd̄ non potest pretendere creditū suum occasione fisci libellarij, quia possidet bona longè plus valoris. Nec potest se exulare, prout hactenus fecit, quòd vxor sua possideat: quia contrarium apparet ex instrumento dotis nuperime producto. Et idèd̄ petitur à iudice, vt imponat ei silentium, ne inquietet Alciatum, non obstante interlocutoria nuperime lata per modum prouisionis, quæ quidem interlocutoria debet reuocari, secundum l. quod iusit. Et primo contra Ruschianum facit: quia sententia lata in causa cridarum contra Alciatum, fuit lata eo pretextu, quòd ipse Ruschianus non possideret ea bona sed vxor, & ita ipse Ruschianus articulauit, & produxit testes. d. Bernard. Pechium, & Orlandum, & r̄n ex instrumento publico dotis, in quo d. Bernardus tanquam patrus præstitit consensum, apparet translatum fuisse possessionem in Ruschianum. Vnde si sententia lata pretextu falsorum testium est nulla, nec meretur executionem, cum incontinenti ex lectura instrumenti in actis producti, appareat de falsitate l. fin. vbi Bartol. C. si ex fals. instru. Secundo, dicta sententia causa cridarum est nulla in ea parte, qua declarat bona ad cridas per Alciatum posita, esse hypothecata Ruschiano pro credito, de quo in contradictione, sic credito. g. 157. fol. 17. Cum enim habuerit Ruschianus cessionem ab Orombellis illius crediti pro pretio. g. 900. non potest aliquid vltra illud pretium petere l. per diuersas. C. manda. vnde sententia, quatenus est lata contra casum illius l. est ipso iure nulla l. j. & ij. C. quando prouoc. non est neces. & si statutum mandans procedi appellatione & querela qualibet remota, non intelligitur auferre exceptionem nullitatis huius, notorie & incontinenti apparentis. Anch. cons. ccij. in questione supradicta. Feli. & Mod. c. ex parte. ij. de offic. deleg. Alex. in l. 4. §. condonatū. de re indi. Tertio, est aduertendū, q̄ in interlocutoria d. Egidij iuberi imputari solum bona euicta à Rancato. & à Rosa, & à Maico, cū tamen sint imputanda, & quæ tit. emptiois habuerit à Todechino, & à Porro & alijs quibus comminabatur se iure crediti sui moturum controuersiam, &

coegit ad sibi vendendum vili pretio, bona quæ ipsi emerant à Dominico: quia erant sibi hypothecata predictis fideis. Non enim potest creditor ipse pignus emere, & si emat emptio est nulla, & verum valorem tenetur imputare, non autem pretium, quòd ipse soluit l. & qui sub imagine. C. de distr. pig. Et cum ipse Ruschianus in sua comparatione fatetur de plano, seredemisse dicta bona. l. ad Ambrosio de Bursis, à Ioan. Angelo de Porro, a d. Iacobo Porro, à Todechino, debuit etiam pronuntiarī hæc bona esse æstimanda, secundum verū valorem, vt quatenus plus valent, quam soluerit Ruschianus, omne illud prosit creditoribus posterioribus. Nec obstat, quòd posuerit ea ad proclama, & q̄ libeat transuerint. respò. cridè illè nihil nocent Alciato, à quo adhuc nihil erat euictū. Secundo, respò. deo cū p̄ cridas q̄ratur ius Ruschiano, vt sit tutus in illa solutione quantò ipse sit securior, tantò magis consultum est alijs creditoribus vt imputet sibi ipsi in solutionem. Tertio respondeo, istud est debitum Ruschiani, qui tenetur imputare, & cridè non liberant eum in proprijs debitis. Quarto & vltimò, conqueritur dictus Alciatus de p̄dicta interlocutoria, quia per eam prouideret Ruschiano, vt possit euincere ex bonis Alciati, quatenus superstiti illi facta æstimatione bonorum euictorum à Rancato, Rosana, Maico, &c. non prouideret Alciato contra Terzagum dato remissionem, qui tenetur de euictione, cum tamen vna sententia potuerit & deberet distanti secundum formam commissionis ipsius dicti iudicis.

CONSIL. L. SVMMÆ.

- 1 Possessionem ex causis non recuperari.
- 2 Rebellis ipso iure perdit dominium bonorum.
- 3 Rebellis potest impune offendere in rebus, & in persona.
- 4 Exceptio bannis & rebellionis repellit agentem iudicio spoliatoris à limine iudicij.
- 5 Exceptio rebellionis obstat successorij vniuersali.
- 6 Possessionem rei suæ, propria auctoritate comprehendit possessor.
- 7 Quis non potest sua possessione aliquem priuare, sine causa.
- 8 Quoties secunda spoliatio fuit par vel maior, quam prima, tunc prius vltimum spoliatum purgandum est, ne remaneat impunitū, sedus quando prima spoliatio est maior, quam vltima.
- 9 Quasi possessio iurisdictionis haberi non potest sine titulo, quare opus est iustificare titulum.
- 10 Exceptio defectus notorie Domini, admittitur in possessorio recuperanda. (sunt soluta.)
- 11 Non est recedendum ab eo quod alius d. casum, & iudicari in.
- 12 Deictus à possessione de facto, potest de facto restitu.
- 13 Quando non agitur de auferendo dominio quesito de iure gentium, potest princeps etiam parte non citata id facere.

R sic se habet d. Vercellinus. Vicecomes mandantibus iustis titulis diu possedit in iurisdictionem Cisaluentiæ, & pedagiū pontis Meleguani, de quibus iuribus sine causa Dux Ludouicus Sfortia, tunc gubernator, primò inuestiuit d. Iulium Sfortiam, deinde d. Iacometū de Attella, qui cum vnà cū d. Ludouico fugisset in Alemanniam, sui pronuntians rebellis, & hostis in aieft. Regiæ: vnde illustris d. Iac. Triuulcius, tunc segeres pro loco tenente regio generalis, cõcessit literas dicto Vercellino, in quarū executione recuperauit possessionem dictorum iurū, qua fuerat sine culpa sua spoliatus, & deinde successiuis temporibus habuit confirmaciones à Christianissimo Rege, quarum vigore etiam nunc eius filij & hæredes sunt in possessione. Sed mouetur illis controuersia per filios dicti Iacometi, asserentes se spoliatos: quæ petitione non obstante videtur apertissimi iuris, pro Vicecomitibus esse pronuntiandum. Primum, quia tempore q̄ d. Vercellinus recuperauit possessionem, dictus Iacometus erat rebellis, vt apparet ex literis Regijs, datis Viglenani anno 1499. de quibus in actis, & etiam ex libello dato per ipsos Attellanos, tempore d. Maximiliani eorū deputatis edicti Cæsarei, quorū confessionem istandū est l. cū precum. C. de lib. caus. vnde cum esset rebellis, perdidit dominium bonorum ipso iure gl. in c. cum secundū. de hæred. in vj. & potest impunè offendi in rebus, & in persona l. 3. §. si de lica. Bart. in extra. qui sunt rebel. in verb. rebellando. & etiã per di-

derat possessionem ex culpa sua, quia ab ea erat expul-
sus. & si reuersus fuisset, poterat suspicari se repellendū
l. iij. §. ff. de acq. poss. vnde non potest dicere se spolia-
tum, ex quo erat rebellis, & bannitus, & talis exceptio
repellit agentem iudicio spoliatorio, à limine iudicij, vt
per Nelliū in tract. bannitorum. in j. par. ij. temporis.
quæst. vij. l. as. in l. vt vim ff. de iust. & iur. & talis inhabili-
tas reddit processum retrò nullū, vt est cōmunis opi. per
Alex. in l. j. §. sublata ff. ad Treb. & talis exceptio obstat
successori vniuersali, in d. i. in d. Alexand. in l. si cum do-
rem. §. si patri. ff. solu. matr. Soci. consilio cclxiiij. Se-
cundo, quia dicit. Vercellinus possessionem apprehen-
dit, per literas habitas ad illustr. domi. Triuultio, qui
vt notorium est tunc erat Dux belli, & gerebat vices Re-
giæ maiestatis: vnde non possunt Artellani præten-
dere se spoliatos, cum auctoritate principis ex iusta
causa possessionem perdidissent, & eam Vicecomites
apprehenderint gloss. vij. quæst. j. capit. præsentium:
Bald. consilio cccclxxxij. in j. lib. Angel. in lege, si quis
à se fundum. C. ad leg. Jul. de vi publ. Alex. in lege, na-
turaliter. §. commune. de acq. poss. Tertiò quia di-
ctæ possessio tunc erat vacans, saltem respectu horum
agentium: vnde licuit Vicecomitibus tanquam do-
minis possessionem reisuæ apprehendere, etiam pro-
pria auctoritate, secundum communem opi. glo. &
Bartol. in lege, fin. C. vnde vi. & tali casu cessat etiam
remedium. capit. redin. tegranda. j. quæst. iij. secundum
Sali. in dict. lege, fin. Quarto, probatum est posses-
sionem dictæ Vercellini fuisse antiquiorem qui ea fuit
spoliatus, t. nam Dux Ludo. non potuit sine causa
- 4 Condere ultimam voluntatem, non competit alicui iure promissionis sibi factae, sed est quaedam facultas, quam lex tribuit

- alicui disponendi in bonis suis.
- 5 Pronomen ipse, ipsa, ipsi, personalissimum est, ac de eius natura.
- 6 Qui se fundat in pacto ambiguo, debet contra eum fieri interpretatio.
- 7 Quis non potest ratum habere, quod nomine suo gestum non est.
- 8 Ad cognoscendum cui competat actio, attendimus versus quem verba promissoria sunt concepta.

NON videtur in praesenti causa quod Ioan. Petrus Mapellus possit obtinere. Nam vt apparet ex processu, ipse intentaui via statuti, si quis prima facie, quod concedit executionem aduersus debitorem, vnde cum modus agendi diligenter sit attendendus, iuxta l. qui habebat. ff. de exercit. debuit verificari quod Baptista esset debitor, & sic tenetur actione personali versus eum: quia talis proprie dicitur debitor: non autem qui tenetur solum reali, seu hypothecaria. instit. de actio. in prin. & ff. j. l. pecunia. in fin. ff. de verb. signif. quod autem non tenetur actione personali versus eum, ex quo deducitur, quia ipse nihil habuit agere vnquam cum Ioan. Petro, nec aliquid illi promissit. ff. de contrahen. emp. Nec obstat quod in contractu eptionis promissit Angelino adimplere versus Bernardinum, ipsi Bernardino promissa. Nec respondeo quod talis promissio non potest intelligi de pecunia promissa Ioan. Petro, vigore vltimae voluntatis Bernardini: sed sola de promissione facta ipsi Bernardino de daco illi lib. lx. omni anno: qui illa summa bene dicitur promissa Bernardino, non autem ista, quae Ioan. Petrus petit. Et quod de hac non possit intelligi, ponderantur verba contractus varijs modis. Primo dum dicitur, quod tenetur soluere promissa ipsi Bernardino, nam istae xvj. librae annuae non sunt promissae Bernardino, sed Ioan. Petro in executione vltimae voluntatis Bernardini, & cum respectu Bernardini debeantur ex vltima voluntate, non potest verificari quoad eum tale verbum l. verba contraxerunt. ff. de verb. signif. Secundo dum dicitur, quod tenetur soluere Bernardino illam denarium quantitatem, &c. nam non potest intelligi de hac summa, quae nunquam venit soluenda Bernardino, sed Ioanni Petro, & ex copula in contractu appolita, colligitur quod partes agebant solum de eo, quod in pecunia erat soluendum Bernardino, de cuius copulae natura habetur in l. j. ff. de iustit. & iure. Tertio, quia condere vltimam voluntatem, non competit alicui iure promissionis sibi factae l. stipulatio hoc modo ff. de verb. oblig. sed est quaedam facultas, quam lex tribuit alicui disponendi in bonis suis, ut habetur in l. j. C. de sacrosanct. eccles. vnde de eo quod ad vltimam voluntatem Bernardino pertinuit, non potest intelligi, quia nil est sibi promissum. Quarto proderanda est dictio, ipsi Bernardino, quae propter pronomen ipse, est personalissimum: vnde debet intelligi respectu ipsius tantum non Ioannis Petri, vt in simili dicit Bal. in consil. cccij. in cap. Nobilis vir dñs Gulielmus. in v. vol. l. q. dictu refert, & sequitur Ias. in l. filius familias. ff. diui. ff. de l. & fideic. j. Quotid cum pars aduersa fuerit se ex tali pacto ambiguo, debet contra eum fieri interpretatio. l. veteribus. ff. de pact. l. quicquid adstringenda. ff. de verbo. oblig. Sexto dico, quod Ioan. Petrus agit sine actione: contra not. in l. pupilli. ff. videamus. ff. de nego. gest. nam ex pacto inito inter Angelinum & Baptistam, ipse non debet posse agere, quia non est stipulatum nomine suo, sed solius Bernardini: vnde non potest ratum habere, quod nomine suo gestum non est, d. l. si pupilli. ff. sed si ego. & c. ratum de reg. iur. in vj. & ad cognoscendum cui competat actio maxime attendimus versus quem verba promissoria concepta sunt: vt habet in l. stipulatio ista. ff. si stipuler. ff. de verb. oblig. & ex his apparet dictum praecipuum non potuisse concedi, quo vero ad hypothecaria, si pars ea intentauerit via ordinaria, disputabitur super validitate vltimae voluntatis & nunquid potuerit emphyteuta sine consensu domini imponere tale onus perpetuum, & multa alia deducuntur, quae in praesentia non est opus adducere.

CONSIL. LXIII. SVMMAE.

- 1 Iudex postquam semel diffinitiuè pronuntiauit, si iterum pronuntiat nulliter pronuntiat.
- 2 Iudex quandoque secundò pronuntiare.
- 3 Senator non tenetur in sententiando seruare solemnitates iuris positui.
- 4 Consensus intelligitur secundum naturam actus, cui accedit.
- 5 Ex his que post facta sunt declaramus mentem actus praecedentis.
- 6 Delegati principum debent sententias ferre seruatis solemnitatibus iuris positui.

Retror in causa domini Bartolomei iuris esse, quod sententia sit obseruanda vltimo locolata: non autem asserta ordinatio, nam licet postquam iudex semel iudicauit diffinitiuè, nulliter iterum pronuntiet l. iudex posteaquam. ff. de re iudi. tamen istud non procedit, quando prima sententia non est diffinitiuè, sed lata per modum prouisionis: prout fuit in casu nostro, quod sic deducitur, nam ex eius lectura non magnificus dñs Hieronymus eam pronuntiauerit, vel in scriptis tulerit, sed simpliciter cancellarius attestat fuisse ordinatū, & sic ordinatio est lata sub tertia persona, vnde non presumitur lata de scripti recitatione: & ideo praesumetur nulla, vt dicit Ias. in l. diuortio. in prin. ff. solu. matri. vbi allegat concord. cum igitur tanquam diffinitiuè esset nulla, debemus potius pro validitate eius praesumere, & sic quod sit interlocutoria, & lata per modum prouisionis, argu. l. quoties. de rebus dub. quod etiam satis videtur actū ex quo pars aduersa transiit peremptorium secundae sententiae, & soluit salarium: quod minimè fecisset, si prima non fuisset per modum prouisionis, aut ergo dicendum est primam fuisse per modum prouisionis, aut fuisse nullam, quo utroque casu licuit iudici rursus iudicare. l. si praeses. C. quomodo & quando iud. Nec obstat si diceretur, quod imò non debet esse nulla, tum propter consensum partium, cum quia senator, qui non tenetur seruare solemnitates iuris positui, argu. not. per Bartol. in l. vnica. in vlti. verb. C. vt quae desc. aduoc. part. quia responderet quod consensus intelligitur secundum naturam actus cui accessit argu. l. si stipulatus. ff. de vsur. vnde cum actus esset nullus, consensus debuit eum conualidare per modum prouisionis, & quod ita actum fuerit, apparet ex post fecutus: quia sollicitauerunt ferri diffinitiuam, quae alias non fuerat necessaria: vnde ex his, quae post facta sunt, declaramus mentem actus praecedentis. l. sed Iulianus. ff. proinde. ff. ad Macedo. Nec obstat, quod tanquam senator potuit iudicare etiam absque scripti recitatione: quia istud non est verum, priuilegium enim illud competit toti collegio seu ordini, non autem particularibus procedentibus ex delegatione: alioquin & delegati principum haberent hoc priuilegium: quod est falsum, cle. saepe. de verb. signif. facit quod not. glof. in l. non ambigitur. ff. de legib. Et haec omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII LXIII. SVMMAE.

- 1 Reus de iure communi, non cogitur edere libros rationum suarum ad fundandam intentionem actoris.
- 2 Editio decisoria tantum litis respicit non ordinatoria, seu preparatoria.
- 3 Forensis litigans non subiacet statutis, respicientibus decisoria.
- 4 Non subditi non vtuntur beneficijs Statutorum.
- 5 Giornale quid, & quando necessarium, & edendum.
- 6 Giornale est tanquam protocolium ad quod recurritur, vbi negatur rationem esse perfectam, &c.
- 7 Paria sunt siue quis ex habeat originale, siue exemplum factum ab eo qui confecit originale.
- 8 Rationibus non perfectis parte opponente non est credendum.

Eganter ultra adducta praestantissimè coaduoctū, dico pro domino Valeriano pronuntandum esse duabus rationibus. Prima est, quia de iure communi non cogitur re edere libros

rationū ad fundandā intentionē actoris l. j. C. de eden. Nec obstat statutum nostrum: quia cum editio ex forma statuti nostri fiat ad finē probationis, dicitur respicere a decisorialitatis, non autem ordinatoria, vel preparatoria, vt sentit Bartol. in l. istus fuitus. in fin. ff. de his qui noran. in fam. & tenet Bald. in l. j. in peult. quaestio. C. quae long. confuet. Aret. in c. dilecti. de iudi. Fel. in c. g. clericis. in fi. de for. cōp. vnde succedit regula, quae forensis litigans, non subiacet statutis respicientibus decisoria d. c. quod clericis. vbi omnes, & habetur in l. cunctos populos. C. de sum. trinita. Confirmatur haec opinio ex statuto, quod tale ius reddatur forensi, quale redderetur Mediolanensi in patria forensis: sed Parma seruaretur ius commune contra Mediolanensem, ergo idem ius dicendum est Parmensi, non enim posset Mediolanensis vti beneficio statutorum Parmensium, vt infra ostendat. Confirmatur iterum per alium statutum, quod non subditi non vtantur beneficijs Statutorum: quod etiam est de iure communi, vt per Pau. de Cast. in l. omnes populi. in vlti. char. ff. de iustit. & iure & latius consil. clvj. statutum supra relatum, in j. volu. in nouiss. Ludou. Roma. in consil. cccxliij. ista captura, versic. iij. & istud maxime procedit in statutis decisuris, vt dixi. Secunda ratio est, quia in omnem casum non deberet Valerianus cogi ad exhibitionem folius codicis, sed debet etiam ad diuortiale, ex quo conficitur codex: quia in effectu diuortiale est tanquam protocolium, vnde formatur, & conficitur liber magistralis, qui in iure appellatur codex sicut diuortiale dicitur aduersariū neutro genere, quia voce in hunc sensum vtitur etiam Tullius in oratione p. Rescio, & Seneca: & declarat Budæus in l. talis. ff. de iure dor. nam paria sunt siue quis aedat codicem, quando iam est perfecta ratio in eo descripta, siue aedat aduersariū ad perficiendam rationem codicis, vt est casus in l. j. quoque. ff. de eden. secundum litteram Pyfanam, cuius etiam meminit Ias. sibi, quae habet eum aedat equi aduersariū, id est, giornale ad album, id est, praetoriam praedicit, & demonstrat quid dicturus est, id est, quomodo annotaturus est in codice, & facit ratio, nam cum iournalis sit tanquam protocolium, vbi negatur ratio omnem esse perfectā, debet ad illud recurri, & ad diuortiale dicimus de ceteris originalibus, vt habetur in l. Senapronus a talus. ff. de leg. ij. Nec obstat, quod petierit exhiberi tantummodo librum magistralē: quia respondeo quod, vt tualiter giornale est liber magistralis, ex quo ex eo conficitur, & talis interpretatio habet locum et in statutis: vt dicit Paul. de Cast. in consil. iij. statutū in j. volu. in nouiss. facit, quia nos videmus paria esse, siue quis exhibeat originale exemplum factum ab eodem, qui confecit originale, vt dicit Ias. in l. si versic. sed aud. C. de edi. diui. Adri. tollen. vel etiam factum ab alio, quando ille, qui fecit originale, est mortuus, vt dicit Bartol. in leg. j. ff. si quis in duobus. ff. de bon. poss. secundum tab. Praeterea cum ex forma statuti liber aedatus probet etiam contra petentem, ex eius lectura, & forma apparebit rationem illam non esse confectam, sed perficiendam ex giornali: & ideo iudex non adhibebit illi libro integram fidem, ex quo rationibus non perfectis parte opponente non est credendum vt per Bartol. in rubr. ff. de ope. no. nun. cum plenè aedi debeant l. veluti. ff. de eden. & consistit in arbitrio iudicis, vt cognoscat, an perfecta sint rationes, vel ne. c. contingit. vbi docto. extra, de fide instru. alias sequeretur absurdum, quod lex non solum priuilegiaret actorem, vt sumeret probationes de domo rei, sed etiam quod tales probationes imperfectae probarent, & grauaretur reus probare perfectionem, quod est contra omnem sensum naturalem.

CONSIL. LXV. SVMMAE.

- 1 Exceptio inuentarij moderatur sententiam, & potest opponi lata diffinitiuè.
- 2 Executori alia quando concedenda.
- 3 Petens solidum ab eo, qui habet exceptionem inuentarij exclusi

ditur exceptione doli.

- 4 Inventarium non solemne inutile.
- 5 Mercatores in repraesalijis indemnes sunt, quandoque non.

EXceptio ista, quod Affaitatus sit hæres cum beneficio inuentarij, in præsentia causa contra istos mercatores, qui per repraesalijis compulsi sunt, locum habere non potest. Primò, quia licet talis exceptio inderetur sententiam, & ideo opponi possit etiam lata diffinitiva lege. Nefenius, §. fin. ff. de re iudi per Bartol. & doctor. in l. ex diuerso, §. si. ff. sol. mari. tamen non potest opponi post concessionem executorialium, quæ non conceduntur, nisi tribus, aut quatuor terminis iam constitutis ad opponendum executioni, vt sentit Bald. in l. ab exco. C. quorum appell. non recip. sequitur Alexand. dist. §. fin. Feli. c. pastoralis. extra de except. Et hoc maxime dicendum est in casu nostro, & petens enim solidum ab eo, qui habet exceptionem inuentarij, excluditur exceptione doli, vt dicit text. in d. l. ex diuerso, §. fin. vbi Ang. quæ exceptio doli contra istos mercatores nullo modo locum habet, qui in multo dolo sunt per reg. l. apud Celsu. §. ite queritur, si debitor. ff. de doli ex. rept. Secundo, quia istud inuentariu non est ritè, & rectè factum, secundum formam à lege traditam. in l. si. C. de iure delib. & omnia est maxima summa hæreditatis, & omnia credita, quæ ascendunt ad maximas quantitates: vt de se patet ex instrumentorum ædicatione, & ab alijs est diligenter allegatū. Tertio, quia etiam quod isti Affaitati iniuste, & non debito modo succubissent, tamè isti mercatores pro eis compulsi, omnino seruandi sunt indemnes ab eis, secundum doct. Barto. in l. nam & seruius. ff. de neg. gest. sufficit enim quod ex facto illorum passi sunt damnum: vt sentit idem Bartol. post Iaco. de Are. in l. ij. §. item si in facto. ff. de verb. oblig. & diffusè consuluit Abb. consi. cxxvii. in quæstione quæ ad præsens. & facit text. in l. si merces. §. culpæ. ff. loca. Et licet Ias. in d. §. item si in facto alleget aliquos Dd. tenentes contrarium, tamen illi loquuntur, quando constat de iniustitia repraesalijarū l. si per imprudenciam. in prin. ff. de euid. l. exceptione. ff. de fideiuss. vbi Barto. text. cum gl. in l. si te bonis. C. de iure de lib. in casu vero nostro non constat, imò nec constare potest, quia amplius appellari non potest, nec dominus Iudex habet in suis cognitionis. Item loquuntur, debent intelligi quæ Affaitati ex parte sua omnia fecissent, ne mercatores in repraesalijis iniustas incidere, quia eos admonuissent specialiter, vel per edictum, vt cauere illac traducere merces propter repraesalijas: secus si nihil de hoc fecissent, vt distinguit in simili Alex. post alios in l. fin. in prin. ff. sol. mari. & idè in practica non est recedendum à consilio domini Abbatis, cuius autoritas est maxima quicquid Ias. dixerit. Et hæc sentio saluo semper saniore iudicio.

CONS. LXVI. SVMMAE.

- 1 Exceptio nem ex facto defuncti heredi nocere.
- 2 Debitoris conditio non debet fieri deterior facto, vel morte creditoris, sed quicquid licebat debitori aduersus creditore, omne illud etiam concedendum est aduersus hereditatem iacentem, vel heredem.
- 3 Mortuo debitore committitur pena aduersus hereditatem iacentem absq. alia citatione.
- 4 Factum auctore iudice iustum.
- 5 Possessionem compræsentam infra heredem transire.

Ranleo in sententiam suprascriptorum dominorum aduocatorum Com. Scaramutiae qui subtiliter, & copiose responderunt moribus clarissimi domini Iudicis. Et ultra eos, considero quod siue loquamur in interditi adipiscendæ, siue continuandæ, secundum decretum nostrum, semper obstat heredi t. exceptio proueniens ex facto defuncti, si eius facto sit translata possessio, vt expressè dicitur in decreto, & facit l. si. C. de edict. diui Adria. ver-

Abo, legitimo, secundum intellectum Azo. Rursus præsuppono regulam esse iuris generalem, quod t. debitoris conditio non debet fieri deterior facto, vel morte creditoris: sed quicquid licebat debitori aduersus creditorem, omne illud et concedendum est eo mortuo aduersus hereditatem iacentem, vel heredem. l. hæredes. ff. de reg. iur. gloss. l. communi diuid. ff. communi diuid. nisi q. heredi succurratur ex præsumpta ignorantia: & idè est citandus, ne damnū faciat, secundum Felin. c. licet. de accusat. nō autem ad lucrū: vt in casu nostro, & facit q. not. Ang. in §. si quis autem non implens. in authen. de hæred. & falcid. Rursus etiam dico quod licet t. mortuo debitor committatur pena aduersus hereditatem iacentem absque alia citatione: vt est text. in l. ad diem. ff. de verb. obligat. tamen e contrario mortuo creditore, nullo damnum sit debitori, qui est excusatus, ex quo probabiliter ignorat, cui soluere debeat, vt est text. in l. si fundus. §. fin. ff. de leg. commiss. & in l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vsur. gloss. in l. air prætor. §. sed hodie. ff. de minor. & licet aliqui t. uerint hoc casu esse necessariam oblationem, & dispositionem, tamen communior opinio est, quod non, secundum Aretin. consilio clxij. & Alexand. consilio. xcij. per spectis. in j. volum. Iaso. in d. l. ad diem. & quicquid sit in casu nostro facta est depositio, & oblatio, vnde cessat suprascripta difficultas. Modo in casu nostro Comes Scaramutia erat creditor, respectu pacti iudicij, & erat debitor respectu pecuniæ soluendæ: vnde mortuo Com. Galeacio tanq. mortuo creditore suo, non potuit sibi mora imputari: quia nō habuit cui solueret, nec habuit notitiā, q. mater esset scripta hæres: vnde ius suū herit ille sum. Et potuit iudex ei concedere ceptum accipiendi possessionem, sicut potuisset ipso Galeacio uiuente: nec potest dici subestlo spolium, cum factum sit ex pacto t. etiam auctoritate iudicis, l. iustè. ff. de acquir. possess. can. notum ij. quæstio. j. & sententia non sit nulla, sed valida: cum mater adhuc non apprehendisset possessionem: vt mox dicā. Nec mater possidebat, cum possessio t. non transeat in heredem, nisi post apprehensionem, l. cum heredes. de acquir. possess. & ipsa tanquam forensis, non potest vi beneficio nostri decreti: vt inquit Paul. Castr. in l. omnes populi. in fin. ff. de iust. & iure. & fuit eleganter dictum per dominos aduocatos. Nec etiam potest hæc mater eneruare virtutē pactorum executiuorū, secundum formā nostri ritarij: quia, vt dixi, eo vti non potest. & consequenter licet ingredi etiam propria auctoritate, secundum ius commune, de quo in l. j. C. de pigno. Et in dictum casum, si ipsa petat reuocari dictum præceptum iudicis potest Comes Scaramutia petere, quod etiam si sit nullum, debeat confirmari, secundum not. per Alexand. in l. si finita. in prin. de dam. infec. & in terminis nostris per Ias. in dict. lege. fin. vers. nota tamen. C. de edict. diui Adria. tollen. Saluo semper saniore iudicio

CONSILII. LXVII. SVMMAE.

- 1 Testium dicta specifica potiora.
- 2 Possessionem non mutantia.

Prima ratione putarè in causa domini Rinaldi ultra alias dicta per clarissimos coaduocatos, magnificum iudicem debere in eius fauorem pronuntiare. Nam quamuis moniales per testes suos probauerint de possessione dictarum Brugeriarum, illis conseruata per suos massarios, tamen do. Rinaldus, per quatuor testes, videlicet octauum, non u. duodecimum, & decimum tertium probauit, quod imò dicti massarij non possidebant, seu fructus percipiebant nomine monialium, sed quod accipiebant licentiam à domino Rinaldo, & pro impetranda licentia solvebant illi certum, quid, & sic apparet, quod precario accipiebant illos fructus: vnde eis potius standum est, quam testibus monialium, per id quod singulariter dicit Ioan. de Imol. in c. auditis in fi. extra, de præscript. vbi si aliqui testes dicant, quod quis possederit boues tanquam

quam suos, alij dicant, quod imò habebat eos titulo locationis, vel precarij, & quod ipsi assuerunt dicto contractui, quod magis creditur istis, ex quo magis specificè deponunt, & ostendunt se melius informatos: vnde talis probatio tanquam verisimilior, præfertur maiori numero testiu, vt ibi dicit Abb. & est communis opin. vt dicit Dec. in all. c. licet causam. in xj. not. vers. & notandum. Confirmatur hæc verisimilitudo, ex dicto nomi testis, & duodecimi: qui debent se interfuisse instrumento, in quo do. Abbatissa petebat sibi dari talem licentiam, & do. Rinaldus negauit, vnde satis apparet, quod illi actus fructuum percipiendorum, de quibus testes monialium debent, non sunt actus possessorij promonialibus, sed potius ex do. Rinaldo, à quo licentia impetrata est. Et cum ex parte Aduarum sit probata antiquior possessio, isti actus facti per massarios monialium, non alterant veterè possessionem: quia sæpè contingit, q. in locis sterilibus, & incultis t. homines promiscuè vtuntur, & talis vsus non ostendit animū possidendi, nec alterat possessionem domini, vt dicit in istis Brugerijs, Corn. in consi. xlvj. in iij. vol. versicu. facit etiam plurimum pro hac parte, & ante eum idè consilium Raph. Comen. consilio. clvij. vnde ratio testium istorum monialium fundans se ex vsu, & perceptione brugi, non concludit possessionem ipsarum, stantibus supradictis.

CONSIL. LXVII. SVMMAE.

- 1 Legati obtinendi remedia.
- 2 Cum constet de sensu non est curandum de verbis.
- 3 Omnia per errorem à notario, non solent vitare actum, sed quoadmodumque possunt corrigi.
- 4 Præscriptio idem est, quod exceptio, & ista est propria, & antiquissima huius vocis significatio.
- 5 Illa interpretatio per quam error, & contrarietas tollitur semper est preferenda.
- 6 Officium iudicis executiuum, succedit loco interditi adipiscendæ, merito non appellatur.
- 7 Ab executione non potest appellari.
- 8 Index non debet exceptiones manifestè friuolas admittere, ne que appellationi deferre.
- 9 Quando quis appellat ab Episcopo visitante, non tenetur Episcopus deferre appellationi, quia habet fundatam intentionem de iure communi.

Gubernatorem reuerendū (vt priori quæstioni satis faci) existimo rectè, & legitime p. celsissime, cum eni appareat de legato ex inspectione testamenti res videtur clara, & notoria, & merito t. gubernator concessit executionem dicti legati, quod facere debuit siue ius municipale respiciamus, siue etiam ius commune, secundum quod traditum est legatario aduersus heredem officium iudicis competere quoad similitudinè interditi adipiscendæ possessionis reilegatæ, possessionem is consequatur exceptionibus quæ aliozem indaginem requirunt, reiectis secundum Cuid. Pap. in quæstio. cccclxxxij. argumen. l. ij. in fin. ff. de var. & extraor. cog. quam sententiam puto esse verisimam coram gubernatorib, & iis iudicibus maioribus, qui sola facti veritate attenda, procedere possunt de quo per Bartol. in l. vnica. in fin. C. vt quæ def. aduo. Nec obst. quod in pronuntiatione videatur esse error: dum dicitur non esse probatam allegatam præscriptionem, & procedendum esse ad vltiora in executione: debuit enim dici non esse probatam allegatam non præscriptionem, & sic defectus negatiue arguit manifestum errorè. Sed ad hoc est respondendum, quod cum constet de sensu non est curadum de verbis, quia cum pronuntiauerit ad vltiora in executionem esse procedendum satis ostendit, quod literæ cambij erant præscriptæ, & q. hæres minime probauerat aliquid concludens contra dictā præscriptionem: vnde apparet negatiuam omniā fuisse errore notarij: qui non soler vitare t. actū, sed quicquid potest corrigi. l. si librarius. ff. de regul. iur. l. quoties. §. sed & si notā de hered. in fi. & vt obiq. Bar. de quo per Felin. in c. ex literis. in iij. concl. de fide instr. per

Anch. cōsi. cclxxxvij. quia principaliter. Ale. consi. d. l. in j. cōf. 27. in prin. in ij. Dec. cōf. clxxxv. cū simi. Præterea p. intelligi illa dictio, p. scriptione, simpliciter de exceptione hæredis: quia t. idè est præscriptio, q. exceptio, & ista est propria & antiquissima huius vocis significatio, vt habetur in rub. ff. de exc. & p. script. l. p. scriptiones. cum l. seq. C. de excep. in l. ij. ff. de adul. in l. si maritus. §. p. eod. tit. quo casu si intelligamus sententiā illā, q. non sit probata exceptio hæredis, nulla est contrarietas, & nullus error. Vnde talis t. interpretatio semper p. ferenda, vt p. Bal. Ang. & doct. in l. iurifigentiu. §. q. ferè. ff. de pact. in l. Imperator. p. illi rex. ff. de stat. homi. Secūda est q. stio, an possint dici attentata quæ facta sunt per Augustinū, veniantq. reuocanda, & hoc p. dicit à scriptis, si enim gubernator rectè fecit frustra querimus de appellatione. Primò, quia t. officium eius executiuum succedit loco interditi adipiscendæ, vt s. dixi, merito non appellatur l. j. C. si de causa possess. Secundo quia remedium est executiuum, & t. ab executione nō potest appellari. l. ab executione C. quorum appellatio. non recipi. Tertio, quia ex inspectione testamenti apparet de manifesta calumnia hæredis: & t. non debet index exceptiones manifestè friuolas admittre, neq. appellationi deferre. c. licet causam. vbi doct. de proba. c. ex parte. ij. extra, de offi. deleg. l. j. §. si. ff. de præ. stipu. Quarto, quia gubernator iterum mandauit ad vltiora procedi in executione à qua vltima sententia pars non appellauit. Vnde transit in re iudicata iuribus vulgaribus. Nec obst. si diceretur, q. ex quo possunt dari aliqui casus, quibus permiffa esset appellatio, q. in dubio debuit gubernator deferre appellationi. C. vt debitus. versicu. ex rationabili. de appell. Innoc. c. ij. de rescip. Bal. l. properandum. §. fin. autè. C. de iudic. na respondeo, quod istud procederet in materia, in qua regulariter permittitur appellatio: secus si essemus in casu, in quo regula esset in contrariū, puta in possessorio, vel ab executione, & c. secundum Dec. in consi. 18. circa fi. q. & facit quod disputauit Io. de Monte Murlo & Odr. consi. lxxxix. incipien. Episcopus quos refert Abb. in c. j. de offic. ord. vbi t. quando quis appellat ab Episcopo visitante, nō tenetur Episcopus deferre appellationi: quia habet fundatam intentionem de iure communi, & pro eo præsumitur, nisi quatenus prælatos exhiberet priuilegium exemptionis, iuxta c. cum personæ. de priuileg. in 6. & ex his remanent resoluta etiam cætera dubia.

CONSILII LXIX. SVMMAE.

- 1 Vnus testis non probat.
- 2 In causa matrimoniali ad dissoluendum subsequens matrimonium, testes debent esse omni exceptione maiores.
- 3 Testis vacillans in dicto suo non probat.
- 4 Non est verisimile matrè velle tradere filiam suam in concubinatæ.
- 5 Conditio illa, si placet patri, in matrimonio est necessaria de iure civili, & de iure canonico est honesta.
- 6 Confessio vno capitulo concepta, non potest diuidi, & in parte acceptari.
- 7 Index in dubio inclinare debet in partem, vt valeat secundum matrimonium solemniter contractum, non autem primum clandestinum.
- 8 Index debet futuris scandalis occurrere.

Iffusè aded, atque eleganter allegatum est in fauorem magnifici Christophori, & Domitellæ Barbaræ, vt nihil ultra addi possit: vnde & ego de subscriptione requisitus, dico eā sententiam iuridicā esse: quia (si bene aduertatur) duæ tantum res obstant ipsi Barbaræ. Primò t. attestatio dictæ Catharinæ: quæ cū sit sola testis nō probat. l. iurifurandi in fi. C. de testib. maxime cū nō sit maior omni exceptione, put requiritur t. in causa matrimoniali ad dissoluendum subsequens matrimonium. c. j. de consang. & affini. vbi Abb. Alex. consi. cxliij. in ij. & cū m. vacillauerit in dicto suo, iuxta l. eos. ff. de fal. vbi Bar. & cū m. habeat contra se dictū matris ipsius Barbaræ, q. p. gnalere debet: quia ei magis hereditur: cū t. non sit verisimile, q. voluerit tradere filiam in concubinatum magistro Chri-

stophoro. c. super eo, de testib. vbi Bald. q. esset, si prius fuisset nupta Trigillano. Secundo obstat confessio ipsius Barbarae, &c. scilicet cum dixerit se accepisse sub conditione, si patri placeret, apparet talē confessionē non ob stare, est autem hęc conditio verisimilis, & valde conueniens matrimonio, ne filia nubat absq; cōsensu patris: ideoq; nō solum iure ciuili est necessaria, sed cōdū l. Paul. respondit de stat. homi. & s. inst. de nupt. sed etiam iure canonico est honesta. c. j. & ca. honorantur. 30. q. v. Nec debet posse actor dividere hanc confessionē, vt eam nō approbet, quatenus de conditione loquatur, quia t̄ cum sit vno capitulo concepta, non potest diuidi per Bartol. Aurelius. s. idē que sit. de lib. leg. Dom. de Sancto Gemi. c. j. de confess. lib. vi. Card. cōs. 29. & eleganter per Rapha. Fulgo. & Signo. Homo deum conf. impresso post tract. Ang. in tract. de malef. Et iudubio debet iudex inclinare in hanc partem, vt valeat secundum matrimonii solenniter contractum, non autem assertum primum clādestinum, & in quo suborta est verisimilis indignatio inter actore, & reū: vnde pbabiliter posset dubitari de futuro scandalo, cui iudex debet occurrere. c. præterea. de spon. nō. c. de illis. de despon. impuber. & per Cor. conf. cxcvj. in fi. 3. volu.

CONSILII LXX. SVMMAE.

- 1 Testibus discordantibus, plus fidei adhibendum est testibus verisimiliora deponentibus.
- 2 Testibus affirmantibus regulariter magis creditur, quam negantibus, quomodo procedat.
- 3 Si testes deponunt, q. Titius non est vsus seruitute, quia nunc quis iur. nec ire potuisset, quin vidisset, hęc depositio probat negatiuam per verisimilitudinem.
- 4 Negatiuam probandi modi.
- 5 In causis ciuilibus non requirantur tam evidentes probationes sicut requiruntur in criminalibus.
- 6 Libere emanate ad tertium, seu ad amicum, non præiudicant scribenti, nec prosunt alteri.
- 7 Magis credendum est posterioribus quam anterioribus literis.
- 8 Ex separatū non inferatur.
- 9 Confessio emanata à Titio in sua Epistola, debet ab ipso Titio interpretari, & eius eius interpretationi stabitur.

Testibus discordantibus, videtur t̄ mihi plus fidei adhibendū esse testibus Crassi, q̄ testibus Co. quia videntur verisimiliora deponere, iuxta ea, q̄ habentur in c. in nostra. extra. de testib. Cū enī subesset prohibitio, ne dominus Crassus ingrederetur castrum, & esset adhibita custodia, non est verisimile, quod iuerit & fefellerit custodes, & ex poluerit se periculo. Itē quia testes cōtrarij patiuntur multas exceptiones, q̄ deducit̄ sunt per d. Adno casū Crassi, & maxime dum dicunt, quod ibat bis in hebdomada, quod manifestē pugnat cum sensu naturali, quod potuisset hoc facere, stante custodia, facit quod habetur in c. licet causa. extra. de proba. & licet t̄ aliā magis credere in testibus affirmantibus, quam negantibus, secundū glo. in l. diem proferre. s. si plures. ff. de arbit. tamen hoc non procedit, quando negantes dicerent verisimiliora, vt in casu nostro. Item non procedit, q̄ testes mulieres, & grauiorē essent pro negatiua, vt sentit Ba. in d. s. si plures. Bal. c. cū ecclesia. de cau. propr. Maxime si stant pro reo aduersus actorem: quia semper magis fauemus reo, per glo. in c. clerici. lxxj. dist. Abb. in c. cum P. de accu. Nec obstat, q̄ testes Crassi nō cōcludant de necessitate: cum potuerit ingredi de licentia Marchionis, vel deceptis custodibus. & clam, &c. Quia respondeo, quod licet Dd. in hac materia requirant, quod tales testes remoueant actum assensū, t̄ videtur sufficere, si sit remotus p̄ verisimilitudinem. licet non per necessitatem omni modo concludentem q̄ probatur ex glo. in l. j. s. j. de itinere. actūq; priuat. 3 quæ vult, quod t̄ si testes deponunt, quod Titius nō est vsus seruitute: quia nūquam iur. nec ire potuisset, quin vidisset, esse legitime probatā negatiuam, & tamen hoc non est, nisi per verisimilitudinem: quia impossibile esset, quod isti testes nunquam dormiuisent, sed semper vigilassent ad obseruandum istum, quod verisimilius est

in casu nostro, in quo custodes erant ad hoc adhibiti, ne quis ingrederetur: secus in testibus, de quibus in d. glo. & pro hoc etiam facit alia gloss. quæ vulgō allegatur in hac materia, in auct. de hæred. & Falcid. s. hinc nobis. iuxta si. q̄ t̄ testis adstruens negatiuam, dicit se assensisse, & vidisse, quæ agebantur, satis est etiam si non dicat, non potuisse fieri, quin vidisset, dum tamē verisimile hoc sit, quod non potuerit fieri, &c. vt tradit Bal. & Aret. in c. iij. loc. de proba. Nec etiam est cōsiderandū, quod potuisset ingredi cū licentia Marchionis, & sic in casu licito: quia hæc interpretatio fieret in causa criminali ad euadendū delictū, secundū Butr. & Ioan. de Anā. quos allegat Felin. c. sup. his. de accusat. Secus est in causa ciuili, in qua tam evidentes probationes non requiruntur, vt sentit Bar. in l. in illa. ff. de verb. obli. & glo. in l. ij. de appella. recip. quam sequitur, & commendat Mathesil. notab. ix. & ita etiam procedit, q̄ not. Bar. in l. non solum. s. sed vt probari. ff. de oper. nou. nunt. de quo per Dec. in c. in præsentia. in xij. notab. extra. de probat. Non obstat rursus, quod in epistola Crassi dicitur. *Nunc nō possum ire Decianā, Spero quod cras mane ibi ero.* &c. Respondetur pluribus modis. Primum quod istæ t̄ emanatæ ad tertium, seu ad amicum non præiudicant scribenti, nec prosunt alteri c. placuit. vj. q. ij. vbi Arch. Bal. in rub. C. de fid. instr. q. vlt. Steph. Bertran. conf. cxxxij. in ij. maxime cū principaler de hoc deinde agatur, iuxta c. illud. vbi Butr. & Felin. extra. de præsumpt. Dec. cōs. cccx. Secundo, quia potuit hoc scribere sub quadam fiducia, & spe incerta, quæ deinde effectum nō habuit. l. ij. ff. q̄ actio de pecu. Bar. l. error. C. de iur. & factiigno. & que habentur in l. si quis affirmauerit. ff. de dolo. Tertio, quia ex aliis literis posterioribus scriptis apparet, q̄ non iuit & q̄ illa spes fuit irrita: vnde t̄ magis credendum est istis posterioribus. arg. l. p̄ta nouissima. cum ibi no. C. de pact. Quarto, quia stat simul, quod potuerit ire Decianā: quia Marchio renouasset mandatum eum capiendi, & non tamen habuisse facultatem ingrediendi castrum: ista enim sunt separata, & t̄ ex separatū nō inferatur. l. Papinian' exuli. ff. de minor. Quinto & vltimo, cū ista sit confessio emanata ab ipso Crasso in epistola sua, eius interpretatio ad ipsum pertinet, vt secundū illum mētē declaretur. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. Bar. l. is qui reus. ff. de publ. iudi. Andr. Sicu. conf. 3. char. pen. in ij. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXI. SVMMAE.

- 1 Sententiæ non rescindende cause.
- 2 Vt præiudicetur hæredi, satis est quod scias litem esse motam, nec requiritur citatio ad singulos actus.

Ria sunt, quæ causam domini Petri Antonij adiuuare videntur. In primis, datio in solutum creditoribus facta, mediante t̄ sententia iudicis, quæ amplius rescindi nō potest. l. j. & ij. C. si in cau. iudi. & licet facta sit reseruatō, vt posset separatim iudicari, tamen dicta reseruatō intelligitur respectu iuriū anterioritatis, & posterioritatis, non vt datio in solutum rescindatur casu, quo hypotheca creditorū sit anterior, vt in simili tenuit Ias. post alios in l. si fundū per fideicommissum nu. 17. ff. de lega. j. Secunda ratio est, quia Pechius ponens, & possessor dandō in solutum, fecit q̄ potuit, & debuit: ideoq; hoc nocet hæreditas, l. de hæreditate. C. de petit. hæred. & habetur in l. si tibi. in fin. de pact. l. hinc area. in fi. de cōdict. in deb. in l. q. si possessor. in fi. de pet. hæred. Nec obstat quod hæres non fuerit citatus: quia, vt sibi præiudicetur satis est, quod sciat motam esse litem, nec requiritur citatio ad t̄ singulos actus, vt est tex. in leg. s. p̄t. ff. de re iudi. verifca. sed scientibus, vbi docto. & est ratio, quia creditores, de quorum credito cōstabat non tenebantur expectare, vnde debuit hæres tunc pro conseruatione iuris sui offerre pecuniam, quod cū non fecerit, sibi est imputandum: nec amplius debet admitti aduersus re iudicatā. Tertia est ratio quia in licitatione dñs Possanus obtulit lib. xl. pro pertica, respectu eius, quod s̄ plus fuit apphensum per hæredē, vnde de qua

de quatenus bona cedebant in solutū creditoribus non est facta talis oblatio, nō debet igitur posse hæres rescindere dictam dationem in solutum, & augere perticas terreni in præiudicium ipsius licitantis, qui pro dicta auctione nihil promisit, de quo tamen me refero ad verba incantus. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. LXXII. SVMMAE.

- 1 Iudicati vis.
- 2 Qui intra tempus non reclamant, censetur exclusus ex consensu non appellantis, qui sententiæ consentire videtur.
- 3 Appellatione remota varia tolli.
- 4 Vnus ex fratribus non potest renuntiare appellationi in præiudicium fratrum suorum.
- 5 Non est disputandum de potestate superiorum.

Ameti subtilia sunt metua data nuper contra magistrum Petrum Angelum Physicum, tamē eis non obstantibus, dico partes præstantissimorum Ius dicentium esse in pronuntiando in eius fauorem. Et primò tolluntur omnia ista ratione generali: nam postquam fuit per Bruguram t̄ iudicatū non constat, quod ab illa sententia intra tempus debitū fuerit appellatum, vel de nullitate dictū, vnde ex forma statuti nostri amplius non sunt audiendi eius aduersarij, & transit sententia in rem iudicatam, & qui promittit dictum tempus transire, nō potest amplius in aliquo contrahere: quia cessat exclusus non t̄ ex sententia, q̄ ex suo cōsensu, qui non reclamando t̄ intra tēpus cesset consentiē sententiæ. l. alienationis. de verb. sign. vñ non potest dicere sententiā nullā, neq; ex notoria iniustitia, neq; ex defectu iurisdictionis nec alio modo, vt dicit Paul. Castr. conf. cccxxxix. Alex. conf. cv. in v. Laur. Calc. conf. xv. Et istud procederet etiam si non esset renuntiatō appellatiōis, vnde nō est opus disputare, an renuntiatō fieri potuerit. Nec oportet amplius quærere de meritis causæ: & istud solum fundamentū sufficit ad victoriā, & tollit omnia contraria. Secundo principaliter etiā respondendo particulariter omnibus obiectis, dico ius esse in fauorē physici. Non obstat quod per renuntiatōnem appellatiōis nō censetur actū de sententia iniqua notoriē, c. inter ceteros. de re iud. quia nō est verum esse notoriē iniquam: imò j̄ probabo quod est iusta. Non obstat, quod est larā istæ inhibitionis senatus: quia responderetur, quod cū illa die inhibitiō fuerit sublata, licet ex post etiam iterum facta, tum fuit lata in illo intervallo, in quo licitē ferri potuit, & ita præsumitur secundū Bar. & doct. in l. non solum. s. sed vt probari. ff. de oper. nō. nunt. Abb. c. auditis. extra. de præscr. cum concord. Non obstat, quod sit lata contra præceptum, quod transit in rem iudicatam: quia non est verum: alioquin nec reuerendissimi Senatus commisisset causam, & committendo satis ostendit præceptum non tenuisse. 3 obstat, quod remota t̄ appellatione, nō censetur sublata querela. glo. in c. j. de offi. ord. quia in casu nostro sūt ampliora verba: quia tollitur non solum appellatio, sed etiā nullitas, supplicatio, reuifio, iudicis officii: q̄ verba satis comprehendunt querelam, quæ expeditur officio iudicis, vt per Ias. post alios in l. arbitro. ff. qui satis. cog. Dec. in l. fi. C. de edi. di. Adria. tol. in fi. & dato, quod sit facta aliqua commissio sub mouere nō apparet, quod intra tēpus licitum reclamauerit, & istud erat probandū: quia fundamentum intentionis Marij Noni. Nō obstat quod d. Hieronymus non potuit renuntiare appellatiōi in præiudicium fratrum suorum, sicut nec procurator potest, vt per Ang. & Imo in l. ab executore. ff. de appella. quia istud procederet in procuratore simplici, secus in procuratore speciali, vel cum libera: qui illi equiparatur. gl. in l. ius iurandū. s. si ff. de iure iuran. sed d. Hieronymus erat tutor, & sic censetur procurator cum libera. glo. in l. mandato generali. ff. de procu. not. in l. prætes. C. de trāfact. Præterea cū reuerendissimi t̄ conseruatores ita ordinauerint, non est disputandum de potestate. arg. l. vniuersi. C. de precib. imper. offer. Præterea ista non ex-

cludit saltem d. Hieronymus & eius fratres excluduntur, quia non constat quod tempore debito reclamauerint t̄ sententia. Nec est probatum aliquid, quod nō potuerit fieri hæc renuntiatō sine interuentu d. Philippi. Non obstat dum contra sententiā deducitur, quod vitium litigiosi non obstat, tanquam tale vitium sit introductū in fauorem litigantium solum: quia, etiam hoc concessio cum tale vitium respiceret fauorem Marliani, potest de eo opponi per physicum, qui habet datum à Lobia, in quem iura sua Marlianus transtulerat. l. si superatus. ff. de pignor. p. Bar. in l. si mater. s. ff. de exc. rei iudi. Aret. conf. 36. cum concord. Præterea quamuis fuerit per hęc sublata, tamen dicebatur sine præiudicio tertij, & apparet euidenter præiudicium physico, qui alias succubuisse. Nec dicitur instrumentum conuentionis fuit sublata per retrouenditiōem factam vigore pacti de ludo: quia illa retrouenditiō non habuit locum in præiudiciū physici, & lapsus erat tempus luendi, vt apparet ex quamp̄ pluribus ordinationibus Senatus. Sed vt dixi nō oportet amplius disputare de meritis dictæ sententiæ quæ tranfit in iudicatum, & facit de albo nigrum & e contra, vt dicunt Mod. in rubr. ff. de re iudic.

CONSILII LXXIII. SVMMAE.

- 1 Clausula in fine sententiæ apposta debet restringi ad proximum tantum, quia in sententiis strictè proceditur.
- 2 Delegatus non declarat suam sententiam, sed delegatus.
- 3 Coram senatoribus, qui in vniuersum sunt ordinarij ordinarij, reuocatur omnis iuris rigor.

Sententiæ verba, *Condemnat Casanos ad relaxandū mortitiam à bucca Olone veteris eundo j̄ vsque ad leuata, & à leuata infra dictum aluē p̄ ad veteris, iuxta fontes monasterij, de quibus in dicta transactione.* Quæritur an clausula illa, iuxta fontes trahatur ad primam partem à bucca Olone, &c. an verò ad secundum tantum, q̄ est proximior. Et puto ad secundum tantum referri: quia in facto presupponitur quod respectu mortitij nulli sūt fontes Casanorum, vnde frustra restrinxisset iudex sententiam suam ad fontes monasterij, tanquam eos distingueret a fonte Casanorum per ea, quæ habentur in l. cū vulgari. ff. de dot. præleg. in l. sed & qui data ij. respōs. ff. ex quib. cau. maio. in l. & si forte. s. hæc est actio. ff. si ser. v. edi. Et quia ista clausula in fine apposta debet restringi ad proxima tantum, quia sententiis strictè procedimus, secundū Alber. in l. Titia. s. idē respōdit. j. de verbor. obli. gat. allegat in simili tex. in l. qui fundū. ff. de cōtrah. opt. Et quia videtur esse clausula separata, q̄ potest stare absq; prima vt p̄ Lappū, & doct. inc. suscepi. de rescript. in vj. Fel. c. in nostra in 4. fallen. extra. de rescript. melius facit tex. in l. filius familias. ff. q̄ di. leg. ced. & q̄ illū tex. no. Bar. l. ff. de reb. dub. Et quia iudex ipse ita declarauit fuisse mentē suam, q̄ declaratio conformis verbis, omnibus permittitur, et tabellionibus. l. si quis decurio. Cōd. de fal. & s. si verò moriantur. in aut. de fid. instrū. et cuiusq; priuato. l. hæredes. s. si quid. ff. de testā. q̄ ibi Aret. no. & in l. inter stipulantē. s. j. de verbor. obligat. & cōf. lxxxij. & licet Dd. dicant, q̄ t̄ delegatus nō declarat suam sententiam, sed delegatus, t̄ nō negant, quin delegatus sequatur intentionē ipsius de legatō, & ex eis mente debeat declarare. c. ex parte. 3. extra. de verbor. signif. vbi tex. eū glo. & hoc maxime dicēdū est in senatoribus, quicet respectu causarū sibi cōmissarū sint delegati, t̄ in vniuersum sunt ordinarij ordinarij: & corā eis omnis rigor iuris reuocatur, secundū Bar. in l. j. in fi. C. vt quæ def. aduoc. cū concord. Quod si id permittitur cui libet simplici assessori, secundū Alb. in d. l. inter stipulantem. s. j. & Alex. in l. ab executione. in apost. Bartol. de app. multò magis senatorij.

CONSIL. LXXIII. SVMMAE.

- 1 Interdictio vti possidetis, cū duo præiudicet, quilibet se possidere, ille obtinet qui melius pbat se tempore litis cōstitatē possidere.
- 2 In interdictio vti possidetis, obtinet qui probat de antiquiori possessione ceteris paribus.
- 3 Possessio acquiritur facta, & animo postquam est acquisita.

- retineatur solo animo.
- 4 Tacens per decennium presumitur oblitus.
- 5 Quando vtraque pars ostendit se possidere, & iuste timetur de rixa debet iudex sequestrare.
- 6 De iure civili a sententia sequestrari non potest appellari.
- 7 De iure canonico a sequestrato potest appellari.

Retinendū in interdico, quod est uti possidetis cum duo prætendant quilibet se possidere, ille obtinet qui melius probat se tempore litis contestatæ possidere. §. retinendā. inst. de interd. & idē articulandum est de tali tempore, ut quis obtineat. Item in hoc interdico ¶ vincit ceteris partibus ille, qui probat de antiquiori possessione. c. licet causam. vbi Dec. no. xj. extra, de probat. nisi tamē tali sciens alium posteriore occupasse, eam non habebat, sed solum eius competit beneficium. l. si. C. de edi. diui. Adria. tol. Sed sic quod ¶ agenti interdico adipiscendā obstat exceptio proprietatis, de qua in continenti constat. l. dolo facit vbi glo. ff. de exceptio. dol. l. 3. §. causæ. ff. de Carb. edi. glo. l. si de vi. ff. de iudi. & tradunt oēs doct. in l. naturaliter §. nihil cōmune in primo intellectu Ba. ff. de acquir. poss. in nostro aut casu constat de manifesto iure dñe Franciscæ, q̄ respectu rerum dotalium etiā in dotē æstimatā daturū, soluto matrimonio effecta est domina, taltē vtiliter. l. in rebus verb. siue æstimare. Cod. de iure dot. Maxime cum isti hæredes non obtulerint pretium, quo casu iure pignoris potest eas retinere & possidere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. & ¶ cum æstimatio facta sit viliori pretio, censetur mulier donasse. l. si sponsus. §. circa. ff. de donat. inter vir. & vxor. quæ ¶ donatio est prohibita, præsertim lapsō triennio post contractum matrimonii glo. l. ij. §. pen. verbo. post nuptias vbi. docto. ff. si cert. per. Nec obstat iuramentum, quod in instrumento æstimationis interuenit, ¶ quia metu præstitum fuit, & idē effectu non obligat. e. eum contingat. verfic. sine vi dolo sponte p̄stita. extra, de iur. iur. de quo metu & violentia, remitto ad testes in hoc iudicio examinatos, & copiose subtiliter que est scriptum per d. consultorē. Et eertē iudices debent in hac sententiam inclinare: cum alioquin mulier remaneret in damno rerum suarum, & isti hæredes lucrum facerent ex malitia auctoris sui, quod maxime est dicendum: cū ista donatio oriens ex vilitate pretij æstimationis inter virum & vxorem, quāuis iurata habeat tacitam conditionē nisi donans superstes fuerit. l. a marito. C. de donat. inter vir. & consilue Bal. con. 27. in j. deci. consil. cexl. per totum. ccccccxxvj. cccclix. & nouissimē Card. Paris. consil. lxxxvj. in 3. volu. quam sententiam & ego sequor in casu nostro, in quo nulla fuit affectio vxoris erga istos hæredes extraneos mariti, ut per tale iuramentum possit videri talem conditionem remississe: præsertim stante fundamēto metus, de quo supra dictum est, & diffusē scriptum per d. consultorem, in cuius sententiam de sola subscriptione requisitus accedo.

CONSILII LXXV. SVMMAE.

- 1 Clausula ius & iustitia ratio, vis & inefficacia.
- 2 Aliud est q̄ ipse reus cogatur soluere, aliud, q̄ res sit obligata.

Libelli conclusio est, quod d. iudex cogat, & condemnet ad dandum & soluen- dum tot modios, &c. & sic est in actione personali. Queritur, si a libellus sustineri possit saltem in hypothecaria, per clausulam petens ius & iustitiam &c. & clausulam de deducendis in hoc iudicio, &c. Et videtur mihi dicendum, quod non, per id, quod not. do. Maria. Soc. in c. ij. extra, de lib. blat. in q. 2. Vbi dicit, quod istæ clausulæ operatur effectus suus in dubio, seu incerto: quia per illas libellus adaptatur ad illam conclusionem, quæ aliquo modo colligi possit ex serie libelli: secus quā certum est, intentari remedium prorsus difforme. Tunc enim per illas clausulas non trahitur ad actionē prorsus diuersam. c. examinata. extra, de iudi. per Bal. in l. ij. C. de peti. hæred. ¶ Aliud enim est, quod ipse reus cogatur soluere, aliud, q̄ res sit obligata, nec vnum congruit cum alio. §. omnium. inst. de actio. & illam opinionē do. Mariani sequitur Soc. consil. 39. & consil. cxcix. Cor. consil. xlvi. consil. cccj. in 3. decisiones Capellæ Tolosane 233. & pro hac sententia facit etiam quod no. Bald. in leg. incerti quæst. xv. C. de interdico.

CONSIL. LXXVI. SVMMAE.

- 1 Interdictum recuperandæ, nō nisi possessione adepta cōpetere.
- 2 Agenti interdico adipiscendæ obstat exceptio proprietatis, de qua in continenti constat.
- 3 Cum æstimatio facta sit viliori pretio, censetur mulier donasse.
- 4 Donatio inter virum, & vxorem lapsō triennio post contractū matrimonium est prohibita.
- 5 Iuramentum metu præstitum, effectu non obligat.

Icet subtilia fuerint argumenta deducta contra Butium: tamen arbitrator, eis non obstantibus, pro eo pronuntiandum esse, & id pluribus rationibus. Prima est: quia actor nõ probate, reus absoluit. l. qui accusare. C. de eden. Sed testes falsi nihil probant. l. eos. ff. de fals. & falsus in vno, est falsus in omnibus: ita q. in totũ fides illi abrogatur. c. pura & simplex. 3. q. ix. & est communis opi. in l. si est falsus. C. de transact. in in c. fraternitatis vbi Fel. de heret. quod aut testes Luyni sint falsi, appertè ostenditur Nam sup secundo c. oes dicunt, q. die 24. Septembris anni 1515. Heluetij erant dñi dictæ Vallis Trauallia, quod est falsum, & falsitas ostenditur primò ex testibus Butij. Secundo, quia die 19. eiusdẽ mensis ciuitas Mediolani se subdidit Regi Francorũ: vñ idẽ est dicendũ de dicta valle, q. est de comitatu Mediolani: & præsumptio legis est, q. castra sequantur deditioem ciuitatis. §. si sit. de falsis. Roma. cõf. ccxvij. in cip. p. sens casus duplicè in p. r. Tertio, quia ex dictis ipsorum testiu apparet, q. tempore, quo pugnatum fuit ad Sanctũ Donatũ, de dictis diebus 15. & 16. d. Franciscus accepit dictas res, & detulit in domũ comitũ Rusconum, vt illam in strueret: vnde euidenter apparet, quod tunc Heluetij non erant domini vallis: quia tempore Heluetiorũ Comites non habitabant domum, nec veniebant in vallem, nec est verissimile, quod, ipsis Heluetijs existentibus

stentibus dominis, quisquam pro Rusconis ausu tulisset talia facere. Quarto, quia ex dicto tertij testis & quinti, apparet, q. Margareta dabat Comitibus res illas, dum sibi do. Franciscus dixisset, q. accipiebat pro Comitibus, quod minimè fecisset, nisi fuissent domini. Secunda ratio est, quia non est per testes probata certa quantitas rerum: imò sunt testes singulares, vnde non probant. l. iurifurandi. C. de testib. Nec obstat, quod satis videtur probata violentia, vnde debet dari iuramentum in litem ipsi vim passo. l. si q. C. de vi. c. super eo, extra, q. met. cas. Nam respondetur, ex dictis omnium testium apparet, qualiter Luynus erat absens, quando Butius fecit absporiari illas res: vnde cum nesciat, quid fecerit absporiari, non potest illi deferri iuramentum, ex quo non est verissimilior informat, vt dicit Bal. in c. j. per illum text. si de inue. inter do. & vaf. §. is oria, & in terminis. d. l. si q. idem Iaf. in l. admonendi. in repet. & pro hac opin. est ratio euidentis: nam tale iuramentum, quod præstat ex dispositione d. l. si quando. est iuramentum veritatis, vt dicitur in omnes, ergo non debet deferri ei, qui verissimiliter ignoraret veritatem, glo. in l. bonæ fidei. C. si cert. per. Bene fateor, quod si constaret Butium totam domum euacuasse, fortè esset secus: sed cum testes dicant, nisi de certis rebus particularibus, quarum respectu etiam sunt singulares, non video, quo modo possit tali iuramentum deferri. Secundò respondetur, quod tale iuramentum non defertur, nisi contra eum qui sit in dolo, & in tali materia lata culpa, vel etiam dolus præsumptus non sufficeret, vt concludit Iaf. post. alios in d. l. si quando. sed Butius non est in dolo: quia propter literas Comitum excusatur a dolo. l. agitur. §. fin. ff. de lib. cau. in l. j. §. ff. de abigeis. cũ concord. præsertim cum sit iustus iudicis, qui etiam alias regulariter excusat, vt per doct. in regula iuris, q. quis mandato. de reg. iur. in vj. & licet quandoq. talis iustus non excuset a lata culpa, tamen in distincte excusat a dolo, vt vult Bart. & Iaf. in l. iuste polysidet. ff. de acqu. vnde non est dubium tale iuramentum non posse deferri. Nec obstat, quæ adducuntur contra literas, tanquã non sit seruata earũ forma, dum in eis dicitur quod deberet requirere Luynũ, & petere d. bona, & tamen non requisit, nec interpellauit neque iudicialiter, neque extraiudicialiter. Nam respondetur, quod ex quo Comites ita scripserant, vt instrueretur domus, ad quam sequenti die erant venturi, ex qualitate negotij satis apparebat, quod nonlebant rem deduci per litigia, sed simpliciter requiri ipsum Luynũ, vt statim daret illa mobilia, vnde cum Butius iuerit in domum ipsius, & non repererit, satis dicitur impleuisse mandata: quia per Butium non stetit, quin admone ret, sed per ipsum Luynum, qui aufugit: vnde sibi imputet. l. iure ciuili. ff. de cond. & demon. & quia fugitiuus non est ulterius perquirendus. l. j. vbi Bartol. C. de asseff. Item satis potest dici monuisse eum, qui monuit eius familiam seu vxorem, quia (vt apparet ex dictis, & de positionibus testium) Butius semper dixit Margareta, q. volebat illas res pro ipsius comitibus. Nec etiã obstat, quod non constet illas literas emanasse ante, quam res illæ auferrentur: quia dico istud præsumi, arg. l. merito. ff. pro soc. & est doct. Barto. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. no. nunt. Et etiam probatur ex tenore literarum, quibus mandatur, vt præparet domũ: quia erant comites venturi: & testes dicunt, quod absporiavit istas res pro instruenda domo comitum, antequam ipsi venirent. Tertia principalis ratio est: quia iste Luynus erat rebellis statuti, ex quo tractauit cum Heluetijs, vt auferrent dictam vallem a duce Mediolani, respectu vnde stantibus decretis duealibus, ipso iure absq. alia condemnatione eius bona erant publicata, vnde licuit cuilibet, ei auferre, & talis nõ potest implorare auxilium aliquod, nec d. l. si quando. nec per actionem vi bonorũ raptorum, vt etiam sentit Alex. in d. consil. cij. in j. Et ex his inferitur, quod etiam dato, quod probatum esset ali-

quas res particulares fuisse sibi subreptas: non tamen potest contra Butium obtinere, cum quia erat rebellis, & potuit impune offendere, cum quia Butius fecit tanquã procurator, & mandatarius Comitum: quo casu contra eum debet posse agi gloss. in l. in rem. §. tignum. vbi Bart. & ceteri. ff. de rei vendi. Bal. l. non eo minus. C. de accus. Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. cum similib. præsertim cum Comites essent domini, & ipse subditus: quo casu debuit parere: nec aliter inquirere de iustitia præcepti superioris, vt habetur per Cyn. in l. rescripta. C. si contra ius.

CONSIL. V. SVMMÆ

- 1 Indicium probatur per testes deponentes de fama, que fama quoties est verissimilis, facit indicium ad torturam, & etiam semiplenam probationem.
- 2 In foro canonico ad veritatem facti magis attenditur.
- 3 Episcopi & metropolitani procedunt amisso articulo in famia.
- 4 Indiciorum genera.
- 5 Coniectura non leuis capitur ex qualitate persone.
- 6 Saraceni naturaliter sunt hostes Christianorum.
- 7 In crimine heredis proceditur, si vel minima ad sit suspitio.
- 8 In criminibus enormibus, potest inquiri etiam fama, vel indicium non precedentibus.
- 9 In delictis enormibus non seruantur solemnitates iuris.
- 10 In crimine læsæ maiestatis iudex potest inquirere non præcedente fama, vel indicio.
- 11 Quod licitè factum est, poenam non meretur.
- 12 Non præsumitur iudicem excessisse modum in danda tortura sed præsumptio est in fauorem ipsius iudicis.
- 13 Poena in causis criminalibus regulariter sunt arbitrarie ipsius iudicis. (qua causa.)
- 14 Iudex potest minuere poenam, si sibi ita videbitur, ex ali.
- 15 Percussio in maxilla censetur atrox iniuria.
- 16 Nimius dolor est causa minuendi poenam.
- 17 Nobiles pro homicidio iure communi solum de portantur.
- 18 Duces seu magistri militum de captis in bello, non tenentur conficere inuentarium.
- 19 Duces seu magistri militum, possunt de bonis captis ex præda donare militibus, & benemeritis.
- 20 L. is qui prædam: ad l. iul. pecul. declar.
- 21 Transfugij indicia.
- 22 Infidels facile præsumuntur ad suos transfugire.
- 23 Contra fugientes fuga est magnum indicium.
- 24 Deprehensi in flagranti crimine, possunt capi, & puniri.
- 25 Tormenta bellica, & Bombardæ, prohibentur ad infidels transportari.
- 26 Procuratori licitum est etiam contra mandatum domini agere ex causa superueniente, quam Dominus ignorauit.
- 27 Tractatoria quænam sint.
- 28 Fundans intentionem suam in consuetudine, debet eam probare, cum consuetudo sit facti.
- 29 Consuetudo vnus loci, non extenditur ad alium locum.
- 30 Capti in bello captiuentium fiunt.
- 31 Iuregentium licitum est mihi rem meam, etiam arte, puta furato, vel dolo recuperare.

Multæ oppositiones aduersus illustrem do. Frãciscum de Tonar præfectũ, Castellanus quæ castri Guletæ, generalemq; Ducem adductæ sunt, per hunc Casarem maiestatis adeo, vt quinquaginta, & nouem sint huius aculationis capita. Sed pleraq; leuia, & q. nullo negotio ex seipsis dissoluuntur operæ prætiũ visum non sit, de eis verba facere: insistant itaq; circa ea, quæ maiorem dubitationem habere videntur. Et in primis obicitur, q. absq; informatione & non pcedentibus in dicitis reorqueri iussit. Maurũ macellariũ nomine Bucar, qui ex tormentis est mortuus, respondeo & dico, q. imò suberat sufficitia indicia, q. Bucar admoneret infidels de o maib; q. generetur in Guletæ. Et in primis indicium pbatur per testes deponentes de fama huius rei, q. fama quoties est verissimilis, facit indicium ad torturam, & et semiplenam probationem factam in foro can. in quo ad facti veritatem magis attenditur secundum doct. in c. veniens. §. extra, de testib. Geo. di. num. in tract. de quæst. Guid. de Suz. in simili tract. rub.

qualiter reus subiciat torturę in j. quod est indubitanter tenendum. quoties subessent etiam admicula prout in casu nostro. Nec videtur, quod sit opus, quod prius iudex cognoscat super articulo infamie: quia licet inferioribus iudicibus hoc non permitteretur, tamen in isto Duce belli, non videtur fuisse necessarium, sicut nec in episcopis & Metropolitanis qui procedunt in tali articulo, secundum glo. in c. ij. de accusat. in vj. Ang. in l. si vacantia. C. de bon. vac. lib. x. Ang. de Aret. tra. & malef. in pri. Et licet aliquid contradicatur in ordinariis: tamen in illustribus, & maioribus magistratibus, sicut sunt Duces belli, & locum tenentes Cęsar. maiestatis, hoc videtur certissimum. l. nullus. C. ad l. iul. mai. vbi Bal. Fel. c. cum oporteat. de accu. sentit Io. And. in c. olim. de accu. vbi generaliter idem tenet in quibuscunq; iudicibus, qui non tenentur seruare ordinem iuris. Confirmatur dictum iudicium ex eo quod constabat, quod Hamida hostis Cęsarum, bona istius Bucaris in Tuneto conseruabat illegitima, cum cęterorum destrueret, quod argumentum est non leue secretę amicitie, & tacite intelligentie, quę habebant, vt scribit Tit. Liuius historiarum lib. 22. & Cor. Tacitus lib. vi. ad fi. Non leuis est coniectura, quę ex qualitate personę accipitur. quod iste Saracenus & infidelis, clam cuperet recte esse cōsultum Saracenis potius, quā fidelibus, ex quo naturaliter sunt hostes Christianorum. c. in nonnullis extra, de Iudę. Et sicut videmus, quod in crimine hæresis proceditur, si vel minima suspitio adsit, puta, quia quis discrepet à communi conuersatione. c. excommunicamus. §. ad iudicimus. vbi Fior. & Io. de Ana. extra, de her. ita etiam dicendum est in criminibus, puta læsę maiestatis seu perduellionis, in quibus potest inquiri etiam fama, vel iudiciis non præcedentibus. l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cle. l. j. C. de sal. mone. quia in talibus delictis non seruatur solentates iuris secundum Inn. in c. cum omnes. de consti. Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. de iis qui no. in fa. Et pro hoc facit tex. in extra uag. ad reprimendum in vbi potest per iudicem inquiri in crimi. læsę maiestatis, quamuis non præcedentem fama, vel iudiciis, vbi per Barto. in verb. inquisitionem. Cum ergo subessent iudicia & coniectura, potuit illustris procedere ad torturam: quia lex hoc relinquit arbitrio ipsius iudicis. l. j. §. eiusdem modum. q. principis extat rescriptum. ff. de testib. per Bar. in fi. ff. de quæst. Alexand. consil. lxxij. in 3. vol. & si contingat, quod iste subiectus quæstioni deficiat in tormentis, hoc tamen non imputatur iudici, nec iudex ad aliquam pœnam tenetur, quia licite fecit, & licite factum non meretur pœnam, secundum Iac. de Arc. Cyn. & Bald. in l. Gracchus. C. de adul. & q. not. Bar. in l. quæstionis. ff. de quæst. nisi probaretur quod iudex dolo, vel culpa excessisset modum, vt habetur diffusę in tract. Francisci Brunii sub rub. de qone, & tortura. non præsumitur autem iudex excessisse modum, sed præsumptio est in fauorē ipsius. l. j. C. de offi. ciui. iud. ibi quod non arbitramur per Bal. in l. j. in fi. C. ne quis in sua cau. In quinto c. quo dicitur præfatum illustrem dominum Franciscum non puniuisse cōpetenter Bernardinū de Hinoiosa, reū homicidij perpetrati in personam Io. Cantero. Et sciendum est, quod regulariter pœnæ in causis criminalibus sunt arbitrarię ipsi iudici. hodie. ff. de pœn. & potest iudex minuere pœnā, si sibi ita videatur ex aliqua causa. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de iis qui no. in fa. & q. not. Dec. in c. consulu. j. in fi. de appel. causa verò minuendi fuit probabilis propter iustum dolorē Bernardini, qui fuerat in maxilla percussus, quæ atrox censetur iniuria. l. aut facta. §. qualitate. ff. de pœn. Et q. minus dolor sit causa minuendi pœnam, firmat Barto. in d. §. pœna grauior. per tex. in l. j. in fin. ad l. Cor. de sicar. Et quia manserat in carceratibus per octo menses. l. si diutino. ff. de pœnis. Et quia fuerat de hoc rogatus ab equitibus ob gaudium victorię. arg. l. j. C. publ. l. tit. lib. xij. & quæ habentur in l. iustissimos. C. de offi. recto. prouin. Vnde satis videtur iste punitus, qui missus fuit deinde in exilium, cum esset

nobilis genere, & iure nostro nobilis pro homicidio solum deportatur. l. j. §. legis Cornelie. ff. ad l. Corn. de sicar. in vj. c. in quo dicitur, quod Ioannes Fernandus, & eius vxor mandato dicti illustris fuerunt torti absq; iudiciis, respondetur, quod imò suberant iudicia, vt apparet ex processu fiscali in Guleta. quæ iudiciorū qualitas maximè pendet ab arbitrio ipsius iudicis, secundum Bar. in d. l. si. ff. de quæstio. Nec obstat, quod videatur ipse illustris in propria causa ius sibi dixisse: quia hoc est falsum: cum enim causa esset criminalis, & pœna cederet ad vindictam rei publicę, censetur causa aliena, non autem propria: & idem, si non sit recusatus, potest cognoscere. l. si quis forte. §. si quos. ff. de pœn. l. milites agrum. §. irreuerens. de re milita. Fereor tamen, quod si recusatus fuisset tanquam suspectus, quod tunc non potuisset iste illustris eos punire, quamuis crimen fuisset notorium: dū tamen pœna fuisset illi arbitraria secundum Abb. in c. p. posuit. in fi. de appellat. Are. in c. cum P. de accusat. Sed in casu nostro videtur cessare omnis difficultas, quia probatū est, quod ipse illustris non processit ad torturam sed Alguazirius cui mādauerat, vt pro habeda veritate procederet vnde cessat omnis suspitio secundum Petr. & Cyn. in l. vnica. C. ne quis in sua causa. per tex. in auth. si verò contigerit. C. de iudic. & authen. offeratur. C. de lit. contest. & habetur per Abb. & doct. in c. i. extra, de iudi. In 16. & 24. ca. imputatur illustri D. Francisco, q. acciperit omnia bona Regis, scilicet aurū, argentū, pecunias, quę in tentorijs erant, & nullum de eis consecerit inuentarium, in quo est sciendum, quod de iure non reperitur, quod Duces exercitus teneantur ad conscientiam inuentaria, sed talis cura olim pertinebat ad quæstores: de inde videtur pertinuisse ad pronocatores Cęsarum, de quib. in l. j. in fi. ff. de offi. procur. Cens. ipsi verò Duces, seu magistri militum possunt de bonis captis ex præda donare militibus & bene meritis iuxta l. si. §. simili. C. de don. & l. si. §. hanc rationem. ff. de bon. dam. vnde cum possint donare, non est ab eis exigenda scrupulosa ratio. l. cum oportet. §. ne autem. vbi Bal. C. de bon. quę liber. sicut quę per inuentarium demonstrari solet. l. cum plures. §. pen. de admini. tar. Et cum nullus dolus ipsius illustris arguatur non est contra eum locus probationibus priuilegiatis, sed oportet præcisè probari, quid, & quantum ad eum peruenerit iuxta no. in c. fi. extra, q. met. cau. in l. si quādo. C. vnde vi. In casu aut nostro nihil constat, quod ad ipsum illustrem D. Franc. imò potius præsumptiones sunt in contrarium, cum satis constet per testes, quod dictus Rex non erat pecuniosus, sed oppressus ære alieno, & quod mulieres, & famuli ipsius fuerant ex tentorijs cum rebus dicti Regis, postquam intellexerunt eū fuisse debellatū, & quia non est verisimile, q. Rex haberet in tentorijs aurū & argentū, sed potius sup camelis, qui erant onerati, & qui abducti fuerunt. In ca. 17. quo imputatur illustri do. Francisco, q. merces, aliaq; res Regis è nauī extraxerit, & quidē ab iuuentario, patet ex rescriptis: responsio, quia non tenebatur dictus illustris ad cōfectionē inuentarij: & quia in casu nostro probatū est, q. nauis ipsa erat hostilis Cenagæ Saraceni. vnde iure belli potuit capi. c. si episcopus. de suppl. neglig. prel. lib. vj. & res videntur esse cę capientū, secundum reg. l. j. in princ. de acq. pos. vbi doct. & in c. ius militare ad fi. di. fin. Nec obstat, tex. in l. i. qui prædā. ff. ad l. iul. peculatus. quia ipse cedit, prout loquitur in priuato qui prædā ab hostibus captā surripiat, noim duce belli qui habet facultatē ex ea remunerandi milites. d. c. militare. d. l. si. §. simili. Itē procedit in eo, qui subripiat prædā, in casu verò nostro non est subrepta. Et licet cōfectū non sit inuentariū solenne: tū facta est annotatio, seu descriptio ipsorū bonorū, q. habet vim inuentarij, vt non possit dici deceptus fiscus. l. si. ff. de bon. auth. iud. poss. vbi doct. in c. 19. obicitur q. captiuos fecerit quosdā Mauros in biremi, respondetur q. cū essent in fideles, & fugerent, fuit probabilis præsumptio, quod essent transfuge & quod ad hostes trāsire velent, cui de licito iure nostro, pœna est capitalis. l. iij. & §. is qui

is qui volens. ff. de re milit. l. fin. C. quando lice. vaicui- que quod præsumendum erat. Primò ex qualitate personarum propter vitium originis, quia Mauri, & infideles qui facillè præsumuntur ad suos transfugere. argu. l. quod si nolit. §. q. mancipia. ff. de ædil. edict. Secūdo, quia fugiebāt & fuga facit magnum indicium contra istos. l. lege Corn. ff. ad Syl. l. qui sit fugitiuus. ff. de ædil. edict. vnde potuerunt capi impudē, imò suspitio fugę excusat capientes, perinde ac si iam illi fugissent. per glo. in l. penult. vbi Bald. C. de pignor. actio. Tertio, quia furtum faciebant abducendo nauem, & res in ea contentas. vnde de tanquam deprehensū in flagranti crimine potuerunt capi, & puniri. l. defensores. 3. C. de def. ciuit. vbi Alber. post Gandin. in tract. malefic. quem ibi refert. Quarto, quia isti se armis defenderunt, & vnum militē vulnerauerunt. vnde satis arguitur hostilis animus. l. j. l. ij. C. quando lic. vni cuique. l. itaque. in fin. ff. ad l. Aquil. Quinto, ex genere rerum, quas auferabant, videlicet tormenta bellica, & bombardas, & huiusmodi, quę prohibentur ad infideles transportari, iuxta tex. in cita quorundam extra, de Iudęis: & (vt dixi) satis est, quod essent in præparatione hoc faciendi: licet adhuc in actu non esset, secundum glo. in d. l. pen. & quę ponit Hyppol. Marfil. in l. j. in princ. ff. de quæst. & gloss. in d. §. & is qui volens. cum similib. In xx. cap. imputatur ipsi illustri, quod bellum mouerit cōtra Hamidam absque mandato Cęsarę maiestatis, sed ad hoc respondetur, quod cum Hamida fuisset rebellis patri, & regnum Tuneti occupauisset, fuit compulsus ipse illustris ad bellum tanquam puocatus, & se defendens: defesio, p. mittitur, & cęsetur cōprehensa in mādato, quāuis generalis Cęsarę maiestatis, pro ea quę habentur in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. Itē respondetur, quod imò ipsi illustri fuit data licentia, & facultas, vt apparet ex lieris Cęsarę maiestatis in processu productis. Itē dicitur, quod causa, qua motus fuit ipse illustris ad bellandum, eum excusat, cum superuenerit postea: & licitū est procuratori, etiā contra mādātū dñi agere ex causa superueniente, q. dominus igno rauit, vt est text. in l. si hominem. ff. mandat. per quem text. multas decisiones congerunt Ludo. Romi. & Andr. Sicul. in rubric. C. qui admitt. Fel. in cap. j. de constitu. cap. de cętero. de re iudic. cū similib. In xxij. cap. constituitur. circa prædictam criminationem, quod bellum gesserit contra Hamidam sine voto capitaneorum Guleta, & quod vocauerit Arabes in fauorem Hameti: satis apparet responsio ex supradictis. & quia evidens vtilitas Cęsarę maiestatis fuit, quod potius Abdemelech regnum Tuneti obtinuerit propter oppida, quę remanuerant, videlicet Carthaginem, Vitcam, & quędam alia commoda, quę redundabant in magnam vtilitatē Cęsarum, & constat de voto Capitaneorum Guleta, ex schedula manu eorum subscripta. In xxv. cap. sit eadem oppositio, quæ facta est supra. in cap. xvij. & idem respondendum est, vt ibi. In xxx. cap. obicitur de captura Maurorum vltro venientium in Guleram, & portantiū cibaria pro victu militum, ad quod respondetur, quod solum capti fuerunt exploratores, & qui non habebant signum constitutum per ipsum præfectum: tali enim tempore propter periculum imminēs cautiū fuit agendū, & constituta sunt signa, vt possēt discerni pro ditores ab amicis, vnde qui veniebant abique signo legitime capi potuerunt, & videntur huiusmodi signa in iure nostro tractatorie appellari rubr. C. de tract. libr. xij. & cl. 2. C. de deser. tor. eod. libr. In xxxj. cap. super quinta parte prædę, quā præ tenebat ad regni curiam pertinere: respondetur, quod fundamentum huius imputationis stat in consuetudine, quod consuetudo sit, vt quinta pars rerum captarum ad regiam curiam pertineat, quæ consuetudo non est probata, & idem frustra de hoc disputatur: fundans enim intentionem suam in consuetudine debet eam probare: cum consuetudo sit facta, vt habetur in l. de quibus ff. de consti. lib. vj. cum similib. & consuetudo vnius loci non extenditur ad alium secundum Bartol. in

l. j. §. si quis autem. ff. de tenere actuque priuarum con- cor. Iaf. per d. l. de quibus. & idem oporteret probare, quod talis consuetudo fuisset Tuneti, quæ probatio est impossibilis: aliās standum est regulę iuris gentium, de qua in l. j. ff. de acquirend. possess. quod capti in bello efficiantur capientium, cum declaratione tamen, de qua ibi per doct. vt dixi supra. c. xvij. Et in omnem casum non constat, quod nec quinta, nec pars aliqua peruenit ad dictum illustrem, &c. In lx. cap. obicitur de ostentis, & septem ducatis inuentis in marsupio, &c. respondetur duobus modis. Primo q. iure belli fuit ea pecunia capta, & in bello accepta, vnde nihil ad fisci. d. l. j. de acquirend. possess. Secundo dicitur, q. dicta pecunia erat Arifi Iudæi, qui erat debitor ipsius illustris, & licuit ipsi illustri eam pecuniam in bello captam retinere, & sibi ipsi soluere: & licet alias compensatio non admittetur, tamen cum ipse Arifus nihil petat, hæc exceptio videtur admittenda, maxime inter milites, cum quibus secundum ius gentium agitur, quo iure licitum est mihire meam, etiam arte, puta furto, vel dolo recuperare. gloss. cap. ius gentium. j. distinct. cap. olim. j. de restit. spol. vbi Abb. in fin. summa Angelica. verb. furtum verlic. 4. & seq.

CONSILII. VI. SVMME.

- 1 Licitum est propria auctoritate, & quibuscunq; artibus quod suū est recuperare, quando alio modo non potest quis, quod suum est consequi.
- 2 Licitum est vti in sedis aduersus hostes pro recuperatione rerū suarum.
- 3 Aduocatus si habet iustam causam, licite potest aduersariū suū decipere.
- 4 Creditor quando non potest aliter id quod sibi debetur recu- perare, potest etiam furtiue sibi satisfacere.
- 5 Dolus cum dolo compensatur.
- 6 Paria delicta mutua compensatione tolluntur.
- 7 Episcopus si precipit sub pena excommunicationis, quod qui habuit aliquid de bonis Titij teneatur reuelare, & ego cū essem creditor d. Titij furtiue mihi satisfacere, non teneor reuelare, nec incidit in pœnam.
- 8 Qui constituitur se occidisse ad sui defensionē, debet probare q. occiderit pro defensione, aliter stabitur cōfessionis suę, quod occiderit.
- 9 Reus constans se occidisse ad sui defensionem, non potest puniri pœna mortis.
- 10 Si quis deprehenditur cum aliqua, & aduersus fiscum agens tem de stupro, alleget se eam desponsasse, creditor tali assertioni ad exclusionem fisci, & venit absoluendus.
- 11 Si iudex inquisit contra aliquem de furto, & reus allegat se fecisse voluntate domini, & Dominus idem fateatur, reus est absoluendus, si dicta confessio sit verisimilis, vt quia consanguineus, vel amicus, &c.
- 12 Magna verisimilitudo est, quæ colligitur ex qualitate personę.
- 13 Ex visis retrō transactis, præsumitur etiam de presente.
- 14 Lex sicut contra fugientes præsumit, ita pro innocentia reos manentium bene suspiciatur.
- 15 Verba plerunq; mētuntur, facta non mentiuntur.
- 16 Non dicitur dolum committere, qui fraudem sibi factā, vel faciendam excludit.
- 17 Quelibet causa habens aliquem colorem, quāuis alioquin iniusta sit, excusat à dolo, & à delicto.
- 18 Quotiescunq; lex in crimine capitali pœnam imponit, semper intelligitur, quod interuenit dolo.
- 19 Vbi nemini damnum infertur, ibi non dicitur esse crimen.
- 20 Promissiones conditionales, quia habent in se dilationem, & procrastinationem, de facili præsumuntur illusorie propter incertitudinem futuri euentus.
- 22 Quod est in conditione, non est in dispositione.
- 22 Quoties eodem tempore actus, protestatioq; illi contrarietate lebratur, protestatio præualeat actus.



Vm causa læsę maiestatis sit grauissima, quoties tale crimen sub aliquo Principe, seu tyrāno contingit, solet auditoribus iis demādari, qui maiorem sæuitiæ, & feritatis habent opi-

nionem, quibus existimant, quante crudelius procedant, tanto maiorem se erga Principem amorem ostentare, quod si in casu nostro contigisset, ego patrocinium istud detestassem, & exemplo prudentium medicorum, noluisse desperato morbo manum adhibere. Sed cum causa hæc, coram æquissimis iudicibus agatur, in quibus nulla est suspicio, quin secundum veram iustitiam, & sanam conscientiam iudicent, non dubitavi, quid in iure nostro censendum sit scribere: subiciens tamen omnia sapientissimo iudicio dominorum gubernatorum, & magistratum, qui prout in Rep. sapienter ordinata recteque instituta fieri solet, rem perpenderit, & secundum omnem æquitatem definient. Pro defensione igitur magnifici domini Ioannis Baptistæ Furnarij Genuensis, in primis considerandum est, quod cum ipse esset creditor Regis occasione salinarum, & diutius mansisset creditor, nec aliter posset creditum suum consequi, licuit sibi fingere tractatus, de quibus agitur, ut sub eo colore exigeret pecuniam, à Rege in causam tumultus data à se in satisfactionem suam sibi acceptam, ut est gloss. in cap. ius gentium, quam ibi sequitur doct. j. distinct. vbi concluditur quod licitum est propria auctoritate, & quibuscumque artibus, quod suum est recuperare, quando alio modo non potest quis, quod suum est, consequi. argum. l. ait prætor. ff. si debitorem. ff. quæ in frau. cred. Abb. cap. olim. j. extra, de restit. spol.

Ad idem facit text. in cap. 2. q. 2. vbi licitum est ut infidus aduersus hostes pro recuperatione rerum suarum, & ibi gloss. notab. dicit, quod si aduocatus si habeat iustam causam, licite potest decipere aduersarium suum per te. in capit. primo. 4. q. 4. verb. ad minuendam. Ad idem etiam quod habetur in l. si non fortem. in prin. ff. de condi. indeb. vbi doctor. concludunt, quod si quando creditor non potest alter id, quod sibi debetur, recuperare, potest etiam furtiue sibi satisfacere, argum. cap. cum dilectus. quia si dolus cum dolo compensari debet. l. si duo. ff. de dolo. & si paria delicta mutua compensatione tolluntur cap. intelleximus. extra. de adult. Et pro hac sententia etiam facit quod not. Angel. de Clauasio in summa. verb. furtum. vbi si episcopus præcipit sub pena excommunicationis, quod qui habuit aliquid de bonis Titij teneatur releuare, & ego cum esse creditor dicti Titij furtiue mihi satisfecerim, non teneor releuare, nec incido in poenam, facit quod habetur in cap. neri. 13. distinctione. in gloss. verb. à transgressionis contagione, & quod notat Sanctus Thomas 2. 2. quæst. xxij. articulo. Rursus considerandum est, quod cum dominus Ioan. Baptista confessus fuerit de dicto tractatu, sed adiecerit, quod hoc faciebat causa recuperandæ suæ pecuniæ videbatur prima fronte standum esse confessioni respectu tractatus, illam verò adiectionem, quod causa sui recuperandi duntaxat hoc faceret, non esse credendum, sicut de eo dicimus, qui confitetur se occidisse ad sui defensionem: nam illa qualitas non creditur, nisi probetur. c. j. extra, de præsumpt. vbi doctores, & ex tali confessione fundata est confessio fisci, secundum Bartol. in l. Aurelius. ff. idem quæsit. ff. de libera. lega. facit text. in c. cum venissent. extra, de institutu. licet teneat ita confitens non possit puniri plenarie, & sic pena mortis secundum Abb. in cap. auditis. extra, de præscrip. Felin. in cap. significasti. de homicid. August. de Arimino in additionibus. Angel. in tracta. malefactorum. verb. comparent inquisiti. Ia. l. vt vim. ff. de iustit. & iur. Dec. cap. cum venerabilis. de except. Sed tamen in casu nostro puto contrarium, quod imò standum sit huic assertioni: quia talis qualitas est verisimilis ut infra dicam, & per hoc est gloss. valde notabilis. & ibi Angel. penult. C. de fideiussor. vbi si quis deprehenditur cum aliqua, & aduersus fiscum agentem de stupro, alleget se eam desponsasse, creditor tali assertioni ad exclusionem fisci, & venit absolendus secundum Bald. in l. vnica. C. de confess. & in l. C. de collus. dereg. & in l. quicumque. C. de ser. fug. quod intelligunt doct. nisi

essent signa in contrarium: vbi verò talis confessio esset verisimilis, omnes approbant d. gloss. vt per Bald. in cap. primo. ff. iniuria. de pac. iur. firm. Ad idem quod notat Bartol. & Angel. in l. inter omnes. ff. re. de. ff. de fur. vbi si iudex inquisiuit contra aliquem de furto, & reus alleget se fecisse voluntatem domini, & dominus idem fateatur, concludit, quod reus est absolendus, si dicta confessio sit verisimilis, vt quia consanguineus, vel amicus, vel res parui pretij, vel adfuit similes coniecturæ, sequitur Alexand. consil. j. in 3. volum. & Felin. in cap. j. extra, de præsumpt. vbi dicit idem, si causa esset fragilis, putaretur amicitia, & magna autem verisimilitudo est, quæ colligitur ex qualitate personæ. l. quæro. in fin. ff. de ædil. edict. quem text. ad hoc allegat ibi Bartol. & Alexand. in præallegato consilio. In casu autem nostro sunt multæ coniecturæ pro hac qualitate, quod hoc faceret, vt acceptas pecunias verteret in creditum suum, non quod vellet nocere patriæ. Prima, ex qualitate personæ, qui ad hanc vsque ætatem senilem, nunquam fuit seditiosus, sed semper amator patriæ suæ, & vnde ex vita retrò transacta, præsumitur etiam de præfenti. l. non omnes. ff. à barbaris. ff. de re milit. c. cum in iuuentute, de præsumpt. Alexand. l. si quis ex argentiariis. ff. fin. per illum text. ff. de eden. Felin. c. cum in iure. in princ. de offic. deleg. & habetur in cap. madatum. extra. de præsumpt. Secunda, quia durante simulato hoc tractatu, bis tumultuatum fuit, semel in morte Ilicij, iterum in aduentu Regis Hispaniarum, & ipse semper mansit quietus, & in auxilium patriæ, cum tamen tempore Ilicij potuisset de facili inducere aliquam nouitatem. vnde ex eo, quod tunc est factum, satis apparet verificata hæc qualitas, & demonstrata bona voluntas ipsius per ea, quæ not. Alber. de Rolat. post Iacob. de Belui. in l. omni modo. C. de inoffic. testament. Tertia, quia huiusmodi tumultus non possunt fieri, nisi cum multis complicibus & consciis, & tamen non reperitur aliquis conscius, nec quod vnquam ipse fecerit verbum alicui de hoc, imò aliqui tanquam complices nominati, inuenti sunt innocentes, & liberati de carceribus. vnde ex hoc quoque oritur non mediocris præsumptio. gloss. vbi Angel. in l. 2. C. de eden. & non permittit quod illud. d. Bernabas Adurnus, nec quisquam alius sollicitaretur. Quarta, quia admonitus fuerat de captiuitate istius fratris Franciscani, & habuerat multum temporis ad fugiendum, si voluisset: at ipse confitens innocentie suæ: noluit fugam arripere. vnde sicut lex contra fugientes præsumit. l. lege Corn. ff. præterea. ff. ad Sylla. Felin. cap. nullus. 4. fallentia. de præf. ita pro innocentia remanentium bene suspicatur. l. quis sit fugitiuus. ff. j. vbi Bartol. ff. de ædil. edict. Quinta, quia semper protestatus est, quod saluus esset status Reipub. de quo infra dicam. Concludo igitur standum esse dictæ qualitati, & credendum quod omnis ille tractatus fuerit simulatus ab eo, pro exigenda sua pecunia, quæ simulatio ex hoc quoque & sexto præsumitur: quod res stetit in meris terminis verborum, nec reperitur aliquid factum esse, non numerata pecunia non subornati amici, vel clientes, vel congregatio aliqua facta, non missus aliquis nuntius ad Comitum Tendæ, pro videndo aliquo apparatu Claisis, nec ad dominum Centalli, vnde ista nuda verba satis arguunt rem pro ludicra habitam, & nihil in præiudicium reip. tentatum, & quia verba plerumque mentiuntur, facta non mentiuntur. l. Paulus respondit. ff. rem ratam habe. vbi Bal. & per Spec. tit. de aduocato. ff. nunc. de exordiis. verfic. aduocatus. Nec obstant aliquæ rationes, quæ in contrarium adduci possunt, quia ex earum resolutionibus clarius apparebit de innocentia istius. In primis non obstat, quod ex processu apparet, quod habuerit nuntium ex parte Regis, vt, per viam tumultus, vel nouitatis mutaret statum Genuæ, &c. quo casu tenebatur releuare iuxta formam decreti in prima parte, & in variis locis, & clausulis

dicti decreti, quia respondetur, quod si considerentur verba decreti, vbi que requirit dolum. ibi, si quis dolum consilium inierit, & ibi, per vim, aut insidias, & ibi ambasiatur dolose. in casu autem nostro nihil per dolum factum erga republ. fuit, sed causa exigendi suam pecuniam à Rege, vt dictum, & non dicitur dolum committere, qui fraudem sibi factam, vel facientiam excludit. l. cum pater. ff. si stipulanti. ff. de verbor. obligat. Com. consil. l. ij. in 2. consil. vj. in tercio, sicut iste, qui, vt excluderet fraudem sibi factam, à Gallis non soluentibus debitum, ex causa satis simulauit acquiescere huic tractatui, & talis non dicitur dolus malus, sed potius solertia. l. 2. ff. non fuit. ff. de dolo. Et cum haberent hanc causam, non potest dici, quod aduersus remp. dolose quid egerit, cum quælibet causa habens aliquem colorem, quamuis aliquo iniusta sit, excuset à dolo, & à delicto. igitur. ff. potest. ff. de lib. cau. l. si rerum quis. ff. prætor ait. verfi. ca. amouere non videtur. ff. de acqui. hære. l. j. cum glo. ff. de abige. per Alex. consil. xcij. per spectis in j. volu. cum vulga. Nec obstat, quod quadoque decretum nullam mentionem facit doli, veluti in illa clausula, Aut si quis palam, vel occulte per vim, vel fraudem, aut insidias, aut modo aliquo tentauerit. Illa enim verba, modo aliquo tentauerit, videntur valde generalia, & c. Sed respondeo, quod nihilominus ista generalitas intelligitur, quod semper dolus interuenit, & quia quotiescunque lex in criminæ capitali poenam imponit, semper intelligitur, quod interuenit dolus secundum Bal. in l. quicumque. C. de fer. fugi. allegat not. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. in ff. suspectus. instit. de susp. tur. Et illud dictum sequuntur communiter Mod. vt Capol. consilio xxxij. Marfil. in l. de minore. in prin. de quæstio. Item verba illa, modo aliquo tentauerit, debent intelligi de tentante per viam facti, & modo illicito, non de recipiente solas literas ad alium finem, vt suum recuperet. Et certe prima illa pars decreti loquitur de iis, qui per viam facti illiciti tentant in præiudicium reipub. Secundo verò caput loquens de consciis, videtur magis pertinere ad casum nostrum, vt mox dicemus. Non obstat igitur, quod in 2. cap. dicitur de eo, qui contra statum reip. literas, vel nuntium ab hostibus reciperet, etiam quod recipiens prorsus nihil sciret, vel postea non adhereret, teneatur notificare, & literas præsentare sub pena exilij, &c. respondeo etiam istud capitulum debet intelligi, præsupposito tamen dolo, secundum supra dicta. Item debet intelligi, prout loquitur, quando conspiratio est facta cui ipse non adhererit, & sic quando conspiratio est facta, quia iuter est reip. scire conspirationem esse factam, vt possit inquirere, & cauere, non autem in casu nostro, in quo interpellatio cepit in personam istius cui iste simulatio consentit, vt suum reciperet secundum supra dicta, & ex quo nullum poterat damnum Reip. inferri, & dicit Bal. consil. xiiij. in 3. volu. & quod vbi nemi in damnum inferitur ibi non dicitur esse crimen, refert & sequitur Marfil. in l. j. ff. præterea. ff. de sicar. facit gl. pen. in c. quato. extra, de iure iuran. Et cū in dicto capite imponatur poena, secundum rei importantiam, & periculum, quod potuisset incurrere, satis apparet hoc casu, nullam poenam imponendam, cum periculum non subesset, quia hoc totum fiebat, pro exigenda pecunia, vt est dictum. Et si dicitur esto, quod verum sit ab eo factum vt pecuniam suam exigeret, tamen nihil impedit, quin potuerit & deberit denunciare, secundum formam decreti. respondeo, quod cum ipse hoc tractaret duntaxat suæ pecuniæ exigendæ, non fuerat opere pretium inducere aliquam suspicionem in caput præfectorum dere, quam ipse sciebat. extra periculum reipub. esse, & potuisset huiusmodi denuntiatio præstare occasionem, vt tale creditum suum perderet, ne Rex hac causa indignatus, omnem spem soluendi præcideret, nec amplius de pecunia mittenda cogitaret, vt pote, re iam

detecta, & demonstrato animo detegentis infenso Regi. Non obstat, quod etiam circumscripto decreto idem videatur de iure communi, quæ teneatur iste notificare, alias puniatur eadem poena, secundum Bar. in l. vtrum. ff. ad leg. Pomp. de paricid. in l. j. ff. occisorum. ff. ad Syllan. Respondeo, quod illa doctrina Bartol. est periculosa, & contra eum consuluit Bal. dicens, quod propter illud dictum anima Bart. & doctorum, qui eum sequuntur, cruciatur in inferno, vt refert ibi Alex. in apostill. d. l. vtrum. & ego etiam tenui contrarium in l. bona fides. ff. de positi. de quo per Felin. in c. 2. de hæret. omnes Moderni in c. j. de offi. ordin. Sed quicquid sit de iure communi, tale ius censetur sublatum per decretum, de eadem materia loquens, & poenas determinatas ingerens, vt sentit Bar. in l. j. ff. vj. bon. rapt. Et ista est communis opinio, à qua in iudicio non est recedendum secundum Dec. in c. de cautis, de offic. de lega. & in omnem casum responsiones, quæ accommodatæ sint scripto decreto, militat etiam iuris communis respectu. Nec obstat, quod vltra quod non reuelauerit, videatur consensisse, quod adueniente morte principis, vel aliqua occasione exequeretur Regiam voluntatem. Respondeo secundum supra dicta, quod hæc responsio fuit simulata causata, interim exigendæ pecuniæ suæ, & licuit subtili ingenio aurum à Barbaris extirpare. l. 2. C. de commer. & merca. & iste promissiones conditionales, quia habent in se dilationem, & procrastinationem de factis, præsumuntur illud fore propter incertitudinem futuri euentus, agi. l. prætor edixit in princ. ff. de iur. & ff. quod autem. & quod habetur in l. 2. ff. biduum. ff. quando appella. sit. Et non videntur esse aliquis considerationis, nisi sequitur condictionis euentu, quia quod est in conditione, non est in dispositione. l. si qs sub. ff. si quis omil. cau. testa. Item talis promissio semper facta cū protestatione, sine præiudicio reip. Et quamuis alias talis protestatio tanquam contraria factio, ipsum factum non excusaret d. c. j. extra, de præsumpt. tamen in casu nostro debet excusare. Primo, quia hic tractatur de coniectura, an serid esset facturus, an simulatè diceret, vt suam pecuniam emungeret, vnde ex tali protestatione facilius præsumitur simulatio, vt recepta pecunia posset iste dicere, ego non promisi, nisi absque præiudicio reip. quæ protestatio respectu ipsius Regis, cū quod auctum fuerat eum excusasset. l. si madasse. ff. manda. Bar. l. non solum. ff. morte. ff. de ope. no. nun. Secundo, quia hic non est protestatio contraria factio, cum nihil ex post sit factum, sed mera verba duntaxat interuenierint, & factu ipsum eodem tempore interuenierit, quo protestatio, quo casu proregula traditum est quod quos eodem tempore actus, protestatio que illi contraria celebrantur, protestationem præualere actui, secundum Bartolum in materia protestationis. in dict. l. non solum. ff. morte. arguitur enim inde non adesse consensum. l. obligatio-nium substantia, de actio. & oblig. & pro hoc dicto facit gloss. in l. si debitor. ff. j. ff. quibus mod. pig. & est textus in l. per seruum. ff. penulti. ff. de vsu, & habit. & dixil. detestatio. ff. de verborum significatione. Nec obstat etiam fundamentum de vltimis literis, quibus scribatur, quod poterant res mundi aliqua minari, & quod erat tempus dare principium, &c. Respondeo enim quod ista verba in vltimo examine fratris, sunt per eum declarata, quod istud dare principium, nihil aliud erat quam mittere pecunias, quas cupiebat ipse reus, quam primū habere, vt pro credito suo satis libi faceret. vt supra fuit dictum. Et certe omnia tenebant ad hoc, vt reciperet suas pecunias, & istud est multum verisimile, quod etiā ex eo apparet, quod vt in vltimo examine fratris dicitur, noluit, quod sollicitaret dominus Barnabas Adurnus: nec quisquam alius, cum tamen indignisset tali auxilio, si cogitasset rem deducere ad esse suum. vnde efficacior videtur talis præsumptio, vt præsumatur bonus animus per quam tollitur coniectura contraria

nobilem esse factu, & ideo concludo partes dominoru iudicium esse in no procedendo contra eu ad vltiora, sed potius liberando. Et hæc omnia saluo tempore saniore iudicio.

CONSIL. IX. SVMMÆ.

- 1 Crimen lese maiestatis habet locum in proceribus, & dominis Castrorum recognoscitibus superiorem, & eorum subditus committens aliquid vitium de comprehensio in l. j. ff. ad legem lul. maiestatis tenetur pena d. l. non tamen exte ditur ad filios.
2 L. quisquis ad l. lul. maiestatis declar.
3 Domini Castrorum licet recognoscant superiorem, possunt tamen in locis sibi subiectis statuta condere.
4 In Statutis punientibus delicta semper sit interpretatio, vt ea locum no habeant, nisi actu consummato.
5 Crimina atrocissima non puniuntur, nisi delictum sit consummatum.
6 Omnis pena, quæ imponitur pro violentia, requirit factum consummatum.
7 Conspiratio, & coadunatio armatoru causa occidendi dominu, & eius agnatos, est crimen atrocius.
8 In atrocioribus iure comuni conatus, quoniam sine effectu eadem pena puniuntur.
9 In simonia puniuntur conatus in detestationem criminis.
10 Monachi qui conati fuerunt dare venenum Abbati, debent plene puniri, licet conatus non habuerit effectum.
11 In crimine lese maiestatis solus conatus puniuntur.
12 Congregatio facta ad finem occidendi dominum, dicitur ligata & conspiratio.
13 Verbum tractare quid importet.
14 Tractatus differt ab effectu.
15 Quando lex punit consulentem, habet locum pena, etiam si effectus non sit secutus.
16 A verbis legis nequas est recedere.
17 Consuetudo requirens consummationem delicti, non habet locum in crimine lese maiestatis.

Via articulus primi dubij est satis clarus, paucis insistat: communis est conclusio est, quod etiam in proceribus & dominis Castroru recognoscitibus superiorem, habet locu crimen lese maiestatis, & subditus eoru committens aliquid vitium de comprehensio in l. j. ff. ad l. lul. maiestatis tenetur pena dictæ legis, no tñ quod pena extendatur ad filios, secundum l. quisquis. C. ad leg. lul. maiestatis q. illa lex, solū pcedit, q. do committitur contra eum principē, quoniam recognoscit superiorem, sed salua dispositione dictæ legis crimen lese maiestatis committitur per subditum erga quoscunq; proceres, seu dominos Castrorum secundum Marti. de Laude in tract. de crimine lese maiestatis. c. j. allegat Albericum, in d. l. quisquis; & sentit Barto. in extrauag. ad reprimendum verb. rebelles. Nec est dubitandum, quin tales poterint condere statuta in loco sibi subiecto, vt firman docto. post Bartol. in l. v. in prin. ff. de verborum obligatione, & per Deci. consilio. lxxij. vbi loquitur de decreto edito aduersus eos, qui conspirant contra salutē principis sui, nec est dubitandum, quin valeat. Sed difficultate in casu nostro facit, quia iste reus captus, confessus est quidē tractatum, sed subiecit se penitentia ductum, noluisse delictum perficere, & coplices dimisisse, videretur enī in casu nostro excusandus. Primò, q. in statutis punientibus delicta sper sit interpretatio vt ea locum no habeat, nisi actu consummato, secundum Bartol. in l. j. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & Bald. in l. & si certus sit p. cussor. ff. si appetitus. ff. ad Syllan. cum concordan. p. Alex. consil. xv. in j. videtur q. pcedere hæc conclusio est in criminibus atrocissimis, vt no puniatur, nisi delictu sit consummatu, secundum Feli. in tracta. quado conatus puniatur. Firmia in reperto. verb. venenans, vbi dicit se ita pluries iudicasse. Confirmatur hæc sententia, q. vt supponitur in facto iste dimisit coplices antequa deueniret ad aliquē actu, & res videtur stetit in quoda pambulo tantu, vnde succedit notabilis decisio Baldi in disputatione sua in principi. accusatus de vi turbatiua, in fi. vbi dicit, q. si statutū disponat quod nemo audeat, aut p. sumat accedere ad aliquā ecclesiā capiendā quo-

cunque titulo, vel causa, &c. modo quidam cum armatis accessit vique prope ecclesiam, & audito quod aduersarij sui erant fortiores, metu retrocessit, respondit quod si in ecclesiam, vel in coherentiam eius est ingressus, puniatur pena statuti, alias non: quia omnis poena, quæ imponitur pro violentia, requirit factum consummatum, vt not. ff. quod met. causa. l. sed & partus. ff. fina. & ideo intelligitur de accessu facto in rem ipsam, vel conuictam ipsi rei, quia iste enadit, sed non iuit. l. arboribus. ff. de illo. de usufr. vbi Bal. & hanc decisionem refert, & sequitur Alex. in l. qui ea mente. de furt. in apostil. Feli. in d. tract. Sed tamen prædictis non obstantibus, puto istum reum incidisse in crimen lese maiestatis, siue ad ius commune respiciamus, siue statuta dicti oppidi. Cum enim conspiratio, & coadunatio armatoru causa occidendi dominum, & eius agnatos, sit crimen atrocius d. l. j. sequitur conclusio de iure communi quod in atrocioribus conatus, quamuis sine effectu eadem pena puniuntur. l. is, qui cum telo. C. de sicar. l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cle. vbi Cyn. Bald. & ceteri c. j. cum gloss. extra. de præsumpt. vbi Abb. & Feli. sicut videmus in simonia, in qua puniuntur conatus in detestationem criminis, secundum gloss. in can. nullus episcopus. j. quest. j. licet voluntas no puniatur. ca. consilere. cum gloss. 2. de simo. & idem videmus in veneno. vnde dicit Bar. in l. j. ff. de parricid. quod si monachi, qui conati fuerunt dare venenum Abbati s. Petri, debebant plene puniri, licet conatus non habuerit effectum, vt probatur per text. in d. l. j. & not. Barto. & Salic. in l. j. C. de malefic. & mathematic. Ang. Aretin. & August. de Arm. in tract. malefic. verb. vestem cœlestem abiecit. sequitur Feli. in d. c. j. in v. fallen. de præsumpt. quicquid dixerit Angel. in l. j. ff. si iniuria. de var. & extraordi. crimi. vnde idem dicendum in crimine lese maiestatis vt conatus solus puniatur, secundum Domi. de S. Gemi. in c. pro humani. ff. si. de homicid. in vj. post gloss. ibi. & Card. in Clem. pastoralis. in prin. xv. q. de lenten. & re iudic. Idem quoque est dicendum & fortius secundum ista statuta dicti oppidi, primò p. statutum sub titulo de poena facientis ligam, &c. vbi dicitur, quod facies ligata coniuratione, & conspiratione poena capitis puniatur, nec dubiu est, quin ista congregatio facta ad finem occidendi dominu dicitur ligata, & conspiratio. c. vnico. ff. conuenticula. de pac. iuram. firman. in feud. & xj. q. j. can. coniurationem, &c. & seq. Itē per aliu statutū, quicunque tractasset, seu in futurū tractauerit, vel ordinauerit aliquā conditione dominis prædictis, condemnatur in amissione personæ, & honorum, &c. quod si verbu tractasset, & tractauerit verificatur etiā non sequente effectu, quia tractatus differt ab effectu. l. si. ff. fin. C. de iure delibe. & q. ibi not. Alberi. de Rosa. vbi pro hoc et allegat text. in l. & si amicis quis domū. ibi conuenire ad tractadū ff. de adult. ca. dudū. de reb. ecclies. no alien. & ibi p. Archid. in vj. p. docto. in l. ita stipulatus. de verb. oblig. Nec obstant allegata in contrarium, quia pcedunt in statuto, loquente per verbum effectus, puta si quis occiderit. Cum enim statuta debeant proprie intelligi, non comprehenditur conatus, sed quæstio nostra est in statuto loquente per verbum conatus, si tractauerit, conspirauerit, & quæ verba verificantur et non consummato delicto, secundum Albe. de Rosa. in d. l. si. ff. si. & in. d. l. & si amicis. & in tract. statutorum. d. j. par. q. 74. & facit doctrina Salic. in l. vnica. in j. q. C. de rapt. virg. vbi quando lex punit consulentem, habet locum poena et si effectus no sit sequutus, tñ non fas est recedere a verbis legis. Refert, & sequitur Dec. in c. j. de offi. deleg. Et in hoc statutū est cōforme iuri comuni, vnde non potest dici ius commune esse sublatu p. contrariā cōsuetudinē, ex quo hæc cōsuetudo tollitur p. statutū, de qua per Barto. in l. j. ff. vbi bon. rapt. Abb. & Can. in ca. de causis. extra. de offi. deleg. Et et dicta cōsuetudo requirit cōsumationē delicti, no habet locū in crimine lese maiestatis, vt specialiter dicit Bald. & Angel. in l. j. ff. hæc verba. ff. q. quisque iur. refert & sequitur Angel. de Aretin. in tract.

tract. malefic. in verb. & ex intervallo, circa. fin. Et etiam si habeat locu non esset obseruanda in casu nostro, in quo proponitur, quod iste iam erat legitimè bānitus, de hoc crimine, cum clausula quod si parueniret in manus iustitiæ, quod vltimo supplicio afficeretur, vnde eo capto fumen dum est supplicium, secundum l. mathemati cos. C. de episc. audi. & quod not. Ludo. Roma. sing. d. lxxix. incip. scis. q. delegati. de quo per Bar. in l. diuus. ff. de cust. reorum. Alex. conf. c. xvi. in ij. volu. & est vera opinio quado lege municipalis talis facultas tribuitur iudici, vt quia statutum habeat totus pro conuictis, vt ibi per eos. Et ita mihi videtur saluo semper sanior e iudicio.

CONS. X. SVMMÆ.

- 1 Officialis si indicatur ex delicto, seu de commissis per eum dolo, vel culpa in magistratu.
2 Causa delicti tractatur in loco vbi commissum est.
3 Iurisdictio coheret territorio.
4 Quando vnus est officium tantum, licet prorogatum, vnicum est tempus totius rationis reddendæ.
5 Syndicator est iudex specialiter delegatus, & nihil amplius potest, nisi quatenus probet sibi esse mandatum.
6 Multe condemnationes, & poenæ, dicuntur esse de regalibus.
7 In simplici infeudatione non veniunt regalia, nisi specialiter de ijs sit actum.
8 Vitius condemnationis pertinet primo domino scilicet qui erat dominus tempore delicti, non autem ad successorem.
9 Syndicator non potest syndicare de eo, quod est gestum ante, vel post officium.
10 Ambitiosa decreta non valent regulariter non possunt decuriones donare, & si opponunt aliquam causam, quæ sit sita & colorata, nihilominus decretum potest rescindi.
11 Tutor potest donare.
12 Prælati propter qualitatem personæ potest donare, & remunerare beneficentes.
13 Qui comodi consequuntur, debent ad expensas contribuere.
14 Vicini vniuersitatis non debent admitti ad testificandū pro vniuersitate contra officium.
15 Contra existimationem, & honorem officialis, non debent admitti, nisi testes omni exceptione maiores.

Syndicatus in hac causa domini Ioanis Stephani de quatuor articulis principaliter dubitari contingit. Primum dubiu est nunquid iudex deputatus per illustrem dominum Sfortiam possit eum syndicare de gestis ante infeudationem? & videretur prima fronte dicendum quod sic, quia officialis syndicator ex delicto, seu de commissis per eum dolo, vel culpa in magistratu. l. si. C. de pen. iudi. in fit. de obligationi. ex quasi malefic. in prin. l. j. & 4. ff. ad leg. Jul. repet. ¶ Causa aut delicti tractatur in loco vbi commissum est authent. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet coheret que iurisdictio ipsa territorio, secundum Bar. in l. j. de iurisdict. om. iudi. vnde merito ibi vno iudicio videtur terminand. l. j. ff. necessitatem. C. vt om. tam ciuili. & facit quod not. Bal. in l. obseruare. ff. proficisci. q. xix. ff. de offi. proconf. & leg. vbi quando vnus est officium tantum licet prorogatum, vnicum est tempus totius rationis reddendæ. arg. l. ideo que. ff. ad Carbon. & ideo vno iudicio talis syndicator debet expediri. Confirmatur, quia mutatio dominifacita per infeudationem non videtur alterasse iurisditionem istius, quin eadem permanserit per ea, quæ habentur in l. motæ. ff. de iurisdict. om. iud. vnde vno iudicio videtur syndicator iste esse expedendus. Sed tñ videretur contrariū dicēdū. Cū. n. iste iudex syndicator sit iud. delegat. specialiter ad hanc causam, vt in simili per Bar. in l. si. in fi. C. vbi & apud quæ talis delegatio strictè intelligitur, vt nihil possit, nisi quatenus probet sibi esse mandatum. c. cum in iure. ca. P. & G. de offi. deleg. vnde non videtur, quod possit procedere contra istum officialem pro eo tempore, quo iurisdictio ad delegatē non pertinebat. Confirmatur, quia multa, & condemnationes, & poenæ syndicator dicuntur esse de regalibus, vt est text. in c. j. in verb. multarum, poenarumque compendia, quæ sunt reg. in vbi. ¶ feud. constat autem in simplici infeudatione non ve-

nire regalia, nisi specialiter de ijs sit actum, vt dicunt ibi Andr. de Her. Bald. & ceteri doctores & per Paul. de Castr. conf. lxxij. quod dictus redditus, lib. i. Lud. Rom. c. lxxj. vis tota Dec. cxcvij. cum similib. Ad idem facit, quod not. Cyn. quem refert. Bal. in l. fin. quæst. vij. ff. de iurisdict. om. iud. vbi format quæstionem ad quem pertinet vtilitas condemnationis, an ad eum, qui erat dominus tempore delicti, an ad successorem, & concludit, quod vtilitas applicatur primo domino, quia per delictum statim quæsitum erat eius per text. in leg. is, qui in puteum. ff. si postea. ff. quod vi aut clam. & quæ habentur in leg. diuortio. ff. si vir. ff. solu. matrimo. vbi Alex. attestatur hanc esse communem opinio. & idem Alexand. consil. vj. lib. 3. Pro hoc etiam facit, quia tñ syndicator no potest syndicare de eo, quod est gestum ante, vel post officium. leg. ex hoc edito. in prin. vbi Bal. ff. nauit. cap. stab. argument. leg. non distinguemus. ff. item si quis Romæ. ff. de arbit. leg. Senat. consilio. ff. de offi. c. præsid. quantum verò ad delegatē istud dicitur gestu ante officiu, quia non videtur, quod debeat inquirere de gestis eius temporis, quod ad se non pertinet. Et hoc maxime est dicendum per rationem text. in ca. causam quæst. in fin. extra. de iudi. no si iste iudex procederet, possit reuerendissimus Cardinalis iterum hoc nomine eum inquietare. Cū non appareat tale ius ab eo translatum per infeudationem, & ideo concludo, quod nisi ex verbis inuestituræ feudalis appareat hoc ius esse translatum in illustrem d. Sfortiam, non debet d. Ioan. Stephanus pro eo tempore molestari vigore istius commisionis. Secundum dubium est, quia communitas dictarum villarum auxilii stipendium do. Ioan. Stephano librarum xvj. singulis mensibus, an possint dictas pecunias repetere. In quo articulo satis mihi videtur, quod syndicator non habeat se intrinsecus, cum ad eum pertineat inquisitio dentaxat delictorum, quæ dolo, vel culpa, vel per baratariam sint ab ipso officiali gesta, secundum Bald. in dict. leg. obseruare. ff. proficisci. quæst. ij. & quæst. xv. hic autem nihil potest imputari do. Ioan. Stephano, cū illud salarium fuerit actum de consensu consilij generalis, etiam ipso absente, vnde nihil videtur posse ei adscribi. Nec obstat, quod ambitiosa decreta non valent, & regulariter no possunt decuriones donare, & si opponit aliquam causam, quæ sit sita & colorata nihilominus decretum debet rescindi. leg. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. fac. vbi Bart. respondo quod imo potuit consilium facere tale augmentum ex iusta causa propter qualitatem personæ do. Ioan. Stephani si erat dignus maiore stipendio, argum. l. diuus. ff. de bon. damn. quia idem videmus in tutore, qui potest donare. l. cum in plures. ff. pen. de administra. tut. l. tutor. secundum dignitatem in j. eo. tit. Et idem etiam traditum est in prælato, qui propter qualitatem personæ potest donare, & remunerare beneficentes. l. iubemus. ff. scientes. & ibi nota. C. de sac. sanct. ecclies. vnde non est dubitandum, quin idem sit dicendum de consilio decurionum, secundum Bar. in d. l. ambitiosa, & consuluit Alexand. consilio. clx. in ij. volum. & consil. xlij. in iij. Tertium dubium est, quia dominus Ioan. Stephanus quando que extra dictam vallem profectus est pro vtilitate ipsorum incolarum, & ipsi ei soluerunt pro expensis, & laboribus aliquas quantitates pecuniarum, an possint eas repetere? hæc quæstio mihi videtur nullam habere dubitationem, cū enim pro eorum negotiis fuerit, nulla fuit ratio, cur non deberent ei satisfieri. leg. quæ vtiliter. ff. de neg. gest. vnde si soluerunt nulla est causa, cur debeant repetere, quia tñ qui commodum consequuntur debent contribuere ad expensas. leg. final. C. de bon. auct. iud. possid. & quod habetur in leg. ex parte. princip. ff. fami. ercili. vbi Alber. & doctores. Vltimum dubium, tñ nunquid vicini de dicta vniuersitate possint admitti ad testimonium pro vniuersitate contra ipsam officialem? & videretur dicendum, quod non, cū m-

rum, alias non subditum, nisi respectu rei feudalis. Et ideo nunquam aliam poenam imponit, quam privationem feudi, vel partis secundum Inn. & ceteros in c. ceterum. de iud. & est text. in c. j. ver. quod si non fecerit. quae fuit j. cau. cum si. per Soc. consi. xxvij. in iij. lib. respectu igitur supra scripti praeccepti, duntaxat procuratores Comitum nullam opposuerunt declinatoria, prout nec de iure ius profuisset. Unde consequens est, ut respectu iudicij criminalis aduersus eum nihil possint praefat iudices, tanquam non competentes, respectu vero simplicis informationis pro veritate habenda teneatur Comes comparere, si potest: verum cum alleget impotentiam propter aegritudinem, non est dubitandum, quin ista excusatio sit legitima, quae oritur ex morbo fontico, qui excusat, ne quis personaliter in ius venire teneatur. l. ij. §. si quis. ff. si quis cau. siue in ciuilibus, siue in criminalibus. v. q. iij. c. si aegrotas. vbi p. can. & in c. querelam. extra. de procu. & hoc maxime in vasallo locum habet, qui non possunt puniri, aut muleri in feudo, nisi cessauerit dolo, aut culpa, vt in d. c. j. d. verfic. quod si non fecerit. & in d. c. j. de noua for. fidel. ibi, pro posse meo. & ibi, sicut potero, & in alijs locis. Quamuis etiam generaliter in quacunque materia verum id sit, quod dicitur iudex nunquam potest ad multam venire, nisi aduersus contumacem. l. vnica. ff. si quis ius dic. non obtemp. quae tunc contumacia arguit dolum verum, vel praesumptum a quo quis ex quacunque causa facile excusatur, secundum glo. in d. l. vnica. §. si in glo. magna in fin. sed in casu nostro est causa iustissima, nempe aegritudinis, quae probata est ex attestacione duorum medicorum, quae probatio tanquam praesumptiuam est sufficiens in hac materia, vt per Io. de Imol. & alios in l. quae sit. ff. de re iud. & in omnem casum debuerunt iudices petenti procuratori dare dilationem ad probandum, secundum l. si. ff. de ser. vbi per doct. maxime Alex. quo casu, citato fisco, & seruatis seruandis probatum id fuisset. Quamuis etiam id non sit necessarium: cum per inspectionem & euidentiam facti offerret procurator id ostendere: quo casu succedit illud quod notab. voluit Azo. & refert Bal. in l. contra negantem. in fi. ad leg. Aquil. quod tunc in omni parte processus, etiam publicatis testibus, nunquam deneganda est probatio quae offertur iudicibus, vt veniant in rem praesentem, vt oculis suis subijciant, & c. Illud quoque arbitror non omittere, quod ex alio capite haec indictio multae non videtur valida: quia non comes legitime citatus: cum enim notorium sit, & allegatum quoque esset per excusatorem dominis iudicibus, quod Comes habebat domicilium in tali castro iurisdictionis pontificae debuit per literas subditi les ibi citari, secundum tex. in c. pastoralis. de re iud. nec valet citatio per edictum, & tibicinom facta, vt est magis communis opin. in l. j. ff. de requi. reis. per Bar. in extrauag. ad reprimen. verb. per Bartol. in l. vbi reprobat opi. Cy. aliter tenentis. Et maxime cum in mandato delegationis dicatur, quod pro iustitia contra eos procedatur, & c. vnde non possunt ipsi iudices iura de nouo condere, & statuere, quod talis citatio, quae non est iuridica, pro iuridica habeatur. l. j. & seq. C. commin. vel epist. cum similib.

CONS. XIII. SVMMÆ.

- 1 Ad hoc vt iudices aliquem criminaliter inquietent, oportet consistare crimen esse perpetratum, & rem, de qua agitur, in nomen delicti transire.
- 2 Qui circumcidunt aureos grauioris ponderis, & reducunt ad iustum pondus, non committunt delictum.
- 3 Leges puniunt eos, qui adulterinam monetam conficiunt, vel falsa confusione nummos formant.
- 4 Leges puniunt, qui falsam monetam percipiunt.
- 5 Leges puniunt eos qui adulterinam monetam conficiunt vel falsa confusione nummos formant, & eos qui nummos aureos partim raserint, partim tinxerint.
- 6 Lex quicquid dicit statutum est.

- 7 Licet tendentes aureos grauioris ponderis, & eos redigentes ad iustum pondus malefaciant, non tamen puniri debent postquam lex nullam poenam constituit.
- 8 Contrariorum eadem est disciplina.
- 9 Quod operatur propositum in proposito, idem & oppositum in casu contrario.
- 10 Non debet quis petere id, cuius contrarium non esset postulaturus.
- 11 Non est capienda interpretatio, quod statutum sit superfluum.
- 12 Ratio eadem cum dicto non concludit.
- 13 Moneta dicitur, quae est iusti ponderis.
- 14 Moneta abrasa vsque ad legitimum pondus, non potest diu moneta diminuta, sed potius perfecta & integra.
- 15 Regulariter quotiescunque de pena inferenda tractatur, dolus est necessarius, quia alias lata culpa non equiparatur dolo.
- 16 Statutum debet intelligi, vt aliquid addat, seu detrahat iuri communi.
- 17 Qui intentionem suam fundat in aliqua qualitate, illam qualitatem probare tenetur.
- 18 Dolum alleganti incumbit onus probandi.
- 19 Qualibet causa etiam iniusta excusat a dolo.
- 20 Causa qualibet temeraria excusat a dolo.
- 21 Falsum est mutatio veritatis.
- 22 Notarius clausulam superfluum, & nemini noxiam abradens de protocollo, non incidit in aliquod crimen.
- 23 Habens mensuras maiores si eas reducit ad iustum modum, non committit aliquam falsitatem, sed potius commendandus est.
- 24 Falsum nemini noxium, non comprehenditur in penis l. Corneliae.
- 25 In grauisimis delictis per lapsum temporis x. annorum fit alleniatio.
- 26 Iudex non debet confessionem rei qualificatam diuidere sed eam debet cum sua qualitate acceptare, cum vnum factum sit duntaxat.
- 27 Vnum delictum tantum, licet circa plures res commissum sit, vna tantum poena puniri debet.
- 28 In statutis etiam penalibus fit interpretatio secundum communem vsum loquendi.
- 29 In penalibus accipitur semper mitior intellectus.
- 30 Semper in ambiguis, quod minimum sequimur.
- 31 Non errat qui in dubijs questionibus contra fiscum facile respouderit.

Trium inquisitorum viso processu in ciuitate Anconae de crimine circumcisionis monetae aureae, & rogatus, vt dicam, quid super dicta inquisitione cenfente breuiter agendo, puto partes domini iudicis esse in eos absoluendo. Moueor infra scriptis rationibus. Prima, quia adhuc vt iudices aliquem criminaliter inquietent. Primo, oportet consistare delictum esse perpetratum, & rem, de qua agitur in nomen delicti transire, vt est tex. in l. j. §. item illud. ff. ad Syl. vbi omnes no. & per Bartol. in l. fin. in princ. ff. de q. per Ang. in tract. malef. ver. nunc videamus de tortura. sed sic est, q. imputata data praefatis inquisitis, quod tunderunt aureos grauioris ponderis & reducerunt ad iustum pondus non cadit in nomen delicti: nec est vlla lex in corpore iuris id factum puniens, ergo non potuit contra eos procedi, & leges enim puniunt eos, qui adulterinam monetam conficiunt, vel falsa confusione nummos formant. leg. j. & ij. C. de fal. mo. vel j. qui fal. mon. percusserint, partim tinxerint, vel pinxerint. l. quicumque: eo tit. De his vero, qui mutilauerint, vt ad iustum pondus redigant, non est iure cautum eos puniri, ergo non potuit iudex aduersus tales procedere, & dato quod malefecerint, non tamen puniri eos oportet, postquam lex nullam poenam constituit. l. iij. §. diuus. ff. de sepul. viol. l. at si quis. §. diuus aut. ff. de relig. & sumpt. fun. Nec tex. in d. l. quicumq. dū loquitur de radētibz potest intelligi de his, qui reducunt ad iustum pondus, sed de his qui imminuunt, & in pondere defraudant accipientes, vt declarat ibi gloss. super verb. radit. dum subijcit minuendo; intelligenda est enim

minuendo de iusto pondere, alia gloss. illa inepte loqueretur: cui enim dubium, quod radens semper minuit. Item alia lex illa esset iniqua, quae tam grauem poenam infligeret facto leuissimo. Item ita intelligitur per text. in l. sacrilegij. in verb. non videtur adulterinam monetam exercuisse. ff. ad leg. Iul. pec. & in c. v. extra. de iure iur. verb. legitimo pondere defraudata, & quod ita sit intelligenda d. lex probatur. etiam alijs rationibus de quibus infra, tamen etiam possit dici de ea lege in praesenti casu non esse curandam, quae videtur reformata per statutum, vt per doct. in c. de cau. vbi Dec. de offic. de leg. & tunc quicquid dicit lex, tu statutum serua inquit Bald. in l. quae sepulchra. C. de sepul. viol. Corn. consil. cxliij. in j. Secunda ratio est, quia quotidie nos videmus, quod si aureus non sit legitimi ponderis, defertur ad aurificos, qui tantum addunt auri, vt ad iustum pondus perueniat, idque est impune, & vsu communem receptum: certe eadem ratione si superabundat, potest diminui vsque ad legitimum pondus: quia tunc contrariorū eadem est disciplina. gloss. in rubr. ff. de acquirend. poss. & quia quod operatur propositum in proposito, idem & oppositum in casu contrario. l. fin. §. fin. ff. de leg. iij. & quia quis non debet petere id cuius contrarium non esset postulaturus. leg. pen. C. de sol. facit quod not. gloss. in l. si merces. §. vis maior. ff. loca. alioquin cogeret aliquis plus in materia auri exponere, cum posset idem, mutato auro, in minori quantitate materiae facere, quod est absurdum. l. j. C. de ponder. lib. x. Tertio dico, quod etiam ex forma statutorum ipsius ciuitatis satis indicatur istos in nullum crimen incidisse. Et maxime ad statutum ipsum attendendum est, quod verisimile est factum fuisse etiam causa iuris veteris corrigendi. Igitur verba statuti dicunt, Si aliquis dolo se diminuerit, seu limauerit monetam, causa illam viuendi condemnatur, & c. pondero enim illa verba, causa illam minuendi: non enim possunt intelligi de minutione, quae fit vsque ad legitimum pondus: quia hoc modo sufficiebant illa verba, si quis diminuerit, alioquin tunc statutum esset superfluum, quae interpretatio est accipienda. l. si quando. ff. de legat. j. & falsignaret rationem eandem cum dicto, & consequenter ineptam, vt habetur in l. fin. ff. de offic. proc. Cel. necessario ergo intelligemus causa minuendi monetam, scilicet, de iusto pondere: quia moneta dicitur, quae est iusti ponderis, & illa, quae est abrasa non diminuto legitimo pondere, non potest appellari moneta diminuta. dist. cap. quanto. de iure iur. sed potius perfecta & integra. l. prima in princ. de orig. iur. l. si non sint. §. quid erit. de auro & argento legato. Bartol. in leg. is qui res. ff. ex quibus caus. maio. Quarto pondero verba statuti, quae dicunt, si quis dolo se diminuerit, & c. sic requirunt expressè dolum, prout etiam regulariter quotiescunque de pena inferenda tractatur, dolus est necessarius: quia alias lata culpa non equiparatur dolo secundum Bartol. in l. lege Cornelia. ff. de sic. & latè per Ang. de Aret. in d. tract. malef. in verb. sciant & dolose. & cum istud de iure communi. l. nec exemplum. C. de fals. & tunc statutum nihilominus requirat dolum, debet intelligi, vt aliquid addatur iuri communi, & sic de dolo apertiore & magis euidente, secundum doct. Bartol. in l. ij. ff. de vsu cap. quae refert & sequitur Alexand. consil. cxliij. in ij. Clarum autem est, quod adhuc vt fisco possit istos inquietare, oportet vt qualitates statuti probet, videlicet, quod isti dolo se raserint, vt per Bartol. in leg. qui vxori. §. quid tamen. ff. de adult. quia tunc alleganti dolum incumbit onus probandi. l. quoties. §. qui dolum. ff. de probat. in casu nostro procul dubio nullus est dolus: quia potuerunt istiverisimiliter credere, quod iste actus esset pmissus, ex quo aliquid non imminuebat de iusto pondere, & tunc quaelibet causa etiam iniusta excusat a dolo. leg. igitur. §. potest. ff. de lib. cau. l. iij. §. si quis ignorans. ff. ad Syl. gloss. l. j. in fin. ff. de abig. imò omnia credulitas etiam fatua excusat, ne quis censetur fuisse in dolo, secundum Angel. in l. j. ad fi. princ. ff. de eo per quem fact. erit. & alibi idem Angel. dixit, quod etiam tunc causa quaelibet temeraria excusat a dolo per l. plagij criminis. C. ad leg. Fla. de plag. sequitur Ias. in l. si quis maior. C. de transact. vbi etiam Mod. subiungentes, quod etiam ignorantia iuris excusat a dolo. §. quid tamen. in l. vi bon. rapt. & quod no. Alexand. consil. centesimo tertio. volumine primo. Quinto facit, quia istud crimen nullo modo potest incidere in delictum falsi: quia falsum est mutatio veritatis, vt est text. in authen. de instru. cau. in prin. & per Alexand. consil. septuagesimo tertio. hic autem veritas legitimi ponderis, & moneta non est mutata, merito non potest esse locus alicui capiti legis Corneliae. de falsi. sicut etiam videmus, quod notarius clausulam superfluum, & nemini noxiam abradens de protocollo non incidit in aliquod crimen, vt habetur in l. si librarius. de reg. iur. per Bar. & Alb. de Res. sic etiam videmus, quod non tunc habens mensuras maiores, si eas reducit ad iustum modum, non committit aliquam falsitatem, sed potius commendandus est. l. arbitrio. §. de eo. ff. de dol. Idemque tunc generaliter solemus dicere de quolibet falso, quod nemini sit noxium, non enim comprehenditur in penis legis Corneliae. l. pen. D. ad leg. Corn. de fal. Alex. consil. xxxvij. in j. vol. Dec. consil. clvij. verbi gratia. merito ergo & in casu nostro idem est dicendum: cum enim pecunia iusto in pondere suo relicta sit, nulli partem est praedudicium, ideoque & nullam poenam meretur. Sexto, quia videtur ob stare fisco praescriptio introducta a statuto, nolente aduersus aliquem procedi, nisi intra annum a die commissi criminis. Nec obstat, quod statutum excipiat crimen falsitatis: quia (vt supra dixi) istud non est crimen falsitatis: cum mutata non sit veritas, nec legitimum pondus, vt est tex. in d. l. sacrilegij. in verbo, non videtur adulterinam monetam exercuisse. ff. ad leg. Iul. pecu. qui text. probat a fortiori, vt ibi patet. & Baldus consilio cccxciiij. vol. j. & maxime haec opinio tenenda est, cum non solum annus, sed etiam longum tempus, id est, decem annorum sit lapsus, quo casu etiam tunc in grauisimis delictis fit alleniatio, secundum gloss. & Bartol. in leg. si diuino. ff. de poen. Petr. de Anchar. Andr. & Modern. in capit. final. in princip. extra. de consuet. Nec obstat, si diceretur aduerte, quia supra scripta procederent, vbi constaret, quod huiusmodi abrasio facta fuisset supra legitimum pondus, non autem intra: verisimile autem est, quod imò etiam de legitimo pondere abradierint. Nam respondeo, quod ex quo de tali facto decidit non constabat, nisi ex confessione ipsorum non potest iudex dictam confessionem diuidere, sed debet eam cum sua qualitate acceptare, cum vnum factum sit duntaxat cum sua qualitate. leg. etiam. §. primo. ff. de minor. per Bartolum in leg. Aure. §. idem quaesit. ff. de liber. leg. est enim vnum, & idem capitulum, quod diuisionem non recipit, vt per Gem. in capitul. primo de confession. & quod not. Alexander consilio octuagesimo septimo. in primo. & consilio secundo. in fin. in quarto volumine. & consilio centesimo trigesimo secundo. in quinto volumine. & hoc maxime dicendum est in casu praesenti, in quo non apparet quod praecesserint aliqua iudicia, sed iudex processit ad capturam ex abrupto. Unde subsequuta confessio non conualidat processum, quin possit res reuocare suam confessionem secundum Alexand. in leg. qui in aliena. §. Celsus. in addit. ad Bar. ff. de acq. haered. vbi allegat Pet. de Ancha. consilio xxiiij. merito in nostro poterit reus eam reuocare, nisi iudex in totum eam acceptet. Et supra scripta procedunt respectu illorum, qui confessi sunt se abrasisse dictos aureos: respectu vero d. Anselmi res iudicio meo est prorsus indubitata, quia ipse de hoc crimine non impunitatur, sed solum de scientia, & quod in domo sua in camera tamen habitationis Francisci generi sui hoc factum

factum sit nec enim sumus in ijs casibus, in quibus de iure punitur etiam scientia eius, qui non reuelavit, de quibus per Bartol. in leg. vtrum. in fine. ff. ad legem Popp. de patricid. & tex. in d. leg. prima. C. de sal. mone. nō loquitur in casu nostro. sed solum de his, qui adulterinā monetam exercent, quę verba in casu nostro non verificantur. d. leg. sacrilegij. & supra dixi. Non omitto etiā circa intelligentiam statuti. quatenus in eo punitur, qui limauerit monetam causa eam minuendi, si monetā fuerit aurea in centum florenis auri, pro qualibet moneta, quod dicta verba nō debent intelligi pro qualibet moneta, id est, quolibet aureo, sed potius pro omnibus aureis existentibus eiusdem signi: quia statutum videtur actum ipsum delinqueris potius punire, non autē res ipsas particulariter considerasse, per ea, quę notat Bartol. in leg. si gemina. ff. arb. fur. c. f. & quia istud dicitur esse vnum delictum tantum: licet circa plures res, seu aureos commissum sit, vt per Bartol. in l. inficiando. §. infans. ff. de furt. Vnde vna pœna tātum puniri debet, & quia ex vfu loquendi notorio, & manifesto omnibus constat, quōd appellamus vnam monetam tantum, etiā si essent mille nummi vnius signi seu characteris. in 28 §. statutis autem sit interpretatio secundum communē vsum loquendi etiam pœnalibus, vt per Bartol. & doct. in rubrica. ff. de operis noui nuntiatione. & maxime hæc interpretatio est accipienda propter tres iuris regulas. Prima, quōd si in pœnalibus accipitur semper mitior intellectus. l. cum quidā. ff. de liberis & posthumis. 29 Secunda, quōd si semper in ambiguis, quod minimum est sequimur. l. semper. de regulis iuris. l. nummi. ff. de 30 legat. tertio. cum similibus. Tertia, quia si nō puto eum errare, qui in dubijs quæstionibus contra fiscum facile responderit. l. non puto. ff. de iurefisci. per doct. in l. j. ff. sol. matrim. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XV. SVMMÆ.

- 1 Testes per iudicem cause examinari debent.
- 2 Remissoria pro examinandis testibus extra territorium concedi non debet, nec solet, nisi ex magna causa quando aliter veritas haberi non potest.
- 3 Et qui non iuravit de calumnia, denegantur literę remissorię.
- 4 Qui petit remissoriã, si vult obtinere eam debet deponere pœnias pro expensis necessarijs in huiusmodi remissione, & pro alendis testibus qui de longinquis partibus veniunt.
- 5 Quotiescunque iudex haberet pro suspectis testes, tunc potest denegare remissoriã, & iubere quod coram se producentur.
- 6 Iudex non concedit remissoriã nisi pars nominatim testium mentionem faciat, vt possit scire cuius fidei, & qualitatis sint.
- 7 Denegatur remissoria, quando ipsam petens potuisset ipsos testes in loca iudicij examinari facere, & fuit negligens.
- 8 In causis arduis non solet concedi remissoria, quia testibus, qui per remissoriã examinantur, non est facile credendum, nisi sint omni exceptione maiores.
- 9 In causis criminalibus non est locus remissorijs, & quare.
- 10 Rescriptum secundum terminos iuris intelligi debet.
- 11 Dispositio legis est, vt cause ciuiles per ordinarios cognoscantur, cause autem criminales per iudices criminales.
- 12 Vt possit agi criminaliter, & causa ad iudicem criminalem deuolui, oportet prius subesse coniecturas & suspiciones criminis perpetrati.
- 13 Quelibet leuis presumpcio sufficit ad incipiendum processum, & ad deueniendum ad capturam.
- 14 Ad diffinitiuam suspiciones, nisi forsitan violentię, non sufficiunt cum lex requirat liquidissimas probationes.

In sententiam supra scripti do. consulti, qui non minus copiose, quàm subtiliter vtrumque punctum absoluit, & in primis, quōd nō debeant cōcedi remissorię p̄ examinandis testibus extra territorium: in proposito casu multum me mouet quod huiusmodi remedium contra regulas iuris inductum est: cum testes ipsi per iudicem causę exa-

minari debeant, authen. apud eloquentissimum. C. de fide instrument. clement. prima. de offic. deleg. l. tertia. §. diuus. verfic. nam ipsos interrogare solet. ff. de testibus. cum similibus. & licet secundum consuetudinem curiarum plerumque soleant concedi, tamen hoc non fit, nisi ex magna, & necessaria causa, quando aliter veritas haberi non potest, vt habetur in capitul. presentium. de testibus. in sexto. & per Modern. in capitul. primo. in fin. de appell. Alexand. leg. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testam. & do. Felin. in cap. cum causam. extra. de testibus. & ideo plures casus adnotantur à doctoribus, quibus huiusmodi remissorię concedendę non sunt. Primus est, quando qui petit eas sibi concedi, non iurauisset de calumnia, quod hoc non facit animo protelandi litem, sed quod credit per illos se posse probare intentionem suam: tenetur enim prestare tale iuramentum: alijs denegantur tales literę. l. de die. §. tutor. vbi Bal. Angel. Paul. de Castr. Alexand. ff. qui fatid. cog. Alius est casus, quando talis petens nollet deponere pecunias pro expensis necessarijs in huiusmodi remissione, & primò pro alēdis ipsi testibus si ad locum iudicij, de longinquis partibus velint venire, iuxta l. si quando. C. de testibus. & in capit. statutum. §. proferendo. de rescrip. in sexto. quod si testes venire nolint, saltem aliã impensã deponendę sunt: alij non debent iudices istum potentē audire vt dicit Ioan. de Imol. in leg. cum ab initio. ff. quę ad modum test. aperian. & per gloss. in dict. capitul. statutum. §. fin. vbi doct. Tertius est casus, quotiescunque iudex haberet testes pro suspectis: tunc enim potest denegare remissoriã, & iubere: quod corā se producantur, vt dicit Imol. se consuluisset in dict. l. cum ab initio allegat text. in dict. cap. presentium. §. testes. de testibus. in sexto. vbi Archidia. & Ioan. Andr. in casu autē nostro manifesta est suspicio, imò falsitas aperta in dicto chirographo, propter quam iudices mercatorū venterunt fieri registrationem, vt frustra iste satagat, probare illud chirographū per istos testes suspectos. Quartus est casus à supra dicto dependens, quem vidi sæpius in practica seruari: quia iudices non concedunt remissoriã, nisi pars etiam nominatim ipsorum testium mentionem faciat, vt possint scire, cuius fidei, & qualitatis tales examinandi sint: interest enim tali casu, vt edantur nomina saltem ipsi iudicibus, & non expectetur oppositio in personas, vsque ad aperturam secundum not. per Ioann. Andr. in d. capitul. presentium. ad si. verb. specificationem. & quod habetur per Bald. in l. edita. in rep. Padu. C. de edē. Al. j. §. j. in fi. ff. eod. tit. q. maxime obseruādū videt in casu nostro, in quo Crivellus, & Horarius testes nominati sūt infames, & fugitiui, vt ex ipso processu apparet. Quintus est casus, quando negligentia ipsi petēti imputari potest, vt quia potuisset illos testes aliquando facere examinari in loco iudicij, & non fecisset, vt dicunt Angel. Paul. de Castr. Alexand. & Modern. in dict. l. de die. §. tutor. at in casu nostro non solum negligentia, sed dolus, & falsum imputari huic petenti potest, qui chirographum ipsum lacerauit: quia tanquam de falso suspectum fuerat à iudicibus mercatorum reprobatum, & nunc satagit illud probare per testes, qui nihil potuerunt dicere de suspicione procedente ex rasura, & interlineatione, quam oculata fide iudices mercatorum considerauerunt, & registrationem prohibuerunt. Sextus est casus in causis arduis: in ijs enim non est credēdum talibus testibus, qui per remissoriã examinantur: quia non sint maiores omni exceptione: cum si falsum dicant, iudex eos punire non possit: & ideo si in causis criminalibus non est locus remissorijs. d. auth. apud. idem quę in causis ciuilibus arduis, & magni ponderis, de quibus per Dec. & Crorum in d. c. j. in fi. de app. quę omnia cum procedant in presenti causa arbitror recte per d. Consultorem conclusum esse quod huiusmodi remissorię cōcedendę non sint. Circa secundum articulum conscripto etiam cum supra scripto

scripto dom. Consilente: quia verba recripti sunt, vt causa criminalis remittatur tertio de suspicione, & quod rescriptum secundum terminos iuris intelligitur. l. si ferui. C. de noxal. c. ad audiendam. extra. de cler. non residen. l. j. ff. ad munic. c. j. vbi Bal. Fel. Mod. extra. de offic. ordi. §. dispositio autem legis illa est, vt causę ciuiles per ordinarios cognoscantur, causę verbò criminales per iudices criminalium. l. solemus. §. h. ff. de iudic. l. ex eo. C. de agent. in reb. lib. xij. nec alter debet se de alterius iurisdictione introumittere: quia talis materia est limitata per statuta, & per dispositionem iuris, vt habetur in d. §. h. & per doct. l. Gallus. §. h. de lib. & posthu. in proposita ergo vt possit agi criminaliter, & causa ad iudicem criminalem deuolui oportet prius subesse coniecturas, & suspiciones criminis perpetrati. l. j. §. item illud ad Sylla. per doct. in c. j. extra. de offi. ord. Sal. l. fin. C. de quæstione. Rom. l. & si certus. ff. ad Sylla. alijs si iudex criminaliter molestaret, teneretur parti actione iniuriarum. l. nec magistratibus. ff. de iniur. & latē per Pariden in trad. synd. verb. inquisitio teneretur, & de calumnia, & ad expensas, vt habetur in l. seu erit. C. de excu. tutor. Bal. l. de crimine. C. qui accu. non poss. oportet ergo vt prius sublit coniectura, vel suspicio criminis: sufficit autem quolibet leuis presumpcio, vt possit incipere processus, & etiam ad capturam deueniri, vt habetur in l. 2. C. de exhib. reis. Salic. d. l. fin. C. de quæst. & per glo. in cle. pastoralis. de re iud. verb. de more. & per glo. in c. fide accu. in vj. Io. And. in Spec. de notor. crim. verbo, reprobatus. Aret. consil. lxxij. vt verò ad torturam & quæstionem procedatur, opus est grauiore coniectura, & suspicione: alijs non oriretur indicium sufficiens ad torturam, de quo per Bar. in l. h. ff. de quæst. gl. & doct. in l. h. C. fam. ercisc. cum similibus. Vt verò vt vterius procedatur ad diffinitiuã, suspiciones nō sufficiunt: nisi forte valde violentę, cum lex requirat liquidissimas probationes. l. si. C. de proba. per Fel. in cap. licet Heli. de simon. cũ igitur in rescripto dictum sit, vt causa remittatur consilio de suspicione, intelligitur secundum terminos iuris de suspicione, quę sufficiat inchoando processum, sufficit autem, vt dixi etiam leuior, & prout declarat Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. cum iudex aliquo leui indicio vel argumento inclinat animum suum, licet non firmiter in illam partem, & pertinet duntaxat ad primū gradū probationis, nec sufficit ad condemnandum, sed duntaxat ad procedendum, vt declarat Bar. & doct. in d. l. admonendi. Alex. consil. xxvij. lib. v. in causa, & lite vertente super fendo. vers. præterea. In casu autem nostro, non solum subest suspicio, sed falsitas euidenter probata ex libris rationum, in quibus nullam mentionem fecit dicti chirographi, & tunc tenebitur vt eleganter simul, & copiose deductum est per d. consultorem cui in omnibus acquiesco. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII. XVI. SVMMÆ.

- 1 Inuestigare in aliena domo, licet quando inuestigatio seu inquisitio fieret ad vtilitatem publicam.
- 2 Processus criminales principaliter tendunt ad vtilitatem publicam.
- 3 Minimè mutanda sunt, quę certam interpretationem semper habuerunt.
- 4 Qualitas iudiciorum est arbitraria ipsi iudici, nec habet certas regulas, quibus possit diffiniri.
- 5 Iuramentum partis habetur pro idonea causa ad cogendū aliquem editioni, & exhibitioni.
- 6 Inuestigandi cause & indicia.
- 7 Vbi res reducitur ad notorium, purgatur omnis defectus in ordinati processus.
- 8 Ex furto potest non solum ciu. liter. sed etiam criminaliter agi contra ecclesiasticos.
- 9 Inuentio furtiue rei apud culpatum auget suspitionē, & coniecturam criminis, ac facit indicium ad torturam contra ipsum.
- 10 Causa furti est sufficiens ad carcerationem.
- 11 Clericus non potest subici torturę, nisi sit persona vilis &

infamata de crimine, & nisi sit formata inquisitio, & non men receptum inter reos.
 12 Officium assessoris est solum consulere.
 13 Clerici non prohibentur habere consilium à laicis.
 14 Regulariter per appellationem suspenditur iurisdicctio iudicis à quo
 15 A contractu non appellatur.
 16 Civiliter pro furto punitur quis in duplum.
 17 Criminaliter ad restitutionē damni condemnatur pro furto, & cōdemnatus erit notatus infamia.
 18 Clericus criminaliter pro furto condemnatus ad restitutionē damni cogitur, præterea deponitur, & detruditur in carceribus ad agendum penitentiam.



Icueritne d. Vicario mittere executores in domum do. præpositi ad perquirendū instrumenta, quę allegabatur fuisse furto substracta per ipsum Præpositum, puto indubitanter, quod sic: quia in iure tribuitur hæc licentia in tribus casibus, quorum quilibet in controuersia præsentis contigit. Primus quando talis inquisitio, seu inuestigatio fieret ad vtilitatem publicam, vt extat text. in l. omnes. C. de aq. d. lib. xj. vbi Bart. Ioan. de Plat. & ceteri not. vnde in casu nostro: quando Vicarius hoc fecerit causa criminaliter procedendi, satis apparet potuisse eū hoc facere: quia processus criminales principaliter tendunt ad vtilitatem publicam, vt declarat Bart. in l. imperium. ff. de iur. omiud. in materia meri imperij: vnde videmus quotidie istud fieri per iudices, & minimè mutanda sunt, quę certam interpretationem semper habuerint. l. minimè ff. de legibus. & ad supra scripta facit text. in l. prima. §. hoc autem senatusconsultum. ff. de fer. fug. vbi lex imponit pœnam iudici nō perquirenti: vbi requisitus est à parte: nec in hoc primo casu requiritur q. procedant aliqua indicia: vt concludunt Dd. de quibus infra. Distinguentes hūc casū à sequenti. Secundus casus est, quoties subessent aliqua indicia quōd res furtiua fuisset in tali domo, vt no. Cyn. Bartol. Bald. ceterique in l. requirendi. C. de fer. fug. Pet. de Anch. in clem. j. de vfur. Ista autem qualitas indiciorum est valde arbitraria ipsi iudici, nec habet certas regulas, quibus diffiniri possit, vt declarat Bartol. in l. fin. ff. de quæst. In casu autem nostro videtur, q. subessent indicia sufficientia ad perquirendum in primis iuramentū ipsius partis, quod habetur pro idonea causa ad cogendum aliquem editioni, ergo & exhibitioni. l. fin. ff. de bon. auct. iud. possi. vbi omnes not. Deinde amissio ipsius instrumenti, quod fuerat substractum, vel non extabat, vt prius in proto collis notarij, quę substractio tēdebat ad vtilitatē præpositi, vnde erat presumpcio contra præpositū, iuxta illud Celsianū, Cui bono, &c. & q. taMs presumpcio sufficit ad indicium, sumat Bartol. in d. l. fin. ff. de quæst. vbi allegat text. in l. prima. §. sed quis instrumenta. C. de Lat. lib. tol. & sequitur consil. centesimo septuagesimo quinto. pro hoc facit, q. not. Alb. de Ros. in l. ij. §. si quis. ff. ne quid in loc. publ. & istud maxime debuit sufficere in casu nostro, in quo tractamus de indicio ad capturam tantum, quod sufficit qualicumque esse etiam valde tenuer: cum secus esset si de indicio ad torturam, quod requiritur esset efficacius, secundum Bald. in l. & si certus. ff. ad Sylla. & Sal. in l. nullus. C. de exhib. reis. maxime si iste præpositus non esset bonæ conditionis, & famę. de quo per Bartol. in d. l. h. Tertius est casus, quando ex postfacto apparuit, quōd res erat apud ipsum, prout in casu nostro ex subsequētibz enim purgatur defectus informationis, quę præcedere debuisset: vbi enim res reducitur ad notorium, purgatur omnis defectus in ordinati processus. cap. primo. de accu. lib. vj. c. euidentia. de accu. in antiquis. cum igitur ex post facto apparuerit quod iudex prudenter, & cautē egit: non est ei imputandum, si dictum præpositum nō admonuerit, qui proculdubio in secretiore loco dicta instrumenta repositisset, ne possent inueniri. Nec obstat si diceretur, quod cum ista perquisitio in domo aliena sit species probationis ipsius querelę, non debuit cōcedi.

nisi præcedentibus informationibus, & indicijs, prout in terminis tenuit Spec. in tit. de instrum. edit. §. videndū. verisimiliter instrumenta, quia respondeo quod dictum Spec. est verum regulariter, sed limitatur, ut non procedat supra scriptis tribus casibus, & etiam respondetur ad quædam decisiones Bald. in l. consentaneū. C. quom. & quād. iud. quæ satis leniter faciunt in proposito. Circa sequens quæsitum, repertis dictis instrumentis an potuerit decerni captura, & incarcerationio dicti præpositi. Respondeo, quod sic: & in primis præmittitur, quod præpositus iste que relatus fuit de furto dictorum instrumentorum, quod furto potest non solum civiliter, sed et criminaliter agi etiam contra ecclesiasticos. ca. primo extra, de depof. vbi est text. clarus, quod potest in carcerem poni, & vinculis alligari etiam si civiliter agatur: dum tamen causa civilis habeat annexū delictum, & ibi omnes not. & per Alexand. consil. lxij. in 3. vol. Felin. cap. de hoc. extra, de simon. maxime cū indicium sit aduersus eum, quia dicta instrumenta pertinebant ad eius commodum, ut supra dixi per Bartol. in d. leg. finali. de quæst. qui loquitur, quando ab huc instrumenta non erant inuenta: cum verò apud eum reperta sint, sentit indubitanter, quod inde oriatur indicium sufficiens ad torturam. Finuentio enim auget suspicionem, & coniecturam criminis, ut est text. in l. 2. C. de furt. vbi omnes not. & ita et tenet d. Par. de Put. in tract. sin dicat. verbo. tortura. vers. viso de indicijs. Nec obstat, si dicatur non debuisset in carcerem poni, ex quo propter qualitatem personæ non erat suspectus de fuga, & non poterat torqueri. Respondeo, utrunque est falsum, sed etiam si esset verum, adhuc nihil obstat: cū causa hæc furti sit sufficiens ad incarcerationem, d. c. j. & quia incarcerationio fit etiam præcedente leuiore indicio, quam sufficiat torture, ut supra dixi, & quia in casu nostro suberat indicium sufficiens, ut torqueri posset, ex quo instrumenta subrepta ad eius commoditatem pertinebant, & apud eum inuenta erant, ut per Bartol. in d. l. fin. & per Paridem loco supra allegato. Nec obstat, quod talia instrumenta careret subscriptione notarij, quia istud aggravat delictum, ex quo subripuerat de p. tocolis antequam subscriberentur, ne notarius posset eorum copiam d. Gurono aduersanti facere, & fuerit recognita ab ipso notario, & constat, quod erant de manu notarij, & in processu est comparatio ipsius notarij agnoscentis ea, tanquam originalia sua. Nec obstat, quod ex qualitate personæ non presumatur furtum ab ipso præposito factum, nec sit sufficiens præsumptio ad torturam, nisi concurrentibus alijs coniecturis, ut habetur in l. in civilibus. C. de furt. quæ respondeo primo quod doct. ibi loquuntur in re. p. m. i. v. s. nostra quæstio est in instrumentis, quæ afferunt commodum, & utilitatem huic præposito penes quæ reperta sunt, & ideo maior est contra ipsam fraudis coniectura, vnde Bart. in d. l. si. n. sine mysterio loquitur de instrumentis, & ita et proprie procedit text. per eum allegatus in d. l. vnica. §. ille autem nouissimus. C. de Lat. liber toll. & ita etiam appellatur Paris loco supra allegato, dum dicit quod res furtiua solum pertinebat ad eius commodum ponderando dictionem, solum. Secundo, respondeo quod not. per doct. in d. l. in civilibus, procedunt respectu indicij ad torturam, in quo requiruntur maiores coniecturæ: nostra verò quæstio est de indicio ad capturam, in quo sufficit leuior præsumptio, & qualibet tenuis coniectura, ut habetur in d. l. secunda. C. de exhib. reus. & per gloss. in clementin. pastoralis. de re iudic. verbo, de more. per gloss. in cap. fin. de accusat. in sexto. Nec obstat, quod non possit clericus subijci torture, nisi sit persona vilis, & defamata de crimine, ut habetur in dict. capitul. grauis. de depof. & nisi sit formata inquisitio, & non receptum inter eos, ut per Bartol. in l. si adulter. ff. de adult. Quia respondeo, quod nunc non tractamus de indicio ad torturam, sed duntaxat de captura ipsam in qua non requiruntur huiusmodi qualitates, sed sufficit (ut dixi) indicium magis tenue Bartol. l. facilegg. ff. ad legem Iuliam. pecu. & in l. consentaneū. C. quom. & quād. iud. Ioann. Andr. in capitul. si clericus. de sentent. excomm. ne aliis, si iste admonere-

tur, capesseret fugam, ut per doct. in d. l. secunda. ut est text. in capitul. qualiter. secundo. §. debet. extra. de accusat. & ibi per doct. & per Bartol. in dict. l. fin. in d. l. iubemus. C. de probat. Nec etiam verum est, quod non possit clericus torqueri, nisi defamatus: imò satis est, si adsint alia indicia sufficientia, ut per Abb. in d. c. j. Felin. c. olim de rescript. Dec. c. at si clerici. in vers. v. extra, de iudic. Circa tertium, an d. Vicarius potuerit assumere laicum in assessorem in ista causa: & certum est, quod sic, ut concludunt omnes in cap. decernimus. extra, de iudic. quia officium assessoris est solum cōsulere. l. j. ff. de offi. assesso. l. consiliarios. C. de assesso. non prohibentur autem clericij consilium habere ad laicos, secundum Innoc. Butrig. Abb. Modern. in d. c. decernimus. facit text. in c. si hæres. xxiii. quæst. 3. & in c. fin. xxxviii. distinct. & ita etiam tenuit Andr. Sicul. in c. super quæstionum. §. intentionis. de offi. deleg. Gemin. cap. statutum. §. assessores de rescr. in vj. licet contra hanc opinionem (quæ communis est) tenuerit idem Andr. Sicul. in d. c. decernimus. cuius sententia est ibi reprobatā ab omnibus modernis. Circa quartum, an appellatio facta per ipsum querelatum, impediit processum quo ad vteriora? Respondeo quod licet regulariter per talem appellationem suspendatur iurisdicctio iudicis a quo, ut toto titulo. ff. nil noua. appel. pend. tamen in casu nostro secus est, idque tribus rationibus. Prima, quia ipse querelatus videtur renuntiasse huic appellationi, eo inparendo postea coram eo, & petendo ne contra se procedat, tanquam contra priuilegiatum, sed primis debet ante omnia monere, seu moneri facere præfatum querelatum, vnde per istam comparationem videtur renuntiasse appellationi, & ut etiam per aliam, in qua absque alia reservatione petijt dictus querelatus præcipi per d. vicarium notario, ne det copiam processus d. Gurono, vnde per huiusmodi actus videtur renuntiatum ipsi appellationi. cap. gratum. in fin. extra, de offic. deleg. ca. directæ. de appellatio. cum similibus. Secunda, quia requisitio presentationis, & detentio tendit ad expeditionem causæ principalis: vnde cum posset fieri, pendente primo iudicio, potest etiam fieri post appellationem. l. postquam. §. Imperator. ff. vt legat. nomine caueatur. vbi Dyn. & Bart. alia potuissent fugere, adeo, quod impediuisset cognitionem etiam in causa appellationis, & eam afficere illud iura. c. eum parati. de appellatio. cap. proposuit nobis. eod. tit. quia istud non est innouare, sed mandatum legis exequi. cap. cū speciali. §. porro eod. tit. de appell. l. eos. §. superijs. C. de appell. quæ lex non reperitur correctā iure canonico. & videtur talis appellatio manifestè triuola, secundum c. eum appellatio. extra, de appellat. & quod habetur in l. nulli. C. quorum appel. Tertia, quia iste querelatus, ac fideiussores tenebantur ex contractu suo, & ideo non possunt appellare ex quo tunc à contractu non appellatur, ut per Bald. in l. prima. in 3. oppos. C. de arbitr. Nec obstat, quod iste contractus non fuerit merè voluntarius, sed potius ex quadam necessitate, ut euaderet capturam, quia respondeo quod istud processit ex mera gratia, & humanitate vicarij, quia cum de iure potuerit detineri in carceribus, non tenebatur iudex eum credere fideiussoribus cum causa ista esset furti, in qua criminaliter & ad pœnam poterat procedi, secundum doct. Bartol. in l. prima. ff. de custo. reor. & per Dec. consil. centesimo quadagesimo tertio, in princip. & poterat eum interrogare de socijs, & complicibus, iuxta doct. Bartol. in l. secunda. §. penult. ff. de iure sic. meritò ergo non potest allegare se coactum. vel violentiam passum in re, in qua expertus est humanitatem, & gratiam. Circa vltimum, quia pena afficiens esset dictus d. Præpositus, & est distinguendum an civiliter agatur, an verò criminaliter si civiliter, puniendus est in duplo eius pecuniæ, quam interuetere voluit per subreptionem instrumentorum. l. qui tabulas. l. quidam tabularum. ff. de furt. Si verò agatur cri-

tur criminaliter, in primis erit incipiendum à captura, deinde reproducenda acta, & probatio quemadmodum illa instrumenta fuerint reperta apud ipsum, & examinandus notarius, quemadmodum perdidit illa instrumenta, & quomodo potuerit sibi auferri. & si iudex habeat hanc credulitatem, quod dictus querelatus furto sustulerit, poterit eum examinare, & si negauerit subijcere quæstioni & torture, quod si perseverauerit in negando, & per torturam purgauerit indicia, erit relaxandus & absolvendus, ut dicit Alb. de Ros. & Mod. in l. editum ff. de quæst. & Bar. Veron. conf. xxxij. incip. quidam rustici. si verò cōfiteatur cogendus erit ad restitutionem damni, d. c. j. de depof. & præterea notatus erit infamia. l. j. ff. de ijs qui notant infam. & præterea erit deponendus, & detrudendus in carceribus ad agendum pœnitentiæ. c. cum non ab homine. de iudic. c. tuæ. de pœ. per Abb. in c. fi. extra, de fur. in fi.

CONSIL. XVII. SVMMÆ.

- 1 Forum originis est potentius foro, quod quis per allectionem vel incolatum acquirit.
- 2 Adscripti in præiudicium domini, non possunt mutare domicilium.
- 3 Adscriptio non licet recedere a loco vbi adscriptus est, & punitur quisquis eum acceptauit.
- 4 Licet domino propria auctoritate adscriptio suo manus iniicere, & etiam sub custodia habere, ne alio se conferre possit.
- 5 Iure communi permittitur cuilibet originario transferre domicilium in alium locum.
- 6 Carcer mala mansio est.
- 7 In carcerem conuiciuntur criminosi, seu facinorosi, propter delictum.
- 8 Iudici defacto procedenti de facto potest resisti.
- 9 Qui in fuga est, potest propria auctoritate, etiam a priuato in carcerem duci.
- 10 Distio vendicare quid importet.
- 11 Lex abhorret violentias, & varijs pœnis delinquentes plectit.
- 12 Violentia vtentes iure suo cadunt.
- 13 Violentus vtentes in pœnam l. lullie, de vi publica incedunt.
- 14 Violentus vtentes, resarcunt damna iuramento offensi.
- 15 In continenti licet vim vi repellere.
- 16 Coniuncti & amici propria auctoritate possunt recuperare rem, qua quis est spoliatus, & multò magis per sonam.
- 17 In continenti quando quid factum dicatur.
- 18 Licet est vnicique vim, etiam alteri factam repellere.
- 19 Pro defensione personæ, ne quis vulneretur solum in ipso actu licet alium occidere.
- 20 Defensio iure naturali omnibus competit.
- 21 Aedificans in re communi, non potest impediri auctoritate propria socij, sed agendum erit communi diuadendo.
- 22 Totum cum sit in communi par est vtriusque causa.
- 23 Damnum quod rei communi a socio fit, non nisi via actionis impediri potest.
- 24 Constitutio fauorem publicam respiciens, latius est accipienda.
- 25 Iurans defedere aliquem contra omnem personam, tenetur etiam aduersus vniuersitatem id facere.
- 26 Vniuersitas seu ciuitas corpus fictum est.
- 27 Constitutio pœnalis loquens de persona, intelligitur de persona vera, non autem de ficta.
- 28 Titulo de pace tenenda vniuersitatem non teneri.
- 29 In materia pœnali, locus non est extensio.
- 30 Quod ad pœnam atinet, constitutio est odiosa, ideo vniuersitatem non compræbendit.
- 31 Pœnis locus non videtur esse, nisi cum dolo quid actum est.
- 32 Leges publicorum iudiciorum dolum requirunt.
- 33 Quilibet color, & quæcumque causa excusat a dolo.
- 34 Contumaces ergo proconsulare imperium, non vltra sex annos vnicuique multari.

NON putavi de tractandis cum inclyta Argentinensi respublica, eiusque senatus a me consilium iuris petierit, quin quatenus fas, æquumque sineret, eis morem gererem, quod eo libertius a me factum est, quod omnis quæstio in iure versetur: nec mihi peruoluenda fuerint testimonia, quæ vtrinque inducta erant, sed solum de iuris articulis iam requisitus: iuxta ergo facti serie mihi proposita quæ breuissimè potero sententiam meam explicabo. Quæstio prima est, an licuerit præfecto Comitum detrudere Georgium in carcerem: quia absque licentia Comitum se in ciuem Argentinensem admitti procurasset? Et videretur licuisse, in primis, quia ad eam usque diem Comes fuerat in possessione iurisdictionis erga illum: vnde huius rei cognitio ad eum pertinebat, non autem ad Argentinensem præfectorem, a quo nuperimè fuerat in ciuitatem allectus. glo. Bar. Ioan. de Plat. in l. j. C. de inco. lib. x. Deinde, quia intererat ipsius Comitum: cum enim esset Georgius originarius castri Comitum, non potuit forum originis repudiare, qui in eo munera subiret. l. assumptio. ff. ad municip. imò in muneribus subeundis illud forum originis est potentius foro, quod quis per allectionem, vel incolatum acquirit. nor. in l. ciues. C. de incol. merito ergo potuit retinere non solum pro rationibus præteritis, sed etiam, ut caueret pro futuris. l. si fideiussor. §. fin. qui fat. cog. l. in omnibus. de iudi. Quæ sententia minus habet difficultatis, si constaret istum fuisse conditionis adscripti: tales enim in præiudicium domini non possunt mutare domicilium. l. in bello. §. manumittendo. vers. verum. de capt. & generaliter non licet adscriptio recedere a loco vbi adscriptus est, & punitur quisquis eum acceptauerit. l. omnes. l. cum satis. C. de agric. & cens. lib. xj. & licet domino propria auctoritate adscriptio suo manus iniicere, & consequenter etiam sub custodia habere ne alio se conferre possit. l. prima. C. de colo. lib. xj. maxime cum periculum esset in mora: quia iste iam erat discessurus, & res suas exportaturus. l. generali. C. de decur. lib. decimo. Sed ijs non obstantibus, contrarium videtur concludendum, quod non licuerit dicto præfecto ipsum Georgium in carcerem detinere: permittitur enim iure communi, cuilibet originario transferre domicilium in alium locum. l. nihil. ff. ad municip. quo casu forum originis concurrat cum foro incolatum. gloss. d. l. j. C. de incol. Permittitur etiam ex priuilegijs, & consuetudinibus patriæ Argentinæ, ut ei liceat in ciues suos admittere quicumque transmigrare velint: quo casu consuetudo, vel priuilegium videtur extinguere obligationem, ex origine prouenientem quod potest facere. d. j. in bello. d. §. manumittendo. & ideo longe fortius est in ius, quam quod iure communi cōpetit. Vidilem tamē libenter priuilegia illa, si fuissent transmissa, maxime quia mihi proponitur in facto, quod talia priuilegia extenduntur etiam ad adscriptios, ut tales possint in ciuitate cooptari, quo casu cessaret omnis difficultas, quæuis etiam de iure communi res sit clara, quia etiam si superscriptæ rationes in contrarium adductæ essent verè, non tamen debuit ex ista causa Georgius trahi in carcerem. l. c. de exact. trib. lib. x. & cum carcer mala mansio sit litem apud La-beonem. §. quæstionis. ff. de iniur. & tamen illum conijciuntur criminosi, seu facinorosi propter delictum. l. 2. C. de custo. reo. non autem obarati, vnde cum tamen præfectus ille de facto fecerit eum includi, potuit ei etiam de facto resisti. l. prohibitum. C. de iure sic. lib. x. Nec mouet, quod qui in fuga est, potest propria auctoritate etiam a priuato, & in carcerem duci gloss. l. ait prætor. §. si debitorum, quæ in fraud. cred. quia fugitiuus delinquit, at qui se facit in cinem eligi, non delinquit, sed rei licite dat operam. Nec præfectus eum detinuit, quia esset fugitiuus, sed quia fecerat eum ciuem Argentinensem in consilio Comitum, ut in facto mihi propositum fuit. Secunda quæstio, an licuerit Argentinensibus, collecta manu armata, accedere ad vicum, vbi iste ciuis suus erat detentus? Et non videretur, quia lex ait, debent eos ci-

10 nem suum vendicare l. de iure. ff. ad municipa. & sic legimus adionibus experiri, præsertim cum præfectus obulerit se facti sui rationem redditurum, si fide publica ad eos transire possit. l. non est singulis. de reg. iur. Accedit ijs, quod lex plurimum abhorret huiusmodi violentias, & varijs pœnis plectit delinquentes, nunc ut iure suo cadant. l. extrat. ff. quod met. cau. nunc in pœnam legis Iulie de vi publica incidant. l. licet. ad legem. Iul. de vi. nunc ut damna resarciant iuramento offensi. l. si quando. C. vnde vi. nunc ut, qui eos congregauit, quique duxerit pro cæteris teneatur. l. quoniam. C. ad leg. Iul. de vi. accedunt pœnæ comminatæ in constitutione Federici cap. primo. de pace tenend. in vllbus feudo. & nouissimè in edicto Cæsareo de pace tenenda. Sed ijs minimè obstantibus, dico licuisse istis ciuem suum eo modo liberare, cum aliter non possent. Et in primis sciendum est, quod præfectus eum in carcere iniussit (vt supra dictum est) detinens ipse dicitur vim fecisse, quia personam Georgij sua libertate spoliasse censetur. l. prima. & secunda. de liber. hom. exhibend. quod eleganter Bartol. disputando concludit, quæstio. 6. Lappus. clarum autem est iure nostro licere in continenti vim repellere. l. tertia. §. eum igitur. de vi & vi arma. & posse coniunctos atque amicos propria auctoritate recuperare rem, qua quis est spoliatus, & multo magis personam. l. si quis in seruitute. vbi Bartol. in fin. de iur. Et dicitur in continenti fieri, etiamsi post aliquot dies, dum tamen interim factæ sint præparaciones debite secundum qualitatem rei recuperandæ, vt Hugut. antiquus doctor aiebat. j. distinctione. capitul. ius naturalis. quæ sententia communiter est recepta. Nec refert, an is qui spoliatus fuit ipse fecerit. an alius p. t. eo, licitum enim est vnicuique vim etiam alteri factam repellere dicit. l. si quis in seruitute furtum fecerit, vbi Bartol. in fine. Vnde & tale ius rem, qua quis spoliatus est incontinenti propria auctoritate recuperandi alteri cedi potest. gloss. l. cum fundum, verbo postea, de vi & vi armata. vt receptio se habet opinio, hinc; & ratum haberi id ex post facto potest. c. rati habitionem. de regu. iur. in vj. Et licet pro defensione personæ, ne quis vulneretur solum in ipso actu, liceat alium occidere. gloss. l. j. C. vnde vi. Bar. d. §. eum igitur. tamen libertatem personæ suæ licet redimere quando cunque, quia detinens dicitur esse in p. seuerantia delicti. Et ideo semper dicitur confestim quis recuperare libertatem, quam amisit Cyn. l. vt vim. de iust. & iur. Bal. c. in literis. de resti. spol. Concludo igitur licuisse vnicuique præstare auxiliu huic capto, vt euadere possit, nec ideo in aliquas pœnas incidere, & id ex iure competente ipsi capto. Fortius dico idem licuisse ex iure competente ipsius ciuibus, quorum interest cinem suum non detinere, sicut enim ciuitati competit actio iniuriarū, quoties ciuis suus in odium ciuitatis est offensus. l. j. §. si. vbi Bar. de iniur. ita & vi detur ius auctoritatis competere ijs casibus, quibus & vi cōpeteret, quod maxime dicendum in proposito ca. su, cum iste interim esset in carcere, & periculum esset in mora. l. nullus. C. de iud. si expectata fuisset prouisio à Cæsareæ maiestatis consilio, quod haud absumili casu Bartol. docuit. l. si alius. §. bellissimè. ff. quod vi, aut clam. vbi Bar. & generaliter approbat Alex. quoties copia iudicis non facile haberi possunt. l. generali. C. de decu. lib. x. Alex. l. j. §. 2. de ope. no. nun. Non obstant ergo iura superius allegata, quæ dicit pœnæ locū habere, quando nō licuisset istis ppria auctoritate vtī, cū igitur id factū sit lege p. mittere non meretur pœnā, est enī hæc species de sensiois, q̄ iure naturali omnib' cōpetit. l. vt vim. de iust. & in. Nec obstat q̄ deatur Comes in iurisdictione fuisse tāquā socius, quare respectu originis Georgij ei subijciebatur, sicut respectu in colatus, & nonæ ciuitatis ipsius Argentinensibus, inter aut socios nō est locus beneficio pprie auctoritatis, sed ciuili actione experiendum est, quod à doctoribus non vno exemplo traditum est. Bartol. Cast. d. leg. j. §. nuntiatio. Bald. consil. cl. in 3. Rom. consil. l. ij. vnde si tu æ-

difficilis in re, quam communiter tecum possideas, non potero propria auctoritate deijcere, sed communi diuindundo agam leg. Sabinus. commu. diuidun. quia t̄ cum totum fiat in communi, par est vtriusque causa. leg. in re communi. ff. de ser. vrb. præd. sic & quando ab vno ex sociis aliquid prætenderetur super communi, nec tamen licet rem perdere leg. sed si inter. de ser. vrb. præd. sed actione vtendum est. l. si duo. §. Labeo. vt poss. l. demq; si quis socius ex suo in commune immitteret, t̄ quia damnum, quo rei communi à socio fit, non nisi via actionis possunt impediri d. l. sed si inter. versu. idem vbi Bar. Sed ad hæc omnia respondetur, quod non procedunt in captura, per quam quis priuatur libertate personæ suæ, est enim periculum in mora, & dicitur subesse magna, & necessaria causa per quam concessum est propria auctoritate ius suum prosequi. d. §. bellissime. & l. si. §. si ad ianuam, vbi Bar. eod. tit. & istud etiam satis permittitur edicto Cæsareo. versu. sed tamen læso, cum ius adiutoribus contra suos offensores defensio in continenti, vel ex interuallo cum sibi commodum erit licita, & admissa sit vbi de offensione prius cōstet & c. quæ verba clara sunt in fauorem Argentinensium. Quarta quæstio, an etiamsi non liceret Argentinensibus supra scriptum ciuem suum eo modo liberare incidere in constitutionem Cæsareæ Maiestatis, de pace publica tenenda? Et videretur dicendum eos in cidisse, quia talis t̄ constitutio fauorem publicum respicit, & ideo lausius est accipienda. l. quem admodum. de agricol. & censu. lib. xj. vbi Bart. qua ratione Ias. respondet constitutionem Arcadij qua per iuri plectuntur et ad vniuersitatē p. duci. l. si q̄s maior. C. de trāsa. vbi Ias. vnde si iurauerim te defendere contra omnem personam, tenebor etiam aduersus vniuersitatem id facere quod Bald. eleganter censuit. c. j. de noua forma fidelit. Nam & videmus plerisque exemplis legem de aliquo loquentem ad vniuersitatem extendi, quod in senatusconsulto Macedonio proditum est. l. nihil. ad senatusc. Macedon. Itemque in edicto prætoris quo maiores restituntur. l. quid ergo. §. si. l. item ait. ex quib. caus. maio. & eo edicto, quo prætor quod metus causa factū est restitutorū se promittit. l. metum. secunda. §. animaduertent. hinc. quod met. cau. vbi Dyn. Bald. & alii similibus casibus. Sed in hoc quoque arbitror contrarium esse verius, quia verba constitutionis scripta sunt, Ne quis cuiuscūque status, aut dignitatis, & c. quæ verba vniuersitatem non compræhendunt, quia ad personam referuntur. Bart. l. j. de verb. signi. t̄ vniuersitas autem seu ciuitas corpus fictum est. l. mortuo. de fideiussu. talis autem t̄ constitutio, quæ penalis est de persona vera intelligitur c. Romana. §. si. de senten. excommu. lib. vj. vt receptor se habet sententia, vnde & supra scriptum Ias. responsum cum à recentioribus omnibus, nempe Pappalia, Catullino que, tum à me quoque reprobātū fuit d. l. si quis. nam & lex Federici de pace tenenda, quæ de personæ loquitur, nec ciuitatē, nec vniuersitatē cōtinet, q̄ in ea Bal. annotauit e. j. §. cōuenticula. vbi Bal. de pace iurā. firman. q̄ & in ea cōstitutione proditum est, quæ ad militaris annonæ erogationē pertinet. l. fin. C. de erog. mil. ann. lib. xij. & generaliter respondit Bald. legem municipale, quæ de persona loquatur de vera accipiendā esse, non q̄ legis f. ctione repræsentata sit. Bal. l. omnes populi. de iust. & iur. q̄ & apud pontificios Anto. Butrius annotauit, & pluribus exemplis alij docent. cap. grauem. de præben. Feli. c. cum te. de rescript. Nam & haud quaquā par ratio pœnæ est, vt eo modo plectatur ciuitas, in qua videt, pupilli, egroti, idque genus sequioris conditionis sunt homines, sicut quilibet alius priuatus. l. j. in prin. de mag. conue. Bar. l. aut facta. §. fina. de pœn. ostendunt hoc & constitutionis ipsius verba, quæ offenso p. uident, & specialiter verbis, & pagi mentionē faciūt, ac cū de offendente loquitur simpliciter, ne quis, inquisit cuiuscūque statū, & c. e. si de vrbe legislator sensisset eā specialē, sicut in alio casu

casu nominasset. l. j. §. si autē ad deficientis. C. de cadu. tollend. Nec obstant supra scripta exempla, quibus ostēdi dispositionem, de persona loquentem ad vniuersitatem trahi: quia respondent omnes, non ex vi verborum esse, sed per extensionem. Feli. d. c. eā. Mod. d. l. si quis maior. cui in materia pœnali locus non est. Nec simpliciter verum est constitutionem hanc fauorabilem esse, & deoque extendendam. t̄ quod enim ad pœnam attinet est odiosa, ideoque vniuersitatem non cōprehendit, quod Bald. & cæteri tradiderunt. d. c. j. §. cōuenticula. & ego de verb. sig. l. 2. aliās docui. Et hoc verū esse etiā satis ostēderit domini assessores, qui Argētinenses nō in pœna cōstitutionis, sed pecuniaria cōdenarunt: tāquā constitutio ad eos non pertineret. Quarta q̄, posito nō t̄ confessio Argētinenses istos deliquisse, an deberint in tāta pecuniaria, nempe 50. marcarum auri condemnari? & puto, quod non, quia lex requirit, quod ad hoc, vt sit locus pœnæ, quod ausu temerario deliquerint d. cap. primo. §. primo. de pac. iur. firm. quæ verba requirūt dolum, vt Bart. eleganter censuit. in extranag. qui sint rebell. ad fin. gloss. verb. temerario. nam & aliis huiusmodi t̄ pœnis non videtur esse locus, nisi cū dolo quid actum est, quia lex Iulia de vi, & aliat leges publicorum iudiciorum doli requirūt. l. in lege. de fca. gloss. doct. in l. in actionibus. de in lit. iur. satis autem videtur isti excusari à dolo per supra scripta maxime cum t̄ quilibet color, & quæcunque causa excusari à dolo. igitur. §. secundo. de lib. ca. doct. d. l. si quis maior. quod procedit etiamsi de pœna pecuniaria tractetur. l. prima. in fin. de abig. vbi gloss. Debuissent itaque mitius condemnari, cum videamus iure nostro eos, qui t̄ contumaces sunt erga proconsulare imperium non vltra sex auri uncias multari. l. eos. C. de mo. mulc. vnde satis apparet non debere iudices in ijs pœnis pecuniarijs ita faciles, & profusos esse. Et hæc omnia saluo se per reiore iudicio.

CONSILII XVIII. SVMME.

- 1 Notarius tenetur edere parti instrumenta, tamen si ea amisit citra culpam suam, non tenetur.
- 2 Notario creditur de amissione instrumenti, vbi adsunt aliquæ coniecturæ.
- 3 In claris non est opus coniecturis.
- 4 Contraria dicens, quandoque excusatur.
- 5 Mendacium est sufficiens iudicium ad torturam fall.
- 6 Mendacium non dicitur, nisi ad sit intentio fallendi.
- 7 Quis non debet accedere ad actum testificandi, nisi adhibita prius debita diligentia.

NON possum satis perspicere, quo colore sustineri possit hæc interlocutoria, qua pronuntiatum est, hunc notariū bonæ conditionis, & famæ virū quæstioni subijciendū esse, cum ex p. cessu luce clarius appareat eum esse in casu absolutionis. Esto enī quod notarius tenetur edere parti instrumenta, t̄, si ea amisit citra culpam suam, non tenetur. In primis ergo p. bandus est casus, & quæ parti non tenetur aliqua actione sed officio iudicis tantum, sufficit probare casum per suū iuramentum. l. fin. C. de fide instrument. quod certissimū est iurētis aliquibus cōiecturis: vt quia ostium fuit ruptū, vel famulus aufugit, & similibus, secundū Bartol. in l. si qs ex argentarijs. in fin. vers. an verò heredi. ff. de edēd. & p. Fel. in c. accepimus. extra, de fide instrum. In casu autem nostro nō solū per coniecturas, sed per cōcludentes p. bationes constat, q̄ milites Hispani abstulerūt præcisè dictū instrumentū, & ideo frustra disputatur in re clara, quia si notario creditur de amissione, vbi adsunt aliquæ cōiecturæ, vt dicitur in d. §. fin. vbi omnes doct. & p. Alex. cōsil. 53. ccxvij. in 2. 15. 6. in v. quāto magis, vbi adsūt p. eo cōcludentes p. bationes? quia t̄ in claris nō est opus cōiecturis. gloss. l. cōtinuus. §. cū ita. in fin. de verbor. obligat. maxime cū coniecturæ, quæ contra hunc notariū adducuntur, sint satis leues, & friuolę iudicio meo. Et in primis q̄, asseruerit extraiudicialiter, quod dictum instrumentum fuerat combustum à domina Ioanna, vt ab ipsa intellexerat, deinde in iudicio negauerit se hoc audiuisse

ab ipsa, respōdeo enī, hoc nihil facit cōtra dominū Paulū, quæ est affirmatio facti alieni, quæ nō arguit crimē ipsius confiteatis. Siue enī d. Ioanna cōbuserit, siue nō, notarius excusatur propter violentiā sibi illatā, & oportuit notarius, ita credere primā frōte extraiudicialiter, deinde dato iuramento melius considerasse, & noluisse affirmare, q̄ ipsa cōbuserit. ideo nō dicitur contrarius, nec potest puniri, secū dū Bal. in c. p. tuas. extra, de proba. Marfil. cōsil. xv. & l. j. & dictū Bar. in l. eos. ff. de fall. loq̄tur in eo, q̄ tāq̄ testis extra iudicialiter aliq̄ dixit & iudicialiter cōtrariū. Sed in casu nostro iste notari' nihil dixit tāq̄ testis, sed tāq̄ principalis, q̄ habet facultatē meli' cogitadi, & cōtensionē reuocadi, secū dū Felin. c. olim de rescrip. & certē dictū Bar. in d. l. eos cōmuniter re. p. barur, vt ibi p. Mar. & p. Dec. d. c. per tuas Alex. lxxxj. in 3. q̄ omnis (vt dixi) non loquatur in casu quæstionis nostræ. Non obstat quod affirmauerit instrumentū quod de tale ablatum sibi fuisse, quod t̄ ipse in repertū est in filzia. respōdeo enī istud nihil est, q̄ cōtroversia nō est de hoc instrumento, sed de instrumento mutui, & examine assignauit rationē verisimilē, cur illud sit in filzia, quæ deinde ipse extraxerat de alio originali, quæ erat apud se, q̄ pot. facere notarius, vt habetur in l. Sépronius de legat. 2. in l. qui tabulas. §. in de. ff. de iur. in l. i. q̄s ex argentarijs. §. prohibet. ff. de edēd. Non obstat, q̄ saltē supra scripta faciūt, vt iste notari' sit mēdax, at t̄ mendaciū est sufficiens iudicium ad torturā, secundū Bar. l. fin. ff. de quæstio. Alex. cōsil. lxxxvij. j. Soc. cōsil. 54. in 3. Respōdeo primò cōtrariū est verius, vt solū mendaciū non sufficiat & doctores præallegati loquuntur quādo aliæ quoq; cōiecturæ concurrunt, & q̄ nō sufficiat, tenet Paris de Puteo in trac. syndic. And. de sfern. quæ refert Afflictus in cōstitutione Regni. §. si dāna. nu. 14. Card. Paris. cōsil. clxix. in 4. Secūdo respondeo, q̄ potest argumentū p. cedere quādo mēdaciū in ferret ad delictū inquisiti, quod nō est in casu nostro, prout declarat Marfil. in d. l. eos. vbi dicit puniri, non de falso, sed leui pœna. allegat not. p. se in l. de minore. in prin. vers. & vltra p. dicta. ff. de quæst. Tertio respōdeo, q̄ non dicitur mendaciū, nisi ad sit intentio fallendi. 22. q. 2. can. illa ergo. hic aut nō erat, quā non tractabatur de puniēda domina Ioanna, & ideo illud dictū non faciebat ad delictū inquisiti. Quarto respōdeo, quod argumentū pot. p. cedere in teste, quæ quis nō debet accedere ad actū testificandi, nisi adhibita prius debita diligentia, vt declarat Ang. de Clauasio, in summa. verb. mēdaciū. maxime accedete iuramento, in quo requiritur magna cōsideratio, secundum Alex. in rub. ff. de verb. oblig. Sed nostra quæstio est in parte, quæ qd extraiudicialiter dixit ab ipso iuramento, & impremeditatē. Et certē cū p. testes cōstet de innocētia istius, frustra colliguntur ista adminicula aduersus hūc virū bonę exilimationis, & famæ, & ideo vltimus nō insisto, cū diligēter p. hac parte allegatū sit p. magnificos aduocatos ipsius rei, aded, vt non expediat plura adducere, & laudo iudicium amplissimi senatus, qui hæc interlocutoria reuocauit. idem facturū, si ego esse iudex, hoc enī æquum puto. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XIX. SVMME.

- 1 Memoria illius, qui incidit in crimē perduellionis damnatur, & eius bona fisco applicantur.
- 2 Post lapsum quinque annj, non potest amplius memoria damnari.
- 3 In crimine heresis ipso iure bona confiscantur.
- 4 L. si ad l. l. ul. mai. est. f. estring.
- 5 Omnes qui Principi aduersantur, non dicuntur committere crimen læse maiestatis.
- 6 Confiscatio non trahitur ab bona.
- 7 Appellatione militū in materia stricte, nō venit ipse rex.
- 8 Dicitio factio quid denotet.
- 9 Ex sine legis satis declaratur, in quibus casibus d. l. loquitur.
- 10 Proditor est, qui non ostendit, quid facere velit, & secretē facit contrarium eius, quod facere debet.
- 11 De iure in crimine læse maiestatis bona confiscantur respectu hereditatis.

- 12 Exklusio ab hereditate, est exclusio a legitima, que est portio hereditatis.
- 13 Quicquid dicitur lex communis, seruandum est statutum.
- 14 In foro conscientie lex puniens filios, ex crimine paterno non valet.
- 15 Lex inhonesta non valet, & eam obseruans peccat.
- 16 Non incurritur crimen lese maiestatis, nisi ab his, qui sunt in dolo.
- 17 Mens in crimine attendenda est.
- 18 L. quisquis, ad l. iul. maieft. explic.
- 19 Testis singularis non probat.
- 20 Testis deponens de eo, quod vidit impubes, nondum doli capax, & proximus infantie non probat.
- 21 Testis particeps criminis, non est fidelis.

Npropofita questione vertente inter fisco ducalem, seu habentes causa ab eo, & filios domini Leonini filiae, consideratis vtrinq; deductis, puto filios redintegrandos in possessione bonorum, de quibus agitur, & quia in effectu ex duplici capite contra eos agitur. Ostendat ex vtroque fisco fouere malam causa. Primum caput est, quia videtur d. Leoninus incidisse crimine perditionis, & ideo, quod debeat seius memoria dari, & in consequentiam bona fisco applicari per casum l. fin. ff. ad l. iul. maieft. cum similibus. Sed ad hoc respondetur multipliciter. Primum, quia lapsus est quinque annorum, vnde amplius memoria dari non potest, ut est casus in l. 2. C. de ap. post. vbi glossa & Bartol. & glossa in l. Manichaeos. C. de here. vbi text. loquuntur in crimine heretico, in quo ipso iure bona confiscantur. c. cum secundum, de heretico in vj. sicut in casu lese maiestatis, vt ibi habetur, & videtur, quod hoc sit clarum, quantum sit respectu confiscationis bonorum, vt concludunt et Canonistae. in c. cum a nobis. de praescript. Secundo respondetur, q. d. l. fin. & similia iura habent locum, nisi in Imperatore, vel Reipublicae Romano, non autem in inferioribus, vt est magis communis conclusio, vt per Ang. in l. j. C. ex delict. defuncti. sequitur Bartho. Veron. in consilio 17. vifa commiffione. Tertio respondetur, quod et non est probatum, quod d. Leoninus hostili animo fuerit aduersus Rempublicam, vel Principem animatus, vt infra ostenditur, & quando exalauerit, & sequutus fuerit partes Gallicas, istud magis fecit, vt consuleret tutelae salutis suae, nec enim omnis, qui aduersatur Principi, dicitur committere crimine lese maiestatis, vt dicit not. Bald. in consilio suo cclxxi. queritur vtrum hi lib. 2. Quarto respondetur, & ista est solidissima responsio, quod cum concessio sine veri praedictio, quod d. Leoninus esse perduellis, & sic in casu d. l. fin. Tamen ista bona non possunt confiscari, quia confiscatio non trahitur ad bona alienari prohibita. l. Imperator. ff. de fideicom. lib. & per Alexand. consilio 23. in j. lib. l. fin. ff. j. C. de leg. & in l. filiusfam. ff. diu. in vj. not. de leg. j. in 2. lect. praesertim in casu nostro, in quo est expressum fideicommissum. Nec obstat conditio resolutiua institutionis istorum nepotum testatoris, quia talis nunquam euenit. ex quo d. Leoninus nunquam habuit gratiam a Duce Mediolani, & Gallus non erat Dux, sed tyrannus, vt nunc vulgo praesupponitur. Quinto respondetur, quod fisco Ducis Ludouici nullum ius vniuersum habuit in bonis, de quibus agitur, quia erant d. Iacobi aui agentium in ista causa, qui perijt iam capto ipso Duce regnantibus Gallis. Vnde frustra disputatur de damnanda memoria Leonini respectu bonorum, quorum non fuit possessor, durante statu ipsius excellentis. Ducis. Secundum caput principale est, quia isti filij videntur in casu legis, quisquis, ff. ad l. iul. maieft. quia d. Leoninus videtur conspirasse in persona illustris. Ducis Ludouici, sed ad hoc respondetur, quod d. l. quisquis, non habet locum in his, qui more militari, & aperte sequuntur partes alterius principis, praedentis ius in regno, istud probatur. Primum, ex principio illius legis, loquentis de eo, qui cum militibus, vel priuatis vel barbaris secessit factionem in personam principis, & c. nam qui militat Regi, non potest dici inire factionem cum milite, quia appellatio militum non venit ipse Rex in materia stricta, arg. not. in l. ff. de te-

stam. mili. nec cum priuato, quia Rex non est priuatus, nec etiam cum barbaris, id est, hostibus populi Romani, nam & ipse Rex est pars populi Romani, vt declarat Bartol. in l. hostes. ff. de capti. & postlim. reuerf. Secundo ex verbo factionem, quod verbum non potest referri ad exercitum, sed ad simplicem conspirationem aliorum, vt est text. in l. si quis exheredato. §. hi autem. ff. de iniust. rup. irrito fact. test. l. cum cognatum. C. de ingen. man. l. 2. C. de sum. trin. Tertio, ex fine legis statuente praemium releuanti, quam declaratur text. loqui de conspirationibus secretis, non autem de his, qui palam sunt hostes, & cum quibus nobis inditum est bellum, & text. hinc legis factis declaratur, in quibus casibus dicta lex loquitur, vt in simili per Arer. consilio 158. copiose, & facit glossa in l. mancipia. in verbo auocandum. C. de ser. fug. consilio. cxix. in 4. Quarto, ex auctoritate Bartol. qui summam illius text. ostendit procedere in eo qui perditionem conspirat, qui non potest dici in his militibus, qui palam agunt, & iure militari se timentur, quod ius habet locum etiam in bellis civilibus. l. si quis ingenuam. ff. in ciuilibus. ff. de capti. & postlim. reuerf. imo mitius cum eis de iure agitur, quia cum ceteris, quibuscumque est ius belli, vt ibi probatur. Nec verbum proditoris, in eis verificatur, quia proditor est, qui non ostendit, quid facere velit, & secretum facit, contrarium eius, qui facere debet, vt probatur in l. omne delictum. ff. de re milit. & per Bartol. in extrauagan. ff. expilatores. ff. de re milit. & per Bartol. in extrauagan. qui sunt rebelles. super verbo occulte & per multa ostendit Alexand. in consilio 13. in vj. volum. Quinto, quicquid sit de iure communi, per statuta nostra aliter cautum, clarum enim est de iure in crimine lese maiestatis bona confiscari respectu hereditatis. l. j. C. de bon. lib. vbi omnes not. & text. exclusio ab hereditate, est exclusio a legitima, quae est portio hereditatis, vt per Bartol. in l. gerit. verfic. led quero, quid si aliquis. ff. de acqu. haered. & consequenter de iure communi in tali delicto, ex quoque capite bona confiscantur, etiam non reseruata legitima filijs, modo superuenit statutum nostrum. generaliter disponens, quod in omnibus criminibus in quibus sit confiscatio bonorum, sit saluum ius de hereditate, tam respectu legitima, quam omni alio respectu. vnde videtur mihi, quod dictum statutum in hoc corrigat ius commune, & quicquid dicitur lex communis, in serua statutum, vt dicit Bald. in l. 2. C. de patr. qui filios distinxit. Confirmatur ista opinio, per auctoritatem Ang. in l. fallaciter. C. de abolit. attestantis poenam d. l. quisquis, quod ad filios ex generali consuetudine Italiae esse sublatam sequitur Soc. in preallegato consilio cclxxv. Plus puto, quod in foro conscientiae talis lex puniens filios ex crimine paterno, non valet, quia (vt dicitur in lege veteri) FILIUS NON PORTABIT INIQUITATEM PATRIS vnde flex tanquam contra honestatem, non debet valere, & peccaret eam obseruans. c. constitutiones. & c. lege. x. distinet. cum simili. & habetur per Ancha. in repe. c. possessor. de reg. iur. in vj. & ideo debet aduertere domini iudicantes, ne edificent ad gehennam agendo contra conscientiam, & si Illustrissimus Dux in hoc consuleret theologos non dubito, qui istam sententiam approbarer, & videtur huiusmodi leges magis factae ad terrorem, quam ad futuram obseruantiam. nec reperietur aliquis qui vnquam videret obseruari. Secundo, principaliter posset teneri quod isti proprie non inciderunt in crimine lese maiestatis, quia tale crimine non incurritur, nisi ab his, qui sunt in dolo. j. cuiusque. ff. ad l. iul. maieftat. & in simili per las. in l. in actionibus. in verb. non ob culpam. ff. de in lit. iur. sed isti sequendo detentatorum, habent coloratum titulum, non videtur in dolo, quia talis titulus eos excusat. igitur in verb. vel non iustus. ff. de lib. cau. glossa in l. j. in fin. ff. de abig. Alexad. consilio cxix. in 2. titulus autem Gallorum coloratur, & ex inuestitura alias per Imperatorem in Regem Ludouicum facta, & ex iure cefso per Illustrissimum Maximilianum Sphortiam in Regem Franciscum, quae omnia quamuis non nocent de iure excellentis. nostro Duci, saltem colorant titulum, per quem excusantur isti a poenis dicta-

rum legum facit. l. si vrbana. ff. de condit. in deb. & text. in c. si quis a pseudoepiscopis. quaest. j. & potuerunt eum sequi, cum per iuramentum fidelitatis erant astricti, vt per Abb. in cap. sicut vltimo. de iure iur. in fin. praesertim cum publico bello eorum dominus ius suum persequutus sit, cuius persona attenditur. l. quoniam multa. C. ad l. iul. devi public. & qui habet ius belli indicendi, ex quo non recognoscit superiorem saltem de facto. l. ex hoc iure. vbi Bartol. ff. de iust. & iur. Et confirmatur haec opinio, quia isti non venerunt causa offendendi personam principis, sed solum causa recuperandi illud, a quo praetendebant se spoliatos, & opressos, quod Dux, salua persona, abijisset in Germaniam, vnde mens eorum in tali crimine attendenda est, vt dicit And. de Her. in d. c. j. quae sunt regalia. in loco alleg. vbi allegat et text. in l. si quis ingenuam. ff. in ciuilibus. ff. de capti. & postlim. reuerf. Et hoc maxime procedit in certamine ad Biccocam, in quo ipsi existentibus in acie Dux excessit Mediolano, & fuit ipse illis obuiam, non autem ab eis fuit infecutus. Tertio principaliter respondeo, quod Dux Ludouic. recognoscebat superiorem, & d. l. quisquis, non habet locum, quod committitur contra recognoscere superiorem vel contra inferiorem ab Imperatore, vt Bar. in extrauagan. qui sunt rebelles. verbo, rebellado, Cyn. Ang. Sal. in d. l. quisquis. Nellus in tract. bannitorum. in j. par. ij. temporis, quaest. xvj. Soc. consi. cclxxv. in causa fratris Andreae, & est conclusio approbata in distinet ab omnibus, & licet aliqua difficultas sit, an habeat locum in non recognoscere superiorem de facto per doct. Sal. in d. l. quisquis. tamen istud procederet in ceteris Sphortiadis Ducibus, qui non habebant aliquam inuestituram, & ideo in Ducatu suo volebant haberi tanquam Imperatores, vt quandoque dicit Pau. Cast. & alij doct. sed in Duce Ludouico aliud est, quia ipse accepit inuestituram, & recognouit Imperatorem in dominum, prout de iure debebat. secundum Alex. consi. j. viliis codicillis. in j. Ioan. Bapt. de S. Seuerino in repet. l. Imperium. in xvij. quaest. ff. de iurisd. omn. iud. Nec obstat ille text. dum punit etiam conspirantes contra consiliarios, & milites, & c. quia procedit, quando delinquens habet cum ipso Imperatore, & in eius vltionem occidit consiliarios, vt declarat And. de Her. in cap. j. in verb. & committentium, quae sunt reg. in vbius seu. Secundo respondeo, quod d. l. quisquis non habet locum in filijs natis, vel conceptis ante delictum patris, arg. l. j. C. de lib. & eorum lib. & ita tenent Pet. Dyn. Ange. in d. leg. quisquis. & est communis opinio, licet solus Salice. contradicat. Tertio respondeo, quod non est probatum, quod d. Leoninus commiserit contra personam illustris. Ducis Ludouici, quia primus testis solus dicit quod in exercitu erat d. Leoninus armatus, & cum hostibus, & c. quod potuit esse citra iniuriam personae ipsius Ducis. Item potuit tunc nescire, quod Dux esset in castris, & ignorantia praesumitur, & illa arma potuit habere per sui defensionem praesertim, quia sperabatur fieri ignorata, prout dicit testis, & contra hunc testem obstat, quia singularis. l. iurifuradi. C. de testibus, quia deponit de eo, quod vidit impubes, nondum doli capax, & proximus infantie, vt per Bartol. in l. iij. ff. de testibus per Feli. c. cum a nobis. extra, de praescript. tu quia hoc modo etiam ipse est particeps criminis, cui non creditur. l. si. C. de accusat. & esset in poena, qui erat in eo exercitui, & quamuis impubes puniendus esset poena extraordinaria l. j. ff. impubes. ff. ad Syllan. & certe est mirum, quod istud crimen non imputetur liberis ipsius Triulcii, qui erat capitaneus, & imputetur filio militis priuati, & nemini praeterea alij, vnde concludo religionem dominorum iudicantium ad hoc tendere, vt haec filijs bona sua seu auita restituantur.

CONSIL. LX. SVMMÆ.

- 1 Qui dignitati Episcopali attolluntur, innocentiae gloria censentur illustrari.
- 2 Praesules olim non poterant de crimine conuinci, nisi testimo-

- 3 Claritas seu nobilitas sanguinis facit, quod quis non possit subijci quaestioni, vel torture.
- 4 Testis socius criminis non facit iudicium sufficiens.
- 5 Mandatarius si mandatum executus fuerit, repellitur a testimonio aduersus mandantem tanquam conscius, & particeps criminis.
- 6 Particeps criminis in casibus specialibus interrogari potest, tamen non facit iudicium.
- 7 Testis varians, & manifeste periurus, non facit sufficiens iudicium.
- 8 Quis censetur infamia notatus, si ex suo periurio alicui fiat detrimentum.
- 9 Reus lese maiestatis, & deprehensus in flagrante crimine censetur notatus infamia, & repellitur a testimonio.
- 10 Sola inimicitia non est sufficiens ad presumendum delictum in personam inimici, & quare.
- 11 Mandans non tenetur de occiso, quando mandatarius alius homicidium fuisse facturum.
- 12 Ex delicto familiae suae dominus non obligatur civiliter multo munus criminaliter.
- 13 Testes deponentes de fama non verisimili, non probant.
- 14 Praesumptio est non leuis contra subtrahentem probationes opera sua fisco.
- 15 Fugiens post purgationem per torturam omnem suspicionem, non est verisimile eum fugere propter timorem iudicij.
- 16 In materia criminali, vt iudicia coniungantur, non sufficit finis in genere, sed requiritur quod probationes in specie non sint diuersae, vnde vnus testis de veritate, alter de fama non coniungitur.
- 17 Testes deponentes de vno actu consuetudinis, alij de diuerso, non coniunguntur, nec probant consuetudinem.
- 18 Quando agitur de probando aliquo fecisse miracula, sicutis testis deponat de vno, alij de alio miraculo, non fit conclusio, & quare.
- 19 Quae non profunt singula, iuncta iuuant, praesertim in materia criminali.

Nuperime cum Reuerendus Episcopus Papiensis propter homicidium Alexandri de Laduco fuerit inquietatus, quia allegabatur ab eius familia, & de eius mandato fuisse occisum, requisitus, vt sententiam meam dicerem, non putauit id esse detrectandum, cum ex informationibus mihi traditis videret eum esse in manifesto casu abolitionis. In primis enim sciendum est aduersus Episcopum quicquid iuristri non esse facile praesumendum, quia quicquid dignitate attolluntur, innocentiae gloria censentur illustrari. xj. quaest. iij. ab his, & xlj. dist. e. j. & xvj. quaest. j. c. clericatus. cum simili, & ideo totum praesules non poterant de crimine conuinci, nisi testimonio septuaginta duorum testium. c. praesul. can. nullam. ij. quaestio. iij. tanta erit praesumptio pro ipsorum innocentia, & licet alias, datis pluribus iudicibus, sufficeret maioris partis consensus, tamen aduersus Episcopum tali casu nihil agitur nisi omnes sine concordia. vj. quaest. j. c. j. & seq. Spec. tit. de accus. §. 4. verfic. sed nunquid. accedit quod in casu nostro specialiter probatum est de bona fama, & integritate praedicti Episcopi, tum ex alijs literis decurionum, & communiter Papiensium, quae probatio plurimum debet esse praes oculis iudicantium, per ea quae habentur per Bartol. in l. j. pen. de re mili. per Moder. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quaest. Confirmatur etiam ex claritate, seu nobilitate sanguinis ipsius, per quae omnia apparet non posse eum subijci quaestioni, vel torture, quia si istud priuilegium competit militibus, & decurionibus, & eorum descendentes iuxta l. milites & l. diuo Marco. C. de quaest. multo magis debet competere huic illustri. & quidam Episcopo, nec iudicia quae aduersus eum inducuntur propter eorum fragilitatem sufficerent quaestioni priuati hominis, vnde infra ostendam, multo minus eorum ratio est habenda aduersus hunc Episcopali dignitate praesulgentem. Primum iudicium est ex dicto Capitanei Alphonsi, qui asseruit se praedictum Ioannem de Parma nomine Episcopi, vt occideret Alexandrum, & c. Sed iste testis tanquam socius criminis in hac causa non facit iudicium sufficiens, vt habetur in l. si. C. de accusati. & quia mandatarius, si mandatum exequutus fuerit, repellitur a testimonio aduersus mandantem, tanquam conscius & particeps criminis, secundu Bal-

conf. 97. incip. an mandatarius in v. volu. & per Mod. in l. j. §. Diuus. ff. de quæstio. & quâuis in casibus specialibus possit particeps criminis interrogari. c. fi. de testib. cog. non tñ interrogatus facit in dicitu, secundū Corn. in 7 conf. 58. in i. Maxime cū iste Alphōsus plures variaverit, & sit manifeste periturus, quo casu ex eius dicto non potest oriri sufficiens indicium, secundū Bar. in l. maritus. de quæst. cum tñ tali periurio, unde detrimentum alicui fiat, quis censetur infamia notatus, secundū Io. de Lign. & Fel. in c. testimonium. de testib. Accedit etq; dictus Alphonsus t erat reus læsæ maiestatis, & deprehensus in flagranti crimine. Vnde ex hoc quoque capite censetur notatus infamia, & repellitur a testimonio, vñ notatur in l. dictus furtiuus, de his qui not. inf. Secūdu est iudicium, q; oritur ex quibusdam testibus asserentibus, quod nonnulla differētia erant inter Episcopum, & dictum Alexandrum, & quod dictus Alexander porreerat supplicationem in senatu Mediolani contra eum, &c. Respondeo, non sequitur propter hoc quod essent inimicitia capitales inter ipsos. §. si vero odiosum in auct. de testi. per Bar. in l. 4. §. si. de adm. lega. maxime cū talis causa respiceret bona, & esset civilis, vt per Abb. in e. cū oporteat. & in c. inquisitionis. de accusatio. Præterea constat, qd ipse Alexander erat rixosus, & habebat inimicitias cum aliis, & etiam cum quodam, qui erat de familia ipsius Episcopi. Vnde ex tali inimicitia nihil potest inferri respectu Episcopi. Et ideo generaliter dicit doct. quod si sola inimicitia non est sufficiens. ad præsumendum delictum in persona inimici, quia verisimile est, q; quis via iuris potius vlciscatur iniuriam sibi factam, quam via facti, & more scariorum gloss. & doct. in l. j. c. de his, quibus vt indign. l. i. c. de ser. fugit. Tertium indicium est, quia videtur probatum quod inter interfectores Alexandri erat quidam seruitor Episcopi, & certi equi ipsius, &c. Sed & hoc indicium non videtur sufficere contra Episcopum, quia cum probatum sit, quod ipse Alex. habebat inimicitias cum seruitore Episcopi, verisimilius est, quod fuerit interfectus ab eo propter propriam inimicitiam, quam propter inimicitiam dñi. argu. l. & magis. ff. de solut. & quod not. Bal. cōf. ccl. in j. & conf. 382. in 5. Imò, si probaretur expressum mandatum adhuc non teneretur mandans, quādo mandatarius aliās fuisset facturus secundū Bal. l. i. & ceteros in d. l. j. c. de ser. fugit. & ideo nihil contra Episcopum facit, quod dicti occisores haberent barbas remissas, & quod probatum sit familiares Episcopi accepisse barbas in domo cuiusdā Antonij; quia poterunt hoc facere, vt adiuuaret dictum seruitorem habentes particulares inimicitias cū Alexandro, vt dixi.

12. Præterea, regula ē generalis, q; tñ delicto familiaris dñs nō obligat ciuilit. multò minus criminaliter glo. c. cū ad sedem. de restit. spolia. & j. quæst. 4. c. quia præsulatus & habetur per canonistas. in c. P. Diaconus. de homici. Vnde et nihil facit quod puerille, vt euauderet captione, affirmavit se esse de familia Episcopi, quia fortè mentie batur, & non erat, & in omnē casum ex delicto suo non obligat Episcopū, vt dixi. Quartū indicium est ex testibus deponentibus, quod tempore mortis Alexandri fama erat contra Episcopum, respondeo probatum esse contrarium per instrumentū protestationis cōmunitatis Rorasci, & aliud instrumentum vxoris dicti Alexandri, & comitū Octauiani, & Philippi, & et per literas Capitanei iustitie, qui inquisuerat, & nihil de episcopo inuenerat. Vnde omnis hæc coniectura, proueniens ex fama, prius remanet subblata, vt per Alex. cōf. lxx. in j. & lxxij. in 3. & l. i. in l. j. ad fi. c. cōmu. de lega. tñ merito ergo illa fama de qua per testes ex parte fisci productos tāquā non verisimilis non facit indicium aliquod, de quo per gloss. & Bar. in l. c. 5. ff. de adul. per Bar. in l. fi. de quæst. doct. in c. veniens. j. extra de testibus. Quintū, & vltimū indicium est, quia videtur, quod Bernardinus, & alij qui poterant hanc de re esse instrudi fugā arripuerunt, & Episcopus scripserat fra-

14. tri, vt aliquos faceret absentari, quo casu videtur subesse tñ non leuis præsumptio aduersus ipsum ob probationes

opera sua fisco subtraetas, arg. l. ij. §. Diuus. ff. de iur. fi. sc. & l. j. §. quod aut. ff. de ser. corrup. Sed ad istud respōdendum est, quod Bernardinus iā fuerat in carcere, & subditus quæstioni, & quia repertus innocens dimissus. Vnde non est verisimile quod fugerit timens indicium, ex quo purgauerat per torturam omnē suspitionē, vt per Albert. & Mod. in l. edictū. ff. de quæst. Bar. Veronē. cōf. 32. quidā rustici. Sed potius timens violentiā vel aliaratione, de quo per Bar. in l. quis sit fugitiuus. §. j. de ædil. edic. & literæ episcopi ad fratrem habent causam expressam ne familiares malè tractarēt ab officialibus, & his protelaretur in infinitum, quæ causa ex processu contra Alphōsum factis iustificatur, & et ex eo quod ipsum Episcopum detinuerat aduersus manifestā legis dispositionē. de qua in l. j. & l. fi. c. de custo. reo. merito nō possumus dicere id factū esse causa furripiendi probationes fisco, quāuis, nec hoc sit inconueniens, q; quis redimat sanguinem suum à similibus imputationibus, secundū l. j. in fi. ff. de bon. eorum qui mort. & not. Lud. Rom. in l. leg. Corn. ff. ad Silla. Postremò non obstat, si diceretur, quod dictum Alphonsū cum supra scriptis indicijis videtur coniungendū tanquā tendant ad vñum finem, id est, ad mortē Alex. probādā. Respondeo, quod imò non tendunt ad eūdē finē, q; in hac materia, vt in indicia coniunguntur, nō sufficit finis in genere, sed requiritur quod in specie probationes non sint diuersæ. Vnde vnus testis de veritate, alter de fama non coniungitur, secundū Bal. in l. si quis ex argentarijs. j. de eden. Fel. c. cum causam. de proba. Sic iteltes deponentes de vno actu consuetudinis, alij de diuerso non cōiunguntur, nec probant consuetudinē, secundū Cynum in l. j. c. quæ sit longa consuetud. Rom. con. xcj. vilis. sic tñ quando agitur de probando aliquē fecisse miracula, si vnus testis deponat de vno, alius de alio miraculo, non fit cōiunctio, quia quælibet probatio tendit ad diuersas species, licet habeat vñ finē in genere, q; quis sit sanctus, secundū Innoc. in c. venerabili. de test. & per Fel. in c. licet ex quadā. eod. tit. sic ergo in casu nostro est dicēdū, vt dictū Alphonsi loquentis de mādato facto Ioan. de Parma nō coniugatur cū cæteris indicijis, quæ sunt prorsus diuersa, cum Ioan. non suscepit dictū mādātū, sed derelicit Alphōsū, quo casu nō tenetur Episcopus de mādato, cū nō fuerit acceptatū glo. de j. verbo mādauerit. de pœn. d. c. j. de offi. de leg. & c. sicut dignū. de homici. indicia verò scripta loquuntur de alijs personis, quā de Io. Stabimus ergo regulę, vt nō cōiungatur, & tñ quæ nō profunt singulatiuēta iuuant, vt per Bar. in l. j. §. ij. de Corn. ff. de quæst. maxime in ista materia criminali, in qua regulariter diuersę probationes, & imperfectæ nō cōiunguntur glo. c. veniens. j. de testibus Dec. c. j. de appell. cū similit. Et ex supra scriptis dissoluuntur probationes, quæ possunt facere dubiā, tñ ex duplici c. videtur mihi casus iste esse in dubitabilis in fauorē ipsius Episcopi. Primū est, q; de mādato facto occisoribus nullū prius est indicium, & quāuis essent de familia Episcopi, tñ dñs nō tenetur de delicto familiaris suę, vt s dixi. Secundū est, q; certissimū est ex dicto processu nō esse probatum delictum Episcopi, non solum plenē, sed nec semiplenē supra autem diximus non posse eum torqueri propter Episcopalem dignitatem, ergo necessariò venit absolvendus. Et licet aliqui doctores dicant, quod priuilegium ne milites, aut decuriones torqueri non possint, hodie non seruetur, vt per Bartol. & doctores in leg. fin. c. de decur. tamen talis consuetudo in contrarium non valet, secundū Ludouic. Roman. quem refert, & sequitur Paris de Puteo in trac. syndicatus. verb. doctores arg. leg. omnes iudices. C. de decur. lib. x. qui loquuntur in doctore, vel milite, multò minus in Episcopo, & presertim in nostro casu, in quo subest duplex prohibitio, quia nō solū Episcopus, sed et aliās clarissimus. arg. l. Balista. ff. ad Treb. & §. affinitatis. Instit. de nupt. Et ex his cōcurro in sententiā supra scripti dñi cōsultoris, de sola subscriptione requisitus. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CON.

CONSIL. XXI. SVMMAE.

- 1. Rapiēs meretricē, & cū ea coitus per vim, nō punitur pœna capitali, sed extrardinariē, punitur crimine iniuriarum.
- 2. Lex Fabia habet inclusam iniuriam.
- 3. Concubina stans in concubinato licito, potest agere iniuriarū, secus est si stet in concubinato illicito, puta cum vxorato, quia omnino impunitus est talis accessus.
- 4. Concubina vxor vbi est deterioris conditionis, quam meretricis, & quare.
- 5. Coitus violentus cum ea, quæ sui copiam pluribus facere cōsuevit, non punitur.
- 6. Volenti non fit iniuria.
- 7. Lex Cornelia de iniurijs, habet locum cōtra quoscunque doli casu.
- 8. Sine affectu non fit iniuria.
- 9. Ex qualitate rei pœna debet imponi.

Via supra scriptis dñs consultor admodū copiose, & eleganter prosequutus est omnes difficultates presentis articuli, ideo ego ero breuior, maxime cum de sola subscriptione requisitus sim. Et difficultatem in presentis casu facit doct. Bald. in leg. fin. ff. de rer. diuis. quam sequitur Ang. Arret. §. san. & in fi. de rer. diuis. Mathesyl. not. c. ij. vbi dicitur, q; quāuis rapere meretricē, vel cū ea per vim coire nō sit pœna capitalis, tñ extraordinariē punitur crimine iniuriarū, &c. Sed tñ in casu nostro puto rectē cōsultū p dñm aduocatū, quia hoc dictū Bal. multis rationibus nō obstat huic inquisito, & j. satis videtur esse verior opinio, quod illud dictū Bal. indistinctē sit falsum per tex. in l. verū est. ff. de fur. & ibi Bar. expresse dicit, q; coitus in casu illi legis est impunitus, alioquin Iuriscōsultus. ibi de insufficientia posset argui, qui negat et lege Fabia, vel de vi talē teneri. & tñ lex Fabia habet inclusam iniuriā. l. 3. in fi. l. pen. in fi. ad l. Fla. de plag. & licet Iaco. de Aren. & Rayn. ibi tenuerint agi posse iniuriarū, tñ eius opinio cōmuniter est reprobatā ppter auctoritatē Bar. quē ibi sequitur Ang. et Alb. de Ros. dicens ita sentire gloss. in l. vnica. in gloss. j. c. de rapt. vir. & ibi et hoc tenet Salice. & Hippolytus Marfil. num. 34. & alibi sæpē in discursu. Idē tenet Bonifacius in tractatu criminali. tit. de raptō. & Mod. in tract. de sortile. lib. 3. c. x. nu. 54. Io. de villain reper. l. diuus. de scar. cū concor. per d. cōsultēt. & potest opi. Bal. saluari, quādo nō causa libidinis, sed iniurię hoc factū esset, per tex. in l. qui iniuriarū. in princip. ff. de furt. & ita propriē loquitur rex. quē ipse allegat. in l. lex Corn. in prin. ff. de iniur. Secūdo respōdeo, q; dictū Bal. posset pcedere in meretrice opulētā, & valde celebris, non autem in muliercula, quæ est cōcubina vxorati; licet enim concubina stans in cōcubinato licito possit agere iniuriarū, tamen secus est, si concubinatus sit illicitus, puta cum vxorato, quia omnino impunitus est, talis accessus l. si vxor. vbi Ang. hoc nota. ff. de adul. imo talis est deterioris cōditionis, quā meretricis, quia illæ non possunt hoc nomine contineri ab vxore cōcubinarij, & tñ istæ possunt, secundū Bal. & doct. in l. j. c. ad l. Iul. de adul. & maxime ista, de qua agitur, quā probatū est cōsueuisse sui copiam facere et alijs pluribus, vñ coitus et violentus cū ea nō punitur, secundū Io. Bapt. de S. Seuerino. l. si qua illustris. ad Orfic. Mod. in tract. de sortileg. lib. 3. c. x. num. 54. de quo per Alex. cōf. l. 3. lib. 7. cū cōcord. per d. consalentem Ioan. de Villa loco supra allegato. Tertio respondeo, q; istud dictū Bal. loquitur & procedit probata violentia, quia in ipso actu ipsa ostendit se nolle, puta clamādo, & non obsequendo raptorij, nō fuit in casu nostro, imò iste alias et habuerat eius copiam vñ nō præsumitur violentia, sed cōsensu, & volētī nō fit iniuria, & ita cōsultuit Paul. Cast. cōf. c. iij. viso dicto statuto. Refert, & sequitur Marfil. singulari suo 74. & alibi sæpē. Quartò respōdeo, q; (vt dixi) violenti nō fit iniuria, cum donationis. C. de transact. & vt apparet ex vltimo examine) ipsa erat cōtenta, & sciebat eū vēturū, sed duntaxat detrectauit, quia aderrant alij focij, quos ipsa nōlebat admittere. Vnde de violentia, & iniuria videtur fuisse solum respectu aliorū, nō autē istius inquisiti, sicq; quo ad eū cessat omnis obiectio, &

- 4 In casibus dubijs, in primis debemus attendere mentē ipsorū contrahentium, propter quā mentem et quandoq. a proprie- tate verborum recedimus.
- 5 Quae sit ratio statuti, quo maritus lucratur dotem.
- 6 Potius attendimus quid actū sit, quam nomē contractus.
- 7 Matrimonium verū iuris civilis, & naturalis, est matrimonium per copulam consummatum.
- 8 Argumentum ab etymologia.
- 9 Matrimonij etymologia.
- 10 In dubio debemus accipere eam significationem, cui etymolo- gia vocabuli consentit.
- 11 Consuetudo loci est attendenda, quia secundū eam videtur pars res contraxisse.
- 12 Quis datur vt subeantur onera matrimonij.
- 13 Quod tibi non vis fieri alteri ne facias.
- 14 Lex pro decore habet, quod matrimonia conciliantur pretio.
- 15 Actus agentium magis intelligi debet secundū dictā ratio- nis, quam secundū subtilitates legum, in quibus quandoq. perniciosē erratur.
- 16 L. si a sponso. C. de donat. ante nupt. sensus.
- 17 Osculum est gradus ad copulam.

Verba pacti verbis in initio, in contractu futuri matrimo- nij, inter nobilem Franciscum Mafcaroni, & nobilem Iolandam, quibus contemplatio- ne dicti futuri matrimonij dictus Franciscus donauit d. Iolandae, & suis aureos ccl donatione propter nuptias, & in augmentū dotis casu, quo praemoriatur ipse Franciscus dictae Iolandae, statibus etiam liberis, vel non stantibus dubitatum fuit, quia d. Franciscus nuptias per verba contractis, ea aliter non cognita, nec matrimo- nio consummato decepsit, an locus sit dictae donationi? Et prima fronte videretur dicendum, quod sic propter generalitatem verborū, a quibus discedendū non est. l. non aliter. ff. de leg. j. in l. locationis. ff. loc. Secundū, quia idē videmus in statuto, quo vir lucratur dotē, vxore de- cedente, quae intelligitur et si matrimonium non sit consu- matum, neque ipsa ducta ad domū. Secundū Bartolum in l. nihil interest. ff. rerū amot. Bald. consilio cx. in 2. Paul. de Cast. in l. cui fuerit. ff. de condi. & demonstra. cū con- cord. & licet aliqui teneant contrariū, vt p. Salic. in l. cum te. C. de dona. ante nupt. in mouetur, quae statutū defert tale lucrū propter onera matrimonij in recompensationē expensarū, quae ratio esset in tali donatione maxime, quae alijs non esset donatio, sed remuneratio, vt dicit Soc. con-

A filio cccxiiij. in fin. Tertio facit, quia et ipsa Iolanda in ca- su, quo praemoreretur, donauit ipsi marito, vnde sicut in ipsa non est considerabile, quod noluerit donationē vale- re, nisi consummato matrimonio, & sic postquā deflorata esset, quia hoc esset, quia hoc esset propriae deflorationis pretium persolvere, eodem modo dicendum est, quod nec maritus considerauerit. argum. l. des data. C. de do- na. ante nupt. Quarto, quae verba pacti dicuntur donatione fieri contemplatione matrimonij. Vnde sumus in casu claro: quia sequito matrimonio adimpleta est causa, ergo debet esse locus donationi. d. l. cum fuerit l. Deo no- bis, vbi Bald. C. de episco. & cleri. & docto. tenentes con- trarium mouentur, quando lucrum non defertur con- templatione matrimonij, sed alia ratione. Quinto, quia videmus, quod iure communi donatio propter nuptias, etiam in veris sponsalibus de futuro sequito osculo, ac- quiritur pro dimidia ipsi vxori. l. si a sponso. in princ. vbi bonus tex. C. de donat. ante nupt. Vnde, secuto matrimo- nio, p. verba de presenti non debet esse dubiū, quoniam in to- tum acquiritur. Sed tamen his non obstantibus in propo- sito casu, puto contrarium esse dicendum, & mouer rationibus infra scriptis. Primo, quia in casibus dubijs semper in primis debemus attendere mentē ipsorū con- trahentium, propter quā mentem et quandoque a proprie- tate verborū recedimus. l. si vno. in princ. ff. loc. l. ra- lo pactū. ff. ff. de pact. sed proculdubio quādo iste Ma- fcaronus fecit dictam donationem, si fuisset interrogatus de hoc casu, non consensisset, sicut nec vice versa fe- cisset Iolanda, ergo non est discedendum ab ista contra- hentium intentione, quia aliter conscientia remorderet istam voluntatem, hanc summā retinere contra id, quod contrahentium intentionis erat, quae conscientia ex ver- rissimi veritate surgit, non ex fictionibus iuris, vt dicit Bald. in c. vigilanti. de prescrip. in auth. ad hęc. C. de vsur. in l. vnica. C. de confess. & idē in istis ambiguitatibus, nunquā recedendum est ab ea parte, in quā veritas con- scientiae inclinatur. Secundo mouer, quia quicquid sit in ali- is casibus: & in rationibus in contrarium allegatis, illa verba, stantibus etiam liberis, vel non stantibus, decla- rāt, quod partes intellexerunt, quod secuta esset copula. Et sic saltem aptitudine potuissent extare liberi, vt est glo. in l. precibus. in glo. magna. circa med. C. de impub. quā communiter sequitur doct. & Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. & in terminis, quā sunt illa verba, stantibus liberis, & c. q. requiritur cōiugatio matrimonij, tenuit Bald. consilio. cccx. in j. volum. Corn. consilio. cccxlvij. in 2. & fuit de mente Angel. in quodam consilio allegato per Corn. & Salicet. in d. l. cum te. & Iaf. in l. si donaturus. ff. fin. ff. de condi. ob causam dat. & in isto casu non reperio, quae ad hęc aliquis contradicens, & idē non esset tutum recedere ab hac opinione, approbata per tot culmina legalis sci- entiae, per ea quae habentur in c. j. extra. de consur. Ter- tiō mouer, quia si consideremus rationes doctorū, faci- le erit in hoc puncto reperire veritatē, & in primis in statu- to, quae maritus lucratur dotem, ratio statuti potest esse du- plex, vel simpliciter contemplatione matrimonij, p. ut vi- detur p. bari, in l. cum qs vxori. ff. j. ibi. quae matrimonij cau- sa, id lucratur est. ff. de dot. preleg. & sic, vt mariti inclinē- tur ad matrimonium. vnde tali casu, et non sequere copula, dos acqretur à marito, p. ut tenuit Bar. in d. l. nihil. & de- clarat Soci. in d. l. cui fuerit, Alia ratio est, quae istud sit in re- cōpensationē onerū, & expensarū, quae plerūq. p. maritus supportatur, iuxta tex. in l. j. ff. si verū. vbi Angel. de imp. lucr. de sc. lib. x. c. glo. ff. super verb. non pot. in d. l. si dona- turus. ff. j. & facit tex. in l. dotis fructus. in princ. ff. de iure dot. & ista ratio videtur esse magis communis ad istud sta- tutū, secundū Alex. q. est doct. veritatis in consilio. 129. in 7. & secundū hanc rationē tale lucrū non fieret, nisi supportatis oneribus, & ducta ad domū vxore. In pacto verū, quoniam maritus donat vxori, non videtur, quae vlla istarū rationū sit considera- bilis, non. n. opus est, vt incitetur vxor ad matrimonium, quia mulieres suapte natura, satis incitatur ad nuptias, nec etiam ratio est propter onera, quia illa principa- liter

A liter considerantur in viro d. l. dotis fructus. Sequitur i- gitor, vt ratio sit in praemium voluptatis, & copulae cō- iugalis, istud probatur in d. l. si a sponso. vbi propter oscu- lum mulier acquirit dimidiam donationem. Vnde, se- quito matrimonio, & copula acquirit totum. Quarto videtur istud probari, quia si consideramus verba pacti, licet dicat quod donat propter nuptias, tamen non est talis donatio, quia est facta in ipso matrimonio, nec ser- uata est forma donationis, de qua in d. auth. dos data, & in l. fori. eo. titu. & potius attendimus, quid actum sit, quā nomen contractus. l. in sulam. ff. de praescrip. verb. vbi Mod. declarat maxime Oldr. consil. v. Titius, cum dicitur fieri in augmentum dotis, est igitur donatio in matrimonio facta, quae largē solum potest dici propter nuptias, cum sit donatio ob causam, secundū Pau. de Cast. consil. cccxlvi. circa bona, quae fuerunt in j. vol. in nouissimis, & cum causa sit expressa, videlicet contemplatione matrimonij, dico quod ista verba debent intelligi de ma- trimonio perfecto, seu consummato per copulam, quia il- lud est vt verum matrimonium, non solum iuris ciuilib, sed etiam naturalis. c. ex publico. vbi glo. super verb. cō- summatum. de conuers. coniug. & xxvij. quaestio. ij. c. cum initiat. & pro hoc facit definitio matrimonij, de qua in l. j. ff. de ritu nupt. & melius in j. j. insti. de pat. potest. ibi in diuiduam vitae consuetudinem retinens. quae dubio procul non militat in casu nostro, cum adhuc cum illa coniunctus vita non esset, imò ex conuentione, & ex conuentione diuinitatis non potuisset coniungi, sed tene- batur expectare, prout expectabat, & idē copula non interuenit actū, sed nec habitū, quo casu nunquam proprie loquendo, dicitur matrimonium, facit quod not. Inno. in ca. laudabilē. extra. de frig. & malef. & Abb. in 8 consil. j. item facit etymologia vocabuli, quia matrimo- nium dicitur, quando facit munia spectantia ad matres, per glo. in d. j. j. postquam in verb. nuptias, & dicitur (in quit) ab obnubendo. j. velando capita, quod solebat fieri quando ducebantur ad domum mariti, quia virgines non velantur. 33. quaest. v. c. haec imago. vnde t in dubio debemus accipere eam significationem, cui etymo- logia vocabuli consentit, vt dicit Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. confirmatur per glo. ff. in f. est & alii. d. insti. de donat. q. declarans, quomodo donatio pro- pter nuptias habet effectum, quando matrimonium fuerit insequutum dicit, quod intelligitur insequutum de iure, & de facto, quae verba de facto non possunt in- telligi, nisi per copulam, quia alias sufficeret, si de iure tā- tum, & quod ista fuerit mens contrahentium, suadetur ex consuetudine ciuitatis, quae potissimē est in hoc casu attendēda, vt etiam fatetur Soc. in d. l. cum fuerit in f. & Abb. in d. consil. j. & Bal. in consil. 468. in 4. secundum quod quando debentur verba de presenti, appellant donatio- nem corporum, quando verū dicitur vxor domum ap- pellant nuptias, vnde t talis consuetudo est attendenda, quia secundum eam videntur partes contraxisse. cum de lanionis. ff. asinum. ff. de fund. instr. l. Labeo. ff. de sup. l. Quinto facit quia ista donatio dicitur, fieri in augmē- tum dotis, quae t dos datur, vt subeantur onera matrimo- nij. d. l. dotis fructus. ff. de iure dot. & sic habitus fuit respectus ad ista onera, quia in casu nostro maritus non potuit subire, neque subire, nisi ea ad domū ducta. Et hoc tenendo non obstant allegata in contrarium, quia ex su- pradictis fundamentis satis apparet responso, nihilomi- nus particulariter respondendo, non obstat generalitas verborum, quia dico, quod illa verba, stantibus libe- ris, & c. important, quod habitu potuerunt esse filij, & sic quod sequuta fuerit copula, vt supra dixi. Item illa verba contemplatione matrimonij, intelliguntur de matrimo- nio consummato proprie loquendo, vt s. dixi. Non obst. doctrina Bar. in dict. leg. nihil. quia aliud in statuto, aliud in hoc pacto, vt supra ostendi. Item non loquitur, quan- do in statuto non adfuisse illa verba, stantibus liberis vel non stantibus. Item illa decisio Bar. non est communiter ap- probata, vt dicit Soc. in d. l. cum fuerit, & quod communis

opin. sit contra Bar. attestatur Fel. in tercio loco. extra. de praesumpt. & in rub. extra. de sponsal. Deci. in consil. lxxvij. Hippol. de Marfil. in sing. suo. cvj. & quamuis ali- qui reprobent sub eo fundamento, quod tale lucrū de- feratur in recompensationem expensarum: tamen ad- ducitur alia ratio, quia appellatione talis matrimonij, de- bet intelligi etiam de consummato, vt per Abb. & Fel. in locis praellegatis, quae ratio militat etiam in casu nostro. Non obst. tertia, quia (vt dixi) ista non proprie donatio propter nuptias, quia si esset, facta fuisset à marito, tātū seruata aequalitate ad dotē, auth. aequalitatis. C. de pact. conuent. hic autē est facta etiam ab vxore p. certa sum- ma. vnde dicitur potius donatio ob causam, secundū Paul. de Cast. consil. cccxlvi. quae causa potest esse duplex respectu ipsius vxoris, altera in recompensationem onerum matrimonij, vt dicit Alex. in d. consil. 129. in vij. & est magis communis conclusio altera in aliqualem remunerationem donationis sibi vicissim à marito factae. l. quod autem. ff. si vir & vxor. ff. de don. inter vir. & vxor. & quod not. Iaf. post alios. in l. si pater. C. de inoffic. testa. q. ratio vtraque in fert, quod post consummatum matrimo- nium solum fuit tale lucrum, nam tunc incipiunt sibi onera, & etiam donatio mariti non purificatur, nisi post tale actum, vt dixi. Et puto, quod si domini iudices inter- rogarent matrem, & ipsam, nunquid si iste casus vice versa euenisset, & ipsa fuisset mortua ante consummatio- nem, nunquid voluissent, quod maritus fecisset lucrum illorum cxxv. scutorum? proculdubio dicerent quod non, vnde merito posset illis dici, quod tibi non vis, al- teri ne facias. l. j. ff. quod quisque iur. & suadeo iudicibus, quae faciant talem interrogationē, quae fieri potest, & debet pro seruatā veritate, vt sciatur quid actum sit. l. vbi cū- que. ff. de interro. act. maxime cum mulier ista respicitur huius summae, sustineat partes aetoris, vnde potest cogi iuxta not. in l. si. C. de eden. vel potest hoc fieri per viam prouisionum, cū iuramento calumniae iuxta c. j. de con- fess. lib. vj. & probatur dicto mulieris in sui praedictis tantum, vt ibi habetur. Non obstat quartum, quod do- natio facta sit contemplatione matrimonij, & c. quia re- spondeo, quod intelligitur de matrimonio perfecto, & consummato, vt supra dixi, & ex eo quo potuerunt salte- habitu nasci liberi per s. dicta, & quod ista sit vera intelli- gentia ad illa verba probatur, quia primò si intelligamus donationem factā esse in honorē matrimonij, prout fuit intelligentia quorundam, certè non est verum, quia isto modo t matrimonia conciliantur pretio, quod lex po- tius habet pro decore. l. j. & ij. ff. de don. inter vir. & vxor. Secundò, si intelligimus propter foedus ipsum matrimo- nij secundū, quod quidā intelligunt tex. in d. l. cū quis vxori. ff. j. non est rō. cur maritus ipse hoc fecerit, cum p- pter tale foedus mulier potius det marito, qui ipse subit onera d. l. dotis fructus. Tertio, si intelligis propter effe- ctū coniugale, non esset conueniens, cum par debeat esse affectus vtriusque, vt dicit Abb. in d. c. ex publico. & tñ do- natio est inaequalis, vnde necessario in ista casu, non po- test accipi, nisi iste quartus intellectus, scilicet, quae mari- tus donec ratione matrimonij, scilicet consummati, in p- mium cōiugationis corporū, seu copulae. arg. d. l. si a sponso & certè si interrogentur homines, qui habent sanū intel- lectū, & vtuntur sensu sensato, oēs concordabunt, quae ista vltima ratio sit verior, vt pote proueniens à dictamine ra- tionis naturalis, secundū quod magis intelligitur actus t i agētū, q. secundū legū subtilitates, in quibus quaeq. pernicio- se erratur. l. si feruū. ff. sequitur. ff. de verb. oblig. l. codi- cillis. ff. si. ff. de legat. ij. cū enī maritus donet in augmentū dotis, verisimile est ab eo consideratū fuisse, quae si iam fuisset corrupta, & debet transire ad secundas nuptias, non ita competenter nuberet. & idē in mercedem deflorationis, voluerit supplere illam pecuniam, vt aucta dote, posset nubere. Non obstat quintum & vltimum: quia (vt supra dixi) illa lex, si a sponso. probat oppositum, videli- cet, quod huius modi donationes fiant propter copulā, & iam, vnde sicut t osculum est gradus ad copulam gloss. l. 17 quod

quod ait. in princ. de adult. ita inducitur pars lucri, & consequenter copula totum luctum inducitur. in causa autem nostro d. l. non procedit, respectu terminorum, in quibus loquitur, nec vxor ipsam dimidiam lucratur, tum quia illa lex loquitur in donatione propter nuptias, nos in donatione propter causam matrimonij consummati, vt dicit Paul. de Castr. d. consil. cccxl. quae consummatio non euenit. tum quia ex more ciuitatis ista oscula habentur pro nihilo, & passim conceduntur, nec sunt praesambula alicuius copulae. arg. not. 27. q. j. cap. ne aliqua. & quae habentur per Modern. in rub. extra, de iudiciis. Et ita sentio saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. VII. SVMMÆ.

- 1 Adoptio facta coram ordinario, sine Principis rescripto, est nulla.
- 2 Donatio facta alicui, tanquam filio adoptiuo, si reperitur adoptionem fuisse nullam, & donatio erit nulla, tanquam deficiens in causa finali.
- 3 Institutio, vel legatum factum filio adoptiuo, annullatur si appareat adoptionem esse nullam.
- 4 Valet argumentum de donatione ad legatum.
- 5 Non seruati contractum ex parte sua, non est seruandus.
- 6 Nulla maior est ingratitudo, quam conuenta non seruare.
- 7 Conuentum dicitur, quando ante praecessit conuentio vtriusque parti cognita.
- 8 Tractatus habet vi protestationis, q̄ censetur repetita in sequenti contractu, quando non ex diuturnitate temporis sequitur.
- 9 Verba gratias, pure, libere, quid operentur in donatione.
- 10 Minor 25. annis per iuramentum obligatur.
- 11 Iurans tactis scripturis se esse maiorem, non admittitur ad allegandum contrarium.
- 12 Mora purgari non potest lapsa termino, vbi adesset dies, & pena.
- 13 Iuramentum impedit purgationem morae.
- 14 Per conuentum promissioni committitur pena, etiam si nihil interesset stipulatoris.
- 15 Quis non minus potest heredi suo, quam sibi stipulari.
- 16 Indulta in fauorem non debent in damnum verti.
- 17 De natura copulae est vt non tollat praecedentem obligationem.
- 18 Per facta, & effectus magis declaratur intentio, quae ex verbis.
- 19 Multum interest non implicari litibus.
- 20 Per pactum, quod non seruatis conuentionibus contractus sit nullus, non transfertur retrò dominium ipso iure.
- 21 Reus & usufructum habere non possum.
- 22 Annulato principali contractu, annullatur etiam constitutiu.
- 23 Ex stipulatione mariti non queritur actio, nec obligatio ipsi nulli.
- 24 Regulariter in contractibus, persona non subintelligitur.
- 25 Donata vxori per consanguineos mariti, praesumuntur donata contemplatione mariti, & illi acquiruntur, non autē vxori.
- 26 Limitata causa, debet limitatum effectum producere.
- 27 Ex vna parte instrumenti, declaratur alia pars.
- 28 Donatio licet contemplatione matrimonij fiat, non tamen dicitur propter nuptias, & quare.
- 29 Attendenda est natura contractus, non nomen, quo partes cum appellant.
- 30 Donatio facta, patri recipienti pro se, & suis heredibus, non habet locum respectu hereditum, seu filiorum, nisi quatenus ipsi principali queratur.

DE duobus in praesenti causa principaliter est videndum. Primò, an Io. Dalmais, possit praetendere aliquod ius ex datione sibi per magistrum Dalmatium clerici facta. Secundò, an Agasina d. Ioannis vxor, vel filij, si, quos ex dicto matrimonio habere contigerit, habeant aliquod ius? Circa primum, omisis allegationibus ad partes, tanquam in praesenti casu non necessariis, dico nullum ius competere ipsi Ioanni duabus rationibus. Prima est, quia Ioannes cum esset iuris, fuit adoptatus per ipsum Dalmatium, coram ordinario, cum debuisset fieri adoptio per rescriptum principis, vnde est nulla. §. cum autem. instit. de adopt. l. ij. l. nec ei. §. j. ff. de adopt. l. ij. C. eod. tit. 2. ex quo sequitur, quod si donatio illi facta, censetur

facta ex causa filiationis, quae si non reperitur subsistere, vt quia adoptio sit nulla tanquam deficiens in causa finali, & ipsa annullatur. l. nec apud. vbi Cyn. & Alb. de Rosat. hoc in terminis tenent. C. de hered. instit. idem tenent Alexand. & Ias. in l. si pater in princip. C. eod. tit. l. Rapha. Fulgos. consil. xxxij. in fin. videmus enim idem esse in legato, vel si institutione facta filio adoptiuo, quae annullatur, si appareat adoptionem esse nullam. l. eam quam, vbi Paul. de Castr. Alexand. Ias. C. de fideicommiss. ergo idem dicendum est in contractu donationis, cum valeat argumentum de vno ad aliud. l. seruum filij. §. eum, qui chirographum. ff. de legat. j. & ita arguit Cyn. & Alberic. in dict. l. nec apud. quicquid ibi dicit Angel. cuius opin. communiter reprobat. Et hoc maxime cum in donatione semper dicitur, Tali filio adoptiuo, & c. quae verba inducunt contractum cum eo fuisse secundum illam qualitatē. l. si pater. §. qui duos. vbi Bald. not. ff. de adopt. Angel. l. si proponas. §. j. per illum tex. ff. de offic. testam. Deci. consil. cclxxxij. Secunda ratio est, quia illa donatio licet simpliciter facta tamen per contractum praecedentem, & etiam alium subsequenter habet in se pacta ex parte donatarij, quae per eum non fuerunt adimpleta, vnde censetur reuocata. l. j. C. de dona. quae sub modo. l. si. C. de reuo. donat. ibi vel quasdam conuentiones, & c. non seruanti enim contractum ex parte sua, non est seruandum. l. cum proponas. C. de pact. & si nulla maior est ingratitudo, quam conuenta non seruare. cap. j. §. sed non est alia iustior causa, quae fuerit prima causa beneficij. amitt. secundum Bald. in consil. xvij. notissimum est. lib. j. & dicitur si conuentum esse quando ante praecessit conuentio vtriusque parti cognita, sicut in casu nostro per geminata instrumenta, scilicet pactum, & adoptionem, censetur enim in instrumento donationis repetita dato, quod nihil dicitur l. iij. §. vnde quare poterit. ff. de manumiss. l. qui in aliena. §. si is, qui probat. ff. de acquirend. heredit. & quod ibi not. & in l. pignori. §. sine ff. de vsue. per Ioann. de Imol. Alexand. Iaso. in l. post dotem, in lect. Dyni. ff. solut. matrimo. cum similib. habet enim ille si tractatus vim protestationis, quae censetur repetita in sequenti contractu, quando non ex diuturnitate temporis sequitur. l. per retentionem. C. de vsur. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. & per Paul. de Castr. & Modern. in l. ita stipularis. super j. respon. ff. de verborum obligat. & in l. pacta nouissima. C. de pac. & istud in casu nostro non habet dubium, ex quo etiam post contractum vtraque pars idem protestata est, & expressè conuentum fuit, vt non numerata illa summa, & non adimpletis illis pactis ex parte d. Ioannis, donatio esset ipso iure nulla, & haberetur pro non facta. vnde potuerunt etiam perfecta donatione dictas condiciones, & modos opponere. l. tempore. C. de pac. inter empt. & vend. gloss. Bald. Salicet. in l. perfecta. C. de don. quae sub mod. Socin. consil. lxxvj. frustra plenitudine. in vltim. dub. Nec quicquam obest, quod in contractu dicitur donationem fieri gratis, pure, libere, quia per talia verba non mutatur effectus donationis, ob causam, quae tacite agebatur, secundum Oldr. consil. v. Titius. Alex. consil. x. in 4. intelligitur enim saluis contentis in presenti contractu. l. cum propter. in princ. ff. de leg. praest. per Dyn. Old. Ray. Rapha. Com. & Iacob. de Put. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de legat. j. & dicitur contineri illud, de quo actum est, inter ipsas partes d. l. si sibi sine scriptis. C. de reuo. don. & c. vtriusque; ex post facto ita protestati sunt, casus non habet difficultatem, quia potuit ipse Io. sibi prauidicare, maxime cum ita iurauerit, quo casu et si esset minor 25. annis nihilominus obligatur. auth. sacramenta pueri. C. si aduer. vend. imò cum iurauerit tactis scripturis, se maiore si admittit ad allegandum contrarium. l. pen. versic. si tñ. C. si minor se mai. dix. Et haec maxime procedunt, quia ista fuit in mora. cum enim intra quatuor menses teneretur vendere pro summa quatuor millium aureorum, & dare

dare illam summam Dalmatio sub poena mille scutorum, cum hic esset dies, & poena, lapsa tempore, amplius mora purgari non poterat. l. magna. C. de contrahen. & committere. stipu. & sola dies interpellabat, vt ibi dicitur sed nos sumus etiam in fortiori casu, quia etiam interpellatus noluit facere, & respondit, quod volebat cōsulere suos parentes, & affines, quae verba sunt cōtra formam promissionis, quia etiam illis dissentientibus, debuit hoc facere, vnde apparet manifesta mora ipsius, & ideo donatio debet resolui, tum ex inobseruantia d. l. si. tum etiam, quia ita expressè conuentum est, quod in casu, quo iste nō videret, vel nō daret dictas pecunias, contractus essent nulli. Praeterea ista mora non potest purgari propter lapsum longissimi temporis, vnde amplius non admitteretur purgatio, iuxta gloss. in l. Aemilius. ff. de mino. & habetur in l. insulam. ff. de verborum obligat. tum etiam, quia promissio fuit iurata, & iuramentum impedit purgationem morae. l. si quis maior. in verb. mox. C. de transact. & est cōmunis opin. ibi, & in dict. l. insulam. in v. quaestio. Bartol. licet aliqui contradixerint & male. Nec obstat, quod videatur, quod interfit aliquo modo ipsius Dalmatij si ex quo dictam summam pecuniarum debuit trafficare, in vtilitatem donatarij, respon. deo, quod cum tunc directè contraxerit promissioni, committitur poena, etiam nihil interesset stipulatoris. l. stipulatio ista habere licere. §. alteri. ff. de verborum obligat. per Bar. & docto. in l. ij. §. item si in facto. ff. eod. tit. l. item respondeo, quod imo sua interest, tum quia est honor sibi trafficare multam pecuniam, prout solent copiosi negotiatores. argum. l. aspè etiam. ff. com. mo. tū quia sua interest relinquere hereditatem suam abundantior. vnde non minus potest quis heredi suo, quam sibi stipulari d. l. stipulatio ista. in princip. l. si ita stipulari. l. Iulianus scribit. ff. de verborum obligat. tum etiam, quia si haberet illam pecuniam in cumberet pignori, quod tutius sibi esset, quam agere deinde contra donatarium, vt caetera pacta adimpleret minus. ff. de reg. iur. Praeterea ex lectura instrumenti, in proemio praecisè dicitur, quia in primo instrumento, in proemio praecisè dicitur, quod ipse Dalmatius eam pecuniā habeat & trafficet, vt inde commodius vinere possit, & Deo famulari, quae verba censetur repetita in toto instrumento l. Titia. §. idem respondit. j. ff. de verborum obligat. in tertio verbò in instrumento dicitur, quod habeat dictam summam, & possit de ea disponere pro summa mille scutorum ad sui libitū, sicut de re propria etiam pro anima. Vnde apparet manifestum interesse ipsius l. j. C. de sacrosanct. eccle. Nec obstat, quod non videatur stetitisse per dictum donatarium, quo minus conuenta adimplerentur, ex quo constituit procuratorem ipsemet Dalmatium ad vendendum, vnde videretur sibi succurrendum. l. dicta. C. de cōdi. ob cau. dat. ibi, ne chucilla, cum posset, paruit cap. j. §. sed non est alia. versic. aliud. quae fuit pri. caus. beneficij. amitt. in vrb. feud. Sed respondeo quod (vt appareat ex primo instrumento) tenebatur donatarius vendere, & dare illi eam summam, & (si opus esset) etiam procuratorem constituere ad alienandum, quae verba sunt adiecta in fauorem ipsius Dalmatij, quando donatarius voluisset se excusare, quod nō reperiret emptorem, sed per hoc non restringunt obligationem, quo minus ipse teneretur ad dandum, & vendendum, tum quia quod in fauorem Dalmatij introductum est, non debet in damnum verti. l. quod fauore. C. de legib. tum quia de natura copulae non est, vt tollat praecedentem obligationem l. si is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Sed fortius, non obstante tali mandato, ipse donatarius non habebat ratas huiusmodi vendiciones, imò vnam tantum, quae facta fuit, fecit rescindi, vnde satis apparet de contrahentione, quia perfecta, & effectus magis declaratur intentio, quàm ex verbis. l. Paulus respondit. ff. rem ratam hab. per Bald. in l. nō ignorat. C. de his qui accus. non poss. & rescindendo actus procuratoris dat causam, ne quis velit emere, ne implicentur litibus, tū quibus nō

implicari nostra interest. l. minor xxv. annis, cui fidei commissum. ff. de mino. vnde mora illi imputatur. l. si quis vina. in fi. princ. ibi, quia per ipsam factum est. ff. de pericu. & com. rei vendi. Praeterea huic donatio imputatur etiam alia contrahentio, videlicet, quia contra formam conuentionis iuit habitatum Lugdanum cum vxore, & familia, nec praestitit obsequia filialia ipsi Dalmatio, quae contrahentio nō tollitur per constitutionem procuratoris vt de se patet. Et ex his cōcludo, dictam donationem nullam esse, & puto quod etiam ex isto ca pite possit se tueri aequaliter in iudicio possessorio. Nam licet per pactum, quod non seruatis conuentionibus, contractus sit nullus, non tamen transferatur retrò dominium ipso iure. secundum Bartol. in l. j. in fin. ff. de dona. & doct. post glo. in l. traditionibus. C. de pact. sed solum competat conditio ob causam ad retrò dandum causa non secuta. l. ij. C. de condi. ob cau. Vel conditio ex l. fi. C. de reuo. don. vel actio ex stipulatu, quae apponi in stipulatio, prout in casu nostro tñ cum iste Dalmatius, tanquam usufructuarius, habeat naturalem possessionem l. naturaliter. in prin. ff. de acquirend. posses. videtur quod vigore pactum exequutiuum, quae apponi in instrumentis solent, possit mutare sibi causam possessionis, & apprehendere ciuilem possessionem, quae translata erat in ipsum donatariū, per nota. per Bartol. in l. crederetores. C. de pigno. Item ex licentia sibi in casu obsequia data possit alteri alienare, & alienatio valebit. leg. si mandato Titij. ff. de manda. & quod not. Bartol. in l. qui Romae. §. duo fratres. in viij. q. ff. de verborum obligat. & Francisc. Curt. conf. iij. post tractatum feudalem. Nec poterit donatarius inquietare istū tertium possessore, cum ista remedia possessoria non habeat locum, quando possessio est translata de consensu agentis. ca. ij. & iij. de restit. spolia. Nec obstat, si diceretur, quod attentata supra scripta ratione sequeretur, quod Dalmatius non possit imputare aliquam moram, vel contrahentionem Ioanni, de qua supra dixi, cum enim promiserit eam adoptione valida l. non putauit. §. non quauis. ff. de bon. posses. contra tabu. Vnde cum fecerit adoptionem inuvalidam, nō dicitur adimpleuisse ex parte sua, & consequenter nec Ioanes debuit adimplere. l. cum proponas. ij. C. de pac. Sed poterit quandoque agere de nouo, vt sibi adimpleatur promissio. Respondeo, quod ex vltimo instrumento ipse Ioanes promisit dare illa quatuor millia scuta, & contentus fuit liberare Dalmatium a prioribus promissionibus, tanquam adimpletis. Vnde siue de facto, siue de iure adimpletae sunt, non debet audiri contra promissionem iuram l. si quis maior. C. de transact. quia tale implementum ex parte Dalmatij ipse approbavit. argum. l. haere dibus. §. in fin. ad Trebellian. & l. mullier. §. penult. ff. de cōdi. instit. & quod habetur per Bartol. & alios in l. vbi pactum. C. de transact. Praeterea ex primo instrumento, ipse Ioannes debebat prius ex parte sua adimplere, antequam Dalmatius ad aliquid teneretur, vnde non potest obijcere de nullitate implementi ex parte Dalmatij, cum ipse prius debuisset adimplere, quod tñ haecenus nō fecit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. p. Bal. in c. j. qualiter dō. p. pri. in vrb. feud. & in l. j. C. de his quae sub modo. & quae not. Fel. in c. in tātū. extra, de si mon. Cōcludo igitur et nullū ius cōpetere ipsi donatario, & puto hoc esse verū et respectu possessorij. Nam in ipsum donatariū nō est translata possessio aliqua per actū naturalem factū, sed solummodo per actū ciuilem, videlicet, per retentionē vsus fructus. l. quisquis. C. de dona. vñ cū principalis contractus donationis sit nullus, et talis retentio est nulla, tū quia rei meae vsus fructum habere nō possum. leg. vt frui. in princip. ff. si vsu fruct. per. Vnde videmus quod si annullato principali contractu, etiam constitutum annullatur secundum d. Argentinum de Forliuio. in l. j. §. si vir. ff. de acquirend. posses. quem ibi refert, & sequitur Paul. de Castr. Ias. & alij, idem quod in clausula precarij, quae etiam ipsa annullatur, secundum Bald. in c. ij. de feud. dat. in vicem leg. commis. in vrb. feud.

feud. cum concord. per Iaf. lex testamento. C. de fideicom. & sic concludo nullam possessionem esse translata in istum donarium. Circa secundum principale dubium, nunquid Agatina vxor possit aliquid ius pretendere in istis bonis? dubium facit clausula, qua dicitur bona illa donari contemplatione matrimonij, & quia ipsa forte non accepisset eum in maritum sine istis bonis, & quia sua interest, vt filios locupletiores habeat: sed tamen in presentia casu breuiter agendo concludo oppositum infrascriptis rationibus. Prima, quia vt ex instrumto apparet, donatio est facta soli marito, & stipulata tantummodo per illum. Vnde non potest dici esse acquisita aliqua actio ipsi mulieri. I. si pro te. C. de dot. pronis. & t ex stipulatione mariti non queritur actio, nec obligatio ipsi mulieri. I. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi. sicut nec regulariter in alijs personis. I. stipulatio ista habere. §. alteri. & §. si stipuler. ff. de verbor. obligat. & t regulariter in contractibus, persona non subintelligitur. I. si ita stipulatus. §. Chrylogonus. ff. de verbor. obligat. Secunda, quia etiam in donatione nominata fuisse ipsa Agatina, tamen censetur nominata contemplatione mariti, & illi fieret acquisitio, non autem ipsi vxori, secundum communem opin. doctorum, in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgar. per illum text. vbi vbi concludunt quod t donata vxori per sanguineos mariti, præsuntur donata contemplatione mariti, & illi acquiruntur, non autem vxori, secundum Bart. Paul. Castr. Alexand. Aretin. & Iaf. ibi, & Rapha. Comē. consil. lxxiiij. Tertia, quia ex alijs instrumentis apparet, quod illa donatio fuit facta ob causam, vt maritus daret illa quatuor millia scutorum, quæ causa tantum respicit factum ipsius mariti, non autem vxoris, t vnde limitata causa, debet limitatum effectum producere. I. age. C. de tranfacto. Quarta, quia t ex vna parte instrumenti declaratur alia pars l. si seruis plurium. §. fin. ff. de legat. j. sed in alia parte instrumti, vbi fit donatio propter nuptias de centū scutis, fuit promissio facta ipsi vxori, & ipsa stipulata est sibi dari, vnde cum in alia parte aliud sit expressum, etiam aliud ius est obseruandū. Nec obstat, quod dictum sit donationem fieri cōtēplatione matrimonij, quia non fit tamen ipsi mulieri, sed marito vñ mulier nullū ius poterit pretendere, per supradicta. Ista enim donatio licet sit cōtēplatione matrimonij, non tamen dicitur propter nuptias, quia tunc libuisset fieri vxori, & esse conformis doti. I. fin. cum auth. ioi posit. C. de dona. antenupt sed in nostro casu, simpliciter fit ipsi marito, & dicitur donatio ob causam, secundum Paul. Castr. consil. cccxlvi. circa bona, quæ fuerunt in j. volum. in nouissimis. & facit, quod notat Oldr. in consil. v. Titius, nec obstat, quod etiam in instrumto promiserit, se facturum donationem propter nuptias, quia talia verba non mutant rei substantiam, t attendimus enim naturam contractus, non nomen, quo partes eum appellant. I. infulam. vbi Iaf. ff. de præscript. verb. Nō obstat, quod sua interest, quia forte absque hac donatione ei non nupisset, respondeo, sibi imputet, quæ non inuestigauit qualitates istius donationis. I. qui cū alio. ff. de reg. iur. nec istud est interesse probabile, alioquin non posset maritus, neque disponere de suo patrimonio, & alienare, quia vxor forte ei non nuberet alienato patrimonio, quod tamen est fallum, quia solum potest impedire vsque ad securitatem dotis suæ, & non vltra. I. si constante. ff. solut. matrim. Præterea istud principale interest mariti. Vnde, eo excluso, non curamus de tali interesse secundario, & remoto, secundum gloss. in cap. quamuis. in fin. de pact. libr. vj. & facit tex. in l. iij. §. sed vtrū. verfic. nec eo mouemur. ff. de mino. Nec obstat quod interest sua saltem ratione filiorum, quia respōdeo, quod t donatio facta patri recipiēti pro se, & suis heredibus non habet locum respectū hæredum, seu filiorum, nisi quatenus ipsi principali, quærat. I. eū, qui ita. §. re. & Titium. ff. de verbor. obligat. nec admitteretur ipsi filij, nisi essent hæredes patris, secundum Bartol.

l. ex factio. §. fin. ff. ad Trebell. in l. vi iurifurandi. §. si liberari. verū. sed si accepisset ff. de ope. lib. cā con cor. per Dec. in l. vnica. C. quando non pet. par. vnde si sint hæredes, obstat illis illæmer exceptiones, quæ etiam patri suo obstat. leg. qui superatus. ff. de pign. vbi Bartol. l. si mater. §. fin. ff. de excep. rei iudi. Et pro hac sententia facit, quod in terminis consilii Decii. in consil. cccxvi. vñ tranlacione. vbi in donatione futuri matrimonij, & fauore liberorum, concludit, non tamen acquiri ius aliquid filijs, sed tantummodo ipsi donatario, & mentionem liberorum factā potius demonstrat, & propter commune votū parentum mouetur pluribus iuribus, de quibus per eum vltèrius non inuiso, quia res iudicio meo est extra difficultatem. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. VIII. SVMMÆ.

- 1 Cessante causa, cessat obligatio.
- 2 In claris non est opus coniecturis.
- 3 Per sanguinis conuictionem facilius præsumitur donatio.
- 4 Nihil magis Regibus conuenit, quam liberalitas.
- 5 Donatum, & interesse præstanda.
- 6 Nihil dicitur actum, cum aliquid superest ad agendum.
- 7 Dicitio quandiu, habet in se vim conditionis.
- 8 Conditio pro parte adimpleri non potest.
- 9 Conditionem ex causa scindi.
- 10 Emptor rem, & pretium habere non debet.
- 11 Dicitio quandiu, intelligitur pro quatenus.
- 12 Dicitio si est probatum in sententia iudicis prolata, intelligitur quatenus est probatum.
- 13 Calculi menstruorū minuendi ratio.
- 14 Menstruorum præscriptio.
- 15 Conuentionis generalis vis, ratio q̄ multiplex.
- 16 Concessio Principis, quæ respicit liberalitatem & beneficium latam interpretationem recipit.
- 17 Munificentia, & liberalitas Regis freno non subiacet, & nemo potest, aut debet eam restringere.
- 18 Quod non reperitur prohibitum, censetur esse permissum.

Prima petitio serenissimæ Reginæ Mariæ iustificatur ex literis Regiæ Romanæ maiestatis, quibus asserit, quod cum iam cōcordasset cum eadem ratione eorum quæ sibi debebatur, vt ipsa posset satisfacere creditoribus suis, quod promittebat xxx. floren. & c. ex summa debita per Vinetos, seu Imperatoriam maiestatem, & c. quæ verba sunt satis clara pro fundanda intētionē serenissimæ Regiæ. Obstat tamen prima difficultas, quia aduocati aduersantes promissionem hanc ob causam esse factā dicit q, causa non verè suberat, quia serenissima Regina eius summa non erat debitor, vnde tanquam causa cessante, cessat t obligatio, aded, vt si solum esset, competere t repetitio per conditionem. I. j. §. si. ff. de donat. Sed ad hoc respondendum est, quod cum hæc causa respiciat commodum ipsius Regiæ, cui promissum est, vt soluat æs alienum creditorib. suis, talis causa censetur impulsua, & ided ea cessante, non datū conditio, sed omnino locus est promissioni. I. Titio centū. ij. respon. de condit. & demonst. Bartol. d. §. fin. cum enim hoc pertineat ad commodum ipsius Regiæ, apparet, quod Regia Rom. maiestas fecit hanc promissionē contemplatione ipsius tantum, vñ omnino debet eam obseruare, quia talis causa non restringit obligationem præcedentem. I. si mulier. C. de iur. dor. Nec debet serenissima Regia maiestas esse curiosa, in quā causam Regina cōuertat, & an subit debitor, an id min⁹ arg. l. donationes. §. species. de donat. q. nō ab simili in casu Castr. & Iaf. responderūt. Castr. cōf. 246. cū dicta substitutio. Iaf. cōf. 130. in cōf. in 4. Obstat rursus, quia Regia Rom. maiestas p̄mittit soluere ex pecunia Veneta, vel Cæs. maiestatis, & nō constat q, hæc pecuniā vnquā receperit, vñ videretur, cōueniri hoc nomine eā nō posse. I. Lucius. §. ciuib. de legat. ij. Sed respondendum est in claris non esse coniecturis. Verba enim sunt clara, quod etiam si non exigeret dictam summam à Venetis, vel à Cæsarea maiestate, q, nihilomin⁹ ei p̄ dicta pecunia satisfaceret. Vñ apparet

apparet, quod illa assignatio Venetorum est facta, vt ostenderetur, vnde facilius posset solui. I. quidam testamento. de legat. j. non quod obligatio restringeretur ad dictam pecuniā, quod non vno in loco omnes doctores tradiderunt Bartol. inter stipulantem. §. sacram. de verbo. obligat. Alexand. consil. x. in j. lib. Obstat denique & illud, quod Regia maiestas videtur hanc promissionem fecisse absq; causa, & solum amore fraterno, vnde videt obstat exceptio ipsi Regiæ. I. ii. §. circa. ff. de dol. except. Sed tamen ad hoc responderetur, quod imò suberat causa, quia in literis dicitur, hoc factum in vim concordia, ratione debitorum, quæ Regia Rom. maiestas illi debebat. Vnde ex tali confessione satis probatur causa. I. Publia. §. fin. depof. & etiam si non subesset causa, tamen deberetur, quia præsumitur causa donationis. I. à Titio. vbi Alexand. de verbor. obligat. maximè concurrentes conuictione sanguinis, quæ facit donationem facilius præsumi. I. procula. ff. de proba. & etiam attenda persona donationis. cum t nihil magis conueniat Regibus, quam liberalitas. I. cum plures. §. penult. de admintur. Quamuis etiam illud, quod in literis adicitur, de amore fraterno, est dictum respectu interesse, quod Rex promisit, & de iure etiam canonico debetur, quando ipsa illud soluit creditoribus suis, quia tunc agitur de dā non vitando, quod communiter receptum est gloss. & docto. c. cum venerabilis. de excep. l. videamus. ff. de in lit. iur. Non debetigitur Regia M. quod suis literis, etiā si ex causa donationis semel promisit, amplius retinere, sed bona fide persolvere. I. si quis argentum. in fin. C. de donat. prout t semel atq; iterū se facturū pmisit. Alia petitio serenissimæ Regiæ est duorū milliū Florenorū menstruorū, per literas serenissimi Rom. Regis ei promissorum, quandiu sua dotalia, ac alia Regalia bona in Hungaria sita, in suam possessionem non recuperauerit, aut in. & ad ea restituta nō fuerit, & c. Et videretur, integram summam Regiæ deberi, quia promissio est. Quandiu sua non recuperauerit, quæ verba verificantur etiam hodie, licet enim aliqua possideat, non tamen recuperavit omnia. Vnde verba promissionis videntur facta aperta in eius fauorem esse, cum quia nihil dicitur actum, cum aliquid superest ad agendum. I. fin. in fin. C. de his quib. vt indig. tum quia t dicitio, quandiu, habet in se vim conditionis. Bartol. l. j. de condit. & demonst. quæ t conditio pro parte adimpleri non potest. leg. cui fundus. de condit. & demonst. l. penult. C. de conditionib. infer. & nisi integrè adimpleatur, communiter dispositio. I. qui duobus. de condit. & demonst. Sed tamē in contrarium facit, quia & primis literis Regiæ maiestatis satis apparet, promissam Regiæ fuisse indemnitationem. I. j. C. de conue. sic. debet lib. x. non autem, vt lucrū faciat, si ad ea quæ possidet, adicere t hæc duo millia menstrua. Et ex secundis literis satis constat, quod Rex eam summam decernebat ad eius intertentionem, & iustitiationem, quia censebat fore, vt omnia eius bona per aduersarium Vaiuodam occuparentur. vnde videtur ex mente Regis fuisse, quod tantò minus perciperet, quāto ipse ex bonis suis posset in effectu habere. & ideo talis conditio videtur ex mente proferentis debere scindi. argum. l. Plautius. de cond. & demon. maximè. cum in re ipsa, id est, in bonis sit implenda, quæ bona recipiunt diuisionem. l. v. de leg. j. vbi doct. quia ratione euicta re pro parte, cōmittitur stipulatio duplæ pro parte tantum, non autem in solidum, quamuis cōditio penalit stipulationis videatur aduersari, sed sciditur p̄pter mentem contrahentium, quod Bartol. censuit. Bartol. l. j. ff. de euictio. ne aliās t̄m̄por̄ pro parte non euicta, & rem, & pretium habeat. I. in executione. §. penult. in gloss. in verb. prodest. de verborum obligat. Vnde & idem videtur dicendum in casu nostro, vt t dicitio, quādiu, intelligatur etiam pro quatenus, sicut quādo iudex in sententia dicit. Condemno, si est probatum, intelligitur, id est, quatenus est probatum. Bartol. l. ait prætor. §. j. de re iudi. Corne. consil. xxiiij. in iij. Non existimaue-

rim tamen t calculum esse faciendam secundum summam Florenorum Hungariorum viginti quinque annorum, quia in dotalitio dicitur, quod si plus ipsa Regina potest capere ex bonis assignatis, quod totum sit ipsius. Fiet ergo calculus secundum illud plus, vt omne suppleatur ex dicta promissione duorum milliū menstruorum. Et quod ipsi Regiæ, diminutum est ex occupatione fidelium ipsius Regis, est ex hac summa suppleendum, quia videtur factio Regis imminutum. leg. si merces. §. culpæ. ff. loc. ne durior sit causa Regiæ versus subditos Regis, quam futura fuisset versus Vaiuodam hostem, nisi tamen Rex ipse curet, occupata ei restitui. Et huic conclusioni non obstat allegata præscriptio, quia cum hæc pecunia deberetur singulis mēribus ex obligatione personalis ipsius Regis, in ea non habet locum præscriptio, nisi tricennaria. I. cum notissimi. §. in ijs. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. quia hoc regulare est in omnibus obligationibus personalibus, siue annuis, siue mēstruis, non solum iure ciuili, sed etiam pontificio. ca. de quarta. extra, de præscrip. licet secus esset, si tractaretur de præscribendo priuilegio. leg. j. ff. de nund. tunc enim sufficeret x. anni Doct. cap. cum accessisset. de conscri. Alia & vltima petitio illustissimæ Regiæ, quæ pertinet ad vrbaras Nouissimas, quæ vrbaræ subrogatæ sunt loco decimarum, quæ de metalli fodinis ad regem spectant. leg. iij. C. de met. lib. xj. & fundatur eius intentio ex tractatu foceri t & deinde ex literis mariti Regis Ludouici, quibus concedit ciuitates montanas, vñ cum suis auri, argenti, & æris aliorūq; metallorum, & minerarum fodinis, quæ concessio est, per literas serenissimæ Rom. maiestatis etiam confirmata, probatūque est etiam, alias Reginas, in ea quasi possessione fuisse, aded quod res clara videtur. Apparet enim id actum, vt in regiam transferrentur dicta regalia, prout sunt metalli fodinæ, quæ sint reg. in feud. t̄m̄ ex cōnumeratione aliorum regalium, tum ex expressa mentione fodinarum. Extatque Paul. Castr. responsum. Castr. consil. lxxij. quod dicitur redditus. in volum. quo in hanc sententiam sex rationes adducit. quæ & in casu nostro militent. Prima est ex natura concessionis, quæ respicit liberalitatem, & beneficium, & ideo latam interpretationem recipit. leg. ij. de conscri. prin. leg. si quando. C. de bo. va. lib. x. Secunda, quia concessa est vniuersitas, id est, territorij, & omnis iurisdicctio, quod est quid vniuersale. leg. j. §. cum vrbon. de offic. præf. vrb. vnde omnia iura cōprehēduntur etiam, quæ aliās separatim nō possunt, nisi nominatim conferri. argum. leg. quædam. de acqui. rer. dom. Tertia, quia t munificentia, & liberalitas regis freno non subiacet. I. j. C. de nemo potest, aut debet eam restringere. leg. pē. C. de donat. int. vir. & cap. j. extra, de dona. Quarta, quia facta vxori Regiæ, ex cuius personæ qualitate satis præsumitur, voluisse omnia cōprehēdēdi. leg. sed & si susceperit. §. sed & si proponas. de iudic. Quinta, propter verbain donatione apposta, emolumenta fructus, redditus, prouentus, & c. quæ aded generalia sunt, vt etiam salinas, & fodinas comprehendant. leg. item si fundus. de vsufr. cap. pastoralis. de donat. vbi not. Sexta, quia specificata sunt alia regalia, quæ aliās cum vniuersitate non transissent, vt merum & mixtum imperium cū iure nullandī, & cum cameris salium, aquis, fluuijs, piscaturis, & c. arg. ca. sedes. de rescrip. & cap. qui ad agendum. de procu. in vj. Et ideo inquit Castr. nihil obstat, quod redditus salinarum, sicut & fodinarum sit ex regalibus. d. cap. j. quæ sint regalia, & alia plura ex regalibus sunt hic specificata nec maior ratio prohibitione fodinarum quam in alijs & pro hac Castr. sententia ex factio consuluit etiam Rapha. Comen. consil. clxi. & vidi in praxi hæc obseruari, quamuis noster casus sit aliquanto clarior propter expressa verba: cū suis auri, argenti, & c. fodinis, & cum cameris auri, & c. & quia etiam aliæ Regiæ tale ius possederant, vt ex actis apparet. Nec obstat, quod dicit aduocati aduersantes Regis non posse has vrbaras tanquā regalia

regalia alienare, nec in alios transferre, respondeo nulla est constitutio, quae id prohibeat, & ideo quod non reperitur prohibitum, censetur esse permissum. nec non, si quod eis, si ex qui. cau. maior. cum hoc non tendat in diminutionem regni. & etiam si extaret aliqua constitutio prohibitoria, non esset extendenda ad hunc casum, quando daretur Reginae ipsi in contra dotem. a. u. then. res. quae. C. com. de leg. Socy. consil. xcvi. in iiii. Bal. not. parte. vi. vers. xlvii. & seq. quod non ab simili casu Andr. Sicul. censuit. cap. i. §. donaret. qual. olim feud. in apof. Bald. maximè cum appareat quod solerent dari, & quod alia Reginae etiam habuerit. arg. cap. si. extra. de feud. cap. j. §. idem epif. vel Abb. in vrb. feud. cap. i. §. idem epif. vel Abb. in vrb. feud. & quia prohibitio talis non intelligeretur de hac alienatione, quae est temporalis durante vita ipsius Reginae. leg. iubemus. §. sanè vt omnis. C. de sacros. eccles. Bartol. leg. usufructu. sol. mat. & habet quandam similitudinem usufructus, cuius translatio prohibita à statuti alienatione, non tamè censetur vetita; quod simili casu Bald. & Ang. tradiderunt. Ang. leg. benignus. ff. de legi. Bald. leg. j. §. item in fundo. ff. qui. mod. vsuf. Et quod de vrbis dictum est. Idem quoque de arrèdamento Fuggerorum, & reliquis omnibus montanarum ciuitatum prouentibus. ac omni superioritate, & iurisdictione est dicendum. Subest enim illa ratio, quod Rex etiam regalia omnia, quae alias solent esse referuata, donauerit coniugi suae propter generalitatem verborum donationis, & ex fundamentis, quae Paul. Castr. adduxit, & supra retuli. Quod verò ad petitiones serenissimae Reginae Rom. maiestatis pertinet quia ad eas clarè, & iuridicè, per aduocatos Reginales est responsum vterius me non extendo, ne videar verbosas allegationes velle facere, & quia in rebus claris non est insistendum. Et ita ego sentio, saluo semper rectori iudicio.

CONSIL. IX. SVMMAE.

- 1 Promissio facti alieni propter penam additam valet.
- 2 A verbis claris non est recedendum.
- 3 Eorum quae dicuntur in instrumento interpretatio à mente contrahentium accipitur, quae mens per rationem colligitur.
- 4 In contractibus ratio, & causa ex praefationibus demonstratur.
- 5 Quilibet rerum suarum est moderator, & arbiter.
- 6 Non est ratio congrua, quod auctus facultates neptis suae auerent, & alij tradat.
- 7 Promissio facta sub fide assertionis aduersarij non obligat promittentem, imò potest promissor aduersus agentes excipere de dolo.
- 8 Ex sola positione aliquid affirmantis, praesumitur error in respondente.
- 9 Attendenda est qualitas personae, secundum quam contrahitur.
- 10 Qui assertit patrem familias, & post ea allegat se filium familias, non auditur, & censetur in dolo.
- 11 Copula, & diuidi equaliter.
- 12 Peruenisse dicitur, quod effectualiter peruenit, non quod repudiatum est.
- 13 Ex enormissima laesione, dolus non minus praesumitur, quam si ex proposito interuenisset.
- 14 Promissio sine causa effectualiter, non obligat.
- 15 In quacunque promissione omnis causa, quae à principio verisimiliter fuit incogitata, censetur excepta.
- 16 Consensus à fraude, vel ab errore proueniens, effectualiter non obligat.
- 17 Erronea dissoluit.
- 18 Pena non committitur, nisi aduersus eum, qui fuerit in mora.
- 19 In mora non est, qui fecit quod potuit.
- 20 Quoties factum est in obligatione, indistinctè difficultas rati ficandi impedit moram.

Mo instrumento promissionis factae per magnificum Dominum Centalli, erga magnificum olim Vicecomitè Relhamè. Prima facie visum fuit ipsum Centallum efficaciter obligari, quia promisit pro nuptiis, quod quicquid ordina-

retur, per ipsum vicecomitem ratum, gratum, & firmum, & inuolabile esset tam per se, quam per filium suum, & dictam nupti, neptem ipsius vicecomitis, sub pena viginti millium aureorum; quae promissio, cum sit facti alieni propter penam additam, valet. stipulatio ista, §. alteri. ff. de verbor. obligat. per las. in leg. Ticia. eod. titul. Aret. in leg. si ita stipulatus. §. postum. eod. titul. vnde cum dictus vicecomes ordinauerit iuxta voluntatem suam de hereditate quodam domini Raymundi de Agunto, si nurus contraueniat, committeretur poena, quia iste casus expressus est in instrumento, quod posset de dicta hereditate disponere, & etiam dum dicitur, quod possit disponere tam in fauorè dictae nurus, quam in fauorem filiae suae, vel alterius earum, quod hic fecit, quia disposuit in fauorem alterius, videlicet filiae, quam uis in eodem modo nurus, vnde cum verba clara sint, non est ab eis recedendum leg. non aliter. ff. de lega. iij. & quod in simili promissione consuluat Abba. consil. xliij. quidam. d. Anto. volu. j. Sed tamen istis non obstantibus secundum ea quae proponuntur, verius videtur poenam non esse commissam, pro cuius opinionis fundamentum aduertendum est, quod teorum, quae dicuntur in instrumento interpretatio à mente contrahentium accipitur, quae mens per rationem colligitur. leg. nominis & rei. §. j. ff. de verbor. significat. leg. adigere. de iure patro. & ideo solet dici, quod ratio restringit dictam leg. cum pater. §. dulcis. mis. ff. de lega. iij. §. j. & in aontractibus causa, & ratio ex praefationibus demonstratur. leg. item quia. §. fin. ff. de pact. vnde cum in praedicto instrumento sint duae rationes, videlicet, quia mens dicta vicecomitis erat iuri, & rationi consona, & quia quilibet rerum suarum est moderator & arbiter, apparet actum, quod iste consensus, & promissio deberet intelligi, casu quo ipse vicecomes ordinaret de rebus suis, non autem de alienis, & sic de hereditate dicti Raymundi, quae non ad eum sed ad nurum in totum pertinebat, imò videtur, quod nec usufructus quidem ad eum pertineret, iuxta tex. in auth. item hereditas, & ibi Salic. C. de bon. quae libe. & las. in leg. Gallus. §. j. ff. de lib. & posthum. stante enim repudiatione dicti vicecomitis, omne ius deuolucum erat filio, & consequenter nepti, & ideo de dicta hereditate non poterat disponere, nec in ea verificantur rationes, seu causae deductae in contractu, non enim rationi congruum, quod auctus facultates neptis suae alienet, & alius tradat leg. imperator. ff. ad Trebell. nec etiam in eis est moderator, & arbiter, sed in suis propriis tantum leg. in re mandata. C. manda. & ideo còcludo, quod quatenus disposuerit de dictis facultatibus neptis suae, si ipsa contraueniat non tamen facit incidere in poenam dictum dominum de Cerallo, qui in hunc casum non videtur promississe. Non obstat quod verba videantur expressa, quod volunt, quod possit ordinare ad sui libitum de hereditate dicti Raymundi, quia respondeo dupliciter. Et primò dico, quod ista promissio, quatenus concernit dictam hereditatem, non obligat promittentem, qui in hoc censetur deceptus ab ipso vicecomite, qui ipsi persuasit hereditatem dicti Raymundi ad se pertinere: cum tamè eam antea repudiasset, & neptis esset, si enim sciuisset: repudiationem factam vtrique non fecisset talem promissionem: vnde succedit regula communis quod & promissio facta sub fide assertionis aduersarij non obligat promittentem, imò potest promissor aduersus agentem excipere de dolo. leg. ij. ff. quando actio, de pecu. leg. si quis affirmauerit, ff. de dolo. leg. doli exceptio. in fine. cum glo. ff. de nouat. tradit Bartol. in leg. Celsus. ff. de vsucapion. vbi appellat talem errorem iustum, & cui meritò debeat succurri, & facit quod notat idem Bartol. in leg. error. C. de iuris & facti ignoran. vbi ex sola positione aliquid affirmantis praesumitur error in respondente, & idem tenet Bartol. in leg. non fatetur. ff. de confession. imò etià tali casu, non solum exceptio, sed etiam replicatio ipso iure competit secundum Aretin. in leg. si is ad quem. de acquiren. heredit. Quod autem facta sit sub fide dictae assertionis

assertionis, apparet multipliciter ex dicto instrumento, in quo ipse vicecomes appellat se dominum Baroniariū Nisoni, & cum tamen ex dicta hereditate, & sic ad neptem pertinerent, vnde ex illa assertione videtur esse contractum, tanquam cum tali. leg. si pater. §. qui duos. vbi Bald. notat ff. de adp. attendenda enim est qualitas personae secundum quam contrahitur. leg. final. ff. de iustico. sicut dicimus de eo qui litigauerat, & asseruerat se patremfamil. si alleget postea se filiumfamil. non auditur, & censetur in dolo, vt dicit Io. de Imol. in leg. sed & si ff. de acquiren. heredit. Item ex eo quod dicit se velle disponere de dicta hereditate, ergo praesupponit istis, quod ad se pertineret, vnde cum eo videtur contraxisse, tanquam cum haberet de dicti Raymundi, vt not. dixit Angelus in leg. proponas. §. j. per illum text. de inoffi. test. sequitur Deci. consil. cclxxxij. Item quia asserit eam hereditatem sibi, & filio prouenisse, cum tamè nihil sibi prouenerit: quia repudiauerat, & copula, & diuidit aequaliter. leg. reos. §. cum tabulis. ff. de duob. reis. & peruenisse dicitur quod effectualiter peruenit, ad quod repudiatum est leg. peruenisse. ff. de verb. signific. vnde promissor credens eum per dimidia hereditatis dominum, faciliter consensit, ne ea neptis sua priuaretur, dum si sciuisset ad neptem totam pertinuisse, non consensisset. Itè appareat ex illa ratione de qua supra dixi, quod quilibet sit dominus rerum suarum, quae inferit praesicè quod iste asserbar dictam hereditatem suam, cum non esset, meritò igitur promissio haec non obligat. Confirmatur haec opinio quia dolus hic re ipsa manifestè apparet, cum enim vniuersa haec bona ad neptem pertinerent, sequitur eius enormissima laesio, & ex quo dolus non minus praesumitur, quam si ex proposito interuenisset. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. Et sicut ipsa nurus si promississet non obligaretur, ita etiam dicendum de eo, qui promisit quod ipsa ratificaret, secundum Pet. de Anch. consil. cccxxx. vbi facti narratione, & cum enim talis promissio propter dolum re ipsa interuenientè in persona ipsius nurus rescinderetur, eodè modo dicendum est in persona ipsius promittentis, de rato ex quo talis obligatio trahit originem à dolosa & iniqua causa. arg. l. generaliter. de verb. obli. & quia videtur talis promissio esse sine causa vnde effectualiter non obligat. leg. 2. §. circa. ff. de do. except. vt ibi laius, sequitur Soc. consil. cxcv. in fin. vbi simili casu adducit aliam rationem quae etiam in proposito nostro optimè quadrat. Nam secundum eum in quacunque promissione omnis causa, quae à principio verisimiliter fuit incogitata, censetur excepta, leg. qui cù tutoribus. in fin. leg. cum Aquiliana. ff. de tranf. leg. mater decedens. ff. de inoffi. test. per Bartol. in leg. qui Romae. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. Sed in casu nostro, si dolus minus de Centallo sciuisset, hereditatem ad nurum suam pertinere, & dominum Vicecomitem repudiasset, vtrique non consensisset, vnde talis consensus tamquam à fraude, vel saltem ab errore proueniens, effectualiter non obligat, leg. fin. §. idem quae sit. vbi Bartol. ff. de condi. in deb. facit. leg. fin. C. de no. nu. pec. & quod habetur in cap. cum inter R. de renuntia. §. & in cap. quemadmodum. de iureiur. Et quod ipse dominus de Centallo non haberet notitiam repudiationis, cuius instrumentum iste supprimebat, ex eo probatur, quia praesumitur talis instrumenti ignorancia. c. ignorancia. de iur. iur. in vj. per doct. in leg. si res obligata. ff. de leg. j. vnde superueniente deinde notitia (de cuius superuentu statuitur iuramento asseretis, vt per Bartol. in leg. admonendi. de iureiur.) videtur concedenda rescissio dictae promissionis poenalis, propter superuenientiam instrumenti. d. l. sub praetextu. 2. C. de tranf. arguendo à speciali per Fel. in c. intima. de testib. & facit glo. in l. si fideiusor. §. in omnibus. ff. man. Secundo respondeo, quod si modernus dominus de Centallo faciat quicquid possit, vt dicta neptis ratificet instrumentum, & ipsa nolit ratificare, liberatur à poena: quia poena non committitur, nisi aduersus eum qui fuerit in mora, vt not. Bartol. in l. si duo. §. haec verba.

ff. de consti. pec. & in lita stipulatus. in vj. opposit, primae partis. ff. de verbor. obligat. & in mora non est, qui fecit, quod potuit. leg. quod te. ff. si cert. per. & ibi per Bartol. vbi etiam dicit, quod quoties factum est in obligatione prout in casu nostro, quod ista ratificet indistinctè difficultas impedit moram. leg. si vehenda. §. pen. ad leg. Rhod. de iact. & l. j. §. iubet. vers. si frater. ff. de collat. bon. & in simili casu consuluit Bar. consil. cccxxxvij. Martinus & Feder. de Sen. consil. cxxij. & est communis conclusio scriptionum, vt per Aret. in consil. clxij. ex facto proponitur. vbi loquitur in fortiori casu, quado addita est dictio cum effectu. & de communi attestatur Felin. post. alios in c. ex rescripto. extra. de iureiur. las. in l. stipulatio ista. in princ. ff. de verbor. oblig. Aret. in d. §. postum. Nec obstat, quod las. in praedicto loco teneat contra communem opinionem, quia in iudicando non est sequenda eius opinio aduersus communem sententiam, nec eius fundamenta quicquam virget, sed eis respondendum est, vt per Dec. in consil. cccxij. incip. promittit. vbi ad longum reassumit eius rationes, & illis respondet, quia uis etiam ipsemet las. post Aret. asserat quod dicta opinio, quam ipse impugnat, est communis, & seruaretur in practica: & ideo vterius non insisto. Et haec omnia saluo semper saniore iudicio.

Andreas Alciatus iure consil. ita iuris esse respondeo.

CONSIL. X. SVMMAE.

- 1 Si contrahentes pacti sunt, quod tale quid detur, vel fiat, & datum, vel factum non sit, contractus ex forma conuentionis annullatur.
- 2 Propter vnum quodque capitulum, licet minimum, non obseruatum etiam si non respiciat, substantialia contractus, repellitur quis ab agendo vigore dicti contractus.
- 3 Ex paruo defectu incidit quis in magnam poenam rescissionis contractus, quia non seruat formam contractus, quae ex integritate consistit.
- 4 In contractibus nominatis, etiam si pars non obseruatur, non vitiat contractus, imò agitur ad interesse.
- 5 Quis non incurrit in moram, nisi vbi contrahens perfectè impleuit pro parte sua.
- 6 Minores succedentes in locum alterius, habent probabilè ignorantiam gestorum ab eo, & ideo restituendi sūt in integrum ex clausula, si qua mihi, &c.
- 7 Vsurae non debentur nisi ex mora.
- 8 Mora regulariter non committitur, etiam per interpellationem pupilli.
- 9 Maritus ex quo fert onera matrimonij, constituit promissores dotis in mora.
- 10 Interesse de iure ciuili, debetur post biennium à tempore contracti matrimonij.
- 11 Si maritus legat vltra quartam uxori, debetur illud legatum vltra quartam de naturali equitate.
- 12 Repetitio non competit in ijs rebus, quae debentur de naturali equitate.
- 13 Renuntiatio est quaedam donatio, quae nunquam praesumitur vbi potest capi alia coniectura.
- 14 Quelibet coniectura, & iam leuis excludet praesumptionem donationis.
- 15 Qui alit, tenetur ad cibaria & vestitaria.
- 16 Res pauci valoris, & consumptibiles praesumuntur à viro uxori donatae.
- 17 Minores non possunt, nec tacitè rem suam deteriore facere.
- 18 Ad maritum spectat alere uxorem.
- 19 Aliud pro alio inuito creditore, solui non potest.

REVITER pro resolutione quaesitorum, paucis veritatem attingedo, circa primum dico, quod ex quo contractus pacti fuerunt, vt instrumentum ratificationis daretur domino Lancelloto, & datum non est, ex forma conuentionis contractus annullatur. pro quo facit, quod not. Bald. in l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. quam legiunt post. §. quini. vbi dicit quod propter vnum quodque capitulum, licet minimum non obseruatum, & si non respiciat

substantialia contractus, repellitur quis ab agendo vi-
gore dicti contractus, vnde si Barnabas velle se fundare
super d. contractum, & ageret ex eo, repelleretur pro-
pter non observatum pactum, ad idem facit, quod no.
Bal. in c. cum adeo. de rescript. vbi dicit, quod ex paruo
3 defectu incidit quis in magnam poenam rescissionis
contractus: quia non servat formam contractus, que ex
integritate consistit: vt ff. fam. erc. l. haeredes. §. idem
4 iuris. Non obstat si diceretur, quod t in contractibus
nominatis, vt est contractus emphyteoticus, de quo lo-
quimur, etiam si pars non obseruat, non tamen vitiatur
contractus, imò agitur ad interesse. l. in ciuile. & vbi
Bal. C. de rei vend. vnde si dominus Barnabas offerret
illud, quod interest Lanceloti: quia non habuit istud in-
strumentum, videretur standum contractui. Sed respò-
deo fundamentum procedere, quando ab expressè conu-
tum non esset, vt si prædicta non obseruarentur contra-
ctus esset nullus: vnde cum in nostro casu expressè ac-
tum sit, standum est in instrumento, & verbis contractus
l. non aliter. de leg. iij. Præterea etiam si non esset expres-
sè actum, tamen adhuc non posset imputari mora domi-
5 no Lanceloto, ex quo t quis non incurrit in moram, ni-
si vbi contrahens perfectè impleuit pro parte sua. l. qui
pendentem vindemiam. vbi bo. tex. ff. de act. empt.
Bal. in l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. resti. nò ne-
cess. facit quod no. Bar. in l. quæro. §. inter locatorem
vers. & generaliter. ff. loc. Rimi. in l. cum proponas. l.
ij. in iij. limitat. C. de pact. And. Barb. in cons. xlvij.
vol. ij. & in cons. xxvj. eod. lib. facit tex. in l. seruus. §.
j. ff. de statu lib. Circa secundum quæstum posito, quod
contractus non resindatur, nunquid sit locus caducitati
6 contra minores? dicendum est, quod sic: sed t ex quo
successerunt in locum alterius, & sic habent probabile
ignorantiam. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. essent in inte-
grum restituendi ex generali clausula. Si qua mihi iusta
causa videbitur. ne qua in l. j. in fin. & l. sed & si per præ-
torè. in princ. ff. ex quib. cau. maior. & per Mod. in l.
cum filius. §. in hoc. de verb. obl. & ita consuluit Alex.
in cons. clxvij. vilo themate. lib. ij. & Philip. Dec. con-
sil. clxiiij. vbi dicit in hærede præsumi talem ignorantiam.
Idem communiter teneri attestat Ias. in l. ij. C.
de iure emphyt. & istud multò magis procederet in casu
nostro, si isti hæredes essent pupilli: quia etiam si proba-
retur aliquid eis dictum de ista emphyteosi, tamen dicunt
ignorantes. l. pupillus. vbi scribentes. ff. de acq. hæ. Imò
ad hoc, vt dicentur scientes, & constituerentur in
mora, deberent reddi certi ipsi tutores per ostensionem
instrumenti: aliàs non possent dici in mora: & conse-
quenter non possent dici cadere de iure suo, vt per Bar-
7 to. & Ias. in l. si ex legati. in vltimis verbis. ff. de verb. obl.
& in l. de pupillo. §. qui procuratorio. vbi etiam Imo.
ff. de oper. no. munt. Circa tertium quæstum, nunquid
d. Barnabas possit petere aliquid interesse ab ipsis pu-
8 pillis, aduertendum primò est, quod t vsuræ non de-
bentur, nisi ex mora. l. quod te. ff. si cert. pot. l. mora. ff.
de vsur. sed t mora regularis non committitur, etiam
per interpellationem pupilli. l. si ex legati. l. pupillus. ff.
de verb. oblig. no. in l. si dictum. ff. de euict. quod vide-
9 tur procedere etiam in mora irregulari, quæ contrahi-
tur re ipsa, ex quo enim t maritus fert onera matrimo-
nij, constituit promissores dotis in mora. argu. l. cura-
bit. C. de act. empt. Sed etiam talis mora irregularis nò
committitur contra pupillos, vt est gl. & ibi Raph. Fulg.
ampliat idem in adulto. in l. cum quidam. §. si pupillo.
ff. de vsur. alleg. l. in minorum. C. in quib. cau. in integ.
in gl. j. cum ergo isti minores non sint in mora non de-
bent præstare aliquas vsuras, seu aliquod interesse. Et
hoc tantò magis procedit in casu nostro: cum Medio-
lani statum disponens de isto interesse expressè caue-
rat, q. tale interesse nò debeatur ab hereditibus, debitoris
nisi à tempore scientiæ horu heredu, vel interpellatio-
nis, & sic res est clara tam de iure statutorum, quam iu-
re communi, non deberi interesse in nostro casu, quod

maritus ferat onera matrimonij, non tamen eo ipso co-
stituit promissores dotis in mora. l. fin. §. præterea. C.
de iur. dot. imò expectandum biennium, vt infra dicà-
Circa quartum quæstum, quando interesse debetur, an
à tempore nuptiarum, an ab eo tempore, quo maritus
sustinet t onera matrimonij, dicendum est de iure ciuili
non deberi istis temporibus, sed post biennium à tem-
pore contracti matrimonij, vt est tex. in l. si. §. præterea.
C. de iure dot. vbi Oldr. & Iac. de Aret. But. Bald. & a-
lij. & licet Bartol. illum text. restringat, quando extra-
neus promisit dotem, tamen communis opinio est in
contrarium, vt per Alex. in l. diuisione. ff. sol. ma. & co-
sultuit Bal. in cons. xciiij. in j. vol. sed dubium est, ex quo
istæ vsuræ de iure canonico non possunt peti, nisi quan-
do feruntur onera matrimonij. ca. salubriter. de vsur. an
sit computandum istud biennium ab eo tempore, quo
fert onera matrimonij, non reperio in terminis. Sed tati-
us est tenere, vt ante biennium, siue maritus sustulerit
onera, siue non, interesse non currat. d. l. si. post biennium
vero currat ita demum si maritus ferat onera. d. c. salu-
briter. cum no. ibi per Abb. In casu tamen nostro (vt di-
xi) ista quæstio respectu temporis præteriti est superflua.
Sed posito, quod deberetur istud interesse, dubitatur ni-
quid istud procedat in casu nostro, ex quo maritus non
aluit suam vxorem. & (vt dixi) aduertendum est, quod
de iure can. non deberur interesse, nisi marito ferenti o-
nera, idem disponit statutum nostrum circa fin. dum
dicit, quod mulier non possit iurare interesse pro eo
tempore, quo alimentata est à debitore dotis, vel aliter
de bonis ipsius debitoris. Nam in casu nostro dicendum
est, eam esse alimentatam de bonis ipsorum minorum:
quod quidè sic probatur. Nos habemus statutum Me-
diolani, quod maritus non possit relinquere vxori vltra
quartam bonorum suorum & in hac quarta computa-
tur vsusfructus, ita quod si vxor habeat istum vsusfru-
ctum per octo annos vel circa, tunc non potest habere
quicquam amplius: quia dicitur habuisse quartam, que
per tot annos, & etiam minùs consumitur, & ita solet
prædicari illud statutum, & faciunt not. per doct. in l. he-
reditatum. ff. ad leg. Falc. vnde si vidua habuit plus de
vsufructu, dicitur habuisse de bonis ipsorum hæredum
minorum, & propterea cum asseratur in facto infa-
vxorè do. Bernabonis alimètatam fuisse à dicta vidua: cū
iste vsufructus esset minoru, dicitur alimètata de bonis
minoru Cōtra hanc cōclusionē obstat hæredes possunt re-
nūciare illi statuto & pmittere, q. vidua vtatur fructu de
facto et vltra quartam: ex quo statutū est factū in fauorē
hæredum, vt concludit And. Barb. in cons. xij. in vol. j.
Vltra eum ad d. Bal. in l. j. in fi. vers. sed quæro. C. de
sec. nupt. vnde si hæredes permiserunt eam frui, viden-
9 tur renuntiasse beneficio statuti, argum. leg. si fructus. C.
de don. inter vir. & vxor. fortius facit quod not. sing.
in cons. ccccxix. incip. testator legauit. circa med. in v.
vol. vbi tenet, quod stante tali statuto, t si maritus legat
vltra quartam vxori, deberur illud legatum vltra quar-
tam de naturali æquitate. arg. l. quidam. §. illo. C. de
necess. seru. vnde si t deberetur de naturali æquitate
clarum est, quod non competeret repetitio. l. j. vbi Bar.
& omnes. ff. de cond. indeb. text. melior. in l. natural.
ff. de condi. indeb. nec dicerentur talia bona esse hære-
dum, sed eis, cui debentur de naturali æquitate, vt no.
in l. quibus diebus. §. dominus seruo. vbi Modernio-
res. ff. de condi. & demon. sed tamen adhuc persisto in
prima sententia. non obstat primum argum. quia
quamuis hæredes possunt renuntiare dicto statuto, si
tamen id expressè non fecerunt in dubio non præ-
sumitur, nam ista t renuntiatio est quædam donatio,
quæ nunquam præsumitur, vt potest capi alia conie-
ctura. c. super hoc renunt. Bal. in l. si. C. de dot. prom-
14 mis. vbi dicit quod communis opinio est, quod quæli-
bet coniectura, etiam leuis, excludat t præsumptio-
nem donationis. Præsumetur itaque istos hæredes
permisisse viduæ, vt haberet vltra quartam propter ali-
menta

menta quæ impendebat vxori do. Bernabonis. Nec
oblat, si diceretur aliquid quandoque missum fuisse illi
per do. Bernabonem, puta saccum frumenti: quia ille,
15 t qui alit. tenetur ad cibaria, & vestiaria. l. verbo victus.
ff. de verb. sign. vnde vnus saccus frumenti non facit,
vt dicatur aluisse: imò istæ t res pauci valoris, & con-
sumptibiles præsumuntur à viro vxori donatæ. l. de his.
C. de donat. inter vir. & vxor. & quæ per maritum fuit
domum per paucos dies, non dicitur traducta, vt patet
ex no. per Ias. in leg. non tantum. C. delegat. præsertim
quando ipsa iuit animo reuertendi. leg. quæsitum. ff. de
leg. iij. Item ad supradictum argumentum responde-
tur, non induci præsumptionem donationis, ex quo e-
17 tiam si vellent, non possent: quia t minores, qui nec ta-
cità possunt facere rem suam deteriore, vt p Bar. in leg.
Titium, & Mæuium, §. altero. vers. ex prædictis tame-
ff. de admin. tut. allegat. l. vt in conductionibus. ff. pro
soc. Ad secundum argument. respondetur, quod imò
hæres non obligatus naturaliter: nam statutum dicit,
quod maritus non possit relinquere, & c. vnde remouet po-
tentiam ab actu, & non oritur aliqua obligatio natura-
lis, vt per gl. in c. j. de reg. iur. lib. vj. Ba. in l. si. ff. de fer.
vbi etiam alij scrib. in leg. Callus. in prin. ff. de liber. &
post. & ibi latè Ias. nec Bal. in d. cons. istud firmat, sed
loquitur arguendo. Item ibi non erat verbum, non
possit, sed simpliciter dicebatur, non liceat. Vnde con-
cludo in fauorem dictorum minorum. Circa quintum
quæstum, quia penè est expeditum in præcedenti
articulo, dico dictis minoribus cōpetere in repetitione
illius pluris, quod excedit quartam: quia minores non
potuerunt renuntiare beneficio dicti statuti, nec illud
plus erat debitum naturaliter, ergo competit repetitio.
leg. j. ff. de condi. indeb. illud est dubium, an possit cō-
pensari in dote contra hæredes dictæ viduæ repetentes
dotem, nam ex quo dos est liquida. Illud plus non est li-
quidum, non videtur admitti compensatio, sed de hoc
videndus est Alex. in cons. xciiij. cum duob. seq. in iij.
parte Fel. in c. suborta. de re iud. si tamen posset liquida-
ri intra duos menses casus esset clarus, quod posset obje-
ctalis compensatio. An verò interesse debeatur heredi-
bus dominæ Gulielminæ clarum est, quod non: quia
si non deberet viro multò minùs matri, & videndum
esset: quia forte præsumeret donasse alimenta filia
suz. leg. Nefennius. ff. de neg. gest. nisi protestata esset,
& in omnem casum possent hæredes d. Gulielminæ pe-
tere à domino Bernabone: quia t ad maritum spectat
alere vxorem, vt per Bar. in d. l. Nefennius. ipse autem
dominus Bernabon non habet aliquem recursum cō-
tra minores. Circa sextum supra conclusi non currere
aliquod interesse contra minores, nisi sint interpellati,
vel constituti in mora, & hoc ex dispositione nostri sta-
tuti, & idem dixi esse de iure communi pro quo est dif-
ficultissimum consilium Alex. in cons. lxxiiij. viso lib.
quæst. in v. vol. vbi dicit idem in maiore, si ergo accidat,
quod d. Bernabonus constituat eos in mora, vel forte
etiam constituerit aliquo tempore (quia istud in facto
proposito non dicitur) videndum esset, an possent offer-
re tot de bonis in solutum, & regula est, quod non:
quia t aliud pro alio inuito creditore, & c. leg. ij. §. j.
ff. si cer. pet. & isti minores tenentur ad dandum: vn-
de tenentur præesse, & possent cogi per multas, &
penas vt per Alex. in leg. ij. §. ex his. ff. de verb. obli.
solet tamen senatus dispensare, quod detur tot de
bonis solutum. Circa aliud dico, quod cum casus in
quo litigetur est dubius, si præstetur satisfactio de
soluendo casu, quo res liquidetur, istud releuat: nò
interim currat interesse. l. statuliber rationem. leg. ser-
uus qui hæred. in fin. ff. de statul. Ias. in leg. quod te.
ff. si cer. pet. sed tamen in nostro casu à tempore quo
isti minores essent in mora non sufficit ista datio fide-
iustoris, ex quo iste est articulus iuris, qui est
clarus. Ias. autem in d. l. quod te. loquitur quando
rationes sunt intricatæ, & ita dico, & consulo in
Consil. And. Al.

omnibus, & per omnia in fauorem minorum, saluo
semper, & c.

CONSIL. XI. SVMME

- 1 Alternatiua quando respicit fauorem creditoris, electio ad eum
debet pertinere, ne talis fauor in odium vertatur.
- 2 In dubio electio est debitoris.
- 3 Natura contractuum est, vt ex post facto sint necessitatis.
- 4 Datio in solutum, in effectu est species venditionis.
- 5 Verba hæc q. sit in facultate alicuius, aliud nihil importat, quæ
tribuere quædam electionem.
- 6 Electio perimitur per acceptationem quotiescung. trahit secū
executionem.
- 7 Per promissionē penalem non nouatur præcedēs obligatio, si ex
causa onerosa pcedat obligatio principalis, vel bonafidei
sit, seu naturam bonafidei imitetur.
- 8 Qui penam in contractu subicit, id facere videtur confirmandi
principalis obligationis causa.
- 9 Castren. auctoritas, grauior auctoritate Decij.
- 10 In alternatiuis electio est debitoris.
- 11 A regula, nisi ex causa recedendum est.
- 12 Stipulatio penalis non nouat præcedentem.
- 13 Debitor si sit condemnatus ad solvendū certo die, aut satis dñe
dum est in electione debitoris alterum facere.
- 14 Soluatio domini in creditorem nò perimit ius electionis
imò quelibet declaratio voluntatis quomodocung. facta,
etiam si tacite sufficeret.
- 15 Pactum quod adicitur ratione moræ semper est interpretan-
dum in fauorem creditoris.
- 16 Attendimus id quod principaliter agitur.
- 17 Datio pignoris non extinguit priorem obligationem.
- 18 Differentia inter pactū l. commissoriae & dationē in solutū.

AM diffusè & subtiliter consultum fuit per
præclarissimos Iuriconsultos in hac causa il-
lustris comitis Chialandi, vt omnis opera mea
possit superflua videri, scribam tamen aliqua,
vt morem ipsi comiti geram, & clarum esse pro eius
parte iustitiam ostendam, verba secundæ transactionis
sunt. Et casu quo d. Alex. Comes dicto Hermindo annorū quinq. nò
soluere illi a se a quinq. milia. eo casu ex nò, put ex tunc
dedit. rradidit, assignauit Gaspardonibus presentibus. & accep-
tantibus tot ex prædij. quæ habet, & possidet finib. s. Sathato-
ris ad rationem scutorum xi. pro medio, & c. quæritur an Gal-
pardones possint malie pecuniam, & non accipere di-
cta prædia. Et difficultatem in hoc casu facit consilium
Decij xij. vbi per multas rationes, quæ tamen ad duas
reducuntur, respondit electionem creditorum esse: ostē-
dam d. consilium non esse verum, nec à iudicibus obser-
uandum. Prima ratio ipsius est, quia t alternatiua in
casu nostro videtur respicere fauorem creditoris: ergo
electio ad eum debet pertinere: aliter talis fauor verta-
retur in odium, vt per Bar. in l. quamuis. in princ. ff. de
pignor. Bal. leg. fi. C. de pet. hæ. Bal. in l. commissorie.
C. de pact. int. empt. Dominicum post alios in rub. de eis
qui mitt. in possess. lib. vj. cum similib. Sed responden-
dum est in casu nostro contrarium esse verius: quia imò
iste contractus in dubio censetur factus in fauorem vtri-
usque, vt est text. in leg. si vina emerim. vbi Bal. omnes
no. ff. de peri. & commo. rei vend. tradit Bal. & Sal. leg.
quod fauore. C. de legib. Et ed ternerè non est
recedendum à regula, id secundum gl. in leg.
omnis definitio. de reg. iur. secundum t quam ele-
ctio est ipsius debitoris: & ita tenuit ipsemer Dec. in c.
inter cæteras. extra. de rescrip. Secundò confirmatur
hæc sententia: quia t natura contractuum est vt ex post
facto sint necessitatis. leg. sicut. C. de act. & oblig. non
aut subaudiatur, si velit altera pars. l. iij. in fi. ff. ma. Quod
& tertio, maxime dicendū est in casu nostro, in quo t de
in solutum datione tractamus, que in effectu species vtrius-
que ditionis est l. statuliberi à ceteris in fi. de statulib. l. ele-
gater. in prin. de pign. act. l. si prædiū. C. de act. empt. l. si. ff.
ex quib. cau. in possess. Dec. cōs. cccclviij. Aret. cons. xvj.
Bartol. cōs. cxxj. in veditioe aut non subaudiatur clau-
P. 2

fula si emptor voluerit. Primò repugnat talis contractus in venditis. C. de contrah. empt. l. quod sapè. §. j. ff. eod. tit. Quartò, quia in prima transactione expressè dictum erat, quod esset in facultate ipsius comitis consignare tot bona, &c. Quæ verba important electionem ei datam esse secundum Bar. in d. l. quamuis. quia ista facultas nihil aliud sit, quam quædam electio. l. non vtiq; ff. de eo. q. cer. loc. vnde idem dicendum est etiã in hac secunda transactione, quæ quantum ad hoc nihil immutauit Bartol. cõ. si. lxxij. Dec. clxxxij. & xcviij. versu. 2. principaliter imò in secunda expressè confirmatur prima. Quintò, quia in secunda transactione dicitur, quæadmodum creditores acceptauerunt dictam in solutõ dationem, cõ clausula ex nunc, prout ex tunc, de qua in l. huiusmodi, ff. de verb. oblig. vnde si est acceptata, frustra tractamus amplius de electione: quia electio perimitur per acceptationem. l. an tepen. in fi. de leg. com. l. si fundus. §. eleganter. eod. tit. quotiescunq; trahit se cõ executionem: vnde amplius non est licita variatio, secundum gl. in l. j. §. ff. de præto. stip. vbi Bar. & in l. si cui. ff. de act. & oblig. per Bar. & doct. in l. si in solam. q. iij. ff. de verb. obli. In casu verò nostro propter vim constituti cõditionalis translata fuit possessio: cõ ipse constituens certus esset possessionis suæ. leg. j. §. j. de acq. poss. vbi doct. l. locus. versu. & certa pars. ff. eo. tit. l. si. cõ. l. cxlvij. Sextò quia in dicta secunda transactione liberatur & quietatur, dictus comes propter dictam solutionem, ergo apparet nullum ius electionis, reseruatõ esse dictis creditoribus, & subaudi liberatur si creditor velint, esset subauditõ contraria verbis. l. sub hac. ff. de leg. & obli. & infra, dicta. & sic prima ratio Decij est subla ta. Secunda ratio Decij est: quia hæc in solutõ datio videtur fieri in pœnam ipsius comitis, sive constituti non soluentis: videtur autem, quod per promissionem pœnalem non nouet præcedes obligatio, si ex causa onerosa procedat obligatio principalis, vel bona fidei sit, seu naturam bonæ fidei imitetur. l. prædia. ff. de act. empt. p. Bart. in l. ita stipularus. in fi. ff. de verb. obli. sed respondèdũ est, argument. suũ pcedere in stipulatione pœnali: quia qui pœnam subiicit, hoc facere videtur confirmãdi principalis obligationis causa. l. stipulatio. §. alteri, de verb. oblig. l. iij. §. sed si pignora. de re iudi. maxime cum est: si tũ pœnæ nomine promittitur: quia tũ magis ad fauorẽ creditoris habitũ fuisse respectũ apparet, secundum Raph. Com. & Christoph. de Cast. in d. l. ita stipularus. in fi. ita intelligentes. Bal. in l. j. C. de his. quæ pœn. nomi. & per Felin. in d. c. inter cæteras. quæ ratio cessat in casu nostro, in quo nulla est mentio pœnæ, nec apparet in pœnam deueniri ad hanc in solutum dationem, sed solutum eam fieri causa extinguendæ obligationis. & ideo concernere fauorẽ vtriusq; partis. d. l. si quis vina. Præterea & secundò dicta ratio procederet, si pœna nõ esset exacta, tunc non facta nouatione posset principale peti. d. l. prædia. & l. rescriptum. §. pacto. ff. de pact. sed in casu nostro exacta est pœna, id est, acceptata in solutum datio, & translatum dominium vigore constituti, vt supra dixi. Quod non erat in casu Decij, nec decisionũ, quas ipse allegat. Quibus sic conclusis, non obstant ea, quæ nuperrime adducta sunt in motiuis dominorum iudicũ. Et in primis dum dicitur iudicando, non videri recedendum ab opinione Decij, quam sequitur Curt. l. un. cõ. si. cxxxij. Gozadi. cõ. si. xlij. Respondeo, quod grauior est auctoritas Castr. in hoc contrarium decidens. cõ. si. cxv. si dicta. in ij. parte & cõsiliij regij Neapolitanij quõ ita iudicatum fuit, vt refert Matthæus Afflictus decisi. ccc. xcviij. Maxime quia ipse Decius videtur sibi contrarius cum in d. cap. inter cæteras. in fin. reprobet decis. Bartol. in d. leg. quamuis. super qua fundauit d. consiliũ suũ, nec Curt. aut Gozadi. sequuntur illam decisionem Decij, sed simpliciter eum allegant pro illo dicto quod in alternatiua fauore creditoris cõcepta electio est ipsius, quod dictum est in se verum, sed nihil faciebat ad thema quæstionis, vt supra dixi. Non obstat, quod Afflictus in d. decis. cccxcviij. sentiat, quod alio non apparente in solutũ

datio, quæ sit in defectum solutionis principalis concernat fauorem creditoris, & ideo illi per creditorem renuntari possit: quia hoc non est verum per supradicta, & principalis ratio decisionis in eo casu fuit, quia obligatio censetur alternatiua, scilicet, dabo pecuniam, aut fundum. leg. 3. ff. qui & à quibus manu. leg. cum ita legatur. ff. de opt. legat. ¶ In alternatiuis autem electio est debitoris. leg. plerunq; in fin. de iure dot. regula in alternatiuis. de regul. iuris. in vj. Nõ test aut facile à regula recedèdũ, vt per Deci. d. cap. inter cæteras. in fin. & ratio, quã ipse Afflictus de suo subiicit, quod in casu suo erant coniecturæ in fauorem debitoris satis verificantur etiã in casu nostro ex multis coniecturis, quas supra retulimus. Quamuis, etiam cessantibus coniecturis, ego idem arbitror per supradicta. Nõ obstat decis. Anton. de Alex. ad. in leg. si pacto, quo pœna. C. de pact. & Albericus de Ros. in leg. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact. quia illæ decisiones nihil faciunt in proposito, loquuntur est in casu legis per eos allegat. scilicet leg. j. §. damus. ff. de eo. quod cer. loc. quæ loquitur non in electione rerum, sed in electione petitionis, quæ regulariter pertinet ad actorem, vt ibi dicitur. Item illæ decisiones procedunt, secundum regulam quod stipulatio pœnalis non nouet præcedentem. d. §. rescriptum. d. leg. prædia. & ideo tolluntur rationes à me supradictas in resolutione secundæ rationis Decij. Non obstat, quod videatur esse communis opinio quod vbi in solutum datio respicit fauorem creditoris, possit illi renuntari per doct. Bar. in d. l. quamuis. quæ est communiter approbata, secundum l. si. in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. Respondeo, quod multi tenent contra illam decisionem maxime Ias. ibi post. Sal. & Fulg. in d. l. quamuis. & Dec. in d. l. inter cæteras. in fi. & iudicio meo, illa decisio confunditur per text. in d. l. 4. §. ait prætor. vbi si debitor sit condemnatus ad soluendum certo die, aut fatidandum est in electione debitoris alterum facere. Sed quicquid sit positum, quod illa decisio sit vera, tamen nihil facit: quia dario pignorum est ad solam cautelam creditoris, cum nihilominus stet firma prior obligatio, sed casus noster est in datione in solutum, quæ est etiã in fauorem debitoris, quia perimit præcedentem obligationem, maxime in casu nostro, in quo actum est expressè, quod tali casu Comes remaneat liberatus, & quietus. Non obstat q. Castr. in d. cõsilio cxcv. videtur loqui in casu diuerso, scilicet quando datio in solutum facta fuit de re existente, penes creditorem: quo casu absq; alia traditione dominium transfertur. §. inter dum. in sit. de rer. diuis. Respondeo enim idem esse in casu nostro: quia dominium videtur translatum propter vim constituti, & certitudinem possessionis, quæ erat in constituyente. d. l. 3. §. j. Ias. d. cõsilio cxlviij. & supra dixi. Præterea non videtur vis faciendã in hoc, quod dominium sit translatum ex eo, quia possessio esset penes creditore, alioquin dicta quæ procius maiore cautela ei tradita est, verteretur in odiũ: quia perimeret ei electionem & tamen Pau. Cast. absolutè negat hanc electionem ei cõpetere. Item si vera esset ratio aduerfiorũ, quod propter electionem creditoris subaudiatur conditio, si velit. per l. 2. ff. de lege commissio. sequeretur quod retentio illa possessionis, non trãsteret dominium: quia haberet conditionem si velit, quod tamen negat Pau. & sic nõ potest dici, quin ibi sit decisio clara in fauorem Comitis. Præterea nõ possumus dicere, quod sola translatio dominij pimat ius electionis: imò quælibet declaratio voluntatis quo modocunq; facta, etiã si tacite sufficeret. l. fundus. §. eleganter. l. de lege. §. si. ff. de lege commissio. & ideo parũ facit illa distinctio, quod in contractu vditionis sit triplex perfectio, de qua per Bal. in l. necessario. ff. de pericul. & cõmo. & quod in casu nostro deficiat vltima perfectio, quæ sit per traditionem, tollitur hoc ex dictis supra. Nõ obstat text. in l. 2. ff. de leg. commissio. & q. ibi not. Bal. dũ dicit quod si semper pactũ, quod adijcitur ratione moræ, est interpretandum in fauorem creditoris. Respondeo loquitur Bal. secundũ terminos, illius l.

pacto pœnali, per quod emptor cadit à iure contractus & est pactum odiosum, nostra vera quæstio est in pacto solutionis, quæ est fauorabile: & facit vt obligatio censetur alternatiua, & electio sit debitoris, sicut etiã videmus in stipulatione subiecta obligationi facti, quæ declarat ipsam interesse: & ideo nouat præcedentẽ: quia proprie nõ censetur pœnalis, l. obligationũ ferè. §. si. ff. de act. & obli. & declarat Bald. & Imo. in d. l. ita stipulat. in fi. quos ibi sum sequutus. Nec aliud potest cõmodè dici ad illum text. Nec obstat qd mora non debet esse moratori proficua. c. mora. de reg. iur. in vj. Quia respondeo hanc vilitatẽ prouenire Comiti non ex mora, sed ex pacto suo, seu conuentione, qua sibi prouidit alternatiuẽ, & sic reseruatã electione dicti. c. in alternatiuis. maxime cum tale pactum esset sibi vtile etiã alijs rationibus, vt infra dicam. & text. in l. cõ duobus. §. idem respondit. 2. ff. pro soc. loquitur, quãdo creditor ipse habet electionem à lege. Vnde idem dicendum in casu nostro, in debitore quando debitor habet electionem. Non obstat decisio Signoro. de verb. oblig. vbi dicit aduertari, quod vbi alternatiua est in defectum alterius electio est creditoris. Respondeo, habere me dictam repetitionem manuscriptam, & non reperisse hoc dictum, quod est manifestè falsum, cõ semper alternatiua sit in defectum alterius. d. l. cum ita legatur. de opt. leg. & tamẽ electio regulariter est debitoris. d. c. in alternatiuis. d. l. plerique. in fin. Possetq; defendi dictum Signoro. dumtaxat in casibus, exceptis à regula, ex quibus non est noster, vt supra dixi. Non obstat, quod datio in solutum, licet possit respicere etiã fauorem debitoris, tamen principaliter respicit fauorem creditoris, qui potest ei renuntiare: quin tãtèdimus id quod principaliter agitur. l. si quis nec causam. ff. si cer. per. sicut dicit Bart. in d. l. quamuis. vbi renuntiat creditor alternatiuẽ parti de dandis pignoribus, quamuis in consequentiam posset talis alternatiua, etiã respicere fauorẽ debitoris. Sed respondeo, quod dictum pactum dationis in solutũ est fauorabile debitori, multis modis, siue, quia restringit obligationem generalem, vt prius creditor faciat sibi solui super illis bonis, specialiter adsignatis, quã super alijs secundum l. 2. C. de pignor. de qua per Cæpo. caut. cxxiiij. Soc. cõsilio cxcviij. & cõsilio lxxv. & seq. in 4. volum. siue quia cogitur creditor illa bona accipere in solutum: cum aliàs nõ posset aliud pro alio solui. l. 2. §. pen. ff. si cer. per. siue quia tali pacto derogatum est solennitatibus, de quibus in auth. hoc nisi debitor. C. de solut. siue quia si bona deminuta esset in pretio, efficeretur melior conditio debitoris, postquam ita de pretio cõuenit, vt in simili dicit Alb. de Ros. in d. l. 2. de lege commissio. alleg. text. in l. Sabinus. versu. quod tamen. ff. de in diem adie. merito ergo non possumus dicere, quod tale pactum respiciat fauorem solius creditoris, sed vtriusque: ergo stabimus regulã, vt electio sit debitoris. Et licet regula sit id attendi, quod principaliter agitur, nõ tamen negat quin etiã habeatur respectus ad aliam partem, vt potius videatur mutuo respectu contractum, vt probatur in l. 2. C. de pign. vbi speciale pignus principaliter est in fauorem creditoris, & tamen tollit electionem cæterarum, generaliter obligatarum. Suadet hoc & natura in solutum dationis, quæ (vt dixi) species est emptionis & venditionis. Clarum est autem talem contractum esse reciprocum, & vtriusque gratia celebratum censeri. leg. naturalis. §. j. ff. de præscrip. verb. etiã quod quandoque alius plus lucri consequatur, facit etiã text. in leg. si cum fundum. ff. de pact. vbi dummodo mea interfuturam in consequentiam habeatur ratio talis interesse, quem text. allegat Pau. de Cast. in d. cõsilio cxcv. ibi enim intererat principaliter illius tertij cui danquã erat, facit etiã text. in leg. quoties. C. de iur. dot. & quod per illum text. not. Soc. cõsilio lvj. in v. casu. vbi datio in dotem rei æstimatæ, respicere principaliter fauorem creditoris, & tamen stat salua electio debitori. Nec similitudo pignoris, de qua per Bartol. in d. leg. quamuis. quicquam facit, ¶ datio e-

nim pignoris, non extinguit priorem obligationem, sed cautelam illi addit: at in solutum datio extinguit. l. penult. C. de solut. vnde apparet longè maior fauor debitoris in hoc casu, vt liberetur. Non obstat, quod quamuis datio hæc in solutum sit facta cum clausula, ex nunc, prout ex tunc, &c. tamen censetur facta ad cautelam creditoris, & ideo subauditur conditio, si creditor velit. d. leg. 2. ff. de leg. commissio. respondeo supra responsum est ad d. leg. 2. & cum verba contractus sint, quod nunc confectat, impossibile est subaudire conditionem si velit, cum nunc maxime velit, vt dicit Bald. in l. cum dominã. C. de solut. quod pactum legis commissoriae, differt à 18 datione in solutum: quia datio in solutum non habet tacitam conditionem, si velit, vt est ibi text. cum lectus sit in leg. commissoria. d. leg. 2. & regula est generalis, quod contractus non habeat tacitam conditionem si alter velit. leg. quæsitum. vbi gl. ff. de ser. export. & præsertim venditio, vel in solutum datio. d. l. in vendentis. maxime cum in eis ponatur clausula, qualiter se obligant mutua vice, quæ clausula pugnat cum conditione illa, si velit. leg. sub hac. ff. de act. & oblig. leg. stipulatio non valet. ff. de verb. oblig. & text. in d. leg. 2. de leg. commissio. procedit in pacto pœnali annullationis contractus, & quod non potest resolui in alternatiuam, vt supra dixi. Vltimò non obstat, quod casus Decij sit prorsus conformis nostro, &c. respondeo in multis distare. Primò, quia in casu nostro translatum fuit dominium propter clausulam constituti, vt supra dixi, quo casu fatetur de plano Dec. quod sua consultatio non procederet. Secundò, quia in casu nostro erat facta acceptatio eam clausula ex nunc, &c. quo casu acceptatione perimitur electio. d. l. si fundus. §. eleganter. Tertio, quia in prima transactione in casu nostro, expressè erat tributa electio debitori, vnde cessat difficultas: quia à tali electione non videtur recessum per secundam transactionem, vt eleganter fuit allegatum per do. aduocatos, & clausula illa saluis infrascriptis nihil impedit: quin ius electionis saluũ remanet debitori, prout prius erat, si rectè tenor instrumenti consideretur, & per hæc satis videtur responsum ad contraria quæ in contrariũ adducuntur: saluo tñ semper saniore iudicio.

CONSIL. XII. SVMMAE.

- 1 Subhastatio probat iustum pretium.
- 2 Res tantum valet, quantum vendi potest.
- 3 Iustum pretium est, & dicitur, quod quis licitando consequi potest.
- 4 In diuisionibus lex iubet rem iusto pretio aestimari, & tñ in eis locus est licitationi.
- 5 Quando res est vendita per subhastationem cessat remedium. l. 2. C. de rescind. vend.
- 6 Quando licitatio facta est seruatis debitis solennitatibus, & corã præside, & pleno numero magistratuum, nulla debet subsesse suspicio, quin subhastatio iustum pretium probet.
- 7 An subsit læso sufficiens rescissioni contractus, attenditur ad tempus ipsius contractus.
- 8 Pretium minuenda.
- 9 Aestimatio debet iniri habito respectu ad onera rei incumbentia.
- 10 Fiscus est formidolosus, & rumpit suos contractus.
- 11 Fiscus est iudex in causa propria.
- 12 Pactum quod connexam contractui habet causam, & ad eius ingressum seu materiam pertinet, dicitur dare legem contractui.
- 13 Contractus sunt facti.
- 14 L. & si sint. §. quæsitum. de minor. declar.
- 15 Mutuantes aliquid inde sperantes, & accipientes, peccant.
- 16 Tempus lapsum non potest instaurari.
- 17 In contractu venditionis, venditor tenetur præcisè ad tradendum si facultatem habet rei traden.
- 18 Dominus pot cogi officio iudicis præcisè ad transferendum detentionem rei inquilino.
- 19 Publicani qui emerunt redditus gabellarum, habent officium ius

dicis contra spoliatam, et si ipse dominus esset, qui eos deiecerat a vestra.
 20 *Contractus Principis habent vim legis.*
 21 *Lex precise obligat ad ea, que sunt facti.*

IN TENTIO fundata est dominorum conductorum iuris vendendi salis per subhastationem: cum nemo plus obtulerit: & subhastatio probat iustum pretium, secundum Bal. consil. c. ij. quæritur in primo, quia res tantum valet, quantum vendi potest. leg. si servus. de condi. et. furt. leg. 3. in fi. de in diem adiect. & dicitur iustum pretium, quod quis licitando consequi potest. auth. hoc ius. C. de fac. san. eccl. leg. si. fin. C. de admin. tut. Ial. leg. qui Romæ. §. cohæredes. de verb. obl. nam. 4. Lex in diuisionibus iusto pretio rem æstimari iubet, & tamen in eis locus est licitationi. leg. ite. in fi. ff. commu. diuid. leg. ad officium. C. commu. diuidun. & ideo dicunt Bal. Ang. Fulg. in leg. j. C. de præscr. long. tempor. quod quando res est vendita per subhastationem, cessat remedium. leg. 2. C. de rescind. vendi. quia tunc non potest videri subesse læsio, refert & sequitur Alex. in leg. si quos. in apost. Bar. C. de rescind. vendi. Quod tamen intelligendum, quando subhastatio non est per gratiam facta. d. leg. si quos. vel quando nullus timor licitantium interuenit. leg. si pater. vbi Bart. ff. de pac. dot. vnde in casu nostro, si cum licitatio facta sit, seruatis debitis solemnitatibus, & coram præside, & pleno numero magistratuum, nulla debuit subesse suspicio, quin subhastatio iustum pretium, probet maximè propter qualitatem ipsorum magistratuum. leg. j. C. de præd. decurio. lib. x. leg. tria ditionem. vbi Aret. & Moder. C. de transact. & etiam quia deinde talis contractus fuit per literas Cæsareæ maiestatis approbatus, & confirmatus, & tenor conuentionis fuit ei narratus: vnde confirmatio censetur ex certa scientia facta. c. venerabilis. extra. de confirmat. vtil. vel in iuri. l. & ideo non fuit in facultate magistratus amplius apponere manû ad talem contractum, seu eum rescindere. c. j. extra. de confirmat. vti. vel in iuri. c. cum venissent. vbi doct. extra. de iudi. per Barto. in leg. omnes populi. quæst. xv. versu. iuxta prædicta. quæro. ff. de iustit. & iur. & facit quod not. Bartol. in leg. si quis spontaneo. C. de decur. lib. x. Vitalis tracta. clausu. versu. *Quantum recide, & rite, &c.* Circa merita causæ etiam videtur dicendum, non debuisse fisco restitui in integrum, & nullam subesse læsionem. Et enim an si subit læsio sufficiens rescissioni contractus, attenditur ad rem ipsius contractus, vt dicunt omnes in leg. nam postea. §. si minor. ff. de iure iur. Item attenditur, an quis nimia facilitate sit læsus, quia si adhibuisset diligentiam, qualem cauti, & sapientes solent, non esset concedenda restitutio. leg. verum. §. si locuplet. ff. de minor. l. fin. C. de in integr. restitut. mino. quæ iura licet loquantur in minoribus, tamen habent locum etiam in fisco, secundum Aret. consilio xx. Item oportet, vt læsio non sit in re modica, secundum l. scio. ff. de in integ. restitut. Et quando subest periculum casuum fortuitorum, non dicitur læsus, qui in sexta parte tantum est læsus, vt est text. in §. quia verò Leonis, in auth. de non alien. vbi ecclesia, dat in emphyteosim cum diminutione sextæ partis pensionis, nec dicitur lædi, propter casus fortuitos spectantes ad emphyteotam, vt ibi declarant doctores. Item dicta læsio consideratur secundum valorem rei. Et valor rei diminuitur propter qualitatem temporum, & periculum imminentiæ. Primò quia tunc suberat t bellum periculosum cù Gallis, & milites Cæsarei tumultuabant. Vnde aderat manifestum periculum amissionis status: quo casu conductores amissent triginta millia prænumerata, & omnem spem salinarum. Vnde sicut in traiectitia pecunia periculum maris, lex cõcedit vsuram centesimã, id est, vt quis lucraretur ceteris pro quibus liber ceteris sortis, vt est text. in l. eos. vbi gloss. C. de vsur. & in auth. de nau. vsur. p. tot.

ita tali periculo debet considerari tale lucrû, arguendo de periculo aquarum ad periculum belli, vt est text. vbi doct. in l. interdû. §. j. de acqui. poss. Ial. post alios, in l. j. C. de iure emph. Secundo quia imperatoris ius potuisset finiri, vel decessu, vel cessu, vt quia statû dedisset duci Aurelianiensi, vel alteri, quo casu suberat magnum periculum ne isti conductores amitterent oleû & operã. Vnde propter tale periculum, res minus fuit æstimanda, & minus pretiû pro conductione soluendû. l. j. §. hæres fundû. ff. ad senatusc. Treb. Tertio quia suberat et alia pericula, vt quia Cæsarea maiestas rupisset assignationes, q. deinde fecit, vel supuenisset pestis, licet nõ notabilis, quæ tamè fecisset, vt multi debitorum decoquerent. Quæ omnia pericula absterruerunt ceteros, ne ad hæstã venirét, & faciunt, vt res minus valeat. l. eû qui. §. mulier. ff. de in diem adiect. §. l. 2. verbo susceptû. ff. solu. matr. Quarto, quia in conductione tantæ summæ, nõ est curandû de re modica, vt supra est dictû, & estimatio debet iniri, habito respectu ad onera rei incumbentiã. c. cû aliquib. de decim. vbi Abb. l. non amplius. in princ. ff. de lega. & fideic. j. vbi doct. maximè quod tanta summa triginta millium, statim in eo periculo numeraretur, & expectaretur quid decem menses, antequam isti ponerétur in qua si possessione iuris cõducti, quæ conditio infinitû dimiuit valorẽ facultatis conductionis. Itẽ, quod cõtraheret cum fisco, qui est formidolosus, & rumpit cõtractus suos, vt nuper fecit. l. q. læp. §. fin. de actio. empt. Itẽ qui est iudex in causa propria, de quo in l. vnica. C. ne qs in cau. propria. Quæ omnia faciunt, vt in res minus locari debuerit. Quinto, quia habebat locatio onus annexum emendat sal ab administratore, & seruati camera indemnem, ab eo, vt ei soluatur terminis cû camera constitutis, &c. Quod onus istius conductores secuent camera indemnem, est onus fideiussionis pro camera. l. j. C. de cõuenien. fidei. debito. lib. x. vbi Bartol. & doct. q. non videtur mediocre. Et talis pmissio concernit substantialia cõtractus: quia facultas vendendi salis nulla est, nisi sal habeatur, res ergo ipsa, quæ in venditione deducitur, pertinet ad essentiam contractus. l. in venditionibus. ff. de contrah. empt. l. mulieris. §. j. vbi dixi. ff. de verb. sign. & talis pactû dicitur dare legẽ contractui: quia connexã contractui causam habet, & ad eius ingressû, seu materiam pertinet. l. iurisdictioni. §. quini. ff. de pact. sentit Bartol. in l. petes. C. de pact. & dixi in l. bonæ fidei. C. de pact. & ideo negari non põt quin sit pars contractus iuxta l. fundi partẽ. ff. de contrah. empt. sicut videmus, tali pacto emptorẽ constitui procuratorẽ in rem suã, & vestiri pactû cohærentia contractus, vt est text. in l. fin. §. Titius. ff. de cõdi. in deb. vbi Fulgo. not. ergo idẽ dicendum in istis conductoribus. §. adeo. institut. loc. Nec obstat, q. contra istud vltimû subtiliter deducitur in motiuis, dũ dicitur, quod istius summæ, quæ soluitur administratori, nõ debeat haberi ratio, sed tantum summæ, quæ effectualiter soluitur cameræ: cû si conductores non fuissent obligati respectu administratoris, nihilominus fecissent idem lucrum: quia substantia est in ipso iure vendedi sal, nõ in eo, quod emitur ab administratore. Respondeo, etiã si istud esset verû, tamen debet haberi ratio totius summæ, & eius respectu induci proportio læsionis: quia quauis lucrum fiat de parte conductæ à fisco, tamen portio administratoris est eius necessarium præambulû, & dicitur vnicus contractus, & estimatio damni, vel læsionis debet fieri respectu totius contractus, non autem respectu partis. l. Mæuius. §. fin. ff. fami. ercisc. l. j. vbi Bartol. C. commu. diuidun. & estimatio videtur faciendã non solum respectu periculi in exigendis debitoribus salis, sed generaliter respectu inueniendæ pecuniæ, & eius interesse, & respectu omnis periculi, q. pōset contingere: non est ratio magis de vna specie quã de alia. Et ideo dũ subijcitur, q. talis cõuentio cõtinet solû factû, scilicet, exigere ab emptoribus salis, & soluere administratori. Responderetur primò esto, q. hoc sit verû, tamen tale factû est pars contractus, quia etiam facti contractus sunt facti, l. consilio. in fin. de curat. fur. & tantum

quã vnitum contractui simul debet æstimari. Secundo dicitur, quod istud non proprie est factum, sed mixtum datione, quia dummodo detur, id est, soluitur administratori, non habet camera vterius perquirere, istud autem dare; recipit multas difficultates connexas ipsi contractui, vt meriti eius proportio sit habenda. Tertio responderetur secundum supradicta, quod imò tale pactum concernit essentiam contractus, id est, sal ipsum, seu rem venalem, absque qua venditio facultatis esset irrita. Et certè ista subtilitas videtur mihi satis fragilis, & non digna, vt propter eam contractus iste rescindatur & inducatur res tam mali exempli, vt nemo in necessitatibus succurrat fisco. Quarto ex tali pacto grauantur conductores plus, quam si à camera acciperent propter pericula submerisionis nauium, & direptionis in casu belli, vt aliàs est dictum. Non obstat alia ratio assignata in sententia rescissoria, dum dicitur, *visa numerosa auctione ipsorum capitum, &c.* Respon. Ex hoc capite nulla potest esse læsio: quia si propter auctum numerum personarum erit opus maiore summa salis, conuenient est de pretio, vt camera soluat pretium ab ipso magistratu statuendum, vnde potuit magistratus æstimare, quid re, quid soluendum sit, non autem debuit contractum rescindere. cum nulla læsio cameræ etiam ex locationibus præcedentium annorum deprehendatur, in quibus vtilitas peruenit in cameram ad computum solidò. xxj. den. 4. vel den. x. vel vj. cum dimidat & ex ista non perueniebat nisi ad computum solidorum xx. Respon. subuentio xxx. millium auroreû & xv. menses antè quàm accederent ad quasi possessionẽ iuris conducti, & imminens periculum alienationis, vel amissionis status, & multa alia pericula supra relata tollunt difficultatem: quia tale lucrum diminuitur fisco profumna circiter, aut paulò plus decem millium librarû annuarum, sed in teresse xxx. millium scutorum, hanc summam excedit, secundum leg. eos versu. in traiectitis. Cod. de vsur. & secundum communem cursum cambiorum, quæ solent in annos ad duodecim procentum, seu centesimum reddere, de quo per Soci. in repeti. l. tertie. §. fin. ff. ad leg. Falcid. & sic apparet, ex hoc capite nullam esse læsionem. Non obstat, quod cõfirmatio Cæsareæ Maiestatis non videatur facta ex certa scientia. Quia respondeo, hoc esse falsum per text. in c. venerabilis. de confirmat. vtil. vbi Abb. Butr. Dec. ceteri, maximè in casu nostro, quo Cæsarea Maiestas profiteretur se ad plenum fuisse edoctam: vnde non potest negari ratificationem ex certa scientia processisse, quod etiam ex aliis verbis literarum Cæsaris apparet, vt minime sit quærendus nodus in scirpo. Etiam omnem casum (vt dixi) huius rei cognitio censetur in hibita ipsis quæstoribus, & seruata Cæsari. Non obstat regula generalis, quod sicut minor restituitur, si existat, qui plus licitetur. l. & si sine. §. quæsitum. ff. de minor. Barto. l. licitatio. quæst. j. ff. de pulica. ergo idem, vt fisco restituatur, secundum Alber. in dict. §. quæsitum. Nam respondeo, quod ille rex. si se ipsum declarat, in versu. & districtè, vt non procedat in rebus quæ fortuitis casibus subiectæ sunt: nam tunc nulla indulgetur restitutio, nisi fordes aut gratia allegentur, vt dixi supra, & ita loquitur rex. in d. l. si quos. C. de rescind. ved. & l. si pater vbi Barto. de pact. dota. & ita procedit quod not. Alex. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falc. non est ergo audiendus qui cessante timore periculi plus offerat, cum fisci interest tempore periculi fieri venditionem, vt ex literis Marchionis Vasti apparet. Non obstat, quod necessitas imminens seditionis militum excusat principẽ & procuratores Cæsaris: vnde videtur aggravare potius istos conductores, secundum Theologos, & Sal. in auth. adhæc. C. de vsur. & ideo debuerunt isti potius mutare sub iusto, & solito interesse, &c. Respondeo, si isti mutassent, fecissent contractum illicitum contra Euangelium, mutuum dantes nihil inde sperantes. cap. j. extra de vsur. accipiendo verò in conductionem, quantumuis

vili pretio, dummodo non ultra dimidium, fecerunt contractum licitum & permissum. l. si voluntate. C. de rescind. vend. & cui etiam fisco alligatur citra spem restit. in integ. l. de contractu. C. eod. tit. Non obstat quod amplius res non sit integra: quia facta alijs locatio, & quia ipsi lapsus non potest inflaurari, cum ex mutatione temporis alia res dicatur. l. si vsustructus mihi in biennium. ff. de vsufr. leg. l. & ideo. vbi doct. ff. de verb. oblig. Quia respondeo, quod pro tempore præterito sit condemnatio, quatenus interest ipsorum conductorum non esse sibi præstitam patientiam à locatoribus: ideo præstabitur eis omne lucrum cessans, & damnum emergens. l. si fundus. in fin. ff. loc. per Bar. in d. l. si vsufr. & in l. si prius. q. x. de oper. nou. nunt. Fel. c. fi. extra. de iudi. pro futuro erit in electione fisci, vel soluere interesse, vel eos ponere, in quasi possessione d. facultatis, exclusis secundis conductoribus qui scienter ius litigiosum cõduxerunt, & sicut in contractu venditionis videmus tene ri venditorem præcisè ad tradendum, si facultatem rei tradendæ habet, vt habetur in l. j. de act. empt. ita etiã teneatur fisco erga istos primos conductores, seu emptores d. facultatis, pro qua sententia etiam facit, quia videmus, quod dominus potest cogi officiu. præcisè ad transferendam detentionẽ rei in quilibet, secundum l. Aquilius. in glo. si vbi Bar. ff. de dona. & q. not. glo. in l. non tantû. ff. de peti. hære. & videtur de hoc text. in l. de vsu. ff. de var. & extraord. cog. vbi Bar. per quẽ rex. ita et tenuit Spec. in tit. de off. om. iud. §. j. versu. titẽ imploratur. & per d. g. dicit Bar. in l. corẽ. §. qui maximos. vj. quæst. de public. quod publicani, q. emerunt reditus gabellarû habent officiu. iudicis contra spoliatam, q. intelligit Bal. in l. gdes. C. loca. procedere et contra ipsum dñu, qui deiecit cõductorẽ a re nata. sequitur Oruanus in repe. rub. de cau. poss. & propr. versu. conclusio. vnde videretur in casu nostro, cum fisco habeat potestatem reponendi istos primos conductores, in quasi possessione dictæ facultatis, quod teneatur hoc facere, maximè cû hic contractus sit in ius cû principe, & cõtractus principis habent vim legis, & lex aut præcisè obligat ad ea q. sunt facti, vt dicitur omnes in l. stipulationes non diuiduntur, versu. Celsus. de verb. oblig. & q. habentur per Ial. in l. quoties. C. de rei vend. & tali casu limitatur glo. in l. si de fundo. C. loc. Et arbitror iuris esse, saluo semp. saniore iudicio.

CONSILII XIII. SV MMÆ.

- 1 *Presumitur pro instrumentis.*
- 2 *Reservatio facta in donatione sustinet ipsam donationem omnium bonorum, &c.*
- 3 *Ius conditionale donari potest.*
- 4 *Appellatione bonorum presentium, & futurorum, venit etiam ius conditionale.*
- 5 *Mora non nisi interpellatione fieri.*
- 6 *Ex solo iuramento quis in mora constituitur.*
- 7 *Vasallus prestans seruitium domino, non constituitur in mora nisi prius fuerit interpellatus.*
- 8 *Vi quis incidat in penam. l. si quis maior. que est exorbitans, a iure requiritur, quod periculum sit dolo commissum.*
- 9 *Quelibet causa, etiam iniusta excusat a dolo.*
- 10 *Ignorantia potest in præiudicium iuris tertij succurrere ignoranti, ne in damnum incidat, sed non debet ille propter ignorantiam suam lucrari cum aliena iactura.*
- 11 *Quod vni semel donatum est, alteri dari non potest.*
- 12 *Contractus contra iuramentum factus, non debet tene.*
- 13 *Donatio mutua sub conditione, dicitur fieri ex causa iustitiativa.*
- 14 *Mora non incurritur, nisi post interpellationem.*
- 15 *In contractibus etiam nominatis, qui fiunt sub modo, non committitur mora ante interpellationem, etiam quod aliquis ex parte sua adimpleuit.*
- 16 *L. quoties. C. de rei vend. declar.*
- 17 *Rerum corporalium dominium non queritur, nisi per traditionem.*

- 18. Licet donatori reuocare donationem factam ecclesie, si eam non acceptauerit ecclesia.
- 19. In donationibus quod expressum non est, pro omisso habetur.
- 20. Ius futurum aliud nihil est, quam spes, et ius conditionale.
- 21. Actio est ius, et comprehenditur appellatione bonorum.
- 22. Per cessionem iura transferri.
- 23. In donatione iurata, non est opus insinuatione.
- 24. Alleganti quid, incumbit onus probandi.
- 25. Actus contra statutum factus accedente iuramento, valet.
- 26. Clausula ius, et iustitiam, et c. quid operetur in libello.

Reuiter & conclusiue in propofita quaestione procedam, quia casus non indiget allegationum pompa. Et dico partes domini iudicis appellationis esse in pronuntiando in fauorem Roleti, & reuocando sententias contra eum latas: nam Roletus habet fundatam intentionem suam ex instrumento donationis pro quo presumitur, cum precibus C. de proba. in quo Richarda donat illi omnia bona, & iura sua praesentia, & futura cum certa reservatione, de qua ibi per quam reservatione sustinetur donatio, quae alias non valeret, vt concludunt doct. in l. stipulatio hoc modo coepta. ff. de verb. oblig. in l. si. C. de pact. & cum iam aliter fecisset donationem sub pacto, per quod adhibebatur conditio, in cuius euentum prior donatio erat annullanda, sequitur quod etiam istud conditionale censetur donatum huic Roletio, prout etiam donari potuit. l. spem futurae. C. de donat. tum quia appellatione bonorum praesentium, & futurorum, venit taleius conditionale. l. si. C. quae res pign. oblig. l. is cui. ff. de actio & oblig. ff. ex conditio nati. instit. de verb. oblig. tum etiam, quia mulier aliud ius non habebat, vnde illud donasse intelligitur. l. fundus, qui locatus, cum l. seq. ff. de fund. instru. & quod per illam legem notant doct. in variis locis, vt per Alex. in l. si domus. in si. prin. ff. de leg. j. l. si. in l. j. C. de verb. sign. in l. ii. ff. de lib. & posthu. Nec obstant multa quae in contrarium allegantur. Primum non obstat quod diste Roletus non praestiterit alimenta, quae tenebatur ex forma donationis iuratae, vnde videtur, cecidisse à iure suo, etiam si non fuerit interpellatus. l. si quis maior. in verbo, mox commoda. C. de transact. per Corf. in repet. rubr. extra, de iureiur. in 4. priu. Nam respondeo q. cum alimenta deberentur iure actionis Roletus non fuit in mora, nisi fuisset interpellatus, secundum regulam l. ita stipulatus magna. ff. de verb. oblig. vnde necessaria fuit interpellatio, nec tex. in d. l. si quis maior. dicit quod consueatur in mora sine interpellatione, sed quod postquam est in mora, seu cofecerit, quod mox amittit commoda contractus, & sic requirit, quod prius fuerit in mora, prout etiam ibi dicunt omnes doctores, & praesupponentes ex presc. quod ex solo iuramento, quis in mora constituatur. debet ergo intelligi ille text. quando mora legitime fuisset commissa. puta quia praesensisset interpellatio, & istud etiam sentit Franc. de Aret. in d. l. ita stipulatus. & consilio cxlix. in incip. visis diligenter. verb. praeterea facilius tenet, quod si vasallus praestans seruicium domino non constituitur in mora, nisi prius fuerit interpellatus, per text. in cap. j. ff. licet. si de feu. fuer. controuer. inter dom. in v. s. feud. & tamen vasallus tenetur ad tale seruicium ex iuramento fidelitatis, quod domino praestatur, & pro hoc est doct. Io. Andr. Ioan. de Imol. & Abb. in c. breui. extra, de iureiur. vbi ille qui iurauit defendere ecclesiam per solū iuramentum citra interpellationem non constituitur in mora, nisi quando sciisset ecclesiam indigere tali defensione. Vnde in casu nostro, cum dicta Richarda donatrix non indigeret alimentis, quia ea sibi praestabantur per illum donarium, cui pure primò donauerat non, potest aliquid imputari huic Roletio, & sic apparet hanc opinio. quod iuramentum constituat in mora sine interpellatione in casu nostro, non esse vera, licet domini iudicantes in hoc decepti fuerint. Praeterea, & vt quia incidat in poenam dict. leg. si quis maior. quae est exorbitans

à iure requiritur, quod periculum sit dolo commissum vt est communis opinio. in d. l. si quis maior. sed & quilibet causa etiam iniusta excusat à dolo. l. i. ff. de pen. ff. de lib. caus. vnde cum verisimiliter potuerit dubitare, an deberet expectare interpellationem debet excusari praesertim hominibus, vt in casu fortiori consuluit Alex. cons. xcij. Perpetuis his, quae in themate vola. j. & eum sequuntur isti Moder. repetentes in d. l. si quis maior. Secundò non obstat, quod dista mulier remisit partem primo donatario, sub cuius conditione donatio illa erat resoluenda, & applicanda Roletio, & videtur, quod potuerit hoc facere in eius Roleti praesudicium, per casum l. si. ff. de transact. & quod not. Bald. in l. j. C. de actio. & obligat. & in l. 3. C. de noua. cum simi. sed respondetur, quod imò non licuit id facere in praesudicium Roleti, prout in casu nostro, ex quo talis remissio fuit facta ex causa lucratiua, quo casu non procedit d. l. si. vt est tex. quia aliter sine manifeste diuinatione intelligi non potest. in l. facta. ff. si haeres scriptus. ff. ad Trebel. secundum intellectum Dy. ibi, quem sequitur Bald. & Ias. in d. l. si. & tenuit Mart. Syl. & Paul. de Castr. in l. si cum emptore. ff. de pact. & satis probatur ex d. l. si fundatur in ignorantia transigentis. certè ignorantiam bene potest in praesudicium iuris tertij succurrere ignorantiam suam lucrari cum aliena iactura. c. locupletari. de reg. iur. in v. l. non nunquam. ff. de vluc. & licet in ista materia Bar. & Alexan. aliter distinxerit, tamen non negatur, quin haec opin. sit in se vera, quae habet etiam magnam aequitatem, praesertim cum ista mulier aliud non haberet, & iste, cui facta est remissio, hoc sciret ex contractu secum inito, vnde tali casu, cum remaneret cessionarius exclusus, quia non posset consequi interesse à cedente, dubio procul debet sibi succurri aduersus eum, cui facta est remissio, vt dicit Cy. & Alber. de Ros. in l. si. C. de procu. sequitur Ias. in d. l. si cum emptore. in v. l. limit. vbi allegat in argu. l. filiae. verfi. Claudius. in si. ff. de sol. & facit ratio, nam cum haec mulier aliud non haberet alienando seu remittendo dictam conditionem titulo lucratiua, videtur in fraudem remissioe dato, quod ille cui remissum sit, ne sciret l. pen. C. de reu. uo. his, quae in fraudem. vbi Ias. instit. de act. & sic tali casu concederetur reuocatoria, ita in casu nostro, licet ipso iure est succursum cessionario, praetendenti ius reale, vt ipso iure in eius praesudicium gestu non valeant. & facit quod habetur per Ias. post alios in l. quoties in ix. limita. C. de rei vend. Confirmatur haec sententia, quia cum ista mulier illud ius conditionale iam donasset Roletio non licuit illi amplius alienare, quia & quod vni semel donauerit, alteri dare non potuit. l. si. C. de actio. & oblig. cui prohibitioni accessit etiam iuramentum, quo promisit, nihil attentare in praesudicium dictae donationis, vnde & contra tractus contra tale iuramentum factus, non debet tenere c. intellecto. extra, de iureiurando. gloss. in cap. licet. de iureiuran. in v. l. & ipsa videtur dolose egisse, quo casu etiam in praesudicium eius, qui ignoranter cum ea contraxit annullatur contractus, vt concludit Io. de Imol. in tex. c. cu cotingat. extra, de iureiur. vbi late institit circa declarationem d. gl. in c. licet. Nec obstat, si diceretur, quod remissio non videtur facta ex causa lucratiua, tanquam ex parte alterius contrahentis interuenerint quaedam pacta, quod videlicet teneretur eam alere, & quod ipso & eius vxore mortuo, ipsa haberet certos fructus, nam respondeo, quod non ideo potest dici, quin causa sit lucratiua, aliàs & donatio mutua sub conditione non diceretur fieri ex causa lucratiua, quod est falsum l. cum hic statutus. ff. si ambo. ff. de dona. inter vir. & vxor. vbi tales donationes mutuae sub aliqua conditione non valent inter coniuges, nisi morte confirmetur, & tñ si haberent causam onerosam, non est dubium, quod valeret, & facit, quia illa promissio alimentorum factam contractu remissionis, non debet considerari, tanquam inducens causam onerosam

rolam, imò est superflua, quia iste, cui facta fuit remissio ad ea, tenebatur ex prioro contractu donationis l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. & etiam illa promissio fructuum in casu, quo ipse donatarius & vxor praemorereur, non debet haberi in consideratione, tum quia erat conditio, quam verisimile erat non fuisse euenturam, prout non euenit, arg. l. qui habebat. in princip. ff. de legat. 3. & quod not. Bart. in l. quorum. ff. de pigno. tum etiam, quia illud, quod sibi vicissim promittebatur, erat quid modicum, vnde non attenditur, vt ideo censetur datio ob causam, & ex instrumeto apparet, quod partes agebant contractum lucratiuum, dum semper vruntur verbo donationis, vt in hoc casu per multa consuluit Cor. consil. xlv. in 4. quae opus non est nunc repetere, & quod not. in l. Aristo. ff. de donat. Praeterea dato etiam, quod remissio esset facta ex causa onerosa, adhuc idem esset per not. per Cy. & Alber. in d. l. si. qui loquuntur in tali casu. Tertio non obstat. l. C. de do. que sub. mo. vbi videtur casus, quod donatarius, qui ex forma conventionis non praestitit alimenta, cadit à iure donationis, & tenetur actione personali, & etiam reali, & dicit Cor. in d. consil. xlv. quod onus probandi incumbit ipsi donatario, quod praestiterit alimenta ex quo non habetur ius in donatione, nisi adimpleto modo, ergo ipse debet probare se adimpletisse, per gl. & doct. in l. j. C. de iure emph. & Bart. & alios in l. in illa. ff. de verb. oblig. Sed ad hoc respondetur, quod tex. in d. l. j. intelligitur, quando donatarius fuit in mora praestandi alimenta, quae mora ad hoc vt incurrat, requiritur interpellatio. d. l. ita stipulatus. iste autem Roletus nunquam fuit interpellatus, & facit, quia & in contrahibus etiam nominatis, qui sunt sub modo, non tamen committitur mora ante interpellationem, etiam quod aliqui ex parte sua adimpleuerit, vt probatur in l. curabit. C. de actio. empt. vbi venditori tenetur emptor ratione fructuum perceptorum, non autem ratione morae, & ita tenet Iac. Butr. & Bal. in l. j. C. in quib. cau. in integr. restitui. non est necesse. & Aret. in d. l. ita stipulatus. in j. gloss. idem etiam sentit d. Ias. in l. quod te, ff. l. cer. peta. & probatur in d. c. j. ff. licet. si de feud. fuer. controuer. supra allega. In casu autem nostro, iste donatarius nihil penitus perceperat fructuum, vt praesertim ratione teneri, moram autem non commiserat, & ideo non possumus dicere, quod incidit in aliquam poenam & secundum ista debet aluari, & intelligi, quod no. Cor. in loco praesupposito. Quarto non obstat, dum dicitur, quod ratione dicti pacti conditionalis, licet iste de Simiana sit posterior, tamen sibi prius facta est traditio, vel quasi, vnde debet praeserri isti Roletio, quamuis anteriori, arg. l. quoties. C. de rei vend. & quod not. Bal. in rub. C. de cotrahen. empt. in xvj. quaestio. Nam respondetur, quod & d. l. quoties. procedit in rebus corporalibus quarum dominium non quaeritur, nisi per traditionem. l. traditio. inibus. C. de pact. vnde ille, cui prius traditum fuit, tanquam ius potentius in re praesertur, vt declarant omnes in d. l. quoties. Sed casus noster est diuersus, quia cum haec mulier haberet, nisi istud ius conditionale, seu spem eam donauit Roletio, & eius ratione videtur esse etiam antiquior possessor, quia in instrumento haec mulier fecit illi cessionem, quae id operatur in actionibus, quod traditio in rebus corporalibus, vt per Dyn. in reg. pro possessore. de reg. iur. in v. l. Bar. in l. si ager. in si. ff. de rei vend. vt in possess. leg. Bal. in l. j. C. per quas perso. cu simi. Vnde sequitur, quod dictus Roletus ratione eius iuris est anterior, non folium propter quasi dominium alterius, sed etiam, quia anteriori iure cessionis, quae habet effectum traditionis, & ita etiam not. Bar. & sequuntur caeteri, in l. non quocunq. ff. qui Caium. ff. de leg. j. Et ista sunt fundamenta, quae videbantur aliquo modo colorare causam aduersantium Roletio, quibus tamen apertissime fuit responsum, sed quia in sententia contra eum lata adducuntur aliae rationes friuolae & impertinentes, vt cesset omnis difficultas, ad ea quoque breuiter respondendum est. Non obstat doct. Bar. in l. qui Romae. ff. Flauius

ff. de verb. oblig. per quam videtur, quod liceret huic mulieri reuocare donationem, sicut licet ei, qui donauit Titio, pacto apposito, quod post mortem esset talis ecclesie reuocare in praesudicium ecclesiae l. 3. ff. de ser. expor. na responderetur quod & cum ecclesia non acceptauerit mortitò licet donatori reuocare, sed si acceptauisset, vt dicunt ibi omnes Mod. vel notarius pro abente stipulatus esset, vt dicit ibi Soc. & Aret. in cons. lxxiij. in 3. dub. vnde in casu nostro cum donatio facta sit Roletio praesenti, & acceptanti, fatuum est dicere, quod licita sit reuocatio per illam doctrinam. Non obstat quod in donatione non dicatur expressè, quod donator talis spes, seu ius conditionale, vnde & q. expressum non est habetur pro omisso l. veteribus. ff. de pact. nam respondeo satis esse expressum sanis hominibus, & plulquam clarissimum. si enim donantur ei iura praesentia, & futura, aliud est & ius futurum, vel bona futura, quam spes, & ius conditionale? & hoc dicit tex. in d. l. spem. C. de donatio. ibi, spem futurae actionis, factio enim ius est. in l. de actio. in prin. & compie. hendirur appellatione bonorum. l. bonorum appell. ff. de verb. signif. Non obstat, quod debuit ipse Roletus interpellare donatricem, vt acciperet alimenta, non autem ipse interpellari, cum ea promissio respiceret ipsum, non autem mulierem, praesertim cum esset pura, non in die vel conditionalis, respondeo istam rationem non esse dignam, quae debeat referri, clarum enim est quod ratione alimentorum mulier erat creditrix, ergo ad eam spectabat interpellare debitorem, dato quod obligatio etiam esset pura, vt est casus in d. l. ita stipulatus. Non obstat quod Roletus tenebatur ad alimenta sub religione iuramenti ergo non potuit moram purgare, vt habetur in c. potuit de locato. responderetur quid facit ad propositum purgatio morae? purgatur enim mora commissa. ar. Roletus nunquam fuit in mora, ex quo nunquam interpellatus. Non obstat, quod ex quo Roletus non dedit alimenta, potuit donatio reuocari, quamuis iurata. c. 3. de iureiur. & quod habetur in l. cum proponas. C. de pact. respondeo satis seruasse, nec fuisse in mora, vt supra pluries dictum est, & dato, quod fuisset, ad huc erat ei succurrendum propter probabilem ignorantiam, & rusticitatem, vt dixit Alex. in praesupposito. consil. xcij. in j. volum. limitando isto modo reg. l. si quis maior. C. de transact. Non obstat quod non interuenerit aliqua traditio, vnde videtur donatio fuisse inefficax. d. leg. quoties. quia supra respondi, cum enim donatum sit ius futurum, non potest quaeri de traditione, sed de cessione per quam transferuntur iura, quae interuenit in casu nostro, vt dixi. Non obstat quod & donatio non fuerit insinuata, quia propter iuramentum communis est opinio, quod insinuatio non sit necessaria, vt per Ale. in l. nemo potest in ij. q. Bar. ff. de leg. j. vbi quam plurima consilia doct. in hac sententia. Itè eum praesumatur pro validitate actus, debuerunt illi, qui dicunt esse nullum ex defectu insinuationis probare, quod esset talis donatio quae excederet summam quingentorum aureorum, istud est sit damentum intentionis illorum, & ideo & onus probandi illis incumbit, vt dicit lex, verius ff. de pba. glo. in cle. si in verb. creatu. de rescript. & habet in l. in illa. ff. de verbo. obli. No obstat, quod si sit seruata forma statuti puincialis in hac donatione, quia iuramentum tollit contrarium, cum tale statutum principaliter sit factum fauore priuato. & actus factus contra eum valet, si iuramentum accesserit. c. cu contingat. extra, de iureiur. c. quauis. de pact. in v. l. auth. sacramenta pueru. C. si aduer. ved. & q. habetur per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Itè talis donatio fuit celebrata extra puincia, vbi non debuit seruari illud statutum, dans formam contractibus ineundis, sed satis fuit seruare consuetudinem loci, in quibus partes fecerunt contractum. l. si fundus. ff. de euit. Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. trimi. & fide catho. per Imol. in rub. de consuetud. cu similib. Non obstat, quod appensata forma agendi, dicit iudex se ita pronuntiare. na non video, quare recte cogitauerit, agit. n. Roletus contra istum donarium, seu heredes, vt bona sibi detur, vel reddatur, quae verba important actionem personalem, qua quis compell

compellitur ad dandum : id est transferendum dominium. leg. si fundum de verbor. obligat. competit enim sibi talis actio iure cessionis sibi factæ, per diem Richardam, cuius primus donatarius tenebatur vigore primi pacti. Et hoc maxime, cum in libello sit clausula, ius & iustitiam ministrari, per quam sustinetur libellus etiam ineptus, & videtur in iudicium de ductum omne ius, per quod actor possit obtinere, vt notat in cap. ij. de ordin. cogn. & habetur in locis vulgaribus. Et profecto non possum satis mirari, quomodo in causa tam aperta fuerit, tam male habitus iste pauper rusticus, quem intellego propter hanc litem excidisse de vniuersis facultatibus, vnde partes domini iudicis sunt refrænare tantam iniquitatem, & in vniuersis expensis, & inereffe con demnare istos reos contentos.

CONSIL. XIII. SVMME.

- 1 Per seruum priuatum acquiritur dominium absenti, & igno- ranti domino.
- 2 Notarius est seruus publicus.
- 3 Valer argumentum de seruo priuato ad seruum publicum.
- 4 Quando in contractu est stipulatum aliquid tertio per notari- um, non est licita penitentia, quia illi statim est ius questum, aliis licite penitere.
- 5 Notarius est tanquam pica.
- 6 Si dono alicui sub conditione, que conditio eueniat eo defuncto ante acceptationem, acquiritur heredi.
- 7 Non differt contractus purus à conditionali si euenit con- ditio.
- 8 Ius acceptandi transit in heredes.
- 9 Factum nomine defuncti, potest ratum haberi per heredem, si sit natura sui transitorium ad heredes.
- 10 Donatio in qua interuenit iuramentum, debet tenere es- tiam sine acceptatione, tanquam promissio sit facta Deo.
- 11 Per notarium non queritur ipso iure pupillo, qui habetur pro absente.
- 12 Absentibus non queritur per liberum hominem, nisi eis vo- lentibus.
- 13 In muson speciale est, vt alteri per alterum etiam ignorantem queratur.
- 14 Sensuum Principis non queritur absenti, & igno- ranti.
- 15 Princeps est publica persona.
- 16 Presbyter licet sit persona publica, & possit stipulari pro Episcopo, requiritur tamen ratihabitio Epi- scopi.
- 17 Differentia inter acquisitionem serui, & notarij.
- 18 Nuncius est tanquam pica seu organum.
- 19 Mortua donataria ante acceptationem, annullatur contraz- ctus donationis, quia presumpta voluntas donatoris est vt donet ipsi donatarie principaliter, non autem eius hereditibus.
- 20 Contractus prout sunt in fieri, sunt facti.
- 21 Contractus ante acceptationem ex quo non est perfe- ctus, nisi accedente consensu vtriusque, dicitur esse in fieri.
- 22 Que in bonis defuncti non fuerunt ad heredes, non trans- eunt.
- 23 Conditiones potestatiue respectu implementi ad heredes, non transeunt.
- 24 Notarius si pro infante recipit constitutionem precarij, acquirit illi dominium, tanquam procurator illi à lege datus.
- 25 Quando donatio fit absenti, & sequitur acceptatio, tunc ac- ceptatio retrotrahitur, & videtur vsque à principio acquis- itum ius ignorantem.

Reposito in casu, in quo queritur, nunquid donatio facta per mulierem nuptam sorori, & stipulata per notarium nomine absentis, cum clausula, constituti, & precarij, valeat, dato, quod non constet istam donatariam vnquam ratificasse? Videretur prima facie dicendum, quod sic. Primum per text. in lege, qui absenti. ff. de donat. vbi per

† seruum priuatum acquiritur dominium absenti, & ignorantem domino, ergo idem in notario qui est seruus publicus. & valer argumentum de vno ad alium. leg. ij. ff. rem. pupill. saluam for. per Barto. in l. j. §. huius stu. dij. versic. vlti. inducit Gul. ff. de iust. & iur. & in l. non aliter. ff. de adopt. Secundo facit, quod not. docto. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbor. obliga. vbi ¶ quando in contractu est stipulatum aliquid tertio per notarium, non est licita penitentia, ergo sequitur, quod illi sit statim ius questum, aliis liceret penitere. leg. si pater filio. in ff. de manum. vindicta. Tertio facit, quia ¶ notarius est tanquam pica, vt dicit Bald. in leg. j. in fin. ibi, quia tabellio, &c. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris & in l. nec enim. de adoptio. & talis acquisitio fit per legem, vt per gloss. Bald. Angel. Alexandr. in dist. leg. j. vnde queritur etiam ignorantem. l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cert. petat. & quod notat Bald. in l. j. versic. item nota, quod gloss. C. per quas perso. Quarto facit etiam. Quia ¶ si donem alicui sub conditione, quæ conditio eueniat, eo defuncto ante acceptationem acquiritur heredi, dicit Rapha. Comen. in l. ij. §. si pecuniam. ff. de do. na. ergo idem in pura, quia ¶ non refert, contractus sit purus, vel conditionalis & eueniat conditio, vt per Mod. in l. ff. de vulg. & pupil. Quinto, in casu nostro videtur fortius dicendum, quod dato, quod ipsa donataria non acceptauerit, possint eius heredes etiam de nouo acceptare, ex quo donatio est facta ipsi, & eius hereditibus, vt per Imo. & Aret. in l. continuus. §. si. ff. de verbor. obli. vbi tenent talem obligationem non dici hæreditariam, ex quo non incipit à testatore, sed à persona ipsorum hæredum. Sexto, videtur quod illud ius ¶ acceptandi transeat in heredes per doctrinam Bart. in l. bonorum. ff. rem rat. habe. vbi ¶ factum nomine defuncti potest ratum haberi per heredem, si sit natura sui transitorium ad heredes. l. si sine. §. si procuratori. ff. eo. tit. & facit quod not. Si gnorol. de Homod. cõf. 88. & facit tex. in l. quoties. C. de donat. quæ sub. mo. vbi si donauerim tibi centum & post mortem tuam ea centum donæ Seio, mortuo Seio ante acceptationem, possunt heredes ipsi acceptare. & ista pars videtur tenuisse Bal. in l. si quis emancipat. C. de dona. tio. Guid. Pap. qu. xlix. incip. in p. cessu. q. 222. incip. in donatione. vbi dicit, ita fuisse iudicatum in consil. Delphinal. & alleg. Bar. in l. tam. is. in §. filius. in ij. q. ff. de dona. causa. mor. & in l. si pupillus. ff. rem. pupill. salu. for. & idem consulendo sequitur est Soci. consil. cxxv. in 3. & consil. xc. versic. secundo respondetur eod. volu. Septimo, quia in ista donatione interuenit iuramentum, vnde debet tenere et sine acceptatione, tanquam promissio sit facta Deo, per glo. in c. quoties cordis oculus. j. q. 3. & quod not. Card. in de. j. §. si. in 4. q. j. opposi. de iure iur. Sed his non obstantibus, contrarium arbitror de iure verius, quia parte primo facit tex. in l. 4. §. re. pup. salu. for. vbi p notarium non queritur ipso iure ¶ pupillo, qui habetur pro absente. Secundo facit ea que ciuilitur, ff. de acquir. rer. domi. ¶ vbi absentibus non queritur per liberum hominem, nisi eis volentibus, quæ verba conditionalia sūt, & im portant, quod prius declararet voluntas per absentem, vt ibi declarat Signorol. de Homod. in repet. & est tex. in l. omnibus rebus. ff. de actio. & obli. & istud procedit etiam in notario, ex quo notarius in acquirendo non differt ab aliis liberis hominibus, nisi in vno, videlicet, quod trāsferitur vtilis sine cessione in eum, cui stipulatus est, vt declarant Bar. & alij in d. l. 2. & Bal. in l. j. §. exigere. ff. de magistr. conuen. cū sumi. Tertio facit quia speciale est in mutuo, vt alteri p alterum et ignoranti quatur d. §. si nummos. ergo in cōtrariū est ius cōmune. Quarto facit, q. not. Bal. in l. j. ff. de don. & per doct. in l. si ego. ff. si cer. pet. vbi ad hoc, quod donatio teneat, ita est per necessaria sciētia donatarij, vt si donatarij erret in causa. puta, quia credat aliā causā esse, q̄ donationis, quā uis illi met tradatur, si valet donatio, quia deficit in cōsēsu, vt ibi p eū. Quinto facit, q̄ est beneficiū principis. ¶ quiritur absenti & ignorantem, & tamen ¶ princeps est publica persona

sona, vt per Aret. in l. si absenti. ff. de acquir. poss. & Curr. consil. 4. in fi. & consil. xv. serio. §. Sexto facit l. nec vtile. ff. ex quib. cau. maio. & not. in d. l. si ego. & Petr. de Ancha. in c. si tibi absenti. in ij. notab. de præben. lib. vj. Septimo, pro ista parte dico esse communem opinio. quā tenet Andr. de Pisis. Guil. de Cun. & multi alij, prout refert. & sequitur Albe. de Rosa. in l. non aliter enim. ff. de adopt. vbi dicit, quod ex quo in contractibus requiritur consensus, notarius non potest acquirere absenti, & cōsensus supplebitur per ratihabitionem, facit l. si ego. ff. de nego. gest. & Bal. in consil. cc. verba. in versic. vel melius dicendum. in ij. vol. idem tenet Angel. in consil. xvij. Quod dicta actio, vbi vult, quod per notarium nō acquiratur vtilis absenti, nisi ita demum, si absens ratificet. & est de mente Oldr. consil. xxx. factum tale est, quædam, &c. & etiam Hostien. in c. dudum. de conuer. coniu. vbi licet, ¶ presbyter sit persona publica, & possit stipulari pro episcopo, requiritur tamen ratihabitio episcopi. idem voluit Ioan. Andr. in addi. Specul. in tit. de cess. am. §. j. cum sequen. incip. Petrus de Ceruitis. in fin. vbi proprie figurat quætionem in notario stipulante pro absente, & in fi. dicit, non acquiri dominium ante ratificationem. Pau. de Cast. in l. huiusmodi. in fi. prin. ff. de lega. j. in lect. quam fecit Auenione. & melius in terminis nostræ quætionis, per eundem Pau. de Cast. in consil. cxcv. visis his, quæ narratur in ij. volum. secundum nouam impressionem, vbi concludit, talem donationem non valere, nec ratificari per heredes, quia res amplius non est integra, vt infra dicam, eandem sententiam loquitur Soc. vbi refert quosdam Mod. etiam in fortiori casu cōsultuise in l. j. §. si iusserim. ff. de acquir. poss. Idem etiam tenet Cor. in consil. le. videtur in hac cōsultatione. in vol. ij. vbi expresse intelligit q. notarius acquirat altari, ita demum sequatur ratihabitione. & idem tenet Iacobinus de S. Georgio. in d. §. si nummos in fi. & Christophorus Nicollus in l. quod meo. super glo. j. in versic. item scientia, & voluntas. ff. de acquir. possess. & Dec. consil. cxxvj. magister Ioan. de Alberico, & in l. contractus. ff. de reg. iur. vbi allegat Bal. in l. nec ei. §. satisfatio. circa fi. in versic. sexto quæro. ff. de adoptio. & in hoc non est differentia inter actiones personales, & ius dominij, seu possessionis, quantum sit ad acquisitionem faciendam per notarium, domino ignorante, quia eadem ratio militat inter istos casus, ex quo lex habet notarium pro libera persona, qui non acquirit directas domino, prout est cōmunis opinio per Alex. & Mod. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verbo. oblig. & infra dixi. Et hanc partem tenendo, non obstant allegata in contrarium. Et primo non obstat, quod notarius æquiparetur seruo. Quia ista æquiparatio procedit quantum ad hoc, quod quilibet potest acquirere illi, cui stipulatur, sed non eodem modo, vt dicit Ioan. de Platea in l. generali. C. de decu. lib. x. quod patet ex quo seruus acquirit domino iura directa. ¶ Notarius vero vtilia tantum. Item seruus acquirit domino, quia est in eius potestate. Notarius autem acquirat, quia sua interest, ratione publici officij, vt per Pau. de Cast. in d. l. ij. & per Ioan. Fabr. in §. si quis alij. in institut. de inut. stip. Itē est ratio differentie inter vtrumq. in casu nostro. Nam ratio, cur seruus acquirat domino ignoranti est, quia ipse nihil propriū habere potest, nec in eius persona aliquid ius potest residere, vnde in continentem transit in dominū quamuis ignorantem, prout dicit gl. in l. j. in fi. & ibi Salic. & alij. C. per quas perso. nobi. acqu. quæ ratio cessat in notario, in cuius persona resident directæ actiones, vt supra dixi. Ad secundum respondetur, quod docto. in d. §. Flauius. loquuntur in casu, quo post penitentia donantis sequi potest ratificatio donatarij, nā talis ratificatio retrotrahitur, vt dicit Ang. in l. si ego. ff. de nego. gest. & habetur perinde ac si à principio fuisset illi acquisitū, vnde non licuit donanti penitere. Ad tertium respondetur, quod Bal. in d. l. j. & in aliis locis semper præsupponit, se- quitur ratificationem, & quamuis notarius sit tanquā pica tamen non acquirat, nisi scienti, prout dicimus ¶ in

nuntio, qui est tanquam pica, seu organum, vt dicit Bal. in l. multum interest. C. si quis alte. vel sib. & tamen nō querit, nisi scienti d. l. absente. & ibi per Rapha. Comen. & tex. in d. §. si nummos. ponit casum specialem, vt dicunt ibi doct. & Pau. de Cast. in d. consil. cxcv. Ad quartū respondetur, quod quamuis notarius stipulatus sit donatarie, & eius hereditibus, tamen est vna donatio, & heredes non admittuntur, nisi prius acquisitum sit ius per donatariam. l. eum qui ita. §. te & Titium. ff. de verb. oblig. per Bar. in l. stipulatio ista, habere licere. §. si quis ita in fi. & ibi doct. eod. tit. Ad quintum & vltimum respon- detur, quod imò tale ius acceptandi non trāsit in hæredes. l. si res ff. de iur. dot. & quia res amplius non est integra, ex quo mortua est donataria. l. bonorum. ff. rem ratam hab. & ita præcisè respondet Pau. de Cast. in d. consil. cxcj. vnde, ¶ mortua donataria, annullatur contractus donationis, quia præsumpta voluntas donantis est, vt dicit ipsi donatarie principaliter, vt per Bal. in l. j. quib. ad libr. proclam. non autem eius hereditibus, nisi quare- nus prius fuisset acceptata donatio à principali, & quod non transeat ad heredes, facit, quia ¶ contractus prout sunt in fieri, sunt facti leg. consil. ff. de cur. fur. Alex. post alios in l. j. in prin. ff. de verbor. obligat. vnde cum ¶ contractus ante acceptationem sit adhuc in fieri, ex quo nō est perfectus nisi accedente consensu vtriusque, l. consensu. ff. de actio. & obli. sequitur, q. sit facti, & consequenter non trāsit ad heredes. l. cum hæredis. ff. de acquir. poss. l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. & per Cyn. in l. vni- ca. in ij. q. C. de his, qui ante apert. tab. Bal. Salic. Alex. l. emancipata. C. qui admitt. Item facit, quia ¶ quæ in bonis defuncti non fuerunt ad heredes non transeunt. per Ias. in l. emancipata. C. qui admitt. vt per Bar. in l. à testatore. in fi. ff. de condi. & dem. sed ante acceptationem nihil dicitur in bonis defuncti fuisse. & tex. in d. l. si sine. §. procuratori. & Bar. in d. l. bonorum. loquuntur in locato, quod acquiritur ipso iure. Et hoc modo non obstat, quod not. Dyn. in c. ratum. in penul. quæstio. de reg. iur. lib. vj. & Bart. in d. l. bonorum. Quia iste actus non solet transire ad heredem, nisi fuerit acceptatus à principali, & facit, quia ¶ conditiones potestatiue respectu implementi ad heredes non trāsunt, vt dicit Bar. in l. si decem cū petie- ro, in fi. ff. de verbo. obligat. omnino vide Idē est in casu nostro, quia in est facta conditio donatarie, si acceptauerit, quæ est potestatiua, ex quo donatio, nisi acceptata nihil valet, vt etiam dicit Cicero in Topicis ad Trebatium, in loco à notatione verbi, in hæc verba. Quo in genere etiam Mancini causa defendi potest postliminio reddisse deditam non esse quantum non sit receptus. Nec etiam obstat leg. quoties. C. de dona. quæ sub mod. Quia ibi ex dispositione legis ius iam erat questum donatarie, vnde transmittitur in heredem, nam donatrix ibi erat creditrix in diem, & sic erat orta actio, licet obstat exceptio, vt ibi per glo. & doct. Nec obstat auctoritates in contrarium allegatæ. Primum quod not. Bal. in d. l. si quis emancipatum. Quia loquitur in infante, qui non potest sibi acquirere, vnde si ¶ notarius pro eo recipiat constitu- tionem precarij, acquirat illi dominium, tanquam pro- curator illi à leg. datus leg. j. §. per procuratorē possessio. §. si ff. de acquir. possess. sed secus est in maiore, qui ex- pressè potest acceptare, facit in argum. l. ij. ff. de institut. actio. Non obstat q. not. Guid. Pap. in d. q. xlix. quia illud est verum in casu suo, videlicet, stante consuetudine, q. per notarium queratur ius absenti & ignorantem, prout ipse dicit. Nec obstat, quod not. Bar. in d. §. filius. quia si vi- deatur, non attingit istam quætionem. Nec etiam Fulgo. in allegato consil. cxxij. Nec etiam obstat auctoritas Soc. in dictis consiliis. Quia debet intelligi, ¶ quando donatio fit absenti, & sequitur acceptatio, nam tunc retrotrahi- tur, & videtur vsq. à principio acquisitū ius ignorantem, & quod ipse ita intellexerit, probatur ex lege, quam ipse alleg. in dict. consilio cxxv. & consilium cclxij. vbi lo- quitur in possessione.

CONSIL. XV. SVMMÆ.

- 1 In dubio non est recedendum à verbis.
- 2 C. i. de eo qui sibi, & hered. suis sensus.
- 3 In feudis non solum feminae, sed omnis earum linea exclusi- ditur.
- 4 Dictionis etiam natura est ampliari.
- 5 In emphyteosi accepta nomine filiorum, descendenti- bus masculis, non veniunt masculi descendentes ex feminis.
- 6 L. si viua. C. de bon. mater. sensus.
- 7 L. fin. C. de insti. & subst. sensus.
- 8 Ex iis, quæ ex post facto contigerunt declaramus, qui retro sensu- serit testator.
- 9 Ius quaesitum ex donatione, non potest per testatorem tolli.
- 10 Clausula, quibus dedit, virtus.

M Erba donationis, de qua agitur sunt, Comes Laurentius STROZZA donat Tito fratri acceptanti pro se, iuq; filii masculi legitimis, & naturalibus & descendenti- bus, & etiam descendenti- bus masculis vsq; in infinitum, &c. Qui suprascriptus Titus reliquit filium Guidonem, qui decessit absque filiis masculis, sed reliquit nepotes masculos ex filiabus. Quæritur an tales nepotes comprehendantur in donatione, adeo quod ius in eos transierit, secundum l. quod ius, C. de donat. quæ sub mod. Et putauerim quod sic. Moueor, quia in dubio non est recedendum à verbis, isti enim sunt descendentes, & masculi, & sic verificantur verba secundum Corn. consil. ccxlvj. in ij. litera G. Fulgo. consilio lxxxvj. per text. in §. j. in authen. de hered. ab intesta. Bald. consil. ccxviii. i. Castr. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de libe. & posth. Rub. consil. xxij. Specu. de locato §. nunc alia qua. c. xlvj. Et propter extraneas phantasias doctorum non est facile recedendum à vi verborum, ut dicit Bald. in l. precibus. C. de impub. facit l. non aliter, de leg. iij. l. ille aut ille. §. cum in verbis. eo. tit. Et pro hac opinione est text. in §. c. j. de eo qui sibi, & suis hered. in vrb. feud. qui tax. pbatur à fortiori, ut in materia feudali illa verba de descendenti- bus masculis intelligantur de nepotibus ex filia, cū tñ in feudis nō solum feminae, sed ois earū linea excludatur. c. j. hoc autē. qui feud. dar. pol. & tñ propter vim illorum verborū, etiā in materia feudali tales nepotes admittuntur, suadeturque hoc ex ratione in textu posita, ibi, non enim patet locus feminae, donec masculus superster, & sic probatur ibi, quod talis masculus comprehenditur in illis verbis, descendenti- bus masculis, & c. & solutio Aretini, & Ias. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de libe. & posth. est contra verba ipsius text. Confirmatur hæc opinio per doctrinam Bal. auth. cessante. C. de legirim. hered. vbi distinguit, an masculus vocetur ex persona matris, & tunc non admittatur, an verò veniat ex persona propria, & tunc secus, quia tunc non consideratur persona, à qua descendit. allegat Iacob. de Aret. & Cyn. ut ibi per eum. & cum hac opinione transit Alber. de Rosa. Fulg. & Corn. in authen. post fratres. eod. tit. licet aliquantulum dubitet. refert & sequitur Socin. in d. §. nunc de lege. vers. iij. vbi pro hoc dicto, allegat Bartol. in l. qui superstitis. versic. quæro secundum prædicta. de acquir. hered. & videtur hoc esse communiter approbatum, quicquid dixerit ibi Aret. clarum est autem in casu nostro suprascriptis verbis vocari masculos, ex persona sua, non tanquam hæredes, nec ex persona matris. Ad idem faciunt verba ipsius donationis, si quis ea rectè consideret in eatione verborū, Pro se & filii, & descendenti- bus masculis, Illa enim clausula. Et etiam, &c. esset superflua, & nullius effectus, nisi diceremus includi istos, quamuis ex feminis natos. arg. si quando. ff. de lega. j. cum ibi not. Et quia cum primum stipulatus fuisset pro descendenti- bus, quo casu non intelligerentur, secundum istos docto. nisi descendentes ex masculis subicit ampliando, & etiam descendenti- bus masculis in infinitum, ut dictio, etiam, secundum suam naturam stet ampliatiue. oportet dicere, quod hac clausula comprehendantur descendentes masculi, etiā

A ex feminis, ut implicet casū magis dubitabile. glo. clem. ij. verb. ecclesie de hæret. Alexand. consilio xxij. in v. doct. l. qui se patris. vbi Dec. j. not. C. vnde lib. Pro eadem sententia, etiam facit talis ratio, nam si simpliciter dictum esset pro se, & descendenti- bus procul dubio comprehenderentur feminae, & earum descendentes cuiuscunque sexus l. j. C. de condi. infer. vbi Paul. de Cast. Bald. l. ij. de iure emph. Paul. & Alexand. in l. quia tale. sol. mat. Imo. consil. lxxij. Socin. xxxj. in j. l. in iij. Cor. l. j. in iij. cxxxij. in iij. Sed in casu nostro dictio, masculis, solum aduerfatur feminis, ergo debet stare firma dispositio respectu nepotum masculorum, prout etiam sentit Paul. de Cast. in d. l. j. C. de condi. inter. Socin. d. §. nunc de lege. Non obstat, quod in emphyteosi accepta nomine filiorum, & descendenti- bus masculorū non veniant masculi descendentes ex feminis, ut est communis sententia per Alexand. consilio xxxvij. in vj. volu. doctores in dict. §. nunc de lege. Alexa. Ias. cæteros, in leg. sed si hac, §. liberos. de in ius vocan. cum aliis concord. Respondeo, præfati doctores non loquuntur in casu nostro id est, in casu donationis, quæ fauorabiliter accipitur dict. leg. quoties ca. cum dilecti. de donat. gloss. & docto. leg. penu. de constitut. prin. Dec. consilio xxxij. & cxxxij. nec loquuntur in casu, in quo masculi veniunt ex persona sua, sed in emphyteosi, quæ ex persona antecessoris, per mortis causa capionem accipitur, ut declarat Bartol. in leg. si mihi, & Titio, in fin. de verbo oblig. Præterea respondeo, quod dicta per suprascriptos doctores innuntur variis rationibus, quæ ad casum nostrum non pertinent, excepta tamen ratione. l. si viua. Cod. de bon. matern. in fin. vnde debet limitari in casu nostro per ea, quæ mox dicemus rñ- dendo ad dictā legē. Non obstat d. lex si viua. §. vbi exclu- sa radice excluduntur omnes rami, vnde exclusā filia etiā eius filij, quamuis masculi videtur excludendi, ut dicit Paul. de Castr. in l. maritus. C. de procura. & tradunt omnes ind. §. nunc de lege, nam respondeo, quod regula illa procedit, quando durat causa, per quam radix excluditur, puta in casu nostro, si adesset alij masculi. Præterea difficultas tollitur ex geminatione verborum per fundamentum, de quo supra. Non obstat, quod in donatione fit mentio de masculis contemplatione agnationis, ut in pacto, quod bonatransiant in fratres donantis, & masculos ex eis descendentes, nam respondeo, quod si ipsi extarent, posset procedere argu. sed cum non extant, nihil impedit, quin isti nepotes ex feminis admittantur per text. expressum in dict. c. j. & rationes supra allegatas. Præterea, stat simul quod istam agnationem considerauerit donator, respectu aliorum fratrum, & non respectu descendenti- bus Titij, quem diligebat, ut apparet ex tenore donationis, ut in simili dicunt doct. de qualitate masculina, quam considerat testator excludendo proprias filias, & non tamen ad exclusionem neptris ex filio, de quo per Io. de An. consilio xxij. & per Alexand. consilio xxxvij. in vj. xvij. in fin. in vj. Ias. cxlij. in ij. Curt. Inn. clxij. cum similib. Præterea etiam si fauor iste agnationis in casu nostro fuerit consideratus, tamen cessantibus agnatis, includuntur isti alij propter generalitatem verborū, sicut dicimus in l. h. C. de insti. & substi. §. vbi si mater non extat, interpretamur se- per adfuisse pupillare, substitutione fecus, si extet, & sic t ex iis, q. ex post facto contigerunt declaramus, quod retro cōuenit testator. l. pater Severinam. §. ij. de eond. & de on. Bar. l. Centurio. versic. simile habes. de vulga. & facit quod no. Imo. l. Gallus. §. instituens. ad l. Lucius. de hered. insti. quado dispositio confertur in futurum euentum, & c. ad idem Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. vbi Alexan. vbi etiam naturales, quando in futurum euentum, ad idem Bal. in leg. ex testamento. q. vj. q. vij. C. testa. milit. & in l. Lucius. de vulg. vbi Rip. num. xxxix. consuluit Ruy. primò per doctrinam Socin. in §. quidam rectè. versic. ij. secundò Bald. leg. fratres. q. vlt. C. de inoffi. testa. tertio Imo d. §. si quis rogatus. quartò Bal.

Bald. dict. l. in testamento. quæst. vij. addo ego quod notat Bar. in leg. si filio fam. ij. in fin. ff. de dona. cau. mor. Non obstat, quod d. Guido aliter disposuerit condito testamento instituta in ijs bonis vna duntaxat filia, quæ est nupta in familia Strozorum, quia respondeo, quod cum ex donatione vocetur isti nepotes masculi ex filiabus, non potest testator aliquid ordinare in præiudicium iuris acquisiti istis donatoriis dict. leg. quoties. Cod. de donatio. quæ sub mod. facit regula quæ ponitur in c. primo. de success. seu. ibi, nulla ordinatione, & quia ius quaesitum ex donatione istis masculis, nō potest per testatorem tolli. id quod nostrum. de reg. iur. l. j. §. videamus. C. de rei vxor. actio. Bart. l. ut iurifurandi. §. si liberi. de oper. lib. Alex. consil. c. j. in v. Cor. cx. in iij. cxxxvij. in v. Dec. cccclxxxix. & in donatione per Deci. consil. cccccvij. in ij. dub. Præterea, inuestitura emphyteusis est facta Laurentio pro se, & suis hæredibus, & successoribus, nec non illis quibus ipse seu successores dederit, & hæredibus, & successoribus eorum, vnde per donationem factam Tito verificata est clausula, & quibus dederit, & c. de qua c. j. de feud. non hab. propr. nat. igitur donatio transit secundum vim illorum verborum, & hæredibus, & successoribus, & c. per quæ verba non habent hæredes Titij, facultatem libere disponendi, vnde non possit in extraneos dissonere, sed relinquere tenetur, prout ab intestato ei succedi potest, secundum Dec. in cōf. clxxxj. Quintò, responderetur, & versicu. præterea, & secundò sequitur Rip. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebelli. de quo dicendum, ut per eos, & Ias. l. ij. ad fin. Cod. de iure emphyt. Alex. d. consil. xxvij. & cxlij. in v. & certè periculosa est ista sententia, vnde prima responsio est tutior. Et hæc omnia saluo sepe d. saniore iudicio.

CONSIL. XVI. SVMMÆ.

- 1 Eueniente conditione resolutoria, contractus ipse nullus efficitur.
- 2 Cautio videtur esse pars pretij.
- 3 Verba in contractu accipiuntur, prout sonant, & conditio vel modus non subaudiuntur.
- 4 Verba simpliciter accipi debent, nō autem secundum quid.
- 5 In contractibus bonæ fidei attendimus id, quod verisimiliter est actum.
- 6 Ex qualitate persone verba impropriantur.
- 7 In dubio contra venditorem pronuntiamus.
- 8 Expressum facit cessare tacitum.
- 9 Casus omisus remanet in dispositione iuris.
- 10 Verbum, licentia simpliciter prolata, intelligitur de pura & simplici, non autem de qualificata.
- 11 In contractibus bonæ fidei, mens præsumpta partium, habetur pro expressa.
- 12 Casus omisus, si cum virtute expressi intelligi potest, habetur pro expresso.

Hirographo Petri de Valentia venditoris viso, & eius verbis concernentibus venditionem bladij, quatenus dicitur, quod casu, quo non posset haberi licentia extrahendi dictum bladum ab Arelate, & eius territorio, curante id Petro de Ponte, & exponente vsque ad decem aureos pro extractione, & casu quo non posset obtineri contractus sit nullus, & c. Item visis his, quæ in facto proponuntur, breuiter dico contractum esse nullum, tanquam eueniret conditio ipsius contractus resolutoria. l. obligationum ferè. §. conditio. ff. de actio. & obligat. l. ij. §. de in die adiect. & quæ not. Albe. de Ros. in epist. inter claras. §. fin. C. de sum. trimi. & fide catho. Moueor primò, quia ad hoc, ut contractus non resolveretur, actum erat, ut non expenderentur ultra decem aurei, pro ipsorum emptorem. Sed in casu nostro requisita fuit cautio, quæ videtur esse pars pretij. l. fundi partem. ff. de contrahen. empr. leg. si venditor. §. fin. de ser. ex port. ibi quantum hos ipso minoris, & leg. penul. ff. de hæred. vel act. vendit. Si igitur per requisitionem vnus aurei, ultra decem resolveretur contractus multò magis per requisitionem istius cautionis, quam præstare erat impossibile ipsi emptori, & cuius etiam intererat ultra centum aureos non obligari tali oneri, & ista est ratio, quæ principaliter me mouet, Secundò

A moueor, quia verba pacti dicunt contractum resoluti, quando non posset haberi licentia, quod verbū propriè loquendo intelligitur de pura, non autè de habente conditionem, vel modum annexum. leg. prima. in prin. ff. de dona. ibi, & hæc propriè facit, quia verba in contractu accipiuntur prout sonant, & conditio, vel modus non subaudiuntur leg. si ita stipulatus. §. Chryfogonus. ff. de verbor. obligat. & ibi per Iaso. post alios, facit etiam quia verba simpliciter accipi debent, non autem secundum quid. l. Lucius. §. quaesitum. de lega. iij. ista autem esset licentia qualificata, mediante cautione, & c. Tertio moueor, quia iste contractus est bonæ fidei, in quo maxime attendimus, id quod verisimiliter est actum, quæ verisimilitudo maxime attenditur, & ex qualitate persone, propter quam etiam verba impropriantur. l. si vno ff. loca. leg. plenum. §. equitij. ff. de usu & habit. Sed iste emptor est mercator Genuensis, qui hoc triticum ad alium finem non emebat, nisi vt alio & forte extra prouinciam transportaret, quod ipsi venditori verisimiliter notissimum erat leg. qui cum alio. ff. de regul. iur. vnde quando actum fuit de licentia impetrandi, non possumus dicere, quod intellectum sit de tali licentia ad quam obtinendam necessarium esset cauere, de nō adducendo extra prouinciā, quia isto modo circumuentus esset emptor, nec ad tale contractum descendit. arg. l. cum te. C. de pact. inter empt. & vendit. & quod not. Soc. in consil. xxvj. in iij. per tetum. & tanto magis hæc interpretatio est accipienda, quia in dubio contra venditorem pronuntiamus. l. veteribus. ff. de pact. Nec obstant quædam, quæ in cōtrarium adduci possent. Et primò, quod illa verba Casu quo non posset haberi licentia, abnegant omnem potentiam, iuxta nota. per glo. in c. primo. de regul. iur. in vi. & Ias. in leg. Gallus. in prin. de liber. & post hu. respondeo in pacto expressum est, de qua licentia id est, de pura, non autem qualificata, item de ea per quam emptor non damnificaretur, ultra decem aureos, vnde illa generalitas negatiuè restringitur ad id, de quo actum est argum. l. pen. ff. de pact. & c. quantò, de præsumpt. & t. expressum facit cessare tacitū leg. cum §. ex filia. §. j. de vulg. & pupill. Non obstat, quod in ista casu videatur omisus, & idè remaneat in dispositione iuris l. si cum dotem. ff. sol. matr. respondeo, non est omisus per supradicta, quia verbum licentia propriè intelligitur de simplici, non autem de qualificata, & quia illa qualitas aggrauet pretiū, & tamè actum fuit ne extenderetur ultra decem aureos. Item respondeo, quod hic est præsumpta mens partium, quæ in contractibus bonæ fidei habetur pro expressa. glo. in verbo, exceptione. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Sed in dict. leg. si cum dotem. in princ. casus omisus habebat diuersam rationem, ut declarauit post Mod. in leg. Gallus. §. & quid sit tantum. de libe. & posth. Non obstat, quod imò etiam si sit maior ratio, non extenditur ad pactum diuersum l. si vina. ff. de pericul. & commo. rei venditæ. & quod in simili nota. Ancha. consilio clj. in quaestio, respondeo hic non tractatur de extensione, quia ex vi verborum comprehenditur hic casus, ut supra ostendi. Et etiam si hic casus esset omisus, tamen cum virtute expressi intelligi possit, habetur pro expresso. leg. fin. ff. manda. leg. illud. de acquir. hæred. leg. Lucius. §. Paulus. de administratione tuto. & dict. leg. si vina. nihil facit, quia ibi non fit extensio ad aliam rem, de qua actum non erat, hic est eadem res, & solum tractatur de vno casu ad alium, & Petr. de Ancha. in dict. consil. loquitur in casu valde diuerso, nempe de traditione ad euitationem, qui casus est separatus. leg. Papiñia. exuli. ff. de minori. & in quo concurrebat alia, de quibus per eum. Non obstat quod pactum loquitur de licentia extra Arelate, & territorium tantum, sed ista cautio requisita respicit extractionem extra prouinciam, vnde quoad extractionem extra Arelate, & territorium satis verificatur verba pacti, respondeo, quod imò non verificantur, quia licentia nō est libera, vt dixi, & quia agebatur, ut posset etiam extra prouinciam adduci.

CONSIL. XVII. SVMMAE.

- 1 Ex solam inuestitura, ius in re non transfertur.
- 2 Ex solam inuestitura actio utilis in rem transfertur.
- 3 Non minus quis potest habere ratam possessionis apprehensionem, quam dominij acquisitionem.
- 4 Valet argumentum de feudo ad emphyteosim ecclesiasticam.
- 5 Clausula apponi consueta pro apposta habetur.
- 6 Ecclesia nunquam moritur.
- 7 Possessionis transferendæ tempus.
- 8 Traditionibus. C. de pact. restringi.
- 9 Donatio causa mortis, legatis comparatur.
- 10 Pater est legitimus administrator, et procurator filij in bonis aduentitiis.
- 11 Quis presumitur potius possidere nomine proprio, quam alieno.
- 12 In casu claro non est recurendum ad presumptiones.
- 13 Qui probat fructuum perceptionem censetur probasse possessionem.
- 14 Pluribus actuum non presumitur.
- 15 Quod potest vnum ex se, nunquam diuersum existimandum est.
- 16 Ad designandam rem sufficit quod duæ, vel tres demonstrationes concordent.
- 17 Quoties instrumentum, ad quod fit relatio contraria, vel diuersa, ab his continet, quæ in instrumento referent affirmantur, priori standum, et errorem in posteriore presumitur.
- 18 Quatenus ratificatio discordat à primo instrumento, eatenus presumitur error, non tamen vitabitur ipse actus.
- 19 Sola diuersitas summæ, non facit presumi diuersum actum sed adhuc presumitur vnum, et idem.
- 20 Codicilli ex quo de signatura habent relationem ad testamentum, semper sicut in eis interpretatio, quamuis aliqua verba in codicillis repugnent, et diuersum iudeant.
- 21 Nihil habens, nihil censetur transferre.
- 22 Clausula in libello posita, petens ius et iustitiam, quid operetur.

Legatur, et subtiliter conclusum est per scriptum dominum consultorem Ser Antonij de Ferratis, vt obtinere debeat bona emphyteutica, de quibus in presentia agitur. Nec obstat eadem iustas contra eum mota, quatenus dicitur non constare, quod fuerit sibi tradita possessio, & consequenter ius reale sibi acquisitum, secundum leg. traditionibus. C. de pact. vnde nulla videtur huic actori actio in re competere. I. si ager. ff. de reuendic. cum tunc ex sola inuestitura emphyteutica, ius in re non transferatur, secundum Alexan. consil. cxxxvij. in vj. volu. & Corne. consil. clxxij. in ij. & suadet hoc ratio, quia siue emphyteosis æquiparetur emptioni, siue locationi, iuxta §. ad e. in sit. loc. semper requiritur traditio, vt ius in re constitutur, & ita etiam tenet Bald. Cæpol. & Iaf. in l. quoties. Cod. de rei vend. inno. in c. ex ore. extra. de his, quæ fi. à maio. parte cap. & in hoc fundamento consistit difficultas presentis controuersie, sed tamen eo non obstante, concludendum videtur recte, & legitime fuisse iudicatum per dominos Rotæ in fauorem ipsius Ser Antonij agentis, & ad dictum fundamentum responderi potest multis modis. Primo, quod in casu nostro contraria opinio est verior, quod tunc ex sola inuestitura actio utilis in re trasferatur per text. in leg. j. §. fin. si ager ve. ti. per quæ ita concludit Spec. in tit. de loc. versicu. clxvij. sequitur Corn. consil. xxxvij. in ij. vol. Ego quoque puto esse veram, sub certo tamen fœdere distinctionis, videlicet. vt si emphyteosis sit concessa Titio, & filiis, & nepotibus respectu Titij prius inuestiri necessaria sit traditio, alioquin non transferatur vt ille dominium, & ita loquitur doct. supra in contrarium allegati, respectu verò filiorum, & nepotum, quibus ius quaeritur ex stipulatione paterna, secundum Bart. in l. vt iusurandi. §. si liberi. de iur. pat. non sit necessaria alia traditio, sed sufficiat eam semel factam esse patri, & ita sentit Bal. in addi. Spec. in dicto loco versus fin. versicu. clxij. & versicu. clx. vbi adducit rationem, quia filij, habent propter me, ergo sufficit traditionem mihi factam & sentit Dec. consil. cxxxix. &

dictum est per supra scriptum D. Consultorē, & procedit hæc ratio, quatenus Ser Antonius videt admitti ex prima inuestitura, quod facere potest, vt latè dictū est in consilio. Secundò respondeo, quod ex quo pater stipulatus est filiis, & nepotibus, & eo nomine adeptus est possessionem Ser Antonius filius agens ex dicto contractu, videtur factū patris ratificare non solum ratione iuris acquisiti, sed etiam ratione possessionis, vnde & ad canonem obligatur tanquam possessor. arg. l. Caius. de manū. l. si. C. ad Maced. de clarat. lmo. & Alex. in l. quod dicitur in l. Jul. §. qui fundum. ff. de verb. obli. tunc non minus enim quis potest habere ratam possessionis, apprehensione quam dominij acquisitione. l. quod meo. §. pro. ff. de acqui. poss. & ista videt ratio distinctionis supra per me dictæ. Tertio respondetur, & erit confirmatio precedentis distinctionis, quod ius valet argumentum de feudo ad emphyteosim ecclesiasticam, vt per Bart. in dict. l. vti iuris. §. si libe. & Iaf. cōf. clxvij. in ij. cl. in iij. sed si quis accipiat feudū pro se, & filiis intelligitur filius, vno patre inuestitus, & censetur possessor constitutus ex inuestitura, quamuis interim, viuente patre, careat administratione, secundum glo. in c. j. in glo. in verb. aut successione. in si. de feu. cogn. vbi Iac. de Belui. versu ij. acquiritur feudum. & Præpos. notant. vnde non est necessaria filio alia apprehensio, secundum Bald. in l. cū in antiquioribus. C. de iure delib. vnde idem quoque credendum est in hac emphyteosi. Quarto respondeo, quod si constitutum ad instrumentum res est clara, si verò non ad est tamen talis clausula, tanquā consueta, apponi habetur pro apposta, secundum l. si. in si. C. de fideiuss. & ita de hac clausula consuluit Soci. consil. cxxxj. in iij. volu. modo sic argumentor, si prælatus nomine ecclesie constituit se possidere pro emphyteota & filiis, non est dubitandum, quin transfuserint possessionem in dictos emphyteotas. vt per d. Matheslanū not. cixvij. & Old. consil. ccix in causa hospitalis, & tradunt Mod. in l. j. pen. q. de acq. poss. Nec obstat, quod Corn. d. consil. clxxvij. sentiat contrariū præsupponens, quod ius non quaeratur, nisi post mortem primi inuestiti, quod est falsum, quia vt supra dixi statim quaeritur, licet interim impeditur administratio. Nec obstat, quod mortuus sit prælatus, qui constitutum fecit, vnde eius morte videtur extingui, quia respondeo constitutum factum esse, se nomine ecclesie, quæ ipsa possidet, & nunquā t moritur, secundum doct. in. c. cum super. de causa poss. adeo, vt mortuo rectore, non tamen vacare possessio censetur, secundum Bar. in l. cum hæres. ff. de acq. poss. Fel. c. cum dilectus. c. constitutus. de rescr. Quintò respondetur, quod cum pendentem lite d. Ser Antonius apprehenderit possessionem bonorum emphyteoticorū, quod istud sufficit, quia regulat. l. traditionibus. C. de pact. habet locum etiam si traditio fiat possessionis rei non vacantis. per text. in l. si fundum. ff. de fund. dot. vbi glo. & t sufficit si fiat lite pendente, seu post litis contestationem talis apprehensio fiat vigore inuestituræ, iam antea factæ & sic ex causa præterito, ad quā apprehensio retrotrahitur. l. si rem alienam. §. fin. ff. de pign. act. not. glo. & doct. in l. non potest videri. ff. de iud. per Alex. cōf. d. in v. volū. & ita in terminis quæst. nostræ firmavit Corn. dict. cōf. l. xxxvij. in iij. volum. & fuit dictū per dict. consultorem, & puto indubitanter dictam decisionem verā esse, secundum terminos iuris procedere. Sextò respondeo, quod regulat. dict. traditionibus, non habet locum in legatis, in quibus, propter supremi iudic. ius fauorē trasferretur ipso iure dominij absque alia apprehensione. l. à Titio. ff. de furt. Bal. auth. contra rogati. ad Treb. qua ratione idē quoque est in t donatione causa mortis, quæ legatis comparatur. l. ij. ff. de publicia. tradunt doct. in d. l. traditionibus, & iste videtur casus non oster, quia in stipulatione quā facit pater pro filiis, & nepotibus filij, & nepotes videntur admitti per eam capionem, cui locus est cū quid accipitur causa conditionis adimplendæ. l. Thais. §. Stichus. de fid. lib. capiunt enim emphyteosim per mortē patris, verificaturque conditio, sub qua sunt vocati, vt concludit Bart.

cludit Bart. in l. si mihi, & Titio. in prin. de verb. obli. & Bal. in auth. si quas ruinas. C. de sacrol. eccl. Septimo respondetur, quod imo ipse Ser Antonius actualiter possedit dictam emphyteosim mediante persona t patris sui, qui erat legitimus administrator, & procurator filij sui in istis aduentitiis, iuxta l. j. C. de bon. mater. l. cū oportet. l. vltim. C. de bon. quæ libe. & licet aliàs t quis præsumatur potius possidere nomine proprio, quam alieno. l. & magis. ff. de sol. per Bart. in lege. gerit. de acq. hære. tamen hoc procedit in casu dubio, t in clare autem non recurrimus ad presumptiones. l. continuus. §. cum quis. vbi not. ff. de verb. obli. nos autem sumus in clare, quia cum Abbas dominus directi protestatus esset caducitatis contra Nanem, deinde inuestiuit Ser Antonium filium, & d. Nanes talem contractum ratum habuit, per instrumentum expressum, vnde apparet ius omne translatum fuisse in ipsum Ser Antonium, & possessio subsequuta patris censetur ab eo facta, tanquā à legitimo administratore: cum aliàs licita non fuisset, vt per Bar. in d. l. gerit. quod notat doct. in l. qui iure. ff. de poss. vbi concludunt, quod quotiescunque sunt plures fratres, vel maritus, & vxor, vel similes, licet vnus percipiat fructus ex rebus ad alium pertinentibus, non tamen dicitur ipse possidere, sed solum detinere iure familiaritatis, & cōseruare possessionem illi, qui habet titulum, & ita dicunt limitari illud quod vulgò dicitur, quod t qui probat fructuum perceptionem censetur probasse possessionem. l. Titia. vbi not. ff. de sol. cum similib. prout latius declarat Soci. consilio cxxxj. in j. volum. & Pau. de Cast. consil. clxxix. in j. incip. in causa, quam magnificus. in nouissimis, & istud maxime procedit in patre, & filio, propter præminentiam patris. l. ij. vbi Bal. C. ne vxor pro mar. reuerentiam, quam filius illi debet. l. j. §. quæ oneranda. ff. quar. rer. act. & ne videretur ingratus versus patrem, qui instrumentum illud approbauerat. arg. l. h. C. de reuo. dona. maximè, quæ etiam de rigore iuris non potuisset eū impedire, cū cesset legitimus administrator, vt dixi. N. obstat, quia ista ratio habito videatur esse abigua ex quo in ea quædam reperiuntur relata, quæ aliter leguntur in d. j. instrumento. Respondeo enim, quod cum non apparet de alio documento confecto inter Abbatem, & Ser Antonium necessariò illa ratificatio ad d. instrumentum refertur. l. j. & ij. de lib. & possit. quia t pluralitas actuum non presumitur, & quod potest t vnum ex se nunquam diuersum existimandum est. l. omnium. C. de testa. c. in presentia. de probat. vbi Dec. not. ix. Confirmatur hæc responsio, quia & nomen notarij, & personæ & locus concordant. vnde non attendimus deinde, quod aliquid discordet, t quia sufficit ut rem designandam quod duæ, vel tres demonstrationes concordent, vt per Bar. in l. demonstratio. in vij. ff. de cond. & demon. Ad idem facit, quod traditum est, t quoties instrumentum ad quod fit relatio contraria, vel diuersa ab his continet, quæ in instrumento referent affirmantur, priori tamen standum, & errorem in posteriore præsumi, secundum doct. Bar. in l. Sempromius. de leg. ij. & per Dec. in c. ij. de rescrip. vnde in casu nostro t quatenus ratificatio discordat à primo instrumento, eatenus presumitur error, non tamen vitabitur ipse actus, pro qua opinione etiam facit, quod not. Bart. in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. & per doct. in l. triticum. eo rit. vbi sola t diuersitas summæ non facit presumi diuersum actum, sed adhuc presumitur vnum, & idem leg. ij. ff. de dot. præleg. l. cum centum de ad. leg. a. d. idem etiam, quod per multa respo. Cor. consil. xliij. in iij. volum. vbi concludit, quod ex quo t codicilli, de signatura habent relationem ad testamentum, semper sicut in eis interpretatio, quamuis aliqua verba in codicillis repugnent, & diuersum suadent. Præterea, colligitur mens ipsius Nanis talis fuisse ex eo, quod non vendidit possessionem, aut proprietatem d. reis cōuentis, sed simpliciter cesit omni iuri quodcumque

haberet, t quo casu si nihil habet, nihil censetur transtulisse, vt per Ang. in l. quæ de tota. §. j. de rei vād. & per doct. in l. iij. §. j. de acq. poss. Octauò & vltimo potest attendari, quod etiam si nullum ius reale d. Ser Antonio cōpeteret, nihilominus possit obtinere propter statutum, quo procedatur simpliciter summarie t clausulam libelli, petens ius, & iustitiā, & c. quo casu agens ex vna causa obtinere ex alia potest, in qua ius habeat, vt per Ant. But. in c. ij. de iur. cal. cum concordantibus, per Iaf. l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cer. per. poterit ergo Ser Antonius ex cōditione, seu actione personali obtinere, quæ actio videtur concedenda aduersus istos reos, tanquam videatur constituti procuratores in rem suam ab ipso domino directo quod potest fieri etiam ex parte rei, non solum per cessionem actionum, sed etiam alijs modis. l. ad eum. ff. de don. l. fin. §. Titius. de cond. indeb. l. sicut. §. si procurator. quib. mo. pig. vel hy. Cæterum quia d. instrumentum reorum irritum cum Abbate, seu domino directo non est mihi exhibitum, non possum quicquam certius scribere, & omninò tutiores sunt aliæ supra scriptæ responsiones. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XVIII. SVMMAE.

- 1 Plurimum differt promissio de vendendo ab ipsa venditione.
- 2 Si ex forma statuti de contractu venditionis debet solui gabella, non soluetur contractus promissionis de vendendo, quia talis promissio non est venditio.
- 3 Prohibita venditione, censetur prohibitum omnè antecedens ad venditionem.
- 4 Qui tractat de vendendo, dicitur vendere, vbi fraus inducitur.
- 5 Quando aliquis promittit facere aliquem contractum, in quo sola voluntas contrahentium sufficit, et tempore promissionis nihil repugnat, quin contractus celebrari possit, tunc talis promissio inducit contractum.
- 6 Si promitto tibi aliquid pro tanto pretio, et tu promittis accipere eo ipso, videtur celebrata venditio.
- 7 Qui iubet heredi, vt liberet debitorem, hoc ipso censetur eum liberasse, et ei competit exceptio.
- 8 Si promitto vendere, et tu promittis emere pro tanto pretio, est venditio.
- 9 Contractus venditionis solo consensu contrahitur.
- 10 Si quis promittit, quod se obligabit tibi ad decem, tenebitur statim ad illa decem ex prædicta promissione causa circuitus evitandi.
- 11 Qui promittit se, hæredem, suum ratum habiturum, censetur eo ipso ratum habere.
- 12 Qui paciscitur se Titio centum daturum, seu donaturum, tamen donare videtur.
- 13 Qui promittit se liberaturum, intelligitur tunc liberare.
- 14 Mercatores in suis contractibus, et negotiis ad solam veritatem attendunt, et eis ius redditur de bono et æquo.
- 15 Omnes contractus, qui fiunt cum Principe, habent naturam contractuum bonæ fidei.
- 16 Venditio facta à procuratoribus Principis, perinde est, ac si facta fuisset ab ipso Principe.
- 17 Nimia cautela arguit in contractu, non adfuisse bonam fidem.
- 18 Licet aliud sit venditio, et aliud pactum de vendendo, tamen dispositio de vno, loquens de alio quoque intelligitur.
- 19 Pactum continens monopolium est nullum, et ex eo non datur, nec actio, nec exceptio.
- 20 In mandato generali non continentur illicita, aut prohibita, aut que contra publicam vtilitatem sunt.
- 21 Quod aliàs esset prohibitum, propter presumpam prohibitam contrahentium est obseruandum.
- 22 Legi iuris positum, potest derogari per privilegium principis, et communitatum, et etiam per prescriptionem.
- 23 Reditus salinarum est monopolium principis.
- 24 Non admittitur replicatio doli, contra doli exceptionem.
- 25 In pari causa meliorem est retinenda conditio.
- 26 Rex non potest contractum factum à suis procuratoribus approbare nisi cum suis qualitatibus, officiis, et similibus.

PActi verba, & conventionis sunt. Quae emptio facta est hac conditione, quod si in dicto horreo, vendantur supra scripta species aromatum, per totum annum 1540, ad tempus, vel presentem pecunia minore pretio, quam consuevit fieri in dicto horreo, vel alibi per procuratorem Regii, vel per alium habentem causam ab eo minore pretio. xxvj. grossorum in libras sine minus sit pecunia, sine tempore, sine conditione, unde dicitur species minore pretio censetur, quod teneatur procurator remittere tres grossos in libram, id est, observetur bona fide, & absque dolo malo, &c. Contigit, quod dictus procurator mense Octobris, 1539. fecit conventionem cum quibusdam aliis mercatoribus, & se obligavit, quod post mensem Decembrem venderet magnam summam aromatum, & vice mutua mercatores illi se obligaverunt, quod emerent pretia, & conditionibus certis, de quibus apparet per publicum documentum, &c. Quæritur an conveniri possit ad relaxationem dictorum trium grossorum. Et difficultatem facit, quia verba conditionis sunt, si vendantur aliqua species minore pretio, &c. verum ipsi non vendiderunt, sed simpliciter promiserunt vendere, differt autem plurimum promissio de vendendo ab ipsa venditione, secundum glo. super verb. conducturum. in l. in bonæ fidei. ff. de eo, quod cer. loc. in l. Titius. in gl. fi. in fi. ff. de pig. act. tradunt omnes. in l. si pœnam. ff. de verb. obl. & diffusè per Franc. de Aret. conf. xxvij. diligenter animadvertis. in j. dub. vers. plus dixit ubi per tres rationes concludit, quod promissio de vendendo plurimum distat à venditione, & istud etiam tradit Ang. conf. clxxviii. ex forma, & serie, vlt. dub. Alexan. conf. cxxv. viso themate, unde infert Alb. de Rosa. in d. l. in bonæ fidei. quod si statuto caueatur, quod Dantarij habeant arbitrium super venditionibus factis nõ sequitur, quod habeant etiam super promissionibus de vendendo, quia hæc sunt diuersa, vt ibi per eum, quod scribit Ang. in l. j. C. de pac. pig. quod si extormenta statuti de contractu venditionis debet solui gabella, non soluetur de contractu promissionis de vendendo, quia ista promissio non est venditio ad idem quod consuluit Alexan. conf. clxxvii. ad fin. lib. vj. Iaf. conf. cxvij. in j. Dec. conf. clxxxii. in fin. & dij. Sed his, & similibus non obstantibus, puto contrariam opinionem in casu nostro veriorē esse, & præmittit, quod ratio istius pacti fuit, vt possent emptores melius vendere emptas species, & pretium sustinere ad maiorem sui utilitatemque ratio non militat non solum, ne interim fiat alia venditio, sed etiam ne fiat pactum de vendendo, cum enim ex tali pacto certificetur alij fore, vt post lapsum mensis Decembris habeatur species viliorē pretio, non emant ab ipsis primis mercatoribus, vt de se patet. Hincque infertur cõmitti pœnam conventionis, idque pluribus rationibus. Prima est, quia videtur facta fraus de contractu ad contractum. l. fraus. vbi Bald. ff. de legib. & sic venditio ad pactum de vendendo, unde verba conventionis de venditione loquentia, adhuc quoque casum extendi debent, secundum Pau. de Castr. in l. si pupillus, in prin. ad l. Falc. quia quoties fit fraus de contractu ad contractum, nihil refert mutatum esse contractus nomen. leg. si sponsus. ff. de don. interv. c. ad nostram. extra, de contrah. empt. ca. illo vos. extra, de pignor. & quod not. Baldus. leg. in contractibus. ff. in ij. q. C. de non num. pec. quæ iura loquuntur, & procedunt, quando id, quod per viam mutui prohibetur, sub prætextu donationis, vel venditionis, vel depositi, vel pignorationis fit, quantum magis in casu nostro, quando id quod per venditionem est veritum, inducitur per pactum de vendendo, quod est valde conforme, & antecedens ipsius venditionis, secundum Bald. conf. ccxvii. in j. vol. vbi concludit, quod prohibita venditio censetur prohibitum omne antecedens. l. oratio. ff. de fer. Soc. in l. si ante nuptias. ff. sol. mat. fact. l. quavis. ff. si cum essent. ff. ad Velle. Secundo confirmo hanc rationem per gl. in l. debitor. in glo. ff. de se

parat. dicebat lex, ab hærede eo. tit. quod post venditionem bonorum ab hærede factam, frustra perebatur separatio, nisi fraudis suspicio incurrisset, quod ergo, si nõ venditio, sed pactum de vendendo, seu tractatus venditionis interuenisset vt gl. in d. l. debitor sentit, quod tali casu appellacione venditionis, venientiam talis tractatus, ergo idem in casu nostro, & illam gl. ad hoc ponderat Bald. inc. in causis. de elec. vbi dicit quod tractatus dicitur esse principium rei, ad eod, quod qui tractat de vendendo, dicitur vendere, quod dictum est verum, vbi aliàs fraus induceretur, vt suprad. lxi. Tertio adduco, quod not. Frac. de Aret. in l. j. ff. de pigno. act. per illum text. vbi constituit regulam, quod quado aliquis promittit facere aliquem contractum, in quo solavoluntas contrahentium sufficit & tempore promissionis nihil repugnat, quin contractus celebrari possit, tunc talis promissio inducit contractum. Unde infert, quod si promitto tibi istam rem pro tanto pretio, & tu promittis accipere, eo ipso, videtur celebrata venditio, sicut videmus, quod qui iubet hæredi, vt liberet debitorem, hoc ipso censetur eum liberasse, & ei cõpetit exceptio. l. si creditoris. C. de fideicom. ita scribit præfatus doctor in d. l. j. & puto eius opinionem esse veram & hoc casu eam sequitur Carol. Ruin. in additionibus. ad l. iij. ff. Cato. de verb. oblig. vbi dicit, se consuluisse, quod si promississimè vendere, & tu promississimè emere pro tanto pretio, quod esset venditio, merito ergo in casu nostro conventio loquens de venditione, debet intelligi etiã de tali promissione, secus si nulla esset promissio de emendo, vt per Corn. cõsilio ccc. vol. j. Quarto adduco, quia constat, quod dicitur tractatus venditionis solo consensu contrahitur. Instit. de oblig. quæ ex consen. hic autem subest consensus, merito debet tale pactum habere nomen venditionis per illud, quod not. Ioã. And. in d. l. iij. Spec. in rubr. de oblig. & solu. circa prin. vbi l. i. quis promittit, quod se obligabit tibi ad decem, tenebitur statim ad illa decem ex prædicta promissione causa circuitus euitandi. l. dominus testamentum. ff. de cond. in de. vbi Iaf. refert, & sequitur dictam decisionem, & idem etiam tenet Alex. in l. cum fundus. ff. seruum tuum imprudens. ff. si cer. pet. Iaf. & Mod. in leg. prima ff. de leg. primo. Rui di. ff. Caro. Steph. Bertran. conf. cxxvii. in ij. Quinto pro eadem sententia facit, quia videmus in simili alios casus, quibus lex talem promissionem de faciendo habet pro ipso facto, unde qui promittit se, heredemque suum ratum habiturum, censetur eo ipso ratum habere. d. ff. Cato. vbi Mod. licet quantum sit respectu contrahentionis, quæ de facto fieret, adhuc committi in futurum pœna possit, d. ff. Cato. & per gl. in l. id quod pauperibus. C. de epif. & cleri. Sic. & qui paciscitur, se Vicio centum donaturum, iam tum donare videtur glo. ff. aliæ. in verbo manifestauerit. Instit. de don. & conueniri conditione, ex l. si quis argentum. C. de donat. poterit, secundum Bart. l. iur. iur. gentium. in prin. ff. de pact. Ang. in dict. l. si quis argentum & qui promittit se liberaturum, intelligitur tunc liberare. l. si intra. ff. de pact. & l. si creditoris. C. de fidei comm. vt merito de promissione vendendi idem dicendum sit, saltem in casu nostro, in quo subest eadem ratio, & aliàs fraudarentur dicti contrahentes supra scripta, & facit quod in simili de hoc pacto notat Curt. lun. consil. lxxxij. & Soc. dict. l. si ante nuptias. & maxime, hoc est dicendum in contractu isto facto per procuratores Regios, qui contraxerunt nomine Regiæ maiestatis, & præcisè promiserunt se obseruaturus bona fide, & absq; dolo aliquo: unde debent secundum conscientiam bonorum virorū ibi timere culpã, etiam vbi culpa non esset. ca. consilium de obseruat. ieiun. c. iuuenis. despons. & quia contractus iste etiã secundum ius cõmune, etiã censetur contractus bonæ fidei. ff. de actio. Instit. de actio. & quia agitur cū mercatorib; qui ad solã veritatē attēdūt, etiã eis de bono & æquo ius redditur. l. Quint. ff. mand. per Sal. & Alexã. in leg. placuit. C. de iudi. & quia omnes contractus qui fiunt cum principe, habent naturam contractuum bonæ

næ fidei secundum Bald. in tit. de pace constantiæ. vers. si qua verò, per illum text. in verbo bonæ fidei, & t venditio facta ab istis procuratoribus, perinde sit, ac si facta sit ab ipso principe. leg. si procurator. ff. de iur. fic. vbi Bar. per Soc. conf. xlv. in iij. volum. & quia istud ab eis factum est contra consuetudinem ipsorum, & rogatus notarius de tali promissione, quæ nimia cautela satis arguit non adfuisse bonam fidem per not. in leg. si quis sub conditione. ff. de cond. insti. Bald. l. iij. C. plus valere, quod agitur. & ex iis apparet nihil ob stare, quæ supra in contrarium adducta sunt, quia t licet aliud pactum de vendendo, tamen dispositio de non loquens, de alio quoque intelligitur, primò, si subsit eadem ratio. Secundo si aliàs suspicio fraudis adfit. Tertio, si non solum adfit promissio de vendendo, sed etiam vice mutua interuenit promissio emendi cum certificatione pretij in contractu principis, propter exuberantem bonam fidem, quæ in eo requiritur. Et hæc omnia saluo semper faniore iudicio. Cæterum post redditum consilium mouetur alia difficultas, quia non videtur dicti mercatoribus posse agere supra scripto pacto, tanquã continente j monopolij, quo casu tale pactum est nullum. lege, j. C. de monopol. & ex eo non datur actio, aut exceptio leg. non dubium. C. de legib. qui non possit species alteri vendi intra certum tempus, & non minori pretio, sapit naturam monopolij, & contra publicam utilitatem, vt de se patet, & in mandato generali, quod facit serenissimus Rex procuratoribus suis, non videtur comprehendi hæc facultas pacificendi tali modo. leg. si procurator. ff. de cond. ind. vbi multa cumulat Iaf. leg. si pater filio. ff. quæ in frau. credit. & quia t in mandato generali nõ continentur illicita, aut prohibita, aut quæ contra publicam utilitatem sint. l. eos. ff. j. C. de viar. vbi Bal. c. dilecto vbi gl. doct. de præb. per Anch. conf. cccx. in quæstio superius. cum similib. Sed eius tamen non obstantibus, puto omninò seruandum esse supra scriptum pactum, seu conventionem. Primò, quia remissio illa mercedis seu pretij trium grossorum concepta in casu conditionaliter, si vendantur merces, &c. non videtur quicquam pertinere ad monopolium, sed esse conceptum in casum futuri euentus, qui cum euenerit, debet locus esse remissioni. leg. Meuius. ff. de condit. & dem. glo. in leg. seruo alieno. ff. si a. ff. de leg. primo. & quod not. Bart. in leg. adieciimus. C. de murtige. lib. ij. in fin. & glo. in ca. cum secundum. verbo, certo que casu. de hæret. lib. primo. Secundo, quia etiam si supra scripta ratio sit dubia, tamen in casu nostro propter qualitatem procuratorum est tenenda, qui verisimiliter non abstrahentur quo minus vendantur, neque aduocantur, vt velint monopolium facere, ne incidant in solutionem dictorum trium grossorum. Unde cessat ratio prohibitionis hoc casu, & t quod aliàs esset prohibitum propter præsumptam prohibitum contrahentium est obseruandum. c. nisi essent. vbi can. extra, de præb. Tertio, quia cum Serenissimus Rex esset in ciuitate, & præsens, & verisimiliter habuerit notitiam huius contractus, non potest allegari eum fecisse monopolium, tum quia d. leg. vnica. C. de monopol. loquitur in mercatoribus inferiorib. inter se pacificentibus, non autem cum principe, seu eius actoribus, quia dicta t lex est iuris positiu, & potest ei derogari per privilegium principis & communitarum, & etiam per præscriptionem, vt est tex. in c. significante. extra, de appell. Et quod istud sit verum, apparet etiam, quia sunt alij casus, quibus reductus principum constitutum monopolij, & tamen tales reductus sunt reprobati à lege, sicut est t reductus salinarum, quod est monopolium principis leg. si quis. C. de vectigal. & piscariarum, & metallorum. leg. inter publica. in fi. vbi dixi. ff. de verb. sign. Quarto, non videtur quod procuratores Regij possint hoc opponere contra emptorem, quia allegarent turpitudinem suam, quod ipsi consensissent pacto monopolij. & ipsi petentibus integrum

pretium obtinere exceptio mercatoris, per quæ retinetur at dictos tres grossos, t nec admittetur replicatio doli contra doli exceptionem secundum l. apud Celsum. ff. Marcellus. ff. de doli excep. quij in pari causa melior est retinens conditio. l. j. ff. de cond. ob. turp. caus. & quia emptor de damno vitando agit aliàs non fuisse eum empturum p tali pretio, sed minori dictorū, tū grossorū per doctrinã Bar. in l. iusturandū q ex conventionē. ff. procurator. ff. de iure iu. & Aret. conf. lxxv. in fin. incip. in præfenti consultatione. Nec obstat, quod procuratores nõ videtur habuisse mandatum faciendi tale pactum cum emptore, &c. quia respondeo, quod cum Rex non esset absens, & verisimiliter habuerit notitiam talis contractus, & non contradixerit, videtur approbasse, & perinde est, ac si ipse contraxisset. c. si in fi. de iure iu. lib. vj. c. ij. de conse. in vj. l. procuratores. ff. j. de tribu. Ant. de But. in c. j. extra vt lit. non contest. & per Iaf. in d. l. si procurator. vers. v. limita. Secundo respondeo, quod cum t procuratores cum illo pacto contraxerunt, non potest Rex eorum contractum approbare, nisi cum suis qualitatibus, seu omissibus, & spinellis. l. Caius. ff. de manu. l. contra. ff. l. sequens. vbi Ang. Pau. Iaf. ff. de pact. & ideo si egerit pretium vigore d. contractus, obstat tunc omnes exceptiones, quæ & procuratoribus obstant. Tertio etiam est aduertendum, quia cum Rex potuerit derogare d. l. j. C. de mon. & dare facultatem procuratoribus suis contrahendi, & pacificendi aduersus dictam legem (vt supra diximus) si procuratores simpliciter contraxerunt nomine Regis, & fecerunt dictum pactum, nisi Rex approbet, ipsi tenentur de suo, idque etiam finito officio ipsorum. l. prior. ff. in eum. ff. de ad. min. rerum ad ciuit. pertin. debet enim præstare, quod potuerint tanquam procuratores facere tale pactum, aliàs emptor remaneret deceptus, unde ipsi de dolo tenerentur, etiam si in contractu dixissent se de suo nolle obligari, vt dicit doct. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. & in l. j. in fi. C. cred. euit. pig. & probatur hoc in l. si legatarius. & in l. quida. ff. de dolo. & ita teneo. Saluo semper faniore iudicio.

CONSIL. XIX. SUMMÆ.

- 1 Quando tractatur cuius monetæ valor attendi debeat, an contractus, an verò ad tempus solutionis, dicendum est tempus contractus respiciendum.
 - 2 Confessionis via.
 - 3 In re dependente à voluntate partium, constans potuit sibi preiudicare.
 - 4 Standum est in instrumento, quando pars asserit, se facere ex certa scientia.
 - 5 Si cautio nullo iure peti potest, si tamen sit à sciente interposita, valet & tenet, nec allegatio erroris admittitur.
 - 6 Heres qui promittit seruum legatum fugitiuum nõ esse, efficiet hoc fecit efficaciter obligator, nec admittetur excusatio erroris, tanquam prius non esset ad hoc obligatus.
 - 7 In donatione quis non tenetur de cõditione, nisi scienter se ad eam obligauerit.
 - 8 In inuestitura feudali, si dominus in recognitione aggrauet ultra veterem modum vasallos suos, non valet talis recognitio.
 - 9 Confessio censetur erronea, quoties apparet rem aliter se habere, si tractat constans de damno vitando.
 - 10 Patris confessio à parte acceptata non potest amplius reuocari pretextu erroris, ex qua ius iam est questum parti.
 - 11 Partes possunt declarare ex post facto, quid egerint.
- Via causa præfata diu est cõuētū vtilitaturin palatiis & pro vna parte cõsultuit Curt. lun. vt apparet in cõsultor. 4. impresso: pro cõtraria verò clarissimus Iurisc. Purpuratus diffusissimè allegauit: ero ego tãd breuior, & vnũdũ taxat articulo attingã, qui videtur mihi sufficere ad ostēdēdũ ius apertũ in fauorẽ dominorum de Rotariis argentum. Et quicquid sit in illo puncto, cuius monetæ valor attendatur an ad tempus solutionis? de quo dixi in l. cum quid. vers. eadẽ bonitate. ff. si cer. pet. in præfenti casu res videtur clara, vt soluendum sit de florenis secundum valorem temporis contractus, etiam quo ad bonitatem extrinsecam,

hoc pbatat ex instrumēto publico, faciēte mētionē
 F de donatione florenorū cc. monetā tūc currētis factā
 p Marchionē D. Balthasari, cūre cognitione do. Sigismūdi
 cū clausula ex certa sciētia, & nullo dūct' errore, &c. *Pro-*
mittētis suprascriptos florens cc. cum iuramento omnia & sin-
gula suprascripta esse vera, &c. Nō obstat allegatio. Curt. d.
 cōsil. xxxiij. dicentis. hoc nihil esse, qā ex tenore dona-
 tionis apparet hoc esse erroneum, & falsum: videtur e-
 nim mihi talem responsionem nullo modo esse admit-
 tendam: quia (quicquid ipse dixerit) talis t' recognitio
 cum suprascripta consensione, principaliter facta in-
 ter ipsas partes, debet esse efficac per ea, quæ habentur
 in ca. si. extra. de conf. & in l. tale pactum. in prin. ff. de
 pact. & per Bart. in l. cum falsa. C. de iur. & fact. igno.
 Et maximè hoc est dicendum in casu nostro, in quo tra-
 ctamus de re, dependente à voluntate partium, in qua
 consensens t' potuit sibi præiudicare, vt inquit Bart. in l.
 Paulus respondit. in fi. vers. sed quid sinit dictum. de so-
 lu. vbi loquitur de eo, qui promisit reddere sub eadem
 æstimatione alleg. tex. in l. pen. §. mancipia. ff. sol. nat.
 vbi. bo. tex. Et cum in instrumēto dicatur eum promissis-
 se ex certa scientia animo de liberato, & nō per errorem
 facti, aut iuris standum est tali protestationi, secundum
 Baldum in l. mater. C. de rei vendi. quem refert, & sequit-
 ur Ias. in l. fin. §. idem quæsitum. ff. de condi. indebi. quia
 standum est instrumēto, quando pars asserit se face-
 re ex certa scientia, vt per glo. in Clem. & si principalis.
 inglo. si. de refr. Abb. in c. examinata. de confirma. vti
 vel inutil. Alex. consi. xxxix. in iij. quod maximè in ca-
 su nostro dicendum est, propter vim iuramenti. de quo
 per Alex. in rub. ff. de verb. oblig. & tali casu non auge-
 retur error ex eo, quia obligatio præcedens aliter dice-
 ret, quod probatur in suprascriptis rationibus. Primò, per
 doctrinam Bart. in l. si patronus. ff. de donat. vbi dicit,
 quod t' si cautio nullo iure peti poterat, si tamen sit sciē-
 te interposita, valet, & tenet, nec allegatio erroris ad-
 mittitur per. Ias. & si quis. §. si quis. ff. de iur. & fact. igno.
 Bart. hoc no. l. fin. C. ad leg. Falc. & l. admni. in testi. qui-
 dam. §. cum parietem. vers. sic. sed quoniam. ff. de dam. in
 fact. vbi Pau. Castr. & Raph. idem not. Secundò, per id q.
 not. Bart. in l. si legati. ff. de legat. j. vbi t' hæres, qui pro-
 misit seruum legatum fugitiuum non esse si sciens hoc
 fecit, efficaciter obligatur: nec admitteretur excusatio
 erroris tanquam prius non esset ad hoc obligatus, sicut
 dicimus t' in donatione, in qua quis non tenetur de
 emptione, nisi sciens se ad eam obligauerit. l. Aristo. ff. de
 donat. Tertio, per rex. in l. si dari. vbi Bart. Ias. & ceteri
 ff. de verb. obli. vbi. si prima obligatio erat inefficax, se-
 cunda subsequens valet, & tenet si facta sit ex certa
 scientia, vt quia in instrumēto scriptum sit Titius ex certa
 scientia, &c. nec admittetur tali casu excusatio errori ex
 eo, quia prima esset inefficax, vt ibi per Bar. cū quo alij
 transeunt. Quarto, quia in simili idem videmus t' in in-
 nestitura feudali, in qua si dominus in renouatione ag-
 grauet ultra veterem modum vasallos suos, non valet ta-
 lis recognitio. l. cum satis. §. caueat. C. de agr. & censit.
 libr. xj. secundum Specul. in titu. de feud. §. quoniam
 super. & Ioan. And. in ca. j. de præscr. in nouell. Bald. in
 titu. de pac. Conf. verb. pationes. & cōsil. lxxxij. pro-
 ponitur. in j. Card. consi. xij. cum similibus. tamen in
 stud. non procedit, quando vasalli fecerunt talem recog-
 nitionem ex certa scientia, per tex. in ca. j. §. præterea.
 quib. mod. feu. amitt. & tradit Bald. in l. fin. vers. ij. ca-
 su. C. de suis, & legit. Paulus Castr. cōsil. cluij. circa præ-
 sentem. Et ista procederent, etiam si clarè apparet, quod
 ex prima concessione dominus Sigismundus non fuis-
 set obligatus ad monetam tunc currentem, sed nos sum-
 mus in casu clariore: quia prima concessio est ambigua,
 nec in ea exprimitur, cuius temporis æstimatio habenda,
 vnde hæc sequens recognitio videtur potius quæ-
 dam declaratio præcedentis: & ideo non est dubitan-
 dum quin debeat attendi. Nec obstat, quod t' confessio
 ceteris erronea, quoniam appareat, rem aliter se habere si

tractat confitens de damno vitando. l. si post. C. de iur.
 & fact. ignorant. l. sed & si me putem. de condi. inde-
 bit. D. d. Barthol. l. non faturus. ff. de confessione. de qua
 per Alexand. consi. xvij. in iij. volum. Dec. consi. lxxij.
 Primò respondeo, hoc procederet, nisi confessio esset
 facta ex certa scientia, prout in casu nostro, vt supra
 dixi. Secundò respondeo, quod suprascripta conclusio
 non procedit in confessione, quam pars iam accepta-
 uerit, t' non enim potest amplius prætextu erroris re-
 uocari, ex quo ius iam est quæsitum parti, secundum
 Baldum in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & post-
 hum. Ludouic. Roman. in leg. prima. §. si quis simpli-
 citer. ff. de verbor. oblig. Alexan. consilio lxxx. fere
 omnis. in primo volum. Ias. in leg. error. C. de iur. &
 fact. ignor. Tertio hoc procederet, quando ostenderetur,
 rem aliter se habere. Sed in casu nostro non potest
 ostendi, quia verba primæ obligationis sunt ambigua,
 de qua moneta esset intelligendum an secundum tem-
 pus contractus, an secundum tempus solutionum faci-
 endarum? & dato, quod lex in dubio præsumat ac-
 tum de tempore solutionum, tamen illa præsumptio. l. j.
 §. accedat. in glo. C. de rei vxor. action. secus, si partes
 aliud egerint, & t' possunt partes declarare ex post facto,
 quid egerint prout in casu nostro. Et latius conclusum
 est per D. Consultorem excellentissimum iuriconsultum:
 vnde de subscriptione requisitus, hæc pauca volui
 adducere. Saluo semper saniore &c.

CONSIL. XX. SVMME

- 1 Dolens est fidei fractor.
- 2 Quando quis ex forma contractus tenetur præstare diligentiam & ea non reperiatur adhibita, præsumitur dolus, nec admittitur excusatio ignorantie.
- 3 Pastori vel caprario non sufficit portare pelles animalium domino, quanquam ex hoc constet de interitu, nisi probet casum fortuitum, puta mortalitatis, vel similem, aliter enim præsumitur dolus.
- 4 Qui suscipit custodiam alicuius rei, tenetur de culpa etiam leuissima.
- 5 Actio doli venit in contractu societatis.
- 6 In contractu bonæ fidei propter dolum, deservitur iuramentum in litē.
- 7 A verbis sententiæ cum sit stricti iuris, non possumus recedere.
- 8 Contra debitorem ex sententiâ, non potest iurari in litem.
- 9 Verbum legitime quid.
- 10 Sententiâ non mutat.
- 11 In dubio non est faciendâ interpretatio, quod prior actus fuerit per voluntarium actum nouatus.
- 12 Nouatio necessaria, quæ fit in iudicio, non diminuit aliquomodo de priori iure, sed potius auget.

Rocessu viso causæ vertentis inter Ioannem
 de Relate, & Steuenesam requisitus, vt dicā,
 quid iuris sit breuibus propter occupationes
 meas duxi agendum, & in primis fundata est
 Ioannis actoris intentio, ex instrumēto contractus so-
 cietatis, in quo Steuenesa t' promittit bene, & diligenter
 curare gregem sibi cōmissum, & non alienare aliqua ca-
 pita gregis: cui promissioni, cum contraxerit, apparet
 manifeste de dolo. l. dolus. ff. de dol. imò, si aliqua capi-
 ta gregis amissa esset præsumeretur amissa dolo ipsius
 Steue. l. si quis fundum. §. imperator. ibi citra tuā frau-
 dem abegisse. ff. loc. & est g. l. notabilis in l. cum ita. §.
 species. in verb. nec. dolo. ff. de leg. ij. & ibi Bald. & cū
 Steuenesa t' ex forma contractus tenetur præstare di-
 ligentiam, & ea reperiatur non adhibita præsumitur do-
 lus, nec admittitur excusatio ignorantie, vt est glo. in c.
 ad fallariorū. & ibi Io. de Ana. extra. de crimi. fal. & ideo
 in proposito cōcludit D. Ias. post alios, quos refert in l.
 pascenda. C. de pact. quod non sufficit pastori, vel capra-
 rio portare pelles animalium domino, quanquam ex
 hoc constet de interitu, nisi probet casum fortuitum,
 puta mortalitatis, vel similem: aliter enim præsumitur
 dolus. idē tenet Alex. consi. clviij. in ij. volu. quod in-
 cipit in causa, & lite vertente inter Lud. Sed nos sumus
 etiā in casu clariore: quia apparet manifeste de vditione,
 seu alienat, cōtra formā pacti. Primò tali casu suscipit
 custodiam

custodiam, tenetur de culpa etiam leuissima, vt est glo.
 in l. qui mercedem. ff. loc. & tradit Sal. in l. in iudicio. in
 prin. C. loc. Corn. in consi. cccxlij. incip. consuluit. lib. j.
 Cū igitur ista mulier sit in dolo, non est dubium, posse
 eam conueniri ad omnia damna, & interesse iuxta t'
 naturam actionis doli, quæ quidem venit in hoc contra-
 ctu societatis. l. socium, quini. eo. ff. pro soc. vnde cum
 etiam t' iste sit contractus bonæ fidei propter dolum, de-
 fertur iuramentum in litem. l. in actionibus. & ibi per
 doct. ff. de in litem iur. quia dolo suo fecit, quo minus
 Baldum in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de rei vendi. Nec ob-
 stat, si diceretur quod propter Arestum senatus vide-
 tur ista mulier amplius non teneri ex contractu, sed tan-
 tum modo ex sententiâ quæ sententiâ est stricti iuris, &
 ab eius verbis nō possum' recedere. l. j. C. si plur. vna sit.
 & t' contra debitorem ex sententiâ non videtur posse iu-
 rari in litē. d. l. in actionibus. nā ad istud obiectum sic res-
 pondetur. Cōsiderādū. n. est, q' istud Arestū simpliciter fa-
 ctum est in executionem conuentionis, in ita inter ipsas
 partes. Vnde non habemus aliud considerare, quā verba
 ipsius conuentionis. l. i. conuenerit. ff. de rei iudi. l. j. &
 post operis. ff. de oper. nū. l. si. ff. fam. erci. in ea igitur
 expresse dicitur, quod fiat calculus & si reperiatur ipsa
 Steuenesam teneri legitime de dicta administratione
 dolosa, &c. quæ verba referuntur ad dispositionē iuris.
 l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & post. l. damni in se-
 cū quidā. vers. quod in stipu. ff. de dam. in se. & per Io.
 de Imo. in ead. l. in §. cū parietem. in maximè ponde-
 rando in casu nostro t' verbū legitime, quod præcisè ad
 dispositionē legis refertur. l. legitima. ff. de pact. Con-
 firmatur hæc sententiâ, quod per istud Arestū, non pos-
 sumus dicere factam aliquā nouationē quin eadem forma
 Steuenesam teneatur, qua & prius tenebatur, tum
 quia sententiâ nihil de nouo inducit, sed inductum decla-
 rat. l. Pomponius. §. si iussu. vbi no. ff. de acquir. poss. leg.
 Pomponius. §. sed & is. ff. de procur. quia t' in dubio nō
 est faciendâ interpretatio, quod prior actus fuerit per vo-
 luntarium contractū nouatus. l. si. C. de nouat. t' Necessa-
 ria verò nouatio, quæ fit in iudic. non diminuit aliquo
 modo de priori iure, sed potius auget. l. non solet. ff. de
 reg. iur. & no. in l. j. C. de iudi. & declarat Ias. in l. Iulia-
 nus verum debitorem. vers. si. secunda poterat. ff. de con-
 dict. indeb. & in l. miles. §. si. ff. de rei iudi. Et ita sentio,
 saluo semper saniore iudicio.

Andreae Alciati Iuriconsultus subscripti & sub-
 signauit.

CONSIL. XXI. SVMME

- 1 Minoris res hypothecabilis.
- 2 L. j. §. fin. de reb. cor. declarat.
- 3 Quod incontinenti factum est, censetur inesse, fall.
- 4 Alienare vetitos, id ex casu consulto Principe posse.
- 5 Hypothecam legalem tacite induci. (verò rescere.)
- 6 Contractus sunt indiuidui, nec debet quis partē approbare, partē
 probare tenetur.
- 7 Qui contractum aliquem approbat cum suis, appendicibus apas
 probare tenetur.
- 8 Contractus cum minore factus, licet claudicat, tamen pro parte
 ipsi minori vtili valet.
- 9 Quod per me non possum, nec per procuratorem possum.
- 10 Facultas procuratoris pendet ex potestate domini.
- 11 Ad qualitatem procuratoris nō attendimus, sed ad qualitatem domini.
- 12 Non debet esse melior conditio illius qui cum procuratore con-
 trahit, quam qui cum ipso domino.
- 13 Procurator dominum representat, & non ipse, sed dominus
 iuris intellectus, censetur contrahere.

Mlis contrariis consilij præstantissimorum
 doctorum Curtij, & Gozadini nuperimè im-
 pressis, non existimarem mediocritati meæ
 conuenire aliquid de eis ferre iudicium, nisi
 q' se per potior debet esse veritatis affectus: quia (vt est
 in prouerbio) amic' Socrates, amicis Plato, magis
 amica veritas. Arbitror itaque veram esse conclusio-
 nem, quod bona illustris comitis Galeoti tunc mino-
 ris non venerint in hypothecam constituta ab illo pro-
 curatore de quo in instrumēto: quia de hoc est casus a-

perius in l. j. §. si. ff. de reb. cor. vbi statim postquā res mi-
 noris esse cœperit, hypothecæ subiecti nō potest, & loquit-
 ur ille t' text. etiā in casu magis dubitabili, quā sit noster:
 quia ibi non erat datum ipregum pretium rei venditæ:
 quo casu tacita legis præsumptione res censetur pigno-
 ri, ipsi venditori opposita. Iulianus. §. offerri. de actio.
 empt. Vnde ibi hypotheca expressa debuit posse consti-
 tuti tāquā cōcordet eū tacita, quæ prius inerat, si sequen-
 ta nō fuisset traditio, & tamē tex. decidit contrariū: quæ
 ratio dubitandi nullum in casu nostro locum habet, cum
 pro te tunc emptā, procurator minoris solidum pretiū
 dederit. Item ind. §. si. hypotheca cōstituebatur ex eo,
 quia pretium rei venditæ integrè solutum nō erat. quo
 casu supererat aliquæ reliquie iuris realis in venditore,
 ppter quas debuit pignus posse sustineri. arg. l. si cū ve-
 deret. ff. de pign. act. l. voluntate. §. si. quib. mo. pig. In ca-
 su verò nostro nullæ sunt reliquie iuris realis: quia respe-
 ctu portionis emptæ pretium integrum est solutum, &
 hypotheca est constituta ob aliam partē adlibellatā. Vn-
 de apparet easum nostrum esse magis clarum, quā
 qui decidit in d. §. si. Confirmatur hæc conclusio per
 illud: quod disputauit Fran. Accur. in quæstionibus suis,
 vbi in simili casu tenuit non valere pactum retrouen diti-
 onis per l. si ad resolue. dā. C. de præd. min. refert & se-
 quitur Io. And. in rub. de pact. in Spec. Paul. de Castr. l.
 autem. ff. de pact. & in simili facit quod no. Mod. Ianuē.
 in tract. de pigno. in iij. parte. vers. nihilo minus cōtra-
 riū. Suadetur q' hæc opinio, etiā illa ratione: quia cū mi-
 nor prohibitus sit alienare re suā, statim quod sua esse in-
 cipit verificatur verba orationis diui Seueri, prohibētis
 hanc alienationē, dato, quod incōtinētū sit subsequata,
 quia licet aliās quod incōtinētū factū est cœleatur in esse
 lege, lecta vers. dicebā. ff. si. cert. pet. tñ. hoc in eo pro-
 ceedit, quod factum sit ab habētibus potestatem, de nouo
 actum illum celebrandi: secus vbi eā potestatem nō ha-
 berent secundum glo. Barto. & ceteros, in l. actorū. ff. de
 re iudic. declarat Io. de Imo. in l. iudex postea quā. eod.
 tit. & Alex. cōsil. xc. fere omnis vis. in j. Sed in casu no-
 stro minor nō habet hāc facultatē, nisi suppli ceteri principi,
 vt ibi dicitur, ergo nō possumus dicere esse constitutū
 pignus: quia incōtinētū actus sit celebratus. Nec obstat
 vt responsio Curtij Iun. consi. 146. & consi. sequen. vbi
 conatur respondere ad tex. ind. l. j. intelligendo eum,
 quando pupillus ipse contrahit, non autē quādo tutor
 nomine pupilli, vel procurator contraheret: quia tunc
 pupillus debet totum acceptare, sicut quod pro se ste, i-
 ta & quod contra se est l. cum quæritur. ff. de admin. tut.
 & quia cōtractus transit cū suacā. d. l. in aut. ff. de pact. vbi
 Alber. de Ros. Ang. Pau. Castr. & Ias. ponit similes deci-
 siones per quas videtur sic limitari text. ind. l. j. si. Nā
 ad ista omnia ridendū est, vt per Gozad. cōsil. suo xv nū-
 per impresso. & ultra ipsū respondeo, & dico j. quod i-
 sta limitatio aliquo modo non potest quadrare ad tex.
 in d. §. si. quia nō est cōstitutēda differentia, an pupillus
 ipse emerit, & obligauerit, an t' tutor? Oratio enim diui
 Seueri, de qua in principio illius legis, loquebatur dū-
 taxat in tutore obligare, vel alienare volente, & tamen
 Iurisc. in §. fin. ostendit idem esse in pupillo. vnde apparet
 non esse constituendam hanc differentiam, & q' hoc sit
 verum demonstratur ex ratione per ipsum Iurisc. addu-
 cta: nā vbi dñiū quæsitū est & c. q' ratio militat siue à pu-
 pillo, siue à tutore, siue à procuratore factus sit cōtractus
 Idē & manifestū ostenditur, ex lege seq. dñi Iurisc. vbi
 consuluit, vt valeat hypotheca, impetrandā esse à Prin-
 cipe confirmationē. nam si vera esset supradicta limita-
 tio, potuisset Iurisc. dare consilium logē planius, & faci-
 lius, q' cōtractus celebratur cū tutore solo, vel pcuratore
 quāmq' adiret princeps, cui cōsensus est difficilis, & ple-
 rūq' impossibilis. leg. apud Iulianū. §. si de leg. j. Idē etiā
 probatur ex exceptione ibi posita quod non ha-
 beat locum in fisco propter t' hypothecam legalem, quæ
 tacite inducitur. l. certum est. C. in quib. caus. tacite cō-
 trahatur. quæ exceptio firmat regulam in contrarium, vt
 generaliter

5 generaliter regula procedat in hypotheca conventiona-
 li, seu priuatorum, secundum Oldrad. & Alber. ibi argu-
 gum. l. illud. & l. si rogatus ff. de manu. vindi. Secundo
 respondeo, & dico, quod dictae rationes, & auctorita-
 tes, allegatae per Curt. non videntur multum facere ad
 casum nostrum: quia loquuntur, & procedunt, quan-
 do administrator contraxit nomine alterius, & ille pro
 quo contractum est, potest ratum habere, tam quae con-
 tra se, quam quae pro se sunt gesta: debet enim tunc hoc
 facere per regulam. l. secundum naturam. ff. de regu. iur.
 6 & quia contractus sunt indiuidui, nec debet quis par-
 tem laprobare, partem vero reicere. l. si quis aliam. ff.
 de solut. & qui contractum aliquem approbat, cum
 suis appendicibus, approbare tenetur. d. l. fin. autem. vbi
 Angel. l. pro inde. in fin. ff. si certum pet. l. si quis ita haeres
 instituat. de acquirend. haered. l. quidam. si quis
 omni. caus. testat. sed quaestio nostra est, quando ille cuius
 nomine gestum est etiam si velint approbare, non po-
 test, vt minor, qui in casu nostro contractum quidem
 ratum habere potest, pactum vero hypothecae non po-
 test, vt ibi dicitur. & not. Bald. in fin. & speciale est in
 minore, vt qui contractus cum eo factus claudicat, id est,
 pro parte ipsi vtili tantum valeat. l. Iulianus. ff. si quis a
 pupillo. ff. de act. empt. & pro hac responsione facit, quia
 nisi ita diceremus, sequeretur inconueniens, & absurdum
 quod pupillus, qui per se hypothecam hanc absque
 decreto inducere non potest, per procuratorem possit.
 9 cum tamen sit regula quod per me non possint, nec
 per procuratorem meum me posse. l. si minor. ff. de verborum
 oblig. vbi Barto. l. ij. ff. de administ. tut. in princ.
 vbi glof. & alia regula. quod si facultas procuratoris pe-
 ter expotestate domini. l. ij. & seq. C. qui man. no poss.
 l. iij. ff. vlt. cum glof. ff. de procur. & l. sed si vnus. ff.
 idem sul. ff. de iniur. Et ad alia, quod ad qualitatem
 procuratoris non attendimus, sed ad qualitatem domi-
 ni. l. filius famil. ff. de procur. glo. ff. fin. iustit. quib. ex
 cau. man. non. lic. & habetur in clem. religiosus. de pro-
 curator. Et alia quod melior non debet esse conditio
 illius, qui cum procuratore contrahit, quam qui cum ipso
 domino. qui bona. ff. penult. de damno infect. leg.
 13 ignorans. ff. de procur. & alia quod procurator domini
 lectus censetur contrahere l. quod meo. ff. de procur. ff. de
 acquirend. possess. per Barto. in l. si quis qui pro emptore.
 in vlti parte. de vfu. & ex hoc apparet, de rationes alle-
 gatas per Curt. in d. consil. non attingere ad casum nos-
 trum. Tertio respondeo, quod etiam si tutor
 vel procurator potuissent inducere talem hypothecam,
 quod tamen est falsum, vt dixi, adhuc non potest ven-
 ditor pretendere hypothecam in dictis bonis emptis:
 quia non videtur hoc inter partes actum esse: cum enim
 venditor dictas xvj. partes vendiderit liberas ab omni
 obligatione, non est credendum voluisse in contractu in
 continenti sube quito, sibi eas hypothecare, nisi ad ef-
 fet expressa, & specialis hypotheca, quia talis casu non suffi-
 cit generalis, secundum Alber. Galeoti in margarita sua
 tit. de pig. act. & lac. de Aren. in l. obligatione genera-
 li. de pign. & est tex. in l. cum tabernam. ff. fin. verb. ab
 alio. ff. eod. titu. vbi Fulgof. not. per argumentum a con-
 trario seculo. sequitur Lud. Roma. in singul. 605. quae spe-
 cialis hypotheca dictorum bonorum non interuenit in
 casu nostro, merito concludo ex supra scriptis meliorem
 esse causam emptoris. Et haec omnia saluo sepe saniore
 iudicio.

CONSIL. XXII. SVMMAE.

- 1 Ab instrumentum non est facile recedendum.
- 2 Laeso enormis arguit dolum re ipsa.
- 3 Paria sunt siue dolus interueniat ex proposito, siue re ipsa.
- 4 Rescisio contractus conceditur solum, quando dolus ex propo-
 sito interuenit.
- 5 Quando minor contrahit & iurat, non contrahere contractui,
 neque ex causa etatis, neque alia, quod non poterit alle-
 gare sed laesum enormiter.

- 6 Presumitur pro veritate instrumenti.
- 7 Reiteratio facit, vt cesset presumptio fraudis, vel erroris & hoc
 propter virtutem geminat.
- 8 Filij naturales existentibus legitimis excluduntur.
- 9 Lex civilis obseruanda est etiam inter Hebraeos.
- 10 Iniquum est naturales comparere legitimis, & spem legitimorum
 propter existentiam naturalium diminueret.
- 11 Nati ex coitu reprobo, seu damnato, a lege non possunt admit-
 ti ad successionem.
- 12 In dubio quis presumitur potius ex damnato coitu natus, quam
 vere naturalis.
- 13 Filij ancillarum non sunt simpliciter spurij, sed naturales.
- 14 Multa in dubijs sustinentur, quae in casu certo rescinduntur.
- 15 Iuramentum non debet operari apud Iudeos validitate renun-
 tiationis, & quare.
- 16 Renuntiatio facta post mortem patris, iure communi circa ius
 ramentum valet.
- 17 Iuramentum obligat Iudeos, & coguntur Iudei illi obseruare.
- 18 Iudei tenentur ad omnia, quae sunt iuris diuini.

In hac causa, in qua queritur an Isaac Hebraeus
 filius naturalis Samuelis, possit rescindere con-
 uentionem, seu renuntiationem, factam ad vtili-
 tatem fratrum suorum legitimorum (quia dis-
 fusa, & subtiliter consultum fuit per clarissimum d. Lu-
 donicum Siluestrinum) ero ego tato breuior: quia rei per-
 fecte nihil potest adici. Concurro igitur in eius sententia
 in scriptis rationibus. Et in primis, fundata est intentio
 fratrum legitimorum ex instrumento publico renun-
 tiationis. itemque ex Chirographo Hebraica lingua in-
 ter ipsos coepto, a quibus instrumentum non est facile re-
 cedendum. l. cum precibus. C. de probat. per Bald. in l.
 mater. C. de reuendi. in l. ij. C. de rescind. vend. cu con-
 cord. Et licet dictus Isaac alleget se enormiter, & immode-
 rate esse laesum: ideo que petat dictos contractus rescindi:
 quia laesio enormis arguit dolum re ipsa. l. omnes. s. Lu-
 cius. ff. quae in fraud. cred. & t. paria sunt siue dolus in-
 terveniat ex proposito siue re ipsa. l. ij. ff. si quis sine. ff. de
 doli except. l. si quis cu aliter. ff. de verbo. obligat. & ita
 consuluerunt plerique doct. de quibus per Alexand. consil.
 lxxxix. in ij. Corn. cexiij. in ij. Dec. clxxx. cum similit. ta-
 men ad ista rationem, in qua vertitur totus cardo praesentis
 difficultatis respondetur variis modis. Et primo, quia licet
 ista articulus sit vbi que disputatus per doctores, tamen
 videtur verior, & communior conclusio, quod imo non
 recedendum a rescisio sub pretextu talis laesionis per tex. in
 l. interpositas. C. de rafa. ibi, qualitas causa principalis
 non sufficit. & c. & ibi dixi verficul. hinc que videtur, &
 caetera. & ostendi hac esse communem opin. & per text. in l. si
 superstiti. C. de dolo. vbi solum coeeditur rescisio, quando
 dolus ex proposito interuenit, vt dixi in l. quamuis. C. de
 transact. & facit glof. in d. l. ij. C. de rescind. vendi. & in c.
 penu. de empt. & vbi dicitur quae vult quae de minor contra-
 hit, & iurat non contrahere contractui, neque ex causa etatis,
 neque alia, quae non poterat allegare se laesum enormiter
 & cu illa glo. trahunt eodem modo doct. vnde in casu nos-
 tro id est fortius est dicendum cu iste Isaac sit maior etate, &
 in hac parte post longa disputationem, tamen inclinatur
 in repet. auth. sacramenta puberu. C. si aduer. vendi. Alex.
 consil. cxxv. in j. vbi attestatur esse communem opinionem.
 Curt. Se. col. xliij. super contingetia consil. lxxvj. in vltim.
 dub. Secundo respondeo, quod dicta opinio non procedit, quia
 do renuntiatio esset cu iuramento etiam enormissimae laesio-
 ni prout fuit in casu nostro, valet enim talis renuntiatio, si
 sit facta a maiore, secundum Alex. in d. consil. cxxv. vbi res-
 pondet rationibus contradicentibus, qui loquuntur in minore,
 & etiam respondet rationi Abbatis in e. cu contingat. extra. de
 iureiur. qui sciebat tale renuntiationem potius apponi ex
 consuetudine notariam quam de mandato partium, nascendum
 eum contrarium est verius, quia qui presumitur pro veritate
 instrumenti, d. l. cum precibus. & per Barto. leg. quod
 si nepotes. ff. de testam. tut. Quod in casu nostro
 est certius, cum d. renuntiatio sit proposita non solum
 in nostro notarij, sed etiam re priuata in priuato chiro-
 grapho partium, vnde prorsus cessat arg. Abb. & tenendo

do opinio. Alex. quae etiam sum sequitur ind. c. cum
 contingat. Tertio responderetur, quod dicta conclusio
 non procedit, quando renuntiatio fuisse geminata per
 diuersos actus, prout in casu nostro: t. reiteratio. n. fa-
 cit, vt cesset praesumptio fraudis, vel erroris secundum
 Dec. quia ita consuluit, consil. cxi. & hoc propter virtu-
 tem geminationis, de qua per gl. verbo. iterare. l. ij. q. iij. si
 quis iratus. & in c. ex literis in verb. ad monita. de diuor.
 per Bar. in l. cum scimus. C. de agric. & censu. lib. xi. Bal.
 in consil. Schismatis sub rub. C. si quis ali. testa. Quod ar-
 bitror ego verum esse, non solum si reiteratio post lon-
 gum tempus interuenisset, secundum l. si mulier. C. ad
 Vellei. & quod not. Pau. Castr. consil. 305. notandum est.
 in ij. vol. in nouissimis. sed etiam si post modicum tem-
 pus, vel incontinenti tamen loquamur in maiore, &
 qui verisimiliter se ire posset verum valorem rei secun-
 dum Nicol. de Marat. & Bal. in d. l. ij. & Imol. in d. c. cum
 concord. Quarto responderetur, quod iste Isaac nullam
 potest praetendere laesionem cum sibi nihil paterni patri-
 monij debeatur, nisi quatenus saltem in totum valor se ex-
 tendit, quia existentibus legitimis, filij naturales exclu-
 duntur. auth. licet. C. de natu. lib. cum igitur habuerit
 tria millia aureorum, & praeterea consecutus est libe-
 rationem redditionis, rationibus a fratribus suis, & co-
 sessus sit pro residuo sibi satisfactum iuxta l. si ex pluri-
 bus. ff. de acceptata. & l. potest, vbi dixi. de verborum
 signifi. satis dicitur habuisse, quod sibi debetur, & plus,
 vnde non potest allegare aliquam laesionem, ex quo secun-
 dum legem civilem nihil ei ultra alimenta debetur, tunc
 lex civilis videtur obseruanda etiam inter Hebraeos iux-
 ta tex. in l. Iudaei communi. C. de Iudej. vbi Barto. Alberic.
 Rapha. Fulgo. & caeteri. & etiam Azo. in summa. ff. item
 permittitur eis, eod. tit. Imo consil. j. incip. in casu praemi-
 sso. vers. & breuiter. ad fin. Ange. cxiij. Castr. consil.
 cccxcvj. in nouis. Soc. in consil. lxxij. Corn. consil. cxiij. in
 j. Brua. in tract. statuti exclusui. foemin. vj. q. iij. Lau-
 rent. de Pallatio. ff. ceterum. insti. de legi. agn. succ. & sic
 dicit Corn. in l. maximam. C. de lib. praete. in fi. quod
 Fulg. & Rapha. Comen. idem tenuerunt consulendo. Nec
 me mouet, quod Ioan. Cald. dicat, quod imo inter Iu-
 daeos seruanda est lex Moisaica, in tit. de stat. consil. xxx.
 & de consil. consil. xj. quod dictum referunt & sequuntur
 multi Moderni. in variis consiliis maxime Alex. consil.
 vj. in vj. Gozad. consil. xxij. num. x. Rochus Curt. c. fin.
 extra. de conliet. versu. xv. quareo. cu simi. Quia omni-
 no talis opinio est contra tex. in d. l. Iudaei, quem Calde-
 rin. non interpretatur, sed peruertit, vt merito Mod. a-
 postil. ad d. consil. Alexand. dicat hanc opin. non esse ve-
 ram, nisi in iis, in quibus inter eos a superiore loci tolle-
 ratur duntaxat. Fortius videtur dicendum, quod nec etiam
 ex lege Moisaica naturalis possit admitti ad succes-
 sionem, quia licet text. Numeri cap. xxvj. dicat homo
 cum mortuus fuerit absque filio & c. tamen illa dictio, si
 filij, quando non videtur intelligenda de naturali. Et licet
 in libro Misna & Thalmuth declarentur illa verba, vt in-
 telligantur etiam de naturali, tamen interpretatio illo-
 rum non est tenenda, cum dictus liber Thalmuth fuerit
 reprobatus de mandato Papae, vt refert Ioan. Andr. inc.
 quod super iis, de voto. Petr. de Anch. c. ea, quae 6. q. de
 regu. iur. in vj. & nuperrime etiam fuit reprobatus per
 constitutionem Maximilianij Impera. ad instantiam

admitti ad successionem. auth. ex complexu. C. de in-
 cest. nupt. Item esset limitanda in naturali, qui non esset
 conceptus ex ventre custodito, quia lex tales habet pro
 filiis vulgi, nec censetur esse filij eius, qui creditur me-
 retrici. l. quia semper. ff. de in ius vocam. Idque etiam, si
 non solum, nisi illum admittere, quia potuit clam
 etiam alius se prostituere, vt est tex. in l. iij. C. solut. ma-
 trim. facit l. vulgo. l. cum legitime. ff. de statu homi. in
 dubio autem praesumitur, quis potius ex damnato coi-
 tu natus, quam vere naturalis, secundum Bald. consil.
 cclxij. in j. Alexand. l. ex facto. ff. si quis rogatus. ad Treb.
 cum concord. vt dixi in tract. praesumpt. ij. reg. versu. v.
 Et certe non videretur opinio Rabinorum, ita simpliciter
 intelligenda, quia Barto. & doctor. in l. ij. ff. de test. com-
 muniter concludunt, quod non valet statutum, quod
 spurij cum legitimis succedant, quia esset contra legem
 diuinam, quia scriptum est, non erit haeres filius ancillae
 cum filio libere Genesis cap. vj. sunt autem filij ancillarum
 non simpliciter spurij, sed naturales l. si quis ingenuam.
 ff. de capti. l. ij. C. si manci. fue. Et quia alias enervatur
 omnis fructus matrimonij si naturales cum legitimis
 succederent. Sicut ergo non valet statutum, ita nec istor-
 rum interpretatio, vel consuetudo l. j. vbi Fulgo. C. de
 iudic. subest enim eadem ratio, & ideo haec interpreta-
 tio Rabinorum est omnino reicienda, vel saltem restrin-
 genda, secundum supra dicta, alias esset contra bonos, mo-
 res, & darent materiam delinquendi, iuxta l. fin. cum i-
 bi not. C. de natu. lib. Quinto ex supra scriptis resultat a-
 lia responsio, quia etiam dato quod propter enormem lae-
 sionem concederetur rescisio conuentiois, tamen hoc
 esset intelligendum, vbi constaret de enormi hac lae-
 sione, quod in casu nostro constare non potest. Cum enim
 ex supra scriptis appareat, quantum dubitatio sit in iure, an
 lex Moisaica in hac successione sit attendenda, & postea,
 quod esset an ista naturalis possit admitti, non potest di-
 ci enormiter laesus, qui in re tam dubia accepta pecunia
 renuntiauit. l. Lucius. ff. fin. vbi Bart. & doct. ff. ad Treb.
 & t. multa in dubijs sustinentur, quae in casu certo rescin-
 deretur. l. si, vbi dixi. C. de transact. Non obstat, si diceretur
 quod talis rescisio non permittitur propter vim iura-
 menti, quo nos Christiani obligamur iuxta d. c. cum con-
 tingat. de iureiuran. Sed in j. Iudaeis est laesio, de quo-
 rum salute est desperandum, ideo apud eos iuramentum
 non debet operari i validitatem renuntiationis, secun-
 dum Roma. consil. clv. in fin. Castr. consil. xc. in fin. in ij.
 in nouiss. Pet. d. Anchar. de c. ea, quae, q. vj. Socy.
 consil. lxx. & lxx. R. in. consil. clx. in v. quia respondeo
 quod si renuntiatio esset facta de haereditate viuens, quod
 casu non valet absque iuramento iuxta c. quamuis.
 de pact. in vj. tunc verba possent procedere supra scri-
 pta, quae in casu loquuntur, sed cum haec renuntiatio sit
 facta post mortem patris, quo casu iure communi etiam
 contra iuramentum valet. l. si quando. ff. q. vbi in b. C. de
 inoffic. testam. per Barto. & doct. in l. qui superstitis. ff.
 de acquirend. haered. in l. si adione. C. de pact. tunc iu-
 ramentum t. obligat etiam Iudeos, & coguntur Iudaei il-
 lud obseruare, secundum Barto. in rubric. Digestorum.
 in princ. vbi Alexand. idem sequitur in apostil. allegat
 Bald. in c. j. ff. item sacramenta de pact. iur. fir. tenentur
 enim ad omnia, quae sunt iuris diuini d. c. quod super his
 vbi docto. & ita tenuit Io. de Imo. consil. j. Rom. & Dec.
 l. pactu. dotali. C. de colla. taf. d. auth. sacramenta puberu,
 Barbat. consil. xv. cu simi. Et licet aliqui Rabini Moderni
 attestarent quodcuque iuramentum data enormi laesione, a-
 pud eos relaxari, tamen deberet intelligi de relaxatione ad
 fine agendi, de qua in c. j. per Feli. de iureiur. per Guid. Pap.
 deci. cxl. vnde cum respiciat ordinatiua iudicij non esset ar-
 tecedenda a iudice Christiano, coram quo lis verteretur, iuxta
 c. cu clericus, cu ibi not. extra. de foro copet. sed atederet
 iudex Christianus legem suam. & text. & in d. auth. sacramen-
 ta puberu. alia dicta relaxatio esset indiscrcta, & con-
 tra rationem doctorum, in d. ca. cum contingat. Et ita
 mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

tor mors civilis equiparatur naturali. l. Deo nobis. C. de episco. & cler. l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de libe. & posthum. & quod per mortem civilem finiatur mandatum. sicut per naturalem. sic mancommunitur doct. in dem. sig. de procurra. vbi Car. d. qua. viii. post alios. sicut videmus etiam finiri per superuenientem furorem. l. qui seruum. l. si quis alicui. ff. de acquirend. hered. ergo idem dicendum per istud bannum. factum ab ecclesia Romana. cum bona. de quibus agitur fiat in ipsius ecclesie dominio. Sed tamen predictis non obstantibus. sentio contrarium. quia quando magnificus do. Anton. Maria celsit illud ius genero. adhuc non erat confiscatus. nec accusatus de aliquo crimine. unde valet intermissa facta celsio etiam si esset facta simplici titulo donationis. iuxta regulam l. post contractum. ff. de dona. de qua infra dicam. unde cum valuerit celsio mandatum tendens ad executionem dictae celsionis tuncquam ex necessitate precedentis contractus factum morte mandatis non reuocatur. l. fundi. §. ff. de acquirend. posses. & habetur per doct. in l. penul. vers. nam & si. ff. si certum pet. Et quia per celsionem magnificus d. Aeneas factus est procurator in rem suam. l. fin. §. Titius. ff. de poss. l. iij. ff. famil. ercisc. mandatum autem in rem suam non finitur morte. nec confiscatione mandantis illam. C. de dona. vbi doct. l. si quidem. C. de action. & oblig. non enim hoc casu res est integra. cum transtulerit iste cedens omne ius suum in generum. & apposuerit certas actiones exequendas post mortem suam. quo casu indubitanter non finitur mandatum. l. si verò non remunerandi. in fin. cum l. seq. ff. mand. Fortius puto. quod ex solo instrumento celsionis absque alio mandato competat actio. ipsi d. Aeneas. & ideo non est vltimè disputandum de validitate mandati. Secunda quoque. an cum bona de quibus redimendis agitur sint interterritorio ecclesie. & cedens à dicto territorio sit bannitus tale ius redimendi transeat in fiscum Pontificum. Et videretur. quod sic. quod si fiscus succedat in vniuersis bonis delinquentis solis in territorio suo. l. in princ. §. an bonorum. ff. de iure fisc. & per ea. quae habentur per Ludo. Rom. consil. lxxxij. Imò. l. ex facto. ff. de here. insti. Sed tamè puto in casu nostro contrarium esse verius. Cum enim do. Anto. Maria cesserit tale ius genero. sicut ipse non posset contrauenire. nec reuocare celsionem suam. l. sicut. C. de act. & oblig. facta. §. si haeres. ff. ad Treb. ita nec etiam fiscus si ex eius persona veller succedere. l. fiscus. ff. de iur. sis putatam tamen expedire. quod d. Aeneas denuntiet possessoribus dicti castri. qualiter tale ius tuendi est sibi cessum per secerum. quod ipse intendit intra tempus debitum redimere. & ideo quod non retrocedant ipsi do. Anton. Mariae. nec alicui alteri. venienti ex eius persona. tam factio hominis quam legis. & sic constituantur in mala fide. nec colludat cum fisco pontificio. per reg. ij. C. de nouat. & l. si fundum. C. de rei vendic. Tertia quaestio. an fiscus possit istud ius reuocare. tuncquam haec celsio facta sit in fraudem fisci. Et licet text. in d. l. post contractum. ponat regulam quod non tamen Bart. & doct. hoc intelligunt. nisi in casu. in quo fraus praesumeretur. quia tunc indubitanter competeret ius reuocandi ipsi fisco. l. in fraudem. ff. de iur. fisc. In casu autem nostro videtur subsistere praesumptio propter coniecturam. quae oritur ex coniunctione personarum. iuxta l. data. C. de don. penult. ff. de bon. lib. praesertim cum in celsione contineantur multa pacta in fauorem filiorum. vt habetur etiam per Bar. in d. l. post contractum. & in l. non solum. ff. de ritu nupt. maxime cum talis celsio sit facta titulo lucratiuo. quia d. Aeneas nihil numerauit pro prioris celsionis. unde facilius praesumitur fraus. l. i. §. si quis in fraudem. & §. si quis in fraudem. ff. de iur. sis. Sed tamen in casu nostro puto contrarium. Cum enim haec celsio tempore sit prior accusacione. non potest fisci allegari. quod facta sit in fraudem per text. in l. i. C. de iur. sis. nisi forte probaretur fraus dilucida. & indubitanter probationibus. vt est text. in l. sed si maritus. ad si. ff. qui & a quib. manu. & alibi dicitur. quod

manifestè hoc debet doceri. l. patronus. ff. de probat. alibi dicitur. quod non censetur in fraudem fisci facta. nisi in desperatione rerum. & metu imminentis accusacionis. l. cum ratio. §. fraudis. ff. de portio. quae lib. da. mna. unde illae coniecturae Bar. supra relatae simpliciter non sufficiunt praesumptioni fraudis. nisi coniunctae sint cum aliis coniecturis. Et maxime hoc dicendum in casu nostro. cum haec celsio tendat ad augmentum dotis. iuxta text. in l. si quis post hac. in princ. & §. j. C. de bon. proscript. Fortius dico. quod cum d. Anton. Maria fuerit bannitus in contumaciam. talis sententia nihil nocet celsionario. quia censetur lata. non quia deliquerit. sed quia senon defenderit. l. si ideo. ff. de iur. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testamēt. & ideo conclusio supra scripta Bartol. in d. l. post contractum. non procedit hoc casu. & ex contumacia. non oritur duntaxat ficta confessio. quae praedictat ipsi contumaciam tantum. non autem aliis habentibus causam antiquiorem. l. eius. qui. vbi Bar. ff. de iure sis. Bar. in l. cum filius fam. in princ. ff. de verb. obl. & in l. si quando. C. unde vi. per Corn. consil. ccxj. in fi. in 4. vol. & dixi in tract. praesump. reg. 3. vers. 22. unde etiam talis. Quarta est quaestio. an si isti possessores opponant de iure fisci ad euitandum retrovenditionem. possent audiri. & ex supra scriptis satis apparet. nullum ius esse in fisco. & ideo talis exceptio non adiuuaret. maxime cum tale ius non competat fisco. nisi volenti. unde talis exceptio de iure tertij non videtur exclusua ipso iure iuris agentis. & ideo non potest opponi per tertium. l. si ff. si ager vectig. cum glo. l. ij. C. de iur. emphy. per Bar. l. ij. ff. de excep. rei iud. Alex. 3. in fi. in ij. Dec. consil. 144. fisco pro ipso iure non hēt. sed oportet prius. quod intenter actionem reuocatoriam. secundum Bartol. in d. l. post contractum. per text. in d. l. in fraudem. ff. de iur. sis. & per §. item si quis in fraudem. Instit. de actio. & istud instrumentum ex forma statuti Senensis esset garantigatum. non videretur in omnem casum differenda executio. ipso celsionario latidate. iuxta auct. que supplicatio. C. de precib. Impera. offer. & quae notat Socin. in l. pecuniam qua. vers. inferre. ff. si cert. pet. & facit text. in l. i. §. si pecunia in sacculo. in fin. ff. de pos. Quinta quaestio. vbi depositum. seu oblatio sit facienda. & cum vterque possessor habeat domicilium in ciuitate Senensis. facta videtur sufficere. si fiat in dicta ciuitate. & ibi interpellentur ipsi possessores. & propter qualitate reuerentia. Cardinalis. debet celsionarius accedere ad domum ipsius. iuxta doctrinam Bartol. in litem illa. ff. de constit. pec. & per Bald. in l. acceptam. C. de vfur. Magis enim attendimus ad locum domicilij. quam ad locum vbi bona sunt sita. quia forum domicilij praevalet. secundum glo. in clem. j. verb. subditos. de foro comper. in fin. in c. statum. verb. vnam dietam. de refer. in vj. Fel. c. fi. de for. compe. Sed difficultas est. si litigandum sit. coram quo iudice fieri id debeat. & si haec pars castri possidetur pro indiviso ab utroque. tam ecclesiastico quam laico. factis videretur tractandum esse coram iudice ipsius ecclesiastici. per regulam l. communem. ff. quem ad ser. amit. & l. praecipimus. §. penul. C. de appellat. vbi Bart. hoc tenet. & quae aggregat Fel. in c. j. de preser. las. & Mod. in emancipati. C. de collat. non enim debet ista. quae est vna & eadem causa. tractari per diuersos iudices. l. j. ff. de quib. reb. ad euad. iud. & quae habentur in l. nulli. C. de iudi. & per Aret. conf. xxxix. Est quoque aduertendum ne isti colludentes cum fisco faciant. quod iudex fiscalis sub praetextu. quod celsio facta sit in fraudem fisci. causam ipsam ad cognitionem suam trahat. quod tamen respectu ipsarum partium de iure facere non posset. iuxta l. j. & l. ij. C. vbi caus. fiscales. Sexta quaestio. quomodo depositum pecuniae sit faciendum. Respondeo. rem esse claram. sed in primis oportere. quod d. ipse possessoris offeratur. & ostendatur copia authentica instrumenti celsionis. & mandati. per Antonium Mariam facti in ipsum d. Aeneas & hoc pro legitimatione personae suae debet quam legi. vt intelligat iuxta text. in l. si quis in fisciatus & quod

& quod ibi Bartol. ff. de pos. & ipsis petentibus. debet exemplum relinquere. clemen. causa. de elect. alioquin ipsi possessores non tenerentur credere d. Aeneas. neque constituerentur in mora. secundum Bart. in l. q. te. ff. si cert. pet. Alex. lxxvij in v. volu. Septima quaestio. quia Aeneas erat minor aetate. & nunquid valeat celsio facta minoris & de iure communis est clara. quod sic. Cum enim contractus tendat in vtilitatem suam. non est opus alia solennitate. & obligatur contrahens & minor acquirit. l. iul. §. si qs a pupillo. ff. de act. empt. Quod maxime est dicendum in casu nostro. in quo praesupponitur. quod quauis dict. Aeneas esset minor annis xxv. tamen non habebat curatorem. quo casu contractus est validus iuxta text. in l. si curatorem habens. C. de in. int. rest. min. nec arbitror quod statutum Senense deroget in hoc iuri communi. Bene fateor. quod si tale statutum induceret aliquam solennitatem & minor iuisset ad contrahendum extra territorium. posset dubitari an videretur id fecisse causa fraudandi statuti. eam solennitatem imponens. secundum Sali. in l. 2. C. de sum. trin. Aret. consil. lxxxij. sed vt dixi cum hoc totum tendat in vtilitatem minoris. non videtur subsistere causa fraudis. unde nec quidem fraus praesumitur. secundum Bar. in d. l. post contractum. in j. praesumptione. Octaua & vltima quaestio. si statim factum deposito dominiū transeat. & possit d. Aeneas statim actualem possessionem apprehendere? Et certè non. sed oportet expectari sententiam. non est singulis. ff. de reg. iur. interim tamen curret interesse. quantum sit respectu fructuum aduersus istos possessores. vt est text. in l. ij. in fi. C. de pact. int. ept. & ved. & in omnem casum istis non obseruantibus locus esset stipulationi poenali. & incidere in poenam positam in instrumento. de quo in l. stipulatio ista habere. in prin. de verbo. oblig. & per doct. in l. 2. §. item si in facto. ff. eo. tit. Imò in casu nostro subsist non modica difficultas. an isti possessores teneantur praecise ad retrovendendum. Cum enim istud sit pactum de emendo. & vendendo videtur concernere duntaxat causam facti. & ideo ipsis detrectantibus non posset fieri condemnatio praecisa. sed duntaxat ad iniucem. l. si fundum certa die. l. si poenam. ff. de verb. oblig. Sed tamè ad hoc responderi potest altero de duobus modis. Primò. quod hoc non procedit quando dicta transactio esset facta mediante iuramento. quia tunc iuramentum facit. quem praecise teneri las. in l. si pecuniam. in princ. ff. de cond. ob cau. 2. Pappal. vbi allegat concor. in l. si quis maior. in ix. not. C. de transact. Secundo respondeo. quod cum venditor sit dominus. teneatur praecise transferre dominium. videtur quod ex tali pacto quis praecise possit compelli per l. si cum venderet. vbi Paul. de Castr. ff. de pign. act. quem refert & sequitur Ioan. de Ana. in cap. conquestus. extra de v. fur. Anto. Burg. in cap. ad nostram. de empt. & vend. Socin. consilio lxxx. in 3. vbi responderat rationibus Alexan. qui contrarium consuluerat. consilio x. in 3. & non potest negari. quin sit dubia. de qua dixi in l. traditionib. C. de pact. Et ita mihi videtur. & c.

CONSIL. XXV. SVMMÆ:

- 1 Donatio inter virum. & uxorem prohibita est.
- 2 Contractus per quem mulier pro marito obligatur. est nullus.
- 3 Iuramentum contra leges praesertim. non debet valere.
- 4 Alienatio fundi dotalis cum iuramento valet. fallit si inde oriatur praedictum filij. & c.
- 5 Iuramentum quòdo refultat in praedictum tertij. non valet. nec est seruandum.
- 6 Iuramentum seruari debet quoties sine interitu salutis aeterna seruari potest.
- 7 Dotalem fundum rectè alienari.
- 8 Quomodo cognoscatur enormis lesio.
- 9 Hypothecarius soluendi forma.
- 10 Regulariter renuntiatio hypothecae. praedictat quo ad omnes.
- 11 Dominus tenetur non expellere conductorem durante tempore. Consil. Andr. Alciati.

re. & c. & id ex dispositione legis.
 11 Vasallus ex dispositione legis feudum alienare non pot.
 12 Verba in instrumētō posita. debent aliquid operari.
 13 In contractibus nullū verbū debet esse superfluum.
 14 In iudicio possessorio. non est permissa appellatio.
 15 Pictus victori in expensis condemnandus est.

Controversia vertens inter monasterij S. Laurentij. & Isoardam uxorem Claudij Felicis. nō modicam habet dubitationem. quae principaliter in duobus consistit. ex quibus prima fronte videbatur pro ipsa Isoarda esse pronuntiandum. Primo. quia consensus alienationi praesertitus. & renuntiatio hypothecae. non videtur valere. nec obligare dictam uxorem. quominus dotem suam repetere possit. nam in facto proponitur. quod quando facta fuit talis renuntiatio. maritus non remanebat solutudo. unde talis renuntiatio contineret donationem. l. etiam. C. ad Velleia. l. si pignus. ff. quae in fraud. cre. quae t donatio est prohibita inter vir. & vxor. Item per talem renuntiationem mulier obligatur ad nō agendum. sed talis contractus per quem marito obligatur est nullus. authent. si qua mulier. C. ad Velleia. & per istas rationes ita concludit Bartol. cum quo caeteri transeunt in l. iubemus. C. ad Vell. Nec obstant iuramentum. quia cum sit contra leges praesertitum. nō debet valere. l. nō dubium. C. de leg. & ita dicit gl. in d. authent. si qua mulier. quam sequitur ibi fac. But. & dicit Salic. q. doct. cum ea transeūt. & istud debet praesertim attendi in casu nostro. in quo agitur de magno praedictio mulieris. unde propter in omnem laesionem praesumeretur metus reuerentialis mariti. & ideo iuramentum esset relaxandum. vt consuluir Dec. consilio clxxx. in fin. facit q. notat Bald. in l. 2. in ix. q. C. de refec. ven. Pau. de Cast. consil. clxx. cōtra superius per mod. in c. causā matrimonij. extra. de off. deleg. Itē alia ratione iuramentum nō debet valere. quia vergeret in praedictum tertij. id est. filiorum dictae Isoarde. quae aliam non possent consequi alimenta super dote materna. probatur hoc ex not. in c. cum cōtingat. extra. de iure iuran. vbi Ioan. de Imo. concludit. quod licet alienatio fundi dotalis cum iuramento valeat. si tñ oriatur inde praedictum filijs. vt quia maritus vergat ad inopiam. ita q. periculum sit. ne filij non possint a patre alij. cum aliunde nō habeant. honestum est. vt de dote materna alantur. l. alimenta. C. de neg. gest. & ideo tunc talis alienatio nō firmaretur. t iuramento tanquam refulsans in praedictum tertij. unde tunc iuramentum non esset seruandum. d. c. cum cōtingat. & q. not. Io. Fab. in l. qb. alien. non lic. in prin. ergo idem dicendum in casu nostro. in renuntiatione istius hypothecae. Secundo & fortius. quia dato. q. supra dicta non obstant adhuc propter ambiguitatem istius casus. esset pro ea pronuntiandum. iuxta l. in ambiguis. ff. de iur. dot. praesertim cum agatur de dote mulieris. quae aliud non habet. unde viuere. videtur enim tali casu agi etiam de pia causa. & etiā propter duplicem fauorem. debere praeseri ecclesiae. l. cum is. §. mulier. ff. de codic. inde. §. interdicitur. in authent. de eccle. vt glo. in l. si cui. ff. de an. leg. p. Ludo. Ro. in rep. authent. similiter. C. ad leg. Falc. Ista autē ambiguitas resultat ex perplexo. nam si mulier non possit consequi dotem suam à ministerio. agat contra creditores. quibus ipsa potior tempore. & obtinebit. & illi agēt cōtra monasterium. & quia anteriores tempore etiam ipsi obtinebunt. & consequenter monasterij rursum conueniet vxorē. & vxor creditores. & sic res ibit in infinitum. & in tali casu in terminis nostris. sic decidit gloss. ordinaria in l. Claudius felix. ff. qui poti. in pign. hab. & istud maxime procederet. si creditores soluerēt vxori in pecunia numerata. & liberaret hypothecam. monasterij enī omnino tūc excluderetur. nō enim posset obtinere cōtra creditores ex quo illi sit potiores tempore. nec cōuentio inita cū vxore. potillius praedictare quominus vtatur beneficio legis. & est. vt offeredo pecunia liberet re ab hypotheca. l. si prior. in princ. & fin. ff. qui poti. in pign. hab. l. fin. C. per luit. pi. R.

non etiam posset obtinere ab vxore, quia non haberet aliquod ius pignoris in illa pecunia, quam dotis sue causa receperit a creditoribus, vt declarat Bart. Sal. Fulgo. in dict. l. Claudius felix. Nec ob stare videtur, qd isto modo p interdictum mulier se opponeret monasterio, quod est contra eius promissionem, quia etiam si talis dictio non esset apposta, tamen tacite intelligeretur, quia promittens aliquid facere, intelligitur nec directe, nec per indirectum, cap. cum quid vna via. de reg. iur. in vj. vnde quauis expressa sit, nihil operatur. l. j. ff. de leg. j. & quando non est expressa, decisiones sunt elare pro ista muliere in dict. l. Claudius. Sed istis non obstantibus, inclino magis in contraria opi. quod imo dictum monasterium debeat obtinere aduersus Isoardam, & veritas istius opin. apparet ex repositione argumentorum, q in contrarium fuerat adducta. Non obstat igitur, q talis promissio non valeat, quia imo valet, propter vim iura meti, quod debet feruari, quoties sine interitu salutis aeternae seruari potest. d. ca. cum contingat. c. quamuis. de pact. in vj. auth. sacramenta puberum. C. si adu. vend. & quamuis ex tali contractu inducatur donatio inter vir. & vxor. tñ iuramentum conualdat talē donationem secundū Guliel. de Cun. & Alber. de Ros. in l. sed & si possessori. ff. item si iurauero. ff. de iureiurand. Fed. de Sen. consil. cxl. punctus quaestio. nis. Per. de Anch. Io. de Imo. & Abb. & Praep. in ca. si extra, de don. inter vir. & vxor. Bar. & Raph. Co. in l. si qs pro eo. in fi. ff. de fideiuss. Abb. Imo. & in effectu Anton. de But. in d. c. cū contingat. Io. de Lig. Io. de Imo. & And. Sic. in de. Rom. de iureiuran. & est communis opin. vt per Bartol. Veron. in cau. cxij. In l. i. pacta quae contra. C. de pact. Cor. in repet. rubr. de iureiuran. in xxv. priuile. Alexand. cons. viij. cons. clvij. in 2. Aret. consil. lxxxiij. incip. diligenter & mature. Cor. in rep. d. auth. sacramenta puberum. q. xvij. & in consil. ex viij. in prin. consil. xli. in 3. consil. 124. in 4. Dec. consil. ccij. & ideo dicit Io. de Imo. in d. c. cum contingat. in j. no. in fi. quod si vxor marito alienari fundū dotalem consentiat, & iuret, licet maritus non sit soluendo alienatio tenet, quia dato, quod inducatur donatio, secundū Bar. in d. l. iubemus. tñ talis donatio per iuramentū firmatur, & idem etiā ibi sequitur do. Io. de Monte ferrate. Et dato, etiam quod hoc casu in effectu mulier obligaretur, p viro contra d. authent. si qua mulier. tamen prohibitio illius legis tollitur per iuramentū, secundum magis communē opi. de qua ibi per Alb. de Ros. Ang. & Pau. de Ca. Nec metus reuerentialis videtur hic considerari, quia posset habere locum in contractu gesto inter maritum ipsū, & vxorem, quod ad eos non respectu tertij, qui pecuniā exburfauit, quauis et in casu nostro non sit tenormis laesio, nō enim pecunia ista excedit dimidiā dotis, imō est infra illam portionē, vnde non possumus allegare enormē lētionē, iuxta no. in l. 2. C. de resc. vend. p. Io. de Imo. in d. c. cū contingat. in 3. ca. su principa. Nec est habenda est ratio p̄iudicij filiorum p̄pter alimētā in hoc casu, cum ipsi nō sint in iudicio isto in quo agitur solū inter creditores habentes hypothecā, quis debeat praeferrī, filij autē nullā habent hypothecā rōe alimentorū, vt per doct. in l. si cū dotē. ff. si nūc in fauissimo. ff. sol. mat. Ro. consil. cccclij. Incip. in re praesenti. Nō obstat secundū argumētū, quia mulier p̄ renūtiationē hypothecae monasterio factā, nō pot̄ aliquid prauidicium facere istis creditoribus, vt dicit text. in d. l. Claudius. in fi. vnde tollitur p̄plexio, primo enim accipietur de dictis t̄ bonis dos Isoardae tanquam anterioris omnium, deinde accipietur de bonis illud, quod superest pro solutione creditorum, tertio loco satisfiet monasterio, & si tantum nō sit in bonis, aget monasterium ad bona, quae obuenerunt Isoardae pro dote sua, nec ipsa poterit opponere de hypotheca versus monasteriū, ex quo illi renūtiavit. d. l. iubemus. C. ad Velleia. nec poterit etiam agere contra creditores, ex quo bona illa fuerunt per monasterium ablata ex facto ipsius Isoardae, quod factū nō debet nocere creditoribus per rationem d. l. Claudius. in fin. non enim modicum detrimentū esset, si ipsi debet

rursus agere contra monasteriū, & habere locum: circulus, per quem qui posterior creditor esset, fieret aequalis cum anteriore, contra regulā l. a. ff. qui pot. in pig. & sic cessat omnis perplexitas. Bene fateor, quod quando creditum mulieris exhauriret omnia bona mariti, tunc tale pactū posset valere in fauore vltimū creditoris, quia tali casu fit prauidicium alijs creditoribus ex quo ipsi omnino excluduntur a muliere, & in tali casu bene resultaret perplexitas, de qua loquitur gloss. & Bartolus in dict. l. Claudius. Sed vbi ultra creditum mulieris superest aliquid, nō potest mulier prauidicare sequenti creditori in eo, quod reliquum est: & iste est casus noster in quo cessat dicta perplexitas. Fortius posset dici, quod ex quo mulier pmisit, nec directe, nec p̄ indirectū, se opponere monasterio, quod talis renūtiatio hypothecae, excludat eam penitus a iure pignoris, respectu dictae quantitatis, etiam quo ad alios creditores, nam t̄ regulariter renūtiatio hypothecae quo ad omnes. l. Paulus in princip. ff. quibus modis pign. vel. hypoth. sol. l. si creditor. ff. si totū ff. de pign. Nec obstat, d. l. iubemus. C. ad Velleia, in qua specialiter statuitur vt talis renūtiatio nō trahatur ad alias personas, q̄ limitabitur, qñ renūtiās pmisset, neq̄ p̄ indirectū se opponere: opponeret enī se p̄ indirectū, si ipsa vellet alijs p̄sonis p̄ferri aliter, sed modo t̄ tradito. Nec obstat, quod in qualibet renūtiatione istud tacite inest, ergo expressio nihil deberet operari, quia procederet, quādo tacite inest ex necessitate, secus si ex dispositione legis l. talis scriptura. vbi Bartolus. ff. de legat. j. tunc enī multū operatur, vt etiā apparet ex doctrina Bartoli in dict. l. iij. dum opponit de titulo. ff. si quis omis. cau. testam. & in quaestio. de arbitro. & pro hoc adduco quatuor bona familia. Primum est, t̄ dominus tenetur non expellere conductorem durante tempore, & id ex dispositione l. si fūdus. ff. loc. pene expressē fuit hoc actum, an expressio aliquid operabitur certē sic, quia non poterit expellere, etiam pro sua necessitate, & ita limitatur l. eadem. C. loc. vbi Ange. hoc tenet. Secūdo t̄ vassallus ex dispositione legis feudum alienare nō potest, vt in toto tit. de ph. feud. alien. in vlt. seu. pone quod in inuestitura sit expressum hoc nunquid aliquid operabitur, & dicendum est quod sic, quia si expressum non esset, potuisset saltem alteri in feudari. c. j. ff. similiter. de lege Corra. & tamē ista expressio faciat, vt amplius non possit, secūdum Bal. in c. j. ff. praeterea. de cap. Corr. quia t̄ verba debent aliquid operari. c. si papa. de priuile. in vj. l. si quādo. ff. de leg. j. & t̄ in contrariis nullum verbum debet esse superfluum, secūdum Bal. in rubr. de cōtra. empt. in qua quaestione, & cum hac opin. etiam trāsīt d. Dec. in c. quae in ecclesiarum. extra, de consil. & d. Iaf. l. filius fam. ff. diu. in. 2. l. et. in j. opp. Bar. ff. de leg. j. Tertio t̄ in iudicio possessori non est permilla appellatio, vt not. in l. j. C. si de mom. poss. luer. ap. pone princeps committit causam possessori, appellatio remota, nūquid illa expressio operabitur? & Bald. in l. 2. C. qui accu. nō poss. dicit, quod sic, quia etiam in casibus specialibus in quibus aliās posset appellari per talē clausulam, cōsebitur sublatā. argum. l. j. ff. item nuntiatio. per Iac. de Aren. ff. de oper. nou. nūc. facit text. in c. pastoralis. & q̄ ibi habetur. extra. de app. & melius quod no. Abb. in c. j. extra. de rescript. Quarto t̄ victus victori in expensis cōdemnatus est. l. propter adum. ff. si nūc alterutra. C. de iudi. quod, si partes idem ex cōuentione disposuerūt. & gl. in ff. oportet. in authen. de iudic. dicit, quod talis cōuentio expressa operabitur vt victus cōdemneret in expensis, etiam si habeat iustā causam litigandi, quauis si dicta cōuentio expressa nō fuisset, erat secus. sequitur Bal. Sal. Iaf. in d. ff. si nūc alterutra. cū cōcord. & p̄ hoc solū in casu nostro videtur dicēdū, q̄ quauis mulier simpliciter renūtiādo non p̄iudicet sibi, quoad alias p̄sonas. dato, q̄ ex dispositione legis renūtiatio habeat hūc effectū, vt nō possit et̄ p̄ indirectū cōtraueniri, tñ si expressū sit, q̄ p̄ indirectū nō cōtraueniatur talis expressio debet operari, vt omnino sibi cōseatur p̄iudicasse secūdū supradicta. Et hęc omnia, &c.

CONSIL.

CONSIL. XXVI. SVMMAE.

- Mulier in dote praefertur etiam his, quorum pecunia res est empta.
- Authen. de equali dotis. ff. si consequens declar.
- Expressio eorum, quae tacite insunt nihil operatur.
- Hypotheca vitium & modus.
- Non possunt venditores in re, quae sua esse desit, constituere hypothecam.
- Dotis causa & rem, & pretium teneri.

DE diligenter casus praesens per clarissimū aduocatū domin. Franciscā disputatus est, vt opera mea minimē necessaria videatur: sed tamē, vt morem geram clarissimis viris, a quibus sum requisitus, decreui paucis re attingere. Et certē in fauorem istius est casus expressus, in ff. ijs consequens. in authentic. de equal. dot. vbi sensit Iustinianus, quod t̄ mulier in dote praefertur, etiā his quorum pecunia res est empta: licet enim aliās soleant tales praeferrī ab etiam habentibus expressas hypothecas, & quidem antiquiores. iuxta l. licet. C. qui potio. in pign. tamē hoc fallit fauore dotis, vt ibi dicitur, ratio autem fauoris dotiū, ponitur in l. j. ff. soluto matrimonio, q̄ publice interest ciuitatem repleri, & c. in dict. verō ff. Iustinianus etiā aliam rationem cōsiderat: quia nullo pacto tolerandum fuit, quod mulier dotem perderet: ne aliās melior sit cōditio meretricum, quam pudicarum: meretrices enim dotē nō dant, sed bona auferunt amatoribus: pudicae autem dant dotem, quae nullo modo debet perdi. subiicit text. infirmitati earum esse succurrendum, & quia facile circumuentiones aduersus eas fiunt, dicitur autem decipi mulier, quae dat dotem marito prodigo, & dissipatori: vnde ipsa deduci possit ad periculum eius perdendae, & satis est, quod a lucris cadat, id est, amittat donationem propter nuptias: dotem verō nullo modo voluit legislator amitti, & iste est sensus clarus constitutionis, q̄ etiam apertius colligitur ex originali Graeco, & ex noua translatione: vnde inferitur ad resolutionem dubiorum, quae in praesenti causa vertitur. Et primō quod d. Franciscā est praeferrēda ipsi de Carpo etiam in re empta de pecunia ipsorum, etiam quod ipsi per expressam hypothecam sibi cauerint, quia text. in dict. ff. ijs consequens, ad huc ponit causam dotis priuilegio istorum, qui semper dicitur venire ex priuilegio siue tacite, siue expressē cauerint, quia cum sint posteriores, non possunt praeferrī anterioribus, nisi ex vigore priuilegij. Item quia et si expressa hypotheca nō interuenisset, tamē idem esset, & t̄ expressio eorum, quae tacite insunt nihil operatur t̄ non reat. C. de fideiuss. & merito Bartol. appellat hanc hypothecam tacitam, quamuis verbis sit expressa, vt p̄ Bartol. in l. interdu. versic. secūdo quāro, quid si aliqu. cum quo ibi transeunt doctores. ff. qui potior. in pign. expressio enī nihil facit, quia aduersus anteriores creditores frustra fieret, sed est auctoritas legis: quae hoc priuilegium tribuit. dict. l. licet. merito appellatur tacita, & ista opinio Bartol. est communiter approbata, vt reatē fuit allegatum per dominum aduocatū: quia eam etiā tenet Perr. Cin. Alber. Bald. Angel. Salic. dicta authent. quo iure. Paul. Iaf. l. creditor. j. li cert. peta. Vitalis tract. clausularum. versicul. & specialiter obligauit. Afflictus Neapol. decisio. cccvj. vbi allegat Spec. & Ioann. And. idem tenentes, & Bald. Nouel. in tract. dot. fal. xv. & maximē procedit hęc interpretatio in eo, qui mutat ad emptionem agri, qui vt habeat hypothecam oportet, vt sibi expressim de ea provideat: licet secus si in refectione nauis, vel simili, secundū glossam in d. ff. ijs consequens. verbo, agrum, & sequitur doct. l. licet. & in l. quod quis. ff. de priuile. credit. vnde satis apparet expressū esse textū pro quaestione nostra in d. ff. ijs consequens. Secūdo inferitur quod illa allegatio Carporū dicentium, quod ipsi habent hypothecam in dicta domo antequā efficeretur mariti istius mulieris nō est vera, nec sufficiens, cum enī veditio sit facta marito, antequā traslarū in maritū ipsi nō possunt pretendere hypothecam, cum eius organo me-

Consil. And. Alciat.

diante sola transeat hypotheca, post verō ius ei acquisitū incontinenti transit in hypothecam vxoris, est. tex. in l. 2. ff. de reb. eorum. & per Anto. Fan. in tract. pigno. in 4. parte. quaestio. 4. & quod in simili not. disputauit Fran. Accur. & refert. Ioan. An. in Spec. in rub. de pact. & Pau. de Cast. in l. fin. autem. ff. de pact. maximē cum ipse maritus iam esset in possessione, quo casu facta solutione illis de Labbate veditoribus statim absque alio facto dominium in maritum transijt. ff. interdum. de rer. diuis. & cōsequēter in ius hypothecae dotalis, nec potuerunt dīcti venditores in re, quae desijt esse sua constituere hypothecam etiam si noluisent. argum. l. Stichus seruus. in prin. de manu. testam. l. rem alienam. ff. de pign. act. Nec obstat quod ex necessitate pacti initij cum Carpis debeat dicta domus ad eos reuerti, vnde libera reuertitur secūdū doct. Bartol. in l. in die. ff. de aqua plu. arc. per text. in l. j. l. ff. ex duobus. ff. sed & Marcellus. ff. de in die adiectio, & quod not. Dec. consil. lxxxviij. quia respōdeo, quod argumentum procederet, si domus ista fuisset vnquam in dominio Carperum, quod nō fuit. Item procederet argumentum in alia materia nō priuilegiata, secus est aduersus dotem per text. in dict. ff. ijs consequens. Itē procederet aduersus obligationem posterius contractā, non aduersus eam, quae prior est tempore, prout dos in casu nostro. Tertio inferitur, quod quamuis Carpi probarent, quod tempore hypothecae ab eis acquisitae in dicta domo maritus esset soluendo, quia haberet alia bona vnde posset satis fieri d. Franc. non tñ talis probatio releuaret eos, quia licet tex. cōsideret quod circumuentiones mulieris fiat in dict. ff. ijs consequens, hoc dicit, vt supra declarauit duplici respectu. Primō, maritorum, q̄bus dant dotem tanquam idoneus, & frugalibus, & deinde reperitur prodigi, & dissipatores. Secūdo respectu donationis propter nuptias, quā ipsae mulieres amittūt, & in ea circumueniuntur, licet lex eis nō succurrat nisi in dote propter euitandum damnum, vbi verō agitur de lucro captado, sicut in supradictis donationib⁹ nō succurrit. Quarto inferitur, q̄ licet prima frōte videatur inconueniens, quod dicta vxor obtinuerit rem venditam Carpis, & nunc velit etiam obtinere rem ex pretio emptam, & sic habere, & pretiū: tamē hoc nō est inconueniens, nec absurdum, rem enī venditam Carpis obtinuit iure hypothecae suae antiquioris, secundū dict. l. asiduis. C. qui pot. in pign. domum verō t̄ obtinet, quia p̄ferenda est ijs, qui mutauerunt pro emptione rei ex beneficio. dict. ff. ijs consequens, & quantum sit ad pretium non obtinet, nisi dotem suam, quā noluit legislator vltatenus perdi. Et si male sibi cauerit Carpi, sibi imputent, quia debebant ipsi emere domum, & eam deinde dare in solutum marito cū speciali hypotheca in casu euitationis priorum bonorum, sed cum contenti fuerint simplici hypotheca nō est mirū, quod hypotheca vxoris praefertur praesertim anterior tempore, sicut videm⁹ eum ex cuius pecunia simpliciter mutuata empra sunt merces, potioem nō esse ceteris, nec respectu mercium, nec respectu pecuniae, sed vtrūque perdere. l. procuratoris. ff. planē. de tribut. doct. in l. si cum dotem. in fin. ff. solut. matrimo. n. Facit text. in cap. j. ff. si vassallus. de beneficio. si de feud. defun. & q̄ notat Ioann. Andr. in Specul. rubr. de feudo. in fin.

CONSIL. XXVII. SVMMAE.

- Renuntiatio hereditatis paterna, vel materna facta in manibus parentū nō valet iure ciuili, quia meritis sūt puocandū sibi, non autē passionibus adstringen.
- Hereditates iuris publici auctoritate deseruuntur, ideo priuatoorum passionibus non mutantur.
- Renuntiationi hereditatis si accesserit iuramentum, de iure canonico.
- Cap. quamuis. de pactis in sexto variē restringitur.
- Alius non acceptati, nullam obligationem pariuunt.
- Notarius licet possit stipulari absenti, et ei acquirere, hoc tñ intelligitur si absens, deinde ratum habeat.
- Pactum non prius confirmatur, quam absens habuerit not.

R. 2

- titiam. & ratificauerit cum interim licita sit voluntatis mutatio.
- 8 Renuntiatio facta sub conditione non eueniente conditione, pro non facta habetur.
- 9 Renuntiatio facta illi de cuius hereditate agitur propter consensum suum valet, quamuis de hereditate viuentis tractetur.
- 10 Renuntiatio facta cum aliqua limitatione seu restrictione non simpliciter, sed secundum dictam restrictionem intelligi debet.
- 11 Modus adiectus renuntiationi, regulariter non restringit eam, quin simpliciter habeat effectum.
- 12 Facultas testandi debet esse libera.
- 13 Testamentum solenne, nudam renuntiationis acceptationem non tollit.
- 14 Testamentum incipit vires habere tempore mortis.
- 15 Iura iuramentum non trahitur ad casus, postea de nouo superuenientes.
- 16 Ex actu tacito, non potest censeri reuocata institutio testamentaria.
- 17 Inter liberos ut censetur recessum ab institutione, non sufficit quaelibet coniectura, sed certitudo cum aliquali solemnitate.

Renuntiatio hereditatis paternae, vel maternae, facta in manibus patrum, iure civili, non valet, quia meritis prouocandi sunt filij, non autem actionibus adstringendi. l. si quando. §. j. C. de inoff. testam. Et quia hereditates iuris publicae auctoritate deferuntur, unde priuorum actionibus non mutantur. l. si. ff. de suis & leg. §. si tamen si accesserit renuntiationi iuramentum, iustitiam de iure canonico, iuxta text. in c. quamuis. de pact. libro vj. Quae tamen dispositio iuris canonici recipit sex notabiles limitationes, quae in casu nostro videntur locum habere. Prima est, quia text. in d. ca. quamuis, loquitur in renuntiatione acceptata propter patres, & si in pacto, in quo vertitur duorum consensus. l. j. ff. de pact. unde si talis renuntiatione non fuerit acceptata a parentibus, non videtur esse alicuius effectus prout regulariter factus non acceptati nullam obligationem pariunt. l. quaecumque gerimus. ff. de act. & oblig. l. si. ff. de legatio. in casu autem nostro non apparet quod d. Philippa mater acceptauerit talem renuntiationem, ergo non debet esse alicuius effectus, ut est communis opinio. secundum Aymonem Crauet. consil. xlij. in fi. Nec obstat, quod sit stipulata per notarium, nomine absentis, & haeredum suorum, quia licet notarius possit stipulari absentis, & ei acquirere, hoc intelligitur, ita demum si absens, deinde ratum habeat. secundum And. de Pisis, Guil. & veteres, quos refert, & sequitur Alb. de Ros. in l. non aliter enim. ff. de adopt. & Bal. in l. nec ei. §. satisf. circa si. sexto quaero. ff. eod. tit. de adopt. Soc. in l. j. §. si iusserim. in fin. de acq. poss. & consil. 53. in 4. volum. Adde ut facultas acceptandi, seu ratificandi non transeat in haeredes, secundum Pau. de Cast. in consil. cxv. vilijs, quae narratur, in 2. vol. secundum impressionem notissimam, quem refert, & sequitur Dec. in l. contractus. ff. de reg. iur. & consil. xxvj. magister Io. de Albenco, cum si. ut alias dixi in c. cum contingat. num. cxj. vers. quarto facit. extra, de iure iuran. quae disputatio non est hic necessaria, cum etiam si ius ratificandi transeat in haeredes, tamen in casu nostro, cum isti, qui renuntiauerunt sint haeredes, possunt pro parte sua nolle ratificare. Nec obstat, quod in instrumeto dicatur eos fuisse rogatos a matre, ut facerent talem renuntiationem, quia etiam si hoc sit verum, tamen non sufficit cum non prius confirmetur pactum, quam iste habens habuerit notitiam, & ratificauerit, cum interim licita sit mutatio voluntatis. l. qui Romae. §. Flauius. vbi omnes not. ff. de verb. oblig. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. gloss. in l. j. in fin. ff. de contrah. ept. & forte mater non acceptasset propter conditionem adiectam renuntiationi, ut mox dicam. Secunda est limitatio, ut valeat renuntiatione secundum formam d. c. quamuis. quando facta est simpliciter, secus si facta sit sub certa

conditione, & conditio ipsa non euenierit, tunc enim habetur pro non facta. l. j. 2. & 3. respol. ff. de dona. in casu enim nostro, etiam si rogatus esset a matre, non tamen ipse simpliciter fecit id, de quo rogatus est, quia non simpliciter renuntiauit, sed cum ista conditione quod ex bonis maternis haberet possessionem villae Bauriae, & c. & nisi mater consentiat huic conditioni, renuntiatione non habet effectum, est enim contractus renuntiationis, id est, facio, ut des, non posset mater uti beneficio renuntiationis, nisi ex parte sua adimplerisset, id est, reliquisset ei dictam possessionem. l. naturalis. ff. de precept. verb. l. si pecuniam. ff. de cod. cau. da. quod cum non fecerit, euanuit conditio renuntiationis. Tertia est limitatio, quia text. in d. c. quamuis, procedit, quando renuntiatione hereditatis facta est ipsi, de cuius hereditate agitur, tunc enim propter consensus sui valet pactum, quamuis de hereditate viuentis. l. si. C. de pact. quod si facta esset alteri puta fratri, tunc non valet, nec confirmaretur iuramento, quia esset contra bonos mores, & incidere in poenam confiscationis. l. quidam. §. si. ff. de dona. per Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & quamuis in pacto diceretur, quod hoc fieret de consensu absentis, tamen non operaretur aliquid ista assertio, nisi de ea aliter constaret, quia censetur facta in fraudem legis, l. qui testamentum. ff. de proba. Quarta est limitatio, ut procedat text. in d. c. quamuis, in renuntiatione simpliciter facta; secus, si limitate, & cum certa restrictione facta sit, quia tunc secundum dictam restrictionem renuntiatione est intelligenda. l. age. C. de transact. in casu autem nostro renuntiatione est quidem facta de hereditate paternae, & maternae, sed adicitur pro contentamento ipsorum, & datur eis facultas, & libera licentia disponendi etiam de legitima quoquo modo voluerint, tam inter viuos quam in vltima voluntate, quae verba declarant mentem renuntiantis etiam quod omnino vltima voluntas ipsius matris esset salua, nec renuntians excludatur, nisi quatenus ipsa velit, unde cum in vltima voluntate alter disposuerit, stabit firma haec voluntas, & licet alias modus adiectus renuntiationi non restringat eam, quin renuntiatione simpliciter habeat effectum. l. donationes. §. species. ff. de don. l. si mulier. C. de iur. dot. tamen in casu nostro ea verba non sunt adiecta in vim modi, sed equè principaliter, unde declarant id actum esse, ut omnino eius vltima voluntas esset salua. argu. l. Titia. §. fin. de leg. & fideicommiss. secundo. l. species. de auro & arg. leg. & quod not. Barto. in l. 4. ff. de adi. legat. Quinta est limitatio, ut quauis renuntiatione in forma valida sit facta, possit tamen renuntians succedere, si ex testamento fuerit vocatus, quod Bartol. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, censuit, & communiter receptum est, & ratio est secundum Bartolum, quia nisi valeret talis institutio, sequeretur quod patri restricta esset facultas testandi, quae tamen omnimodo libera esse debet. l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro soc. quae ratio est communiter approbata, & eam desedit ab impugnantibus. Decius in l. pactum. C. de colla. & Affl. in desis. Neap. ccc. Alij tamen assignant aliam rationem, scilicet quod pater moriendo ea instituta, videtur illi iuramentum relaxasse, quod facere potest. c. 2. extra, de spol. l. si. ff. qui & a quibus. sic. & consensum suum arbitrari suo reuocare potest. l. fin. C. de pact. Fortius censuit Are. in l. qui superstitis. ff. de acq. haere. quod etiam si filia expressè renuntiauerit successioni ex testamento, tamen adhuc admitteretur ex testamento iam facto ante renuntiationem, nec enim attendimus ad tempus conditi testamenti, quia nihil refert ante, an post renuntiationem sit factus, cum praesumatur semper perseuerasse in eadem voluntate. c. maiores. extra, de baptis. l. eum qui. ff. de prob. l. cum hic. status. in fi. principij. ff. de dona. inter vir. & testamentum solenne nuda renuntiationis acceptatione non tollatur. arg. l. 4. l. ex parte. ff. de adi. leg. l. hac consultiissima. §. si quis aut. C. de test. & §. ex eo autem. inf. quibus. mod. test. inf. Sed attendimus ad tempus mortis, quo testamentum ipsum incipit vires habere, non oportet. ff. de lega. ij.

lega. ij. & ista sententia est de mente docto. & communis opinionis, quae simpliciter habet, quod tali renuntiatione non excluditur causa testamenti, & per Affl. d. dec. ccc. & supra scripturae rationes procedunt etiam hoc casu, licet Cor. in d. l. pact. sub dubio forte dicat, quod renuntians excluderetur si ante renuntiationem esset instituta. Dec. vero ibi remittit se ad nota. per Are. in d. l. qui superstitis, vbi Are. dicit contrarium, & certè argumentum Cornei est fragile, quia se fundat ea ratione, quod docto. teneant renuntiantem non excludi, quia iuramentum non trahitur ad casus, postea de nouo superuenientes, ca. cum P. extra, de renunt. sed profectò doctores non mouentur ista ratione, verum alijs duabus, lupra per me relatis, quae habent locum aequaliter utroque casu, siue ante, siue post sit factum testamentum, & ita et tenet Paris. consil. lxxix. in 3. lib. & satis sentit Curr. d. l. stipulatio hoc modo, de quo tamè articulo in praesentia non disputo, quia nos sumus extra illum casum. loquitur enim Cor. in casu, quo filia expressè renuntiauit, & ab intestato, & ex testamento intelligitur esse secundum eum de testamento iam facto, non de superueniente ex post. Sed in quest. nostra nullum verbum est renuntiationis ex testamento, imò contrarium cum posterius parentes in libera facultate testandi, satis appareat actum non excludi si ita testamento ordinauerit. Nec me mouet, quod adsint aliquae coniecturae voluntatis ipsius matris, quibus stantibus videtur esse recedendum a causa testari, ut per Alex. conf. xxix. in 3. Car. Paris. cōf. xxvj. & lxxix. in 3. Cor. 294. in 4. Aym. Crau. conf. xlij. respondeo primò, coniecturas non inferre rōuocationem testamenti, sed quod fieret renuntiatione, ut mater poneretur in libertate respectu testamenti, ut supra dixi. Secundò nihil cum ea actum esse, sed cum notario simpliciter stipulanti absentis. Unde non potest argui voluntas eius per supradicta. Tertio, quod text. actu tacito non potest censeri reuocata institutio testamentaria. d. l. ex parte. d. l. 4. de adi. leg. Quarto, quia etiam inter liberos censetur recessum ab institutione, non sufficit quaelibet coniectura, sed certitudo cum aliquali solemnitate, de qua in auth. quod sine. C. de testa. Quintò, quod confessio renuntiantis ut morè gerat matri, & c. non valet, quia in fraudem legis, ut supra dixi, & quia ei mos geritur si permittitur libera facultas testandi, & c. Sexta est vltima est limitatio, quae colligitur ex statuto Ferrariensi, secundum quod non valent haec renuntiationes, factae a minoribus xxv. annis, nisi eum auctoritate agnati proximioris, cuius non interfit, alijs lex infirmat contractum etiam cum iuramento, & presumitur metum, & dolu, & c. quod potest facere statutum secundum Bartolum, in l. omnes populi in 2. quae 3. prius. versic. ecce alia. ff. de iust. & in. Paul. de Cast. in authent. sacramenta puberum. C. si adu. ven. cum concord. per las. in l. si. §. q. fat. cog. & in simili per Paul. de Cast. consilio lxxj. norandum est in 2. volum. in casu autem nostro interuenit auctoritas illustrius d. Mathie fratris, cuius intererat, quia ut fatetur ipse talis renuntiatione tēdebat ad vtilitatem suam, meritò non potuit in ea auctoriari. l. j. ff. de aucto. tut. & licet, aliquis dubitatio sit, quado contrahit cum patre, ut tunc non sit locus statuto, propter presumptionem oriētē ex dignetia patris, de quo dixi in l. p̄ses. vltim. sed quod de patre C. de transact. tamen haec quaestio hic non est pertinens, quia renuntiatione facta est absentibus, & quae questio non est de hereditate patris, sed maternae tantum, in qua omnino seruanda fuit forma statuti. Et ita mihi, & c.

CONSIL. XXVIII. SVMMAE:

- 1 Principalis obligandi forma & vis.
- 2 Unde quaeritur commod. explicari.
- 3 Participium soluentis, quid denotet.
- 4 Instrumento non liquido, executio concedi non potest.
- 5 Promissio certi pretij, arguit quod contractus fuit perfectus.

Consilio XXVIII. SVMMAE: Oportet & subutiliter aded, allegatum est ex vtraque parte, ut non expediat plura addere, solum ergo prout sum requisitus a reuerendo d. gubernatore consilij mei copiam faciam, breuiter Consil. Andr. Alc.

terque explicabo, quid sentiam. Et verba promissionis sunt qualiter d. Octavianus principaliter, & insolendum. & c. promissit dare, & cum effectu soluere dictos aureos, & c. & alias libras nonaginta pro bladis habitis, ut supra, & c. soluendis modis, & terminis in scriptis de redditibus, & introitibus praefati domini Raphaelis, quibus verbis videtur mihi, quod do. Octavianus non possit dici fideiusor, & consequenter habere beneficium excusationis, sed potius principalis, qui non alienam obligationem suscepit, & qui non de suo, sed de alieno, soluere promissit, ut merito, nec etiam constitutor proprie dici possit, quem constat habere beneficium excusationis, ut est gloss. §. j. in athen. de fideiusor. Alex. l. vbi. §. illud. de verb. obliga. & consil. clix. in 2. In casu autem nostro do. Octavianus est obligatus ad dandum, & soluendum de redditibus Raphaelis, quae verba pugnant cum beneficio excusationis, quia propter tale beneficium creditor ipse tenetur agere contra principalem, sed secundum hanc formam verborum, secus est, quia do. Octavianus promittendo illo modo, videtur se obligare ad agendum contra principalem, ut obtineat ab eo, quod possit soluere de bonis suis, cum alijs non posset dare, id est, dominum transferre ipso contradicente, ut haberetur in l. si procuratorem. §. si ignorates. vbi Fulg. mad. & per Moder. in x. oppo. Bart. de verbo. oblig. lo. de Ana. in cap. olim. extra de accu. vbi Felin. allegat concordantes. & est verisimile, quando bona debitoris non essent apud fideiusorē, prout in casu nostro affirmat Dom. Octavianus, quod non erant apud se, sed penes depositarios. Cum ergo prouiderit Octavianus ipse agere, & soluere, non potest se excusare tali beneficio, quod aduersus verba promissionis suae induceretur, sicut dicimus de eo, qui promissit si principalis non solueret. l. fideiusor obligari. in fi. ff. de fideiur. vel qui promissit si deficeret. c. ex rescripto. de iure iuran. vbi eē dictis casibus euenit conditio, stipulationis actio datur aduersus promissorem absque villo excusationis beneficio, propter vim verborum, ut haberetur in dictis iuribus, & declarauit post alios in l. fin. super verb. non liberabitur. versic. cum promissio. & cap. ff. si cer. pet. & tangit Raph. Com. in d. l. vbi. §. qui verò. ff. de verbo. obliga. Et maximè hoc dicendum est in casu nostro, stante illa renuntiatione, & generali omni alio beneficio sibi fauorabili, & c. quae generalitas verborum videtur sufficere, per doct. Bart. in l. si quis sub conditione. de testa. tut. & per Are. in allegato consil. 33. & in l. sciendum. de verb. obli. Curt. Sen. consil. vj. in princ. Dec. consil. xxvij. & in simili per eundem Dec. consil. cccclij. & c. extra. el. 2. vers. si. x. extra, de offic. de leg. Nec me multum mouet, quod renuntiatione illa, non trahatur ad maiora expressis per ea, quae habentur in c. sedes. de rescript. in de. non potest. de procu. Bar. in l. sed & si quis. §. quae situm. ff. si quis cau. quia non video, quomodo haec exceptio sit maior expressis, cum sit de apicibus iuris, & non conueniat illis, qui volunt existimari magnae fidei, veluti argentariis. §. si. in auth. de fideiuss. nec in iudicijs solius equitatis admittatur, de quo per doct. in l. si mancipium. §. j. ff. de euect. & in d. l. si. si cer. pet. unde facilius debet praesumi ei renuntiatum fuisse, non autem difficilius. Maximè cum hoc tendat in modicum praedictum rei conuenti, aut enim principalis est soluendo, & poterit repetere quod pro eo soluit, aut non est, & frustra obiecit exceptionem excusationis. Unde facilius talis interpretatio est admittenda, per ea quae not. Paul. de Cast. & Modern. in l. j. ff. si quis cau. Nec etiam me mouet, quod haberetur in l. unde quaeritur. ff. commo. vbi traditur quaedam alia species excusationis, seu ordinis, quae videtur allegata in casu nostro in exceptionibus. Quia lex illa non facit, ut creditor ipse teneatur prius conuenire eum, ad quem res pertinet, sed hoc onus incumbit alteri correo, ut expressè sonat verba textus, sicut & in casu nostro, verba promissionis obligant d. Octavianum ad agendum, ut possit soluere de redditibus. Et licet doct. ibi videantur aliter intelligere illum text. tamen loquuntur, quando actualiter ex

promptu est pecunia, seu deposita pro sumptibus, ut in
 q̄tibi Paul. de Castr. quod non fuit factum in casu nostro, &
 ita intelligitur etiam text. in c. cum in plures. §. vestimen-
 ta. ff. loc. Et quicquid sit in illis iuribus, in casu nostro,
 verba promissionis aliam formam rei dant à qua reced-
 endum non videtur. Nec arbitror necessarium esse hic
 ingredi difficultatem, quando demonstratio vade res
 soluitur, sicut conditionaliter, de quo copiose, & subtiliter
 allegatum & altercatum est in prima instantia, nam
 cum verba dicant solvendis de rebus eius, satis ap-
 paret participium illud, & solvendis id significare, quod
 fieri debet, quia hæc est natura participiorum termina-
 torum in dūs, vt dicunt grammatice & gloss. vbi dicitur in
 rubr. ff. de lib. & posthum. & text. in l. eleganter. §. qui
 reprobos. ff. de pign. act. & doct. in rubr. C. de eden. &
 sic talibus verbis onus est impositum ipsi d. Octauiano
 curandi, vt ex dictis rebus solueret, id est, dictam cō-
 ditionem, seu demonstrationem impletet, quod facere
 potuisset, si voluisset, quia non negatur, quin reditus extaret,
 siue apud principalem, siue apud depositarios, siue apud se,
 merito igitur ipse est obligatus. argum. l. si hæres iustus.
 ff. de legat. j. vbi doct. Nec et me mouet alia secūda prin-
 cipalis exceptio, quia d. Octauianus allegauit instrumentum
 non esse liquidum, & ideo executionem ex eo cō-
 cedi non posse. Nam dico, quod imò est liquidum, quia
 clarè & liquidè promittit scuta lxxij. & solido 50. & ali-
 as libras xc. sic conuenias de communi concordia, & c.
 quæ certitudo non offuscatur per clausulam subsequen-
 tem cum pacto tamen, quod si dictæ terræ in mensura-
 tione fienda non fuerint ad dictam summam, & c. quia
 tale pactum potest esse ad vtilitatem vtriusque partis, &
 fuit liberum cuiuslibet ipsarum vti beneficio pacti, & face-
 re mensurare, si putabat in vtilitatem consequi, quod
 cum non fecerint, stat firma prima dispositio clara, & li-
 quida respectu promissæ pecuniæ Bartol. l. Iulianus. in fin. ff.
 de cond. indeb. Dec. conf. cccclij. Et faciunt allegata per
 d. consultores l. pecuniã q̄. vbi dixi post Soc. ff. si cert. pet.
 l. hæc vèd. in fin. de cōtrah. ept. Bar. l. index postea quã. ff.
 de re iud. Soc. conf. vlt. in 3. volum. Dec. cccxlviij. cum si-
 millibus. Et non arbitror necessariam hic esse illam
 questionem, an ex quo locatio facta est constituto cer-
 to pretio pro singulis iugeribus, ante mensurationem
 dicatur imperfecta? de quo diffusè altercatum est in-
 ter doctores, secundum terminos iuris. Sed questio
 nostra est decisa ex verbis instrumenti, quibus pretiũ cla-
 rè est expressum, & clare promissum per d. Octauianum,
 qui si non est vsus beneficii illius pacti, non idè ob-
 scurauit, quæ prius liquida erant, & allegat d. Octauiani
 possunt procedere considerato primo instrumento loca-
 tionis factæ Raphaeli, non autem considerato isto
 cuius petitur executio: & promissio enim certi pretij ar-
 guit, quod contractus fuit perfectus, quod tradita pos-
 sessio quod fructus percepti, quod præstita patientia v-
 tendi, fruendi, respectu dictarum tot naturarũ lxx. terræ
 aliàs illa summa post triennium locationis promissa nõ
 fuisse, nec renūciatum exceptionibus, de quibus in in-
 strumento, maximè cum vt eleganter fuit deductum, p
 d. consultorem præsumendum sit præstitam fuisse ta-
 lem patientiam, vt etiam consuluit Car. consil. cxl. in 3.
 dub. & in omnem casum non posuit d. Octauianus im-
 pedire executionem per negationem debiti causa prin-
 cipali, tanquam non liquidi, cum sua promissio sit li-
 quida, vt dicit Angel. in l. sciendum. per gl. ibi. ff. de verb.
 obi. & ibi sequitur Imo. alleg. etiam gl. in l. inde Ner-
 rius. §. si quis hominem. ff. ad leg. Aquil. vbi Flor. &
 sentit Bar. in leg. j. C. de conf. pec. & idem tenet
 Alexand. consil. clx. in princ. in ij. & xxxj. eod. lib.
 And. Sic lxxxvj. in 3. Et idè accedo in senten-
 tiam domini primi consultoris, & concludo par-
 tes domini iudicis esse, in pronuntian-
 do bene fuisse in prima instantia iu-
 dicatum, & malè vtrinque ap-
 pellatum.

CONSIL. XXIX. SVMMÆ.
 1 Donatio facta per patrem filio, existenti in potestate, non valet,
 & quare.
 2 Iuramentum confirmat naturalem obligationem, orientem inter pa-
 trem & filium.
 3 In materia iuramenti quod est spirituale, nõ curandũ de patria
 potestate.
 4 Pater potest remittere vsufructum filio, citra vinculum iura-
 menti.
 5 Donatio vltra quingētos aureos, debet insinuari de iure cõmu-
 ni, aliàs non valet.
 6 In donationibus, quæ fiunt inter cõiunctas personas, lex ma-
 iorem fraudem præsumit.
 7 Notarius licet pro absente stipulari possit, tamen absenti non
 acquirit, nisi sequuta demum ratificatione, & ac-
 ceptatione.
 8 Mortuo absente, cui donatum fuerat, ante acceptationem
 euanescit donatio.
 9 Iuramentum quamuis præstetur in donatione, tamen non
 validat eum, quia ex natura actus inest quedam tacita
 conditio, nempe si donatarius acceptauerit.
 10 Donatio facta Titio, & eius hæredibus, intelligi debet quod
 prius per Titium fuerit acceptata.
 11 Ius ratificandi regulariter transit in hæredem.
 12 Contractus ante acceptationem sunt meri facti, & insul-
 tum pariant, ideo ad hæredes non transeunt.
 13 Acceptatio intelligitur facta cum suis oneribus.
 14 Actus tacitus, ita arguit consensum, sicut expressus.
 15 Ex ijs, quæ deinde sequuta sunt argumentamur quid prius
 gestum fuerit.
 16 Coniecturæ, & modi probandi ratificationem.
 17 Scientia præsumitur ex longinquitate temporis, & patientia
 præstita.
 18 Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti.
 19 Statutum debet intelligi, vt aliquid operetur vltra ius
 commune.
 20 Errans non videtur approbare.
 21 Error probatur eo ipso, quod ex lectura instrumenti contras-
 rium apparet.
 22 Nihil tam repugnans consensui est quam error qui ignoran-
 tiam detegit.
 23 Præsuppositiones introductæ in fauorem alicuius, intelliguntur ha-
 bere locum, ita demum si ipse hoc alleget.
 24 In dubio præsumitur quis emancipatus, per lapsum 20. s̄orũ
 20. annorum.
 25 In claris non est opus coniecturis.
 Duerfus istam donationem obstat primò, quia facta est à patre in filium existentem in potestate, quo casu videtur quod donatio non valet iuxta l. 2. C. de mort. don. quia quædam perplexitas, ex quo statim transla- to dominio in filium propter vim patriæ potestatis reuertetur ad patrem. leg. placet. ff. de acqui. hæred. Et hoc videtur procedere, etiam si pater iurasset, vt tenet Bald. in c. cum contingat. de iureiur. & ita etiam tenuerunt multi alij, & consuluit Paul. Castr. consil. cccxliv. circa donationem Fulg. conf. cxeix. visis. in princ. Corn. conf. cccxxxvij. in j. quæst. in 2. cclxxxix. in 4. & in auth. sacramenta puberum. qu. xvij. C. si aduer. vend. Sed contrariũ est tenendum, quod imò validior propter vim iuramenti, & quod confirmat naturalem obligationem, orientem in patrè & filiũ, secundum l. frater à fratre. vbi Bar. de cõd. indeb. & q̄ in materia iuramenti, q̄ est spiri- tuale, nõ curamus de patria potestate. c. si annũ. de iud. in vj. c. quauis. de pac. in vj. & ita est cõmunis opi. in d. l. frater à fratre. & in l. si donatione. C. de collat. vbi Alex. cũ eõcord. p. Dec. cõs. cccxxxix. in prin. Et istud maximè est dicendũ in casu nostro, in quo tractatur de remissione vsu- fructus, q̄ potest facere pater filio citra vinculum aliq̄diu- rameti, vt est text. in l. cũ oportet. §. si aut. C. de bõ. q̄ lib. & ratio est secũdũ Bald. in auth. exequitur. eo. tit. versic. q̄ro- qd si pater, quia non est propriè donatio, sed quædam iuris remissio, quæ facillius permittitur, maximè si ex- pressũ sit, facta p. l. si seruitus. ff. de serui. vrb. præd. Et licet in re doct. sit aliqua altercatio in intellectu. d. §. aut. in tũ in expressa renūtiatione, & iurata oēs cõsentiũt valere. Secunda

Secunda difficultas aduersus hanc donationem oritur
 ex defectu insinuationis, quia iure communi & donatio
 vltra quingētos debet insinuari, aliàs non valet. l. fanci-
 mus. C. de don. Et istud maximè procedit in donatio-
 nibus, quæ fiunt inter coniunctas personas, in quibus
 lex maiorem fraudem præsumit. l. data. C. eo. tit. quod
 videtur procedere, etiam si donatio sit iurata, quia nul-
 litas donationis causatur ex culpa donatarij, qui non cu-
 raui intra tempus à lege statutum facere eam insinuari,
 vnde iuramentum de non contraueniendo, non debet
 trahi ad talem casum. c. ad nostram. 2. extra. de iureiur.
 c. cum inter. extra. de reuoc. & istud tenuerunt multi
 doct. inter consilia. Franc. de Cur. Senen. consilio lxxvj.
 & dicit Ioan. Crot. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. quod ip-
 se ita consuleret, & iudicaret, & dixi latius in d. c. cum
 contingat. Sed tamen nõ obstante hac oppositione, pu-
 to donationem valere propter vim iuramenti, prout est
 magis communis conclusio secundum Alexand. in d. l.
 nemo potest. & consil. 4. consil. 12. consil. 125. in 1. Aret.
 consil. 2. & 17. & est certa hæc conclusio, quando expre-
 sè est iuratum non contrauenire ratione insinuationis,
 non factæ prout fuit in casu nostro, & dixi in d. ca. cum
 contingat. ideo non repeto. Tertia est maior difficultas,
 quæ obicitur aduersus hanc donationem, quia cum sit
 facta ambobus fratribus, & vnus tantum esset præsens,
 qui acceptauit pro absente hoc nõ videtur sufficere, sed
 necessaria fuit absenti ratificatio, quia & licet notarius,
 vel frater potuisset stipulari pro absente, tamẽ ei non ac-
 quirat, nisi sequuta demum acceptatione. l. in omnibus
 rebus. ff. de act. & oblig. l. ea, quæ ciuilitè pòderat ver-
 bo. volentibus. ff. de acq. rer. dom. l. 4. ff. r̄ pup. salu. for.
 l. non enim. vbi doct. ff. de adopt. & ideo, & mortuo ab-
 sente, ante acceptationem euanescit secundum Castr.
 consil. cxcv. visis ius, quæ narrantur. in 2. in nouis. Deci.
 consilio. cccxv. dxiiij. in fin. & alibi sæpè cum concord.
 quos retuli in dict. capi. cum contingat. Quæ conclusio
 procedit etiam si iuramentum interuenit. lege,
 certum. §. si quis absente. ff. de conf. quia & quamuis
 præstatur, tamen habet tacitam conditionem ex natu-
 ra actus, si donatarius acceptauerit. argum. l. fin. C. de
 non num. pecu. l. fin. verb. si non recepissent. ff. de leg.
 dixi d. c. cum contingat. Rursus procedit etiam si dona-
 tio facta esset Stephano, & eius hæredibus, quia intelli-
 gitur & de hæredibus, quatenus per prius acceptata sit à
 Stephano. l. eum, qui ita. §. te, & Titium. ff. de verb. ob-
 lig. Dec. consil. dxiiij. in fin. & cccclxx. & dixi in l. non
 omnis. ff. si cert. pet. & in d. c. cum contingat. Nec obstat,
 quod imò deberet posse ratificari per hæredes, etiam si
 mentio eorum facta non esset, ex quo ius ratificandi re-
 gulariter transit in hæredem. l. si sine. §. si procuratori.
 ff. rem rat. hab. declarat. Bar. in l. bonorũ. eod. tit. Alex. cõ-
 sil. xlvi. consil. xcij. in 6. vol. quia ad hoc respondent Cast.
 & Dec. locis supra allegatis, quod imò non potest hoc
 fieri per hæredes, ex quo res morte donatarij desijt esse
 integra. l. si ego. §. si res alicui. ff. de iur. dot. & d. l. bono-
 rum, quod sic declaratur, & contractus enim ante accep-
 tationem sunt meri facti, & ius nullum pariant, ideo ad
 hæredes non transeunt. l. 1. §. Scæuola. ff. si quis test. lib.
 Vnde hæres ratum habere non potest. l. 3. §. acquirere. ff.
 de bono. poss. per Din. c. ratum. q. pen. de reg. iur. in vj.
 per Bar. in l. si x. cum petiero. in fin. ff. de verb. oblig. & q̄
 dixi in l. 2. §. ex iis. 1. no. ff. de verb. obl. & dixi diffusius in
 d. c. cum contingat. Sed posito quod supra scripta sint ve-
 ra, tamen in casu nostro obstat, quia videtur, iste Stepha-
 nus acceptauerit, quo casu & acceptatio intelligitur facta
 cum suis oneribus, & qualitatibus iuxta regulã. l. Caius.
 ff. de manum. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acq. poss.
 Quod autem acceptauerit sic deducitur, quia nihil re-
 fert, an quis expresse acceptet, an tacitè, quia & tacitus a-
 ctus ita arguit consensum, sicut expressus deinde. l. cum
 quid. ff. si cert. pet. & quia & ex iis, quæ deinde sequuta
 sunt argumentamur, quid prius gestum fuerit. l. sed &
 Iulia, §. proinde. ff. ad Maced. Sed in casu nostro concur-

runt multæ coniecturæ, per quas potest colligi, & de
 præhendi ista acceptatio prima, quia ita se gerebat, vt ex
 dicto donationis instrumẽto permillum ei fuit, quia pa-
 tri nõquam reddidit rationes. l. Procul. ff. de proba. nec
 dedit aliquid iure vsufructus, aut proprietatis. Secunda,
 quia seorsum à patre semper est negotiatus, & nomi-
 ne suo, quod ex dicto instrumẽto sibi licebat, vnde cre-
 dendum est, quod in eius executionem hoc fecerit. l. q̄-
 dam mulier. vbi not. ff. de rei vend. l. pen. ff. de vsuc. pro
 legat. l. tertia. versic. & quod de lubeunda. C. de nat. lib.
 Tertia, quia & per decem, & per viginti annos conti-
 nuauit eodẽ tenore, in hac quasi possessione licentiæ si-
 bi competentis, ex d. instrumẽto, vnde videtur satis &
 probari talis ratificatio. arg. l. 1. C. de patr. pot. cum gloss.
 quæ probat à fortiori, & per text. in post mortẽ, in prin. c.
 ff. de adopt. Quarta, quia cum pater tantum tempus ta-
 ceuerit, satis videtur hoc fecisse, quia sciret filium ratum
 habuisse illum contractum, & scientia præsumitur, cum
 ex longinquitate temporis, & patientiæ præstitæ. d. l. 1.
 d. l. post mortem, tum etiam propter coniunctionem, quæ
 est inter patrem, & filium, & regula est, quod & coniun-
 ctus præsumitur scire facta coniuncti. leg. O. ff. vnde
 cog. maximè in casu nostro, in q̄ subest magna verisimili-
 tudo, vt dicit do. in l. prima. ff. si cer. petat. Et certè ratio
 præsentis controuersie totus vertitur in hoc puncto, an
 prædictæ coniecturæ sufficiant, vt videatur facta accep-
 tatio? Et mihi videtur quod non, & præsuppono, quod
 iste filius in contractibus appellabat se emancipatum, &
 tanquam emancipatus contrahebat. Rursus præsuppo-
 no, quod in ciuitate Senensi extat statutum tradens cer-
 tam formam emancipationibus, & requirens quasdam
 promissiones, & cautiones, absq; quibus non possit præ-
 tor quenquam emancipare: quæ non interuenerunt
 in dicto instrumẽto donationis, & idè iste non possit
 dici emancipatus. & tale & statutũ debet intelligi, vt ali-
 quid operetur vltra ius commune secundum doct. Bar.
 in l. tertia. ff. de vsucap. in l. 4. §. 2. ff. de damn. infect. Are.
 consil. xv. Andr. Sic. consil. 17. in fin. i. volu. Ias. l. prophan-
 dum. §. sine autem alterutra. Cod. de iud. Hoc sic præ-
 supposito, dico, quod cum iste in contractibus, vt mihi
 proponitur, vocaret se emancipatum, non possumus di-
 cere, quod intelligeret de isto instrumẽto, in quo nulla
 est emancipatio, sed solum donatio, & remissio vsufruc-
 tus, vnde non potest censerì, quod acceptauerit tale in-
 strumẽtum, cum verba non pariantur hanc interpreta-
 tionem, & si intellexit de hoc instrumẽto apparet ma-
 nifestus error, vnde non potest argui consensum suffi-
 cients acceptationi. l. Clodius. ff. de acq. her. quia, qui errat
 nõ videtur approbare. l. no. fatetur. ff. de confess. l. cũ fal-
 sa. C. de iur. & fact. ign. & error probatur eo ipso, quod
 ex lectura instrumenti contrarium apparet. l. si post di-
 uisionem. C. de iur. & fact. ign. l. si quis delegauerit. vbi do-
 ct. ff. de nouat. quia & nihil tam repugnans consensui est
 quam error, qui ignorantia detegit. l. l. si per errorem. ff.
 de iur. omn. iud. meritò non potest censerì hic approbas-
 se donationem cuius non habuit plenam scientiam. Nec
 obstat supra allegatæ coniecturæ, quod nunquam reddi-
 derit patri rationes, quod seorsum gesserit, & c. quia si
 hoc fecit, quia crederet se emancipatũ, non potest videri
 fecisse dictas donationes, cum isti tit. sint prorsus separa-
 ti d. l. Clodius. l. mater decedēs. ff. de inoff. test. Nec obstat,
 q̄ steterit separatus per x. vel 20. annos, & c. r̄ nõde non
 ideo præsumitur emancipatus, stante statuto requirente
 certam solennitatem, vt s̄ dixi, quod debet intelligi, vt
 addat iuri cõmuni secundum supra scripta. Secundo
 respondeo, quod hoc procederet, quando ipse hoc alle-
 garet, quia & præsuppositiones introductæ in fauorem ali-
 cuius intelliguntur habere locum ita demum, si ipse hoc
 alleget. l. si adulterium. cum in cestu. §. jidẽ Pollioni versic.
 vti que si error allegatur. ff. de adul. tradit. Barto. in l. cum
 quid. ff. si cer. pet. Alexan. consil. xxxv. Fel. c. 2. in 3. nota.
 extra. de præsumpt. & ita hoc intelligit Iason. in lege, si
 certis annis. versic. septimo, C. de pact. Tertio respondeo
 quod

quod hoc procederet, quando pater negando emancipationem veniret contra factum suum, ut quia emancipasset, sed non solenniter. l. post mortem. ff. de adopt. vbi Bar. & doct. secus si non veniret contra factum suum ut in casu nostro, in quo nunquam pater eum à patria potestate liberavit. Quarto respondeo, quod suprascripta procedunt in dubio, ut per lapsu tantum temporis praesumatur emancipatus, d. l. prima. C. de pat. pot. l. 2. C. de p. scr. long. temp. quae praesumptio (ut dixi) habet locum in dubiis. l. i. §. accedit. in gloss. C. de rei vxor. act. sed nos sumus in claris, quia per instrumentum constat quod non est emancipatus, sed solum ei facta donatio, seu liberatio pecuniae, non autem patriae potestatis, & ideo in claris non est opus coniecturis, l. continua. §. cum quis. ff. de verb. oblig. & ideo cum ista non esset emancipatus, nec donatio sit acceptata, videtur quod quaesita per ipsum Stephanum pro dimidia parte tanquam perfecticia reuertantur ad patrem, pro alia vero dimidia propter industriam suam censentur aduenticia, & quarantur patri tantum ratione ususfructus, quo verò ad proprietatem, quarantur filij ipsius Stephani secundum communem opinionem doctorum in l. illud. C. de collar. declarando, ut per Alex. l. si tibi decem. §. si pactus in fin. ff. de pact. & in cons. xix. in 2. videbant, ut in hoc plurimum possit arbitrium iudicis, considerata qualitate lucri, & industria personae, ut etiam dicit Ias. in d. §. si pactus de quo diffusè scriptum est per alios dominos Consultores, quorum sententiae & ipse acquiesco. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXX. SVMMAE.

1. Iuramentum seruari debet, vbi cumque sine interitu salutis aeternae seruari potest.
2. Verbum relinquere varie accipi.
3. Quis potest pacisci de relinquendo iure contractus alicui, post mortem suam.
4. Valet pactum, factum in contractu matrimonij, quod filius ex eo natus, succedat in tali castro.
5. Pater potest filio nascituro stipulari.
6. Pactum valet, quod filij, qui nascuntur ex tali matrimonio habeant certa bona.
7. Pactum facultatem testandi restringens, tanquam contra bonos mores non debet valere.
8. Si aliquis princeps accipit vxorem cum pacto, quod filij ex ea nati solum in principatu succedant, tale pactum legibus improbat.
9. Mater non potest filio suo stipulari nec pacisci super re aliena.
10. Cum duo vilitatem alterius contrahunt altero penitente, extinguitur ius, quod ex facto illorum contrahentium potuisset illi acquiri.
11. Filius haeres tenetur ratum habere factum patris, nec potest contrahere.
12. Quis non tenetur praestare factum defuncti, nisi pro ea parte, pro qua est haeres.
13. Ignorantia iuris regulariter non excusat.
14. Aliud est relinquere, aliud promissio de relinquendo.
15. Iuramentum contra bonos mores praestitum, non obligat.
16. Ea interpretatio videtur assumenda, per quam actus sustineatur.
17. Natura verbi relinquere est, quod respiciat vltimas voluntates.
18. Mentio mortis in donatione, denotat donationem esse causa mortis.
19. Iuramentum recipit conditionem, quae ex natura actus inest.
20. Testamenta, quamuis iurata reuocari possunt.
21. Verba quae possunt verificari in donatione inter viuos, intelliguntur causa mortis, quando pater donat filio, quia talis donatio non valuisse, nisi fuisset morte confirmata.

Iso pacto, quo nobilis Ludouicus de Vintimilio in contractu primi matrimonij, promittit relinquere castrum Montispesati filio, qui ex eo matrimonio nascetur, videretur prima fronte dicendum, tale pactum esse seruandum, per regulam

l. i. iurifgentium. §. praetor ait. ff. de pact. & praesertim si stante iuramento quod seruari debet vbi cumque sine interitu salutis aeternae seruari potest. c. quamuis. de pact. in 6. cum contingat. de iureiur. maxime, quia tale pactum non videtur contra bonos mores naturales, unde iura illud confirmant, ut in simili dixit Ioann. de Imol. in d. cum contingat. in 1. casu Bar. Confirmatur, quia verbum relinquere est generale, & potest intelligi etiam respectu contractus inter viuos, ut not. in l. cum hi. in prin. per Mod. ff. de transact. in l. vnum ex familia. ff. de leg. 2. & clarum est, quod si quis potest pacisci de relinquendo iure contractus alicui, post mortem suam, ut not. Oldr. consi. 279. ad habendam. Cyn. & Bar. in l. si. C. de pact. per glo. ibi in verb. accommodauerit d. Alex. consi. 28. ponderatis in 3. & consi. lxxxiiij. in 2. & pro ista parte est decisio in terminis d. Guid. papae in decis. Delp. q. cclxvij. vbi concludit, quod si valet pactum factum in contractu matrimonij, quod filius ex eo natus, succedat in tali castro. per tex. in l. diu. §. pactis. C. de natur. lib. & quia si pater potest filio nascituro stipulari. l. si quis operas. ff. de op. lib. & dicit, ita fuisse iudicatum, & idem tenet Io. Fab. in l. si. C. de pact. vbi dicit, si valet pactum, quod filij, qui nascuntur ex tali matrimonio habeant certa bona, & idem tenet in l. i. C. si man. ita fu. alien. ne post. & sentit. §. si quis alij. Inst. de inutil. stip. & late disputat Aegid. Bellam. in cons. 17. in c. p. contrahens matrimonium, & sequitur d. Dec. consi. ccxvj. & consi. 225. vbi dicit, quod ex quo agitur de bonis particularibus, & non tollitur facultas testandi, nec votum captae mortis inducitur, quod tale pactum debet valere. Sed istis non obstat. dicendum est contrarium in casu nostro, pluribus rationibus. Prima ratio est, quia tale pactum restringit facultatem testandi, ex quo non potuisset Ludouicus, stante tali pacto, filium ex alio matrimonio in eo instituere, vnde tanquam contra bonos mores, non debet valere. l. pactum, quod dotali. C. pact. l. cum duobus. idem respondit. ff. pro soc. & per Dec. consi. clxxxiiij. Et quod tale pactum non valeat, est communis conclusio scribentium in c. i. §. si filij. Si de feud. fu. contr. in vlt. feud. & ibi Bald. Iac. Alua. & d. Praep. concludunt, quod si aliquis princeps accipit vxorem cum pacto, quod filij ex ea nati solum in principatu succedant, quod tale pactum legibus improbat, & idem not. in c. i. per Io. de speciali, de fil. nat. ex matr. ad morg. contr. eo. lib. & in decisionibus Capellae Tolos. licet enim votum captandae mortis tali casu non coeurrat, ex quo pater ipse consentit. l. d. si. C. de pact. tñ non potest pacisci in aliquo casu de relinquendo in vltima voluntate, quin à tali dispositione liceat sibi recedere, aliàs libertas vltimae voluntatis impediretur, quod est contra bonos mores, ut habetur per Bart. & doct. in l. qui superstitis. ff. de acq. haered. Secunda ratio est, quod dato, quod tale pactum fieri posset per patrem, non videtur, quod filius ex eo agere possit cum enim pater promiserit vxori relinquere tale castrum filio ipsius, & sic causa acquisitionis respicit matrem, causa verò obligationis respicit patrem. non potest filius praetere aliquid ius ex pacto matris suae, ex quo si mater non potest filio suo stipulari, nec pacisci super re aliena. leg. pactum. l. pater. C. de pact. conu. l. Publica. in prin. vbi no. ff. de pos. est doct. Bar. in l. q. dicitur. ff. de verb. oblig. vbi omnes hoc approbant. Tertia ratio est, quia et si potuisset acquiri filio ex tali pacto, tñ cum pater penituerit, non videtur, quod filius amplius debeat audiri, quod cum enim duo in vilitate alterius contrahunt, altero penitente, extinguitur ius, quod ex facto illorum contrahentium potuisset illi acquiri. l. 3. ff. de ser. expor. l. si pater filio. ff. de man. vind. est doct. Bar. in l. qui Romae. §. Flauius. ff. de verb. obl. & in parentibus, qui paciscunt in vilitate filij, in terminis hoc tenet Bald. in l. c. à socero. in fi. C. de iur. dot. & ita et concluditur in decisionibus Capel. Tolos. q. cccclij. & licet in additionibus ibi, ista opinio refretur in dubium. tñ loquitur ea, quae in contrarium allegantur, stante consuetudine. ite quod pactum transferretur ius inter viuos, si autem quod esset pactum de relinquendo post mortem, de quo iudicimus. Quarta ratio, cum pater reuocauerit, & annulauerit

lauerit dictum pactum, & Honoratus filius sit haeres patris, non potest contrahere imò necessario tenetur eius factum ratum habere. l. ex qua persona. ff. de regul. iur. l. vxor. C. de bon. au. & iudic. l. cum à matre. C. de rei vend. Paul. consi. xvij. in causa quae vertitur. Roma. consi. xvij. vifa facti. Raph. Com. consi. xxxij. quidam Fulg. consi. sexagesimo septimo. Et licet et quis non teneatur praestare factum defuncti, nisi pro ea parte, pro qua est haeres, cum tamen in facto non proponatur factum esse aliquod inueteratum, videtur quod omnimò debeat iste acquiescere voluntati paternae, ut per gloss. Bartol. Bal. & caeteros in leg. si. §. in computatione. C. de iur. delib. Quinta ratio est, quia pater eum instituit haec leg. ut infra res dies renuntiaret omni iuri sibi competenti, vigore dicti pacti, aliàs eum priuauerit haereditate sua, quae priuatio, valet. l. i. C. de his, quae poenae nom. vbi omnes notant. vnde cum nihilominus se gesserit pro haerede, si nolit dicere, quod consenserit voluntati paternae, & erit priuatus haereditate. d. leg. i. Nec obstat, quod quando fuit sibi in timatum testamentum, respondit se rudem, & ignorare, quod illud importaret, quia talis exculatio non videtur admittenda, ex quo ignorantia iuris regulariter non excusat. Vnde si ipse nesciebat, debuit consulere peritiores, ut dicunt omnes in l. iuris ignorantia. C. quae admitt. Praeterea aduertendum est, quia ex illo pacto non potest dictus Honoratus praetendere aliquod ius reale, ex quo per tale pactum, pater solum promisit relinquere, & si aliud est relinquere, aliud est promissio de relinquendo. gloss. & Doct. in l. in bonae fidei. ff. de eo quod cert. loc. Socin. & Iaso. in l. si ante nuptias. ff. solut. matr. vnde si iure dicti pacti ageret ad ipsam rem, male ageret. Et hanc partem tenendo, quae mihi videtur clarissima, non obstant allegata in contrarium. Primo non obstat, quod pacta seruanda sint, quia istud procederet, nisi esset pactum restringens facultatem succedendi. d. l. pactum. & licet per argum. à speciali. C. eod. Item illa regula generalis limitatur per suprascriptas omnes rationes, vnde non est opus alia specifica responsione. Secundo non obstat iuramentum, quia tanquam contra bonos mores, non est obligatorium, regula iuris non est, in sexto. & ista est communis conclusio in l. stipulatio. hoc modo concepta. vbi Alex. ff. de verb. oblig. quicquid dicit Ioann. de Imo. dicit capitulum cum contingat. Item quamuis testator contrahendo sit periurus, actus tamen ab eo factus tenet. c. sicut ex literis. extra. de spons. gloss. in c. si. de pro cu. in vj. Ioan. And. in reg. quod semel. de reg. iur. eo. lib. Bart. in l. si quis in prin. testamenti, de leg. nec potest haeres allegare tale periculum, tum quia tenetur ad probare factum defuncti. d. l. cum à matre. tum quia testator est absolutus à tali periculo per Episcopum Regentem, quae absolutio, cum sit facta ad cautelam, seu ad habilitandum personam ad testamentum tenet etiam, parte non citata, ut est communior conclusio per Can. in rubr. extra. de iureiur. vbi d. Felin. & ita solet practica obseruari, vnde ab eo recedendum non est, quod tandem obtinuit. le. minimè. ff. de legib. Tertia non obstat, quod potuit pactum intelligi, ut relinqueretur per viam contractus, & sic donationis, quo casu pactum valuisse, & hoc interpretatio videtur assumenda, ut actus sustineatur. l. quoties. ff. de rebus dubiis. capitulum. Abbate. de verborum significatione, per doct. in l. quoties. ff. de verborum obligation. in capitulum. quoniam Abb. de offic. de l. Nam rideo, quod imò agebatur, ut relinqueretur per viam vltimae voluntatis, ex quo haec est natura huius verbi relinquere, quod respicit vltimas voluntates, ut est tex. in dict. l. cum hi. in princip. & in l. fin. C. de sacrosanct. eccl. gloss. in l. his verbis. in prin. ff. de haered. instit. & in illis locis doctores declarant, & dato, quod possit etiam referri ad contractus, & sic in casu nostro possit intelligi de donatione, tamen quia in pacto dicitur, quod teneatur relinquere tempore mortis suae, necessario propter mentionem mortis intelligeretur de donatione causa mortis. l. Seia. ff. de dot. praet. leg. Seia. l. vbi. ff. de donation. causa mortis, de

clarat Bartol. & scrib. in dict. l. final. C. de pac. Vnde ex natura actus licuit poenitere. l. non omnis. ff. si certum petatur. & isto casu etiam iuramentum non obstat, quia recipit conditionem, quae ex natura actus inest. l. fin. vbi late Bald. C. de non numerat. pecun. notat gloss. in capitulum. quinta uallis. de iureiur. sicut videmus, quod etiam testamenta, quamuis iurata possunt reuocari, ut habetur in l. sancimus. per Bald. & Modern. C. de testam. in principio. ff. de legat. tertio. Er quod talis donatio quamuis iurata possit reuocari, dixit And. de Her. Bal. & do. Praep. in capitulum. primo. §. item sacramenta. de pac. iur. firm. in vltis feudorum. Praeterea dato, quod illa verba possent verificari in donatione inter viuos, tamen quia fiebat à patre filio, non valuisse, nisi fuisset morte confirmata. l. donationes, quas parentes. C. de donat. inter virum & vxor. Vnde propter confirmationem fuisset debita tanquam fideicommissum. l. si donatio. C. de donat. & in tali donatione, quae sit confirmanda, idem dicimus, quod in caeteris vltimis voluntatibus, & in terminis hoc tenet Dec. in dict. consi. centesimo octuagesimo quarto. versicul. vltim. Non obstant allegatae decisiones. dom. Guid. Pap. Ioann. Fab. & do. Decij. quia loquuntur, non quando pater promittit relinquere, & sic paciscitur de successione, post mortem suam, sed quando in presenti donat. & per viam contractus & stipulatur nomine filij nascituri, & ita etiam loquitur d. Aegid. in dict. consi. decimo septimo. & etiam quod habetur in addit. decisionum capellae Tolos. quingentesimo quinquagesimo secundo. & quaestione sequent. aliàs illa dicta essent contra opinionem omnium scribentium, & etiam contra auctores dictarum decisionum, vnde dictae allegationes nihil vrgent in casu nostro. Et istae responsiones sustinent primū fundamentum quod est concessum, & communiter approbatum. Nam quo ad caeteras rationes, dictum argumentum nihil obstat, vnde clarissima est resolutio in fauore dom. Francisci rei conuenti. Et haec omnia, saluo semper, &c.

CONS. XXXI. SVMMAE.

1. Verba generalia non requirunt certitudinem fall.
2. Valet argumentum de eo, quod ex post facto contingit, ad id quod à principio.
3. In contractibus bonae fidei maxime attendimus ad id, quod actum est.
4. In probatione doli clarum est coniecturas sufficere.
5. Dolus varie coniecturatur.
6. Ex qualitate personae, dolus maxime praesumit.
7. Ex pacto non restituendi pretium in casu euictionis, dolus arguitur.
8. Donatio non praesumitur in homine cauto.

In causa illustri Comitissae Taurellae aduersus Borasum, videtur mihi re diligenter perpenfa Borasum reiciendum esse, id quae potissimum tribus rationibus. Prima, quia verba venditionis, dicunt vendita esse omnia bona immobilia illorum confiscatorum, & c. quae verba propter suam generalitatem non requirunt aliquam certificationem, sed perinde est, ac si dictum esset, si qua bona sint immobilia, per ea, quae habentur per Bar. & Mod. in l. si sic. §. si mihi. ff. de leg. j. Quae sententia est verissima, quoties actum est, quod venditor de euictione non teneatur, nequid pretij restitutionem, pro ut fuit in casu nostro, tñ enim mera spes videtur vendita, ut est tex. in l. cum haereditate iuncta. l. quod si in venditionis. cū seq. ff. de haer. vel act. ven. & ideo tali casu non est necessaria aliqua traditio, per venditorem faciendam, ut dicit Bart. in l. cotē. §. qui maximos. de publi. Secunda ratio est, quia poterit illustri Comitissa designare illi petias terrae, olim possessas per confiscatos, & si contradicetur per matres ipsorum, vel alios quorum essent bona, nihilominus ipsa liberabitur ab actione empti, quia hoc casu sufficit quod emptor possessionem tradat, quamuis non vacuum. l. si fundum. ff. de fund. dot. vbi gl. l. si cui fundum. ff. de contrah.

trah. emp. Suader hoc ratio, nam si ex post facto huius modi bona fuissent euicta, venditor non fuisset obligatus ad aliquid, neque ad pretij restitutionem, quia ita erat expresse conuentum: ergo idem si à principio, seu ante traditionem leg. si post perfectam. ff. de euict. non enim potest ratio differentie probabilis inueniri, & valet argumentum de eo, quod post facto contingit ad id, q. à principio. I. sed Iulianus. §. pen. ff. ad Maced. q. maxime dicendum in iis contractibus bonæ fidei, in quibus maxime attendimus, ad id quod est actum, indubitanter autem hoc egit Comes Achilles, vt ad obolum non teneretur. Tertia ratio est, quia videtur iste contractus esse simulatus, vel saltem confessio receptæ pecuniæ esse simulata, in qua re sufficiunt probationes coniecturales propter exceptionem doli, quæ inde competit. I. si ex cautione, vbi Barto. C. de non nume. pec. clarum autem est in probatione doli coniecturas sufficere. I. dolum. C. de dolo. mal. cap. si autem. de referi. Prima autem coniectura est ex qualitate personæ ipsius Borasci, quem senatus iussit semel in publica audientia fustigari si se impediret de istis Aurellis. Clarum autem est ex qualitate personæ dolum maxime præsumi. leg. si quis ex argentiariis. §. primo. ff. de eden. Cur. consil. viij. Secunda est coniectura ex pacto non restituendi pretium in casu euictionis, quod verisimile non est, si fuisset numeratum, cum donationis non præsumatur in homine præsertim cauto, qualis est Borascus. I. cum deinde dicto. de prob. Tertia est coniectura, quæ oritur ex eo quod ipse Borascus voluit liberari à summa restantis pretij per Comitum Marcum Antonium, quæ res satis arguit, quod hoc non pertinebat ad Comitum Achille, nisi tanquam defensorem Marci Antonij. leg. post mortem. §. j. ff. quædo ex facto tut. Vltima coniectura est, qui nunquam perit viuente Comite Achille, expectauit, & vt pereret ab hac muliere ignara prorsus eorum inuolucrorum, quæ quâ plurima ab ipso Borasco sunt gesta, facit quod not. Curt. d. consil. i. vj. & ista interim sufficiant.

CONSIL. XXXII. SVMMÆ.

- 1 Stipulationis vis.
- 2 Stipulatio penitentiam tollit.
- 3 In contractu nominato, non præsumitur facta nouatio, secus in innominato.
- 4 Conditio ob causam, non procedit, nisi in contractu, do vt des, non autem in contractu facio vt des.
- 5 Quilibet in re sua est moderator, & arbiter.
- 6 Bona ecclesiastica non possunt permutari, nisi adhibitis solennitatibus.
- 7 Non præsumitur quid in continenti factum, nisi probetur, vnde si testes dicant interrogationem præcessisse, & secuti responsionem non probant stipulationem, quia non præsumitur in continenti gestum.
- 8 Contrarius vitiat.
- 9 Libellus generalis, parte non opponente, sustinetur.

Ronunciantium esse in præsentia causa, dico in fauorem domini Philippi pluribus rationibus. Prima est, quia dato quod prima coniectio fuisset facta per contractum innominatum tamé ex intervallo fuit idem promissum per stipulationem, q. est validior, & efficacior contractus, vnde nouat priorem contractum, & solum potest agi ex stipulatione secundum Bald. leg. rescriptum. §. si pacto. in fin. ff. de pact. est enim probabilis coniectura animi nouandi ex quo præcedens contractus erat debilis, sequens verò efficax, vt sentit ibi Bald. & consequenter agendum erat ex stipulatione ad implementum, non autem conditione ob causam ex penitentia, quæ propter stipulationem tollitur, vt dicit Bal. leg. quamuis. C. de transa. quem refert, & sequitur Iaf. in rub. ff. de vebor. oblig. ver. 3. facit quod not. idem Iaso. in d. l. si pecuniam. ver. x. l. m. ita. ff. de cond. caus. da. & Alex. in allegat. consil. xxxix. ad fi. vbi. Nec huic fundamento sufficit responsio, quæ dicitur prædicta procedere, si stipulatio in continenti interuenisset, &c. quia respondeo, quod imò fortius hæc

opinio procedit, sequuta ex intervallo stipulatione, ex quo tunc facilius præsumitur nouatio, secundum Bart. in l. singularia. ff. si cert. per. allegat. tex. in l. si. C. de noua. & l. non ad ea. ff. de cond. & dem. minus etiam obstat, quod nota. Bart. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. quia nihil firmat, & loquitur in vtroque casu, seu nouetur, seu non: & licet in contractu nominato ita facilliter præsumamus nouationem, tamen in innominato secus propter sui debilitatem, vt supra dixi. Secunda ratio est: quia condictio ob causam non procedit, nisi in contractu, do vt des, non autem in contractu facio vt des qualis fuit iste de quo agitur: quia ex parte domini Bernardini non fuit datio, sed factum vt aliàs fuit allegatum, apparet manifestè ex libello suo: in quo dicitur quod concessit facultatem Franciscus facienda principium fontanilis, & quod posset dominus Franciscus ire per bona: quæ verba respiciunt merum factum, non autem dationem vt declarat Bartol. in lege, pen. ff. de ser. rust. præd. & in lege, apud Iulianum. §. si quis alicui. de l. primo: imò talia verba præcisè repugnant donationi, quia si transfuisset ius, puta quia vendidisset fundum, potuisset Franciscus absque alia concessione licentiæ facere cauum, & fodere, quia quilibet in re sua est moderator, & arbiter. lege. in re. C. mand. cum ergo dederit licentiam, & retinuerit ius domini in fundo, sequitur non esse ex parte sui aliquam dationem, sed merum factum, id est, patientiam, vt aliàs fuit dictum. Imò si do. Bernardinus voluisset dare, id est transferre dominium non potuisset: quia bona erant ecclesiastica, quæ non possunt permutari, nisi cum certa solennitate, de qua in authen. sed & permutare. C. de sac. eccl. per Abbat. post alios in c. nulli liceat. extra. de reb. eccl. non alie. & dato etiam, quod adesset vtilitas secundum cap. ad quæstiones. de rerum permu. tamen adhuc requiritur consensus superioris, vbi dicitur in glo. & per Abbat. Vnde concludo ex parte Bernardini interuenisse solum factum, & ideo non competere conditionem, sed solum præscriptis verbis. dict. l. naturalis. §. pen. & fin. ff. de præscr. verb. & not. per Paul. de Cast. in dict. l. si pecuniam, ver. sic. septimo quæritur. qui allegatur in contrarium non obstat: quia non loquitur in contractu, facio vt des, prout est iste, quia dominus Bernardinus fecit, id est, præstitit patientiam, vt Franciscus daret campum, &c. Tertia ratio est quia oportuit probari, quod promissio vineæ fuit facta in continenti respectu ad fundum d. Bernardini, aliàs non est contractus innominatus, vt per Barto. in d. l. cum fundum. ff. de pact. Nec obstat, quod testes duo primi hoc dicant, quia càm supportatione hoc non est verum, imò non præsumitur in continenti quid factum, nisi probetur, vnde si testes dicant interrogationem præcessisse, & secutam responsionem, non probant stipulationem: quia non præsumitur in continenti gestum, vt est gl. in l. si vnus. §. pactus ne pereret. q. incipit. id est, in opponendo, vbi Bar. & alij sequuntur ff. de pact. ergo idè est in casu nostro. Et suadet hoc, quia testes d. Bernardini dicunt, quod ipse simpliciter dicebat, q. esset de accordio cum domino Franciscus, quæ verba arguunt, quod adhuc non præcesserat ista specialis, & correspondens promissio. Quarta ratio est, quia do. Bernardinus non probauit ex parte sua incumbentiæ, primi duo testes sunt in vicem contrarij, vt aliàs latè deductum fuit, non obstat quod ista non videtur contrarietas circa substantialia per Alexand. consil. liij. ad fi. in j. quia respondeo, quod verior opinio est, quod talis contrarietas vitiet etiam circa accidentia, vt dicit Aretin. consil. lxxj. & Bald. in rub. de controuers. inuest. in vltibus feud. & dictum Alexand. debet intelligi in aliquibus penitus extraneis. alioquin si ita simpliciter intelligeretur testes Susannæ non fuissent falsi, quorum vnus dicebat fuisse stipulatam sub schino arbore, alter sub pino. tñ istæ arbores si faciebant ad substantiã rei. Vltimò dico, q. cū dñs Bernardinus non possit obtinere iuxta petitione suã, n. pot obtinere, neq; vineã. Nec obstat. clausula libelli sup quibus omnibus,

nibus, &c. & not. per Anton. in c. ij. de ord. cog. & Ang. in l. si. C. de ann. excep. quia (vbi dicunt doctores) sustinetur et libellus, quia generalis, vnde si pars opponat, prout fuit oppositum in casu nostro, tunc non sustinetur vt habetur in dict. l. fin. & per Alexan. in l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verb. oblig. maxime in casu nostro, quo reus non potuit deliberare, an litigaret super vinea, & si ea petita esset, fecisset reus alias probationes, quas non fuit opus facere stante petitione inepta retrotraditione facultatis. Et ex his puto resoluta, quæ subtiliter pro more acutissimi domini Iudicis fuerant motiuata.

CONSIL. XXXIII. SVMMÆ.

- 1 Cum mens certa non sit, recurrendum est ad coniecturas.
- 2 Cum pactum respiciat fauorem successoris in dubio, contra eum est interpretandum, cuius antecessor legem potuit apertius dicere.
- 3 Renuntiatio facta sub duabus conditionibus, non habet effectum nisi vtraque conditio eueniat.
- 4 Relatio semper debet fieri ad proximiora, quatenus fieri possit.
- 5 Natura dictionis dicto casu est, quod referatur ad præcedentia, maxime que in continenti præcedunt.
- 6 In contractibus verba debent semper aliquid operari.
- 7 In dubio pronuntiandum pro habente fundatam intentionem in regula.
- 8 Disponere posse variè accipi.
- 9 Incertitudo iuris respicitur eius, qui illud ignorat, equiparatur in certitudine facti.
- 10 Ambiguitas iuris controuersi, questionis facti comparatur.
- 11 In conditionibus attenditur casus euentus, vel de se factus, vt dispositio habeat effectum.
- 12 Stipulatio sine causa non valet.
- 13 Stipulatio conditionalis valet.
- 14 In conditionibus maxime attendimus ad mentem contrahentium.

Dubitatio præsens oritur ex verbis pacti matrimonialis, non sat aperte conceptis, & si de mente contrahentium constaret, proculdubio non esset ab ea recedendum, iuxta l. in conuentionibus. ff. de verb. sign. Sed cum mens certa non sit, & recurrendum esset ad coniecturas, & cum pactum respiciat fauorem successoris in dubio, contra eum est interpretandum, cuius antecessor potuit legem apertius dicere. I. veteribus. ff. de pactis. l. stipulatio ista habere. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig. maxime cum fundata sit intentio vsumfructuariæ, secundum consuetudinem ciuitatis. Vnde dicta bona non debent censi excepta, nisi quatenus expresse appareat, secundum gloss. in rub. de reg. iur. in vj. & Innoc. in cap. præterea. de dilat. quem refert. Bartol. in l. ij. ff. si quis in ius voc. & que habentur in l. ab ea parte. ff. de prob. Et difficultas oritur: quia cum d. Raymundus vxori constituisset vsumfructum generale in variis suis bonis, casu quo non haberet ex se filios subicit, excepto, quod si dictus dom. Raymundus potuerit disponere de vsumfructu, vel alio quocumq; iure supra villa Anglesoli, id possit facere ad omnimodam sui voluntatem, non obstante iure viduitatis, quod ex presentibus possit pertinere ad dictam vxorem, & quod in dicto casu supra scripta Baronia d'Espes sit extra dictam viduitatem, seu vsumfructum, quam ex nunc præfata domina remanente vidua absq; filio renuntiat, &c. Et videtur ex supra scriptis verbis hæc renuntiatio esse conditionalis sub duplici conditione. Prima si dom. Raymundus potuerit disponere de Anglesola. Secunda si vxor remanserit vidua absq; filio: vnde, nisi vtraque, conditio eueniat, renuntiatio non habet effectum. I. si hæred. plures. ff. de cond. inst. l. si is, qui ducetur. §. cum ita. ff. de reb. dub. & in contrariis est tex. in l. si quis ita stipulatus fuerit decem. ff. de verb. oblig. Et istam interpretationem suadent manifestè verba illa: & quod in dicto casu, &c. debent enim referri ad casum immediatè præcedentem, vt

in simili est gloss. in l. secunda. §. ex iis. super verb. sed quo casu. ff. de verb. obligat. Et facit regula, quod relatio semper debet fieri ad proximiora, quatenus fieri possit. l. si idem, cum eodem. §. si. ff. de iuris. omnium iudic. etiam per impropriationem, quæ fit de plurali ad singulari. l. j. §. deinde. & ver. eum. ff. de postul. facit quod not. Barto. in l. talis scriptura. de leg. i. Alexand. consil. cccxij. in 2. xcv. in vij. Et hoc suadet per naturam dictationis, dicto casu, quia hæc vox, dicto, refertur ad præcedentia maxime quæ in continenti præcedunt, secundum Fran. de Aret. consil. cliij. & consil. xxj. Curt. Senior. consilio 50. & lxxv. cum similib. Et pro hoc etiam facit talis ratio quia si verba illa dicto casu, referrentur ad remotiora, & intelligerentur de casu mortis absq; filio, superflua esset illa repetitio in fine posita. Præfata domina remanente vidua absq; filio, &c. & esset idem bis repetitum absque illo effectu. vnde talis interpretatio, non est accipienda. per regulam l. si quando. ff. de lega. j. & per Bald. in rub. C. de contrah. emp. q. ix. Fel. c. j. de resc. & hoc maxime in contractibus. habet locum, in quibus verba semper debent aliquid operari. hanc legem. ff. de contrah. empt. Alexan. consil. xxxvj. in 2. Confirmatur etiã, quia ex lectura instrumenti manifestè apparet, quod illa clausula, quod dicto casu, non est clausula inceptiua, sed cõiunctiua, & dependens ab eo, quod d. immediatè præcedebat, prout etiam natura dictæ dictationis, & quæ est cõiunctiua, immediatè præcedentibus. l. ff. de iis, qui not. infam. per Iaso. post. alios in l. j. ff. de iusticia & iure l. aliàs si ferretur ad conditionem supra remota, scilicet, si dicta domina non haberet filios oportuisset esse inceptiua: quod non est in dubio intestandum, & cum secundum forum regni Aragoniæ mulier habeat dictam viduitatem, generaliter non potest censi exclusa à prædicta Baronia d'Espes & dictis bonis, nisi quatenus expresse appareat: quia ipsa habet fundatam intentione fori secundum gloss. in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur. & not. Bald. in l. si tutor. C. de ser. commu. man. in cap. primo. extra. de alien. iud. mut. causa. Et ista opinio. etiam veior apparebit ex solutione obiectorum. Et in primis non obstat, quod dicto casu, debet intelligi si cedat sine filio, quia talis propriè est casus, non autem si dictus Raymundus potuerit disponere, &c. quia iste non videtur propriè casus cum sit certus, & consistat in iure, &c. respondeo duobus modis. Primò quod illa verba si potuerit disponere, in ea conditione apposita, intelliguntur si re ipsa disposuerit, & sic de potentia, quæ ad actum transeat, vt est tex. in l. tertia. §. si quis sic acceperit. ff. de statulib. vbi Alber. & Benedic. de Plumbi. & per Bartol. in leg. prima. de iniust. rupt. vnde cum istud disponere pendeat à voluntate ipsius, & sit incertum etiam improprijsimè loquendo dicitur casus. l. neq; ff. de legi. gloss. in §. thesauros. vbi docto. inst. de rerum diuis. Secundo respondeo, quod cum ipse nesciret, an posset disponere de dicto castro, quantum ad ipsum res erat incerta, vnde in incertitudo iuris respectu eius, qui illud ignorat equiparatur incertitudini facti, vt est text. vbi doctores Moderni, notant in lege, pen. verb. compromissarios. Cod. de pact. et ambiguitas enim iuris controuersi questionis facti comparatur gloss. leg. cum prolatis. in verb. prolatis. ff. de re iudic. Bartol. in lege, quod Nerua. ff. de pos. verfic. iuxta prædicta quæro, & c. & ideo rectè potuit appellari casus propter incertitudinè. Rursus non obstat, quod si ita intelligamus, ista conditio si d. Raynaldus potuerit disponere, &c. non videtur etiam rationabilis: nec colorata ad actum, de quo agitur, &c. quia respondeo, quod in conditionibus attenditur earum euentus, vel defectus, vt dispositio habeat effectum, vel id minus, nec ulterius quærimus quid deinde sequatur. leg. filiusfam. §. cum quis. ff. de leg. j. & ideo licet stipulatio sine causa non valeat iuxta l. ij. §. circa. ff. de doli excep. tamen secus in stipulatione conditionalis, quia conditio sufficit pro causa, nec alia ratio

tio requiritur, est communis opi. doct. in lege, à Titio. A
 ubi Alexand. ff. de verb. obl. vnde idem videtur dicendū
 in casu nostro. Secundò respondeo, quod si dicta condi-
 tio t̄ intelligatur, prout eam suprà declaravi, habet
 evidenter rationem, scilicet quod illa verba, si d. Ray-
 naldus potuerit disponere, intelligantur de potentia re-
 ducta ad actum: id est, si dispulerit iuxta d. leg. 3. §. si
 quis sic acceperit, ff. de statuliber. vt fuerit mens Raynal-
 di, quod disponendo de Anglisola, velle etiam posse li-
 bere disponere de alia Baronia, & aliis terris, & sic quod
 dictæ terræ omnes eiusdem conditionis essent iuxta l. si
 conuenerit. ij. §. si nuda. cum ibi nota. ff. de pign. actio.
 quantum ad facultatem disponendi non obstat vidua-
 tate. Tertio, respondeo, quod etiam intelligendo de
 simplici potentia adhuc potuit moueri dominus Ray-
 mundus ad illud pactum, vt si posset disponere de An-
 glisola, haberet etiam facultatem disponendi de Baro-
 nia, vt vxor non haberet amplius iure viduitatis, sed
 posset habere iure institutionis, si sibi placuisset vel quocun-
 que alio titulo, & cum ipse non potuerit disponere:
 quia obstat consuetudo, forum dictæ terræ Anglesoli se-
 quitur esse defectam conditionem: non enim per tale
 pactum censetur prohibitus: quia eum relinquere
 potuerit, si voluisset, vt satis indicant verba pacti, &
 tradunt doctores. lege, j. §. veteres. ff. de acquir. pos-
 sess. Item non obstat, quod ponderantur quedam pacta,
 quibus videtur innui, quod dicta vxor sit simpliciter ex-
 clusa à d. Baronia d'Espes, dum dicitur, quod finito gau-
 dimento loci de Semper, habeat d. Ioan. tres mille so-
 lidos supra dicta Baronia d'Espes: ergo apparet Baroni-
 am ad eam non spectare cum differentia sit inter soluen-
 tem, & exigentem c. ij. de instir. Respondeo clausula il-
 la est annexa superioribus, & loquitur in casu, quo Baro-
 nia ad dictam dominam non pertinet secundum su-
 prascripta, hoc est, quia vtraque conditio euenerit, se-
 cundum d. l. si quis ita stipulatus fuerit decem. de verb.
 oblig. Et etiam dum dicitur in casu lutionis teneatur do-
 mina dare successori domus d'Espes totidem pensiones
 &c. respondeo, quod intelligitur si sua esset domus d'-
 Espes, quia in ea succederet finito usufructu ipsius vxoris,
 & ideo inde nihil infertur, quin ipsa habeat dictum usufructum
 in Baronia d'Espes: imò potius tale pactum adiu-
 uat ipsam dominam vt renuntiatio usufructus in dic-
 ta Baronia, non habeat locum, nisi concurrente vtraque
 conditione, vt suprà dixi. Et quod subiicitur quod se-
 cundum hanc interpretationem successor proprietatem
 dicti domini Raymundi, durante viduitate, nihil
 haberet vnde posset dignitatem, & gradum suum sus-
 tentare, respondetur hoc non multum facere: quan-
 doquidem iste successor non sit filius, sed agnatus vel
 extraneus quem consuetudo, & forum patriæ post-
 ponit vxori, durante viduitate, & etiam maritus ex pa-
 cto matrimoniali postposuit, & sic respectu vxoris causa
 pacti fouet causam intestatæ successione, quo casu pa-
 ctum fauorabiliter & lata significatione accipitur. cap.
 pastoralis. de fin. instr. gl. c. j. de const. in vij. & quod no.
 doct. in l. fin. C. de pac. in gloss. j. & quod habetur in leg.
 hac consultiissima §. ex imperfecto. C. de testa. & certe
 istud argumentum non tam contra pactum matrimo-
 niale esset, quam etiam contra ipsam consuetudinē,
 & forā patriæ, vñ de tali coniectura est parū curandū. Vl-
 timò si obstat, q. promissio ista viduitatis facta à marito, vi-
 deat facta sub conditione, q. non euenit videlicet casu, quo
 superniueret do. Helisabeth ipsi d. Raymundo, quæ ta-
 men prædecessit illi: vnde per defectum conditionis,
 videtur extinguī promissio. d. l. si quis ita stip. fuer. x. cā
 si respon. pater Severinam, in prin. & §. ii. l. in conditio-
 nib. ff. de cond. & de In casu aut nostro facta est mentio
 superuuentiæ d. Helisabeth: in fauorem d. Ioannæ, vt
 haberet viduitatem, & usufructū etiam in præiudicium
 ipsius Helisabeth, & ideo ex natura actus illa superuue-
 tia habet subaubitam clausulam, maximè, vnde nihil ob-
 stat ipsi d. Ioannæ, sicut videmus non raro in iure sub-
 audiri dictionem maximè, vt in §. hinc nos aliam. verfic.

igitur in authen. de nupt. §. si vero etiam quidam iurēt.
 in authen. de exhi. reis. & cum in casu nostro talis condi-
 tio sit apposta fauore d. Ioan. Lillis libertis. vbi Barto.
 de cond. & dem. non potest contra eam reilecti & tali
 casu, quia testator aliàs erat relictus, non attendimus
 ad defectum conditionis. l. talem. in prin. ff. de hæc. inst.
 gl. l. j. C. de inst. & subst. & hoc dicendum maximè stante
 consuetudine, & foro patriæ: quia si dicamus d. Ioann.
 excludi à pacto propter defectū huius conditionis, se-
 queretur quod casus esset omissus, & relictus, in ter-
 minis consuetudinis, vnde ex consuetudine adhuc
 esset admittenda lege. si cum idorem, in prin. ff. sol.
 matr. lege. si extraneus. ff. de cond. cau. da. Non omi-
 tto circa illud dubium, quod licet dicit Ioannes. durante
 viduitate, ex pacto non possit exigere dotem tamen hoc
 nihil impedit quin interim possit facere declarari, quan-
 ta sit dos sua suo tempore, deinde exigenda per regu-
 lam l. j. C. de Carb. edict. l. 3. §. missum. & quod ibi nota.
 Bartol. ff. eo. titulo. Alexand. & Moder. in l. de pupillo.
 §. qui opus. ff. de ope. nou. nun. Fel. cap. ea quæ. extra. de
 re iud. Nec videtur dubium, quin consumpta à domi-
 no Raymundo debeant ex bonis ipsius do. Raymundi
 restitui, & censetur d. Raymundus habuisse ea, quæ ha-
 buit vel alienauit per procuratorem suum Hieronymū
 Ares, quæ quia sunt in iure clara vterius non insisto.
 Ethæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXXIV. SVMMAE.

- 1 Verba auri in auro, inducunt solutionem, non in moneta, sed in auro siendam esse.
- 2 Moneta mutatio creditoris est.
- 3 Quando legatum ab initio est purum, subsequens demonstratio illud non auget, vel minuit.
- 4 Verba facientes, & releuantes, concepta per participium presentis temporis resoluuntur qui faciunt & releuant.
- 5 Relatum qui iunctum verbo presentis temporis inducit simplicem demonstrationem, non autem conditionem, quæ res stringat, vel mutet legatum.
- 6 Si testator dicat lego tibi apothecam meam pannariam, illa adiectio pannorum non mutat naturam legati, vt videatur legata mercantia, sed duntaxat locus.
- 7 Relatum relatum ad certum corpus, non mutat, nec restringit primam concessionem.
- 8 Idem est loqui per participium presentis temporis, sicut per relatum.
- 9 Proportio valoris argenti ad aurum.

Verba concessionis sunt, Si obligauerunt de soluendo ducatos cccxxxix. auri, & in auro de camera, & solidos xiiij. imp. facientes florenos nouem centum occasione census, &c. queritur, an satis sit soluerē hodie florenos nouem centum: an debeat fieri solutio secundum valorem ducati, quia tunc expendebatur pro tribus libris, & xiiij. solid. nunc vero excreuit ad vj. libras cum dimidia? Et puto clarum esse, quod illa verba auri & in auro, inducant solutionē non in moneta, sed in auro esse faciendā, vt dicunt doct. maximè. Cur. & Moder. in l. lecta. super verbo, probat re- & è dari. ff. si cert. pet. & est consuetudo apud omnes vulgata est, quod quando dicitur auri, & in auro, quod intelligatur de ipsis ducatis auri, & non de moneta: verba ergo sonant dandos esse ducatos cccxxxix. & qui debitor est in ducatis, debet in eis soluere, & augmentum, seu diminutio ad creditorem pertinet, secundum doctrinam Bartol. in lege, cum certum. ff. de auro & argen. leg. & in l. Paulus respondit. de sol. & sentiunt omnes in l. cum quid. ff. si cert. pet. vbi dixi super verbo, eadem bonitate. Sed difficultas in presenti casu vertitur propter subsequentia verba facientes et releuantes florenos nouem centum, &c. vnde videtur sufficere, si etiam hodie soluatur floreni dccc. qui ipsi nunquam mutauerunt cursum, sed semper continuerunt xxxij. solidos.

Verum

Verum ego puto supra scriptam primam clausulam non A
 restringi à subsecquenti, quæ statim vim demonstrationis
 tantum: quia tunc dicitur numerus aureorū valebat di-
 ctos dccc. florenos: & pro hac sententia adduco prima-
 mo tex. in l. quidam testamento. ff. de leg. j. & in l. Lucius.
 ff. de adim. leg. vbi t̄ quando legatū ab initio est purū,
 subsequens demonstratio illud non auget, vel deminuit,
 & ibi ea declarant doct. Secūdo adduco, quia illa verba,
 Facientes & releuantes, &c. cōcepta per participium præ-
 sentis temporis resoluuntur, qui faciunt, & releuant: re-
 latium autem qui iunctum verbo presentis temporis inducit
 simplicem demonstrationem, non autem conditionem, quæ res-
 tringat vel mutet legatum. l. Stichū qui meus. ff. de leg. j. attenditur ergo dispositio, quæ est sim-
 plex: cui etiam subsequens demonstratio conueniebat:
 licet deinde desierit conuenire. Tertio facit doctrina
 Bart. in l. cum pater. §. menfæ. ff. de legat. 2. vbi t̄ si testa-
 tor dicat lego tibi apothecam meam pannariam, seu pā-
 norum, illa adiectio pannorum non mutat naturam lega-
 ti, vt videatur legata mercantia, sed duntaxat locus, &
 verba illa pannorum stant duntaxat demonstratiuè. &
 cum Bart. transeunt ibi docto, ergo idem in nostro casu,
 vt talis demonstratio non attendatur, sed prima & prin-
 cipalis promissionis clausula. Quarto adduco commu-
 nem doctrinam, quæ habet, quod t̄ relatum enuntiatuè
 relatum ad certum corpus non mutat, nec restringit
 primam concessionem. leg. Iulianus. §. Titius. ff. de
 action. empt. Baldus in rubrica. C. de contrahenda em-
 ptio. quæstione vigesima secūda, & quod notat Oldra-
 dus consil. cxcvij. in concessione. cum concordat per
 Iaf. leg. prima. ver. l. v. C. de summa Trin. & fide cath. Sa-
 præ autem dixi, quod idem est loqui per participium præ-
 sentis temporis, sicut per relatum, vt declarat Bart. in l.
 prima. ver. vij. principaliter. ff. de condit. & demonstra.
 Nec obstat quod videtur ipsi trecentissimi octuagesimi
 noni ducati æstimati, in nouem centum florenos:
 vnde illa æstimatio sola debet attendi, secundum not.
 in leg. si æstimatio. ff. solut. mat. per. Soc. cōf. cclxxxvij.
 cum concord. per Brunum, & alios: quia hoc vtrumque
 procedere potest, vbi constat æstimationem in rem factam,
 vt in casu illo, quando dictum est promitto florenos
 centum ad valorem librarum trium, &c. Floreni
 enim valor reducit ad libras, propter illa verba, ad va-
 lorem, quæ sunt clara, sed in casu nostro illa verba faciē-
 tes, releuantes florenos, &c. stant in vim cuiusdam dem-
 onstrationis de presenti, vt suprà dixi, nec referuntur
 ad aliquam æstimationem: vnde si in casu nostro esset
 dictum quod solueretur dicti ducati cclxxxvij. ad va-
 lorem florenorum dccc. posset habere locū supra scrip-
 ta conclusio, sed vt apparet, verba sunt cōcepta alio mo-
 do. Vltimò, est aduertendum, quod cum verba concepta
 sint de ducatis in auro releuantibus florenos nongen-
 tos, & florenus sit diminutus in bonitate intrinseca, quæ
 tunc valebat trigintaduos asses, qui singuli valebant in
 bonitate duos asses temporis presentis, cum pecunia
 argentea, quamuis ære contaminata habeat semper p-
 portionem ad valorem auri, quæ t̄ proportio est vnus
 ad xij. & plures, vt est text. in leg. j. C. de arg. lib. x. not. in
 leg. 2. C. de ver. numif. potest. eod. lib. debet solutio fieri
 de florenis xxxij. assium, qui asses sint eius bonitatis, cuius
 erāt tempore contractus t̄ ap. olim. cap. pen. extra. de
 censib. & dixi in d. l. cum quid in fin. ff. si cert. pet. & est
 cōmunis opinio.

CONS. XXXV. SVMMAE.

- 1 Quilibet tenetur stare conuentis, quia contractus initi necessitatem inducunt.
- 2 L. adem C. loc. restringi & explic.
- 3 In contractibus, subintelligitur clausula verbus sic stantibus.
- 4 Verba vt aliquid operetur interpretatio fieri debet, ne censatur expressum, quod tacite inerat.
- 5 Quando specialiter est prouisum super aliquo casu nūquā per generale dispositionem censetur illi casui renuntiatum.

Consil. Andr. Ale.

Casus speciales facilius tolluntur, quam generales.
 Clausula ex consuetudine notariorum, apponeda in instrumē-
 tū, habetur pro apposta.
 Dominus non potest propria auctoritate expellere conductore,
 sed debet dari libellus.
 Quando duo instrumēta sunt facta eodem die, præsumuntur se-
 mul, & in continentia facta.

Ro conductore in casu proposito videtur esse
 pronuntiandum quinque rationibus. Primo,
 quia regula est, quod t̄ quilibet tenetur stare
 conuentis: quia contractus initi necessita-
 tem inducunt. l. sicut. de act. & obliga. C. & propterea
 debet locator præstare patientiam conductori per tem-
 pus inuestituræ, ista regula reperitur limitata in l. adē
 C. locati. vt non procedat, quando res locata est neces-
 saria in vsu locatoris, quæ limitatio debet proprie in-
 telligi de necessitate vera, videlicet, quādo aliter occur-
 renti casui prouideri non potest: nam si aliter prouideri
 posset, nō diceretur verè, & proprie necessitas. l. prima
 in gloss. fin. ff. soluto matrimonio. nota. per Alexand. in l.
 nepos Proculo. de verbor. signification. & in terminis
 ista necessitate ita intelligeda dixit Abb. in cap. propter
 extra. de locat. nec reperio aliquem illi cōtradictorem.
 Sed in casu nostro non est illa necessitas, imò potest illi
 aliter prouideri, ergo, &c. Et facit, quia si aliter intelli-
 gemus, videlicet, quādo quis vult facere artem, in cuius
 voluntatis executionem est necessaria res locata, hoc
 non diceretur fieri ex necessitate, sed ex pura voluntate
 ex quo præcedens actus est voluntarius, vt probatur in
 l. & ideo. ff. de cond. fur. quæ text. ad hoc inducit Fracisc.
 de Aret. in l. is post. ff. de acquir. hæred. vbi ad idem po-
 derat doctrinam Bartol. ibi. Secunda facit, quia illa limi-
 tatio debet intelligi de necessitate, quæ locacionis tem-
 pore nō immineret, vt est text. in d. cap. propter sterilita-
 tem. de locato. & quæ verisimiliter non potuisset præui-
 deri tempore contractus, vt dicit glo. in l. adē. quā ibi
 sequitur Odo. Cin. Angel. Salicer. Fulg. & ceteri scri-
 bentes. Gof. Hostien. Ioan. Andr. & Card. in d. cap. pro-
 pter. & est opinio ab omnibus approbata. Sed istud non
 est in casu nostro, quia huic locatori nulla necessitas su-
 peruenit. Et pro isto intellectu facit etiam ratio: nam licet
 cōtractibus subiurelligatur clausula, reb. sic stanti-
 bus. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. tamen talis clau-
 sula non trahitur ad casum, de quo potuit tempore cō-
 tractus cogitari. Sed ad eū solummodo, qui superuenit
 inopinanter. l. qui iure. ff. de test. mil. Angel. in authen. ex
 causa. C. de lib. præter Rom. consil. ducentesimo nonagesi-
 mo quarto. incip. hęc confessio. Nec obstat, quod Bal. in
 d. l. adē. declaratam istam necessitatem exemplificat in
 exercitio artis lanæ, quia dictum Bal. debet intelligi se-
 cundum supradicta: ne aduerteretur communi opinioni,
 & sic quando alicui superuenit aliqua necessitas inopi-
 nata, puta, quia repete ob casum fortuitū factus pauper,
 ita q. ad tolerandā vitā opus est cogitare de artificio ex-
 ercendo, vel simili modo, aliter dictū Bal. non est verū, &
 contra cōmunem opinionē, & secundum hunc intelle-
 ctum optimè verificantur verba sua, si bene videantur.
 Tertio, facit illud q. not. Ang. in d. l. qdē. dum dicit, quod d
 illa limitatio non procedit, quādo in instrumēto cōue-
 nit de non expellendo conductorem, durante tempore
 locacionis, ad hoc quod ista promissio aliquid operetur.
 l. si quando. ff. de leg. j. & sequitur Decius in capitul. quæ
 in ecclesiarum. de constitut. vbi cōcludit, vt verba ope-
 rentur fieri interpretationem, ne censatur expressum,
 quod tacite inerat, & allegat quasdam alias similes deci-
 siones. Nec obstat si diceretur quod t̄ quando specialiter
 est prouisum super aliquo casu, nūquā per generale dispositio-
 nem censetur illi casui renuntiatū, secundū glo. in l. sciēdū in prin-
 cip. ff. qui satisfacere cogatur. Nā respondetur, gloss. pcedere,
 vbi ageretur de corrigēdo illo iure speciali, quæ correctio-
 nes legū sūt odiosæ, aliter dispositio generalis trahitur et
 ad casus speciales. l. in fraudē. in fin. de testament. milit. p
 Decii consil. v. & hoc suadet ratio in casu nostro: quia si

per generalem dispositionem tollitur casus generales, qui nuntur iure comuni, & sic iur favorabiliores, quãd magis debet tolli casus speciales, q̄ facili collitur. miles ita. ff. de test. mil. & præsertim dispositio. d. l. æd. quæ est odiosa, & restringitur, nec extenditur ad casus similes, vt dicit Andr. Sicul. in d. c. propter. vbi per hoc concludit, quod illa lex loquens in inquilino, non extenditur ad colonum, & ante eũ idẽ tenait Bald. in d. l. æd. in 3. quæst. Sed in casu nostro asseritur esse talem clausulã, & hoc constabit, si videatur instrumentũ extensum per notarium: & si cum sit ex consuetudine notariorum, habetur pro apposita in contractibus. l. fi. C. de fideiussor. Quarta ratio est, quia requiritur, quod probetur ista necessitas pro vltimo locatoris, vt dicitur expresse in d. l. ædem. & ibi Bald. quia sola allegatio non sufficit, nisi etiã subsequatur probatio. & in hoc casu non est licitum domino propria auctoritate expellere conductorem, sed debet dari libellus, vt est communis conclusio post Ioã. Andr. in dict. capitul. propter. Imò in isto casu nõ video, quomodo probetur ista necessitas: quia si locator, dicit se velle exercere mercantiam lanæ, non infert, quod sibi sit necessaria apotheca, quia mercantia lanæ non solet exerceri in apothecis, sed in domibus: aut vult apothecam, vt deinde vendat pannos, & tunc talis necessitas potuit ab eo præuideri: ex quo ipse in eadem apotheca vendebat pannos, & licet olim faceret resaliũ, tamen in se idem est exercitij genus, & eadem venditio pannorum. l. negotiantes. C. de excusat. mun. l. si cohortalis. C. de cohort. lib. xij. vbi Lucas de Penna, & Ioan. de Plat. notant. & licet exercendo mercantiam lanæ in domo, sit sibi commodius deinde vendere pannos in apotheca sua, non tamen est hoc necessarium dictæ mercantiæ: & lex concedit locatori expellere conductorem, nõ propter commoditatem, sed propter necessitatem inter quos casus est magna differentia. gloss. in capitul. solet. in verb. superiorem. de sentent. excomm. in sexto. & ibi per Gemin. post alios. cum concordat. per Modern. in l. secunda. ff. de iurisd. omnium iudic. Quinta ratio est, quia isti conductores eadem die, & hora emerunt etiã omnes pannos, & nomina debitorum ab isto locatore: vnde nisi seruetur sibi integer terminus, non est verisimile quod emissent dicta nomina, vnde nõ potest ista locatio rescindi. l. si duo. vbi not. ff. de contrah. empr. & incumbet onus probandi ipsi conductori, quod non esset aliã conditio: quia ex quo fuerunt duo separati contractus, præsumptio est pro locatore. l. plerumque. ff. de ædil. edict. Probabitur autẽ ex verisimilibus cõiecturis: puta, si communiter non fuisset repertus, qui tantam pecuniã præstaret de illis nominibus, nisi etiam haberet apothecam, quia non est verisimile, quod aliud fecissent isti conductores, quã in simili casu facturi fuissent, ceteri autem mercatores. l. cum de indebito. ff. de probatio. & ex quo vtunque instrumentum est factum eodem die presumitur simul, & incontinenti factum, se cundum Bald. in l. si duas. ff. de excusat. tut. & facit quod notat Bartol. in l. in operis. ff. locat. & cõsequenter est verisimile, quod isti contractus vicissim respondeant, argument. not. in l. si ventri. ff. final. ff. de priuil. cred. & licet venditio pannorum concepta sit in personã cognati istorum conductorum, qui cognatus in continenti iterum vendidit istis conductoribus, tamen istud non habet alterare ius, quia in effectu inter omnes istos agebatur, vt ad conductores exactio nominum pertineret. Sed ideo interuenit cognatus, vt veditori magis cautum esset, quia fortẽ locupletior. Et ista opinio habet in se maximã quãtatem, ne de facili locatores non seruantes fidem promissã promalitia sua lucrũ cõsequantur. Et hæc omnia saluo sepe saniore iudicio.

CONSIL. XXXVI. SVMMAE

- 1. Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.
- 2. Diuisionis natura & vis.
- 3. Emens fundum feudalem ab eo, qui emit pro se, & quibus dan

ret securus est. *Emphyteosis ecclesiastica, si sit concessa cum clausula, & quibus de derit, pot alienari inconsulto domino.* *Aequalitas inter fratres seruari debet, maxime in diuisionibus ne alter alterum decipiat.*

superueniente casu inopinato rescinduntur. gloss. xxij. q. 2. can. ne quis Bal. Salic. & docto. in l. si. C. de n. ff. pec. c. cum inter. P. vbi Anton. & Imol. extra. de renuntiat. & certè non est verisimile, quod partes considerauerint tantum bellum, & pestem futuram in illis partibus, vt vix dicimus quisque superesse. Confirmo, quia ex iusta, & probabili causa licet si colono recedere ab inuestitura. l. dominus. §. si. in verbo, sine iusta, & probabili. ff. locat. & generaliter quod ex iusta causa liceat recedere à colonia, & finiatur inuestitura, tenet Ioan. Andr. Host. & alij in c. propter sterilitatem. extra. de locato. Alb. de Rosa. in l. 2. ff. de migrand. sentit Bar. in l. si in lege. §. si domus. ff. de locat. & si quod bellum, vel pestis sit iusta causa finiende inuestitura, tenet in d. cap. propter sterilitatem. sequitur Corfe. in repertorio in verb. locatio, & gloss. concilij Basilienfis. in §. locum. in tit. de auctor. general. concil. & videtur probari in l. si prædium. C. de æd. actio. Comprobatur per auctoritatem Ioann. Calder. in consil. v. in tit. de locato. vbi concludit quod quancunq; si præter consuetudinem accidit rei locatæ aliquod damnum, ex quo casu conductor patitur, non tenetur stare conductor locatæ etiam durante casu fortuito, allegat tex. in l. forma. ff. de censib. Confirmatur ratione: nam propter tale casum, si computentur fructus, deductis impensis, reperiatur colonus læsus, etiam vltra dimidium, vnde contractus rescinditur. argum. leg. secundæ. C. de rescinden. vend. quæ lex habet locum etiam in hoc contractu, vt p. Bar. l. si merces. §. vis maior. ff. locati. Et videtur si esse in consideratione defectus agriculturalum, sicut defectus fundi, quia isti villici sunt instrumenta fundi. l. que sicum. §. j. & pluribus sequentibus. ff. de fund. inst. leg. licet hodie in patribus nostris loco seruorum successerint homines liberi, & rescinditur venditio ex defectu instrumenti leg. ædiles. in prin. & §. vediti. ff. de edil. edil. q. a. §. illud. ff. loc. Bal. in l. 2. in fi. C. de verbor. signific. in casu nostro videtur adhuc res clarior, quia si per combustionem domorum videtur mutata facies rei. argum. leg. domum. ff. de contrahen. emp. nec requiritur denuntiatio, quæ si facta fuisset non tamen locator potuisset prouidere c. cū olim vbi doct. extra. de re iudic. Et in omnem casum cognitio istarum rerum non spectat ad magistratum, sed ad amicos communes ex forma pacti, in instrumento inuestituræ comprehensi.

CONSILII XLIII. SVMMA.

1. Omne pactum per se est contractus.
2. Substantia contractus in re ipsa videtur.
3. Pactum concernens eandem rem, quam contractus propter rei vnitatem, dicitur esse vnus contractus. (cedentis factus.)
4. Contractus incerti factus, censetur contemplatione præ.
5. Pacta censentur esse pars contractus, in quo apposta sunt.
6. Pactum dicitur pars contractus, quoniam facit iustum pretium ipsius contractus.
7. Mutatio concernens modum soluendi tantum, non alterat obligationem.
8. Dicitur vltra implicat.
9. Proprietatis verborum, quæ habet locum in odiosis, in penalibus attendenda.
10. Locatio est contractus bonæ fidei, in quo fit interpretatio ex bono, & equo.
11. Contractus initi cū principe requirunt exuberantem fidem.

Cum venditio, seu locatio facultatis vendendi facta sit facta, constituto pretio solidorum xx. pro sextario, & pterea conductores promiserunt releuare Camera ab administratore, & illi soluere solidos 30. pro sextario. Videtur q. isti sunt duo contractus separati, & idè in consideranda lesione contractus facultatis vendendi, si debeat haberi respectus ad alium contractum solutionis facien- de administratori. Respondet: Firmarij, seu conductores ipsi nihil contraxerunt cum administratore, sed cum fisco: qui iam diu ante contraxerat cum administratore, & illi promiserat dictos solidos xxx. Sed ipsi simpliciter promiserunt fisco, quod soluerint dictum pretium salis vltra valorem præsentis incantus, & in instrumento deliberationis incantus, promi-

promiserunt releuare Camera ab administratore pro dicto pretio. Nunquid autem istud pactum sit contractus pro se, non est multum laborandū, quia omne pactum pro se, est contractus, vt dicit glo. in leg. i. verb. figuris. in ff. de action. & oblig. Sed in eo est laborandum, an videatur contractus correspondere, vt vnus videatur factus respectu alterius, ad eod quod læsio in vno consideretur habito respectu ad alium. Et puto non esse in hoc dubitandum, quod sic, quia non potest negari, quin pactum sit pars contractus incantus, quod ostenditur. Primo, ex actione inde oriente, quia si Firmarij non soluerent administratori, potuisset administrator agere contra fiscum, & fisco contra Firmarios, vt eum releuerent, actione ex vendito, id est, ex illo incantu, vt est tex. in leg. ex conuentione. C. de pact. vnde apparet, tale pactum informari à contractu, & esse partem contractus. Secundò, ex actione competente ipsis Firmariis, pone q. administrator noluisse dare sal, nec recipere pretium ab ipsis Firmariis, sed dicere t, nihil mihi est vobiscū, sed solum cum Camera, certè Firmarij potuissent eum cogere, quia tali pacto sunt constituti procuratores in rem suam à Camera. leg. fin. §. Titius. ff. de condi. indeb. leg. planè. vbi gloss. verb. suo loco. ff. famil. ercisc. no. doctor. in l. si actor. ff. de procur. Cum ergo tali pacto id ius sint consequti ex illo cōtractu, non potest negari esse tales contractus inuicem respectiuos, & vnus propter alterum factum. Tertio, ex effectu inde resultante. Cum enim fisco resciderit dictum contractum incantus, consequenter etiam rescidit dictū pactum soluendi administratori, ergo ex effectu apparet, quod dictum pactum fuit pars contractus: quia vt dicit Bartol. in leg. iurisdictionum. §. quiniom. ff. de pact. versi. quæro, quid si pactum veltitum, tunc pactum dicitur correspondere ad contractum, ergo pactum sublato contractu tollitur etiam pactum, quia tunc dicitur pars contractus, secundum eū, leg. cum emptor. ff. de rescin. vend. leg. fin. ff. de acceptilat. Quarto, ex natura rei. cum enim facultas vendendi sit nulla, si sal ipsum haberi non possit, quia si substantia contractus in ipsa re versatur leg. in venditionibus. ff. de contrahen. empt. & si pactum concernat eandem rem, contractus, satis dicitur esse vnus contractus propter rei vnitatem. l. scire debemus. ff. de verb. oblig. & idè lesio ex vna parte consideratur et respectu alterius. l. si duorum. in fi. ff. de act. empti. Quirè suadet hoc regula generalis. Qd si contractus incontinenti factus, secundum regulam l. si ventri. §. fin. ff. de priuil. cred. vbi Bart. & doctor. & Raph. Com. consil. cclxxij. & quod no. Ludo. Rom. consil. lvij. visis. in prin. c. And. Sic. consil. v. in r. Alexand. leg. si cum dotem. §. fin. sol. matr. & consil. xxv. in 2. & diffusissimè per Curt. Sen. consil. lv. super duobus Dec. clxxxij. Si istud est in contractu equè principali in continenti sublequuto, quanto magis in hoc pacto ad contractus materiam pertinente, quod in ipso contextu contractus interuenit? Sextò pone, quod extaret statutum, vt de singulis contractibus soluatur gabella, nunquid soluere- rentur duæ gabellæ, vna pro contractu incantus, altera pro isto pacto, quod soluatur administratori? certè vna tantum, ergo apparet, quod vnus est contractus, quia illa solutio facienda administratori, est quoddam dependens, seu coherens contractui, vt in simili per Bald. in leg. 2. ad fin. in lect. antiqua. C. de cond. inser. & in l. cum dotem. C. de iur. dot. Septimò, pone locauit fundum pro mille aureis, & conueni cum conductore dandò ei boues, & semina, vel instrumentum fundi pro colendo agro alio pretio distincto, certum est, quod hic sunt duo contractus. Primus principalis locationis. Secundus venditionis instrumenti fundi. leg. 3. ff. de loc. an censentur ij contractus correlatiui, ad eod quod valor vnus consideretur habita contemplatione alterius? certè sic, quia si ego non darem tibi adiutorium, minus locassem fundum, sed quia succuro tibi, dandò semina, & boues, tu tantò amplius conducis fundū, vt videmus fieri quotidie, & facit tex. in lege, si tibi secundum vnum

intellectum. C. locati. & licet dentur tibi extimati certo pretio, tamen dantur contemplatione contractus, quia tu non emeris, nisi respectu locationis, vnde rescissa locatione, etiam iste contractus esset rescindendus, secundum Bartol. dict. §. quiniom. prout in casu nostro rescisso incantu, fuit rescissum pactum soluendi administratori. Octauò regula est generalis, quod si pacta censentur esse pars contractus, in quo apposta sunt leg. fundi partem. ff. de contrah. emp. quod de clarat iure consil. in d. leg. iurisdictionum. §. quiniom. vt intelligatur in pactis, quæ legem contractui dant, id est, de materia sunt contractus, vt declarant Modern. in leg. in bonæ fidei. Cod. de pact. vbi Alexand. post Bald. in leg. petens. Cod. de pact. quod maximè est in casu nostro cum absque salis emptione frustra contractus incantus induceretur, & dicitur tale pactum esse pars pretij, quia cum contentum sit soluere xxx. solidos administratori, tantò minus soluitur Camera. Nec refert, quod factum indicat contractum seperatum, quia et in casu dict. leg. fundi partem, erant duo contractus alter emptionis, alter locationis, & tamen vnus est pars alterius. Non, si pactū dicitur pars contractus, quado facit iustum pretium ipsius contractus. d. leg. fundi partem. versic. si modo. idè vilius fundum vendidisti, & in dubio sit interpretatio, quod in pretio habitus fuerit respectus ad pactum, vt dicit glo. in d. leg. fundi partem. & est tex. in lege, si venditor. in fin. ff. de ser. export. leg. pen. ff. de hæred. vend. vel act. vend. vnde in casu nostro non potest simpliciter dici, quod pretium locationis, id est, viginti illi solidi habiti sunt pro iusto pretio simpliciter, sed considerato pacto soluendi solidos triginta administratori, quos actum est solui vltra pretium locationis. Cum ergo solutio facienda vigore pacti ipsi administratori, habeat in se onus, dicitur diminuire vtilitatem alterius contractus, idè eius habenda est ratio, quod onus est, vt aliàs dixi, non solum periculi in exigendis debitoribus, sed generaliter respectu inueniendæ pecuniæ, & eius interesse, & respectu omnis periculi, quod potuisset contingere. Decimò, pone, quod sicut fiebat antiquis temporibus, fisco idè esset administrator, & locasset sal à feodum pro quinquaginta solidis, certè tunc cessaret omnis difficultas, quia esset vnus contractus. Sed quid refert, quod fisco respectu triginta solidorum grauauerit conductores, ipsi soluere administratori? si mutatio enim concernens modum soluendi tantum non alterat obligationem cū hic mutata non sit persona, quia obligatio nulla contracta est inter conductores, & administrator, sed solum administrator adiectus solutioni, per regulam l. Iulianus. §. j. ff. de verbor. obligatio. leg. eum qui ita. §. qui sibi. ff. eod. titu. Vnde decimò addo, quod apparet ita actum esse ex verbis incantus, quibus dicitur, quod soluerent pretium salis administratori, vltra valoris presentis incantus, & sic vltra dictos, viginti solidos q. dictio si vltra, stat implicatiuè. leg. cum ita. vbi Bar. in ff. de dot. præleg. leg. sic. ff. de legat. 3. Dec. consil. ccxc. vbi concludit, quod licet quandoque non sit implicatiuè, tamen illud est improprie, quando subiecta materia non patitur, & ita intelligitur, q. no. Ang. consil. ccxcij. vel qm constat aliam mentem fuisse contrahentium, quod non constat in casu nostro per supradicta. Vnde nulla ratio est, cur recedamus à proprietate verborum, quæ habet locū, & in odiosis, & in penalibus. lege. cum ita. vbi Are. ff. de testā. Cum ergo verba velint solui xx. solidos vltra xxx. perinde est, ac si vnica summa dictum esset. l. solidos, sed facta est diuisio pro reuelatione Camere ab administratore, non quod ipsa Camera non teneatur computare læsionem, habito respectu etiam summam soluendam administratori. Duodecimo, & vltimo ex supradictis satis apparet resoluta motiua, quæ in contrarium adducta fuerunt. Vnum tamen non puto omittendum, quod cum læsio Camere allegetur à solidis viginti, in solidos xxx. den. iij. den. x. den. vi. pro sextario, videtur id detrimentum satis esse reparatum ex tanta subuen-

tionis 30. millium scutorum antequam poneretur possessio per xv. menses, & periculo imminente evidenter, propter quod absterri sunt alij, ne ad subhastationem venirent, unde bona fides non patitur rescindi talem locationem, maxime in initium cum principe, nō solum cum

10 ¶ sit contractus bonæ fidei, in quo sit interpretatio ex bono, & æquo. §. actionum in sit. de action. sed quia ¶ contractus in initium cum principe requirunt exuberantiorē fidem, ut dicit Bal. in extravag. de pac. Constan. vers. si que verò, per illum text. verb. bonæ fidei, refert & sequitur Ias. d. §. actionum. Et ita etiam, mens. Cæsareæ maiestatis quæ dictum contractum confirmavit in forma amplissima, quam mentem uti honestati congruam, debuerunt d. Quæstiones exequi, non autem infringere, & sub colore restitutionis in integrum rescindere, ne absterreantur in futurum homines ad negotiandum cum fisco. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XLV. SVMMÆ.

- 1 Vsum fructus rei donate à patre filio per patrem potest remitti.
- 2 Donatio inter patrem, & filium iurata valet.
- 3 Pater potest transferre profectitia in causam aduentitiam.
- 4 Qui per 20. annos possit se pro emancipato, videtur prescripsisse aduersus ius patriæ potestatis.
- 5 Filij ex emancipato nati, non reuincunt in potestatem aui.
- 6 Auius non habens patriam potestatem in filios emancipati filij, non potest habere nec vsum fructum, qui debetur iure patriæ potestatis.
- 7 Presumptio in dubio fundatur.
- 8 Pater licentiam filium ut possit contrahere, & sibi acquirere, salua tamen manente patria potestate, aliud non est, quam vsum fructum sibi patri debito remittare.
- 9 Filius habens plenam facultatem disponendi à patre, moriendo videtur tacite disponere, & filijs suis relinquere.
- 10 Moriendo quis dicitur velle seu disponere.
- 11 Non est sciendum securitati prouenienti ex privilegio, plusquam ex iure communi.
- 12 Testamentum non potest condi per filium familias.
- 13 Pater potest prestare consensum donationi causa mortis à filio, testamento vero non potest.
- 14 Priuati non possunt derogare iuri publico.
- 15 Renuntiatio filie in hereditate patris, non excludit eam à dis-
- 16 Etis bonis, quando succederet fratri.

Via in præsentia causa scriptum est per alios excellentes doctores, non repetam, quæ ab eis & subtiliter, & vere sunt dicta, sed solum in istam circumscriptionem punctum, quid iuris patri competat in bonis Stephanam filij, qui decessit relictis filiis. Et secundum ius commune cum acquisita ex pecunia paterna censeatur esse peculijs profectitij, videretur quod dimidia pertineret ad filios dicti Stephani iure proprietatis, tanquam propter industriam censeatur aduentitia, vsum fructus vero sit patris. Sed in casu nostro ¶ videtur ab hoc recessum esse propter donationem, factam à patre ipsi filio, qui etiam remisit ius vsum fructus quod potuit. I. cum oportet §. fin. autem. C. de bon. que lib. nec dubitandum est circa valorem dictæ donationis, maxime existente ¶ iuramento, quod tollit impedimentum patriæ potestatis, & deest in insinuationis, vt est communis opin. in c. contingat vbi dixi extra, de iure iur. Et debet dicta donatio comprehendere omnia acquisita per ipsum Stephanum, tam ratione proprietatis, quam ratione vsum fructus hadenus, id est, vsq. ad diem donationis peruenit ex lucris, & beneficijs &c. q. clausula est satis clara. Subiicit deinde etiam omnia iura quæ ad ipsum d. Paulum in posterum et spectant possent, quæ vis ratione, occasione, vel causa, que dicit, vel cogitari possent, in genere, vel in specie, & vsque in æquum summa, &c. quæ ad proprietatem, quam quoad vsum fructum, ita q. nihil à premisis penitus excludatur, &c. quæ verba videntur mihi valde generalia esse, & non pati restrictionem aliquam, quia omnia quæ in futurum

siue lucratus, possit sibi habere, licet enim quandoque illa verba que habet, vel habere spectat restringantur ex causa præsentia. leg. 1. & 2. ff. de statuliber. leg. quod d. Seruius. ff. de condi. ob cau. da. leg. si vxor. §. diuini. ff. de adu. tamen illa tanta generalitas verborum non patitur talem restrictionem. leg. cum Aquiliana. ff. de transactio. & p. Rapha. leg. qui Romæ. §. fi. in vj. quæst. Bartol. ff. de verborum obligation. & sentit ibi Bart. in alia causa, quam testamenti, & facit tex. in leg. stipulatio ista quæsitum. ff. de verborum obligation. maxime cum in casu nostro materia subiecta expressum futurum respicit, secundum Bald. consilio cclxxxj. quæstio subtilis lib. 3. Alexand. consil. xij. ponderatis. in 3. & ideo videtur quod omnia quæsitia, per ipsum Stephanum vsque ad diem mortis comprehendantur in dicta donatione, & cum non poterint acquiri per patrem, transeant in naturam aduentitiorum, vt est tex. ind. l. cum oportet. C. de bo. que liber. sicut videmus, quod potest ¶ pater transferre profectitia in causam aduentitiam, vt est tex. in lege, filia dotem. Cod. de collat. & ideo in casu nostro erat concludendum, quid mortuo Stephano, pater haberet in istis bonis omnibus vsum fructum, si cut habet in aduentitijs, quia quamuis ex forma statuti Genuensis, & etiam de iure communi prima sit causa filiorum, & hæreditas Stephani sit eis deuoluta, tamen est deuoluta ratione proprietatis tantum, & saluus remanet vsum fructus aui. Sed contra hanc conclusionem obstant duo. Primum est, quia Stephanus ¶ per longissimum tempus supra xxx. annos, gessit se pro emancipato, unde videtur prescripsisse aduersus ius patriæ potestatis. leg. 2. C. de præscrip. longi. temp. l. j. vbi no. C. de par. pot. l. post mortem. vbi Bar. ff. de adopt. vnde ¶ filij ex eo tanquam emancipati nati non reuincunt in potestatem aui, §. illud autem institution. quibus. modis ius pat. potest. sol. & cum ¶ auus in eis non habeat patriam potestatem, non potest habere vsum fructum, qui debetur iure patriæ potestatis. §. j. in instit. per quas personas no. acquir. Sed ad hoc respondendum est, quod imo isti liberi sunt in potestate aui, quia pater non fuit emancipatus, sed simpliciter licentiat. id est, concessa sibi licentia à patre contrahendi, & negotiandi, & lucra sibi retinendi, vt apparet ex instrumento donationis, in quo nullum verbum est, quod pater eum dimittit de sua potestate, imò etiam nō potuisset, nisi seruata forma statuti Genuensis, & receptis cautionibus in statuto. Nec obstat rex. in dict. leg. 2. & nota. per Bartol. in dict. leg. post mortem, quia procedunt in casu dubio, quando filius ultra xx. annos perseuerauit tanquam paterfamilias & sui iuris existens, vt præsumatur emancipatus, sed in casu nostro non est recurrendum ad ¶ præsumptionem, quæ fundatur in dubio, vt dicit gloss. in leg. j. §. accedit. Cod. de rei vxor. act. in cap. is qui fidem. extra, de sponsa. quia sumus in claro per dictum instrumentum donationis, ex quo apparet, quod non est ¶ emancipatus, sed simpliciter licentiat. vt possit contrahere, & sibi acquirere, salua manente patria potestate, quod potuit pater facere, quia in effectu hoc nihil aliud est, quam renuntiare vsum fructum sibi debito. d. leg. cum oportet. §. fin. autem. quæ renuntiatio valet respectu filij, verum, eo mortuo cum bona transeant ad nepotes, qui ipsi non sunt licentiat, sed remanent in potestate aui, non videtur dubitandum, quin auus in istis habeat vsum fructum, sicut haberet in quibuscunq. alijs acquisitis ipsi nepotibus, ex quacunque causa. dict. leg. cum oportet. & d. §. j. in instit. per quas personas. Alterum quod obstat verbis donationis apparet patrem consensisse filio, quod possit de dictis bonis, & lucris ad libitum disponere, ita inter viuos, quam in vltima voluntate non obstantibus quibuscunq. legibus, præbens eilib. facultatem disponendi & testandi &c. vñ sint videtur renuntiasse vsum fructum casu, quo iste disponeret testado, idem videtur casu, quo moreretur intestatus, & bona ad filios suos iure successionis pertinerent. Et in hoc puncto stat omnis difficultas præsentis consultationis, cum enim

enim ¶ habeat plenam facultatem disponendi, moriendo videtur tacite disponere, & filijs relinquere. l. consanguantur. l. si quis cum nulli. ff. de iur. cod. Ias. in rub. ff. de lib. & posthum. & consil. crij. quia ¶ moriendo quis dicitur velle, seu disponere. l. vxor. §. Scæuola. ff. de legat. j. vbi Bar. & in l. centesimis. in ff. de verbor. oblig. quia si disposuisset in extraneum, non posset per talem dispositionem impedire iure sui vsum fructus, ergo idem & multo magis relinquendo proprijs filijs. Sed tamen non obstante hac ratione, teneo contrarium, quod imo adhuc vsum fructus ad auum pertinet iure dictæ patriæ potestatis. d. l. cum oportet, vt sicut si isti liberi quicquam aliunde acquirerent, vel ex bonis maternis, vel ex sua industria vsum fructus ad auum spectaret, ita etiã in istis bonis, in quibus auus renuntiauit vsum fructum quoad patrem, nō autem quoad nepotes, ne deterior sit aui conditio in istis bonis prorsus extraneorum, & ne ¶ plus faueamus securitati prouenienti ex privilegio, quam ex iure communi. l. eius militis. §. militia missa. ff. de testa. milit. l. quãquam. vbi doct. C. de testa. mil. Nec obstat ratio contraria: quia in primis sciendum est, quod ista facultas data ¶ a patre, vt filij possint testari non valet, quia ¶ testamentaria sunt iuris publici. l. 3. ff. de testa. & ¶ non possunt condi per filios famul. l. qui in potestate. ff. de testa. & solum ¶ potest pater præstare consensum ¶ donationi causa mortis, testamentum vero non potest. l. tamis. §. fin. ff. de don. cau. mor. & ideo clausula non obstantibus hoc casu, non operaretur: quia ¶ non possunt priuati derogare iuri publico leg. nemo potest. ff. de leg. l. ius publicum. ff. de pac. & clausula, que dat liberam facultatem disponendi, debet intelligi prout stat, quod ipse quidē possit liberè disponere, si tamen disponat in personam subiectam potestati dominicæ, non impedit, quin secundum ius commune quærat dominus: quia istud non est ex eo, q. facultas disponendi sit impedita, sed ex eo, quod persona q. acquisiuit transmittit in patrem secundum dispositionem legis. d. l. cum oportet. Facit quod no. doct. in l. i. §. veteres. ff. de acq. post. vbi ¶ renuntiatio filie in hereditate patris non excludit eam dictis bonis, quando succederet fratri. l. quanquam. C. ad leg. Falc. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. c. 1. de eo, qui si fecit, in vñ. seu. ita in casu nostro remissio facta filio de vsum fructu, non excludit patrem vendicantem ex persona nepotum, qui successerunt filio. Et ideo apparet ea, quæ supra in contrarium allegata sunt nihil obitare: dato enim quod, moriendo non censeatur disponere: tamen postquam dispositum est, nihil obstat, quin res deuoluantur secundum terminos iuris. le. proinde. §. si. de stip. ser. cum ll. seq. Et ita mihi videtur, &c.

CONSIL. XLVI. SVMMÆ.

- 1 Quilibet dotans mulierem extraneam, censeatur donare, & quilibet censeatur extraneus, excepto patre.
- 2 Onus dotandi pertinet ad patrem.
- 3 Mater non presumitur dedisse alimenta filijs, animo donandi illis, quando adest pater, ex quo principaliter ad patrem pertinebat.
- 4 Officium paternum est dotare filiam.
- 5 Aui. sed quamvis. C. de rei vxor. act. limit.
- 6 Mulier minor 25. annis si maiorem dotem marito dederit, quæ eius qualitas postulet, tanquam læsa potest in integrum restitui, & id beneficium in heredem transmitti.
- 7 Pater regulariter non potest diminuerē dotem datam, promissam vero potest diminuerē secundo marito.

In causa dotis illustris d. Leonoræ Cibo principaliter contingit de duobus dubitari. Primum dubium est, an Reuerendiss. Cardinalis summa scutorum decem, & octo millium solutam Comiti Ilisco, possit autem à marito vel à fratre? Et sciendum est, ¶ quod cum aliquis extraneus dotem numerat censeatur ipsi mulieri donare, & extraneus quilibet censeatur etiam patruus, & quilibet alius excepto patre. l. vniqa. §. accedit. C. de rei vxor. act. cum ergo censeatur

Cardinalis donasse ipsi illustri Leonoræ, non debet amplius admitti ad reuocationem. l. si donationem. C. de reuoc. don. Sed tamen in casu nostro est aduertendum, quia hæc donatio non censeatur facta ipsi Leonoræ, sed potius patri suo Laurentio, cuius contemplatione frater eius Cardinalis neptē ex eo pro parte dotauit, arg. d. l. dotem dedit. ff. de colla. bo. plus est afficiebat fratri, tanquam propinquiori, quā nepti ex eo, q. erat remotior. l. si. C. de verb. sign. & sic fratri prius ¶ sumitur voluisse donare arg. l. cum ita. §. si. de l. 2. & q. no. in l. gallus. §. de lib. & post. & sic censeatur hæc dos ¶ profectitia, nō autem aduentitia. l. profectitia. circa principiu. ff. de iure do. ibi, q. si qs patri donaturus. Nec obstat. tex. in d. §. accedit. quia ibi loquitur quoniam extraneus non habebat alium proximiorē, cui donatū velle, id est, ¶ patrem ad quem onus dotandi pertinet. l. si. C. de dot. promiss. Sicut videmus in ¶ matre, quæ quā ad ¶ est pater, non præsumitur alimenta filijs dedisse animo ¶ donandi illis, ex quo pater aderat ad quem principaliter pertinebat. l. si quis à liberis. §. si mater. ff. de libe. agno. & habetur in l. Nelenius. ff. de nego. gest. & ita in terminis nostris, quod hæc dos censeatur contemplatione patris data, & sit ¶ profectitia consilij Pau. de Cast. cōf. xvj. si dicta Cornelia in 2. vol. quem refert & sequitur lex consil. cl. xxix. in v. Ripal. in quartam. nu. 139. ff. ad leg. Falc. & ideo etiam videtur sentire Bal. in l. si. C. de dot. promiss. post gl. ibi dum loquitur in aliquo ex fratribus dotante fororē: vt non videatur donare, sed negotia eorū gerere, p. quæ sententia et videtur tex. in l. cum post. §. i. ff. de adm. tut. vbi patruus videt dotare tanquam curator, ¶ tanquam patruus. Et licet Soc. consil. cccxvj. dubitet de scripta decisione Pau. Cast. tñ est communiter approbata, & eam sequuntur omnes Mod. in d. l. in quartam. Et opin. Soc. potest esse vera in fratribus socijs vniuersorum: tunc enō nomine societatis fecisse videretur, & sic etiam suo nomine dedisse: cū ipse quoque teneretur. l. si locius pro filia. ff. pro socio. & ita proprie loquitur Soc. qui casus est diuersus à nostro: cum societas vniuersorum bonorum nulla esset inter Reuerendiss. Cardinalem & d. Laurentium. Et ista opinio aliquāto clarius procedit respectu dotis promissæ per d. Richardam matrem propter verba in instrumenti, quibus fatetur se hoc facere, vtd. Laurentio marito mouem gerere: unde satis apparet eius contemplatione id esse factum & consequenter etiam hanc partem dotis esse profectitiã. l. si de plures. §. in arrogato. ff. de vulg. d. l. profectitia. sed enim officium paternum sit dotare ¶ filiam d. l. si. C. de dot. promiss. l. qui liberos. de rit. nup. si mater id faciat videtur se succedant obligationi paternæ ¶ stare, & eius contemplatione dare, p. dicunt Mod. in d. l. in quartam. & sentit Bald. in l. quoniam nouella 2. oppo. C. de inof. test. Secundū dubiū est, an potuerit illustris d. Laurentius minuerē dotē primo marito constitutã. Et cū ¶ sit conclusum, q. ista dos sit ¶ profectitia, & reuertatur ad patrem iure potestatis patriæ consequens est, vt liceat patri eã diminuerē: quia tex. in ¶ aut. sed quauis. C. de rei vxor. actio. & in ¶ ga. verò. in auth. de æqualita. dot. habet iij. notabiles limitationes q. videtur in casu nostro ¶ cedere. Prima est, q. si substantia patris aliqua fortuita clade decreuerit, vt ibi dicitur in tex. quod et proponitur contigisse in casu nostro, quain re q. est facti, remitto me probationibus faciendis. Secunda limitatio est, q. si filia in consulto patre trãsuisset ad secūda vota. p. l. si vt ¶ pponis. 2. C. de nuptijs. & nup. si let marito si digno rãta dote, secundū Salic. in d. auth. sed quauis, censeatur esse pater moueri bona ratione. qui nō ¶ luit tantã dotē dari marito ea nō digno, & ideo tali causa potest eã diminuerē arg. l. si filius eius. ff. de rit. nup. pro qua ratione adduco: quia nos videmus, q. ¶ mulier minor 25. annis, si maiorē dotē marito dederit, quam eius qualitas postulet, tanq. læsa, potest in integrum restitui, & id beneficium in heredē trãsmitti, iuxta l. i. vbi doct. C. si aduer. dot. vnde multo magis hoc videtur dicendum in patre antequam dederit, vt non teneatur dare id, per quod esset restituendus in integrum, iuxta supradicta. Tertia limitatio est, quam ponit gloss. in dict. authen. sed quam

nis, & est vilis respectu promissionis, factae per dominam Ricardam. Inquit enim glo. quod si dotem datam regulariter diminuere pater non potest, dotem vero promissam potest secundo marito diminuere, per leg. quoties. versic. planè. ff. sol. mat. quam ibi sequuntur Cyn. Odofre. & Alexand. in apostil. Bald. & licet Dec. consil. xxxv. responderit contrarium post Cur. consil. xxvij. l. fo. l. filia. Cod. de leg. Angel. & Iason. in §. fuerat. Inst. de act. tamen non est recedendum ab illa glossa, quae optime probatur in dict. lege, quoties. si enim potest pater alterare naturam restitutionis, ut ibi dicitur, multo magis debet posse immuere, nec Sal. in dict. authen. sed quamuis. versic. quartò hoc negat. neque Cin. Et ideo illa glossa videtur communiter approbata & rationes Dec. parum vrgent. Et (si opus erit) illis diffusius respondebitur. Et haec omnia saluo, &c.

CONSILII XLVII. SVMMAE.

- 1 Confessionis reuocandae probandus error.
- 2 Exceptionem non numeratae dotis, veritate & geminatione tolli.
- 3 Procuratorem varie censeri, idque ex re dignosci.
- 4 Donatio inter virum, & uxorem, propter vim iuramenti, debet observari.
- 5 Donationes etiam iuratae, ex causa irritae sunt.
- 6 Iuramentum habere debet tres comites, veritatem, iudicium & iustitiam.
- 7 Iuramentum regulatur secundum naturam actus.
- 8 Satis est quomodo voluntas appareat.
- 9 Legatarius acceptare debet legatum, cum suis qualitatibus.
- 10 Demonstratio minor, non perimit precedentem dispositionem.
- 11 Ex eo quod est factum praesumitur quid partes egerint.
- 12 Dotem recipiens tenetur ad opera matrimonij.
- 13 Iure communi in sponsalibus secuto osculo, mulier lucratur dimidium donationis, celebrato vero matrimonio lucratur totum.

N praesenti causa do. Marchionissae Padulae aduersus haeredes illustri do. Artalis de Cardona. circa tria tempora est principaliter instendum. Primum est a tempore contractu sponfalium anno 1524. cum per praefatam Marchionissam, & eius baiulum, seu curatorem tradita est dos ipsi d. Artali ducatorum 20000. vel circa, respectu cuius summam non videtur mihi subesse probabilis difficultas propter confessionem ipsius mariti cum auctoritate curatricis, etiam multoties iteratam. Et licet nuperrime dicti haeredes venerint aduersus dictam confessionem: tamen ad eos pertinebat probare errorem dictae confessionis, iuxta no. per Bartol. in l. non fatetur. ff. de confess. Quod aded ab eis non est probatum, ut potius ex parte Marchionissae probata sit veritas confessionis, quod dicta pecunia ex mensa argetaria Barcellonenfis, & Neapolitana peruenit ad dictum maritum: unde casus redditur clarus, & exceptio non numeratae dotis non habet locum de qua in l. 3. cum authen. sequi. C. de dot. cau. non num. Maxime cum interuenerint iteratae confessiones. l. in contractibus. §. super caeteris verò securitatibus. C. de no. nu. pecu. Secundum est tempus respectu reditus um a die sponsaliorum usque ad diem celebrati matrimonij anno 1531. id est septem annorum, quo tempore probatum est reditum ascendisse ad tres mille ducatos singulis annis, sicut est probatum dictum reditum exactum fuisse per praefatam do. Artalium, seu matrem curatricem, &c. Nec obstat quod in articulis sit dictum, & ipsam matrem exegisse tanquam procuratricem, seu administratricem ipsius Marchionissae: quia cum ex instrumento dotali appareat id ius in ipsam socrum traslatum fuisse, tanquam in baiulam, & curatricem ipsius domini Artalis mariti, illa verba procuratricem, &c. intelliguntur non de procuratrice simplici, sed de procuratrice in rem suam id est

tanquam procuratricem ipsius mariti. l. h. §. Titius. ff. de cond. indel. 3. versic. suo loco. ff. fami. excis. praesumitur enim socrus exegisse ex titulo praebulo. l. qui in altera. §. si is, qui putabat. ff. de acq. haer. vbi doct. Quid maxime dicendum in tutore vel curatore. l. post mortem. §. r. ff. quando ex fac. tut. Corn. consilio xxvij. in 2. cum simi. Sed obstat petitioni ipsius Marchionissae: quia videtur quod ipsa fecerit donationem marito de dictis redditibus, & quidem iurata cum auctoritate iudicis: unde talis donatio, quamuis inter vir. & vxor. propter vim iuramenti deberet observari secundum magis communem opin. doctor. in lege, pacta quae contra. C. de pact. vbi Iason. in cap. cum contingat. extra. de iureiur. sed ad hanc obiectionem respondetur tribus modis. Primum, quod satis apparet illam puellam tunc fuisse circumuentam, tum ex qualitate personae ipsius, tum quod nemo aderat ex consanguineis puellae, tum quod non suberat causa tam immoderatae donationis unde decretum iudicis est ipso iure nullum. leg. magis puto. §. si res alienum. ff. de reb. eo. & iuramentum illud tanquam dolo partis, & metu socrus factum non tenet dict. cap. cum contingat. verb. sine vi, & dolo sponte praestita, unde saltem in tali casu concedenda est absolutio tanquam lex contractum reprobat in odium ipsius accipientis, ut tenuit in dict. l. pacta quae contra. ita in distinguendo contrarias opi. & tenuit Bald. in dict. cap. cum contingat. in fin. Car. cle. 1. de iureiur. Paul. Cast. consilio lxxiii. super isto Curt. Sen. consilio lxxvj. Et certe ex lectura instrumenti satis apparet, quod tale iuramentum non habuit tres comites veritate, iudicium & iustitiam, de quibus xxij. quae st. 2. animaduertendum. & in cap. & si Christus. de iureiur. maxime stante confessione Artalis in testamento, de quo infra. Secundum respondetur, quod talis donatio censetur habere tacitam conditionem ex natura actus, nisi donans superstes fuerit. l. a marito. C. de dona. inter vir. & iuramentum regulatur secundum naturam actus. leg. fin. C. de non num. pe. unde in casu nostro dicendum est talem donationem non obstante iuramento esse resolutam, ut consuluat Bald. consilio xxix. in 2. Decius. consilio cxxl. & dclix. Card. Paris. consil. lxxxvj. in 3. vol. quam sententiam & ego soleo sequi, quando nulla fuit affectio uxoris erga haeredes mariti, ut quia non filij communes, sed alij extranei ipsi donatrici successerint, prout fuit in casu nostro, argum. leg. 2. ff. de pacto dot. Tertio respondetur quod difficultas cessat propter verba testamenti ipsius do. Artalis qui remisit uxori talem donationem iurata, quod facere potest. cap. 2. extra de spons. & putauerim valere talem remissionem, etiam si facta sit minus solenni voluntate: satis enim est quod quoquo modo voluntas appareat. lege. fin. ff. de reb. eo. quamuis etiam ea, quae opponuntur dicto testamento, sunt satis leuia, & sublata per aduocatos. Fortius obstat, quia dicto testamento dicitur, quod ipsa vxor fecerat donationem certae quantitaris ascendentis ad summam ducatorum xij. millium contemplatione, & testatoris: unde recognoscendo veritatem declarat se nolle, quod dicta donatio valeat, sed iudicatur perinde ac si nunquam facta esset pro exoneratione conscientiae suae, &c. unde videretur, quod ex hoc capite possent peti duntaxat 12. millia aureorum, non autem xxj. millia: ut teneatur haec iur. acceptare legatum cum suis qualitatibus iuxta leg. Aurelius. §. idem quae sit. Bartol. ff. de liber. leg. Sed ad hoc respondetur, quod cum prius legauerit ei omnia iura dotalia secundum formam cautionum suarum: & in cautione prima sponsalium esset comprehensum, ut totus reditus esset dotalis, satis apparet id eum egisse, ut integra summa restitueretur: & quamuis deinde expresserit quantitatem xij. millium aureorum istud est ex opinione sua, quae non restringit veritatem. leg. si ita stipulatus fuero hanc summam. vbi glossa. in verb. maxime. ff. de verb. obligat. allegat. l. institutio. ff. de condi. insti. & cum dixerit se velle

velle donationem esse nullam, & per viam demonstrationis dixerit esse nullam, ista demonstratio minor non perimit praecedentem dispositionem. l. quidam. in princ. ff. de leg. j. & reg. generalis in l. demonstratio. ff. de cond. & demo. facit l. si venditor hominis. ff. de act. empt. & cum se referat ad cautiones dotalis illae debent attendi, quauis numerus referens non concordet, ut in simili per doct. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. vbi dixi. Dec. c. ij. de resc. & consil. lxxij. in ij. dab. arg. not. per Bar. in l. Sepronius. ff. de leg. ij. Tertium tempus est, a die contracti matrimonij per verba de presenti usque ad annum 1536. quo decessit praefatus do. Artalis, & sic respectu quinquennij, & videretur mihi, quod fructus interim percepti etiam ipsi consentant esse dotalis propter verba primae conuentionis, in qua quater repetitur quod fructus auerant doti, qui percipiuntur usque ad diem consummati matrimonij, quae verba proprie intelliguntur de consummatione, quae fit per copulam carnalem. cap. ex publico. vbi glo. de conuer. coniug. & est text. in §. iuxta haec. xxvij. quae st. ij. cap. cum iniatur. & tradit Abb. in consil. v. & Fel. in c. tertio loco. extra. de praesump. & in rub. extra. de spon. & ita etiam matrimonium de presenti nihilominus per illos quinq. annos subsequentes semper d. Artalis cum curatrice sua recepit fructus eo modo, quo prius solebat, unde ex eo, quod est factum praesumitur, quid partes egerint. leg. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Mac. leg. litibus. C. de agri. & cen. lib. xj. facit l. si filium. C. de per. haer. Nec obstat, quod dicto tempore Marchionissa quandoq. subscripserit mandatis, & donationibus, &c. quia quamuis ipsa celsisset tale ius marito, habebat tamen in sua persona iura dicta, per quae potuisset exigere, iuxta leg. iij. C. de nou. licet ipsa fuisset deinde obligata erga cessionarium, ut habetur in l. si. ff. de transact. leg. facta. §. si haeres. ff. ad Trebell. sed in casu nostro apparet, quod haec mandata, & donationes factae sunt sub sigillo ipsius curatricis, & ad vtilitatem seruicium ipsi marito, non autem Marchionissae, & ideo ex his non inferitur reuocatum fuisse administrationem huius curatricis. Et etiam si aliqui hoc nomine datum fuisset seruicium, Marchionissae, tamen imputandum esset ipsi d. Artali, ad quem pertinebat sustinere onera matrimonij: cum dotem recepisset. leg. iij. ff. de pacto dot. & quod habetur in leg. fin. in prin. ff. de dol. excep. Circa verò antistadium, seu tertianam, puto eam debori respectu omnium summam trium temporum, quia verba primae conuentionis sunt clara quod debeat casu, quo dissoluatur matrimonium morte Artalis, qui casus euenit, & etiam hoc satis concordat cum iure communi, vbi in sponsalibus sequuto osculo mulier lucratur dimidium donationis, celebrato vero matrimonio lucratur totum. l. si a spons. C. de dona. ante nup. multo magis in casu nostro, in quo praesupponitur per quadriennium in eodem civili dormiuisse, qua tamen in re potissimum ad consuetudinem est respiciendum, secundum Abb. in d. consil. j. Bal. cccclxvij. in iij. & quod not. Soc. in leg. cum fuerit. in fin. ff. de condi. & demon. & (quicquid sit) verba conuentionis sunt satis clara, maxime cum ista non sit proprie donatio propter nuptias, ut declarat Paul. de Castren. consil. cccxl. cap. si bona quae fuerunt. in j. volu. in nouiss. Et ita mihi videtur semper saluo saniore iudicio.

CONS. XLVIII. SVMMAE.

- 1 Venditor habens facultatem rei tradenda, tenetur praecise versus emptorem, nec liberatur soluendo interesse, sed praecise debet rem dare.
 - 2 Haeres succedit in omnibus obligationibus, tam actiue, quam passiuè ipsius defuncti.
 - 3 Testator si tenebatur praecise, & ipse haeres tenetur praecise.
 - 4 Quis de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.
 - 5 In exceptionibus transit ad successorem particularem.
 - 6 Testator si legat rem ipsius haereditatis tenetur haeres legatario ipsi praecise, licet dominium non transeat tali casu.
- Consil. Andr. Alciat.

AGENDO paucis arbitror veram esse illam conclusionem, quod Ser Philippus tutus sit exceptione aduersus Sigismundum haeredem Ludouici. Moueor per regulam generalem quod venditor habens facultatem rei tradenda, tenetur praecise versus emptorem, nec liberatur soluendo interesse, sed praecise debet rem dare. gl. Bart. & Docto. in l. j. ff. de act. empt. per Moder. in lege, certi conditio. in prin. ff. si cer. pet. Moueor etiam, quia haeres succedit in omnibus obligationibus, tam actiue, quam passiuè ipsius defuncti. lege. ij. §. ex his. ff. de verbo. obli. & habetur in lege, pacto successorum. C. de pact. & sicut testator praecise tenebatur, ita etiam ipse haeres, ut habetur in l. postulante. ff. ad Treb. Cum ergo Ludouicus vendiderit Annibali, & Annibali Ser Philippo, qui in eius locum, & iura successit, sicut potuit agere contra Ludouicum, ita & contra Sigismundum, & sicut contra Ludouicum vendicantem esset tutus exceptione, quia quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio vulg. lege, vendicantem. ff. de euic. ita & contra Sigismundum eius haeredem, potestque dictus Ser Philippus omnes exceptiones opponere, quae Annibali auctori suo competebant, tum quia ius exceptionis etiam ad successorem particularem transit, ut habetur in l. etiam si in rem. ff. de iureiur. tum quia venditiones hodie sunt per instrumenta, in quibus ponuntur cessiones omnium virium, competentium datori, unde transeunt etiam actiones, nec tali casu procedit regula l. j. §. si haeres. ad Tre. & l. fin. §. fin. ff. de contrahen. empt. prout probatur in l. si res quam a Titio. ff. de euic. per Bart. Alexan. Iasin. l. Iulianus. §. qui fundus. ff. de verb. ob. Nec ob. quod dictus Sigismundus actor habeat ista iura, non tamen quae haeres Ludouici, sed iure proprio, ex acquisitione facta a Bernardino titulo cuiusdam cessionis: quia respondeo, quod nihil refert, quod titulo habeat Sigismundus, quia etiam, quod res esset sua propria, potuit Ludouicus rem illam vendere. l. rem alienam. ff. de act. empt. teneturque Sigismundus haeres ratam habere talem alienationem, ut per Bart. in l. cum vir. ff. de vscap. quod & probatur tribus rationibus. Prima per tex. in l. j. in prin. & seq. ff. de except. rei vend. vbi est casus, quod talis emptor tutus est exceptione aduersus haerodem, etiam quod res fuisset propria haereditis: nec vnquam fuisset in bonis venditoris, unde multo magis in casu nostro hoc est dicendum, quum aliquo tempore fuerit testatoris, & ipse haberet ius luendi a dicto Bernardino. Secunda, quia idem videmus in testamento, in quibus si testator legat rem ipsius haereditis, tenetur haeres legatario ipse praecise: licet dominium non transeat tali casu. l. si haereditis seruus. ff. de leg. primo. & si legatarius rem habeat tutus est exceptione aduersus haerodem eam vendicantem. de quo per Bald. lege. prima. C. commu. de leg. per Mod. in l. j. ff. de leg. primo. Tertia, quia (ut in facto asseritur) iste Sigismundus in transactione facta cum aliis haeredibus promisit soluere omnes res alieni testatoris, & attedere ad omnia ad quae ipse Ludouicus tenebatur: unde orta est exceptio taciti pacti ipsi Ser Philippo, quamuis absentis. lege. 2. vbi omnes notat. C. de pacto. & ita sufficiant in petitorio, quae de possessorio non sunt requisiti. Et haec omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XLIX. SVMMAE.

- 1 Sterilitas est casus valde insolitus, non videretur comprehensus per generalitatem verborum pacti, &c.
 - 2 Conductor suscipiens in se casum, aduersus famam, fortunam, de sterilitate non tenetur.
 - 3 Iuramentum non operatur ultra consensum.
 - 4 Ille dicitur casus insolitus, de quo verisimiliter non fuit cogitatum, ut quia euenit praeter cogitationem prudentis viri, vel non solet communiter contingere.
 - 5 Incogitatus casus, quis intelligi debeat.
 - 6 In exceptionibus, & limitationibus, fit extensio ex identitate rationis.
 - 7 Contractu non perfecto, licitum est per penitentiam res.
- T.

- cedere.
- 8 Multiplicatio verborum, non alterat dispositionem iuris.
- 9 In contractibus bonae fidei iuris cum republica, attenditur ad aequitatem.
- 10 Pactum contra substantiam contractus, non valet.

Deliberationis instrumento viso gabellae ciuitatis Rauennae & pactis consuetis apponi, licet prima fronte ex rigore iuris casus, visus sit mihi periculosus, tamen attenda aequitate, nolui detrectare quin pauca haec scriberem ad informandam conscientiam magnificorum dom. Iudicum. Ommissa itaque disputatione ad partes, quae in hoc casu valde copiose fieri conclusiue loquendo, videretur concludendum praefatos emptores, seu conductores gabellarum, non posse cogi ad obseruandum conuenta in dicto instrumento, idque principaliter duabus rationibus.

1 Prima est, quia sterilitas praesentis anni est casus valde insolitus: & ideo non videtur comprehensus per generalitatem verborum dicti pacti: quia conductor suscipiens in se casum, aduersamque fortunam de tali casu non tenetur secundum Bartol. & communiter scribentes in lege, sed & si quis. §. quae situm. ff. si quis cau. per textum in lege, fistulas. §. frumenta. in verbo, immoderate. & contra consuetudinem tempestatis. ff. de contrahen. empt. & cum Bart. ibi transeunt magis communiter doctores, & sequutus est Alexan. consilio xxviii. in secundo dubio. in §. volum. ubi consuluit conductorem non teneri de casu siccitatis insolita, & iuramentum: quia de tali casu non intelligitur cogitatum, & iuramentum non operatur ultra consentum. & idem tenet Alexan. consil. cvii. lib. iij. Soci. consilio cxxij. circa praesentem. libro iij. Ioann. Firmia. in tracta. de gabellis. in ij. parte. q. xxv. & dicitur casus insolitus de quo verisimiliter non fuit cogitatum, ut quia euenerit praeter cogitationem prudentis viri: licet forte a prudentissimo, potuisset praevideri, secundum Corn. consil. xij. lib. 4. Vel qui non solet communiter contingere, secundum Alexand. dict. consil. cvij. Veluti pluuia insolita, de qua cogitatum non praesumeretur, quia rarissime in regione soleret euenire prout in casu nostro contingit, & firmat Cor. consil. clxxxij. in hac consultatione lib. iij. & facit text. in d. §. frumenta. verbo, si immoderate fuerunt. Nec obstat, si dicatur, quo in casu nostro conductor videatur suscepisse etiam periculum casuum fortuitorum insolitorum propter generalia verba, & quia respondeo primo, quod hoc non est verum: quia verba illa siccitates consuetas, & non consuetas, referuntur dicitur ad dictionem siccitates immediate praecedentem, non autem ad dictionem pluuia, & alia verba remotiora. lege, qui fundum. ff. de contrahen. emptio. lege, si ita quis. ff. de verbo. obligat. habetur per Bart. & doct. in lege, si stipulatus. §. Christophonus. de verbo. oblig. Alexan. consilio cciiij. in ij. & consil. l. j. in iij. Secundum respondeo, quod etiam si conductor expresse suscepisset periculum casus non praevius, & incogitati, tamen adhuc non teneretur de hoc casu insolito, secundum Corn. consil. xxiiij. lib. ij. quem refert & sequitur Franciscus de sancto Nazario in tracta. de peste. & ibi defendit hanc opinionem ab obiectionibus contrariis: quia illa verba, si incogitati, intelliguntur secundum praesentem statum, non autem de casu, qui etiam prudentem virum fallat. Nec obstat, quod in pacto expressim sit cautum, quod non possit peti remissio exceptis duobus casibus Guerra, & pestis, quia respondeo exceptione istorum duorum casuum, non tamen excludi istum alium, qui de iure communi comprehendatur, de quo partes alias non cogitare, ut est text. in ca. ad audientiam. de clerici. non resid. facit regula, quae habet, quod in exceptionibus, & limitationibus sit extensio ex identitate rationis. ca. cu dilecta. de confirma. vti. lege, ijs solis. in fin. C. de reuoc. don. per Bart. & doct. in l. si constante. ff. sol. mat. q. procedit etiam si talis dispositio habeat dictionem taxatiuam. l. ob es. C. de praed. min. & ideo in fin. C. de reuoc. dona. quae certis ex causis tantum ius reuocandae

donationis tribuit, extenditur etiam ad casus similes, vt ex eadem aequitate sit locus reuocationi, vt ibi per doct. & per glo. Alexan. & alios in auth. non licet. C. de lib. praete. Secunda principalis ratio est, quia in fine pactorum est adiecta clausula, quod acceptantes dictas gabellas, non intelligantur eas acceptasse, nisi adimpleant omnia suprascripta, & c. Ex qua clausula apparet, quod contractus nunquam est habitus pro perfecto ex simplici instrumento deliberationis, nisi postquam gabellarius adimpleuerit, & c. Si ergo non adhuc adimpleuit licitum est ei poenitere, quia si contractus non perfectus, licitum est per poenitentiam recedere, vt per Bart. Bald. Paulus de Cast. in lege, contractus. C. de fid. instrum. & per Bart. consil. xliij. viso. l. cum res. C. de probatio. vbi Paulus Cast. iuncta ibi glo. j. Nec obstat, quod talis clausula sit adiecta in fauorem ipsius communitatis, seu venditorum. & ideo non debeat retorquere in contrarium effectum. lege, quod fauore. C. de legib. quia ad hoc respondet Iuricons. in lege, si vina. ff. de pericu. & commo. rei vendi. sicut venditores non cogentur inniti absque dicto pacto possessionem, vel quali, gabellario concedere, ita aequum est ne & ipse gabellarius cogatur accipere. Nec dicatur suprascriptam interpretationem esse contra generalitatem verborum pacti, quae videntur omnino excludere istos conductores ab omni remissione, & restituro: quia respondeo quod multiplicatio verborum non alterat dispositionem iuris. lege, cum Aquiliana. ff. de transacti. & quod not. Butr. Imol. Abb. c. cum contingat. de iureiuran. de eo, qui promittit non contravenire laudo, aliqua ratione. & quod not. in lege, si libertus ita. de oper. lib. praesertim in istis contractibus bonae fidei iuris cum republica, in quibus maxime attenditur ad aequitatem, vt per Bald. in extranag. de pace Constantiae. versicu. si qua verum. l. aso. §. actionem, in princip. Inst. de act. sicut videmus in ea clausula, qua cauetur, vt etiam si locatores non praesentent patientiam, non tamen petatur remissio. quod factum est contra substantiam contractus: & ideo non valet. lege, prima. §. pen. ff. de pos. lege, cum precario. ff. de precar. & necessario restringitur, quando non praestaretur patientia citra tamen culpam suam. l. si merces. §. culpa. ff. loc. vbi per doct. Bart. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. Bald. ca. j. §. adhuc. de pac. iur. firm. merito ergo & in casu nostro idem erit dicendum, vt fiat restrictio ad casus, de quibus verisimiliter fuit cogitatum non ad insolitos, & incogitados, vt supra dixi. Et haec omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. L. SVMMAE

- 1 Euitio remissa pretium non remitti.
- 2 Contractibus bonae fidei non patitur vt emptor re amittat, & venditor pretium retineat.
- 3 Quod non potest cedens, non potest nec cessionarius.
- 4 Qualitas secundum quam contractum est, semper attendi debet.
- 5 Inuenta ad augendum non debet operari diminutionem.
- 6 Adultera in fauorem, non debet retorqueri in odium.
- 7 Per cessionem transferuntur iura.
- 8 Quoties in eadem persona concurrunt duae causae, altera necessitatis, altera voluntatis, praesumitur potius contractum ex causa voluntaria factum.
- 9 Interpretatio fieri debet contra venditorem.
- 10 Regulariter imputatur venditori, qui non expressit, quo iure vendiderit.
- 11 Litigantes contra casum expressum, legis sunt in lata culpa.

Llegatum tam diligenter in hac causa per praestantissimum D. Aduocatum, vt non arbitretur esse operae praetium prolixioribus verbis vti, maxime in re (iudicio meo) satis clara. & quae deciditur expresse per casum legis. Quamuis enim D. Syluester, & etiam Isaac Hebraeus in instrumento venditionis factae D. Carolo dixerint, & se obligauerint, quantum sit duxat pro dato, & facto proprio ipsius venditoris nihilominus tamen tali clausula liberantur tamen respectu euitiois, seu interesse, non autem a restitutione pretij percepti,

vt est casus in l. emptorem. §. qui autem. ff. de act. empt. quia si bonae fidei contractus non patitur, vt emptor rem amittat, & venditor pretij retineat. Quod maxime dicendum est in casu nostro, in quo apparet non id actu esse, vt dubius euertis, & periculum ipsius emptoris tantum esset, imò emptor vt cautius negotiaretur, voluit q. Frac. etiam se obligaret vt in instrumento dicitur: & ita etiam communiter tradunt doctores. vt per Io. And. ad Spec. §. si. Rom. consil. lxxx. Ang. in §. actionem. in fin. de act. Ant. Burgo. in c. si venditorem. de empt. & vend. Cassan. consil. lv. in quinto dubio. & facit quod not. Card. in clemet. j. de empt. l. xxv. Salic. l. iubemus. secunda. §. sane. C. de sacrosan. eccles. Feli. c. cum causa. num. xxv. versic. ceterum. de re iudic. Nec obstat, quod in contrarium allegatur videri hanc venditionem ex necessitate factam propter ius luendi, quod competeat ipsi Franc. Vnde sicut Franc. non posset repetere pretium, ita nec do. Carolus, q. ex eius iure cesso emit arg. l. qui erat. ff. famil. erisc. glo. in l. si familie. C. famil. erisc. l. q. liberis. in princ. de emisc. l. si cum fundum. vbi dixi. de verb. signifi. & p. Rom. sing. cclxxxij. cum sim. & quod habetur in l. venditor. §. qui ruit. de aedi. edi. ad hoc enim in quo vertitur difficultas totius consultationis, respondeo pluribus modis. Et in primis dico ex forma instrumenti aliud apparere, & tempore enim attendimus ad qualitatem secundum quam contractum est l. si pater. §. qui duos. vbi Bald. ff. de adopt. l. si proponas. §. j. vbi Ang. ff. de inoff. testam. & per Fel. in ca. cum ordinem. extra, de rescript. Dec. consil. cclxxxij. cum similib. In casu autem nostro Do. Carolus emit ex persona sua, & nullum verbum quod nomine Franc. vel tanquam procurator simplex, aut in rem suam, seu quod idem est cessionarius emerit, vt per Bart. in l. j. §. nuntiatio. de oper. non nunt. allegat text. in l. ij. §. & quod de tutore. iud. sol. & l. pen. q. sacis. cog. merito ergo non possumus dicere quod dom. Carolus tanquam cessionarius ex necessitate praecedentis conuentionis emerit. Maxime cum verbis instrumenti expresse dicatur quod Franc. promisit volens magis cautum reddere dom. Carolum, quae verba indicant actum esse, vt talis promissio prodesset emptori, non autem noceret, et in casu nostro secundum suprascriptum intellectum expresse noceret, quia excluderet emptorem, a repetitione pretij, quod est contra verba instrumenti, & regulam generalem, quod iniuncta ad augendum non debent operari diminutionem. l. legata in utiliter. ff. de adi. leg. & t adducta in fauorem non debet retorqueri in odium l. quod fauore. C. de legib. Suadet hoc etiam ex verbis ipsius Francisci, qui in instrumento simpliciter dicit se contraferre & renuntiare in manibus d. Caroli omnia, & quaecunque iura, quae habet causa facta de retrovendendo, quae verba non hoc significat, quod ei cesserit ius agendi, ex dicto pacto, sed quo renuntiabat dicto pacto, ne ipse Franciscus posset emptorem in futurum ex eo inquietare, cum aliud sit renuntio, quae pot fieri absque alia translatione iurium, aliud est celsio per qua transferuntur iura l. si sponsus. §. si maritus. ff. de dona. inter vir. per Aret. consil. lxxxij. dixi in l. si actionem. C. de pact. Fortius mihi videtur, quod etiam si diceremus dictis verbis facta esse cessionem in d. Carolum, nihilominus adhuc non censeretur d. Carolus emisse ex iure cessionis, sed tanquam quilibet, & ex propria persona: qui quoties in eadem persona concurrunt duae causae, altera necessitatis, altera voluntatis, praesumitur potius contractum ex causa voluntaria factum, vt per Alexan. in l. si quis maior. in princ. C. de transact. vbi allegat Salidem tenete in l. fin. C. de iud. Et ista interpretatio est capienda in dubio, cum fieri deberet interpretatio contra venditorem. l. veteribus. ff. de pact. & quae alias t. seper imputatur venditori, qui non expressit quo iure vendiderit, vt in similib. per Sal. in l. rescriptum. §. si aliena. ff. de distr. pign. & quae habetur diffusius p. Alex. post alios. in l. si dominus. §. fin. de leg. j. Steph. Bertran. consil. xxix. in i. Et ex his concluditur dictum de Syluestris, & Isaac condemandos

esse ad restitutionem pretij: praeterea et ad expensas litis tu ex capite generali, quo victus victori condanatur l. properandum. §. fin. autem alterutra. C. de iud. maxime si liti gauerint aduersus expressum casum legis, vnde arguitur lata culpa, vt habetur in dict. §. fin. aut. tum etiam propter verba conuentionis, quibus promittunt legitime defendere, auctorizare, & disbrigare, & c. de quo in lege, venditores. & ibi doct. ff. de verbo. oblig. Baldus consilio xxij. in princ. quia illa reseruatio pro dato & facto suo, & c. non exculat eos, quantum sit respectu restitutionis pretij, vt supra dixi. Et hoc maxime dicendum est aduersus Isaac, qui dicitur fuisse conscius obligationis & hypothecae dictorum bonorum, vnde ille inexcusabiliter tenetur secundum Ioannem And. in add. Spe. tit. de emptio. & vidi. §. si in primo addit. & pbatur in dict. §. qui autem in lege, tenetur. §. fin. eod. titu. & cu diffusu de hac materia scriptum sit a dominis aduocatis vterius non insisto. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LI. SVMMAE

- 1 Chirographo ex causis non obligamur,
- 2 Per cessionem transferuntur iura,
- 3 Locatio videtur habere vim cessionis.
- 4 Venditori incipit onus probandi se tradidisse, aliis non potest agere.
- 5 Commoditatis transferenda forma, & effectus.
- 6 In rebus corporalibus trasfertur possessio per traditionem.
- 7 Quando chirographum ex forma statuti habet parata executio, admittitur tamen exceptio rei non tradita.
- 8 Protestationis vis.
- 9 Non praesumitur inter partes actum fuisse, q. creditor sub vsuris accipiat ad damnum debitoris.
- 10 Vsura non nisi ex mora debentur.
- 11 Per promissionem facti affirmatiui, cui non accessit, neque dies neque pena, non potest quis constitui in mora, nisi per interpellationem.
- 12 In dicto testis indefinita, non aequipollet vniuersali.
- 13 Generalis probatio propter incertitudinem interpretatur contra producentem.
- 14 Ex modo aduendi, quid factum fuerit arguitur.

N causa istius minoris de Bripio, dico pro eo pronuntiandum esse, non obstantibus, quae subtiliter contra eum per magnificum senatorem inducuntur. & pro eo iure duo fundamenta concludentia. Primum est, quia dato sine veri preiudicio, q. illud chirographum esset manu domini Francisci exaratum, non tamen ex eo conueniri potest, quia cum in eo constet fieri venditionem certae partis gabellae salis ad hoc vt potuerit obligari, fuit opus quod fieret traditio, vel quasi illius iuris, & sic debuit fieri celsio per qua trasferuntur iura iuxta not. in l. j. C. de act. & oblig. licet sola locatio videatur habere vim cessionis Bal. l. i. ea lege. C. de vlt. Alex. consil. cvij. versic. & eodem modo. in i. Non obstat, q. in processu Bripius hoc non allegauerit, cum tamen teneatur iuxta glo. in l. vniuersa. C. de preci. imp. offer. quia respondeo, quod imò non tenebatur, sed huic venditori incumbit onus probandi se tradidisse, aliis non potest agere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. nisi est ostenderit se adimplese pro parte sua, non potest obtinere: & ideo non solum debuit probare se vendidisse, sed etiam se tradidisse, vt etiam not. Bal. in l. ex praediis. C. de euita. Non obstat, q. in casu nostro non videtur venditum ius aliquod propter quod necessaria sit celsio, sed solum commoditas exigendi iuxta doctrinam Bart. in l. cot. §. qui maximos. ff. de publica. respodetur duobus modis. Primo quod Bart. loquitur in ciuitate, quae etiam si vellet, non posset vendere ipsum ius. vnde merito sit interpretatio, quod sola commoditas sit vendita, & ista ratione praecise vtitur. sed nostra quaestio in principe ipso seu eius agentibus, qui habet potestatem vendendi ius ipsum ad tepus, prout quotidie faciunt, & potest apparere ex instrumentis incantum, & satis vult Bar. q. data potestate ceseatur venditum ipsum ius, non autem commoditas. vnde merito in casu nostro fuit necessaria celsio. Secundum respon-

detur, quod dato, quod esset vendita commoditas, sola tamen debuit transferri, quasi possessio dictae commoditatis. sicut enim in rebus corporalibus transfertur possessio per traditionem, in iuribus per cessionem ita in hac facultate debet transferri, quasi possessio per cautionem, vel patientiam, ut est text. in l. usufructu in fine. ff. sol. matr. non enim dicitur ex solo contractu in tali casu constitutus quis possessor, nisi praestita sit patientia per venditorem, ex qua facultas illa per emptorem exerceretur, ut in simili declarat Pau. de Cast. in l. ij. §. & harum. ff. de ver. oblig. facit text. in l. si partem. ff. quem adm. ser. admitt. & per Aret. in l. quod meo. in quest. Bart. ff. de acquir. poss. Sed in casu nostro nunquam fuit praestita illa patientia: imo iste venditor semper se intrinsece & exegit sicut prius, emptor autem nunquam aliquid exercuit, unde non potest dici illi traditam fuisse possessionem. Non obstat quod in datis communicandis similia chirographa observantur, praesertim in casu nostro, in quo proceditur sola facti veritate inspecta iuxta Mod. in c. dilecti. de iud. respondeo, quod in tali casu, & etiam fortiori, puta quando tale chirographum ex forma statuti haberet paratam executionem, tamen admittitur exceptio rei traditae, ut est magis communis opin. in l. si duo patroni. §. si quis iuraverit. ff. de iur. iur. ubi per d. Alex. qui idem attestatur in consil. cxix. lib. j. Felin. c. cum Ioannes. de fid. instru. Decius consil. cxix. & fuit dictum Bald. in d. lex praedictis, & illa observatio chirographi posset habere locum, quando accessisset usus & administratio, ex quo per huiusmodi usum acquiratur possessio illius facultatis, ut supra dixi, & probatur etiam in l. pen. ff. de servit. Secundum principale argumentum est, quia cum Franciscus promissit releuare bebulcum, debuit bebulcus ei denuntiare, & constituere eum in mora per protestationem incitatoriam, de qua per Bar. in d. l. non solum. §. morte. ff. de no. oper. nun. non autem debuit ipse accipere sub usuris: quia non praesumitur hoc inter partes actum fuisse. arg. l. solutam. §. fin. cum l. sequenti. ff. de pig. act. & l. si vnus. §. fin. ff. pro socio. cum enim ante interpellationem usurarum, quae non nisi ex mora debentur. l. Seia. ff. de vsuris. & esset maxima iniquitas, quod compelleretur ad solutionem talium usurarum, cum si ipse fuisset interpellatus, statim potuisset soluere cum haberet pecunias otiosas. Non obstat, quod hoc veniat ex natura contractus societatis. l. omne aes alienum. ff. pro socio. quia respondetur quod imò non venit per supradicta, & etiam est aduertendum: quia Franciscus vigore dicti chirographi non potest conueniri tanquam socius, quia in eo chirographo de societate est nullum verbum, sed potest conueniri tanquam emptor, qui promississet seruare indemnem eum à Camera, unde quando Camera molestabat Bubulcum, debuit Bubulcus interpellare Franciscum, & petere, ut releuaret: quia cum ista sit promissio facti affirmatiui, cui non accessit, neque dies, neque poena, dominus Franciscus non potuit constitui in mora, nisi per interpellationem l. si insulam. ff. de verbo. obli. & habetur in lege, ita stipulatus in magna. eod. titulo. unde cum non fuerit interpellatus, licet iste incidit in vsuras, & cambia sibi imputet. Non obstat quod videatur probata denuntiatio per tres testes: quia respondeo quod denuntiari debuit protestatione incitatoria, ut releuaret, de qua nullus est testis, qui verbum dicat. Preterea non est probata, neque denuntiatio, quod acciperentur pecuniae ad interesse: quia Ioann. Domin. & Iabellus & etiam Alexander in diffinitè deponunt, quod socij propter debita quae habebant, versus Camera ibant ad dominum Franciscum, quae depositio non releuat: quia potest verificari in duobus debitis, & ideo solet dici, quod in dicto testis in definita non aequipollet vniuersali, ut dicit Inno. in cap. auditis. de praescrip. vbi late cogit d. Felin. Oldr. consilio c. incip. in executione. in prin. primi dubij. Alexan. consil. vij. in fi. & consil. cx. in j. lib. & in l. rescripta. ff. de pactis. Decius consil. ccj. debuit enim specificari, pro quibus debitis, & de qua summa particu-

lariter: quia ista generalis probatio propter incertitudinem interpretatur contra producentem. cap. in praesentiam. extra. de probat. Preterea est etiam aduertendum, quia dicti testes praesertim Iabellus, & Sextus dicunt quod ipsi socij ibant ad dominum Franciscum, & communicabant necessitatem, quam habebat, & putabant appare suum. & illud sequebantur accipiendo cambia, &c. ex quibus verbis non videtur inferri aliquid praedictiale dom. Franciscus. Primum, quia necessaria erat denuntiatio incitatoria, unde non erat satis, quod petissent consiliu suum simpliciter, sicut in simili per Cin. in minorum. in vij. q. C. in quibus caus. in int. restit. non est necess. & debuit per instrumenta, & praecipua executionum, ostendi qualiter, Camera eos molestabat, vt per glo. in Clem. caus. de elec. in fin. & Bar. in d. §. morte. in materia protestationis incitatoriae, & in l. j. in prin. in ij. & iij. q. ff. de op. no. nunt. Secundo, quia apparet quod ipsi ibant vt consulere cum eo, non autem vt denuntiarent aliquid, na quo ad denuntiationem ad solū Bubulcum perinebat denuntiare, unde cum omnes irer ex forma actus, satis constat non fuisse ad eum aditum vt incitaretur. sed pro accipiendo eius consilio tanquam hominis in similibus experti, & tunc modo ad eundem satis arguitur quid actum fuerit. arg. l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. 2. Et cum eum non consuluerint tanquam socium, sed potius tanquam amicum, attendenda est illa qualitas secundum quam aditus fuit iuxta not. per Ang. in l. cum proponas. §. j. per illum textum. ff. de inof. test. & per Bald. in l. si pater. §. qui duos. ff. de adop. cum similib. Tertio, ex dicto istorum non constat, quod socij adirent eum, nisi pro debito quod habebant ipsi socij, quod potuit esse respectu partis ipsorum, & certe si bene considerentur testes hoc inserunt, non autem respectu partis, quam ipse Bripus emerat, & poterant merito ex ista causa omnes ire vt acciperent apparere ipsius, unde non est fundata intentio agentis, qui debuit probare quod ipse solus adiret eum pro debito tantae summae, spectante ad ipsius partem, & quod iusserat vt acciperet dictam summam ad cambia, quod cum non fecerit, merito contra eum fiet interpretatio dict. cap. in praesentia. extra. de probat. Caetera, circa contrarietatem, & falsitatem horum testium, non attingo, quia puto per alios esse facta.

CONS. LII. SVMMÆ.

- 1 Verbis clavis standum est.
- 2 Alternatiua transfert electionem in debitorem.
- 3 Taxatum tantum debetur.

Non est dubitandum, quin electio dissoluenda societatis, ad reuerendissimum episcopum Tudert. pertineat: quia verba conventionis expressè hoc dicunt tibi, *Vel idem reuerendissimus potius illam sibi soluere voluerit, & infra & si, quo tempore reuerendissimus Tudert. elegerit potius soluere pensiones.* Unde cum verba sint clara, de hoc non est dubitandum lege, continuo. §. cum quis. ff. de verb. obli. maxime quia id est etiam de iure communi vigore illius alternatiuae, quae electionem transfert in debitorem. ca. in alternatiuis. de reg. iur. in vi. lege, plerumque. in fi. ff. de iur. dot. dummodo ergo reuerendissimus Tudert. illam quantitatem pensionum soluere voluerit: licita est ei dissolutio dictae societatis. Cum autem pensiones illae debeantur super fructibus singulorum annorum, videretur reuerendissimum Tudertinum pro hoc anno, quo medietas fructuum maioris valoris est, quam pensio debita, Card. Cib. non teneri, nisi ad pensionem illius anni, & posse omnes fructus sibi appropriare, per l. v. ff. de tri. vin. oleo que leg. & l. si debitor. §. j. ff. de contr. emp. & q. habetur in l. j. ff. de cond. & demon. Nec obstat contra istam conclusionem. leg. ex eo vino. ff. de tri. vino legato, quia vt ibi dicitur, non procedit nisi secundum praesumptam mentem testatoris, secus si mens non adsit, prout est in casu nostro, quod alias ostendi per quatuor rationes.

CONSIL. LIII. SVMMÆ.

- 1 Modi definitio.
- 2 Non licet venditori vigore constituti approbare possessionem, nisi praestita prius cautione de adimplendo modo, & nisi facta denuntiatione.
- 3 Modus non impletus contractum annullat, ac si non euenisset conditio.
- 4 Non licet bona emphyteotica retrocedere sine licentia domini, & contractus aliter factus nolent domino est nullus.
- 5 In quocumq. pacto, ceterum referuata auctoritas domini.
- 6 Contractus super re litigiosa nullus est.
- 7 Interdicta sunt in rem scripta, & mixta.
- 8 Emphyteota inconsulto domino videre per constitutum non transfert possessionem, nisi consentiente domino.
- 9 Constitutum in se est actus fictus, qui non operatur contra dispositionem legis.
- 10 Contractus à reali traditione, nudus nunquam facit rem committi.
- 11 Penitentiam in casibus licitam esse.
- 12 Quando ab origine non irrogatur poena, sed ex post facto licitum est penitere, & recedere à contractu, nequis incidat in penam.

Dico in causa Marinonis pronuntiandum esse pro eo in praescriptis rationibus. Et praesuppono, quod in illo chirographo adesse pactum, *Ne postquam Cribellus redemisset, licere illi, in consilio Marinone, vendere, aliquando dictum chirographum esset nullum, per q. pactum in effectu adiciatur modus dispositioni: quia p. eum moderatur dispositio, & aggrauatur is q. honoratur, id est, is in cuius fauore facta est dispositio. in tempus dispositiois pfecta: & ista est definitio modi, vt p. Bar. in l. quibus diebus. §. Terminus. ff. de cond. & demon. q. bus hic statibus, deducitur ratio euides. Prima quia non licuit venditori, vigore constituti, approbare possessionem, nisi praestita prius cautione de adimplendo modo id est, de non vendendo intra triennium, nisi facta denuntiatione, ista enim est natura modi l. insulam. in fin. ff. loca. l. si verò non remaneret d. si. & l. sequen. ff. mada. declarat Bar. in dicto §. Terminus. quae cautio appellatur modalis & dicitur à Mutiana, vt per las. in l. siue apud C. de transact. & sic non potest fieri fundamentum illo constituto. Secunda ratio, quia cum facta sit venditio intra triennium, & sic non licet obseruare modum, contractus habetur pro non factis: si non euenisset conditio: quae quoad hoc aequiparantur l. prima. C. de his, qui sub modo. l. si haeres. ff. de cond. ob. causam per Bar. in d. §. Terminus. unde talis annullatio retrotrahitur, sicut etiam conditio l. Neratius. ff. de manumiss. testa. l. necessario. §. q. si pendente. ff. de pericul. & commo. rei vend. Nec dicitur quod istud esset in praedictis tertij, quia isti emptores non dicuntur tertij, ex quo habent causam ab illo, q. debuit adimplere modum, vt habetur in l. doli. §. j. de contrahen. emp. per Bart. in lege, si superatus. ff. de pig. & in simili in l. fin. §. fin. autem sub conditione. vbi Bal. d. l. C. comm. de legat. Tertia ratio, quia cum ista bona essent emphyteotica, non licuit Marinoni retrocedere, sine licentia domini, & contractus aliter factus nolente domino est nullus. l. fin. C. de iur. emphy. vñ tempore euenientis conditionis potuit Marinon recedere à tali promissione, & non tradere possessionem, ne in eideret in commissum, ex quo traditio ipsa eum faceret incidere in poenam, vt habetur per las. in d. l. si. in q. xix. & cum Cribellus sciret bona esse emphyteotica, pacificando de retro emendo, videtur pactus sub conditione si dominus consentiret, ex quo aliter contractus non teneret, arg. l. si quando. C. de inof. test. & c. ecclesia vestra 2. de elect. in fin. & per Specu. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. vers. 94. cuius opinio etiam approbatur per las. in l. 3. C. de iure emphyt. quado pactum aliàs non esset inutile, prout non esset in casu nostro, & facit regula generalis, quod in pacto quocumque ceterum referuata auctoritas domini. ca. venientes. extra. de iure iur. mod. in c. constitutus. de rescript. Bal. in l. debent. in fin. C. de fideicom. liber. Quarta ratio est, quia contractus istorum aduersantium est ipso iure nullus: quae*

de re litigiosa, nam saltem possessio erat litigiosa, ex quo de ea litigabatur per interdictum recuperandae. vt dicit Bar. in l. i. circa medium. C. de litigio. & statutum vestrum annullat tales contractus, cuius verba, dum loquitur de actione mixta, comprehendunt hunc casum, quia in interdita sunt mixta, & ita rescripta. l. j. interdicta omnia. ff. de interd. glo. in dict. l. 3. ff. ad exhibend. praesertim cum isti aduersarij hoc scirent, quo casu etiam ipsi dicuntur doli participes. lege, ait. §. si quis particeps. ff. de his, quae in fraud. cred. & fuit per alios allegatum. Quinta ratio est, quia emphyteota inconsulto domino vendens, per constitutum non transfert possessionem nisi consentiente domino, quia licet per constitutum transferatur vera possessio: tamen actus in se est actus fictus, qui non operatur contra dispositionem legis. l. 2. §. si autem. C. de iur. emphyt. disponit quod non transferatur dominium, & possessio aliàs emphyteota, cadat à iure suo, & sic tam iure debet hoc operari, & ita dicit fuisse iudicatum in parlamento. d. Guid. Pape. in q. Delphina. q. xlvi. vbi hanc partem eleganter defendit, & idem in q. c. vbi p. dicitur Spec. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. vers. lxxxv. Bal. in l. ab emptore. ff. de pact. Sal. in l. fin. C. de iur. emphy. Petrus Iacob in tit. de act. in rem, quae pro re emphy. Bal. in tit. quib. mod. feud. amit. §. aut si. vbi dicit, quod contractus in reali traditione nudus, nunquam facit rem committi, & idem not. in ca. denique. quae sit causa benef. amit. & in c. j. de prohib. feud. alien. & est de mente Alexan. consilio 173. incip. viso themate, & scripturis, dum requirit perfectam & efficacem translationem possessionis, & idem consil. 2. volum. 2. & videtur equior opinio quae dicitur Ias. in d. l. fin. q. 19. qui non adducit aliquas existis auctoritates. Et dato quod ista opinio sit dubia, tamè in casu nostro omnino seruanda est reiecta opinione Ias. nam tempore quo factum est chirographum adhuc non euenerat conditio constituti, quod respiciebat tempus futurum, iuxta not. in l. fin. C. quae res pig. oblig. & licet eueniente tempore regulariter non liceat promissori recedere à constituto, vt dicit Sali. in l. 2. C. de contr. empr. in l. actione. §. diximus. ff. pro soc. tamen in casu nostro talis promissio erat inualida, & contra dispositiorem d. l. fin. C. de iure emphyt. unde debuit esse licita penitentia. arg. l. si conuenient. ff. de iur. om. iud. & p. Bart. in l. qui ea mente ff. de fur. in 4. oppo. Item q. vt ibi dicitur, quado ab origine si irrogatur poena, sed ex post facto licitum est penitere, & recedere à contractu, ne quis incidat in penam. l. j. §. quod si fecerit. ff. de publica l. si cū exceptione. §. satis clemeter. ff. q. met. cau. unde cū in isto caluleat constituti interuere possessionem, seu constitutum, tanquam illicitum. lege, cum fundus. de vi & vi arm. & per Ioann. And. in add. Spec. in tit. de emphyt. §. 1. in add. incip. hic dubitatur, quem allegat Iaso in praedicto loco, sed facit p. ista opinione, & melius quod not. Dec. consil. 247. in causa magnifici. non videtur dubium quod constitutum illud non debuerit operari, & facit in simili, quia etiam si vera traditio facta esset, licet in continenti emphyteotae penitere, & si rem redimat euitat caducitatem, vt per Spe. d. §. nunc aliqua. vers. lxxxv. Ias. in d. l. si. q. xx. quanto magis in casu nostro debuit licere Marinoni penitere à constituto, cuius dies nondum venerat, ita quod eo adueniente, non transeat possessio, ne incidere in commissum.

CONSILII LIIII. SVMMÆ.

- 1 Clarum est de iure communi nullam partem hereditatis ad primogenitum, seu dominum pertinere, quia l. Papia hodie sublata est.
- 2 Vbi non conueniunt verba, nec dispositio adaptari potest.
- 3 Casus à contrahentibus omisus, remanet in terminis iuris communi.
- 4 Dicitio ab intestato non conuenit pupillis, qui aliàs testari non possunt.
- 5 Pupilli non possunt habere filios.

- 6 Pupilli testamenti factioem non habent.
- 7 Pars interpretans, secundum terminos partis interpretatae intelligitur.
- 8 In materia correctoria, & odiosa factio est stricta interpretatio.
- 9 Dicitur aliquis, inducit signum uniuersale.
- 10 Dicitur sine herede competit pupillis.
- 11 Subditus proprie dicitur, qui etiam si nolit sub esse debet.
- 12 Aduersus vim verborum non est querendus nodus in scripto, à quo vi non recedimus in materia quantumuis stricta & odiosa.
- 13 Verba debent intelligi secundum communem usum, de quo etiam verisimiliter idiotæ intellexerunt.
- 14 Verbum concedimus est iuris noui inductiuum, & translatiuū facultatis prius non competentis.
- 15 Quando verba non possunt verificari in toto, locum tamē habet dispositio, quatenus fieri potest.
- 16 In materia contractus, interpretatio fit contra eum, qui se fundat in contractu.
- 17 Sibi imputet promissor, qui generalibus verbis usus est.
- 18 Appellatione mortis venit mors civilis ex lata significatione, quæ sumitur aduersus promissorem pro eo, qui se ex verbis fundat.
- 19 Donari possunt omnia irrevocabiliter.
- 20 Verba conventionis quamuis generalia, restringenda sunt, ne fraus fieri possit domino.
- 21 Vnicuique permessa est donatio rei suæ arbitrato suo.
- 22 Prohibitus alienare per testamentum, non prohibetur per viam contractus.
- 23 Si consuetudo bona sibi natorum deuoluat ad fisco, non obstante quolibet ipforum testamento, valebit tamē donatio, nec cōtrahitur fraus fisco facta.
- 24 Non videtur alicui fraudem facere, qui vititur iure suo.
- 25 Potestatis officium ultra annum prorogabile.
- 26 Appellatione officiarj prætores etiam comprehenduntur.
- 27 Officij nomen est generale.
- 28 Vna pars statuti aliam declarat.
- 29 Potestates terrarum non æquiparantur prætoribus vrbis Romæ, qui erant annui, sed potius præsidibus provinciarum, quia hodie vnaqueque ciuitas habet vim provincie.
- 30 Officium præsidis provincie non est annuum, sed biennale & plus arbitrio principis.
- 31 Officium defensoris ciuitatum est biennale.
- 32 In fidei iudicio cum iure proprio ad ipsum dominū pertineat, potest ea vti arbitrio suo.
- 33 In statuto potius est accipienda specialis signifi. catio, quam generalis.
- 34 Dicitur officialis licet sit generalis, tamen non comprehendit præsidem.
- 35 Officialium species.
- 36 Impropria significatio non est accipienda, maxime ad correctionem iuris veteris.
- 37 Semper sit interpretatio per quam cuitetur correctio iuris veteris.

Ouentionis verba sunt, Et si contigerit aliquem decedere sine herede ex se nato & nullo cōdito testamento sine codicillo, bona deferantur ad propinquiores, &c. Et quod illi propinqui qui successerint defuncto ab intestato dare debeant domino suo quintam partem, &c. queritur, quid iuris sit, decedente pupillo, vel muto, nunquid quinta illa debeatur dominis? & videretur prima fronte dicendum, quod non. Primò, quia clarum est, de iure communi nullam partem hæreditatis ad principem, seu dominum pertinere, quia lex Papia hodie sublata est l. vnica. in prin. C. de ca. toll. l. j. & l. 2. C. de infirm. pœn. c. lib. c. quædam. 2. dist. 8. Ex supra scripta verò cōuentione non debetur, quia t̄ eius verba non adaptantur ad istum casum, ergo nec dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Vnde casus ipse remanet in terminis iuris communis, tanquam omissus à contrahentibus. l. si extraneus. de cond. caus. dat. l. si cum dotem. in princip. fol. matr. secundum quod ius commune nihil principi debetur, vt dixi l. fin. C. de edict. diui Adriani. l. j. & 2. C. de impo. lucr. descr. lib. x. Quod autem verba nō conueniant pupillis, vel mutis, probatur, primo ex illa t̄ dictione ab intestato, quæ non conuenit pupillis, qui aliàs testari nō

possunt, & sic sunt intestabiles, non autem intestati proprie loquendo. l. j. in prin. ff. de iuis, & legit. per Dec. cōs. fil. cccclxvj. stante statuto. in primo dub. & cccclxiiij. Socin. consil. viij. si in causa. in 4. Secūddum dicitur. Si contingat aliquem mori sine herede ex se nato, &c. quæ verba non cōueniunt pupillis, qui non possunt habere filios. §. j. in stit. de nup. & quod habetur in c. de illis de despons. impub. Secūddum, quia in exceptione subiicitur, Saluo, quod ille homo, qui fecerit testamentum, &c. vnde ostenditur regulam loqui de his, qui facere possunt testamentum. leg. nā q. ligde. §. si. de pœn. leg. & sic nō pupillis, t̄ qui testamenti factioem nō habet. §. p̄terea. institut. quib. non est p̄mil. fac. testam. quod apparet etiam ex primis verbis conuentionis, quibus mera testamenti factio habilibus conceditur. l. qua ætate. ff. de testam. & dicitur, ab intestato, infra posita ad habentes testamenti factioem nem refert, vt pars interpretans secundum terminos, partis interpretatæ intelligatur. in auth. de filiis ante dot. instr. in prin. Præterea est aduertendū, quod licet aliàs possit esse difficultas, nunquid dicitur, in testati, conueniat pupillis, vel mutis in dispositione statutaria, tamē nos sumus in materia pacti, & conuentionis, & quidem correctoria, & odiosa. Vnde faciendū est stricta interpretatio. l. cū quidā. ff. de lib. & posthu. & sumitur p̄sumptio aduersus dominū, seu principem qui ex eis verbis se fundat. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig. & quod habetur in l. quicquid adstringendæ. eod. tit. Sed his, & similibus nō obstantibus, puto contrariam opinionē esse veriorem, & quintā partem deberi dicitis dominis propter verba dictæ cōuentionis, quæ satis clara videntur in casu nostro. Primò, quia verba illa: Aliquē sine herede, verificantur in quocūque siue pupillo, siue muto, quia hæc est propria significatio t̄ dictionis, Aliquis, quæ inducit signū uniuersale l. si verò plures. §. ait prætor. ff. de his, qui deiec. Clem. j. de p̄bend. §. ad hoc si alicui. Ea t̄ dicitio, sine herede, eodem modo competit etiam pupillis, secundum Barto. in l. Centurio. in 3. q. ff. de vulg. cō maxime si in liberis decedat, qui etiam si velit habere eos non possit, vt nota. Bald. in l. de quibus. ff. de legib. q. vj. vbi loquitur de participio, t̄ subditus, & dicit non subditos prætori proprie esse clericos, qui etiam si velint subesse non possunt. Et illa verba subditus condito testamento, et ipsa proprie conueniunt pupillis, qui nullum condere possunt, nec volunt, cum ergo verba cōuentionis in istis maxime procedant, non est querendus nodus in scripto aduersus vim verborum, à qua non recedimus in materia, quantumuis stricta, & odiosa leg. cum lege. vbi Aret. ff. de testa. leg. stipulationum alia, quæ est in ordine. v. §. final. ff. de verbor. obligat. Suedet etiam hoc ratio ipsius conuentionis, nec enim est verisimile id actum esse, vt dominus meliorem conditionem faceret pupillorum, vel mutorum, quàm cæterorum, vnde cum subsit eadem ratio, eadem quoque debet esse dispositio.

Nec obstant allegata in contrarium, & primo quatenus dicitur, quod dicitio illa ab intestato, non conuenit pupillis. Respondeo, quod contrarium est verius, vt dixi leg. intestatus. de verb. sign. quæ sententia est certissima, quoties eadem ratio subest, prout in casu nostro etiam supra dixi, & per Dec. d. consil. cccclxvj. Secūddum respondeo, quod argumentum non procederet in pupillis, qui habuissent patrem, qui pro eis testari potuissent faciendū pupillarem substitutionem: puta qui non fuisset ex comprehensis, in titulo inst. quib. non est p̄miss. fac. testa. & itā videretur sensisse Angel. consil. ciiij. statuto communis Burgi, per text. in leg. patris & filij. de vulg. & pup. de quo per Dec. in consil. cccclxiiij. Sos. d. consil. lxxxj. lib. iij. & sentit Iacobinus in tract. de reccidis. vers. dubitatur vltimus. Nec contra dictam decisionem Ang. quicquam adducitur per contradicentes, quod sit alicuius momenti. Tertio respondetur, quod omnis difficultas in casu

in casu nostro cessat per illa verba sine liberis, nullo condito testamento, quæ quidem, vt dixi, etiam proprie adaptantur pupillis, secundum Doc. in dist. l. Centurio, & Alexan. in le. generaliter. C. de inst. & sub. vnde quamuis infra dicitur de succedentibus ab intestato, tamen intelligitur secundum supra scripta his, qui nullo testamento condito, decesserunt, quo casu verba non sunt simpliciter prinatiua, vt præsupponant etiam potentiam, sed merè abnegatiua, vt declarat omnes Mod. in d. l. Centurio. maxime Lancelotus. Quarto respondeo, quod difficultas possit præcedere, in materia statutorum, vel legum, quæ conduntur ad peritis, sed in hac conuentione, facta cum syndicis, vt plurimum imperitis non est recedendum à eommuni vsu, quia ipsi nesciuerunt hanc subtilitatem legalem l. credendum. §. hæc autem. ff. qui per. tur. & t̄ verba debent intelligi secundum communem usum, de quo etiam verisimiliter idiotæ intellexerunt secundum fac. & Alexan. in rub. ff. de op. nou. nunt. Fel. in rub. decretal. & quod no. Barto. in l. quo loco. §. si iam mortuo. de hærit. inst. Quinto respondeo, quod si bene videatur, conuentio ante illam apparet, q̄ homines illi non habebant liberam in bonorum suorum dispositionē, vt quia essent Latine conditionis, de quo in l. j. de lat. lib. toll. vel aliàs vasalli, qui ita in ius Principis transierunt. c. j. de alien. vel colonariæ conditionis. le. j. C. non licere habit. metrocomiæ. lib. xj. vel curiales. l. C. de p̄d. cur. lib. x. vel prouinciales, quorum bona sunt tributaria, & non possint transferri, nisi secundum legem illis dictam. de quo in l. fin. C. sine cen. vel reliq. in le. j. & toto titu. ff. de censib. & quod ita esset ante illam legem, probatur ex dicta præstatione, & t̄ verbo concedimus, quod est noui iuris inductiuum, & translatiuū facultatis prius non competentis. c. pastoralis. de donat. Bald. c. j. §. si Titius. si de feu. cont. & habetur in l. non solum. de pecul. & quia conuentio omnis, est facta in fauorem ipsorum hominum, vt ex eius lectura apparet. Si ergo diceremus in dicta concessione non cōtineri pupillos, ramanerent in seruitute seu conditione veteri, secundū quam dominus non quintam partem, sed omnia occuparet. Non obstat rursus, q̄ verba conuentionis videntur loqui de habentibus factioem testamenti, quia satis ex supra scriptis responsum est: cum (vt dixi) illa verba sine herede, seu sine filio verificentur etiam in pupillis, vt per Barto. in d. l. Centurio. & illa exceptio, saluo, quod ille homo, &c. bene arguit, quod supra intellexerit de habentibus factioem testamenti, sed non negat, quin intellexerit etiam de non habentibus, cum verba possint vtriusque adaptari, maxime cū regulatur sit. quod t̄ quando verba non possunt verificari in toto, locum tamen habet dispositio, quatenus fieri potest vt in l. j. §. lex falcidia. vbi Imol. & alij. ff. ad leg. Falc. gloss. Non obstat vltimò, quod tractetur de materia contractus, in qua interpretatio fiat contra eum, qui se fundat. d. l. veteribus. quia respondeo hoc posset procedere si verba essent dubia contra D. seu Principem, sed cum generalitas verborum sit pro principe, si aliquis decedat, &c. non possumus ea, quæ clara sunt ossuicare. l. in conuentionibus. ff. de verb. signif. declarant doct. in d. §. in stipulationibus, t̄ sibi enim imputet promissor, qui generalibus verbis usus est. l. pluribus stipulationib. de acceptil. & est casus in l. Deo nobis. §. j. C. de episc. & cleric. vbi t̄ appellatione mortis venit etiam mors civilis ex lata significatione, quæ sumitur aduersus promissorem pro eo, quise ex verbis fundat. aduersus promissorem pro eo, quise ex verbis fundat. aduersus promissorem pro eo, quise ex verbis fundat. aduersus promissorem pro eo, quise ex verbis fundat.

ci possit non esse odiosam hanc conuentionem, cum per eam ad ius verus reuertamur, id est, ad leg. Papiam de qua supra dixi, vel ad veteres obligationes, de quibus supra facit textus in lege, si vnus. §. pactus ne peteret. in fin. ff. de pact. gloss. capitulo, statutum. in verbo numerandum. de p̄bend. in vj. & quia homines hanc conuentionem habent ex beneficio principis, vt supra dixi, cum prius tenerentur ad grauiora onera. vnde interpretatio potius sumitur in fauorem principis, qui concessit. capitulo, olim. de verbor. signif. vbi Iuno. leg. Neratius. ff. de reg. iur. vbi doctor. & hæc sufficiant, quoad punctū primum. Circa secundum dubium, nunquid t̄ valeat donatio omnium bonorum facta ab aliquo ex dictis hominibus, an censetur facta in fraudem dictæ concessiois, & ideo reuocari per dominos possit vsque ad quintam partem? Et videretur prima fronte dicendum, quod reuocari possit, quia (vt apparet ex supra scripta conuentione) ante eam homines non habebant liberam administrationem rerum suarum, quæ deinde fuit concessa, vigore dictæ conuentionis, vnde quatenus non reperitur hæc facultas donandi, concessa remanet sub priore prohibitione, leg. sancimus. in fin. C. de testamen. leg. præcipimus. Cod. de appellat. sed in verbis conuentionis nihil est cautum, respectu donationis ergo, & c. nisi quater vs alienatio fieret propter suas necessitates, vel de consensu domini, secundum Spec. post veteres, quos refert in titulo de feud. & homo. qu. xix. Iaco. de S. Georgio, in tracta. de Reidis verificat. sed an homo meos, & quia nisi ita diceremus, posset fieri facilimè fraus conuentioni, & excludi dominus à parte sibi debita. le. prim. §. prim. ff. si quid in fraud. parr. t̄ Verba enim conuentionis, quamuis generalia restringenda sunt, ne fraus fieri domino possit. leg. Iulianus. in princip. ff. si quis om. caus. test. leg. filia meæ. ff. fol. mar. cum similib. Sed tamen his non obstantibus, puto contrariam sententiam esse veriorem, quia t̄ vnicuique permilla est donatio rei suæ arbitrato suo. lege, in reman data. Cod. manda. leg. sed si lege §. consuluit. de p̄rit. hæred. Sed non apparet de aliqua prohibitione, ergo valuit donatio & pro hoc facit regula, quia t̄ prohibitus alienare per testamentum, non prohibetur per viam contractus, vt habetur in lege, si ita qui promiserit. §. ea lege. ff. de verb. obliga. & facit text. in lege, secundum communem intellectum. Vnde videmus, quod t̄ si consuetudo bona sibi natorū deuoluat ad fisco non obstante quolibet ipforum testamento, valebit t̄ donatio, nec censetur fraus fisco facta arg. l. viii. ff. si quid in fraud. quia t̄ videtur alicui fraudē facere, q̄ vititur iure suo. l. non videtur. ff. de reg. iur. & ita aliàs dixi in libro. iij. de verbo. signif. Nec obstat decisio Spec. in dist. titu. de feud. verificat. xix. quia loquitur in hominibus qui non sunt liberæ conditionis, sed isti sunt profus liberæ conditionis, maxime, quoad contractus, quia in dicta conuentione nullum est verbum, quin possit liberè contrahere etiam ante illum. Non obstat: quod aliàs posset fieri fraus ipsi dominis: quia respondeo cum isti homines habent facultatem liberè testandi, saluis illis solidis quinque, vel decem, vel viginti, non potest videri facta fraus per donationem, cum omninò potuissent alienare per testamentum. leg. prim. in princip. verificat. quis enim. C. de lat. liber. toll. gloss. capitulo, de ijs. de sepult. Ancha consilio capit. Abbat. capit. requisisti. de testam. Vnde hic non cadit fraus de contractu ad contractum, de qua in le., fraus. vbi gloss. & Bald. ff. de legi. putarim tamen duobus casibus succurri posse domino aduersus has donationes. Primus est quando ex ista donatione fieret præiudicium domino, etiam in illis solidis, quia tunc militaret ratio fraudis, posset dominus reuocare rem totam, vt deinde consequeretur quintam, quia hoc casu etiam minimæ summx ratio haberi deberet, vt in simili dicunt doctores in athen. qui rem. Cod. de sacro ecclesi. Baldus in lege, etiam in pen. quæst. Cod. ad leg. Falc. Angel. in l. si quis de derit.

feritur, quando est talis, quæ à principio renuit, nec in vim legati morte donantis confirmatur, secundam. l. si donatio. C. de collat. & habetur in auth. ex testamento. C. de collat. & de donatio per patrem filio facta, in qua interuenit iuramentum, quia statim valet, est conferenda, secundum Alex. in auth. ex testamento. per Soci. consil. xcj. incip. visa & diligenter. Dec. in d. authen. cum concordan. & in casu nostro, quod talis fuerit mens istorum, satis apparet ex eo, quod aliam dimidiam reseruauerit, ut in ea posset alia filia succedere. Clarum autem est, in materia collationis plurimum attendi ad ipsius defuncti voluntatem. l. j. C. de collat. vbi Mod. Fateor tamen, quod si ista donataria repudiat hæreditatem istorū donatorum, & velit esse contenta dote, & illa dimidia dona ta poterit hoc facere, & alia foror sola poterit esse hæres, tunc non tractaretur de collatione, vt est text. in l. si ff. de collat. Et quia ex supra scriptis satis colligi potest responso ad contraria, non insisto vterius. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LVII. SVMMÆ.

- 1 Contractus ab initio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessarii.
- 2 Ex eo solo, quod quis contrahat cum domino suo, vel cum communi, cui ipse subiicitur metus non presumitur.
- 3 Quis non presumitur velle dilapidare suum.
- 4 Paria sunt ad rescissionem contractus, siue quid metu fiat, siue propter reuerentiam.
- 5 In contractu in quo inuenit enormissima lesio, absq. aliis probationibus presumitur metus.
- 6 Protestatio præcedens regulariter probat metum sufficientem ad rescissionem contractus, postea facti.
- 7 Quilibet de cap. potest singulariter attestare de his, quæ ab eo in vniuersum gesta sunt.
- 8 Interesse est damnum emergens, & lucrum cessans.
- 9 Illud dicitur liquidum, quod incontinenti, hoc est termino v. dierum potest liquidari.
- 10 Fisco ex diuisione non opponitur compensatio.
- 11 Ex diuersis non bene inferitur.

Hac in controuersia, vertente inter d. Dominicum Sauli, & agentis pro communi lanuæ, omnis allegationibus ad partes, breuiter pro more meo dicam, quid sentio, & in effectu attingendi sunt duo articuli. Primus est, an dicti agentes ad aliquid teneatur pro renuntiatione contractus in eos facta, & videretur, quod non, quia celsio fuit facta simpliciter, non reseruato sibi aliquo iure, nec pacto inito, de qua mercede, vnde contractui standum est, quia sicut in principio fuit voluntatis, ita nunc est necessitatis. l. sicut initio. C. de actio. & obli. & ex eo solo quod quis contrahat cum domino suo, vel cum communi, cui ipse subiicitur metus non presumitur. l. j. ff. de eo quod metus cau. per Cano. in c. cum dilectus. extra, eodem titulo. Sed tamen in proposito casu, contrarium videtur verius, & presuppono in facto, quod talis contractus initus inter ipsum d. Dominicum, & excellentissimum Ducem Mediolanen. erat ipsi Dominico lucrosus, & quolibet anno habebat in se ferè certissimum lucrum sex millium aureorum, vnde cum loco sui subrogauerit agentes pro communi, non est verisimile, quod spontè id fecerit, quia non presumitur, quis velle dilapidare suum leg. cum de indebito. ff. de probation. Et iste metus elicitur ex processu tribus modis, primò ex instrumento celsionis, seu renuntiationis, in quo dicitur eam fieri contemplatione illustri domini Hieronymi Adurni, ex quibus verbis satis ostenditur factam reuerentiam, seu respectu ipsius, & ex hoc satis probatur spontè non fuisse probatum, quia paria sunt ad rescissionem contractus, siue quid metu fiat, siue propter reuerentiam. leg. j. ff. que obseruandæ. ff. quar. rer. actio non datur, & hoc in casu nostro, in quo interuenit enormissima lesio, quo casu ab aliis probationibus, presumitur metus, vt concludit Paul. de Cast. in consil. clxxvij. contra superius, sequi-

Atur Moder. in ca. causam matrimonij, extra, de officio de leg. Præsertim cum commune lanuæ inducat istam presumptionem reuerentiæ, respectu cuius subditi. leg. velusi. ff. de iustit. & iur. & ipse do. Hieronymus esset frater Ducis, imò ipse omnia gereret tanquam Dux seu princeps & potuisset illum cogere si voluisset, & renuntiatio facta non fuisset, facit in arg. glo. no. in c. in conuenientior. xxij. quæst. g. & quod not. Gemin. in ca. si post prescriptum. de conse. in vj. & quod habetur. 2. quæst. j. ca. in primis. cum similibus relatis per Iaso. in ff. quadrupli. in fit. de action. Secundo probatur ex instrumento protestationis præcedentis, quæ protestatio regulariter probat metum sufficientem ad rescissionem contractus postea facti. lege, qui in aliena. ff. sine. ff. de acquir. hæred. per Rom. in leg. de pupillo. ff. si quis ipse prætor. ff. de ope. noui nunt. & per Bald. in consil. schismatis quod posuit in rub. Cod. si quis aliquid. test. licet apud doctores sit aliqua difficultas, an talis protestatio probet metum respectu tertij ementis, & ignorantis eam factam esse, vt per Bald. in l. clari. in versic. sed an valeat protestatio claudestina. C. de fideicom. per Barto. in dict. ff. sine. cum concord. per Alexand. consil. xvj. libr. 3. tamen respectu eius, cuius timore reuerentia sit, istud non habet difficultatem, vt ibi dicunt doctores, & idem putarem respectu cuiuslibet successoris etiam particularis, puta quia haberet causam ab eo. arg. l. stipulatio ista. in princip. ff. de verb. oblig. & quod not. Bart. in l. si seruus. ff. de cond. fur. & ratio quia hic non est aliquod præiudicium tertij, ex quo iste successor particularis habet recursum contra datorem suum. Tertio probatur, quia præfecti Bayliæ, videntes se teneri ad interesse versus do. Dominicum, concluderunt illi compensationem aliquam præstandam, & licet hoc non redegerint in scriptis tunc, tamen finito officio quilibet ita attestatus est, & standum est tali attestatiōi, ex quo hic non agitur de interesse aliquo ipsorum, vt est doctrina Bartol. communiter approbata in leg. ne in arbitris. Cod. de recept. arb. & probatur in l. ob carmen. ff. de testib. sicut videmus, quod quilibet de capitulo, potest singulariter attestari de his, quæ ab eo in vniuersum gesta sunt, vt probatur in ca. in super. vbi per doctores. extra, de testib. & in lege, in tantum. ff. j. ff. de rer. diu. & licet non reperitur tunc facta scriptura de illa communi conclusionem, non tamen propter hoc vitatur, ex quo non sumus in aliquo casu, in quo de necessitate requiratur probatio per scripturam, de quibus per gloss. in cleme. j. de cens. per doctores in lege, pactum, quod bona fide. Cod. de pact. sufficit ergo probatio, facta per ipsosmet attestantes de re à se gesta, cum essent in magistratu, & ideo in hoc primo puncto concludo dictos agentes pro communi lanuæ teneri ipsi do. Dominico ad interesse, quod est damnum emergens, & lucrum cessans. leg. vnica. Cod. de sent. quæ pro eo, quod interest proferuntur, quicquid igitur ad ipsum officium peruenit ex causa dictæ negotiationis, quo ad ipsum d. Dominicum peruenisset, si renuntiatio facta non fuisset, tenentur dicti præfecti restituere. lege, restituere videtur. ff. de verbor. sign. Secundus articulus est, quia d. Dominicus habet penes se certas pecunias spectantes dicto communi, seu officio Bayliæ an possit eas retinere, vel compensare, & hic breuiter respondeo, quod si interesse d. Dominici est liquidum, puta quia propter lucrum cessans ipsi, tantum lucri peruenit in commune, quantum debet Dominicus, licita est compensatio, quia res dicitur vtrunque liquida, & idem est si adhuc non esset liquida, sed posset incontinenti, puta termino xv. dierum liquidari. lege, final. Cod. de compens. vel alio termino arbitrio iudicis, & quod notat. Felin. in capitulo, cum Ioannes versic. in gloss. fin. de fid. instrumen. Nec obstat lex prima, C. de compen. vbi fisco ex diuisione non opponitur compensatio, quia hic non sumus in causa fiscali, sed ipsius communis, & illa lex non pedit, nisi in fisco, præsumitur arg. no. per Cin. in l. ea. & per Bald. & Sal. in l. si ex venditio.

venditione. Cod. de compens. vel & melius hic est vna & eadem ratio, quia dictum Bayliæ, debet satis facere do. Dominico, & interesse, & idem officium habet creditum dictarum pecuniarum, & si hæc pecunia recepta esset ex causa salis, nulla penitus esset difficultas: cum igitur verba dict. leg. j. Cod. de compensa. non conueniant, ergo diuersum ab ea ius statui debet. Nam ex diuersis non bene inferitur, vulg. iurib. Saluo semper, & c.

CONSIL. LVIII. SVMMÆ.

- 1 Dubitans de morte testatoris hæreditatem adire potest.
- 2 Qui non potest adire, nec repudiare potest, & quare.
- 3 Qui non habet notitiam testamenti, nec pro qua parte institutus sit, adire non potest.
- 4 Renuntiatio non potest fieri valide, nisi visis, per spectatisq. verbis testamenti.
- 5 Clausula, omni meliori modo, vis.
- 6 Iuramentum eandem vim habet, quam clausula omni meliori modo.
- 7 Per clausulam omni meliori modo, vel per iuramentum, iustificatur actus etiam in casu à partibus non cogitatum, dum tamen in genere cogitauerint.
- 8 Transactio super testamento, etiam non cognitis verbis testamenti, valet, dummodo iuramentum accesserit.
- 9 Hæreditas sicut animo aditur, ita etiam animo repudiatur.
- 10 L. si quis quem. ff. de acquir. hæred. limi.
- 11 Repudians in fauorem alicuius, aliquo modo dicitur donare.
- 12 Cohæres largo modo dicitur substitutus, quia ius, ac crescendo est quedam tacita substitutio à lege introducta.
- 13 Lex transferens ius in fisco, loquitur quando quis paciscitur de hæreditate viuentis.
- 14 Cessantibus verbis, legis cessat & dispositio.
- 15 In penalibus & odiosis faciendæ est stricta interpretatio.
- 16 Licet pactum de hæreditate viuentis non valet, tamen secus est si factum sit inter eos, qui nesciebant illum viuere, sed post tabant mortuum.
- 17 Opinio veritate potior.
- 18 Licet in his que pendunt ex sola voluntate disponentis, plus attendatur opinio quam veritas, tamen in his que dependent ex facto, & dispositione iuris, magis attenditur veritas.
- 19 Exceptio indignitatis non potest per aliquem opponi, præterquam per fisco.
- 20 Ad computationem legitimæ, quando pater exinaniuit facultates suas per donationes collatas in filios, attenditur tempus donationum, non autem mortis.
- 21 Substitutio si hæres non erit.
- 22 Satis dicitur donare, qui abstinet, vel repudiat vt bona ad substitutum, vel ad cohæredem iure accrescendi perueniant.
- 23 Legitima non præstat, nisi prius satis factis creditoribus.
- 24 Debitor repudians hæreditatem, non dicitur alienare in præiudicium creditorū, sed velle acquirere quod potest facere.

Hac in causa magnifici domini de Centallo pro modico temporis spatio, & occupationibus meis re diligenter considerata, videretur prima fronte renuntiationes magnifici domini Antonij non valere, & quo ad primam eum ex ea apparet, quod dubitabat de morte testatoris, & clarum est, quod talis dubitans adire non potest. l. si is, ad quem. leg. hæres institutus. ff. de acquir. hæred. & qui adire non potest, nec repudiare potest. leg. is potest. l. in repudianda. ff. de acquir. hæred. & multo minus renuntiare in utilitatem alteritis, quia istud presupponit additionem, & etiam acquirere in alium translationem, vt declarat Paul. de Cast. & Ias. in leg. si actio. C. de pact. Quo vero ad secundam idem dicendum est, cum appareat eum non habuisse notitiam

testamenti, cum asserat in eo sibi substitutum esse filium, qui tamen non substitutus, sed cohæres erat, vnde cum non habuerit notitiam testamenti, nec pro qua parte institutus esset, adire non potuit, & conuenienter nec renuntiare. l. si quis extraneus. ff. sine. de acquir. hæred. dict. l. si is ad quem imo (vt renuntiatio valeat) videtur quod non potuisset fieri, nisi visis, per spectatisq. verbis testamenti leg. de his. ff. de transactio. l. j. ff. quemadmodum. testamen. aperi. Fortius in istis actibus videtur sibi met contrariari, quia volendo quod sit locus substitutioni, apparet quod repudiavit hæreditatem, volendo valere vim donationis apparet quod adiuir, & deinde donauit, & ista simul esse non possunt vt habetur in dict. l. si actionem facit. l. fuit quæstionis. ff. de acquir. hæred. & quod not. Aret. consilio xc. viso themate. Sed his tamen non obstantibus, puto in propoita questione esse contrarium, & secundum renuntiationem valere. Motus, quia quando in instrumento hæres adit hæreditatem, vel repudiat, appoita clausula, & omni meliori modo, & c. tunc actus sustinetur in eum modum, quiposibilis sit. Et hoc propter efficaciam dictæ clausulæ ita notat. consulti Ange. in consilio. clxxxij. incipien. ex themate prædicto, sequitur Dec. consil. xiiii. Ias. in dict. leg. si quis extraneus. ff. sciend. In casu autem nostro adest illa clausula, vel æquipollens videlicet prout melius & validius de iure fieri non potest. Adest etiam iuramentum, quod eandem vim habet, quam d. clausula. leg. cum pater. ff. filius matrem. ff. de leg. 2. Barto. in l. j. ff. si quis ita. ff. de verbor. obli. imo, & stante tali clausula, vel iuramento semper sustinetur actus etiam in casu à partibus non cogitatum, dum tamen in genere cogitauerint. leg. qui iure. ff. de testam. milit. per Barto. in leg. sub prætextu. Cod. de transactio. quod not. Ange. in leg. tres fratres. ff. de pact. Ludouic. Roma. in leg. sicut certi. Cod. de testam. milit. Alexan. consil. 2. ia. 2. vnde de communis conclusio est, quod transactio super testamento, etiam cognitis verbis testamenti valeat, dummodo iuramentum accesserit vt dicit Abb. Anto. de Butr. & Imo. in ea. cum contingat. in nono casu. extra, de iure iur. Cor. in auth. sacramenta puberum. q. xvij. versic. 4. C. si aduers. vend. Ale. consil. xj. in 2. Ias. in d. l. de his Confirmantur supra dicta, quia presupponitur in facto quod d. Antonius semper administrauit ista bona, tanquam procurator, & ad ministratorio nomine filij, vnde apparet de eius animo, quod nolebat proprio iure ad se pertinere, vnde & sicut animo aditur hæreditas, ita & repudiatur. l. gerit. ff. de acquir. hæred. vnde etiam si dictæ renuntiationes non valerent, saltem valeret repudiatio, & per ius accrescendi omnia bona ad filium, hæredem pertinent. Nec obstat. dict. l. si is ad quem. & d. l. hæres institutus. cum similibus, quia limitantur, vt dixi, per prædictam decisionem, quado dubitatio est circa quantitatem portionum, prout in casu nostro, si vera esset circa causam acquisitionis puta, quia dubitaretur vtrum esset mortuus, vel ne tuus, forte aliud esset, vt tenui in l. ventre. ff. de acquir. hæred. Nec obstat illa contrarietas, quia est repudiatio in fauorem alicuius aliquo modo dicitur donare. l. magis puto. ff. fundum. ff. de reb. eor. & melius in l. si spon. ff. si mar. ff. de do. inter vir. & vxor. sicut & largo modo cohæres dicitur substitutus, quia ius accrescendi est quædam tacita substitutio à lege introducta: l. si Titio, & Mevio. ff. Iul. vbi per doct. ff. de lega. 2. & p. Ias. in l. licet Imp. ff. de leg. j. & in l. nec is. ff. j. in ff. de acq. hæred. Circa secundum nunquid per primam renuntiationem factam eo tempore quo d. Anto. renuntians credidit testatore adhuc viuente sit applicari ius aliquo fisco, & breuiter agendo, concludo, quod non, quia lex transferens in fisco ius loquitur, quod quis paciscitur de hæreditate viuentis. l. 2. ff. de his qui vt indi. l. quædam. ff. si ff. de donat. sed iste non erat viuus, quia in veritate tunc iam ex प्रावैrat, vnde cessant verba legis, ergo & dispositio. l. non aliter de l. 3. leg. Labeo. de supel. lega. maxime cum simus in penalibus, & odiosis, in quibus stricta interpretatio fieri debet lege, cum quidam. ff. de liber. & posthum. cap.

cap. odia de reg. iur. in vj. Nec obstat, quod ipse renuntians crederet eam esse viuum, quia respondeo tribus modis. Primò, quod dubitabat, imò crederet potius mortuum, ut apparet ex lectura instrumenti, unde sequitur notab. conclusio, quod licet pactum de hereditate viventis non valeat, tamen secus est si sit factum inter eos, qui nesciebant illum viuere sed putabant mortuum ut est text. in l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. iuncta gloss. in verbo, eum. ff. de acquir. hared. & ibi Raphael. Com. Alexand. nota. & est gloss. in d. l. 2. in gloss. fin. de his qui. v. indig. Secundo respondeo, quod cum iste verè mortuus esset attenditur veritas, non autem opinio istius credentis viuere, quia in delictis si ex parte opinionis consetur crimen ex parte veritatis, non attenditur veritas. l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. ibi, etiam si ego, quem text. ad hoc not. Bald. in l. si quis seru. in principi. C. de furt. & facit regula generalis, quod licet in his, quæ pendent ex sola voluntate disponentis plus attendatur opinio, quam veritas. l. quo loco. §. fina. ff. de haredib. instit. dict. l. is qui hares. tamen in his, quæ dependent ex facto, & dispositione iuris magis attenditur veritas. cap. nuper. de bigam. l. multum interest. ff. de conditione & demonstratione, cum similibus. Tertio respondeo, quod istam exceptionem indignitatis nemo potest opponere præter hunc, & ideo aduersantes reiciantur, ut est gloss. in leg. his consequenter. §. fina. ff. famil. ercisc. & in l. hareditas. C. de his quib. vt indig. & vtrobiq; docto. & per Iaso. in leg. si seruus plurimum. §. si quis ante. ff. de leg. j. cum concord. Circa tertium, nunquid ista renuntiatio valeat in præiudicium filij dicti domini Antonij, vt non possit petere aliquam legitimam super dictis bonis renuntiatis, & viderit, & c. quibus videndum non præiudicare ipsi filie, quia ad computationem legitimæ, quando pater exinanivit facultates suas per donationes collatas in filios, attendimus tempus donationum, non autem mortis, vt est textus in authen. vnde si parens, & ibi omnes not. C. de inoff. testam. declarat Paul. de Castren. in l. j. C. de inoff. dona. Sed in proposito casu aliter sentio, & considero, quod si pater adiuisset dictam hereditatem, deinde renuntiaffet, posset prædicta ratio habere aliquem colorem, sed in casu nostro non est verum, aditam fuisse hereditatem, sed potius repudiata, q; apparet ex lectura dictæ remissionis, in qua dicitur principaliter q; renuntiat institutioni, & vult esse locum substitutioni, q; verba non possunt capere intellectu aditionis, sed tantummodo reputationis, cum t substitutione fiat, si hares non erit. l. cum proponas. C. de hær. insti. voluit igitur non esse hares, & illa verba attendenda sunt, quia in his est principalis dispositio illius actus, & dato, quod aliæ clausulæ executionis suaderent factam aditionem, tamen non attendentur. Cle. j. de præb. quamuis in veritate nullæ sint, quæ aliud suadeant. Nec obstat, quod dicatur donationis causa factam renuntiationem, quia non per hoc infertur aditam hereditatem, & tatis dicitur donare, qui abstinere vel repudiat, vt bona ad substitutum, vel ad cohæredem iure accrescendi perueniant, vt est casus in dict. l. si sponfus. §. si maritus heres. ff. de don. in vir. & vxor. & per Aret. in præall. consilio xc. concludo igitur, quod cum hereditas nunquam adita fuerit per dominum Antonium, nec vnquam fuerit in eius bonis, non potest ex ea augeri legitima filie, quæ solum augetur de eis, quæ semel fuerunt patris, non de eis, quæ semper extra eius bona permanserunt. Confirmo hanc opinionem, quia potentius habent creditores in bonis patris, quam ipsa filia, quod apparet: quia legitima non præstatur, nisi prius satis factus creditoribus. l. Papinianus §. quarta. ff. de inoffic. testam. sed t si debitor repudiat hereditatem, potest hoc facere etiam in præiudicium creditorum, quia non dicitur alienare: sed nolle acquirere. leg. qui autem. in princip. ff. quæ in fraud. cred. ergo multò magis potest hoc facere in præiudicium legitimæ, quæ filiis debetur, & tali argumento vti-

tur etiam Paulus de Castren. in rubric. Cod. de inofficio. don. & probatur ista opinio etiam per casum dicti §. si maritus hares. Et ita sentio saluo saniore iudicio.

CONSILII LIX. SVMMAE.

- 1 Argumentari ad partes, magis conuenit disputanti, quam decidenti.
- 2 Pater qui stipulatus est reddi dotem filie, & eius hær edibus, & cui casus dederit, censetur donasse dotem ipsi filie.
- 3 Dos ad filios, & ab his ad auos transmissibilis.
- 4 Infantes decedentes relicti auo paterno, & auo materno, transmittunt in eos ius, & cui libet pro parte dimidia.
- 5 Authen. defuncto. declar.
- 6 Dos ad dantem redit.
- 7 Constituti effectus.
- 8 Venditio facta pro iusto pretio dicitur, & censetur conditioualis.
- 9 Clausula constituti propter incertitudinem conditionis, valere non debet.
- 10 Notorium dicitur, quod constat ex lectura instrumenti in actis producti.

EXcutienda sunt aliquot dubia pro resolutione præsentis casus. Primum est ad quem pertineat dos do. Lucretia? Et decidit, quando quia? argum. ad partes magis conueniunt disputanti, quam decidenti, ex tenore instrumenti apparet, quemadmodum magister Petrus t pater eam dotem stipulatus est, reddi ipsi Lucretia, & eius hær edibus. & cui casus dederit, & c. quibus verbis perspectis communis conclusio est ceteri dotem donatam ipsi filie secundum Bar. in l. post dotem in 4. quæst. ff. solut. matrim. cum quo ibi transeunt docto. & Petr. de Anch. consilio l. Paul. de Cast. consilio celi. in j. volumi. in nouis. Guid. Pap. dscif. cxlvij. Alexan. & Cor. in l. illam. C. de collat. Barba. consilio lxx. in iij. Capra consilio liij. Franc. de Curt. senior, consilio liij. Bald. nouel. in tracta. de dote. parte. 2. q. xiiij. Corn. consilio cxc. litera B. in ij. vol. & huiusmodi donatio t facit, vt talis dos habeat similitudinem cum aduentitiis, & censeatur pater renuntiasse vsufructui, & remisisse ius eam occupandi iure peculij, adeò, quod transibit in filios eius hær edes. per legem, inter soferum. §. cum inter. ff. de pact. dot. cui dicit Alexand. non posse sufficienter responderi. & ita cum Bartol. ibi transeunt omnes Mod. scilicet Alexand. Bald. nouel. Iason. Claud. & est communis opinio, a qua in iudicando non est recedendum. Aliud est dubium, quia posito, quod hæc dos iure hereditario delata esset istis filiis, tamen non apparet, quod aduerint hanc hereditatem: cum mortui sint post modicum tempus, & in ætate infantili. sed hoc difficile non haberet resolutionem: cum enim decesserint infantes relicti t auo paterno, etiam auo materno istud ius videtur in eos transmissum, cui libet pro parte dimidia per text. in authen. defuncto. Cod. ad Tertyl. & licet text. in lege, si infanti. Cod. de iur. deliber. hanc transmissionem videatur concedere in fauorem ascendentis patris tantum, tamen cum hodie vocetur etiam auus maternus, pari modo æqualiter fiet transmissio in vtrumque per regulam. l. si post mortem. §. fin. ff. de bo. poss. cont. tab. & ita est communis opinio, quam tenent Bald. Alber. Fulgo. Iason. Corn. in dict. lege, si infanti. Angel. Imol. Aret. in l. ventre. de acq. hær. Alexan. consilio lxxxvj. in 3. Dec. consilio lxxxvj. vt merito videatur istud ius dotis de matre transiisse in filios, & de filiis in auos paternum, & maternum, de quo infra. Tertium est dubium, quia videretur quod imò hæc hereditas perueniat in maternum auum tantum ex quo dicta bona ab eo originaliter peruenerunt. per l. q. scitis. §. j. C. de bon. quæ liber. & quæ habetur in l. de emancipatis. §. exceptis. C. de legi. heredita. & ita tenet Bartol. in dict. l. post

l. post dotem. in vlt. q. vbi Ias. allegat concord. & attestat de communi opinione, & adducit etiam rationem, quia d. auth. defuncto debet distingui & intelligi vt non procedat in bonis, quæ prouenerunt ex linea materna secundum gloss. in l. sciendum. in princip. ff. qui satisd. cog. vbi idem Ias. multa aggregat, in contrariam tamè partem multum me mouet auctoritas Bald. in Nouell. in dicto tract. dict. quæstione. xiiij. vbi dicit suprascriptam opinionem Bartol. esse limitandam, vt procedat quando pater simpliciter fuit stipulatus dotem reddi filie, & ita propriè loquitur, non autem quando procedit vltra dicendo, & hær edibus, quia ita dicendo non videtur sensisse de se solum, sed etiam de aliis quibuscumque, qui seculum concurrant, & secundum hanc limitationem possunt saluari aliqui, qui consuluerunt seruandam etiam hoc casu dispositionem d. authen. defuncto. de quo per Corn. in d. l. quod scitis. & consil. xlviij. litera l. & consil. xc. iij. in j. c. i. seq. consil. cclxxxvj. in j. volum. & consil. vij. in ij. quibus locis respondet ad d. l. quod scitis. & alia in contrarium allegata. Sed tamen ego non audeo consulere, & multo minus iudicare pro dicta limitatione Bald. Nouel. quia est contra mentem Barto. & communis opinionis: & quia ratio d. l. quod scitis. & d. §. exceptis militat etiam isto casu, & quia arg. Bald. Nouel. non vrget, quando enim dixit pro hær edibus habuit respectum ad filios, quos sperabat nascituros ex tali matrimonio, non vt ius suum minueret, in casum mortis dictorum filiorum: & ideo concludo solidam hanc dotem iure hereditario, pertinere ad magistrum Petrum, a quo primò perfecta est & si dicas, quomodo ergo potuit fieri transmissio huius hereditatis, non adita per d. l. infanti. quæ non prouidet, nisi ascendenti paternos, respondeo esto, quod non fiat, sequitur quod magister Petrus suæ cedat immediatè Lucretia filia suæ, & sic resultat idem effectus, & ita etià dixit in possessionibus, quod ipse est hares Lucretia: & ideo nihil ei obstat inuentarium, factum ex bonis Ser. Andr. & eius filiarum, cum ipse habeat dotem ex persona d. Lucretia, accipiat tanquam quod aduentitium ad se iure hereditatis pertinens. Quartum dubium est, quod cõcernit, ppter litem motam in causa possessoria, & cum in instrumento dotis ad sit constitutum quod d. Dominicus constituit se possidere dictas terras, de quibus agitur nomine, & vice d. Lucretia, & suorum hær edum, & adueniente casu dotis restituendæ, quod licitum sit dictæ Lucretia, vel suis hær edibus sua propria auctoritate absque aliquo decreto, vel licentia iudicis corporaliter accipere possessionem, & tenutam, & pro se iusto pretio retinere, & de eis dispoere, & c. apparet licuisse magistro Petro, qui vt supra conclusum est in dicta dote apprehendere dictam possessionem, nec potest dici committere aliquod spolum, vel teneri aliquo interdico propter licentiam ex suprascripto pacto sibi concessam, secundum Innoc. in cap. super. quem ibi sequuntur docto. extra, de renun. Angel. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Juliam. de vi Lanfr. de Oria. in rub. extra de cau. poss. & progr. cum similib. & facit text. in capi. j. extra, de resti. spol. Et quia propter constitutum apparet, quod Dominicus non possidebat nomine suo, sed nomine d. Lucretia, & eius hær edum, quorum censetur fuisse procurator. l. quod meo. ff. de acq. poss. vnde licuit dictis hær edibus propria auctoritate ingredi possessionem suam, maxime stante pacto expresso, de quo in l. creditores. vbi Bar. & ceteri. C. de pig. ex quorum scriptis apparet non esse necessariam aliquam citationem minus sententiam declaratoriam: dummodò debitor non resistat in ingressu, vel possessionem sit apprehensa per alium. l. non est singulis. de regu. iur. & ibi latius per Bar. & doct. Nec obstat illa verba, & pro se iusto pretio retinere. tanquã prius debuerit liquidari pretium, sicut dicimus in venditione tali modo facta, quæ censetur conditioualis. l. si. C. de contrahen. ept. per doct. in l. si quis arbitrato. ff. de verbo. oblig. & facit in simili text. in leg. quod sapè. §. in ijs. de contrahen. empt. Alex. consil. xc.

in v. Cor. ex. in iij. Socin. l. rem quæ nobis. de acquir. poss. vnde etiam t clausula constituti, propter incertitudinem conditionis, non debet valere. l. 3. §. incertam. vbi Bar. ff. de acquir. poss. Nam respondeo, quod translatio possessionis per constitutum, & facultas apprehendendi in casu soluti matrimonij est simplex & dispositiua: ad deò quod licuit magistro Petro vt beneficio pacti, qualitas verò iusti pretij est adiecta retentioni tantum, vnde non impedit apprehensionem, vt in simili dicit Oldr. consilio cxiiij. factum est tale. & Decius consilio cclxxx. versic. non obstat, quod supra ca. & q. not. idem Decius consilio cclxviij. & consil. 500. facit quod notat Barto. in tracta. Tyberiadis de insula. quæst. vlt. vnde sequitur, q; licet valuerit apprehensio, si tamen appareat, quod dictæ terræ apprehensæ plus valeant, quam pretium solutum pro dote tali casu debeat illud plus in dictis bonis restitui, sed hoc non impedit, quin magister Petrus in præsentis iudicio censetur iustus possessor. Nec obstat, q; fuerit primo loco iudicatum in fauorem agentium, & quod ista causa sit in mero possessorio. vnde non licuit ab ea appellari, sed executioni demandata fuit secundum constitutionem Aegidij, & c. respondeo, illa constitutio habet in clausam fallentiam, nisi notoriè constaret de grauiamine, & c. t dicitur autem notorium, quod constat ex lectura instrumenti in actis producti, in quo adest clausula constituti, & facultas apprehendendi, & c. cap. fina. de cohabi. cleric. l. fin. verbo. manifestu. C. de reb. cred. cap. licet causam. vbi Felin. in xj. not. de proba. Felin. cap. significauerunt. de testib. doct. rina Bartol. in l. j. j. quæstio. ff. de oper. no. nun. vbi omnes scriben. Alexan. consil. lxxxiij. in j. Audr. Sicul. cõs. xvij. in j. c. simili. & articuli iuris etiam dicitur notoriè, & certi. §. qbus. in j. cõsili. C. in verb. certas. vbi doct. l. ornamentum. ff. de aur. & arg. leg. cum ergo notoriè constiterit de grauiamine potuit appellari, & ex suprascriptis concludo partes dominorum iudicium esse in pronuntiando benè a prima sententia fuisse appellatum, & benè per secundum iudicem iudicatum.

CONSIL. LX. SVMMAE:

- 1 Notatori sub conductor obligatur.
- 2 Actionem oblatam queri.
- 3 Qui promittit seruare aliquem in demum, dicitur esse illius procurator in rem suam.
- 4 Commissio quæ sit sola facti veritate inspecta, tollit tantu rigores solennitates iuris civilis.
- 5 Iuramenti formula strictè intelligi debet.
- 6 Proprietas ex diffinitione cognoscitur.
- 7 Veritas secundu proprietate est realis existentiæ rei.
- 8 Veritas est vnum, & idem cum conscientia.
- 9 Veritatem accipimus alio modo, nepe a iure informatæ, quæ ex probationibus dignoscitur.
- 10 Veritas eo modo accepta non est proprie veritas, sed interpretatio legis.
- 11 Illud dicitur verum, non quod in se est verum, sed quod probatum est.
- 12 A propria verboru significatione non est recedendum.
- 13 Princeps committendo reuisionem sententiæ etiam si dicit, quod quis iustitiam faciat, tamen videtur tollere rem iudicatam.
- 14 Princeps non censetur tollere ius partis, nisi apposita clausula non obstat in rescripto.
- 15 Clausula ex certa scientia, æquipollens clausula non obstat.
- 16 Glo. in clem. dudum. de sepul. in verbo pacta declar.
- 17 Duo vincula plus ligant, quam vnum.

In Acin Castellani causa contra Coriu, quia arbitrator diffusissimè fuisse per alios allegatum, ipse paucis vtar, & ostendam relationem magnifici Tosi esse confirmandam. Non obstat prima ratio, scilicet, q; Castellinus locator nihil habeat agere cū Corio sub conduttore, & habere causam ab Albiato, non autem ab ipso, quia rñ deo tribus modis. Primò, q; Castellinus habet obligata omnia bona, & iura presentia, & futura conductoris, vnde comprehenditur in hypotheca et nomen

Corij, qui se. & sua obligavit conductori. l. nomen. C. A
 quia res pig oblig. pos. Secundo respondeo, quod Cori-
 2 us promisit soluere, & releuare in demum ipsum con-
 ductorem, & hoc notario stipulare non nomine cuiuscunq;
 inter sit, vnde potest Castellinus habere ratam hanc ac-
 quisitionem, & sibi quaeratur actio, ex quo sua interest
 ita disponere statuto nostro, quod est etiam de iure com-
 muni in isto casu, vt est text. in l. ij. ff. rem rat. hab. vbi do-
 cto. & habetur in l. non enim. ff. de adoptio. Ang. consi.
 lxxij. Pau. Castron. conf. cxcv. in secundo. cum concor.
 Tertio respondeo, quod cum Corius promiserit seruare
 indenest Albiati, dicitur esse eius procurator in re sua. l. an.
 3 §. Titius. ff. de cod. indeb. vnde licuit Castellino contra eum
 agere, sicut contra principalem. l. sicut. §. si procurator. ff. qb.
 mod. pign. vel hyp. sol. Non obstat secunda ratio, videlicet,
 quod commissio Tonsi esset, vt studeret habere veri-
 tatem, per qua verba videtur, quod deberit referre
 secundum veritatem a lege approbatam, vt p. Bal. in l. j.
 in iij. not. C. de no. nume. pecu. sicut dicitur in commis-
 sione, quae fit sola facti veritate inspecta, per quam solu-
 tolluntur rigorose solennitates iuris civilis, vt habetur
 in c. dilecti. de iud. Alex. cons. lxxx. in si. in iij. Rota. deci-
 4 fio. xxxij. in nouis. vnde non potuit reprobare sententia
 laram praetextu iuramenti ipsius Albiati, ex quo iura-
 mento ius questum erat Corio dato, quod Albiatus de-
 inde dixerit iuramentum suum falsum fuisse, vt per Bar.
 in l. si quis ingrat. alius incipit. si quis ingrat. sententia. §. si
 quis moriens. ff. ad Sylla. per Modern. in c. sicut. extra. de
 testibus. Nam ad istud argumentum respondeo duobus
 modis. Primo clarum est, quod tale iuramentum respec-
 tu ipsius Albiati, qui confessus est esse falsum, nullius est
 effectus, & contra eum statui reuocacioni, vt dicunt om-
 nes in dicto c. sicut. Sed in casu nostro non agitur de
 interesse alterius, quam Albiati, nam in omnem casum
 ipse Corius debet soluere: quia si iuramentum primum
 tenet prout vult Corius, tunc debet soluere Albiato: quia
 Albiatus pro eo soluendo eius negotium gessit. l. solu-
 do. ff. de neg. gest. Item non potest dici per tale iuramentum
 Corium esse liberatum ab obligatione, qua tenebatur
 versus ipsum Albiatum, ex quo talis casus non est compre-
 5 hensus in formula iuramenti, quae stricte intelligitur. l.
 duobus. §. si ff. de iure iur. cum ergo omnino Corius solu-
 uere debeat, aut Albiato si primum iuramentum tenet, aut
 Castellino, si non tenet, sequitur, quod non interest ali-
 quo modo Corij vtrum teneat iuramentum, vel non, ex
 quo in omnem casum debet pecuniam soluere, vt per
 Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. versic. vnde alij
 Mod. ff. de verb. oblig. & consequenter cum respectu Al-
 biati iuramentum non teneat, non potest Corius allegare
 ius aliquod sibi ex tali iuramento esse questum, quia
 illud interest, quod quis soluat magis vni, quam alteri, ex
 quo est interesse cuiusdam affectionis, & inordinate,
 nullo modo est considerabile, nec dicitur ex eo ius ali-
 quod quaeri. l. j. §. & alius. ff. si quid in fra. part. Secundo
 respondeo, quod si bene consideretur forma commissio-
 6 nis cessat omnis difficultas, & praesuppono, quod veritas in
 nostra materia duobus modis potest accipi, primo est se-
 cundum proprietatem, quae si proprietatem ex diffinitione
 7 cognoscitur, vt dicit Bart. in l. omnes populi. versic. quaer-
 ro, vnde sumatur. ff. de iust. & iure. §. secundum quam ver-
 itas est realis existentia rei, vt definiuit Augustinus, &
 declarat Archid. de cons. dist. ij. cap. corpus. vltimo, &
 gloss. in authen. de instr. caut. & fid. in princ. & talis est
 immutabilis, vt dicit Bald. in authen. ad haec. versic. sed
 ponamus. C. de vsu. & in l. ex his. in si. C. de test. mil. &
 de hac loquitur text. in c. consuetudo. in fin. & ca. verita-
 8 te. vij. dist. in c. 2. q. 8. ca. quaeritur, & alibi saepe, vt per
 Alber. de Ros. in l. ij. C. de ede. & talis si veritas est vnum,
 & idem cum conscientia, vt per gloss. & doctor. in cap. j.
 de offic. ordi. Banco. post alios in l. illicitas. §. veritas. ff. de
 9 off. praesid. Secundus modus est quo veritatem accipimus.
 a iure informatam, quae ex probationibus dignoscitur,
 de qua loquitur text. in l. penult. §. mulier. in fin. ff. de p. b.

ibi respondeo. veritati locum superiore. & talis veritas p-
 10 prietate non est veritas, sed interpretatio legis, vt ibi proba-
 tur, & per Archi. in cap. iudicantem. xxx. quaest. v. vbi di-
 cit, quod illud dicitur verum, non quod in se est verum, 11
 sed quod probatum est, sequitur Bald. in cap. j. extra, de
 constit. & de tali veritate intelligitur in commissione,
 quae fit, vt quis procedat sola facti veritate inspecta: quia
 licet verba videantur inferre ad veritatem secundum pri-
 orem sensum, tamen pontifices Roma. non tantum si-
 duciae habuerunt suis delegatis, vt vellent eos posse co-
 gnoscere secundum primam, secundum quam praestita
 fuisse illis magna occasio delinquendi, vnde per quaedam
 12 constitutiones declarauerunt facultatem quae ex tali
 commissione competit, vt dicit Rota in praelegata deci-
 sio. xxxij. in nouissim. In proposito igitur videndum
 est, quomodo commissio Tonsi intelligenda esset, & pu-
 to quod secundum priorem modum, quo ostenditur
 pluribus rationibus. Primo, quia ista est propria signifi-
 13 catio illorum verborum, quibus mandatur, vt habeat
 veritatem: ergo ab ea recedere non debemus. l. non aliter.
 ff. de leg. j. Secundo, quia cum haberet ex forma commis-
 sionis referre in amplissimo senatu, videtur id actum,
 vt referret eo modo quo solet senatus ipse iudicare,
 clarum autem est, quod senatus ipse iudicat, inspecta nuda
 veritate, & conscientia, etiam nullo habito respectu ad a-
 cta, quae veritati contrariantur, vt per Bartol. in l. vnic. in
 fin. C. vt quae des aduocat. & declarat Guid. Pape in que-
 14 stione xxxix. & per Felin. in cap. pastoralis. §. quia vero.
 extra. de offic. deleg. Tertio, quia princeps committens
 de reuisione sententiae, etiam si dicat, quod quis iustitiam
 15 faciat, tamen videtur tollere rem iudicatam, vt dicit Bald.
 in cap. j. de constit. de offic. legati. & ibi And. Sicul. sequi-
 tur Felin. in cap. j. de constit. Dec. consilio cxcvij. & licet
 Ias. in l. causas. C. de transact. & in l. iustitia. ff. de iust.
 & iure. dubitet de hac decisione: quia istud esset tollere
 ius partis, quod princeps non censetur facere, nisi appo-
 sita clausula, non obstante, in rescripto. l. fin. C. sen. refer-
 16 non poss. tamen in casu nostro aderat certa scientia prin-
 cipis, quae aequipolleret dictae clausulae. l. idem Vlpianus. ff.
 de excus. tur. nam ex quo, auditis aduocatis, certior fa-
 ctus erat princeps de re iudicata, talis certioratio habet
 vim clausulae ex certa scientia. cap. venerabilis. vbi doct.
 extra. de cons. vtili. Quarto, quia cum allegaretur dictum
 iuramentum, & sententia inde secuta, & transitus in re
 iudicatam, nihilominus princeps mandauit, vt Tonsus
 haberet veritatem, vnde apparet, quod non intellexit
 de veritate, resultantem ex iuramento, & sententia, quia si
 de illa intellexisset, non debuisset fieri aliqua commissio:
 quia talis veritas iam habebatur, necessario ergo debuit
 commissio intelligi de veritate, quae alter haberetur, pu-
 17 ta per libros Cori, vel chirographa, & alia genera proba-
 tionum, per quae veritas solet deprehendi. cap. occidit.
 xxx. quaest. vij. ca. indicantem. xxx. quaest. v. Cum ergo
 princeps tale iuramentum, & sententiam non existimaue-
 rit sufficere, sed ulterius madauerit, vt veritas haberetur,
 merito Tonsus retulit non esse liberatum Corium, qui
 nihil aliud pro se potuit ostendere, quam dictum iura-
 mentum, quod erat suspensissimum, & in tali iudicio ver-
 itatis, non attendendum, & licet senatus noluerit adhi-
 bere simpliciter fidem reuocacioni, Albiati tamen noluit
 neque credere simpliciter primo iuramento in excusa-
 tionem Corij, vnde causam commisit, non obstante ex-
 ceptione rei iudicatae. nec gloss. in Clem. dubium. in 6
 verbo, pacta. de sepult. quae in contrarium allegatur
 multum facit, nam in casu nostro reprobat iuramen-
 tum, quia falsum. vnde merito etiam sententia, quae in eo
 nititur, fuit reiecta, sed in casu dictae gloss. corrigebatur
 simpliciter dispositio non falsa, vt in casu nostro, sed ve-
 ra, respondeo non debuit censeri correctam, quando confir-
 mata est sententia: quia si duo vincula plus ligant.
 17 vt in terminis illis gloss. dixit Felin. in cap. constituc-
 tus. versic. statuta. extra, de rescript. Rom. sing. vij.
 Ias. in leg. pacta nouissima. C. de pact. cum similibus.

CONS. LXI. SVMMAE.

- 1 Donatio nulla ipso iure per iuramentum non sustinetur.
- 2 Casus omissus remanet in regula.
- 3 Res litigiosa, sicut non potest alienari, ita nec hypothecari.
- 4 Principalem prius excutiendum.
- 5 Qui prior est in tempore, potior est in iure.



Argumentum quod adducit Contonus contra Alciatum, videlicet quod bona Francisci comprehenduntur in hypotheca Cantoni tanquam fuerint in bonis Ioan. Andreae Morncij, cui successit Cacarana debitor Cantoni, allegat quod Franc. fecit donationem omnium bonorum anteriori tempore ipsi Io. Andreae. Sed respondeo, quod dicta donatio est ipso iure nulla, ita disponente statuto Landensi, quia non fuit registrata in termino mensis, prout debuit & hoc negligentia donatarij, cuius probabilis non fuit ignorantia, & qui in dicto termino debuit eam facere registrari. Ideo non sustinetur etiam per iuramentum vt concludit Io. Corrus de Monte Ferrato, in rep. l. nemo potest. ff. de leg. j. post alios, quos allegat, maxime Card. Alexandrinum, & Franc. Cur. in quodam consi. vt per eum. Secundo respondeo, quod super illa donatione transactum fuit inter ipsum Franciscum, & Cacaranam, vt apparet in instrumento, & conclusum pro regula, quod dicta donatio non valeat, excepto, si habuerit filios mascululos, qui deinde decesserint, vel si habuerit feminas, quibus voluit dotem dari, ipse autem Franciscus decessit absque filijs, qui casus non comprehenditur in exceptionibus, sed in regula: vnde tanquam si casus omissus remanet in regula, quod donatio non valeat. l. si extraneus. de cond. ob caus. l. comm. modis. de lib. & posth. Tertio respondeo, quod Cantonus non praetendit, nisi ius hypothecae: sed dicta pars erat litigiosa, vt apparet dicto in instrumento transactum, ideo non comprehenditur in hypotheca: quia tres litigiosa, sicut non potest alienari, ita nec hypothecari. l. j. l. h. C. de litigios. l. fin. C. de reb. alien. & sicut non potest in specie, ita nec in genere. l. obligatio. ff. de pign. Quarto respondeo, quod Cato non obstat exceptio excusationis, & principalis, id est heres Cacaranae primo est conueniendus auth. hoc si debitor. C. de pign. Nec statutum Landense tollit beneficium excusationis hoc casu, quando scilicet conueniretur tertius possessor super iure non liquido, & de quolis penderet cum debitor, ad quem primo loco pertinere actio secundum l. saepe. versic. sed scientibus. ff. de re iud. cessat enim ratio statuti hoc casu. Ad aliud argumentum quo dicitur, quod Alciatus est potior ex iure cesso per d. Caeciliam ipsi Cliuato, de quo in instrumento liberationis, & sic pro summa liberatum 4000. Item pro factis libellarijs debitis pro dote amittat. Item respectu directi domini, & facti libellarij librarum centum, quae singulis annis debebantur Bripijs, a quibus emit d. Hieronymus Alciatus, quod factum non est positum ad credas, quia in eis dicitur, saluo iure directo d. Hieronymi, &c. Respondet Cantonus, quod ex quo d. Caecilia alienauit Bripijs, antequam Cliuatus liberaret, quod dicta alienatio imputatur in dicta summa quadraginta millium librarum: & ideo tantum minus deduci debet per Cliuatum. Sed ad hoc replicat d. Alciatus, quod istud est falsum in iure. Cum enim Cliuatus liberauerit vigore pacti comprehensum in primo instrumento emphyteoseos sibi facti, quod est prius tempore alienationis factae Bripijs, ipse est praefertendus, quia cum potuerit etiam inuitis Cacarana, & d. Caecilia se liberare, sua hypotheca est prior Bripijs, per text. in l. qui balnei. ff. qui pot. in pignori hab. vbi Docto. maxime cum Bripijs non denuntiauerit Cliuato, ne solueret ipsis iugalibus, secundum regul. leg. nomen. C. quae res pignori obligat.

CONSIL. LXII. SVMMAE.

- 1 Legitime non censetur renuntiatum, nisi expresse.
- 2 Non conficiens inuentarium, tenetur ad solida legata.
- 3 Legitima defalcata legata ipso iure.

Consil. Andr. Alc.

- 4 Legata dicuntur praestari solida, licet praestentur cum diminutione legitime, ex quo legatum ab ea parte supra non tenent.
- 5 Statuti disponentis neminem posse heredem esse cum beneficio inuentarij sensus, &c.
- 6 Filius de iure veteri simpliciter adeundo poterat deducere legitimam.
- 7 Ius deducendi legitimam transmittitur in quolibet heredem extraneum.
- 8 Lex praesumit, quae heredes esse ab intestato, & quare.
- 9 In suis non praesumitur cognitio testamenti.
- 10 Qui adiuuit hereditate ab intestato, nesciens subesse testamentum, cum deinde superueniat notitia testamenti prior aditio annullatur.



Manifestum est de iure veteri, licet haeres qui simpliciter adiret teneretur ad solida legata, nisi si erat filius, simpliciter adeundo poterat deducere legitimam, quia legitimam non ceteretur, nisi expresse renunciari. l. si quando. §. generaliter. C. de inof. testa. Et quamuis per nouam constitutionem Iustianiani fuerit inductum, vt non conficiens inuentarium ad solida legata teneatur, autem sed cum testator. C. ad leg. Falc. tamen istud in casu nostro non potest habere locum. Primo: quia cum legitima defalcet legata ipso iure. l. sci. mus. C. de inof. testa. §. dicuntur solida praestari, quando praestantur cum diminutione legitime, ex quo legatum ab ea parte supra non tenent, vt dicit Pau. Cast. in l. si. §. pe. in vlt. verbis. C. de iure delib. & ita est declarandus Bart. in d. auth. sed cum testator. Secundo, quia nos si habemus statutum, quod nemo possit esse haeres cum beneficio inuentarij, per quod statutum in effectu sublata fuit noua constitutio Iustianiani, & reuersum ad antiquum, quo iure filius simpliciter adeundo poterat adducere legitimam. d. §. & generaliter. & quod statutum ita debeat intelligi apparet, quia alius sequeretur, quod patres possent filios priuare legitima, si eos instituerent & facerent legata ultra vires hereditarias: cum enim filij essent instituti non possent habere legitimam, nisi immisceret se hereditati, secundum Bart. in l. gerit. versic. qd si aliquis. ff. de acqui. haered. & est communis conclusio, vt per Ias. in auth. vnde si pares. C. de inof. testa. vbi autem immiscuisset teneretur ad integra legata, ex quo beneficium inuentarij eos adituare non possent, propter nostrum statutum, & sic sequeretur dictum absurdum. Nec dicatur, quod dato, quod filius potuisset deducere legitimam, non tamen debet hoc licere d. Io. Anton. quia istud est contra regulam, vt non liceat heredi, quod licet principali, de qua in l. q. in ius alterius. ff. de reg. iur. & quod ius deducendi legitimam transmittitur, in quolibet heredem extraneum. argu. d. l. sci. mus. vbi Sali. sequitur Alex. cons. l. v. viso titulo §. lib. 2. & consi. cli. viso themate. eo. lib. cu concord. per Dec. consi. lxxxj. in j. dubio. Preterea, p. defensione d. Io. Anto. est aduertendum ad aliud fundamentum: nam quamuis Bart. iunior dixerit se heredem patris, si non apparet an ex testamento, an verum ab intestato, & lex praesumit, quod ab intestato, quia in suis non praesumitur cognitio testamenti, vt est text. vbi Barto. & Mod. omnes in l. eius q. versic. quod stipulatur. ff. si cert. petat. & ibi Ias. declarat dicta Bart. in §. duo fratres. super quibus male intellectis se fundabant aduersantes: cum ergo adiuuerit ab intestato, nesciens subesse testamentum, cum deinde superueniat notitia testamenti, prior aditio annullatur. l. si ad que. vbi omnes. ff. de acqui. haered. & consequenter non potest d. Io. Ant. conueniri ex testamento dicti Thomae.

CONSIL. LXIII. SVMMAE.

- 1 Administrator generalis, tenetur de neglectis.
- 2 Verba enuntiatua in compromisso posita probant inter ipsos contractantes.
- 3 Cillud de praesumpt. declar.
- 4 In petitorio, in quo principaliter agitur de ipso iure seu titulo ex quasi possessione, non praesumitur titulus.
- 5 Constitutio procuratoris dependet a mera voluntate.
- 6 Procurator em generalem administratio arguit.
- 7 Satis probatur quem fuisse locum tenentem.

possessione sciente superiore ad quem pertinebat.
 Procurator generalis tenetur de neglectis, et etiam de his que deliquerunt officiales sui.
 Administrator Republice, et privati aequivalentur.
 Procurator de neglectis tenetur et de leui culpa.

Reviter in questione pposita agedo dico, partes d. arbitri esse in condemnando dictum Corium, tanq̄ t̄ administratorem generale, qui tenetur de neglectis iuxta l. fin. C. vt in poss. le. ga. Et q̄, ipe esset procurator generalis, probatur ex verbis enuntiativis politis in copromisso, que probat inter ipsos contractantes. l. optima. C. de contrah. & comm. stip. nec obstat limitatio relata per aliquos, vt istud no procedat, quando principaliter disputaretur super ipso enuntiato. p̄ text. in cap. illud. vbi Ant. de Butr. & Moder. extra, de p̄supt. vbi verba enuntiativa de matrimonio, posita in instrumento, non pbant quando principaliter de ipso ageretur, q̄ r̄ideo, quod ille text. p̄cedit in casu suo, na cōfessio coniugū sola non inducit verū matrimoniu, sed sola qua possessione, seu tractatu matrimonij, vnde vbi solus tractatus sufficit talis cōfessio plenē probaret, veluti si ageretur iudicio possessorio, vel tractaretur solu de alimentis, & leui p̄iudicio: sed vbi no sufficit tractatus, tūc est secus, veluti in iudicio t̄ petitorio, in quo, quin principaliter agitur de ipso iure, seu titulo ex quasi possessione, non p̄sumitur titulus, secundū not. in l. quidā in suo. de codit. instit. & ita hanc materiā declarat Bartol. in noua lectura. in l. neq; professio, vbi idē tenet Iaf. C. de testamē. & Petrus Civ. Bal. in l. no nu. dis. C. de pbat. Cin. Bal. Abb. & Salic. in l. no ignorat. C. q̄ accus. no poss. & in l. j. C. vbi causa status. Bal. in cap. per tuas, de pbat. & cōf. clxxx. mortuo. in 3. lib. In proposito igitur, in casu dicti cap. illud. illa verba enuntiativa non probabāt, quia in illo iudicio petitorio, sola cōfessio probat in isto casu titulu, ex quo t̄ constitutio procuratoris de p̄de p̄ mera voluntate. l. j. ff. de procurator. & quod tali casu verba enuntiativa pbēt esse manifeste de mente Bartoli in l. sciedū. ff. de verbortū obligatione, & aliorū ibi, dū allegant dictam. l. optimam. Confirmatur ista opinio, quia per testes probatū est, qualiter t̄ sciente, & patiente Illustrissimo domino Scutifero, iste administrabat generaliter bona ipsius, vnde satis p̄sumitur mandatū generale, vt est textus & ibi Guliel. de Cun. in l. j. in princip. ff. de exerc. acti leg. tur Bal. & Paul. Castren. in l. in cause. ff. si ita. ff. de procur. vbi dicitur, q̄ t̄ satis probatur, que fuisse locū tenentem, qui fuit in quasi possessione, sciente superiore ad que p̄tinebat. Et hoc est fundetur ex allegatis p̄ ipsos, dū exhibent literas Illustrissimi Scutiferi, p̄ quas cōmittebatur ipsi domino Thomæ, ne in certis negotijs aliquid faceret sine participatione domini Iacob. Lurani, vel aliorū, per quas literas apparet, q̄ ipse erat generalis procurator, licet in certo casu eius potestas arctaretur, vt p̄cederet cū participatione aliorum. Et de hoc satis pot̄ esse informatus et do. Arbitr. Cū ergo esset t̄ procurator generalis, tenetur de neglectis, & et de his, q̄ deliquerunt officiales sui. l. ex facto. ff. de nego. gest. & licet ille text. loquatur in administratore Republice, t̄ idem est et in administratore priuati, vt dicit Iaf. in l. per illū text. ff. si car. per. & est regula generalis, q̄ t̄ procurator tenetur de neglectis, & de leui culpa. l. a procuratore. C. mandati. Bartol. in l. q̄ Nerua. ff. de positi.

CONS. LXIII. SVMMAE.

- 1. Res empta ex pecunia vxoris a marito in subsidium, cōsetur vxoris, et ei cōpetit vtilis actio in rem.
- 2. Lix pecunia. C. de iure dot. milit.
- 3. L. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. declar.
- 4. Paria sūt an expresse quis donet, an sicut v̄ de sua pecunia emi, & non contradicat.

Motus datus contra dominā Blacā Tribellā visis dico partes doctissimi iudicis esse in p̄nuntiando in eius fauore, tanq̄ legitime crisis cōtra dixerit, iura domini, cū eni in motuo dicitur, quod si haberet personale tantū ad pretiū, esset res

A periculosa, quia alij habentes hypothecariā p̄ferretur, & bona no sunt sufficientia, sequitur ex hoc dilpositio in iure vera, & cōmuniter app̄bata, q̄ tres epta ex pecunia vxoris a marito, in subsidiu cōsetur vxoris, & ei cōpetit vtilis actio in re, vt est casus in l. vxor marito. ff. de dona. inter vir. & vxor. vbi Bartol. Bal. Raph. Fulg. & Salic. Non obstat, quod res empta de pecunia vxoris non p̄ hoc sit vxoris, si ex pecunia. C. de iure dot. quia illud limitatur p̄ dictā l. vxor marito vt no procedat marito no existente soluēdo, & sic in subsidiu. Non obstat, quod istud quod decidit dicta l. vxor. possit p̄cedere in pecunia dotali, in qua sūt multa priuilegia: q̄a respondeo, q̄ text. ille loquitur generaliter in pecunia vxoris, & sic et non dotali: quia si esset dotalis, no esset pecunia vxoris, sed mariti. l. in rebus. C. de iur. dot. Non obstat, quod ille textus loquatur in muliere donante pecuniam marito. na respondeo p̄paria esse, an expresse donet, an sicut rem de sua pecunia emi, & non cōtradicat, vt est casus noster, videtur eni donare, & acquiritur vxori, vt habetur in l. cū propria. C. si quis alteri, vel sibi. Baldus cōsilio lxxvj. in v. & est text. in argum. in ff. aliud. versic. si vero no fuerit in authen. de equali. dotis. No obstat, quod textus ille non videatur cōcedere hoc in p̄iudiciū creditorū: quia imo hoc disponit, ex quo dat hoc beneficiū vxori, quado maritus no est soluendo creditoribus, & sic p̄cise p̄ferret vxorē creditoribus, prout et dicit Socinus cōsilio cccxiiij. elegāter. in primo dubio, in secūdo libro. & cū lex de actione in re vxori, & sic p̄supponat vxorē dominā, non possūt dicta bona cēseri hypothecata creditoribus viri, tū talia bona no cēsetur viri, sed vxoris. & sic tollitur omnia obiecta p̄ casū. d. l. ait eni ibi Paulus Iurifcons. & v̄dicari directo pot̄, & paulo post. Sed nihil phibet et in re vtilē mulier em in iplas res accōmodari. Quibus verbis liquido constat mulierem pot̄iorem.

CONS. LXV. SVMMAE.

- 1. Compensare socios sociorum nomine creditum.
- 2. Caneparius salis dicitur administrator datij, & ex actor ab ipsius datariis constituitur.
- 3. Qui contrahit tanquā talis illius, qualitas attendi debet.

NON videtur dubitandum, quin venditio facta per matrem & consanguineos Iosephi valeat: quia t̄ valet venditio rei alienæ. leg. rem alienam. ff. de contrah. emptione. & sufficit quod vedens tradat se & obliget de euit. l. ex emp. in prin. vers. si nō fuit. ff. de act. em. prout factum est in casu nostro, in quo venditores t̄ promiserunt, quod emptorem dictis bonis facient potiore, & anteriorem, quacunque alia persona, quod defendunt, & manutenebunt ab omni contradicente, & c. l. emptorem. in fin. vers. an verò per omnes. ff. de act. emp. d. l. ex emp. §. si. & cum Iosephus ad quem primæ causa successione pertinebat consentire iam, propter talem consensum aduersus eum, & omnes habentes causam ab eo, quæ sita est exceptio. l. si cur. §. venditionis. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. quod tradit. Bal. Ang. ceteri in l. j. C. comm. de le. Nec obstat q̄ Iosephus tunc esset minor, quia cum in instrumento factum cum auctoritate iudicis, dicatur quod ex aspectu erat maior annis xvij. & ita etiam ipse sit protestatus cū iuramento, & consensu consanguineorum & decreto iudicis satis t̄ probatur, tunc fuisse talis ætatis. le. minor. 3 xxv. annis ex aspectu. ff. de minori. vbi do. & Bart. l. de ætate. eod. tit. & cum sumptum est de eo suppliciu post annos xv. à tempore ratificationis apparet, quod erat annorum xxxij. vñ de t̄ lapsum est quadriennium restitutionis petendæ, nec amplius audiri potest. l. si. C. de temp. in int. resti. & licet in causa criminali sint producti testes, quod etiam tunc esset minor, tamen eorum fidem iudices non approbauerunt, sed tanquam contra eum maiorem processerunt, vñ de istis testibus reprobatis opponi in hoc iudicio non potest. gloss. in authen. item si possessor. C. qui potio. in pig. hab. vbi doc. & Fel. in c. cū venerabilis. extra, de excep. per Bal. in aut. nouo. C. de pœna iud. qui male Secūdo respondeo, q̄ cū ille in instrumento ratificationis iurauerit, non potest amplius controuenire, etiam ex capite minoritatis, secundum text. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. vbi la. re spondit, quod statuta ciuitatum contra dispositionem illius textus non valeant, & ita etiam communiter tenetur in c. cum contingat. extra, de iureiuran. per tex. iac. licet. eod. tit. lib. vj. Tertio est aduertendum, quod si minor t̄ vult petere restitutionem in integrum, oportet quod probet læsionem tempore contractus, aduersus quem vult restitu. l. nam postea. §. si minor. vbi Alex. post alios. ff. de iureiu. quæ in casu nostro nulla interuenit propter quæ æs alienum hæreditatis, cui dissoluendo bona ipsa non sufficiebant. Et ideo sicut t̄ minor ipse non audiretur, ita nec fiscus qui ex persona minoris succedit. leg. fiscus. ff. de iur. sit. & cum t̄ minor non adierit hereditatem aut, & deinde fuerit confiscatus nulla in fiscum sit transmissio, per regulam. leg. si mandauero. §. si cuius. ff. mand. l. ex facto. §. Iulius Longinus. ff. de vulg. & consuluit Paul. de Cast. consil. lvi. viso puncto. in j. in nouissimis, vbi limitat, nisi repudiatio esset facta in fraudem fisci, quod nō potest dici in casu nostro, facit quod respondit Dec. consil. xliij. num. xix. Non obstant aliæ oppositiones quæ fiunt per fiscum, quia eis responsum est rectè per dominos aduocatos, & certè istæ oppositiones non concernunt fiscum, sed alios creditores. Vñ de non t̄ debet fiscus de eis obicere, quia nihil ad eum. leg. loci corpus. §. pe. ff. si ser. vendic. ibi, quod ad te liberæ ædes habeo. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXIII. SVMME.

- 1 Fideiussio ad tempus facta tali tempore finitur, nec vltimus fideiussor potest conueniri.
- 2 Contractus inter mercatores gesti. secundum id, quod verisimiliter actum est, intelligi debent.
- 3 Subscriptio Chirographi debet intelligi ne contradicat præcedenti chirographo, quia semper sit interpretatio ad euitandum contradictionem.
- 4 Subscriptio habet relationem ad ea, quæ dicuntur in chirographo.
- 5 Semper sit interpretatio ne actus reddatur elusorius, & ne quis facile fraudari possit.
- 6 Fideiussio facta pro aliquo, antequam sit debitor, est promissio conditio.

- conditioalis.
- 7 Obligatio purificata est proprie obligatio.
 - 8 Obligatio conditioalis est improprie obligatio, & secundum latam significationem.
 - 9 Creditor conditioalis proprie non est creditor.
 - 10 In chirographis quæ habent idem, si periculum sit, ne dies videatur anticipata, probanda est ipsa dies.
 - 11 Vna presumptio aliam tollit.

Syngraphæ verba sunt, Et ad maiorem cautelam dictorum Nicolai & Benedicti Bernardus Spinula promittit & toto eo, quod ex omnibus prædictis, vel alijs habere debentur a dicto Laurentio, quouis modo renuntians irri de principali, & c. Verbaverit subscriptionis. lo. Bernardo, mi contento, & obligo di quato supra & che puri tale mio obigo per vno anno proximo di auenite. Videtur prima fronte verba obligationis esse clara, vt lapsò anno, dictus Bernardus debeat esse obligatus, tanquam dies adiecta sit ad finendam obligationem, saltem ope exceptionis iuxta textum in leg. obligationum ferè. §. planè. ff. de act. & oblig. in l. eum. §. quita stipulatur. ff. de verbor. obligation. & per reg. quæ habet quod t̄ fideiussio ad tempus facta tali tempore finitur, nec vltimus fideiussor potest conueniri. leg. si cum Hermes. C. de loc. per doct. in leg. lecta. ff. si cert. pet. Dec. consil. xcxiij. cum similibus. Sed his non obstantibus, subtiliter cogitando videtur dicendum contrarium, quod dictus Bernardus teneatur ad debita, durante anno, contra acta annum computando à die contracti debiti per ipsum Laurentium. Sciendum enim est hunc t̄ contractum inter mercatores gestum secundum id, quod verisimiliter actum est, intelligi debere iuxta not. per Bartol. in l. Quintus. ff. mand. Ang. in Argentarius. ff. de eden. Alexand. consil. xliij. in 3. & subscriptio t̄ debet intelligi, ne contradicat præcedenti chirographo: sit enim semper interpretatio ad euitandam correctionem. l. non ad ea. ff. de cond. & demon. Bartol. l. j. §. & parui. ff. quod vi. aut clam. Alexand. consil. cxli. in 2. exxxv. in j. cum similibus. & t̄ subscriptio habet relationem ad ea, quæ dicuntur in chirographo iuxta ea, quæ habentur in l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. ff. de verb. obligat. Cum ergo in chirographo promissum sit pomni, & toto eo, quo habere debebunt à Laurentio, & Bernardus subscripserit se contentari, & quod talis obligatio durat per annum proximum intelligemus annu à tempore quo isti habere debebunt, id est, à tempore quo Laurentius contraxit debitū interuertendo res focietatis. Confirmatur hæc sententia, quia t̄ semper sit interpretatio ad eum reddatur elusorius, & ne quis facile fraudari possit. cap. si ciuitas. de sent. ex cō. in vj. l. quoties. de verb. oblig. alioquin si iste in p̄ultima, vel in vltima die anni conturbasset rationes, nō potuisset esse succursum creditoris, & fideiussio ista in effectu redderetur inutilis, q̄ non est dicendum. Pro hac sententia etiam facit proprietas verborum, t̄ fideiussio enim antequam ille sit debitor est quædam promissio conditioalis, perinde ac si dixisset solvam, si Laurentius debebit. lege, fideiuss. obliga. in fin. ff. fideiuss. cap. ex rescripto. de iureiur. quando verò Laurentius contraxit in fraudem creditorum purificata est conditio obligationis fideiussoræ, vñ de cum verba dicant, quod volebar talem obligationem durare per annum, intelligimus non de obligatione conditioalis, sed de purificata, cum t̄ obligatio purificata proprie sit obligatio, t̄ conditioalis verò non nisi improprie, & per latam significationem, vt tex. in l. j. secundum responso. ff. de dona. in l. debitor. ff. de verb. signific. & quod nō, doct. communiter in l. j. ff. si cer. pet. vbi t̄ creditor conditioalis proprie non est creditor. le. conditioalis. l. sequ. ff. de verb. signific. Et sic apparet non ob stare, quæ supra in contrarium adduxi. Cum etiam si annus respiciat finem obligationis tamen computatio anni fit faciendā à die contracti debiti per ipsum Laurentium. Circa secundum punctum licet in t̄ chirographis, quæ habent diem, si periculum sit ne dies videatur anticipata, probanda sit ipsa dies

secundum leg. 2. ff. de fid. instr. & quod not. Pau. de Cast. consilio cxxxij. in causa Ser Ludouici. vol. j. secundum nouissimam impressionem, tamen cum tractemus de literis cambij, videtur sufficere, quod sint verificatæ secundum formam statutorum, quæ habent mercatores, vt pro eis præsumatur, & executio concedi debeat. iuxta l. satis apertè. C. de fals. & quæ per illum text. not. doct. in varijs locis, maximè Andr. Sic. consil. xvij. in j. Felin. c. de cætero. de re iudi. licet causam. extra, de probat. & maxima coniectura veritatis est, si cū libro rationum creditoris literarū cambij concordaret, dies vel aliæ præsumptiones adesset, quæ tollerent suspicionem anticipationis, vt in simili per Dec. consil. clxxv. ver. vij. Et quia t̄ vna præsumptio aliam tollit. l. eū deindebito. ff. de probat. l. diuis vbi Bal. ff. de in integr. rest. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXIII. SVMME.

- 1 Obuentionem bonorum pacto non dari.
- 2 Liberam voluntatem testatoris nec tolli, nec restringi debere.
- 3 Quod quis post mortem de patrimonio suo disponat speciali indulgentia, & ex quadam dispensatione concessum est.
- 4 Quoties verba contractus non obligationem presentem respiciunt, sed futuram, post mortem bonorum obuentionem ætus est nullus.
- 5 Pacto hereditas dari non potest.
- 6 Iusurandum non supplet iuris publici formam.
- 7 Pacto non potest quis successionem, neq̄ particularis rei deferre.
- 8 Transactio inter fratres vt in paterna domo soli masculi succedant non valet, quia obuentio bonorum hoc casu inducetur.
- 9 Obligationem morte purificandam valere.
- 10 Contractum consensu reuocari.
- 11 Verba apposita, importanti restrictionem facultatis & estamenti, non valent.
- 12 Modum impossibilem vitari nec vitare.

Instrato instrumento conventionis factæ inter Antonium, & fratres Delphinos, & altero instrumento posteriore restrictio primini instrumenti, interrogatus quidiur sit existimauit paucis conclusionibus rem esse decidendam. Prima est t̄ conclusio, quod illa conuentio, quod casu quo aliquid ipsorum intelligantur heredes superstitēs, & c. est nulla. l. pactum quod dotali. l. licet. C. de pact. l. hæreditas. in fin. de pact. conuent. cuius rei duplex est ratio. Vñ de t̄ ue libera voluntas testatoris tollatur, vel restringatur. d. l. pactum. alia est, quia t̄ quod quis post mortem de patrimonio suo disponat speciali. leg. indulgentia, & ex quadam dispositione concessum est, secundum gloss. in leg. illa institutio. de hered. instit. quia id tempus dispositio procedit, quo res amplius sua non est. leg. in tempus, de hæredi. instit. sed tamē lex hoc indulsit, dum modò certa forma fieret, id est, via solennis testamenti. leg. 3. vbi gloss. aliter enim de ferri, nō potest, successio, quapropter, t̄ quotiens verba contractus non obligationem presentem respiciunt, sed futuram post mortem bonorum obuentionem, vt in casu nostro actus est nullus, vt declarat Bart. in consil. cxij. refert, & sequitur Dec. in d. l. pactum. C. de col. Cur. iunior. in consil. xv. post tract. feu. consil. lxxvj. Alexand. consil. lxxxij. in 2. volum. t̄ pacto non hæreditas dari non potest. Vñ de sequitur etiam si iusurandum accesserit, non tamen pactum confirmetur, quia t̄ iusurandum non supplet iuris publici formam. leg. ius publicum. ff. de pact. p. Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & ita tenet communiter doct. in leg. stipulatio hoc modo. de verb. obligation. vbi Alexand. Rursus sequitur, vt id pactum non solum tunc non valeat, cum de vniuersa successione agitur, sed nec etiam cum de particulari, t̄ pacto enim nō potest quis successionem, neque particularis rei deferre. leg. final. ff. de suis & legitimis, quapropter responsum est, quod t̄ transactio inter fratres, vt in paterna domo soli masculi succedant, non valet, quia obuentio bonorum

notum hoc casu induceretur, secundum Bartol. d. con-
 sil. cxxij. & in leg. fina. C. de pact. & Alexan. cons. xxviii.
 in 2. volu. Secunda conclusio, quod illa verba. *In casum
 antecedentem, vnus ipsorum, & quilibet sibi matud facit puram do-
 nationem de bonis suis, cum clausula consuetudinaria, &c. fa-
 ciunt vt dictus contractus sustineatur in vim donationis,*
 quia non inducunt bonorum obventionem, sed presentem
 obligationem, purificandam in casum mortis, quod
 fieri potest. leg. j. C. vt act. ab haered. Oldr. consil. cxxxix.
 & cita consuluat in terminis nostris Alexan. consil. lxxxvij.
 in 2. volu. & sum sequuntur in leg. pactum quod dotali.
 C. de pact. Tertia conclusio reuocatio suprascriptae do-
 nationis facta per instrumentum posterius, anno 1522.
 valet & tenet, quia licitum fuit partibus recedere a primo
 contractu, reintegra, propter mutuam consensum ipsorum l.
 ab emptione. ff. de pact. l. pfecta vbi no. C. de don. q. sub
 modo ab eo quod dictum primum instrumentum prorsus
 resoluatur. l. j. §. j. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. cum clau-
 sula constituti eius accessoria, secundum Bald. in leg. ex
 testamento. vbi Iaf. C. de fideicom. & in l. j. §. si vir vxori.
 ff. de acqu. posse. Quarta conclusio, illa verba *Dummodo
 non faciat aliud testamentum*, videntur nulliter appositae,
 tanquam restrictiua facultatis testandi, & ideo non valent.
 l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. vnde hu-
 iusmodi verba, tanquam inducentia modum impossi-
 bilem vitiantur, non autem vitiant praecedentem dis-
 positionem. leg. cum donationis. C. de transact. vbi dixi
 reprobara opinione Aretini ibi. qui tenebat dispositio-
 ne vitari, contra mentem glo. ibi. & doct. & aduersus do-
 ctrinam Bartol. in authen. in gressi. C. de sacros. ecclesi.
 versio. omisis multis in fine. Vnde concluditur, quod
 potuit dictus Antonius facere aliud testamentum arbi-
 trario suo, & sibi non obstat donatio, quia reuocata, ne-
 que promissio conservandi primi testamenti, quia cen-
 setur impossibilis de iure. Et haec omnia, saluo semper
 sano iudicio.

CONSIL. LXXV. SVMME.

1. *Conditio est actio in personam.*
2. *In exorbitantibus non fit, extensio.*
3. *Reuocatio donationis antequam alicui quaeratur, ius valet.*
4. *Clausula, in quantum expedit tibi, &c. quid operetur.*
5. *Imo est dictio aduersatiua.*
6. *Dictio etiam auget.*
7. *Et qui semel dominus est, non potest eadem res iterum dari.*
8. *Titulus purus est plenior condicionali.*
9. *Indulta in fauorem, non debent operari contrarium.*
10. *In dubio contra certantes de lucro, pro habentibus causam onerosam pronuntiandum est.*

Elij & Gozadini visis consilijs, facile transiui
 in eorum sententia, quia videtur mihi vera con-
 conclusio, quod isti emptores, qui emerunt ab Or-
 pheo non possunt de iure molestari a sororibus
 dicti Orphei, vigore donationis de qua agitur. Primò,
 quia donatio illa quatenus respicit sorores, quibus nul-
 la facta est traditio, nullam actionem in rem parit, sed dū
 taxat conditionem, id est, actionem in personam leg-
 quociens verbo condititiae. de donat. quae sub modo, v-
 bi ponitur decisio, quae est exorbitans a regulis iuris, vt
 actio acquiratur absenti, vñ non est extendenda ad actio-
 nem realem, quia in exorbitantibus non fit extensio.
 l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. per Bartol. in l. si con-
 stante. eo. tit. Cum ergo sola actio personalis competat i-
 stis sororibus, non potest intentari aduersus istos emp-
 tores. l. fin. §. ff. de contrahen. emp. leg. j. §. si haeres per-
 cepto. ff. ad Trebell. & cita tenuit Egidius Ballameræ. cō-
 sil. xxxix. Guido Papæ in decisionibus Delphi. quæst.
 ccccxxij. Stephanus Bertrandus. consil. cxxxv. & consil.
 cxxxvj. & cxxxvij. in j. volum. & licet Speculat. titul. de
 emphyteos. §. nūc aliqua. vers. lxxx. &c. videatur dicere q.
 fauore exercitatis liberalitatem dominium ipso iure tra-
 feat de primo donatio, in secundū tamen loquitur, quā

do interuenerat traditio: quia in casu suo, in solidū res tra-
 dita erat emphyteosis. Sed in casu nostro nulla traditio in-
 teruēit respectu istarū sororū, imo bonarius fuerunt vē-
 dita, quā conditio donationis ipsis facta eueniret. Secū-
 dō quā dicta donatio facta sororibus, ante euentū condi-
 tionis, viderur fuisse reuocata, quoad bona de quibus
 agitur, per alienationē ad Orpheo factā, cū consensu ip-
 sius principis qui donauerat. Valer autem talis reuocatio,
 sex quo adhuc ius quæsitū sororibus nō erat. leg. 3. ff. de
 er. exportand. per Bartol. in l. qui Rom. §. Flautus. ff. de
 ver obliga. maxime cum fauore primi donatorij, pactio
 illa facta fuerit, vt meritō potuerit, eius factio reuocari.
 l. Aristo. versic. sed superiore. de don. gloss. in d. l. 3. Tertiū
 quia donatio illa habet clausulā, *in quantum expedit tibi*
 &c. quae facit, vt non impeditur consensu Orphei, qui
 alienare possit, quia aliās sibi non expediret, & ta-
 lis clausula eiusdem est significationis cuius illa, *domo
 quod supererit*, quādo impedit, quominus grauatus possit
 alienare, valeantque alienationes in perpetuum. argu-
 athen. contra eum rogatus. versic. vel aliis huiusmodi.
 C. ad Trebell. & satis videtur, quod illa authentica lo-
 quens in fideicommissio habeat etiam locū in donatione
 principis, q. nō minus fauorabiliter accipitur. leg. legatū
 est. ff. de l. 2. l. si Titius. ff. ad Treb. Quartū & vltimū, quia
 ex lectura instrumenti apparet, prius esse factam dona-
 tionem simplicem, & puram absque aliquo onere, dein-
 de subiicitur, *Imo etiam tibi Orpheo, &c.* quae verba indu-
 cunt nouam donationem argumentatiuā prioris, & di-
 uersam a priore propter naturam ditionis, imo, quae est
 aduersatiua. l. Strychus. de manu. testa. & ditionis, *tertia*,
 quae auget. l. ariam: solu. matr. vnde cū in huius persona
 eōtūret, vterq; titulus donationis primus simplex, alius
 cōditionalis, attendimus ad primū, tanquā sequens mi-
 nus efficax. cū tē, qui semel dominus est, non possit e-
 dem res iterum dari. l. scire debemus. §. fin. de verb. obli-
 g. l. 3. §. ex pluribus. in fin. de acqu. posse. & quia pri-
 mus titulus est plenior, quia purus, quam sequens, qui
 est condicionalis. l. si id quod. ff. de rescin. ven. l. si te solu-
 §. j. de hære. instit. & quia iste vendendo videtur elegisse
 priorem partem, secundum quam valet venditio, vt per
 Barto. in l. gerit. ff. de acqu. hære. Nec impetrandum priui-
 legium, in quo est probatio primi tituli, & noua indu-
 ctio secundi, videtur Orpheus electioni renuntiaffe.
 Cum appareat totum illud emanasse in suum fauorem,
 vnde non debet verti in contrarium. leg. quod fauore. C.
 de legi. & hæc mihi videntur sufficere pro istis emptori-
 bus habentibus causam onerosā, cū aduersarij certent
 de lucro, vnde contra illos in dubio est pronuntiandum.
 leg. fin. C. de codi.

CONSIL. LXXVI. SVMME.

1. *Non debet esse in facultate cedentis, facere deteriorem conditio-
nem cessionarij.*
2. *Solutio ante denuntiationem facta cedenti valet.*
3. *Pactum de non petendo, factum debitori per vnium ex correis
credendi, ex causa onerosa non nocet alteri.*
4. *Ex diuersis non inferitur.*
5. *In contractibus persona non subintelligitur.*
6. *In contractibus semper fit interpretatio in fauorem promiss-
oris contra stipulatorem, quia debuit legem apertius
dicere.*
7. *Non est verisimile quod partes inter se litigantes sibi aliquid
donent.*
8. *Pactum de non petendo, factum ab vno ex correis credendi, nō
habet aliquid inferre, nec preiudicium facere respectu obli-
gationis alterius correi.*
9. *Vnius exclusio est alterius inclusio.*
10. *Qui promittit quod Titius non petat, intelligitur promittere
quod successor vnuerſalis Titij non petet.*
11. *Qui se excludit a iure ex persona alterius sibi competente, non
censetur exclusus ex iure quod ex propria persona
habet.*
12. *Promittens respectu iuris alterius, non debet obligari respectu
iuris proprij.*
13. *Implendum priusquam petendum.*

CONTRA do. Bartol. dubium facit: quia cum
 ipse promiserit curare, & facere in effectu, quod
 Io. Ambrosius nō peteret, nō debet nūc ipse pe-
 tere tāq. cessionarius. argumen. l. vendicantē.
 ff. de euictio. Sed tamen hoc non obstat, videtur pro eo
 esse pronuntiandum, & consequenter non posse prohi-
 beri, quin ipse ex sua persona petat: & pro hac opin-
 possunt considerari aliqua rationes. Prima est, quia per
 talem promissionem non debet in plus obligari d. Bar-
 tol. quam fuisse obligatus Ioan. Ambrosius, si ipse talem
 fecisset promissionē. Sed si ipse fecisset, nō noceret quod mi-
 nus cessionarius possit petere, quia cū cessio sit facta
 d. Bartol. ante talem promissionem, nō debet in facultate
 cedentis, facere deteriorem conditionem cessionari-
 rij. l. si parte. §. fin. ff. quē. ser. amit. & licet solutio ante de-
 nuntiationem facta cedendi valeat, iuxta l. iij. C. de noua-
 tio. sed tamen pactum de non petendo quoad cessionari-
 um, ex causa onerosa, prout in casu nostro non debet
 nocere: sicut videmus in simili, quod pactum de nō pe-
 tendo factum debitori per vnium ex correis credendi,
 ex causa onerosa non nocet alteri. l. iij. vnus. in prin. ff. de
 pact. p. Bar. in rep. auth. hoc ita in pē. char. C. de duob. re-
 is. & hoc maxime procederet, si Ioan. Ambrosius in ces-
 sione transulisset omnem spem, & exercitium actionis,
 quo casu nulla apud cedentem remaneant reliquiae, tale
 pactū nihil penitus noceret cedenti, vt decidit Tanered.
 de Corneto in compendiosa sua vltim. parte. quæstio ne
 xj. quem refert, & sequitur Bart. Veronens. in cautel.
 sua 242. Nec excusaretur debitor pretextu ignorantie
 quando causa onerosa dedisset causam cessionis, prout
 fuit opin. Mar. Syllimani, & ita sentit Iaf. in l. fin. ff. de trā-
 fact. dū intelligitur illam legē procedere solum in pacto gra-
 uito. Secunda ratio est, ipse promissit, nisi respectu Ioan.
 Ambrosij: ergo talis promissio nō debet operari respectu
 sui: quia ista inter se sunt diuersa, & tunc diuersis non in-
 fertur. l. Papi. exuli ff. de minor. Secunda ratio, quia in
 cōtractibus, persona nō subintelligitur. l. si ita stipulatus.
 §. Chrysofonus, in ff. de verb. obligat. vñ in casu nostro
 cū actum sit ne Ioan. Ambrosius peteret, nō debet fieri
 interpretatio, quod nec ipse d. Bar. petat: quia non debet
 subaudi, neq. persona ipsius promittētis. authen. si quā-
 do. in penul. resp. C. de cōst. pec. Tertia ratio, in contra-
 ctibus semper fit interpretatio in fauorem promissoris
 contra stipulatorem, qui debuit legem apertius dicere. l.
 quicquid adstringendū. ff. de verb. obligat. l. si extraneus.
 ff. de cond. ob. caus. vnde in casu nostro debet fieri in-
 terpretatio in fauorem d. Bart. qui promissit quod Ioann.
 Ambrosius non peteret. Et istud tantū magis debet pro-
 cedere in casu nostro, in quo presupponitur quod partes
 inuicem litigarent: tūc nō est verisimile, quod volue-
 rint sibi aliquid donare. l. iij. C. de rep. hære. Quarta ra-
 tio, quia videmus in simili, quod pactum de non peten-
 do, factum ab vno ex correis credendi, nō habet aliquid
 inferre, nec præiudicium facere respectu obligationis al-
 terius correi. l. si vnus ex argētariis. in princip. ff. de pact.
 per Bart. in rep. auth. hoc ita in penult. charta. C. de duob.
 reis. ergo in simili pactum cessionarij quod cedens non
 petet nō habet inferre, quin ipse cessionarius possit pete-
 re: imò inferri oppositū, quā vnus exclusio est alterius
 inclusio. l. cū p̄tor. ff. de iudi. c. nō ne. extra. de p̄sumpt.
 Quinta ratio, licet q. promittit, q. Titius nō petat, intelligat-
 ur et promittere quod successor vnuerſalis Titij nō petet,
 nō tamē intelligitur se obligare respectu successoris par-
 ticularis vt est gloss. in leg. si cum fundum. ff. de verb. si-
 gni. quam sequitur Franc. Crem. sign. clvij. vnus socius.
 ergo nō intelligitur in casu nostro d. Bart. se obligasse re-
 spectu sui iuris, cū sit successor particularis, vt q. in dua-
 bus personis recipitur, in vna etiam receptam ceseatur.
 l. singularia. ff. si certum petat. Sexta ratio, qui se exclu-
 dit a iure ex persona alterius sibi competente, non cen-
 setur exclusus ex iure, quod ex propria persona habet. l.
 defūto. C. si in fraud. patroni libert. leg. fin. C. de euictio.

A ergo etiam promittens respectu iuris alterius, nō de-
 bet obligari respectu iuris proprii, & per istas rationes
 potest suaderi do. Bart. fouere iustiorē causam. & re-
 spectu lib. cccxlviij. cum interesse, non videtur difficul-
 tas, cū promiserit Hieronymus illi restituere dictā ob-
 ligationem, nec fecerit: vnde aut debet adimplere, aut
 non potest se fundare super promissione do. Bartol. per
 leg. cum proponas. ij. C. de pact. & text. in cap. si verò. ex-
 tra. de iure iurand. Nec obstat leg. vendicantem. ff. de eu-
 ictio. tum quia non facit ad terminos quæstionis: ex quo
 Bartol. non tenetur de aliqua euictione, sed solum ex p-
 missione sua, quod tertius non peteret: tum etiam, quia
 d. l. vendicantem, non habet locum, quando quis ex per-
 sona alterius solum tenetur de euictione, nam agenti
 ex persona propria, non obstat ista exceptio. d. leg. fin. C.
 de euict. & d. leg. defuncto cum similibus.

CONSIL. LXXVII. SVMME.

1. *Ex pacto nudo clarum est nullam oriri actionem.*
2. *Contractus emptionis, & venditionis est correlativeus, seu re-
ciprocus, & non valet in eo pactio per quam venditor obli-
gatur, emptor verò non: quia talis contractus, non debet
claudicare.*
3. *Bonafidei non conuenit vt eo pacto stetur, quod alteri captio-
sum sit.*
4. *Obligatio contracta cū nūtio, antequam acceptata sit per prin-
cipalem, potest reuocari.*
5. *Consensus viriusq. partis est de substantia contractus ven-
ditionis.*
6. *Antequā ius alicui quaeratur licet venditoribus panitere.*
7. *Quis non potest ius alterius transferre, quod ipsi non ha-
beant.*
8. *Ad vendendum, seu alienandum requiritur mandati, vel saltē
ratificatio.*
9. *Bonafidei conuenit vt id, q. actū est obseruetur, & q. ea que ex
labijs processerint, non si nō irrita.*
10. *Pactum quo venditor tantum, non autem emptor obligetur,
valet.*
11. *Paria sūt dicere nomine Titij, vel tanquā procurator Titij.*
12. *Venditionem nuntio factam non dicit.*

PRIMA fronte dicendum videretur conuen-
 tionem, de qua in chirographo mihi exhibitō,
 nullius esse momenti, pluribus rationibus. Primò,
 quia videtur concepta esse per pactum nu-
 dum, ex quo non interuenit aliqua stipulatio, & tunc ex pa-
 cto nudo clarum est nullam oriri actionem. l. iuris gentiū
 §. quinimò. ff. de pact. & ideo neque in curia merca-
 torum de iure communi tali casu daretur actio, nisi exi-
 stente statuto, quod in ea curia, procederet secundum
 æquitatem iuris rigore omissio, vt tenet Salic. & Alex. in
 leg. placuit. C. de iudic. & Alexand. consil. xij. in iij. vol. ita
 declarantes doctrinam Bartol. in l. Quintus. ff. mand. Se-
 cūdo, quia contractus emptionis, & venditionis, est cor-
 respēctiuus seu reciprocus, & venditor obligatur, emp-
 tor verò non: quia talis cōtractus non debet claudicare.
 leg. si quod. §. fin. ff. de resc. ven. vbi dicit text. t. bonafidei
 non conuenire, vt eo pacto stetur, quod alteri captioſum
 sit, idem dicit text. in leg. j. ff. eo. tit. ibi nam quod Aristo
 dixit posse ita pacisci, vt vnus maneat obligatus si est ve-
 rum, &c. & ideo in casu nostro cum venditores remane-
 rent obligati, emptor verò posset recedere a cōtractu, vi-
 detur dicendum pactū nō valere. Tertio, quia Nicolaus
 emptor nō habebat aliquod mandatū circa hoc a Bon-
 uisii, vnde non potest dici, quod emerit tanquā pro-
 curator, sed potius tanquā nuntius, quia illa verba, *Neminē
 & parte Bonuissorum*, videtur esse ambigua & conuenire
 et nuntio, vtp. Bar. in leg. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nūc.
 & per Sal. in leg. ij. in princ. C. qui accusare nō poss. Corn.
 consil. clxix. in j. sed obligatio contracta cum nuntio an-
 tequam acceptata sit per principalem, potest reuocari. leg.
 si pater. ff. de manumiss. vin. declarat Bald. in extrauag.
 de pace Constan. in verbo mittit. & in leg. mandatu. C.
 mandati. cū concor. per Felip. in v. ex parte decani vers.

fallit sexto, extra, de rescript. Quartò facit, quia hæc venditio non videtur fuisse perfecta, quamvis enim talis contractus possit etiam inter absentes perfici, tamen non dicitur perfectus, nisi postquam ad noticiam pervenerit, ex quo aliàs nõ adesset cõsensu, qui est de substantia huius contractus. leg. si stipuler. §. si. ff. de verbor. obligatio. Ergò ante licuit venditoribus pœnitere, ex quo adhuc nullum ius erat quæsitum leg. ff. de ser. expor. & quod nor. Bartol. in leg. qui Ro. mæ. §. Flavius. ff. de verb. obligat. & Castren. consi. cxcv. visis his, quæ narrantur in ij. volu. in nouissimis. Quintò, quia ex tali contractu apparet manifesta lesio ipsorum, veditorum, quæ asseruntur lesi ultra dimidiam iusti interesse ipsorum, cum triticum in civitate Titienh, quo loco destinata erat solutio, lögè pluris videretur, unde videtur competere beneficium. leg. ij. C. de rescin. vend. Sexto videretur, quod in omnè casum nõ deberet valere venditio, nisi pro parte eorũ, qui subscripserunt, qui quamvis dixerint, se nomine aliorũ etiam subscribere, tamen clarum est, quod non potuerunt ius aliorum trãsserre, quod ipsi non habebant. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. & quia ad vendendũ, seu alienandum, requiritur mandatum, vel saltè ratificatio. leg. Iulianus. §. si procurator. & §. si quis colludens. ff. de action. empt. Sed his tamen non obstantibus, dico iustior esse causam Bonuissorum, quorum intentio ex ipso chirographo fundata est, à quo non est recedendum: quia si bonæ fidei conuenit, ut id quod actum est obseruetur, & quod ea, quæ ex labijs processerint, non sint irrita, ut dixit propheta, & refertur in cap. j. extra, de pact. in glo. Non obstant allegata in contrarium, & primò, quod ista conuentio videatur concepta per pactum nudum, quia respondetur, quod imò est conuentio vestita à iure gentium, quæ transit in venditionem, ut in chirographo expressè dicitur, & ideo non est dubium in quocunq; foro ea omni actione. l. iuris gentiũ in princip. ff. de pact. Non obstat secundò, quod pactum videatur iniquum, ex quo soli veditores interim obligabatur, quia rñdeo, quod sibi impudent venditores, qui ita cõsenserunt, nec lex reputat hoc iniquum, quia à principio potest hoc agi, ut altera tantum pars obligeatur, prout in casu nostro fuit actum. Et quod valeat tale pactum, est gloss. in d. l. j. ff. de rescin. vend. gloss. Falg. Sali. in l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de act. emp. Cyn. in l. j. C. si seruus expor. imò fortius dixit Bart. in l. si conuenit. ff. de pact. post gl. ibi, quod etiam post contractum perfectum, si expressè agatur, ut contractus ex vna tantum parte resoluitur, quod valet pactum. Ad text. in d. l. j. & d. l. si id. §. si. responderet quod ibi expressè hoc non agebatur, loquuntur enim illa iura, nõ in contractu inesse deducendo, qui est casus noster, sed in eo qui iã est, deductus tollendo, & ideo apparet dicta iura nihil obesse. Non obstat tertio, quod videatur contractum cum nuncio, quia istud non est verũ, illa enim verba. *Nomine & parte Bonuissorum*, important, quod tanquam procurator contraxerit, quia paria sunt dicere, nomine Titij, vel tanquam procurator Titij. l. si deicommissa. §. interdum. ff. de leg. iij. per Bart. & Docto. in d. l. j. §. nuntiatio, quod indicant etiam verba contractus, quæ dicunt. *Factam esse venditionem*, ergo tanquã procuratori, vel negotiorũ gestori, aliàs si fuisset nuntius, dictio illa, *Facta*, non verificaretur, cum tali casu non diceretur facta venditio, nisi postquam approbata fuisset à Bonuissijs. & ideo non est verum, quod potuerit reuocari tanquam per nuntium facta, iuxta d. l. si pater. quãuis quicquid sit in casu dictæ l. quæ habet varios intellectus, in venditione cõmuniõ sit cõclusio. quod valeat facta p nuntium, nec possit reuocari, ut dicit gloss. fac. Butr. Bart. Bald. Raph. Folg. in l. j. in fin. ff. de contrah. emp.

CONSIL. LXXVIII. SVMMÆ.

- 1 Societatem vestigialium à magistris ordinarijs, non posse contrahi.
- 2 Moram interpellatione tantum committi.
- 3 Denuntiatio incitatoria ad hoc vt valeat, multa requiruntur.
- 4 Dicitur testis indefinitè prolatus, non æquipollet vniuersali in

mò talis testis propter incertum ad iuramentum non probat.
NON videtur posse Bripium ad aliquid condemnari, vigore præfensi chirographi Bubulco facti, quia cum d. Franciscus esset ex magistris ordinarijs, non potuit contrahere dicta societatem vestigialium, & talis contractus est nullus. l. j. C. de contrah. iud. l. non licet. ff. de contrah. empt. & est expressè cautum decreto in cip. audientes dato Papiæ. xxj. Martij. 1394. vbi præcisè dicitur, quod ultra pœnam centum florenorum, contractus nõ teneatur ipso iure. Et responsiones aduersantium datæ alijs decretis, non faciunt ad propositum istius, quia istud est registratum ad archiuum ciuitatis, & loquitur phibitiuè, & expressè in firmat cõtractũ, quo casu pot est ipsa pars, & consequenter eius, hæres de nullitate dicere, & propriam turpitudinem allegare, idque maxime aduersus eũ, qui etiam ipse cõmisit in decretum, ex quo fuit interposita persona. c. ex tenore. de conc. præb. l. quem ad. de agr. & consi. lib. xj. l. à diuo Pio. de ritu. nupt. & forte considerans d. Franc. quod dictus contractus erat nullus, nunquam se impediuit de dictis gabellis, nec resperietur, quod nunquam attigerit obolũ, aut aliquid fecerit vigore eius contractus, adeò quod nõ solum dictus cõtractus nullum de iure effectum habuit, sed nec de facto, quantum sit ipius respectu. Præterea est aduertendum, etiã si dicamus contractum valere adhuc Bubulcum reiiciendum esse. Nam eius fundamentum est. *Quod d. Franciscus promiserit eum releuare pro parte sua, & quo casu d. Franc. non est in mora, nisi postquam interpellatus fuit, vt releuaret l. si de iustor obligari. §. si. ff. de fidei iuss. Abb. consilio xlix. in ij. Felin. c. si autè. de rescript. per Moder. l. ita stipulatus magna. de verb. oblig. non cõstat autem quod fuerit interpellatus. Nec me mouet quod videatur ei denũciatum, vt constat ex dicto trium testiu. Ioann. Dominici, Isabelli, & Alexan. quia omnis suspitionibus, & contrarietatibus contra eos adductis, dico eos non sufficere ad probationem, idque tribus rationibus. Prima, quia interpellatio hæc est quæ dã denuntiatio incitatoria, quæ vt habeat effectum, debet fieri ostensis instrumentis, & præceptis executionum, quibus ostenderetur, & heret fides, qualiter camera ipsum Bubulcum molestabat ex causa debiti, quod ad Bripium pertineret. clem. causam. de elect. Bartol. in §. morte. in materia protestationis incitatoris. & in l. quod te. versi. venio ad vltim. si cert. petat. non enim tenebatur Bripius eum releuare, nisi ostensa molestatio, & ided non sufficit, quod ipsi iussent ad eum per modum consultationis, vt in simili per Cyn. in l. i. in minore. 7. quæst. C. in quibus caus. in int. rest. Secunda, quia testes dicunt simpliciter, *Quod socij propter debita, quæ habebant erga cameram, ibant ad d. Franc.* quæ verba indefinita sunt, & possunt verificari in duobus debitis, & in alijs, quæ quæ nunc petantur à Bubulco. Et ided solet dici, quod dictũ testis indefinitè prolatus, non æquipollet vniuersali, imò talis testis, propter incertum ad iuramentum, non probat. secundum Inno. & Cano. in c. auditis. de præscrip. ubi latè Felin. Alexan. consilio vij. in fin. & cx. in j. Dec. cccxxj. cum similibus. oportet autem vt Bripius teneatur probare eum certioratum esse de ijs cambijs, de quibus loquitur relatio. Imò respectu summæ maioris, quæ est illa, quæ debita fuit d. Bartol. Madijs, nõ fuit accepta ad cambiũ, sed Bubulcus accepit pro pretio bonorũ ei veditorũ, quæ venditio potuit esse facta alia ex causa, quã ob necessitatem dictæ societatis, unde non probat hoc esse, & c. non hoc. C. unde legit. Tertia ratio, quia testes dicunt, quod socij adibãt D. Francisci ad consultandum cum eo pro debito, quod socij ip si habebãt erga camerã, & sic nõ loquũtur de debito, quod pertinet ad d. Franc. sed de proprio ipsorum, quia respectu debiti portionis d. Francisci, non fuisset consilium, sed interpellatio. & etiam si fuisset debitum ipsius domini Francisci, soluisset absque Cambijs, vt pote qui haberet pecunias otiosas. Et sic cõcludo ipsum Bripiũ abfolutum esse.*

CONSIL.

CONS. LXXIX. SVMMÆ.

- 1 Tempus contractus attendendum.
- 2 Clausula precedens magis regit subsequentiã, quàm eã contrã.
- 3 Rectores communitatis donare non possunt.
- 4 Præsumptiones nõ operantur, nisi quatenus verba de necessitate inferunt.
- 5 Monetam nouam antiqua deterioem.
- 6 Incertam sententiam ferri posse executione liquidandam.

ICET valde subtilia, & colorata sunt argumẽta clarissimi domini Iudicis, aduersus Lampugnarios mota, tamen videtur eis respondendum, vt infra. Ad primum argumentum, quo clariss. Iudex nititur ostendere, quod sufficiat soluere valorem 900. florenorum temporis presentis. Respondetur primò, quod debet tamen solui secundum bonitatem pecuniarum, quæ erant tempore contractus, vt dicitur in secundo motiuo, & est communis opinio in d. l. cum quid. in d. l. Paulus. & consi. Soc. iun. c. xl. num. xciiij. & Rubi exlvij. cum simili. Secundò respondetur, quod imò non sufficit soluere florenos 900. quia illa verba, *Quæ faciunt florenos, & c.* tant simpliciter demonstratiuè, vt dictum est in prioribus allegationibus. Et ratio adducta in contrarium non videtur concludens, dum dicitur quod aliàs illa verba, *Quæ faciunt flo. 900. & c.* erunt supersflua, & nihil operarentur, & c. Nã respõdeo, vt in l. non solent. ff. de reg. iur. Et quia si tenemus quod ista verba operantur estimationem, sequitur quod prima clausula esset superflua. *De soluendo Ducatos. ccc. lxxix. auri, & in auro, & c.* ad quid ista, si satis fuissent dicere florenos, & c. cũ ergo aut prima, aut secũda clausula videatur superflua, potius debemus id vltimum tribuere secundæ: tum quia saluatur locutio per viam demonstrationis: tum quia minor superfluitas est, cũ etiam verba illa, *auri & in auro* superfluerent, tum etiam quia clausula præcedens magis regit subsequentiã, quàm eã contrã. l. qui quis. vbi gloss. & Bartol. ff. de lega. iij. cum concordant. per Iaso. l. j. C. de lib. præteri. Tertio respondetur, quod per conventionẽ partium declaratum est quod actum sit, & quod debeat fieri solutio in dictis Ducatis ccc. lxxix. vt apparet ex cõuentione anni 1499. & alijs scripturis quinternis. Nec est verum, quod ista esset donatio, quæ non potuit fieri per Rectores communitatis, secundum not. per Bart. l. ambitiõsa. Alexan. xxij. in j. vol. in xliij. in iij. nam respõdeo, quod hoc non potest dici in re dubia, vt est questio nostra, quia non potest dici donatio, sed potius transactio, & cõcordia, quæ permittitur etiam rectoribus ecclesiarum, in præiudicium ecclesiæ. c. contingit. extra, de transactio. & habetur per doct. in l. præfcs. C. de transact. per illum textum. Nec obstant duæ confessiones in quibus d. Cambillus promittit de rato pro fratribus. Et enim respõdeo, quod non præiudicant, nisi quoad illum actum, seu quoad illum annum, non autem imminuunt ius verus, seu titulum præcedentem, quia præsumptiones non operantur, nisi quatenus verba de necessitate inferunt, secundum Bartol. in l. Titium, aut Maxium. §. in altero. verific. ad quod dicit ff. de admin. tut. & in simili contra Hug. tenuit Spe. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. verific. l. ij. Præterea ista confessio solum transfert onus probandi contrarium in consententem, qui allegat errorem, secundum Bartol. & Bald. in l. cum falsa. C. de iur. & fact. ign. p illum text. error autem probatur ex supradictis in allegationibus. Ad secundum argumentum, faterur d. Iudex communem opin. esse, quod attendi debeat moneta antiqua, seu solui in noua, habita consideratione antiquæ, secundum communem opin. in d. l. cũ quid. d. l. Paulus. sed quod non est probatũ in casu nostro, quod moneta presentis sit deterio antiqua, & c. Respondeo primò, quod probetur per dispositione iuris communis, secundum quam aurum habet proportionem ad argentum, quæ est ex duodecim ad vnum. l. j. C. de arg. pretio. lib. 10. & in l. ij. C. de ver. numif. 100. lib. vnde crescente auro, necessariò crescit moneta argentea, vnde & stet in veteri dimi-

Consil. Andr. Alci.

11 nutione oportet eam inficiare, & istud est certissimum vbiq; etiam tempore veterum, vnde carmen Plauti:

Nam nunc noue que prodeunt comediae. Multo sunt nequiores, quàm nummi noui,

Secundò respondeo, quod cum constet in genere monetæ auctas esse, potest, & debet iudex ex officio inuestigare particularia augmẽta, vel diminutiones, per ea que not. Bar. in l. si quod ex Pamphila. ff. de lega. iij. in fin. & in l. j. C. de sen. quæ pro eo, quod interest, & facit ex libris monasteriorum hoc intelligit, quamuis arbitror nec quidem de hoc eum dubitare. Tertio respondeo, quod si dubitat de hoc poterit condemnare istos reos, vt soluãt secundum veteris monetæ estimationem, & in executione sententiæ, deinde liquidabitur valor istius veteris monetæ, iuxta nota. in l. ij. C. de sent. quæ sine cert. quanti. l. defensionis facultas. C. de iure hie. lib. x. cum similibus.

CONSILII LXXX. SVMMÆ.

- 1 Actus purus à conditionali in substantia differt.
- 2 Ex diuersis actionum, arguitur diuersitas actuum.
- 3 Donatio vera, & perfecta reuocatur ipso iure per natiuitatẽ tem filij.
- 4 Si ius iam quæsitum quod potentius est, aufertur donatario propter natiuitatem filij, nullo magis ius querendum seu spes euenturæ conditionis.
- 5 Ea quæ purè concepta, non habet effectum si sub conditione concipiuntur, non tamen redduntur efficacia.
- 6 L. si vnquam. C. de reuocan. don. declara.
- 7 Filius ius reuocandi seu reuocationem factam declarandi trãssmittit in hæredes.
- 8 Sicut ius declarandi nullam donationem competit hæredibus in præiudicium donatarij puri eadem ratione in præiudicium donatarij conditionalis.
- 9 Donatarius conditionalis adimpleta conditione vendi equis paratur.
- 10 L. si vnquam. C. de reuocan. donat. quomodo procedit.

AEREDVM istius magnificæ Comitissæ in causa ultra ea, quæ subtiliter allegata sunt præstantissimum aduocatum, considerauit alia quoque ratione defendi istos hæredes posse. Po-
 E no itaq; tres conclusiones, quas arbitror de iure veras esse. Prima est cõclusio, quod quis dicat, *Dono Bernhardotalem rem, & ipso absq; liberis decedente, dono eius agnato proximiori*, dicitur fecisse duas donationes, vnã Bernhardotalem purè, aliã agnato sub cõditiõne, factus en purus à cõditiõnali in substantia differt. l. j. §. si quis simpliciter. de verb. oblig. unde cũ hi actus in substantia variant, apparet duos esse actus, probatur hæc conclusio etiã p l. quoties. C. de don. quæ sub modo. vbi aliã conceditur actio primo donatario: alia secundo, nempe conditio vtilis. vñ Tex diuersitate actionum arguitur diuersitas actuum. l. hæredes. §. de pluribus. ff. fam. ercis. Bald. l. edita. q. 15. C. de eden. Io. Andr. in reg. pluralis. in Merc. Ad idem facit gloss. quã communiter ibi sequuntur doctores. in l. precib. in fin. gloss. mag. C. de impub. vbi cõpendiosa dicitur cõtinere tot diuersitates casuum, vel conditionũ, colligi diuersitate actuum. Et ex hac cõclusionẽ corollarie inferitur, cum sint duæ donationes nihil impedire, quin vna possit valere, alia nõ l. ij. vbi docto. ff. de leg. ij. Alexan. l. al. & ceteri. in l. scire debemus. de verbor. obligat. Secũda cõclusio est q, sicut donatio vera, & perfecta reuocatur ipso iure per natiuitatẽ filij. l. si vnq. C. de reuoc. don. eodẽ modo reuocari quoque cõditiõnalis debet. Probatur primò, quia si ius iã quæsitũ, quod potentius est, aufertur donatario, multò magis ius quærendũ, seu spes euenturæ cõditiõnis. c. fin. in fin. de cõc. p. b. in 6. facit regula generalis, q, tea quæ purè cõcepta nõ habent effectũ, si sub cõditiõne concipiuntur, nõ in redduntur efficacia. l. Seius. ad l. Falc. l. penult. de cõdi. instit. l. vñ usufructus. de stip. fer. Suadet hoc & ratio. f. d. l. si vnq. q, pariter militat in vtroque casu. donator est si sciisset nascituros sibi liberos, nullo modo donasset, nec purè, nec quidẽ sub cõditiõne. nã & c.

X 2

videmus in simili, quod lex infirmat non solum onus p^a sens, sed & conditionale, seu specie venturæ conditionis fauore filij. l. quoniam in prioribus. C. de in offic. testam. Tertio conclusio est, quod filius ius istud reuocandi, seu reuocationem factam declarandi, transmittit in heredes, vt tenet Alber. de Ros. & Angel. in dict. l. si vnquam, quos ibi sequuntur Moder. quest. xliij. Probatur hæc conclusio illa ratione, quia vt gloss. Bartol. & alij communiter tenent, reuocatio in casu d. l. si vnquam, fit ipso iure. & consequenter tale ius remanet in hereditate, sicut & ius declarandi se non esse contentum, & legitimæ supplementum petendi, secundum Alexan. consilio. lv. viso tit. lib. ij. & Iaf. l. emancipata. C. qui admitti. quod & in iure caducitatem declarandi communiter receptum & doct. c. potuit, de loc. & licet aliqui tulerint contrarium, quod idem tale ius non transeat ad hæredes, per regulam. l. fin. C. de reuo. don. tamen illi loquuntur quando donator ipse post natiuitatem filij, permisit donatarij pacifice possidere, quo casu arguitur tacitus consensus donationem adhuc ratificantis, prout eleganter distinguunt Mod. in dicta l. si vnquam, dicta questione. 4. 2. que res in casu nostro considerari non potest, cum iste agnatus proximior nunquam possederit, & tunc ius declarandi nullam donationem competit hæredibus, in præiudicium donatarij puri, et ratione, vel et a fortiore in præiudicium donatarij conditionalis. §. ex conditionali. Inst. de verb. obligat. maxime, quia cum hodie t adimpleta sit conditio, æquiparatur donatario puro. l. fin. §. fin. vbi Iaf. ff. de de vulg. & pup. Confirmatur suprascripta conclusio per illud, quod notabiliter determinat Socin. in l. cum aequ. versiculo octauo quaritur. ff. de cond. & demon. vbi concludit dispositionem dictam. l. si vnquam, esse funebreabilem, & ideo interpretatione adiuuanda, vnde inferitur, nec secundum donatarium, non solum excludi à filio donatoris, sed etiam à filijs primi donatarij. His conclusionibus sic præmissis, sequitur decisio præsentis casus, quia supposito, quod donatio facta Bernhardo reuocari non potest, tanquam ab causam mutæ liberationis facta, vel tanquam per transactionem confirmata: tamen secus est in donatione huic agnato proximior, conditionaliter in casum mortis Bernhadi facta, que meram omnimodò liberalitatem continet. Et hæc in præsentia sufficiant.

CONSIL. LXXXI. SVMME.

- 1. Tradere possessoriam, & pati quem possidere, æquiparatur, quia huiusmodi patientia habet vim traditionis.
- 2. Venditio celebratur solo consensu, vel tacito, vel expresso.
- 3. Traditio tanquam consecutus in venditionis arguit emptionem, & sic præcessisse titulum.
- 4. In venditione agit ut transferatur dominium.
- 5. Translatio dominij pugnat cum pignore.
- 6. L. cum debitor, ff. in quibus causis pignus a hypoth. ita. cor declar.

A LLEGATIONIBVS vtrinq; factis in causa istorum de Saccis visis, puto pro eis pronuntiandum esse, & quod ipsi fructus de quibus agitur lucrifecerint, nec sint aliquo modo in sortem imputandi. Moueor, quia conuentum fuit, vt si termino præfixo depositarius non restitueret pecunias, obligatus esset vendere, seu dare, tradere, & assignare proprietates, &c. obligando omnia bona, &c. Cum ergo Carnefella seu Saccus, post dictum terminum acceperit possessionem dictorum bonorum, videtur absoluta fuisse venditio, nec curandū: depositarius ipso tradiderit, tan passus sit eos possidere, cum huiusmodi patientia habeat vim traditionis. l. quoties, secunda. ff. de seru. §. interdum. Inst. de rer. diuis. cum enim teneretur vendere, & tradere, & tradiderit, sequitur quod etiam vendiderit: cum solo consensu expresso, vel tacito, venditio celebretur. Inst. de empt. & vend. in prin. l. cum quid. si cert. per. unde traditio tanquam consequentiū venditionis, arguit emptionem, & sic titulum præcessisse. Illud, de acqui. hære. l. ad rem mobilem. de proc. & pro hac opin. est text. quem ibi not. Francif. de

Hic Go concuro in sententiam domini consulentis, quod solus D. Gabriel sit conductor, alio modo non sint socii, sed fideiussores licet obligauerint se principaliter, & in solidum pro maiore cautione locatoris. Et enim dubium non est in contractu locationis posse plures tanquam duos reos debendi principaliter obligari. l. item quaeritur. ff. de rei. ff. locati. & isti respectu locatoris tenebuntur in solidum, quia ipse eorum fidem in solidum est sequutus. l. cum apparebit. ff. locati. eadem. ff. de duob. reis. respectu vero ipsorum inter se, ille qui administrat coloniam, & ad quem negotium in veritate spectat, censetur principaliter, alij vero fideiussoris, & dicit Bald. in Authen. hoc amplius. C. de fideicom. quod ad eum videtur negotium veritate spectare, qui primò est nominatus, alij vero non censentur principales, sed fideiussores, refert, & sequitur Alex. consil. lxxvj. viso themate. in 4. Fallit tamen hoc quando contracta esset inter eos societas. l. si reus. ff. de duob. reis. & dicitur contracta societas, quando expressè constat, secundum Bar. ibi etiam tacite, quoniam constat quod utilitatem conductionis reuertunt in communes vsus, secundum gloss. in l. vir vxori. ff. si in gl. magna. ad fin. ff. ad SC. Velleianum. q. non est factum in casu nostro. Nec obstat, quod deinde per secundum fuerit aliquid solutum. Nam in deo, cum respectu locatoris essent obligati in solidum, ista solutio nihil infert respectu ipsarum inter se, vñ non repetent à principali per actionem pro socio, sed actione mandati, vel negotiorum gestorum, vt declarat Barto. in d.

1. si reus allegat l. si diuila. Cod. de locat. vbi soluens agit actione cessat a locatore, non autem pro socio, & quia res est satis clara, & diffusè scriptum est per do. consulentem, vterius non insisto. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XCIII. SVMMÆ

- 1 Damnum contingens in fructibus iam recollectis, est periculo conductoris, nec ei faciendum est remissio mercedis.
- 2 Acquisita in bello inter regem Gallorum, & Imperatorem capitientium sunt.
- 3 Quando fundus est manu captus ab hostibus, nec spes recuperationis proxima subest, perinde habetur ac si res omnino esset perdita primo domino, & esset capientis, vnde ipsi primo domino canon emphyteoticus non debetur.
- 4 Quando conductor est passus damnum factu locatoris, locator tenetur ad remissionem.
- 5 Locator tenetur facere, quod conductor frui possit.
- 6 Conductor per separationem fructuum à solo acquirit sibi eorum dominium.
- 7 L. si pacienda. C. de pact. declar.

Duerius d. Ioannem Baptistam conductorem reddituum Montis magni à Camera Marchionali, obstat regula generalis, quod damnum contingens in fructibus iam recollectis est periculo conductoris, nec ei faciendum est remissio mercedis: secundum Barto. in l. si merces. ff. vis maior. locati. Bal. in l. licet. C. eod. tit. Sed tamen in casu nostro contrarium est dicendum, secundum ea, quae in facto praesupponuntur. Cum enim exercitus Gallorum tanquam hostis Marchionis, dictum oppidum cepisset, coegit conductorem ad euadendos fructus in Arcè, qui deinde ab ipsis Gallis consumpti sunt, vnde limitatur supra scripta conclusio, vt non procedat quando dominus ipse dictos fructus consumpsisset, non enim potest dominus habere, & fructus, & mercedem locationis, & videtur dominus ipse habuisse, quando habuerunt illi, qui successerunt in dominio. Cum enim illud esset bellum inter emptorem, & Regem Gallorum, acquisita hinc inde efficiuntur capientium. lege, j. in princip. ff. de acquiren. possess. vnde cum Galli tunc haberent manu capta dicta praedia, effecti erant domini, & res eis datae per vim bellicam debent parere liberationem soluenti, prout in simili dicitur in lege, transfugam, de acquiren. rer. domini. per Bartolum in extrauagan. qui sint rebell. verbo, rebellando, circa medium, & istud sentit Rapha. Com. & Alexander. in lege, interdum. ff. quod ex naufragio. ff. de acquiren. po. vbi quod fundus esset manu captus ab hostibus, nec spes recuperationis proxima subest, perinde habetur ac si res omnino esset perdita primo domino, & esset capientis: vnde ipsi primo domino canon emphyteoticus non deberetur, &c. ita etiam tenet ibi dominus Claudius. Idem tenuit Angel. in lege, j. Cod. de iure emphyt. quem ibi refert lason. verhu. vltimo loco. Cum ergo Galli tunc essent domini, dicti fructus tanquam à dominis consumpti, debent ipsi conductori in mercedem conductionis imputari. Confirmatur haec conclusio, quia videtur hoc damnum dictus conductor passus esse factu ipsius locatoris, cuius hostes tale damnum de derant, vnde tenetur locator ad remissionem, cui suo facto contigerit, quod doct. intelligunt, etiam si factum ipsius locatoris esset iniustum, & Galli iniuste belligerassent, secundum Bartolum & Paul. Castren. in lege, si merces. ff. si culpa. ff. locat. Barto. in l. cotem. ferro. ff. qui maximos. de publica. & in disputatione. incipien. publicanus quidam. Petr. de Anchara. consilio cccxv. viso instrumento, & quod consuluit Abbas in consilio cxxviii. in quaestio. quae ad praesens, & Corn. consilio xij. in iij. vbi dicit, quod tale factum habetur pro culpa, etiam quod culpa careat, & ita diffusè firmat Ripa in tractatu de peste. verhu. secunda restrictio.

Strictio. Soc. lxx. in. cum similibus, & est communis opinio à qua in iudicio non esset recedendum. Nec obstat distinctio Alex. in l. penult. ff. solut. matrimon. & in consil. clxxvij. in secundo. in si. quem refert, & sequitur Parisius consil. 100. in fin. in quarto. quia illa distinctio potest habere locum in casu dicti. l. penult. videlicet in marito, qui tenetur de dolo, & culpa. Sed in conductore semper factu locatoris etiam iustum, praestat ei exceptionem, cum tenetur locator facere, quod conductor frui possit. leg. si quis fundum. ff. Imperator. ff. loca. vt per Ripam loco supra allegat. cu concord. Praeterea praedicti doctores loquuntur, quoniam constat de iniustitia eorum, qui damnum deierunt. iuxta. l. si per imprudentia. in prin. ff. de eueit. l. exceptione. ff. de fideiussor. vbi Bartol. text. cum gloss. in l. si te bonis. C. de iure delib. In casu vero nostro non constabat, propter naturam belli, in quo vterque praetendit se fouere bonam causam, iuxta notat. per Abb. in ca. sicut. vltimo. extra. de iureiurad. nec Galli, qui tunc possidebant nolissent audire talem exceptionem. Denique praedicti doctores loquuntur, quando talis violentia potuisset per denuntiationem euitari, quia locator maiorem diligentiam ad custodiendum locator adhibuisset, si admonitus fuisset, quae omnia cessant in casu nostro, vbi erat legitimum bellum inter vtranque partem. Non omitto etiam, quod licet conductor per separationem fructuum à solo acquirat sibi eorum dominium, secundum l. si seruus communis. ff. de furt. & ideo si deinde pereant ad periculum ipsius pertinere, quia res perit periculo domini. l. damnum. C. de loc. pignoris. de pignor. actio. tamen hoc est verum, quando ipsi fructus liberè in dominio conductoris transfissent, sed si affecti aliqua obligatione, vt est text. l. Titius. ff. de pscript. verb. vbi Alber. Fulgosi. Pau. Castren. & lasin. l. si pacienda. vbi dixi. C. de pact. vnde quando dominus pactus esset quod conductor tenetur facere solum comedere ad calsinam, vidi pronuntiarum per illum textum, quod solum quomuis collectum non esset periculo conductoris, sed locatoris, ita in casu nostro, iste colligit quidem fructus patientibus Gallis, sed non liberè, quia imposuerunt ei necessitatem, vt deferret in arcem sub custodia ipsorum Gallorum, merito tali casu cessat supra scripta regula. Et mihi videtur dicendum saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XCIII. SVMMÆ

- 1 Diuisionem fratrum ex causa permutationem censeri.
- 2 Aestimatum fieri debet secundum quantitatem bonorum vniuscuiusque.
- 3 Pensiones annuae bonorum appellatione comprehenduntur, & pro immobilibus computantur.
- 4 Promissionis pensionis sine onere, & c. sensus.
- 5 Ius petendi oritur ex obligatione actiua.
- 6 Solutio est effectus passivae obligationis.

Isto puncto, de quo dubitatur breuiter respondendum duxi, tum quia casus nullam habet difficultatem, tum quia subtiliter & diffusè fuit per alios allegatum. Et pro resolutione praemittendum est, quod in hac inter fratres diuisione, in qua alteri certa maiora bona peruenierunt, alteri in adaequationem, pensio annua cccc. scutorum, & statorum xxv. viii. videtur esse contractus permutationis, quia simul videtur permutasse, dominus Io. Iaco. accipiendo bona, dominus Aeneas accipiendo pensionem. l. heredes. ff. penult. ff. famil. erciscund. l. si fratres. C. comun. vtri. iud. gl. in l. si familia. C. famil. erciscund. Quae pensio annua non praesupponit ius aliquod dominij in bonis super quibus praestatur, nec impedit quo minus Io. Iacobus censetur habere omne dominium, tamen vtile, quam directum, in dictis bonis, sed dominus Aeneas solum habet hypothecam, seu eius pignoris, pro consuetudine dictae annuae pensionis ad qua dominus Io. Iacobus & heredes sui, personali actione sunt obligati, vt declarat Bar. in l. fundus quem. ff. de annu. leg. Franc. Crem. sing. xlv. Et cum estimatum fiat Vercellis, secundum quantitatem

bonorum vniuscuiusque, propter etiam de iure fieri debet, vt per doct. in auth. Item nulla. & lasin. placet. C. de sacros. eccl. merito in portione domini Io. Iacobi debet deduci istud aes alienum, quod debetur domino Aeneae, quia tanto minus censetur habere in bonis. l. sub signatu. ff. bona. ff. de verb. sign. & augere portionem d. Aeneae creditoris, quia tamen annuae pensiones bonorum appellatione comprehenduntur, & pro immobilibus computantur. l. iubemus. C. de sacros. eccl. ff. nos ergo. verfi. ciuilia in auth. de non alien. Alex. in l. mouentium. ff. de verb. sign. & ita etiam asseritur in facto fuisse obseruatum, quantum sit respectu communis aestimi. Sed difficultate facit in praesenti casu, quia dom. Io. Iacob. promisit tradere soluere, & numerare aliam pensionem adiecta hac clausula, videlicet, *Omni onere exceptione, & casu quantumcumque in solutu, cessantibus, & reiectis, &c.* quibus verbis videtur prima fronte obligasse se, ad taleas respectu dictae pensionis, & voluisse tanquam emphyteotam obligari, qui ad taleas, seu collectas tenetur, sicut & conductor ad longum tempus, vt per Alex. consil. j. in 4. & quod no. Barto. in l. in codicillis. ff. in situ. de le. 2. Sed certe haec opinio caret omni colore iuris, & ratione naturali, quia si videamus verba pacti, excludunt omne onus, & exceptionem respectu solutionis, & ipsa solutio qualicunque ne retardetur aliqua ex dictis causis, & ideo si dñs Io. Iacobus velle retinere solutionem, quia fuisset impositum aliquo onus dictis bonis, puta decima fructuum, vel tributum quod bonis ipsis imponitur, oppositio haberet aliquem colorem, sed cum ipse velit soluere integram pensionem, non habet vterius curare de oneribus impositis dom. Aeneae, quae onera imponuntur personae ipsius, licet respectu bonorum, prout sunt collectae & taleae, vt declarat Bar. in l. rescripto. ff. si. ff. demun. & hono. ad illam igitur clausulam respondeo pluribus modis. Primò, quod inspicienda sunt verba, an respiciant actum solutionis, an onus quod post actum imponeretur, vt in simili dicit Bar. in l. in diem. ff. de acceptil. sed in casu nostro actum solutionis, quia nolunt debere eam fieri reiecto omni onere, & dominus Io. Iac. eam paratus est facere, & solutioni suae nullum est onus, vnde ad collectam pro eo non tenetur, quae imponitur bonis ipsius domini Aeneae, & sic quae sit omni anno dominus talis pecuniae, quae pecunia non est in eius bonis, nisi postquam iam est soluta. l. traditionibus. C. de pact. Secundo illa verba, omni onere, intelliguntur de onere solutionem concernente, vt quia allegaret aliquam partem fructuum sibi iure decimae, vel tributum sublatam, verum istud onus collectarum, vel talearum, non est impositum solutioni, sed potius personae domini Aeneae, quia est munus personale, licet inductum habita contemplatione omnium facultatum ipsius, sed pactum non loquitur de onere d. Aeneae, quod d. Io. Iacob. eam releuet. Tertio, id onus collectae ad d. Aeneam pertinet, quia in eius bonis est annua pensio, & sic ius petendi illam pecuniam, & do Io. Iac. promittit soluere reiecto omni onere, quod concernat solutionem, quam ipse facturus est, non autem quod concernat ius petendi, quod in do. Aenea residet, & non est dubium magnam differentiam esse inter ipsam solutionem, & ius petendi, ius enim petendi oritur ex obligatione actiua, solutio est effectus obligationis passivae. Quarto, cum dominus Aeneas ipse habet dictam pensionem, non tenetur eius frater eum releuare à suis oneribus, & quamuis tale pactum per quod quis promittere aliam releuare valeret, l. epistola. ff. pactu de pact. tamen intelligitur, si clare actum est, alias in dubio sit interpretatio, secundum ius commune, quia praesumitur actum, vt vniuscuiusque sua onera, non alterius subeat. & qui vult oppositum dicere fortioribus, & magis claris probationibus aggrauatur, vt dicit gl. in l. si. in prin. ff. quod met. causat. in casu nostro non potest dici clare actum, quod do. Io. Iacobus tenetur, imò potius clare actum est oppositum, vt ostendi.

CONSIL. XCV. SVMMAE.

- 1 In materia donationis, quae late debet intelligi, appellatio filiorum veniunt feminae.
- 2 In contractibus masculinum non concipit femininum regulariter.
- 3 In materia transmissibili appellatio filiorum comprehendit tam masculinos quam femininas, etiam in contractibus, et quare.
- 4 Dicitio filijs communis.
- 5 In quacunque materia etiam stricta, et odiosa, verbaliter intelliguntur, dummodo proprietatis hoc patiatur.
- 6 In contractibus verba interpretantur contra illum, qui ea profert.
- 7 Semper standum est communibus doctrinis, nisi limitationes clare probentur.
- 8 Contractus donationis est stricti iuris.
- 9 In contractibus stricti iuris non habet locum extensio.
- 10 Verba sine filijs de legitimo matrimonio, et c. proprie accipi.
- 11 Communis usus loquendi attenditur.

Difficultatem non modicam praesens casus habet, & videre quod filia Io. Petri succederet, in bonis donatis, quia rescissio donationis solum habet locum. Casu quo Io. Petrus decessit sine filijs, vt apparet ex pacto conuenuto inter partes, vnde cum decesserit relicta filia, satis dicitur non euenisse contradictione illam, & id tribus rationibus. Prima, quia cum scimus in materia donationis, quae late debet intelligi, cum dilecti, de do. appellatio filiorum veniunt feminae, vt concludit Dec. in l. feminae. ff. de reg. iur. vbi ita limitat regulam, quod in contractibus masculinum non concipit femininum, de qua per Guliel. in l. veteribus. ff. de pact. & pro hac opi. allegat Angel. consilio. cxliij. super primo. in fin. Card. consil. lxxiiij. & not. per se in consil. xxxij. Secunda, quia donatio fuit facta Io. Petro, pro se & eius filijs, & heredibus, & quibus dederit, vnde apparet, quod res de qua agebatur erat transmissibilis ad haeredes, sed nos habemus, quod in simili materia appellatio filiorum, comprehendit tam masculinos, quam femininas, etiam in contractibus: quia censetur eorum mentio facta non habito respectu ad sexum, sed ad spem successione. l. eum qui ita. ff. j. ibi lac. de Aret. ff. de verb. oblig. Dyn. & Alb. de Ros. in l. j. ff. de verb. sign. Tertia, quia dato, quod in contractibus masculinum non concipiat femininum istud debet intelligi, in voce masculina tantum, non communi, prout in casu nostro, in quo dicitur, si decesserit sine filijs, istud enim ablatiuum filijs est commune, quia secundum grammaticos filia in ablatiuo facit non solum filiabus, sed etiam filijs, vt dicit Priscianus lib. vij. vbi allegat Plautum, & Nauium, quorum auctoritati standum videtur, iuxta no. in l. j. ff. cert. pe. cum ergo sit dicitio communis comprehendit etiam pro se loquendo feminam l. inter stuprum. ff. si. non cauillando tex. ff. de verb. sign. & in quacunque materia etiam stricta, & odiosa verba largè intelliguntur, dummodo proprietatis hoc patiatur. l. cum lege. vbi Aret. ff. de test. Sed tamen istis non obstantibus, puto in casu nostro contrarium, & censo standum esse communi doctrinae doct. quae habet, quod in contractibus masculinum non concipiat femininum, quia verba interpretantur contra illum, qui ea profert. d. l. veteribus cum in finibus concordatibus per Dec. in d. l. feminae. & semper standum est communibus doctrinis, nisi limitationes clare probentur, vt habetur in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. Non obstant igitur ea, quae in contrarium adducuntur, & ad primum respondeo, q. licet contractus donationis sit fauorabilis, & late intelligatur, istud procedit quatenus proprietatis verborum in fert, vnde etiam hodie talis contractus test. stricti iuris. ff. actio. in fin. de act. & ided non sit interpretati o extra proprietatem, & sic extensiuè, quia in istis contractibus non habet locum extensio, istud autem quod masculinum concipiat femininum est per extensionem. l. in adoptiuis. vers. quae in filio. C. de adopt. l. pe. in fi. de praepos. sacri cub. lib. 1. 2.

A Nec auctoritates allegatae per Dec. loquuntur in casu nostro, si videantur, vnde non est faciendum fundamentum super eis, vel & secundo respondeo vt infra dicam. Non obstat secundum, quia cum donatio fiat pro se & filijs, &c. satis faceret illa verba comprehendere etiam femininas ex se, nisi subesset pactum, per quod limitatur & restringitur praedicta dispositio, videlicet, Quod si contingeret diu. Ioan. Petrus decesseret sine filijs de legitimo matrimonio, quod eo casu donatio rescindatur. eerte ista verba cum sint posita in conditione voluntaria, debent proprie & strictè intelligi. l. Gallus. ff. & quid si tantum. vbi Bar. ff. de lib. & posth. & ideo soli filios masculinos comprehendunt, nec in hac ratione potest dici esse factam mentionem filiorum tam haeredum, prout in casu Dyn. & Alb. q. apparet, quia requiritur etiam quod sint nati ex legitimo matrimonio, quae qualitas non consideratur, quando habetur respectus ad haeredes, nam & extranei, & illegitimi tunc admittuntur, & sic tollitur etiam alio modo argumentum, nam hic non disputamus de interpretatione istius verbi, positi in donatione, quia tunc satis posset dici fieri latam interpretationem, sed disputamus de interpretatione verbi positi conditionaliter in reservatione, quo casu sit stricta interpretatio, per supradicta. Non obstat vltimum, quia illud ablatiuum filijs, est masculini generis tantum, ex communi vsu, non autem femini, vt est casus in l. Herennius. ff. de verb. sign. nec sermo veterum, Plauti videlicet, & Nauij, debet in hoc esse in consideratione. arg. l. i. vers. post hoc quoq; Tubero. ff. de orig. iur. & possent hic multa de communi vsu dici, quae prudens omitto

CONSIL. XCVI. SVMMAE.

- 1 Solutio non fit nisi perfectio contractus, vnde res definit esse in tegea.
- 2 Venditio est contractus, qui solo consensu et tacito contrahitur.
- 3 Appellatione contractus plerunq; intelligitur de instrumento.
- 4 Si sit conuentum de pretio & arhae sint datae, tales arhae sunt argumentum contractus venditionis.
- 5 Ad hoc quod Chirographum probet est necessarium, quod saltem per duos testes sit verificatum.
- 6 Secundum emptor, cui prius sit tradita possessio rei venditae, praefertur primo emptori.
- 7 Per solam alienationem in consilio domino, vasallus non cadit.
- 8 Recognitio nihil transfert, nec quoad dominium, nec quoad possessionem.
- 9 Aliud est promissio de vendendo, aliud venditio.
- 10 Contractus proprie loquendo distat ab instrumento.
- 11 Verba sunt accipienda proprie.
- 12 Datio arharum potest fieri etiam pro pacto de vendendo, ex quo arhae intercedunt cuilibet contractui.
- 13 Arhae accedunt sponsalibus, et tamen non important matrimonium, sed solam promissionem de contrahendo.
- 14 De natura arharum est vt valeant in vim arhae, & quod secundo contractui vertantur in partem solutionis.

In proposito bene agendo, videretur prima fronte dicendum dictam dominam debere obtinere ista ratione, nam videtur quod per scedulam exhibitam plenè probetur contractus venditionis, ex quo ipse Franciscus accepit certam pecuniam pro arha, & pretio, seu solutione, certè solutio non fit nisi perfectio contractus, vnde res definit esse in tegea. l. si. vbi Bal. C. qn licet ab emp. Bart. in l. ab emptione. ff. de pact. Nec huic rationi repugnant illa verba, Quibus Franciscus promissit facere contractum venditionis, quia venditio est contractus, qui solo consensu etiam tacito contrahitur. l. si stipuler. ff. si. ff. de verborum obligationibus. vnde stat simul quod tacite iam contracta esset venditio, & quia illa verba intelligantur, non de ipso contractu, & sic de consensu, sed de instrumento contractus, quia etiam appellatione contractus plerunq; intelligitur de instrumento, vt per Bal. & Floria. in l. seruum filij. ff. eum qui chirographum. ff. de leg. primo. & istud est praesertim in vulgari sermone, attento vsu loquendi, & faciunt no. per Mod. in rubr. extra, de fide instrum. Quod autem tacite videantur ante contraxisse probatur per tex. in fin. de empt. &

A de empt. & ved. in princ. vbi dicit text. q. si sit conuentum de pretio, & arhae sint datae, tales arhae sunt argumenta contractus venditionis, & sic est ibi text. q. in tali casu praesumitur perfectus contractus, & ibi, hoc firmat Ang. de Aret. dum dicit, datio arharum operatur probationem perfectionis contractus, & istud etiam importat aliud verbum, dicitur illam pecuniam datam pro arha & pagamento, quo casu censetur dimidia pars data pro arha, & dimidia pro solutione, vt dicit Salic. in l. contractus. in fin. C. de fide instrum. certè solutio respicit perfectionem contractus, vt not. in fin. d. princ. & ff. pretium. Sed tamè his non obstantibus, sentio pronuntiadum esse pro domino Panitia, qui habet dicta bona titulo partium emptionis, partim permutationis, & qui possidet, vt apparet ex clausula constituti. l. quod meo. ff. de acq. poss. & profista opin. primò est aduertendum, quia illud chirographum, de pacto venditionis facta dicitur dominè non est bene probatum, nec verificatum iniudicio, vnde de eo non potest fieri fundamentum. c. inter dilectos. in fin. de fid. inst. cum similibus, nã ad hoc quod dictum chirographum probaret, fuisset necessarium, quod saltem per duos testes fuisset verificatum, nec statur dicto ipsius domini Francisci illud recognoscentis, ex quo aliis posset colludere, & constituere ipsam dominam anteriore, vt est tex. in l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab. & per Paul. Castr. consil. 134. in l. volu. secundum nouissimam impressionem. Secundo est aduertendum, quia etiam dato, quod illud pactum importaret venditionem, tamen adhuc do. Panicia debet obtinere, nã secundum emptor cui prius sit tradita possessio rei venditae, praefertur primo emptori, vt est tex. in l. quod res. C. de rei vend. quae lex habet locum, etiam in feudaliibus, vt declarant ibi Mod. & licet aliqui dubitauerint in isto casu, quando ipse dominus feudi inuestituram fecit duobus, tamen in vasallo vendente non est aliqua controuersia, & satis est, quod dominus deinde ex post facto recognoscat, nec per solam alienationem in consilio domino vasallus cadit, vt est generalis consuetudo in Francia, vt dicit Io. Fab. in fin. de empr. in princ. & quotidie ita obseruatur etiam in emphyteosi. vt ibi per eum. Nec obstat q. dicta domina prius habuerit recognitionem ad domino feudi, quia talis recognitionis nihil transfert, nec quod ad possessionem, nisi quatenus fuerat actum vt transferatur per venditorem, sed venditor nunquam tradidit illi possessionem, vt asseritur in facto. Nec etiã ipsa potuit apprehendere possessionem propria auctoritate. l. extrat. ff. quod met. caus. per Bald. in c. 1. per illud text. quod sit inuestitura in vñ feud. & per doct. in d. l. quod res. Tertio est aduertendum, quia videtur verior opinio, quod illud chirographum non inducat, nisi pactum personale, & simplicem promissionem de vendendo, prout expresse cantant verba, promitto facere contractum venditionis, &c. & aliud est promissio de vendendo, aliud venditio, vt per gl. & doct. in l. bonae fidei. ff. de eo quod cert. loc. & talis cui sit pactum, habet simplicem actionem ad interesse contra promittentem, non autem post agere contra alium emptorè. d. l. quod res. l. stipulationes non diuiduntur. vers. Celsus. ff. de verb. obli. Nec obstant allegata in contrarium, & primò dū dixi illa verba, Contractum venditionis &c. posse intelligi de instrumento, quia respondeo, quod imò proprio loquendo contractus distat ab instrumento, vt declarat Bar. in l. si quis legatum. ff. ad leg. Corn. de Fal. & in l. i. ff. & parui. ff. quod vi aut clam. Bart. in l. si. C. de fals. caus. adie. leg. & doctores in d. ff. eum qui chirographum per Alex. consil. 122. in 2. vol. & isto modo verba sunt accipienda proprie. l. non aliter. ff. de leg. 1. Nec obstat, quod datio arharum arguit perfectionem venditionis, quia imò possunt dari arhae etiam pro pacto de vendendo, ex quo arhae intercedunt cuilibet contractui, vt declarat Bald. in d. l. fina. C. quando licet ab empt. dif. & in proposito facit quia arhae accedunt sponsalibus. l. 2. C. de spons. & tamen non important matrimonium, sed solam promissionem de contrahendo, & in proposito nostra ad

istum casum ita arguit Soc. in l. si ante nuptias. ff. sol. matr. Nec obstat, quod arhae sint etiam datae pro solutione, quia cum contractus non esset perfectus, vt supra ostendit, illa solutio habet in se tacitam conditionem, vt videlicet arhae valeant in vim solutionis, si contractus sequeretur, & istud est proprie de natura arharum, vt principio valeant in vim arhae & sequuto contractus vertatur in partem solutionis, vt probatur in l. fin. in verb. reliqua pecuniae. ff. de leg. cōmiss. Et ita mihi videt, &c.

CONSIL. XCVII. SVMMAE.

- 1 Transactio facta ratificatio in testamento facta, non videtur posse dici, neque legatum neque testamentum, & quare.
- 2 Transactio licet sit facta in testamento, seruat tamen nomen & naturam contractus, non autem testamenti.
- 3 Annullato testamento non censetur annullatus contractus in testamento factus.
- 4 Limitata causa, limitatum parit effectum.
- 5 Vbi post dispositionem generalem subiiciuntur aliqua verba, limitatè prolata, dispositio regulatur secundum terminos limitationis.
- 6 Clausula non obstat, declarat etiam per modum restrictionis clausulas praecedentes, nec talis clausula non auget.

Duae sunt rationes quae vrgēt in fauorem donatariorum, & tollunt obiecta contraria. Prima ratio est quia reservatio ducatorum tū millium in donatione facta est, quod de eis do. Achillea possit testari, & legare, alias censentur comprehensa in donatione, sed in casu nostro non videtur, quod d. Achillea sit testator de illa pecunia, vel legauerit, nam transactio facta ratificatio in testamento facta, non videtur posse dici neque legatum, neque testamentum patet, quia non competit definitio legati, vel testamenti huic ratificationi, quia hic tractatur de actu cuius efficacia in vita testatoris oritur. Et dato q. talis transactio esset facta in testamento, tamè adhuc seruat nomē, & naturam contractus, non autem testamenti. l. si. de reb. eorum. vbi Bald. dicit, quod si annullato testamento, non censetur annullatus contractus in testamento factus, conclusio ergo illa verba Quod possit testari, & legare, non verificari in hoc contractu ratificatione. l. verba contraxerunt. ff. de verb. signifi. Et ex hac ratione tollitur obiectum de doctrina Bart. in l. si ita scripsero ff. de condit. & demon. quia loquitur Bart. quando testator ordinat se referendo ad scripturam, quo casu relatu est in referente. l. asse. ff. de hered. instir. sed nos loquimur, quando testator ratificat contractum in testamento, quae ratificatio non alterat naturam ratificati, imò confirmat, vt per Bar. in l. more. ff. de iur. om. iud. vnde sicut principio contractus, ita etiã remanet contractus, in quo vti dixi non verificatur reservatio, de qua in instrumento donationis, & quod verba non verificentur etiam sentit Bartol. in l. si quando. ff. de leg. j. si bene consideretur. Secunda ratio est quia in dicto testamento non confirmatur absolute dicta transactio sed simpliciter dicitur, Quod omnia vult rata, valida, firma habere, non obstante aliqua exceptione lris pendente. ex quibus verbis non videtur argui mēs testatoris, volētis generaliter approbare: sed tantummodo tollere exceptionem lris pendente: quia limitata causa limitatum parit effectum l. age. C. de transact. & quia vbi post dispositionem generalem subiiciuntur aliqua verba limitatè prolata, dispositio regulatur secundum terminos limitationis. l. si habitatio. ff. j. vbi Bal. ff. de vsu & habit. sequitur Angel. de Aret. in. ff. in. instir. de vsu & habit. facit quod not. Bal. in l. eam quam. C. de fidei commissis. Vbi vult, quod clausula non obstat, declarat etiã per modum restrictionis, clausulas praecedentes, licet talis clausula non augeat, secundum eum per tex. in clem. ei qui depræbent. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XCVIII. SVMMAE.

- 1 Absenti non potest queri ipsa iure per notarium.
- 2 Ex stipulatione Notarij, non acquiritur absenti ante ratificationem.

- 3 Secura ratificatione perinde habetur ac si à principio ius quaesitum esset.
- 4 Deus non acceptat iuramentum pro absente, nisi quatenus ipse absens, deinde acceptet.
- 5 Patres possunt remittere iuramentum.
- 6 Iuramentum habet tacitam conditionem si pars acceptauerit.
- 7 Potest quis ratum habere, quod nomine suo gestum est.
- 8 Si Pater stipuletur feudum pro se, & post mortem suam pro filiis suis, non potest mutatione voluntatis facere deteriori conditionem filiorum.

Difficultas praesentis controuersiae in eo vertitur, an per primam inuestituram quaesitum fuerit ius Dominico, si enim quaesitum fuit, non potuit deinde per secundam auferri? Et videretur quod non, cum enim Dominicus esset et abfens, non potuit ei queri ipso iure per notarium. l. 4. ff. de pupil. sal. imò secundum vereres opus est cessione, & quamuis consuetudo hodie non requirat cessionem, secundum communem opinionem, non tamen est credendum quod ex stipulatione notarij acquiri absenti ante ratificationem, & licet alij doctores dicant acquiri ipso iure, ut Bald. in l. j. in fin. de iis, qui sunt sui vel alieni. loquitur e respectu, quod non sine necessaria cessione, non autem quod ante ratificationem acquiratur. l. in omnibus rebus. ff. de acq. rer. do. verb. volentibus l. communis seruus. in fin. ff. de acq. poss. l. si ego. de negot. gest. Bart. l. frater. de condit. in deb. sequitur verò ratificatione, perinde habetur ac si à principio ius quaesitum esset, & ita intelligendus est Baldus in l. per diuersas quaest. xiv. C. mād. Dec. cons. cccxxxix. de vij. Corn. l. in prima. Socin. lxxxv. in iij. ante verò ratificationem magis communis opinio est, non acquiri ipso iure absenti per notarium, ut alijs ostendi in rep. ca. cū contingat. de iure iur. in decimo casu, versic. secundo ex praedictis num. cx circa fin. quas allegationes meas repetio impressas in cōsilio Ioan. Anto. Rubei, cons. cxv. Et hinc est, quod si Dominicus esset mortuus ante ratificationem, tale ius, non transmitteretur in heredes, secundum Paulum Cast. cons. clxxxv. vi. in iij. Dec. l. contractus. de regul. iur. & cons. cccxv. magister Ioannes, quod videtur procedere etiam si iuramentum accesserit, ut sentit Aret. cons. lxxxiii. quia si Deus non acceptat tale iuramentum pro absente, nisi quatenus ipse absens deinde acceptat. l. certū. ff. si quis absente. ff. de confes. alioquin non possent partes remittere iuramentum tāquā Deo praestitum, quod tamen est falsum. c. ij. de sponsalibus. habet ergo iuramentum illud tacitam conditionem, si pars acceptauerit. l. si. C. de non nu. pecu. Sed difficultas in casu nostro facit, quia Dominicus viuit, & ratam habet illam acquisitionem sibi per notariū factam, vnde verior videtur opinio, quod non valeat, secundum inuestituram in praedictum primam, ex quo potest iste ratam habere primam, arg. l. cum maritus. ff. de pact. dot. ut voluit Bal. in l. cum à focero. C. de iur. dot. & omnes Mod. in l. qui Romae. ff. Flauius. ff. de verb. oblig. potest enim quis ratam habere, quod nomine suo gestum est. l. si cum venditor. ff. de iud. & l. iij. ff. iud. sol. vbi Albe. de Ros. in casu fortiori loquitur, trahiturque retro ralis ratificatio, ac si ante reuocationem sit facta. l. si ego. de neg. gest. vbi Ang. & per Dec. consil. viij. Et probatur haec conclusio in l. quoties. C. de dou. quae sub modo in glo. fin. vbi lex ait, quod si secundus donatarius prius decepsisset, quā dies venisset, ius illud in haereditate transmitteret, vnde apparet ab ipso usque principio quaesitum illi ius fuisse, quod deinde adimi non possit. Primas enim donatarius nomine secundi acceptauerat. l. si sine. ff. si procuratori. ff. rat. ha. vnde multo fortius si notarius tāquam publica persona acceptauerit. & doct. Bar. in d. ff. Flauij. intelligitur quādo nemo acceptauerat nomine ecclesiae, vt ibi declarauit, facit in simili, quod si pater stipuletur feudum, pro se, & post mortem suam pro filiis suis, non potest mutatione voluntatis facere deteriori conditionem filiorum. c. i. de succ. feud. Bar. sint iurisdictioni ff. si liberi. versic. secundū dubium. de op. lib. quibus sta-

tim ex stipulatione patris ius quaesitum fuit, ut est magis communis opinio, secundum Alexand. consilio ciiij. & seq. in iij. lason. in l. apud Iulianū. ff. si quis alicui. in iij. notab. de leg. j. & dixi in d. ff. Flauius.

CONSIL. XCIX. SVMMAE.

- 1 Donatione, hoc adiecto vt alijdet duabus ex causis, posse reuocari
 - 2 Dare tertio est facere.
 - 3 In contractu innominato do vt facias, est licita penitentia.
 - 4 Quando alicuius non interest, eius consensus non requiritur.
 - 5 Interesse extrinsecum, & remotum, non est in consideratione.
- D**onus iste clarissimus in fauorem Homodeorū, & idem frustratorij est, nōdum in scripto quaerere. Non obstat primum fundamentum, quia siue teneamus, quod ratio, cur possit reuocari ista donatio sit, quia ius non est quaesitum ipse lapicidis, vt aliqui dicunt in l. qui Romae. ff. Flauius. siue quia habita relatione contractus ad pactum resultet contractus innominatus, nam si do tibi cum hoc, quod deinde des tertio, est contractus innominatus, do vt facias, quia dare tertio est facere. l. liber homo. ff. fin. ff. de verbor. obligat. & in tali contractu licita est penitentia. l. naturalis. ff. quod si do. ff. de praes. verb. vtraque istarum rationū, infert, quod penitens possit disponere ad suum libitū. & reuocare illud mādātū de dando tertio, vt dicitur in d. l. naturalis. ff. pen. & istud est, quod voluit Alexand. in d. ff. Flauius. Ad secundum & tertium dicitur, quod non interest donatarij: & ideo eius consensus non requiritur, iuxta dispositionem l. iij. ff. de seru. expor. Nec obstat, quod facilius & viliori pretio deputari reperitur lapicidas, &c. quia tale interesse non est considerabile, quia contra intentionem contrahentium, qui volebat illud deberi in vim meræ liberalitatis, non autē vt diminueret de mercede. Itē tale interesse est extrinsecum, & remotū, vnde non est in consideratione. l. si sterilis. ff. cū per venditorem ff. de act. empt. Ad quartum cum Bar. in d. ff. Flauius, loquatur praesens in ecclesia, & exemplum Bart. sitibi communiter approbatum, non videtur probabile dubium: quia ad text. in d. l. si ego. ff. j. respondent omnes, quod loquitur respectu haereditis, & in hoc est specialitas in dote respectu autem principalis, magis communis opinio est quod licita sit penitentia, saltem concurrentibus duobus. Et quod ius adhuc non sit quaesitum tertio, & quod ex relatione pacto resultet contractus innominatus. & l. in potestate. ff. de sponsa. non loquitur in his casibus, & hanc partem tanquam veriolem, & magis communem, tenet Iason. in dicto ff. Flauius. in iij. limita. & in l. iij. ff. de cond. ob. caus. cum concord.

CONSIL. C. SVMMAE.

- 1 Promissio concepta in tempus matrimonij, non valet.
- 2 Promissio dotis facta per maritum, concepta cum extraneo stipulanti alteri, est nulla.
- 3 L. Caius, sol. matrim. intell.
- 4 L. j. accedit. C. de rei vxor. act. declar.
- 5 Iuramentum conualidat donationem inter virum, & vxorem.
- 6 Iuramenta duo in casu necessaria.

In quo verba promissionis concepta sunt in casu matrimonij, videtur esse donatio inter virū & vxorem, per reg. l. in tempus. ff. de haer. inst. quae est reprobata. l. j. de don. inter vir. Itē fuit promissio dotis facta per maritum, concepta cum extraneo stipulanti alteri: ergo nulla. ff. alteri. instit. de inutil. stipu. Nec obstat fauore dotis acquiri mulieri. ff. l. Caius. ff. solut. matrim. quia istud propter fauorem liberalitatis. l. quoties. C. de donat. quae sub modo, & istud non habet locum in viro promittente: quia habet causam onerosam. Bald. no. in xxij. prius. Item istud procederet, quando verba obligatoria essent concepta in persona mulieris, quod non est in casu nostro: quia etiam verba obligatoria, respiciunt absentem, vnde cessat leg. Caius. secundum Baldm. non. in priuileg. xxiiij. Nec obstat, quod ipse dicit oriri actionem ex stipulatione

lacione ficta, per l. vnicam. ff. accedit. C. de rei vxor. act. quia si illa lex procedit, quando verè numerata est, pecunia ab aliquo extraneo: quia videtur donare, & sic circumscripto iuramento, non valet ista promissio. Non obstat iuramentū: quia licet communis opinio sit, quod conualider donationem inter virum, & vxorē: item quod valet stipulatio facta alteri, non videtur istud vltimū procedere in casu nostro: quia stipulatio facta alteri, confirmatur iuramento, quia ex ea oritur ex se obligatio naturalis, quae vestitur cohaerentia iuramenti, vt dicit Ias. in ff. alteri in l. stipulatio ista habere in iij. limitatione. Sed in casu nostro non est orta obligatio naturalis vxori, ex quo verba tam obligatiua, quam executiua sit collata in personam tertij, vt tenet Angel. & Ias. in d. l. stipulatio. ff. si stipu. in glo. magna ad fin. Praeterea ista obligatio est nulla: tum quia est donatio inter virum & vxorem. tum quia facta absenti, & iuramentum satis est, quod conualidet vnū, alijs requirebantur duo iuramenta, vt dicit Dec. in l. fin. C. de pact. vbi in minore renuntians secundum formā. c. quamuis. de pact. lib. vj. dicit requiri iuramenta, primū propter auth. sacramenta puberum, aliud propter d. c. quamuis. idem videtur in casu nostro.

CONSIL. CI. SVMMAE.

- 1 Verba ea conditione fieri in contractibus modum inferre.
- 2 Pacta & clausulae postae in contractibus, intelliguntur in dubio esse modales, non autem conditionales.
- 3 Constitutum salua venditione durare.
- 4 Clausula constituti, non perdit vim suam, nisi quando venditio deficit in substantia principali, puta quia pretium non numeratum, nec de eo sit habita fides.

Dubitandum non videtur, quin contractus de quo agitur sit purus, non autem conditionalis, & consequenter etiam constitutum purum, per ea quae subtiliter sunt allegata: & quia in contractibus etiam si dictum sit, ea conditione fieri, tamen intelligitur, non de conditione, sed modo. l. quoniam. vbi Bal. C. de rerum permut. l. ea conditione. C. de rescin. 2. vendi. & quia pacta & clausulae postae in contractibus, intelliguntur in dubio esse modales, non autem conditionales, & ideo contractus habetur pro absoluto, & agitur ad interesse, non autem ad rescissionem. l. cum res. C. de don. per Bart. in l. cum mota. C. de transact. & hoc maxime est dicendum in casu nostro, in quo substantia contractus venditionis pura & simpliciter interuenit, pacta vero quae allegantur conditionem habere concernunt penam, vel quid accidens, & separatim à substantia contractus: vnde nullo modo est dicendum, substantiam ipsam effici conditionalem, l. haec venditio. ff. fin. ff. de contrah. empt. l. si emptio. in prin. eod. tit. declarat Bal. & Salic. l. fin. iij. opp. C. de contrah. emp. pt. Et minus est dicendum, constitutum ad ea accessoria referri, cum manifeste respiciat substantiam contractus, quae pura est. l. praedictis. in prin. de leg. iij. & quod notat Baldus in rub. C. de de contrah. emp. quae st. xvj. vbi clausula constituti non perdit vim suam, nisi quando venditio deficit in substantia principali, puta, quia pretium non numeratum, nec de eo sit habita fides. Et ita mihi videtur: saluo semper sanioris iudicio.

CONS. CII. SVMMAE.

- 1 Venditor, qui accepto pretio rem venditam postea non tradit, conuenitur actione ex vendito ad rem tradendam, vel interesse soluendum.
- 2 Per venditionem nullum dominium transfertur secuta traditione.
- 3 Pro instrumeto praesumitur.
- 4 Qui non obseruat quod promisit, dicitur esse in mala fide.
- 5 Qui sunt in mala fide, hodie nullo tempore praescribunt.
- 6 Mala fides venditorum non solum impedit praescriptionem in personam eorum, sed etiam quorumcumque successorum suorum.
- 7 Mora duplex regularis, & irregularis.

Consil. Andr. Alciati.

Misis ad partes allegationibus, solum de decisione loquendo breuiter attingam ea, vnde clara resolutio iuris haberi possit. Circa primū sciendum est, quod si venditor qui accepto pretio rem venditam, postea non tradit, conuenitur actione ex vendito ad rem tradendam, vel interesse soluendum lege, prima in princ. ff. de act. empt. quae actio est in personam. ff. rei persequende. instit. de in act. rem enim agi, non potest quia per venditionem nullum dominium transfertur nisi sequuta traditione. lege, traditionibus. C. de pact. & q. habetur in l. quoties. C. de rei vendic. de est enim illud quod substantiale est in rei vendicatione, videlicet dominij ex parte agētes. l. in re ff. de rei vendic. Ex quo sequitur clara conclusio iuris, quod venditores tenentur actione personali erga istos eptores de quibus agit, & eorum intentio fundata est ex lectura ipsius instrumenti, pro quo praesumitur. l. cū precib. C. de p. bar. Nec obstat allegata praescriptio, quae dicitur, quod cum isti venditores vendiderunt non tradendo rem venditam, iuxta conuenta, dicitur esse in mala fide, quia non obseruant quod promiserunt lege, dolata est. ff. mād. & ideo nullo tempore hodie praescribunt. c. possessor. de reg. iur. in vj. ca. fin. extra. de praescript. quae iura habent locum, non solum quando agitur de praescriptione rerū immobilium, sed etiam quando agitur de praescriptione iuris personalis, & sic praescriptione actionis in personam, secundum Imo. Abb. Felin. & alios in d. c. fin. & licet Bar. in l. sequitur. ff. si viam. ff. de vsuca. fuerit in contraria opinione: tamen communis & canonizata omnium scribentium sententia, est in contrarium, vt late ostendit Felin. in dict. ca. fin. & Alexan. cons. xxxiiij. in iij. volum. & lxxij. in iij. volum. cxxj. eodem lib. & Soc. consil. xl. cum multis similibus, quae frustratorium esset in presentia referre. Et mala fides ipsorum venditorum non solum impedit praescriptionem in personam eorum, sed etiam quod rucant; successorū suorū. l. haeres. ff. de diuers. & temp. script. l. neque fructuarius. ibi Pau. Cast. C. de vsu fruct. p. Ias. post alios in l. Pomponius. ff. cum quis adminiculo, ff. de acq. poss. imò vocet etiam singularem successore vt ibi habetur, & per eundem Ias. in l. si sic legatum. ff. si mihi. de leg. j. Et hoc maxime seruandum est in casu nostro, in quo ultra malam fidem dictorum venditorum, concurrunt etiam duplex mora, regularis facta per interpellationem extra iudiciū, iuxta l. quod te. ff. si certū per. cū ibi not. & l. mora. ff. de vsu irregularis verò quae contrahitur ipso iure fauore minorum in minorā. C. ex quib. caus. in integr. restitut. ex quo praesumitur istos eptores fuisse minores. Itē etiā alia irregularis, quae oritur in hoc contractu quādo eptor ex parte sua re ipsa adimpleuit. l. curabit. C. de act. empt. l. Iulianus. ff. ex vendito. ff. eod. tit.

CONS. CIII. SVMMAE.

- 1 Societas est contractus.
 - 2 Contractus sunt facti, & non praesumuntur, nisi probentur.
 - 3 Societas non praesumitur, nisi quatenus signa, & coniecturae necessariae inferuntur.
 - 4 Donata legata hereditatem in societate facile non veniunt.
 - 5 In fratribus propter coniunctionem sanguinis, praesumit societatem omnium bonorum.
- S**ocietas sit contractus, & contractus sunt facti. l. cōsi. de cur. fur. facta ipsa non praesumuntur, nisi quatenus probantur. l. in bello. ff. facti. ff. de cap. sequitur quod non praesumatur societas, nisi quatenus signa, & coniecturae necessariā inferunt, vt dicit Bar. in l. Titij. ff. aliter. ff. de admin. tut. Et ideo in casu nostro, cum non constet vnquam istos fratres communicasse aut donata, aut legata non possumus dicere, quod talium inducta sit societas: sed solum lucri, & quaestus, quae apparet fuisse communicata. Et ideo tex. in l. j. ff. j. ff. pro socio. dicit, nunquam huiusmodi censeri in societatem deducta, nisi appareat id specialiter actum fuisse. Et idem sentit Iurifconsultus in l. nec adiect. ff. pro socio. vnde etiam gl. in d. l. iij. tenet per l. si fratres. ff. socium vniuersa. ff. pro soc. quod donatio, vel legatum, aut hereditas nunquam censentur venire in societatem, nisi expressim actum sit sequitur Bald. in auth. ex testa. ij. quae

C. de collat. Abb. conf. lxxv. a ttingam. in j. Alexan. d. cōf. xlvij. in. xxv. in. iij. Dec. conf. xxj. in. iij. q. Et licet alibi dixerim, in fratribus propter coniunctionem sanguinis, præsumi societatem omnium bonorum, ita declarando Bartol. in f. altero. vt in prima regula præsumpt. verfi. xxv. tamen esto, quod hoc sit verum, vt veniat donatio, vel legatum non sufficit societatem omnium bonorum esse præsumptam, sed oportet esse expressam, secundum supra dictos doctores, cum concor. in d. verfi. xxv. & eleganter simul, & copiose est deductum per dominum Martinum Pergulam doct. clarissimum, in consilio suo. Cuius sententiæ acquiesco, de subscriptione requisitus.

CONSIL. GIII. SVMMAE.

- 1. Mora non habet locum nisi aduersus eum, qui sit in dolo saltem præsumpto.
2. Licet debitor teneatur ferre pecuniam ad domum creditoris, tamen hoc non procedit, si aliter se habeat consuetudo.
3. Ex pluribus actibus geminalis, & vicibus replicatis, inducitur consuetudo.
4. In stipulationibus prætoris admittitur purgatio moræ intra breue tempus, quamuis ad sit dies & pena.
5. Quando subest iusta causa purgationis, semper debet admitti purgatio moræ.
6. Iusta causa, qualiscumque excusat à pena.
7. Transactionem iurata ob lationem, vltra dimidiâ non rescindit.

¶ N præfenti casu paucis agendo, videtur mihi hac mulierem intetasse litem satis rigorosam, & abhorrentem ab omni æquitate, quæ tamē nō potest sustineri, & ideo absoluedus est dominus Nicolaus à petitis. Primò ex eo capite, quia non videtur d. Nicolaus fuisse in mora cuius moræ definitio est difficilis, & tota ab æstimatione iudicis procedit. leg. mora. ff. de vsur. & non habet locum, nisi aduersum eum, qui sit in dolo, saltem præsumpto. l. fin. ff. idem iuris erit, vbi Jo. ad leg. Rod. de iac. & præsupponit reum saltē esse in lata culpa. l. si mora. vbi Alexan. ff. solu. mat. q. p. fectō non fuit in casu. Cum enim solitus esset Nicolaus soluere pecunias per manum camporis, quas depositas à hinc æstium habebat, & mulier soleret ire accipiendum, & liberandum debitorem in dictis libris, & ipsa nō iuerit, non potest aliquid imputari ipsi Nicolao, qui habebat ibi pecunias paratas, vt probatur per doct. Bartol. in litem illa. ff. de constit. pec. vbi licet teneatur debitor ferre pecuniam domum ad creditores: tamē inquit Bartol. hoc non procedere si aliter se haberet consuetudo, & ibidē infra subiicit, quod totus hic tractatus ex bono & æquo pendet. l. quod si Ephesi. in prin. de eo quod cert. loc. non est autem dubium, quod ex tot vicibus inductam esse consuetudinem, iuxta not. in l. melia. ff. de alim. & cib. leg. vnde est probabilis excusatio ipsius debitoris, credentis quod deberet creditor accedere ad camporē iuxta solitum, cum probabiliter alter alteri nō consideret, & isto modo vtrique esset consultum creditori, qui acciperet pecunias debitori propter liberationem, quarum rerum probatio fit ex libro camporis. & facit text. in l. si solutus, ff. de soluti. Secundò quia etiam si Nicolaus incurrisset in moram propter diem, & penam, & et iuramentum, tamen ex quo intra lex dies obtulit pecuniam, videtur admittenda purgatio moræ, propter equitatem sicut videmus in stipulationibus prætoris, in quibus admittitur purgatio intra breue tempus, quamuis ad sit dies, & pena, per text. in ca. potuit. in fin. extra, de locat. & ita firmat Lanc. Gall. in l. iij. ff. Caro. in vltima oppositione Bar. ff. de verbor. oblig. ponderando textum ad hoc in c. suam. extra. de pen. & facit quia vt supra dixi, ipse Nicolaus erat in probabili credulitate, quod creditor iret ad camporem, vnde de iure communis concluditur, quod quando iusta causa purgationis, semper debet admitti purgatio moræ, secundum Ang. in d. l. si post tres. & Imo. in d. l. si in sulam. Dec. consilio cxxxviii. quia iusta causa, qualiscumque excusat à pena. leg. ij. ff. si quis

quoliet personalis obligatio propter beneficium epistolæ Hadriani, inter istos fideiussores esset diuisa, obligatio tamen pignoris in diuisa remanet, & quilibet insolidum habuit nomen illud sibi hypothecatum. l. in executione. ff. penulti. ff. de verborū obligation. l. his con sequenter. ff. Cel. lus. l. hæredes. ff. idem obseruatur. ff. famul. eriscennid. unde sequitur, quod dominus Iulius, obiciendo sisco compensationem respectu eius nominis, nihil obicit de alieno, sed de suo tantum, quia insolidum sibi erat obligatum, unde eius conditio tanquā possessorio est prior. l. si debitor. ff. de pignoribus, & sic eadem prior ratio militat hoc casu, quæ & in personali, & contraria omnia loquitur respectu, hypothecæ anteriori tempore, non autem paris. Sicut ergo potuit Ceruarola compensationem dictum creditum, secundū doctrinam Imo. in l. j. in fin. de lolut. Alex. consilio lxxv. in tertio. Socin. xvij. in tertio. Dec. cccvij. cum similibus. ita & dominus Iulius potest, non obstante hypotheca Brufantini, prout diffusè per alias quæ rationes est allegatum per dominum aduocatū in cuius sententiam transeo. Saluo semper saniore iudicio.

CONSILII CXIX. SVMMAE.

1. *Venditor affirmans fundum esse seminatum, qui tamen pro parte erat seminatus, tenetur ad interesse emptori ob falsam affirmationem.*
 2. *Qui fundum seminatum dicit, de toto dixisse intelligitur.*
 3. *Qui tenetur prestare fundum seminatum, debet intelligi rectè atque ordine secundum consuetudinem regionis seminatum.*
 4. *Qui parce seminat, parce metit.*
- V**ndum esse seminatum, quitamen pro parte tantum erat seminatus, si venditor affirmans teneretur ad interesse emptori, ob falsam affirmationem, secundū l. prima. ff. & generaliter de actio. empti. l. ea quæ. ff. hna. de contrahenda emptio. quia si fundum seminatum dicit, de toto dixisse intelligitur. l. Titia. secundò. ff. primo. & ff. Seia libertis. & de legat. secundo. l. si qui cum totum. ff. de exceptio. rei iudicat. & si qui tenetur prestare fundum seminatum, debet intelligi rectè atque ordine, secundum consuetudinem regionis seminatum leg. si merces. ff. conductor. ff. locati. l. item si. ff. seminarios. ff. de usufructu, ut saltem pastinatus sit ager, seu duas araturas habeat, quia hoc pertinet ad necessitatem, secundum Columellam, prout dixi in lego. impensa. in glossa secunda. de verborū significatione. facit lex diuortio. ff. finali. ff. soluto matrimonio. lege. tertia. ff. de impens. in rebus dotal. attenditur autem in hoc maxime ad consuetudinem regionis, secundum Bartol. in l. pecunia. ad finem. ff. de alimentis legat. Et interesse est euidens, quia si qui parce seminat parce metit. capitulo: cum ex eodem. extra de peniten. & ita transeo cum supra scripto domino cōsultete, nostri Gymnalsi rector dignissimo.

CONS. CXX. SVMMAE.

1. *Clausula sicut videtur, limitat.*
 2. *Quoties quid adicitur rei, de qua constat, aut constare debet, si per accipitur limitatiue.*
 3. *In prima affirmatione presumitur error, qui non debet nocere ipsi venditori, sibi sed imputet emptor, si diligenter non inspexit.*
- E**rba chirographi sunt, Dabo tot milliaria lignorum fortium & partim, id est, tertia mixtorum, sicut videtur in nemore incisorum de anno 1545. & c. cum in nemore non sint ealigna fortia, quæritur an venditor teneatur? Respondeo quod clausula illa, prout videtur in nemore, limitat, & restringit supra scripta omnia, secundum propriam naturam eius dictionis, Come se vede & c. ut inquit Alexand. consilio tertio, in secundo volumine, quia debuit emptor esse instructus quid in nemore contineretur, eum probari possit, quod ipse accesserat ad videndum dictum nemus, ut simili per Bartol. in l. edita. C. de eden. ubi si quoties adicitur, rei de qua constat, aut constare debet, semper accipitur limi-

tauitè, maxime cum in casu nostro non possit intelligi causaliter, pro quia, & cum limitatio contrarietur superiori dicto, statuit potius limitationi, seu rei ad quam sic relatio, & per multa concludit Deci. consilio lxxij. versic. sed prædictis, & cap. secundo. de rescript. Ludou. Roma. consilio ecv. in fin. doc. in authentic. si quis in aliquo. C. de eden. concludunt præsumi errorem in prima affirmatione, qui non debet nocere ipsi venditori, sed sibi imputet emptor, si diligenter non inspexit.

CONS. CXXI. SVMMAE.

1. *Donationem, aut venditionem fructuum percipiendorū valere, & ad hæredes transire.*
2. *Hæres dicitur esse vice defuncti.*
3. *Qui pro se promittit, pro hærede, promississe censetur.*
4. *Qui precario rogat, ut sibi in fundo morari liceat, etiam pro suis omnibus rogasse censetur.*

Lacet conclusio, quia sicut valet venditio ad certum tempus, vel incertum fructuum percipiendorū ex tali fundo. l. nec empti. ubi nota. ff. de contrahend. emptio. & videtur commoditas percipiendi vendita, ut declarat Bartol. in l. cotem. ff. qui maximos. ff. de publica. ita etiam valet donatio, secundum Bartol. ibi, dum allega. text. in l. Aquilius. ff. de dona. unde sicut venditio transmittitur in hæredes emptoris, ita etiam donatio debet habere effectum in personam hæredum donatarij, quia istud est regulare in omnibus contractibus, ut ad hæredem transeant. leg. ex contractibus. ff. de actio. & obligatio. leg. si pactum. de probat. leg. eum qui ita. ff. primo. ff. de verborum obligatione, maxime in donatione. leg. hna. in fin. C. de reuoca. dona. verb. successores. Nec obstat, quod donatio sit facta de fructibus percipiendis, nomine & vice dicto Mamelij donatarij, unde eo mortuo, non videatur verificari illa verba: nam respondeo, quod imo verificantur, cum enim ex regula transeant ad hæredes, illa verba non habent impedire dispositionem legis, maxime cum hæres dicatur esse vice defuncti. leg. hæredem. ff. de regul. iur. leg. si is qui pro emptore. verbo, vice personæ fungi. ff. de vsucapion. quod procedit etiam si personalis dictio sit adiecta: unde si qui pro se promittit, etiam pro hærede promississe censetur leg. stipulatio ista habere licere. in princip. versic. sed si se. ff. de verborum obligatione, & si qui precario rogat: ut sibi in fundo morari liceat, etiam pro suis omnibus rogasse censetur. leg. pen. ff. de precar. Et ita mihi videtur de sola subscriptione rogato. Saluo tamen saniore iudicio.

CONSIL. CXXII. SVMMAE.

1. *Ratificatio regulariter non requirit partis presentiam, quia que pendet ex mera alicuius voluntate, presentiam non requirit.*
2. *Si venditio est in libris 4600, & ratificatio in libris 4500, tractus non dicitur perfectus.*
3. *Pœnitere licet venditione non perfecta.*

Ratificatio licet aliis non requirat partis presentiam, quia quæ pendet ex mera alicuius voluntate, presentiam non requirit, ut declarat Bartol. in leg. Pomponius. primo. de nego. gest. & Alexand. consilio clxxxvij. in secundo, & in ratificatione hoc sit certissimum, secundum tradita per Feli. in capitulo. si cautio. de fide instrumet. Angel. in d. ff. si verò expressim. cum tamen appareat in epistola ad communem amicum missa, non fuisse concordatum de pretio, quia venditio erat in libris 4600. & ratificatio in libris 4500. consequens est, ut contractus non fuerit perfectus. leg. si voluntate. C. de rescidō. vendi. ubi, ad certum consentiant pretium, & c. unde licuit si magnifico Domi. Ioachimo. pœnitere, secundum not. in l. quarta. ff. de manumi. vindi. per Cyn. & doct. in l. mandatum

I. madata. C. manda. doct. in capitu. ex parte decani. de rescript. secundum ea. quae supra per praestantissimos dominos consultores sunt scripta, in quorum sententiam accedo, de sola subscriptione requisitus.

CONSIL. CXXIII. SVMMAE

Aditio hereditatis ex venditione rerum patris censetur. Vidam uxorem duxit, a qua Antonium unicum filium habuit. Mortua uxore, alia ducit, a qua quatuor habuit filios. Moritur pater, Anto. primae uxoris filius nonnulla bona paterna suo, & fratrum suorum nomine vendit, pro eis de rato habendo promittens, nullo verbo facto, quod ista bona sibi pro materna dote spectent. Queritur quid iuris, videlicet si Antonius ad debita paterna, post primam dotem facta, soluenda cogi possit, vel ne, attento quod de paterna hereditate se intromisit, & pro qua tenebitur parte. Respondeo, Antonius vendendo rem patris videtur adiuisse hereditatem, secundum not. in l. gerit. de acquirend. heredita. & idem se obligavit oneribus hereditariis pro virili sua parte, id est, quinta, quod si alij nolint esse haeredes, ei applicabitur eorum pars per ius accrescendi, nisi allegetur, quod adierit sub spe, quod alij abstinerent non debeant, quo casu creditores pro virili tantum conuenire eum poterunt. l. cum hereditate. de acquire. hered.

CONSIL. CXXIII. SVMMAE

- 1. Donatio inofficiosa per quam minuitur legitima filiarum, est reuocanda.
2. Haeredes scriptos ad legitimam, eiusque euictionem teneri.
3. Transactio excludit.

Difficile est in praesenti casu quicquam certi respondere, cum instrumenta, super quibus oritur difficultas, non sint exhibita. Tamen circa donationem factam monialibus Sancti Viti, licet clstrum sit in iure, quod donatio inofficiosa per quam legitima filiarum minuitur, sit reuocanda, secundum l. prima. C. de inofficio. donat. tamen in casu nostro esset aduertendum, quod cum Com. Hugotius sit haeres scriptus ipse ad dictam legitimam principaliter tenetur, & caeterum in authentic. ut cum de appellat. & si res euicta

legatariis, vel donatariis, ipse haeres debet euictione praestare. l. si domus. ff. de legatj. Corne. c. c. c. in iij. & cxlvij. & habetur in l. in quartam. in fine. per Modern. ff. ad leg. Falcid. cum autem illustris t. dom. Magdalena transigerit cum haerede, & promiserit nihil petere, quod possit esse in damno ipsius Comitum videtur esse exclusa.

CONS. CXXV. SVMMAE

- 1. Emphyteute tenetur ad onera separationum, si quid minimum soluant in recognitionem domini & m. a.
2. Emphyteuta soluens competentem Canonem, non dicitur perire per fructus sed dominus.
3. Emphyteuta, qui domum reparare tenetur, interim possunt cogi praestare idem pro solo, quod pro tota domo soluebant.

licet alia t. emphyteuta teneatur ad huiusmodi onera separationum, cum ipsi percipiant fructus, & utilitatem rei. sing. l. si pendentes. ff. si quid cloacarj. ff. de usu fru. & per gloss. in l. prima. versicul. fructus. C. de annu. & trib. libro x. cum similibus. per Alex. consilio quarto vol. 4. tam est istud est verum in t. emphyteuti, qui soluunt quid minimum in recognitione domini, non autem in iis, qui soluunt competentem canonem pro compensatione fructuum, quia tunc t. dominus ipse dicitur fructus percipere. non autem emphyteuta, l. si quis. ff. primo. de pignor. Tradit Lucas de Penna. in dict. l. prima. & Moderni apostillator ad dictum consilium Alexand. iij. quod est in casu nostro, quia computata summa data a principio contractus, & annua pensione, quae fit comitibus, solutio est aequalens fructibus, non autem pro sola recognitione, quauis etiam nos simus extra illum casum, quia hoc onus respicit substantiam rei in emphyteosim datae. id est, ipsam aquam, quam tenentur Comites manutenere, & idem ad eos pertinet secundum suprascripta. Possunt tamen emphyteota isti cogi ad reparandam domum pro maiore ipsorum dominorum securitate, & interim t. pro solo idem praestare, quod pro tota domo soluebant. secundum Ange. ff. lex itaque. in authentic. de non aliena. sequitur Iaso. l. prima. col. ix. C. de iur. emphyteoti.

FINIS LIBRI OCTAUI

ANDREAE ALCIATI IVRISCONSULTI MEDIOLANENSIS RESPONSORVM

Liber XI.

QUI AD VLTIMAS VOLONTATES INSCRIBITUR

CONSIL. I. SVMMAE

Testantium verba variè censi. IDETVR prima fronte dubia esse supra scripta consultatio: cum enim aequiparetur a iure, siue sacerdos praesentatus sit, siue ailius, qui intra annum eum gradum adsummat. cap. ij. de instit. in vj. cap. licet canon. de elect. eod. lib. videntur verba testatoris a diu referri debere. l. Gallus. ff. de lib. & posthum. & verificari in aequipollenti, sed hac non obstante non est recedendum a sententia do. consultoris, secundum quam respondit Andr. Sicul. in alleg. consil. xxxiiij. in secundo. & Roch. Curt. tract. de iure patronatus, verb. honorificum. quaestio. iij. & Ioann. Franc. de Ripa, in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. vbi responderat rationibus contrariis, & cita etiam ego in dict. l. ex facto. pertranfui, & arbitror iuris esse. Saluo semper faciore iudicio.

CONSIL. II. SVMMAE

- 1. In successione prima causa est descendendum, maxime suorum

- beredum.
2. Sui haeredes adeo a lege sunt vocati, vt etiam contra voluntate patris admittantur, & praeteriti rumpant testamentum.
3. Filius in hereditate paterna, dicitur esse creditor, tanquam sibi iure naturali sit debita.
4. Exhereditatio a patre facta generaliter, seu inter caeteros, non valet.
5. Statutum generale, non censetur excludere filium, sed opus est nominatim de eis fieri mentionem.
6. Valet argum. de dispositione testatoris ad dispositionem legis.
7. Pactum generale non censetur excludere filium a legitima.
8. Valet argumentum de pacto ad statutum.
9. Quod extranei excludant filios, & descendentes in hereditate paterna absurdum est.
10. Statuta semper sunt intelligenda, ne aliquid absurdum, & inuiciale inducant.
11. Iure communi masculus, & femina pariter admittuntur.
12. Lex intelligi debet caeteris habitibus.
13. Publicatio est de substantia legis, quantum sit ad effectum obligandi subditum.
14. Lex non recepta, seu vtiens vfu non approbata, nullius est effectus.

- ff. deus, nec obligat subditos.
15. Quicquid dicat lex communis, seruandum est statutum.
16. Verba non possunt, sunt abnegatiua omnis potentiae.
17. Plus negat negatiua, quam ponat affirmatiua.
18. Exceptio declarans regulam praecedentem, in quibus terminis loquatur.
19. Dotare filium, est officium paternum, & istud ex bonis, & hereditate patris.
20. Statutum subrogans dotem filiae loco hereditatis, censetur auferre etiam legitimam, debitam iure naturae.
21. Femina quae a statuto est exheredata, & ab intestato non succedit, non habet ius dicendi nullum, nec agendi contra tabulas.
22. Femina quae a statuto est exheredata, non poterit agere ad supplementum legitimae, si dos sit minor legitima.
23. Etiam in dispositione testatoris, sufficit exhereditatio verbis generalibus facta, quando subest nisi vna filia.
24. Etiam verbis generalibus statuti, verius est filiam ab hereditate patris excludi.
25. Statuta plerumque rapiunt interpretationem secundum ius commune, hoc tamen non procedit in statutis, factis ad correctionem iuris communis.
26. Si statutum dicit, quod maritus decedente uxore absque communibus liberis lucretur dotem, non fiet restrictio secundum ius commune, sed generaliter intelligitur, etiam in praesentium liberorum priorum matrimonij.
27. Lex decidens vnum casum, censetur praesupponere habitatem respectu caeterorum.
28. Constitutio facta a Papa, & sic a supremo principe post duos menses ligat vnumquemque subditum.
29. Constitutio priuilegiatiua, videtur quod etiam ante duos menses operetur effectus suos.
30. Publicatio in lege duabus de causis requiritur, prima vt declaretur mens legislatoris, quo voluerit tale constitutionem obseruari: secunda ne tunc ipsi possint praeteredere ignorantiam, & illo praetextu excusari.
31. Eo ipso, quod indultum in Archiepiscopo civitatis registratum reperitur, praesumuntur omnia solemniter facta.
32. Legi prohibitiuae veniunt non potest.
33. Aduersus obseruantiam legis prohibitiuae, praescribi non potest minori tempore, quam 40. annorum.
34. Quando consuetudo est contra Canonem, qui nondum fuit receptus in obseruantia, requiritur ad eam inducendam, & validandam tempus 10. annorum.
35. Feminas fideicommissis excludi.
36. Qui in remotiore gradu reperuntur, censentur minus dilecti.
37. In fideicommissis, tractatur de successione grauantis.

Erba breuius apostolici concessi comunitati, Bretenorij haec sunt, Volentes insuper prouidere, ne familia, aut domus, in quibus masculi sunt superstites ex mulierum successione depauperentur, praesentium tenore decernimus. Et statuimus, quod femina in bonis ascendentiis, descendentiis & transuersalium, qualitercung, acquisitis succedere non possunt: dummodo congrue dotentur ex dictis bonis, in quibus ab intestato succederent, & c. Queritur, mortuo Georgio de Gralsia ab intestato relicta vnica Lucretia, & relicto Ioane Andrea fratre suo, & successiue Iacobo filio fratris, ad quem hereditas dicti Georgij pertineat, & videretur prima fronte pertinere ad dictam Lucretiam eius filiam, quae successione prima causa est descendenti, maxime suorum haeredum. ff. j. in auth. de haered. ab intesta. veni. qui t. adeo a lege sunt vocati, vt etiam contra voluntatem patris admittantur, & praeteriti rumpant testamentum. l. si filius, qui in potestate. ff. de liberis & posth. idque etiam iure naturali, & diuino secundum quod Paulus & Apostolus ad Roma. 9. capi. dixit Filium, ergo haeres. de quo per gloss. super verb. teneantur. in l. necessarii. ff. de acquir. haered. vnde & t. filius in hereditate paterna dicitur esse creditor, tanquam sibi iure naturali sit debita. l. cum ratio. ff. de bon. dam. l. si quis legatum. ff. si. ff. de fall. Nec obstant generalia verba supra scripta breui apostolici, quia non debent trahi ad exclusionem filiorum, sicut enim t. exhereditatio a patre facta generaliter, seu inter caeteros non valet. l. j. & ij. ff. de lib. & posthum. ita etiam statutum generale non censetur ex-

cludere filium, sed opus est nominatim de eis fieri mentionem, secundum Bald. in lillam. C. de collat. & Ias. in d. l. j. in princ. de libe. & posthum. Dec. consilio cccxlvj. in fin. t. valet enim argumentum de dispositione testatoris ad dispositionem legis. ff. disponat. in Authentic. de nupt. Vnde sicut testator non potest excludere filium, nisi nominatim, & certo iudicio excludat. l. sub conditione. ver. certo enim iudicio. ff. de bon. poss. contra tabul. ita etiam de statuto dicendum est: quae sententia maxime procedit respectu portionis legitimae iure naturae debitae. sicut enim t. pactum generale non censetur excludere filium a legitima. l. si quando. ff. generaliter. D. de inoffic. test. ita etiam statutum secundum Saly. in auth. nouissima quaest. vlt. C. de inoffic. testam. Ias. l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & firmauerunt Bald. Guliel. de Can. Ang. & consuluit Oldra. & collegium Florentinum, vt refert Carolus Ruin. in repet. ff. quid sit tantum. in l. Galus. de libe. & posthum. t. valet enim argumentum de pacto ad statutum secundum gloss. in rubr. C. de decre. decur. lib. x. doct. in l. non impossibile. ff. de pact. Et debet haec interpretatio in casu nostro adsumi, ne alia inducatur maxima iniquitas, t. quod extranei excludant filios, & descendentes in hereditate paterna quod maxime absurdum videtur, argum. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. l. maximum. C. de lib. praer. & t. statuta semper sunt intelligenda ne aliquid absurdum & inuiciale inducant, secundum doct. in l. si. ff. in computatione. C. de iure delib. & habetur in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. debet ergo restringi statutum, vt procedat. data paritate gradus inter foemina, & masculum. vt sicut iure communi pariter admittuntur dicta. l. maximum in partium. hodie foemina excludatur, & sic statutum in pari causa, & gradu praetulerit masculum: non autem, quando masculus esset posterior in gradu, vt illa verba statuti, in quibus masculi sunt superstites, & c. intelligantur masculi ad successorem vocati, & quibus alia foeminae partem suam auferrent, non autem qui omnino a foeminis essent tanq. posteriores in gradu exclusi. & singula singulis aptentur secundum gloss. in ff. quisquis in verb. pericrutamur. in authentic. quibus mod. nat. eff. legit. vt velit statutum masculos descendentes foeminis descendentes praeferrere, & transuersales transuersalibus, non autem transuersales descendentes, & sic lex t. intelligatur caeteris habitibus, secundum, cap. j. de aetat. & quali. lib. vj. l. q. testamento. versic. si aliud. ff. de test. & q. notat Abb. in ca. tua. j. de decimis. C. confirmatur haec sententia ex eo quoque capite, quod non videtur obseruandum esse dictum statutum, ex quo non constat fuisse publicatum. & tamen t. publicatio est de substantia legis, quantum sit ad effectum obligandi subditum. ff. si. in authentic. de no. elig. secundum nub. vbi Ang. & text. in authentic. vt facta noue constit. & habetur in cap. cognoscetes. de constit. & gloss. in l. data. l. vj. Rursus non constat fuisse vtiens in vi approbatum. clarum est autem, quod t. lex non recepta, seu vtiens vfu non approbata nullius est effectus nec obligat subditos, distin. iij. cap. in istis. ff. leges. cap. denique. ff. eth. vbi text. & ibi Arc. & cap. ij. & xcvi. distin. c. propositi. in fin. & in cap. j. de treug. & pace. vbi doct. in ff. vniuersitati. in proem. Clemen. vbi doct. per Barth. Veron. consil. xiiij. cum similibus. Sed tamen, iis non obstantibus, puto veriore esse opinionem, vt filia haec Georgij excludatur propter verba constitutionis pontificis, q. clara sunt, & ideo t. (quicquid dicat lex communis) seruandum est statutum, vt dicit Bal. in l. ita nobis. C. ad l. Jul. de 15. adul. & in primis consideranda est ratio statuti, quae est in eo expressa, & ex proprietate non autem per extensionem inducit. l. scire leges. vbi nota. ff. de legib. gloss. & doct. cap. j. de tempo. ordin. verbo. Italicae. lib. vj. doct. in l. quamuis. C. de fideicom. Franci. Curr. senio. consil. viij. in jncip. Ticinensi. Ias. l. praetor. de oper. nou. nunt. in princ. dum eo dicitur. Ne familia masculorum ex foeminarum successione depauperentur. quae ratio est generalis ad exclusionem filiarum, cum Iacobus sit masculus, & de familia, &

qui, si habeat maiores facultates, poterit etiam melius, a
honestiusque agere, & verificabitur ratio statuti: prout
probat in l. j. ff. de ventre in post. mitt. Bald. in l.
quoties. C. de fideicom. cum concord. per Cur. d. consi-
lio viij. & docto. in consiliis variis, item consideranda sunt
verba dispositiva statuti, quod femina succedere non
possint in bonis ascendentiis, transuersalium, &c. quae
16 verba, non possint, sunt abnegatiua omnis potentiae se-
cundum gloss. in j. de regu. iur. in vj. & excludunt omne
casum successioneis qualiscunque, sit cum plus neget
negatiua, quam ponat affirmatiua secundum gloss. in l.
hoc genus ff. de condi. & demon. & maxime excludunt
casum nostrum propter dictionem illam, ascendentiis,
verba enim statuti excludunt mulierem a successione a
17 descendentiis, si que mentio ascendentiis ratione muli-
eris prohibita a successione, non autem respectu masculi
succedentis, qui admittitur etiam si is, de cuius haereditate
agitur, non sit sibi ascendens, sed statutum solum re-
quirat, quod sit masculus, & de familia. Item considera-
nda est exceptio posita in statuto, dummodo congrue
18 dorentur, quae exceptio declarat regulam precedentem,
in quibus terminis loquatur secundum l. nam quod li-
quida. ff. ff. de pecul. leg. & per Bar. in l. j. ff. sed excipi-
untur. ff. de ferijs. cum enim officium paternum sit do-
19 tare filia, & situd ex bonis, & haereditate patris. l. fi. C. de
dot. promiss. & statutum dotem subroget loco haereditatis.
apparet, quod maxime procedit in haereditate pa-
retum. arg. not. per Bal. & Pau. de Cast. & Cor. l. j. de legi-
haer. & ex ista exceptione tollitur omnis iniquitas statuti,
20 quod voluit filiam non omnino excludi, sed etiam
contetur a dote, & valet tale statutum, & innititur ma-
gna ratione, vnde censetur etiam auferre legitimam de-
bitam iure naturae & eius loco subrogare dotem, vt per
Bar. & alios, in l. Titio centum. ff. Titio genero. vers. se-
cundo est videndum. ff. de condi. & demon. per Abb. &
Canon. in cap. Rainutus. de testam. conferunt enim femi-
na a statuto exhaereditata esse, & pro legitima dos ei
assignata, argu. l. qui volebat. ff. de haeredit. inst. & per Cin.
21 in leg. scimus. C. de inoff. testam. Vnde tali casu femi-
na, quae a statuto exhaereditata est, & ab intestato non suc-
cedit, non habet ius dicendi nullum, nec agendi contra
tabulas, secundum doct. in leg. Gallus. ff. & quid si san-
tum. ff. de liber. & post. vbi Alex. tenet. quod non poterit,
22 neque agere ad supplementum legitimae si dos sit mi-
nor legitima, vt ibi per eum. cuius sententia est communiter
approbata. Et tenendo hanc opinionem superest,
vt respondeamus his, quae in contrarium adducuntur.
Non obstat ergo, quod statutum istud generale, non debet
trahi ad exclusionem filiarum, quae nominatim sunt
23 exhaereditatae, &c. respondeo tertiam in dispositione te-
statoris, sufficit exhaereditatio verbis generalibus, facta
quando subest, nisi vna filia, secundum l. i. ff. de lib. &
posth. prout est casus noster. Praeterea aliquid est in dispo-
sitione testatoris, aliud in verbis legislatoris, nec enim le-
gislator formae testamentariae adstringitur, sicut testa-
tor, voluntasque legis, aut statuti etiam ex generali ser-
mone colligitur, nec minus obligat, quam si nominatim
24 & in specie lex scripta esset. l. nominis. ff. ff. de verbo.
sign. & ideo etiam verbis generalibus statuti verius est fi-
liam ab haereditate patris excludi, vt voluit Bal. in l. si de-
functus. vers. quae. C. de iuis. & legit. & sequutus su,
in l. j. vers. vnde, qui necessario. ff. de libe. & posth. repro-
bando Iasonem ibi, contra quem est communis opinio
doctorem, vt ipsemet fateatur, in l. si quando. in fi. C. de in-
off. testa. in illo articulo, an per generalia verba statuti
excludat filius a legitima? & ibi Ias. adductis concordanti-
bus, ostendit magis communem conclusionem esse,
quod sic constituendo differentiam inter dispositionem
hominis, & dispositionem legis in tali casu. Et facit, quia
25 licet plerumque statuta recipiant interpretationem se-
cundum ius commune, vt habetur in l. secunda. ibi, iux-
ta legem, iuncto vers. sequen. C. de noxalibus. tamen
hoc non procedit in statutis factis ad correctionem iuris

riari secundum gloss. in rubric. C. ne fideiuss. dot. & per
33 doct. in l. non dubium. C. de legibus. Vnde nec aduerus
eius obseruantiam praescribi minori tempore, quam
qua draginta annorum, vt per Abb. Imo. & alios. in cap.
primo. de treu. & pac. & habetur in d. ff. leges. cap. in istis.
iij. distin. Non obstat, dum vltimo dicitur, quod non vi-
detur haec lex vsu vtentium fuisse approbata, & conse-
quenter nec vnquam recepta, Respondeo, contrarium
videtur verius vt ex processu, & attestacionibus appa-
ret, & cum dicta constitutio habeat plura capita, & res-
pectu ceterorum sit recepta, & obseruata, non subest ratio,
cur non. & idem dicamus respectu istius, secundum re-
gulam legis, non est ferendus. ff. de transactionibus. Prae-
terea fundata est intentio agnatorum contra feminas
ex verbis ipsius statuti secundum Bartolum. ff. & antea.
in proemio Digestor. per Alexand. consil. cxxxvj. in ij.
vnde qui dicit non fuisse receptum, probare debet, & non
sufficeret semel non fuisse in vsu, sed oporteret de pluri-
bus vicibus, vt dicit Abbas, Felin. & ceteri in d. c. j. de
34 reug. & pace. vbi concludunt, quod quando consuetu-
do est contra canonem, qui nondum fuit receptus in
obseruantia, requiritur ad eam inducendam, & validandam
tempus x. annorum, secundum Cald. d. Anton. Card.
Floren. ibi, & hoc si princeps ignoret talem consuetudi-
nem, prout in casu nostro praesumitur. c. j. de const. lib. vj.
de quo etiam per Ias. in l. rem non nouam. in fi. C. de iud.
& Barth. Veron. d. consil. xij. cum similib. Et certe cum im-
psemet notam consilij petierunt a x. annis citra confir-
mationem constitutionis, nec appareat vnquam iudica-
tum contra eam constitutionem, non videtur probabi-
lis dubitatio, quin obseruari debeat, vt etiam per alios
consultores est latius deductum. Et sic concludo in cau-
sa ab intestato clarissimum ius esse in fauorem masculo-
rum contra feminas ex praedicta constitutione Pape, vi-
deamus nunquid in causa testamenti, seu fideicommissi.
Verba fideicommissi haec sunt. *Et si aliqui ditorum filio-
rum tam nati, quam nascituri decederent in pupillari aetate, vel
quandocumque ab intestato substituit superuiuentes, &c. Filia-
bus vt vero feminis certum quid iure institutionis reli-
quit, prout in testamento habetur: decessit vnus ex su-
pra scriptis filijs haeredibus institutis, scilicet Georgius, &
relictis vnica filia femina, quae sit, an alij cohaeredes ad-
mittantur exclusa filia iure fideicommissi? & licet prima
fronte videatur decessisse fideicommissum propter clau-
sulam subintellectam a iure, nisi decesserit cum filijs, vel
filiaibus, secundum l. cum auus. ff. de condi. & demon. &
l. cum acutissimi. C. de fideicom. vbi gloss. cum multis co-
cordantibus: tamen in casu nostro puto contrariam sen-
tentiam veriorum esse, idque propter multas coniecturas,
quae concurrunt in casu nostro, ex quibus colligitur
mens Rasi, testatoris fuisse, vt soli masculi admittantur
35 exclusis feminis, & sic quod feminam non faciant, defi-
cere conditionem fideicommissi. Prima coniectura, quia
testator proprias filias excludit nec vocauit in casum fi-
deicommissi, sed duntaxat superuiuentes masculos. Vnde
sicut eas excludit, & particulari legato voluit esse conte-
tas, ita etiam videtur voluisse excludere nepotes, quae sibi
minus dilectae censentur, quia in remotiore gradu, se-
cundum l. si viua matre. in fin. C. de bon. quae lib. & se-
cundum hanc coniecturam consuluit Paul. Castr. consil.
ccclvj. & refert. ipse Paul. & sequitur Raph. Fulg. in l. j. C.
de condi. in sert. & licet in hoc casu simpliciter posito sint
plures contradicentes, tamen iuncta sequenti praesump-
tione res est certior. Secunda ergo est coniectura, quae
auget praecedentem, quando substituti sunt descenden-
tes ipsius testatoris, prout in casu nostro, in quo substi-
tuti sunt filij, qui verisimiliter magis erant dilecti testa-
tori, quam ista neptis, tunc enim certior est coniectura
per existentiam eius non euanescere fideicommissum,
vt distinguit idem Paulus Castr. in consil. septuagesimo
nono. casus iste frequenter contingit. Fulg. consil. deci-
mo octauo. & sequitur Socin. consil. decimo quarto. lib.
tertio. & in d. leum auus. in quarto. And. Barb. consil.*

quingentesimo secundo. inter consilia Alexand. in quarto
volum. Dec. consil. decimo quinto. & consil. ducentesimo
septuagesimo. & consil. trecentesimo septuagesimo
mo. & nouissimè Francisc. Curtius iunior in consil. cen-
tesimo nono. & Io. de Monteferrato in repeti. l. filius fami-
l. ff. diui. vers. sexto. quaeritur. de legat. primo. & cer-
te ista opinio videtur esse receptissima inter Modern.
sed quia adhuc sunt aliqui contradicentes, casus noster
redditur clarior ex alia sequente coniectura. Tertia ergo
sit coniectura, quando extat statutum, per quod fideico-
missarij ab intestato excluderent dictam filiam, tunc e-
nim videtur testator dispositionem suam restrinxisse se-
cundum legem municipalem & ideo per existentiam
filiae non deficeret conditio fideicommissi, & in hoc ea-
dem proprie loquitur Paul. de Cast. in consil. lxxix. & ita co-
sultuit Soc. consil. lv. in iij. & xliij. & lxxij. in iij. Curt. seni-
or. consil. xlv. And. Sic. d. l. cum acutissimi. Cornus consil.
cxxxij. lib. ij. Dec. septuagesimo vt in consil. xev. & consil. cclxx. &
dxxv. & dxxlvj. & dxxxvj. & licet sit magna dubitatio ad
qua successione ex forma statuti attendamus, sufficiat ne
37 filia excludi ab haereditate aui existentibus masculis, ex
quo in fideicommissis tractamus de successione grauati.
tis. l. cohaeredi. ff. cum filiae. ff. de vulg. & sentit Socin. d.
conf. cclxx. vers. & confirmatur. an vero oporteat ex-
cludi a statuto etiam ab haereditate patris, quia testator
ponendo filios in conditione videtur reseruasse ius suc-
cedendi ab intestato in bonis ipsius grauati, secundum
gloss. in d. l. Lucius. ff. de haeredit. inst. vt per Soc. dicit. consil.
lv. in iij. & consil. lxxij. in iij. & Corn. consil. cxxxij. tñ non
sumus extra hanc dubitationem, quia statutum excludit
feminam et a successione patris stantibus agnatis, vt
supra conclusum est. & ideo teneo in dubitanter etiam in
causa testati meliorem causam esse istorum agnatorum, prout
subtiliter, & copiose consultu quoque est per clarissimum
aduocatatum do. Seuerum Benitendum praestantissimum
iurifconsultum. Et haec omnia: saluo semper sanio-
re iudicio.

CONSIL. III. SVMMAE.

- 1 *Matri legitimam debere in bonis filij.*
- 2 *Quando corpora haereditaria pretiosa relicta sunt legatarijs adeo quod via falcidia haereditate superest, cogitur mater legitimam suam petere ab ipsis legatarijs, quia vnus legitima tali casu res ipsas haereditarias sequitur.*
- 3 *Haereditas non potest onerari in falcidia.*
- 4 *Privilegium, conuicti non communicatur extraneo in ijs, quae diuisionem recipiunt.*
- 5 *Mulier binuba succedit filio respectu suorum in vsu fructu, respectu natorum ex alio matrimonio, casu quo illi admittitur in proprietate.*
- 6 *Si testator filium & extraneum haereditate scripserit, fideicommissum, vtrique addiderit respectu filij, tantum subuati dicitur conditio si sine liberis decesserit, non autem respectu extranei.*
- 7 *Quaedam causa communionis conceduntur, quae alijs non permittuntur.*
- 8 *Testamentum non potest pro parte valere, & pro parte non valere.*
- 9 *In ore duorum, vel trium stet omne verbum.*
- 10 *Privilegio, quod quis alicuius causa habet, contra eam vii non potest.*
- 11 *Extraneum variè beneficijs excludi.*
- 12 *Si filius familias testatur ad vias causas, valebit testamentum respectu pie causae, respectu vero aliorum non valebit.*
- 13 *Beneficium personale reo concessum, etiam fideiussori prodest, ne habeat regressum, & beneficium remanent inutile.*
- 14 *Fideiussoris & legatarij diuersa iura.*
- 15 *Beneficium coherens personae, quale est facultas eligendi, potest in legatarium a testatore transferri, censetur tamen a testatore prius in haereditate translatum, & ex persona haereditatis in legatarium.*
- 16 *Regulare est vt quilibet successor singularis possit iure actoris sui, & personali se defendere.*
- 17 *In computatione haereditatis prius declarandam esse legitimam.*

ratificanti institutionem à patre factam, quæ ratificatio non deberet trahi ad talem casum. Nec obstat, quod pater testando videtur retulisse dispositionem suam secundum eandem intestati, & sic tacite vocasse filiam in casum masculi sine prole mascula decedentis. I. hæredes. §. cum ita. vbi Barto. ff. ad Trebel. Quia respondeo, quod ex testamento patris constat contrarium, qui si voluisset imitari successiones ab intestato, frustra fuisset testatus, & hoc maxime per fideicommissum in eius testamenta insertum, in quo dixit quod si Ioan. Baptista decederet sine filijs, quod Anna succederet, vnde licet filia Ioan. Baptista, non dicatur per fideicommissum substituta, ex quo posita in conditione, iuxta l. Lucius. ff. de hæred. instit. tamen dicitur tacite ab intestato vocata, vt ibi dicitur omnes: apparet ergo mens testatoris volentis tacite Annam istam de Borsijs excludi à filia Ioannis Baptista, & istud non habet difficultatem. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. V. SVMME.

- 1 In successione de iure communi sublata est differentia agnationis, & cognationis.
- 2 Dicitur ad hoc stat restrictiue, seu modaliter.
- 3 Arg. de re ad personas, valet in iure.
- 4 Difficilius fit extensio de persona ad personam, quam de re ad rem.
- 5 Longinquiores in gradu censentur minus dilecti.
- 6 Ratio favore agnatorum, siue tacita siue expressa, à statuto reuocatur in personis in statuto nominatis.
- 7 Casus magis dubius rationabiliter exprimi debet.
- 8 In correctorijs & statutijs licita est extensio ex identitate rationis, quando est expressa.
- 9 Dicitur proximiores in statuto quid.
- 10 In statutis semper vitanda est absurditas.

Requiritur de subscriptione, vt paucis sententiâ meam explicarem, non potui id denegare auditori, & discipulo meo, maxime pro veritate id petenti. Et videtur mihi Dominicum amicum præferendum esse Ioan. Ant. filio consanguinei Bonacquisti testatoris: quia proximior est in gradu, cum Dominicus sit in quarto. Ioan. Ant. in quinto gradu. Verba autem testatoris, vocantis ad fideicommissum proximiores gradatim, & de iure communi res nullam habent difficultatem, cum subiecta sit differentia agnationis. auth. post fratres. ij. C. de legi. hæred. Non obstat statutum Tridentinum, quia testato vocando proximiores gradatim, intelligitur derogasse statuto, quod præferret remotiores agnatos proximioribus cognatis, quia quicquid dicat statutum, non est recedendum à verbis testatoris, quia proximiores vocauit, si autem remotiores, quauis ex forma statuti præferantur proximioribus, & licet in dispositione legis sit aliqua dubitatio, tamen in dispositione hominis, seu in verbis fideicommissi hoc est certum, prout tenet Bald. Rapha. Florin. in l. cum ita. §. in fideicommissio. ff. de legat. & fideicommissi. secundò & sæpè consuluit Alexand. & alij relati per Dec. consil. primo, quæ sententia, est magis communis, vt attestatur Curt. Inn. in ij. C. de success. edict. & ego arbitror id verissimum in casu nostro, in quo agitur de successione transfuersali, in qua filius non succedit ex persona patris, vnde cessat hoc casu rationes contradicentium, de quibus per Socin. consil. xxxvij. in ij. volum. & Corn. xxij. cum sim. Et maxime in nostro, hoc dicendum est, quia statutum respectu descendenti-um sororis non vocat agnatos, tanquam proximiores, sed potius etiam si remotiores, vnde verba statuti nullo modo congruunt cum verbis testatoris, merito non possunt mutua declarationem accipere, secundum Bald. l. prima. §. excipiuntur. in fin. ff. de ser. & no. Bart. l. Caius. penult. quæst. ff. solut. matr. & in l. si dotem. C. de iur. dot. Alexand. l. si prior. ff. solut. matr. & in leg. si dotem. C. de iur. dot. Ale. l. si prior. ff. solut. matr. & dixi lib. j. de verb. signific. versicu. secunda sectio, vbi declarauit doctrinam Bartol. in leg. hæres mei. §. cum ita. ad Trebel. & istud solum sufficit pro victoria Dominici. Præterea dictum

statutum nullo modo obstat, quia loquitur de eo, qui moriens relinquit fratrem, & sororem, & præfert descendentes ex fratre, & c. quod non contingit in casu nostro. Et licet subijciat, ad hoc, vt parentela ex parte masculina valeat, melius cum honore stare, & c. tamen ista ratio est limitata, & restricta ad personas supra expressas, quia dictio illa, ad hoc, vt, & c. stat restrictiue, seu modaliter secundum supradicta, vt est text. vbi Bart. leg. quibus diebus. §. Termilias. ff. de condit. & demonstr. quod etiam ex verbis statuti apparet, quibus non omnino excluditur descendens sororis, quamuis non sit de parentela, sed solum pro parte. Sicut ergo illa ratio non ampliat statutum, vltra partem dimidiam præcisè in eo determinatam, ita nec ampliare debet vltra tres personas. l. miles. in prin. de testament. mili. Maxime cum tunc difficius fiat extensio de persona ad personam, quam de re ad rem. leg. Titius. in prin. de liber. & posthum. leg. si ita quis. §. penult. de testament. tut. l. si ita stipulatus. §. Chryzognus. in fin. ff. de verb. obligat. & notat Aretin. in leg. Gallus. §. & quid si tantum. & §. quid si is. ff. de liber. & posthu. & facit lex, fin. §. Seio. ff. de leg. ij. & quod nota. Bald. in leg. fin. C. de hæred. instit. opp. xvj. Felin. cap. super literis. de resc. quæ conclusio procedit etiam in statutis, vnde lata lege, vt Titius censetur esse ex patricijs, non fiet extensio ad eius filios, secundum Alber. post veteres, in dict. §. Chryzognus. ne fiat extensio ad personas. capitul. penultim. & cap. fin. de offic. delegat. Et certè durum, & irrationabile videtur, quod statutum istud loquens de descendentijs fratris extendatur ad descendentes consanguinei, qui non est in adeo propinquo gradu defuncti, & à quo minus censetur dilectus: & sic in quo non est tanta ratio, vt etiam dicunt doctores in leg. prima. C. de successor. edict. Ias. consil. vigesimo quarto, & ccv. quia ratio t fauoris à quatorum, siue tacita, siue expressa, à statuto restringitur in personis in statuto nominatis, secundum Decium ibi allegat Bald. in l. sed & milites. ff. de excu. tuto. & concludit statutum non extendi per talem rationem, vt etiam tenuit Bartol. l. liberorum. C. de verbor. signific. cum multis concordant, vt ibi per eum, & Alexand. consil. lxxx. in j. xvij. in secundo. Aretin. xxvij. Socin. 3. Quæ interpretatio in casu nostro est certior, quia nisi restringeremus dictam rationem ad personas expressas, sequeretur, quod statutum absurdè disposuisset, nominando in specie descendentes fratris omittendo casum dubitabiliorem in descendentijs consanguinei, cum tamen rationabiliter debuisset exprimi casus magis dubius. l. q. Labeo. de Carbon. edicto. Merito ergo non fiet talis extensio, ne indicamus in tale absurdum. Non obstat igitur argumentum illud vulgare, quod fit in correctorijs, & statutis licita sit extensio ex identitate rationis, quando ratio est expressa, & c. respondeo, ex suprascriptis apparet satis responsum esse. Primò, quia posito, quod hoc verum sit, verba fideicommissi non vocant remotiores, de quibus in statuto, sed proximiores, & ideo frustra allegatur statutum, & dictio, proximiores referretur ad terminos iuris. Alex. consil. clxvj. in vij. Secundò, quod hoc non procedit, quando statutum limitate loqueretur respectu rei, sicut non extenderetur ad aliam rem, ita, nec ad aliam personam, quam comprehensam in statuto. Tertio, quod non procedit, quando casus expressus haberet minus dubium, si fieret extensio, ne videantur statuentes absurdè concepisit verba, tunc semper vitanda sit absurditas. l. cum patrem. vbi Bald. C. de condi. insert. per Bald. in l. conuenticula. C. de episcop. & cler. Alexand. l. sed si hac. §. libertas. ff. de in ius vocan. & not. in l. si absurdum. ff. de bo. libe. & exiis transio in sententiam suprascriptorum dominorum aduocatum, concludendo male iudicatum & bene appellatum fuisse. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. VI. SVMME.

- 1 Auth. defuncto. C. ad Tertyl. sensus verior.
- 2 Pater Matre, agnatis, & potior.

- 1 Propter quod vnum quoddam tale, & illud magis.
- 2 In statutis quod sensus absurdus, non est recipiendus.
- 3 Bona que fuerint auunculi non possunt dici materna.
- 4 Ius communis potest distingui per aliuus commune.
- 5 Statutum non potest distingui, quia factum ad correctionem iuris communis, vnde secundum illud distingui non potest.

Rerplexus prima fronte casus præsens videtur. Et pro matre facit, quia pater excludit agnatos, ipsa vero excludit patrem cum bona, de quibus agitur, peruenerit ex linea ipsius, id est, ab auunculo filij defunctæ, de cuius hæreditate tractatur per l. quod scitis. §. primo. C. de bon. quæ lib. & quæ habentur in l. de emancipatio. §. exceptis. C. de leg. hæred. & ita tenet Barto. in l. post. dotem. quæst. vltima. ff. soluto matrimo. vbi Ias. allegat concord. & attestatur de communi opinione, & adducit etiam ratione, quia auth. defuncto. l. C. ad Tertyl. debet distingui, secundum leges veteres, vt non procedat in bonis, quæ prouenerint ex linea materna, secundum gloss. in l. sciendum. in princip. ff. qui satisd. cog. vbi idem Ias. multa aggregat. Pro agnatis facit, quia secundum suprascriptam opinionem mater excludit patrem. Ipsi autem in forma statuti præferuntur matri, secundum Paul. de Castren. in l. illam. C. de collat. in secundo. concord. quàm ibi Dec. sequitur. & idem tenuit Petrus. de Anchar. consilio trecentesimo trigesimo sexto, si ab agnato. Corn. consil. centesimo octuagesimo, in hac consil. & centesimo octuagesimo octauo, in secundo, & respondent ad tex. in leg. secunda. §. si sit agnatus: ad Tertyl. qui videtur facere in contrarium, vt per eos. Sed ego habeo pro certo, & indubitato, quod in hoc casu pater admittatur, propter verba statuti, & etiam eius rationem, si quidem dicit statutum, quod de decedente filio mater non succedat existentibus masculis de domo, vel casali defuncti vsque ad quartum gradum. Sed sic est, quod ista verba verificantur in patre, ergo mater erit exclusa, similiter & agnati, quia pater est proximior in gradu. probatur hæc conclusio per tex. in l. filius. ff. de ius. & legitim. gl. l. si. verb. sui. de grad. vbi apparet quod est in primo gradu agnationis filio suo, & dicit esse de casali, seu domo defuncti filij, vt per Bar. & alios in leg. fin. C. de verborum significat. & probatur hæc sententia etiam ex verbis Rubricæ, ibi, *Exstantibus aliquibus de casali patris*, ergo multo magis, extante patre, quia propter quod vnum quodque tale, & illud magis le. maritus. vbi Ias. C. de procur. & habetur in l. Gallus. §. nunc de leg. ff. de liberis & posthumis. le. si viua. C. de boa. mater. nam non potest negari, quin pater ipse sit de casali suo, ergo verificatur etiam verba rubricæ, per ea, quæ notant doctores in rubr. ff. si certum petatur. Confirmatur hoc et per rationem scriptam in statuto, pro confirmatione agnationis, & nomine casalis, & c. de qua per Bar. in l. liberorum. ff. de verborum significat. Curt. senior consil. octuagesimo in prin. Ias. sexagesimo tertio, in tertio. cum similibus. Et cum pater sit proximior (vt dixi) apparet, quod agnati illi non obstant, & certè traheretur statutum ad sensum absurdum, si diceremus, quod in successione filij, agnati remotiores excluderent patrem: qui intellectus non est accipiendus in statutis, capi. erit autem lex. quarta distinct. Bal. l. ex facto. ff. de vulg. cū similibus. Nec etiam illi obstat mater. Primò, quia verior videtur illa opinio, quod dicit. auth. defuncto. non distinguitur, sed generaliter sit intelligenda, secundum quam consuluit Cornæus consil. nonagesimo quarto, in primo cum sequent. & consil. quadragesimo septimo. literæ l. eodem volumine. & consil. vij. in tertio volumine. d. le. quod scitis. C. de bon. quæ lib. vbi ostendit, quod d. l. non probat intentionem Bar. tamen quia cum Bart. ibi transit Ludouicus Romæ. Bal. Nouel. Ias. Claud. durum est contra stimulum calcitrare. Sed bene dico, q. Bart. debet intelligi in casu suo in dote data à patre, vt pater illi succedat, non si data sit à fratre patris, quo casu non esset profectitia, sed aduentitia, nisi tanquam procurator patris dedisset, secundum Paul. de Cast.

consil. nonagesimo vi. si dicta. in secundo. & text. in d. leg. de emancipatis. versicu. exceptis. solum loquitur in materis bonis, quæ verò fuerunt auunculi, non possunt dici materna, vt inquit Bolog. consil. sexagesimo nono. Mathæ. in tract. de success. ab intest. in tertio artic. prin. v. secundo. dubitari. Cast. tñ sentit contrarium in auth. post fratres. C. de legit. hæred. & Alex. centesimo sexagesimo octauo. & istud sentit Bald. Nouel. in tract. dot. & rectè fuit allegatum per clarissimum aduocatum dominum Sigismundum Augustonum, vt vidi aliam consulti, secundum hanc opin. per dict. Andræam de Po ma seu Balignana. Sed quicquid sit, nos sumus in casu clariore, vt mox dicam. Secundò respondeo, quod verba statuti tollunt omnem difficultatem, quæ (vt dixi) vocant ipsum patrem exclusa matre, præterquam ab usufr. & hoc casu cessat ratio Ludouici Romani. Ias. & aliorum, quia licet auth. defuncto. & §. si ius commune possit distingui per aliud ius commune per glo. in dict. l. sciendum. tamen statutum non potest distingui, apparet enim manifestè factum esse ad correctionem iuris communis, vnde de secundum illud distingui non potest Bald. lita nobis. C. de adulter. l. prima. §. primo. ff. de ferri. per Iason. in l. omnes populi. in fin. de iust. & iur. & licet Paulus. de Castren. aliter sentire videatur in auth. itaque. C. de success. tamen non loquitur, quando ratio erat expressa in statuto, prout in casu nostro. Tertio respondeo, quod doctrina Bartol. posset procedere, quando mater non habet alium, à quo excludatur, præterquam patrem, sed in casu nostro ad sunt agnati, quæ am excludunt, quorum deinde pater ipse vincit, per text. l. equissimum ff. ad Tertyl. secundum declarationem, quam alius dedi in hac materia, in libro sexto Paradoxor. ca. j. & per Paul. de Castren. & Decium in dicta. illam. & per Anchar. dict. consil. ccxxxvj. cum concord. infra allegatis pro agnatis. Secunda tamen responsio est securior, & quæ iudicio meo tollit omnem difficultatem. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. VII. SVMME.

- 1 Donatio dicitur quæ à patre habuit legatum dotis in testamento.
- 2 Sublata radice, intelliguntur sublata rami.
- 3 Filia & si in remouita dotata sit, sufficit vt concludatur à successione cum super sit ei actio vt congruè doretur.


TATVTI verba sunt, *Filia dotata à patre, vel à fratre non potest venire ad successione cum fratribus, vel descendentijs fratrum masculis, & c.* Si domina Sauicta vineret non admitteretur ad successione fratris: quia dicitur q. dotata, quæ à patre habuit legatum dotis in testamento, secundum Bar. in l. Titio centum. §. centum genero. de condit. & demonstr. ergo non posset admitti cū descendentijs fratrum masculis, & sic cum do. Io. Ange. & fratribus, & si excluderetur Sauicta, si vineret eo dem modo, & multò magis eius descendentes, quia sublata radice, sublata intelliguntur rami. lege, viua matre. Cod. de bonis mater. Nec obstat, quod illud statutum intelligitur per aliquos quod non veniat ad successione dotantium, secundum doctores. l. j. C. de legit. hæred. Alex. consil. clj. cum similibus: quia etiam istud habet in se magnam difficultatem per ea, quæ notat Baldus consilio lxxj. in iij. & Franc. Curt. iun. consil. lxxv. per totum. Fulgos. consilio xxxv. inter consilia Curt. Senen. cum similibus. Et posito, quod ita sit, tamen in casu nostro, censentur etiam iste Thomas dotasse, ad quem tanquam vtrinque coniunctum magis principaliter pertinebat, secundum Anchar. consilio clxvij. Maxime cum vltra dotem à parte relicta, etiam do. Thomas dotauerit, & ipsa confessa sit se ab eo honorificè dotatam, & si vel in re q. mo. dica ab eo dotata sit, sufficit vt excludatur à successione, secundum Bal. in cap. si pponente. extra. de rescrip. cum super sit ei actio, vt congruè doretur, & satis dicitur dota- ta à patre

à patre per legatum in testamento, à fratre per actua- lem donationem bonorum, secundum communem v- sum loquendi, quod satis est in hac materia, secundum Berto. in d. f. Tatio genero. Ripan. in rub. sol. mar. Et ita de iure genico.

CONSIL. VIII. SUMMÆ.

- 1 Præcedentia declarat subsequencia.
2 Pna pars coniunctæ aliã declarat.
3 Dicitur in vno capitulo declarant ea, quæ in alio dicuntur.
4 Qualitas adiecta primo, quoties potest cadere vniuersim in d. secundo, semper censetur repetita.
5 Conditiõs decesserit sine filiis masculis, vel nepotibus; intelligitur scilicet masculis.
6 Excluditur ratiõ etiam rami excluduntur.
7 Semper in dubio iudicandum est pro eo qui est scriptus in testamento propter expressam mentem testatoris.
8 Fideicommissum est onus.
9 In dubio pronuntiandum est bononon subesse fideicommissõ, et interpretatio sit, vt bona sint libera.
10 Fideicommissi se ademptio est fauorabilis, quia datio est odiosa. In legatis et fideicommissis quod minimum est sequimur.
11 In fideicommissis onus filii iniunctum ad nepotes non pertinet.
12 Pactum obventionis hereditatis certo casu deferendo non valet.
13 Quod quis post mortem de patrimonio suo disponat speciali legis indulgentia, ex quadam dispensatione concessam est, et quare.
14 Quoties verba contractus non obligationem presentem respiciunt, sed futuram post mortem bonorum obventionem, auctus est nullus.
15 Insurandum non supplet iuris publici defectum.
16 Pacto non potest quis successionem, quamuis particularis rei deferre.
17 Transactio inter fratres vt in paterna domo soli masculi succedant, non valet, et quare.
18 Prohibitio alienandi vltra quartum gradum, non porrigitur.
19 Infinitas facilius in pactis reprobat, quam in testamentis.
20 Impossibilitas iuris æquiparatur impossibilitati facti.
21 Dicitio masculis numeri singularis non potest censeri repetita ad dictionem descendentes numeri pluralis, quia ratio recti sermonis hoc non patitur.
22 Nunquam sit relatio repugnante ratione recti sermonis.
23 In contractibus qualitas etiam in eadem oratione non censetur repetita.
24 Dies conditioni adiecta, quæ in facto tertii constat repetita, non censetur etiam in eadem clausula.
25 Verbaliter accipiunt in vltimis voluntatibus, quamuis in contractibus.
26 Repetitio non potest fieri repugnante ratione recti sermonis.
27 In vltimis voluntatibus non fit repetitio ad aliam personam, quamuis vna verborum conceptione contineatur.
28 Docens ad casum permittitur extenso, non autem de persona ad personam.
29 Est necessarius in annua ff. de pig. act. declar.
30 Qualitas institutionis non censetur repetita in substitutione.
31 Repetitionis natura.
32 Exorbitantia stricte intelliguntur.
33 Repetitio à primo non fit ad secundum, quoties diuersa ratio est inter vtrumque casum.
34 Verbum conuincit quid.
35 Dicitio masculis, nisi ex causis repetita, censet.
36 Primogeniture via.
37 Filius non sustinet agnatione matris.
38 Neam femininam.
39 Secundum quod habuit in iuribus à feminis, transet, etiam per l. Regulariter in contractibus masculinum non concipit femininum.
40 In contractibus facienda est interpretatio contra eum, qui ex eis inuitur.
41 Non potest pater stipulari feuda, vel eopphiticos nepotibus ex feminis, quia non sunt in potestate sua, sed patris.
42 Filius primogeniti patrum excludit.
43 Natura successionis feudi est vt aliquo mortuo attendamus ad eum, qui est proximior ipsi decedenti, non ad eum, qui est

proximior primo inuestito.
Secundogenitus et eius liberi semel à fratre excluduntur etiam ab eius descendibus perpetuo exclusi.
In contractibus quilibet primogenitus videtur stipulari primus, et descendentes ex ea, de maiori in maiorem succedunt in bonis, et. Queritur nunquid Baro de Laguna institutus à domino Philippo, eius auunculo sit admittendus, an Vicecomes do. Ebul. qui descendit à Petro secundogenito? Et pro dicto Vice-



comite facit, quia Baro descendit à primo genito, mediante Ioanna matre sua, quæ videtur excludi ex verbis patris, quibus dicitur quod filius masculus primus, et descendentes, et c. intelligendum enim videtur descendentes, scilicet, masculi, vt qualitas illa censetur repetita, le. Seia. f. Caio. de fund. inst. l. Titius. C. de op. lib. et quia præcedentia declarat subsequencia. l. si seruis plurimum. ff. de leg. j. et quia vna pars coniunctæ aliã declarat. sicut enim dicimus de disticta. l. j. ff. de reb. dub. et dicta in vno capitulo declarant ea, quæ in alio dicuntur. l. vtrum. in prin. ff. de pet. hered. leg. quem ad modum. ff. hæc verba. ff. ad leg. Aquil. et pro hoc videtur doctrina Bartolin. d. l. Seia. f. Caio. vbi concludit quod si qualitas adiecta primo, quoties potest cadere vniuersim in secundo, semper censetur repetita. arg. d. f. Caio. et l. in re petendis. sequitur Aret. cons. j. ver. si hoc promisso. Felin. c. 2. ver. fallit quinto. de rescript. et etiam tenuit Card. consil. lxi. consuluit Raph. Comen. cons. cxvii. vbi si conditio, si decesserit sine filiis masculis, vel nepotibus intelligitur, scilicet, masculis; ergo idem in casu nostro, et in terminis nostris, hoc etiam tenuit Guid. Pap. qu. cccclxxxv. incip. si in aliqua. quem refert et sequitur Dec. con. cclxx. et cccclxxx. et pro hac parte, etiam faciunt, que no. Bar. in l. fina. ff. ad Trebell. in l. Lucius. ff. de vulg. Abb. cons. 36. in primo. Raphae. Comen. cons. cxvii. Andr. Sico. consil. lii. inter consilia Alex. Franc. Curt. Sen. cõs. xlv. Dec. eccclxxv. Curt. iunior, consil. ix. Corn. ci. in quarto, cum similibus. cum ergo vigore pacti admittantur duntaxat descendentes masculi, cõsequens est vt Baro, qui per Ioannam matrem descendit, excludatur, vt si cut mater ipsa non admittetur, tunc nec ipse, quia exclusio radice etiam ramum excludat. l. si via matre. ver. nã licet C. de bon. mat. per Pau. de Cast. et Iaf. in le. maritus. C. de pcur. Alex. Iaf. et ceteros, in l. Gallus, ff. nunc. de lege. ff. de lib. et posth. et facit tex. in cap. vnico. ff. hoc autem notandum, qui feud. dar. poss. in vlt. feud. Creim. sing. xx. Alex. consil. vii. libro. Et hæc sententia adiuvatur ex ratione ipsius pacti: nec enim verisimile est alia causa fuisse sic conuentum, quam vt conseruarentur facultates in personam masculorum, et agnatione ipsa: quæ ratio est, et admisso Barone, qui est cognatus, et de alia familia, vt in simili consiluit Soc. consil. xl. inter consilia Curt. Dec. consil. cccclxxv. l. cxli. libro secundo. Cõfirmatur prædicta opinio ex verbis illis de maiori in maiorem, quæ secundum propriam significationem referuntur ad maiorem natu. seu seniore. licet enim pacificentes filii primogenito prouiderent, tamen hæc distinctio non facit in eius descendibus, sed simpliciter vocant maiores natu. quo casu ambulatorium erit castum semper in seniore, et patris secundogenitus, etate maior excludit filium primogeniti iunioris, secundum Alex. in consilio, q. in 4. volu. et sancti ante eum Pet. de Anchar. cõ. xciiij. refert et sequitur Dec. cõs. cccclxiiij. in fi. Merito ergo in casu nostro, non videtur Baro posse ex eo adiuari, q. per lineam primogenitam descendit. Sed hæc tamen et similibus, quæ adduci possent, non obstantibus, puto contrariam opinionem esse veriore, et in suprascriptis bonis admittendum esse præfatum Baronem de Laguna hæredem institutum à Philippo. et semper nimis dubium iudicandum est pro eo, qui est scriptus in testamento propter expressam mentem testatoris, et non facile est oredendum, sub esse onus aliquod fideicommissi, quia fideicommissum est vnus, l. coheredes. ff. cum filia. de

- 9 filia. de vulg. in dub. autem pronuntiamus non subesse: et sic interpretatio, vt bona sint libera arg. l. vnus ex familia. ff. rem. de le. ij. Lucius. f. hæredes. ff. ad Trebell. vbi Iacob. Din. Alb. et alibi dicitur fideicommissi ademptionem fauorabilem esse: quia datio est odiosa. l. fuerit. vbi Pau. Cast. et Soc. in v. not. de rebus dub. Hinc est, quod in legatis, et fideicommissis quod minimum est, sequitur. l. nummis. de le. 3. l. apud Iulianum. ff. scio ex facto. de leg. j. Ludo. Rom. in le. plures. de dam. in fec.
12 Dec. l. in testamentis. de reg. iur. Vnde fideicommissi onus filii iniunctum, ad nepotes non pertinet, secundum Dec. consil. cccviii. cum concord. sicut nec in prohibitione alienationis, gloss. in verbo voluisse nos igitur. in aut. de rest. fideicom. quamuis aliàs appellatione filiorum veniant nepotes. l. iusta interpretatione. ff. de verb. sig. est in fideicõ. q. indecitur per viã testatorum vel codicillorum multo magis, idẽ dicendũ est in his, q. per modũ pacti, seu contractus inducuntur, in casu nostro. Fundata ergo est in tertio Baronis ex testamento d. Philippi, à quo si est facile recedendũ: & nisi appareat per expressas, & certas rationes prout nõ apparet, vt infra videbimus, sed potius contrarium nõ potest dici Baronẽ excludi debere. Non obstat igitur in primis dicta conuentio in contractu matrimonij facta. Primò, quia dici posset huiusmodi conuentionem non valuisse, quia pactum obventionis hereditatis, certo casu deferenda non valet. l. pactum quod dotat. l. licet per locum à speciali. C. de pact. conuent. cuius rei illa est ratio, quia pactum quod quis post mortem de patrimonio suo disponat speciali legis indulgentia, & ex qua dam dispensatione concessum, est secundum gloss. in l. illa institutio. ff. de hered. instit. et Can. in rub. extra, de testa. quia in id tempus dispositio procedit, quo res amplius sua non est. l. in tempus. ff. de her. insti. l. quod spon. C. de don. ante nupt. Sed tamen lex hoc in dultis dũmodò certe forte feret, in est, via solentis testamenti. l. 3. vbi glo. ff. de testa. aliter enim deferri non potest successio, quia propter quoties verba contractus non obligationem presentem respiciunt sed futuram post mortem bonorum obventionem, prout in casu nostro actus est nullus, vt declarat Bar. in consil. ccxj. incip. promitto tibi, et tu mihi, refert, et sequitur Dec. in le. pactum. C. de collat. Cur. iun. in consil. xv. post tractum feudalem Alex. consil. lxxv. Alex. consil. 68. in ij. volu. vnde sequitur, vt etiam si iurandum accesserit, non tamen pactum confirmetur, quia iurandum non supplet iuris publici defectum. l. ius iuramentum. ff. de pactis et ita tenent communiter doc. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. Rursum sequitur, vt id pactum nõ solum tunc non valeat, cum de vniuersa successione agitur, sed nec et cũ de particulari: pacto enim non potest quis successione, quamuis particularis rei, deferre. l. si ff. de suis, et leg. l. si fratres.
18 f. idem respondit societatem. ff. pro socio. Vnde transactio inter fratres, vt in paterna domo, soli masculi succedant non valet: quia obuentio bonorum, quamuis particularium hoc casu induceretur, secundum Bart. in dict. consil. ccxj. et in l. fin. C. de pact. et Alexan. consil. 29. in 3. vol. Secundò, ex alio capite videtur dicta quæstio nõ nocere Baroni: quia non debet efficacia huius pacti transire in perpetuum, sed potius non valere, per l. in hoc iudicium. ff. si conueniat. ff. de com. diuid. prout eam declarat glo. in l. i. quis in conscribendo. in fi. glo. mag. C. de pact.
19 vbi dixi, in vers. tertius casus Videmus enim prohibitionem alienandi vltra quartum gradum non porrigi. ff. j. in aut. de restit. fideicommissi. et loquitur ille tex. quando prohibitiõ erat adiecta ratio quod generalis, vt est fideicommissi simplex in duceret: de quo in l. Rom. ff. coheredes. per Aret. et Soc. ff. de verbo. obli. Sicut ergo in testamento istud onus, vltra quartum gradum reicitur multo fortius dicendum in supra scripto pacto: quia in infinitas facilius in pactis reprobat, quã in testamentis: vt per Alex. in l. si non fortem. ff. si centum. ff. de cõd. et dem. Nec aduersus supra scripta obstat statutum patrie Aragonensis, quo cauetur, quod iudices semper iudicent, ad chartam, & fe-

cundum quod in ea continetur: quia videtur, quod tale statutum debeat intelligi, vt tamen non inducantur, ea quæ sunt impossibilia de iure. l. quidam cum filium. ff. de verb. obli. gl. super verb. nõ vitari. l. j. de cond. insti. et habetur in l. generaliter. de verb. obli. quia f. impossibilitas iuris æquiparatur impossibilitati facti, gl. l. ralis scriptura. in fi. vbi doct. ff. de leg. j. l. si stipuler. de verb. obli. vbi Iaso. Nec est verisimile ius tanta cum prouidentia à maioribus inductum generalibus illis statuti verbis sublatum fuisse. l. si quando. in princip. C. in officio. testam. et quod no. Imo, et Senen. in le. Centurio. vbi etiam Iaf. ff. de vulg. et pupillar. et Perul. in c. si pater. de testam. in vj. vbi concludunt tali statuto, non videri datam esse potestatem testatori, vt directo post pupillarem ætatẽ substituat. Vnde videtur tale statutum sano modo intelligendum, prout dicunt doctores, quando cautum est, vt per statuta intelligantur ad litteram prout iacent, de quo per Bar. in l. omnes populi. in vltim. parte. de iustit. et iur. et dixi libro secundo, de verb. sig. Tertio etiam data validitate supra scripti pacti, tamẽ videtur adhuc concludendũ pro ipso Barone, quia illa verba, Filius masculus primus, et descendentes, etiam si habeant repetitionem, et intelligantur de descendentes masculi, tamen verificatur hoc in Barone, qui est descendens, et masculus. l. j. C. de cond. insti. leg. iubeamus. ff. pen. C. ad Trebell. cap. j. de eo qui sibi, et suis hæred. in vlt. feud. tradit Bal. Fulg. Paul. de Cast. Corn. in d. l. j. C. de condit. insti. Raph. Fulg. consil. cxj. Guid. Pap. q. ccccccxxij. in cap. prolatori. et Socin. d. f. nunc. de lege. ver. limita. in fin. et est verior opinio, vt infra dicam. et per Com. consil. cccclvj. in secundo libro. Quarto, quia verba pacti non possunt adaptari Vicecomiti, dum dicuntur Quod de maiori in maiorem succedant, cum Vicecomes non sit de eadem linea, sed de alia, scilicet, de linea secundo geniti, de qua pactum non loquitur, sed habet eam pro exclusã: et quidem perpetuo: vt infra dicam respondendo ad contraria. Quintò, quia verior est opinio, quod in dicto pacto nulla fiat repetitio, sed descendentes simpliciter accipiantur, prout simpliciter scriptum est: f. dictio enim illa, masculus, numeri singularis non potest censeri repetita ad dictionem, descendentes, numeri pluralis, quia ratio recti sermonis, hoc nõ patitur. l. Plautius. ff. de au. et argen. leg. Vnde apparet ex viberborum non posse fieri hæc repetitio. l. cum pater. ff. cum imperfecta, de legat. secundo, prout etiam in simili dicit Oldr. ad consil. clj. factum tale est dominus Cleme ns f. nunquam enim fit relatio repugnante ratione recti sermonis. leg. et qui data. ff. j. ff. ex quibus caul. maior. Iaf. leg. talis vari. 4. ff. de legat. primo. Ex præsumpta verò mente contractentium minus fieri potest: quia non subest probabilis coniectura voluntatis, vt quia aliàs sequens dispositio esset inutilis, vt declarat Bartol. in dicto. f. Caio, quod non est in casu nostro, de quo per Alexand. consilio lxxvij. iij. volum. et consilio xvij. in quinto. Socin. consilio. xx. in tertio volumine. Decius ccc. Corneus clvj. in quarto. Vnde dicunt communiter doctores quod in illa substitutione. Instituo filios meos, masculos et si decesserint sine filiis, et c. non censetur repetitum masculis secundum Ioann. de Anan. consilio vicefimo Anchar. consilio cxx. Alexand. consilio. xxxvij. in sexto volum. et consilio. xvij. in septimo. Iaso. in lege, qui filius. ff. de legatis primo. Ludou. Bologni. inter consilia Alexand. consilio. xlix. in quarto mouetur ratione, quia si testator in verbis conditionis sensisset de masculis vtiq; hoc sciuisset exprimere, leg. vnica. ff. in autem ad deficientes. Cod. de caduc. toll. quæ ratio etiam in casu nostro procedit, et idem etiam sentit Corneus consilio cccxxx. litera lege. in tertia. Iason. cxlij. in secundo. Curt. iunior. clxij. Et ista procedunt in testamentis, vnde multo fortius, hoc dicendum est in pactioibus, seu contractibus, prout in casu nostro: in contractibus enim regula est generalis, quod f. qualitas etiam in eadem ratione, non censetur repetita, secundum Bartol. et doc. in leg. si ita stipulatus, f. Chryfogonus per illum text.

lum tex. de verb. obli. qui tex. loquitur, vt non censetur facta repetitio respectu alienæ personæ: prout in casu nostro: & facit tex. in l. hoc iure. ff. de verb. oblig. vbi t̄ dies conditioni adiecta, quæ in facto tertij consistat repetita, non censetur etiã in eadem clausula ad idem facit tex. in leg. si necessarius. §. si annua. de pigno. act. & q. cõsuluit Alexan. in casu fortiori, consilio cccij. in ii. Videmus enim t̄ verba latius accipi in vltimis voluntatibus, qui in contractibus, vt per multa ostendit Iaso. in leg. verteribus. ff. de pact. & facit quod notat Bald. in lege, cum acutissimi in fin. C. de fideicommiss. vbi dicit, quod d. l. non procedit in cõtractibus. Et hoc maxime est dicendũ in casu nostro, in quo tractamus de dispositione odiosa, & exorbitante à regulis iuris secundum Bald. in leg. omnes pop. de iust. & iur. Vnde in ea faciendã est stricta interpretatio per glo. in d. l. tales. in fin. de leg. j. Bart. in le. præor. §. erit que. ff. vi bon. rap. quod procedit etiam si prima & secunda persona ponantur in eadem oratione, secundum Socin. consilio xxxvj. in iij. Dec. consil. cccix. Confirmatur supradicta, quia (vt dixi) talis qualitas nõ potest cõferri repetita ex vi verborum, propter rationem recti sermonis: quia nomen singularis numeri, non eõcordat cum plurali. d. l. & qui. ex mente verò præsumpta non potest fieri hæc interpretatio, quia hoc non esset ad chartam, & secundum quod in ea continetur, prout d. statutum supradictum, secundum Bart. in l. j. ff. de his quæ in testa. dele. Anton. de Butrig. Felin. & ceteros in ca. transl. de consil. Non obstant nunc allegata in contrarium, quibus adducunt multi casus, in quibus locus est tali repetitioni, quia producant, & loquitur in diuersis terminis, secundum distinctionem Bartol. in dist. §. Chrylogonus. nec habent locum in casu nostro. Primò, quia t̄ repetitio non potest geri repugnante ratione recti sermonis, vt supra dixi, dist. leg. & qui data. §. j. & per Bartol. in l. cum in testamento. in fin. ff. de ac. & argen. leg. quod non est in casu Bartol. in d. l. Seie. §. Caio. & Ra. ha. Com. in dist. consil. cxvij. vbi illa verba, si decesserit uel natus masculus, vel nepotibus, intelliguntur masculi, quia eõcordant in casu & numero, & reguntur ambo à verbo, decesserit. Secundò, quia contraria non procedunt in contractibus, vt est quæstio nostra: sed in vltimis voluntatibus tantum, pactum enim illud licet inducat successione, tamen quoadmodũ contrahendi est contractus, & regulatur secundum contractus, non autem secundum vltimas voluntates, vt per glo. in l. ij. in prin. de dote præleg. & habetur in l. licet. C. de pact. in 2. de legat. j. Tertio, quia etiam t̄ in vltimis voluntatibus verior videtur opinio, quod non fiat repetitio ad aliam personam, quamuis vna verborum conceptione coniunctam, per tex. in l. fin. §. Seio. de legat. 2. & in le. Iulius. Paul. de condit. & demonst. & vtrobique Bartol. simpliciter hoc tenet. Nec obstat, quod idem Bart. in d. l. Seie. §. Caio. aliter tenet respondendo ad §. Seio. est. præfatiua in vxorem casualis, quia hoc improbat Raph. Com. in d. §. Seio. vbi inquit, quod imò etiam est casualis, cõ potuisset mori antequam adiret. & ita etiam sentit Dyn. Iacob. Rayner. Oldrad. & Paul. de Castr. ibi glo. l. mulieri, & Titio. de cond. & demonst. Alberic. de Rola. in lin. repetend. ff. de legat. tertio. l. l. Titia. nihil. ff. de legat. j. Quarto, quia contraria loquantur de repetitione qualitatis coherente rei, vel repetitione conditionis. §. Seio. Bart. d. §. Caio. nostra autem quæstio est in qualitate coherente personæ, quæ quidem difficilis censetur repetita, vt supra diximus in substitutione facta filiis, quæ nõ intelligitur de masculis, secundum Ias. d. l. qui filius, cõ concord. & facit, quia licet aliàs t̄ de casu ad casum permittatur extensio, non tamen de persona ad personam. l. Gallus. §. & quid si tantum. & §. quid si is, vbi Areti. d. lib. & posthum. l. si ita quis. §. penu. ff. de testam. tu. facit quod notat Bald. in l. h. Cod. de hæred. insti. in xvj. opposit. & Felin. in c. super literis. de rescrip. & habetur in dist. §. Chrylogonus. Quintò, quia contraria procedunt in clausula, quæ non solum vna verborum conceptione

concepta sit, sed etiam quæ vnam dispositionem solum cõtineat, quod si aliam dispositionem qualitas respiciat secus est: non enim inducitur repetitio per tex. in lege, si necessarius. §. si annua. ff. de pig. actio. t̄ vbi stipulatio de cem tibi dari, qua die petieris, & eorum vlturas non intelligitur, vt respectu vsurarum, quæ est alia dispositio censetur repetitum, qua die petieris, sed ex die stipulationis vsuræ currunt. lege, si ita quis. ff. de verb. obligat. & probatur hæc conclusio etiam in lege, qui fundum. ff. de contr. emp. de quo per Bartol. dist. §. Chrylogonus, & in simili casu consuluat Alexan. consilio xij. in ij. Aretin. consilio xcv. in fin. Iason leg. iij. §. filius. de liber. & posthu. versicul. iij. In casu autem nostro supradicta clausula duas dispositiones continet. Primam, vt filius masculus primogenitus succedat. Secundam, vt eius descendentes, qui videtur ei substitui, seu in casum eius deficientis vocari. Vnde sicut non concurrunt in tempore, ita nec in supradicta qualitate. leg. qui plures liberos. ff. de vulg. & pupil. & facit regula generalis, quod t̄ qualitas institutionis non censetur repetita in substitutione. leg. si sub conditione. ff. de hæred. insti. l. quæ conditio. ibi ad eum duntaxat gradum. ff. de cond. & demonst. & ibi per Bar. Sextò respondetur, quæ allegata in contrarium procedunt in materia fauorabili, vel quæ recipiat interpretationem: nos autem loquimur in pacto exorbitante à reg. iur. communis, in quo non videtur admittenda hæc repetitio. leg. vxori. §. vxorum. de legat. 4. & per Socin. consilio lxxvj. in 4. & Dec. d. consil. cccix. & in simili concludit Raph. Com. in consilio lxxij. vbi in pœnalibus non admittit talem repetitionem per lege. si præses. ff. de pœnis. & in simili etiam, per Card. Zab. consilio. lxxij. in ij. dub. vbi talis repetitio sit solum ad restringendam t̄ dispositionem odiosam, non autem ad ampliandum, & ita sentit Oldr. consil. clj. supra allegato. & Ioan. de Anan. consil. lxx. in addit. & facit iura vulgaria, quæ adducuntur ad ostendendum, quod t̄ exorbitante strictè intelliguntur. in l. si verò. §. de viro. & per Bartol. in l. si constant. ff. sol. mar. Septimò, etiam potest dici, quod t̄ repetitio à primò non fiat ad secundũ, quoties diuersa ratio est inter vtrumq; casũ, vt no. Bar. in l. talis scriptura de leg. j. Bald. in leg. actionibus. ff. de iis, q. no. in fa. & in casu nostro concludit Soc. in allegato con. lxxxvj. 4. Cor. consil. clvj. in 4. Dec. d. consil. cccix. in si cum similibus. in casu autem nostro, subest diuersa ratio, quia primũ caput est in fauorem ipsius primogeniti, si verò fieret repetitio qualitatis, in secundo capite potuisset ver ti in odiũ, si decessisset filius relicto solis fœminis argu. l. quod fauore. C. de l. & qui si pacificentes, ita intellexissent, potuissent verba pacti breuiter concipere dicendo, quod descendentes masculi de maiore in maiorem succedant, omitta particulari mentione filij, argumen. d. l. Herennius de verb. sign. Sed quia voluerunt distinguere ceteros descendentes in qualitate masculinitatis à filio, idè specialem mentionem eius fecerunt. Octauo est aduertendũ, quod omnia contraria procedunt non ex vi sermonis, sed interpretatione exten sua, vt dixi. Vnde sequitur eam non procedere in casu nostro tali statuto, quod iudex pronuntiet ad chartam, & prout in ea continetur, t̄ verborum enim contineri ad propriam significationem refertur secundũ Bar. in l. cui eorum. §. a. finitates. ff. de postu. in l. hæc verba. ff. de adult. Vñ stante tali statuto, censetur prohibita quelibet extensio, vel interpretatio vltra verba inducã, secundum Bald. in l. C. de patr. qui fil. dist. & tunc masculinum non conciperet fœmininum, secundũ Ias. in l. qui filius, de le. j. Nec argumentum à contrario sensu acciperetur, vt per Ias. in leg. j. de offici. eius cui. & in simplicibus non comprehenditur casus mixtus, secundum Angel. in l. si ita scriptum. ff. de lib. & posthu. & generaliter stante statuto, nunquam recedimus, à propria significatione vocis vt per Bald. in leg. precibus. Cod. de impub. And. Sieu. in rep. l. cum acutissimi. Cod. de fideicommiss. & consil. xxxix in 2. Bologn. consil. lvij. Corn. consil. cccxiiij. in iij. volu.

volu. cum similib. Non obstant tot auctoritates doctor. alleg. & per Soc. in l. cum auus. ff. de condi. & demonst. supra in contrarium allegata: quia omnes tolluntur supradictis rationibus: loquuntur enim omnes in casibus t̄ diuersis à nostro. in quibus particulariter distinguendo, sic videtur dicendum: aliquando enim & primò in dispositione sunt aliqua verba sui natura repetitua, & tunc dictio masculis propter vim relationis, censetur repetita, ita procedit quod not. Bartol. in le. fin. ff. ad Treb. in leg. Lucius. ff. de vulg. Abb. consil. xxxvj. in j. & dixi. in d. l. Herennius. & ita procedit etiam, quod consuluat Corn. d. consil. c. in iij. vbi aderat verbum dictis filiis, quod est repetituum. Aliquando & t̄ secundo non est dictio repetitua, sed duntaxat vnitas clausulæ, & eõcordantia in numero, & casu vocis repetitua, & idem dicendum est per doct. Bartol. in d. l. Seie. §. Caio. & ita loquitur Raph. Comen. d. consil. cxvij. & Dec. d. consil. cccclxxx. aliquando & tertio sunt aliquæ coniecturæ mentis testatoris, vt quia excludit proprias fœminas, & quia constat eum attendisse ad cõseruationem agnationis, & idem videtur dicendum, secundum tamen qualitate præsumptionum: & ita procedit quod no. Guid. Papæ d. q. cccclxxxv. Dec. cclxxx. & ccccxv. Cur. iunior consil. ix. Andr. Sicut. d. consil. xxij. Aliquando & vltimò tractamus si de vltimis voluntatibus, sed in contractibus, & relatio non eõcordat in numero, & casu & tunc nullus est doctor, quem ego viderim, qui sentiat fieri talem repetitionem, & iste est casus noster. Nec dicat aliquis rationem pacti hanc fuisse, vt facultates conferrentur in agnatione masculina. at l. j. §. de ventr. in spi. not. Cyn. post Iac. de Aretin. in l. j. C. de adult. cum concord. per Dec. dic. consil. 209. quia respondeo in casu nostro hoc esse manifestè falsum, quia mater non potest videri habuisse respectum ad agnationem: cum filij non sunt de agnatione sua. l. familia. §. fœminarum. ff. de ver. sign. & quia pactum simpliciter est factum in fauorem primogeniti, & idè nihil ad agnationem attendimus, sed ad primogenituram, quæ aliàs etiã multos fauores habet, de quibus in c. quam periculosũ. 7. q. j. Abb. consil. iij. consil. 85. in j. And. Sicut. consil. i. in ij. Alexand. 161. in 2. Matr. de Laud. in tracta. primogenituræ. cum simili, in qua primogenitura possunt potiores esse etiam fœminæ, tunc secundũ ius commune iuxta l. maximum vitium. C. de lib. præte. Cum etiam secundum statuta regni, &c. Nam & cõ bona, de quib. agitur fuerint decalia, & prouenerint à matre non est verisimile, id eum egisse, vt sexum suum excluderet, prout solemus dicere in feudo materno, seu fœmineo, quod quia habuit initium à fœminis, transit etiam per lineam fœmineam, iuxta text. in capit. primo. de natu. suc. feud. Roman. consil. cccclxvij. circa primum consultationis, versu. quoad quintũ. itaq; videmus in emphyteusi recepta à muliere, p. se, & filiis, licet est regulariter in contractibus masculinũ cõcipiat fœmininũ, erit fœm. tñ hoc casu secundũ Pet. de Anch. consil. cccxlj. p. maiori intelligentia, quem cõmuniter sequuntur doct. vt p. Ias. l. sed si hac. §. liberos. de in ius voc. Dec. in l. fœminæ. de reg. iur. Non obstat, quod si teneamus dictionem, masculus, censeri repetitam, quod imò iste ex filia excludatur, sicut mater sua fuisse exclusã regulam d. l. si viua matre. & tex. in d. c. j. hoc autem notandum, cum in finit concordantibus. Quia respondeo, quod imò etiã hoc posito adhuc potior est causa Baronis, quia in eo verificantur verba pacti, est enim descendens, & masculus. d. l. j. C. de condi. insert. vbi Bal. Pau. Corn. cum similibus supra allegatis: nec obstant auctoritates in contrarium allegata, quia respondeo pluribus modis. Primò, quod loquuntur in dispositione, quæ recipit interpretationem restrictiuam ex mente disponentis, quod non est in casu nostro stante statuto, quod ius reddatur secundũ chartam, verborum enim proprietates pro Barone est, vt supra, circa dictum statutum, satis dictum est. Secundò respondeo, quod loquuntur in dispositione, quæ innititur ratione cõseruandæ agnationis, & ita expresse declarat Guid. Papæ d. q. d. cxij. & c. xxxiiij. & alij doctores supra

alleg. & per Soc. in l. cum auus. ff. de condi. & demonst. ver. quartus casus. in fi. Cur. iunior, consilio j. Iaso. consil. vij. vol. iij. Sed nos supra ostendimus, quod ratio supradicti pacti non fuit in cõseruanda agnatione, sed solũ in fauore primogenituræ primi masculi, quales antequã deinde essent descendentes siue masculij siue fœminæ. Tertio respondeo, quod supra scripta procedunt in vltimis voluntatibus, quæ pendunt à sola voluntate disponentis. Vnde secus est in contractibus, qui ex voluntate duorum pluriumve regulantur, & maxime ipsius fœminæ, quæ non videtur voluisse suum sexum excludere, vt supra dixi. Vnde in contractibus faciendã est interpretatio contra eum, qui ex eis innititur. le. veteribus. ff. de pact. vt supra dixi. & facit quod no. Bartol. in l. liberorum 4. quæstio. de verbo. signi. ff. Nec obstat, quod doctor. loquantur in feudis, & emphyteusi, quia respondet Pau. de Castren. in d. l. j. quod istud sit propter eorum naturam. non enim regulariter transeunt in fœminas. de quo etiam p. Philip. Franc. in rep. ca. si pater. in glo. verb. liberis. extra. de testa. lib. vij. item t̄ non potest pater stipulari feuda, vel emphyteusum nepotibus ex fœminis, quia nõ sunt in potestate sua, sed patris. Vnde non valeret stipulatio. l. quod dicitur. ff. de verbo. obligat. quod secus est in nostro. Stante enim supradicto statuto, nõ est dubitandum, quin maternus auus, vel auia stipulari nepotibus possint, & ita intelligendum est, quod no. Rub. Alexandrinus in consil. xxij. & consil. cxxxvij. quia aliàs male loqueretur. Quarto respondeo distinguendo, quod aut Baro vocatur ex persona matris suæ, & excludit matrem, etiã ipse cõferatur exclusus. d. l. si viua. & ita procedunt auctoritates contrariæ, aut vult venire ex persona propria, & tunc potest, & ita distinguit Bald. in auth. cessante. C. de leg. her. quem refert, & sequitur Soc. in d. §. nunc. de l. & in similib. etiam ita distinguit Bart. in d. l. liberorũ. ver. quæro, quid si filia dotata, & c. quem sequitur Alexand. consil. lxxv. in vol. j. Dec. cõs. lxxxj. Modo in proposito nostro, dico quod verba pacti vocant Baronem non ex persona matris suæ, neque tanquam eius successorem, sed ex persona propria tanquam successorem ipsorum coniugum patriscentium: merito ergo poterit admitti. Vltimò non obstant illa verba de maiore in maiore, quia possunt habere duplicem intellectũ. Primus est, si referatur ad verbũ, succedant, & tunc possent militare contrariæ rationes. Secundus est intellectus, si referantur ad dictionem, descendentes ex eo, de maiori in maiorem, & tunc denotant simplicem ordinem primogenituræ, & iste intellectus in casu nostro est verior, vt quod dictum erat de filio primogenito, idem etiam sit in descendentibus, quæ semper primogenitura attendatur, non autè maioritas ætatis, & iste intellectus est accipiendus. Primò, quia (vt dixi) conuenit cum persona primi filij, qui & ipse vocatur cõ qualitate primogenituræ. Secundò, quia concordat cum iure communi, secundum quod non attendimus ad maioritatem ætatis, vnde t̄ filius primogeniti patrum excludit, vt est receptor opinio, de qua per Præposit. Alex. in c. j. de feud. March. Ias. l. is potest. de ac. qui hæred. Soc. consil. cclij. Tertio, quia concordat cum t̄ natura successionis feudi, quæ est vt aliquo mortuo, attendamus ad eum, qui est proximior ipsi decedenti, non ad eum, qui est proximior primo inuestito, vt est tex. in cap. primo. in fin. de natu. success. feud. per quod notat Andr. de Iser. in capite. primo. de eo. qui sibi, & hæred. suis. & per Præpos. in dist. c. j. de feu. March. versicul. decimo quinto. Soc. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. Quarto, quia concordat cum alia regula, quod t̄ secundo genitus, & eius liberi semel à fratre exclusi, censentur etiam ab eius descendentes perpetuò exclusi. capite. primo. §. quin etiam. secundum vnum intellectum Episcopum vel Abbat. Bal. capit. primo. de matr. ad morga contract. Bartol. lege, fin. ad Tertyl. Quintò, quia aliàs successio esset nimis ambulatoria de vna linea in aliam, si simpliciter attendere mus eum, qui reperitur maior natu, quod non est verisimile. argument. leg. penult. in fin. Cod. de curat. fur;

curat. furi. Sexto, quia sicut in contractibus quilibet primogenitus videtur stipulatus prius suis primogenitis, & descendentes ibidem. cap. primo. de duobus fratr. vbi doctor. ita etiam videtur hoc pactum intelligendum. Sep- timo, quia prius facienda est admissio secundum lineam primogenitam, quam deueniri possit ad lineam secundogenitam: quia verba pacti hoc expressim sonant, vt dixi. Octauo, quia in simili casu hoc tenet Abb. consil. 87. in j. li. & in octauo casu. ita sentit Paul. de Castren. consil. 164. in praesenti causa, quae vocatur maiorae. in ij. vol. in nouill. And. Sicul. consil. xj. lib. ij. Soc. dict. consil. 251. versicul. iij. in ca. responsione, quae est in verific. ad tertiam, & satis sentit idem consilio 87. in iij. quando non adesset dictio alterutrius, maiorae, &c. pur in casu nostro non est. Nec obstat consil. Alexand. iij. lib. iij. Ancha. 82. Dec. 443. in fin. quia in casu ipsorum verba erant aliter concepta, quam in casu nostro, in qua verba sunt satis clara in fauorem primogeniti, non in fauorem antiquioris natu simpliciter. Et haec omnia saluo sempe- saniore iudicio.

CONSIL. IX. SVMMAE.

- 1 De iure communi in successione paternae, soror aequaliter cum fratre admittitur.
- 2 Conuentio inducens obuentioem bonorum, non valet.
- 3 Cum obligatio ex persona ipsorum paciscentium initium non sumat, actus est nullus.
- 4 Deuolutio bonorum non fit nisi iure publico per testamenta, vel successiones ab intestato.
- 5 Casus non comprehensus pro omisso habetur.
- 6 Linea in arbore consanguinitatis est, quae ab vno ad alium per quosdam gradus protenditur.
- 7 Prohibitio alienationis facta filiis respectu aliorum, non habet locum inter ipsos.
- 8 Disposita collectiue ex parte aliquorum versus alios, non habet locum inter ipsosmet.
- 9 In compromisso facto inter plures ex vna, & Titium ex altera, non potest arbitrariter inter istos plures adinuenire quicquam arbitrari.
- 10 Constitutum post mortem, non est alicuius effectus.
- 11 Possessio finitur morte.
- 12 Clausula omni meliori modo vis.
- 13 Iuramentum, & clausula omni meliori modo, eiusdem potentiae.
- 14 Inter liberos sufficit quaecunque voluntas, etiam non solemnis.
- 15 Verbum substitutio, etiam inter liberos non intelligitur de substitutione fideicommissaria, sed solum de vulgari.
- 16 Expressio rationis regulariter sufficit soli exceptioni, non autem ea potest agi.
- 17 Contractus strictius accipiuntur, quam vltimae voluntates, & casus ommissus pro omisso habetur.
- 18 Interpretatio fit contra eum, qui dicit casum euenisse.

Debus rationibus praesens casus videtur esse clarus, & in fauorem filiae aduersus fratrem decidendus, habet enim haec mulier fundatam intentionem ex regula iuris communis, & per quam in successione paternae, aequaliter cum fratre debet admitti. l. maximu vitium. C. de lib. pter. Et licet contra eam inducatur, quoddam instrumentum conuentioem factum a proauo suo cum fratre ipsius proauo, tamen tale instrumentum non videtur ei nocere duobus principalibus fundamentis. Primum est, quia conuentio illa concepta est per modum obuentioem bonorum, vt filiae habeant tertiam partem bonorum, alia vero duae partes perueniant ad alios masculos, &c. Constat autem, quod conuentio inducens obuentioem bonorum non valet. l. licet per locum a speciali. Cod. de pact. le. haereditas. Cod. de pact. conuen. cum similibus, & facit Bartol. consilio cccxij. incip. promitto. & ratio est, secundum eum, quia per pactum obuentioem ipsi paciscentes non obligantur, quia verba respiciunt, duntaxat per obuentioem bonorum, ipsi autem non obligant se ad quicquam dan-

dum, vel faciendum. vnde obligatio ex persona ipsorum, initium non sumat, actus est nullus. l. quaecunque gerimus. ff. de ad. & oblig. nec bona ex tali pacto possunt deuolui, cum & deuolutio non fiat, nisi iure publico per testamenta, vel successiones ab intestato. l. 3. ff. de test. l. si. ff. de suis, & legit. l. si quando. §. j. C. de inoffic. test. & cum opinione Bartol. transeunt doct. vt per Alexand. consilio xxvij. ponderatis verbis. in iij. & Dec. in lege, pactum dotali. Cod. de colla. Cur. iun. consilio. xv. & lxxxj. cum concord. per eum, & in dict. l. licet. & ego idem tenui in l. pactum quod dotali. Cod. de pact. Et procedit haec conclusio, siue de successione dotali agatur, siue de certa, semper enim militat supra scripta ratio, & merito Bartol. in dict. consilio loquitur etiam in pacto partis, & ita etiam loquitur Alexand. d. consil. xxvij. & sum sequutus in l. pactum, quod dotali. Cod. de pact. Et licet allegentur aliqui doctores, qui videntur tenuisse contrarium, tamen non loquuntur casu nostro, quando pactum est nullum supra scripta ratione, tanquam inducens obuentioem. Sed quando est nullum alia ratione, tanquam restrictum facultatis testandi, re enim certa cessat haec secunda ratio, sed nos sumus in casu primae rationis quae aequaliter militat, siue in tota, siue in quora, siue in certa parte. Et ista est receptissima omnium opinio. licet aliqui moderni, sputa, Iason. Parisius, & Goza istos terminos non videantur intellexisse, sed rationes omnes simul confundant. Iaso. l. stipulatio, hoc modo. de verb. oblig. Paris. consilio xxvj. in ij. Lu. Gozad. consilio lxxxvij. Secundum fundamentum est, quia verba conuentioem, non comprehendunt hunc casum. Vnde & pro omisso est habendus. l. si cum dote. in prin. sol. ma. l. si extraneus. de condi. caus. da. Loquuntur enim, quando filij, seu filij filiarum decederent sine masculis, quod filiae habeant tertiam, &c. & sic filiae habent tertiam bonorum eius, qui decedit sine masculis, sed in casu nostro iste decedit relicto masculo, & foemina ergo verba non verificantur, nec conditio loquens in decedente sine masculis, etiam intelligitur in eo, qui relinquit masculos. l. non est sine. ff. de verb. signific. Bald. consilio xlij. titu. de testa. & haec sola ratio sufficit ad victoriam, & diluit maximae partem mortuorum. Item loquuntur verba, quando duae tertiae perueniant ad alios proximiores ex linea paterna, praesupponendo istos alios esse diuersos a filiis decedentis, quia istum decedentem praesupponit sine masculis decedisse, ergo dictio alios, non videtur hoc casu verificari. argu. c. mandatum. & quod ibi Bald. extra, de rescript. Alexand. consilio ciiij. in ij. Sicut nec dictio, linea paternae, pater enim & soror sunt quidem proximiores ex parte patris, sed non ex linea, quia cum ipsi sint primi, non dicuntur proximiores ex linea, test enim linea in arbore consanguinitatis, quae ab vno ad alium per quosdam gradus protenditur. l. iuris consilium. ff. de gradibus. §. sunt & ex lateribus. Sicut ergo in numero linearum non est vnitas, vt ait Boethius libr. Arithmeticae. cap. v. & est glo. super verbo solum tenet. in l. si quis ante. §. fin. ff. de acquir. poss. vbi Dyn. & Alber. ita vbi primus tantum est gradus, non potest dici linea, item loquuntur verba reciproce, vt conuenisse videatur Thomas, & respectu filiorum Gasparis & Gaspar, respectu filiarum Thomae, & acquisitio fiat de vno stipite ad alium, non autem, quod Thomas inter suos descendentes ad aliquid se obligauerit, vt in simili per Dec. consilio celij. vbi instituto fratre, & liberis considerantur liberi solum respectu fratris, non autem inter se, sicut videmus in prohibitione alienationis, quae si sit facta filiis, respectu aliorum non habet locum inter ipsos. l. voluntas. Cod. de fideic. Bald. consilio cccxcvij. in fin. in j. volu. & facit regula generalis, quod disposita collectiue ex parte aliquorum, versus alios non habent locum inter ipsosmet. l. qui duos. l. sequitur. ff. de procu. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. do. & c. si de praeb. lib. vj. & quod habetur in l. accipientis. ff. de

entis. ff. de aucto. tut. sicut videmus, quod in compromisso facto inter plures ex vna, & Titium ex altera, non potest arbitrariter inter istos plures adinuenire quicquam arbitrari, secundum Bald. consilio cccix. in j. Ant. Bur. consilio lxxxvij. visis actis. quod inferat ad casum nostrum Soc. in l. Gallus. §. j. in ff. de lib. & posth. merito ergo quantum sit ad ipsos filios Thomae, non videtur subesse aliqua conuentio. Confirmatur haec sententia secundum terminos iuris: quia videntur isti esse stipulati quilibet filijs, & descendentes suis, non autem extraneis. l. si tibi §. si pactus. cum gloss. ff. de pact. l. quodcunque. §. j. ff. de verb. oblig. & habetur per Bart. & doct. in l. quod dicitur. ff. de ver. ob. ex stipulatione Gasparis, iste frater non potest admitti, quia non est descendens, ex stipulatione Thomae minus potest, quia Thomas conuenit, vt bona Gasparis applicarentur sibi, vel soboli suo, non autem, vt sua applicarentur dicti soboli, quia hoc nihil ad Gasparis pertinebat per supra dicta. Et ex ijs satis apparet argumenta, quae in motibus deducta sunt non obstat, quibus subtiliter, & accurate est responsum, per d. Principium Calorum aduocatum praestantissimum, & ultra eum in primis non obstat, quod non videatur facienda vis, quomodo verba sint concepta, si conuentio sit reciproca, & respiciat duntaxat partem bonorum, per ea, quae notat Bart. consil. lxxij. & c. respondeo Bart. ibi sentit oppositum, du in ij. iij. & iij. fundamentum probat valere talem conuentioem: quia facta a principibus habentibus facultatem legis condendae. Vnde sentit secus esse in priuatis. Et illa ratio, quod valeat pactum, ne certae res deueniant ad certum genus personarum. l. si ita quis. §. ea. l. ff. de ver. ob. non habet locum in casu nostro, quia pactum non est conceptum, vt inducat obligationem incipientem in persona ipsorum contrahentium, sed obuentioem bonorum inducit, quae fieri non potest. d. l. quaecunque gerimus. & tale pactum valet, quando caetera sunt habilia. arg. l. qui testamentum. ff. de test. id est, conceptum verbis aptis (vt dixi) maxime cum Bar. fateatur non impediri successione: nisi ad sit constitutum rite concepti, quod non est in casu nostro, & quod constitutum post mortem non est alicuius effectus. l. quauis. vbi Ang. & Clau. ff. de acq. poss. Dec. consil. cccxlvi. cum enim morte finiatur possessio. l. cum haereditas. ff. de acq. poss. non potest operari constitutum in talem casum. l. q. meo. ff. de acq. haeredit. vbi Alex. & Aret. Nec etiam opinio Ias. d. l. stipulatio hoc modo. & Parisius consil. xxvj. in j. est vera du distinguunt pactum sit de vniuersali haereditate, an de parte, vt si sit de parte valeat, quae (vt dixi) haec distinctio potest esse vera, quado impeditur etiam orietur, ex illa ratione, ne quis auferat sibi facultatem testandi, & ita ipsi loquuntur, & saluari possunt, aliis si militet ratio obuentioem actus indistinctus est nullus, quia militat semper eadem ratio, & quod prohibito habet locum etiam in parte, satis firmat Bar. d. consil. cccxij. Alex. d. consil. xxvij. Curtius d. consil. xv. & dixi in d. l. pactum quod dotali. C. de pactis. & facit tex. in l. ex eo. C. de inutil. stip. vbi simpliciter improbat stipulatio future successioem, nec distinguitur vniuersitas a parte. Nec rursus obstat clausula omni meliori modo, per quam etiam actus sustineri potest quaecunque viam possit, & sic tanquam obligatio sit praesens, sed executio conferatur post mortem, vt in simili per Curt. iunior. consil. lxxxj. & Socin. consil. cxlij. respōdeo, ibi erat verbum donamus, quod ad praesens tempus refertur. vnde clausula satis ad illum casum poterat accommodari, sed in nostro est simplex obuentio, quae non potest praesentem obligationem inducere, & sicut non confirmatur contractus talis iuramento, secundum omnes in dicta. l. pactum quod dotali. vbi dixi, ita nec per clausulam supra scriptam, omni meliori modo, quae est eiusdem potentiae, secundum Bartol. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obl. cum lex requirat certos modos, quibus obtingit successio, non sufficit virtus talis clausulae, nisi illi modi sint obseruati, secundum Alex. d. consil. xxvij. vt in simili, per Specu. de instru. edit. §. compendiose. Soci. consilio cxij. & cxxij. Pe. de Anch. consil. cccclvij. praesupponitur per Fel. c. cum

super. in fi. extra. de offi. deleg. Neq. dicitur, quod verba contractus obligationem praesentem inducant, quia cum simpliciter dicant, quod tali casu duae tertiae perueniant ad masculos, nec ipsi se obligent eas illi dare, nec vlla sit praesens promissio, non possumus dicere quoad hoc non vllam obligationem praesentem, vt satis apparet ex allegato consil. Bart. cccxij. & Alex. consil. xxvij. & Cur. consil. xcv. cum similibus. Et clausula, quae quidem omnia, & singula solennibus stipulationibus promiserunt dicta partes, nomine dictarum filiarum, omnium quorum interest habere rata & firma, &c. non ampliat praecedentem dispositionem, vt quod erat in obuentioem censetur a principio in promissione per regulam cle. j. in fi. extra, de praebend. Bal. eam quam. C. de fideicom. Alex. l. quae dotis. sol. ma. Ias. l. qui Romae. §. duo fratres. de ver. obl. Nec istum fratre adiutat, quod cum isti contrahentes testamentum contrarium pactioem non condiderint, videatur pactum re assumpsisse vires fauore filiorum, ex quo inter liberos sufficit, quaecunque voluntas etiam non solennis per ea, quae no. Alex. in d. l. pactum, quod dotali. & per tex. in l. hac consultiissima. §. ex imperfecto C. de testa. Nam respectu deo, quod tex. in d. §. ex imperfecto, debet intelligi in patre testante respectu filiorum tenentium primum gradum, in quibus causa intestati fouet causam testamenti, vt est gl. in l. si in verb. pares per illum tex. C. fam. merc. declarat Cur. iun. d. §. ex imperfecto. vbi dicit, quod hoc est de mente omnium doctorum, non autem in ijs descendentes, qui non erant nati, vel concepti vno testatore. l. Titius. ff. de ius. & legit. quia tales pro extraneis sunt. Et maxime in fideicommissis, quae onus importat, vnde verbum, substituto, etiam inter liberos non intelligitur de substitutione fideicommissaria, sed solum de vulgari, vt est gl. in l. Gallus. §. j. in 4. intellectu. ff. de lib. & posth. q. ibi sequuntur omnes, quamuis alias in tali testamento semper subaudiatur clausula codicillaris, secundu gl. in l. coheredi. §. cu filiae. in gl. fin. vbi Ias. ff. de vulg. & pu. vnde nec in hoc casu filia, quae ab intestato in dimidia cum fratre succedit, d. l. maximum. pot. videre grauata retinere tertiam tantum, & reliquum fratri permittere, propter fideicommissum pro auo factum in dicto contractu. Secundum principia liter non obstant rationes, quae inducuntur aduersus secundum argumentum, quibus dicitur, quod imo verba conuentioem comprehendunt huc casum. Et in primis ex ratione generali, quae dicitur deuentum ad illam conuentioem vt bona conferentur in familiam, & c. rindeo talis ratio, quauis generalis intelligitur, eueniente tamen conditione, quod descendens decedit sine masculis, quae conditio non euenit, & in testamentis ita concludit Alex. consil. cccxxxix. vol. vj. relicto enim masculis, expirat fideicommissum. l. si mater. §. j. ff. de vulg. & quod no. Alex. consil. cccij. in vij. Corn. consil. lvij. in quo restituitur enim ratio generalis, secundum terminos specialiter appositos. l. sed & milites. ff. de excu. tut. vbi Bal. refert, & sequitur Dec. consil. cclxj. & non est locus tali rationi, nisi in casu contrauentioem, quia subauditur clausula, & contra factum fuerit. l. pater. §. filia. vbi Bar. ff. de leg. 3. & si dicitur contra factum, quando successio defertur ab intestato, quae est lex, quae ipsum defert, vt est tex. in l. cum pater. §. filius matris. ff. de leg. ij. & in auth. de test. fideicommissi. ne vltra, secundum gradum, circa finem. prout in casu nostro, in quo filia succedit aequaliter patri intestato, ex dispositione legis. Et quia expressio rationis regulariter sufficit soli exceptioni, non autem ex ea potest agi. l. emptor. in fi. ff. de rei vendi. l. fin. §. ff. de doli except. Rei vero vendicatione certum est, quod nonquam sufficit. Bartol. si qui nolebat. ff. de haer. instit. l. si socer. §. j. ff. solu. mat. & si istud est in vltimis voluntatibus, multo magis in contractibus, de quo agitur: quia contractus strictius accipiuntur, & casus ommissus habetur pro omisso. l. quocquid. ff. l. de verbo. obli. & interpretatio fit contra eum, qui dicit casum euenisse. l. veteribus. ff. de pact. & multa circa hoc dixi lib. 3. de ver. signific. in prin. Nec obstat quod filij masculi sint positi in conditione, & propter illam dictionem

masculine dicitur vocari, secundum Dec. & Cur. in l. j. C. de pact. & Dec. consilio cccxiiij. cum si militibus. Respondeo, quod ista fallentia non est vera, & innititur falso fundamento, quia mentio filiorum masculorum non est facta in favore ipsorum sed in favore graui, si masculos relinquit, eximit ab onere fideicommissi, vt declarat Aret. in coh. & Paul. Castr. in consilio clij. in princip. incip. p. sens. casus, allegat. Bart. in l. illis libertis. ff. de cod. & dem. & ideo non curatur quod deinde sit de istis masculis. l. filius. ff. de leg. j. & ista limitatio est contra communem opinionem doctorum, qui sequentes gloss. in l. Lucius. ij. ff. de hered. in litu. q. filij in conditione positi non censentur vocari. loquuntur etiam si adiecta sit dictio, masculis, vt Oldra. consilio xxj. Ioan. And. in Spec. de testa. ff. in primis. Alexan. consilio 24. in 3. Soci. consilio lxij. & ciii. & cxvj. in 3. & Guido Papa, primus auditor istius pharacæ fatetur, quod Senat. Regius Delphinensis pronuntiauit contra hanc limitationem Guido Pap. quæstion. 59. & ego in l. j. C. de pact. eam improbauit, & vidi sæpius in facto, nec vng. vidi pro ea obtineri, & licet Ripa in l. Centurio. dicat se scholarem eam saluasse, certo casu, tamen est saluatio scholastica, & præsupponit illum errorem, quod illa conditio sit favore filiorum, quod est falsum, vt supra dixi. d. ff. cum quis. & per Aret. d. consilio j. Et in casu Deci. consilio 51. 6. & 63. multa alia cõcurrebant, quæ non sunt in casu nostro, vt egregie istis, & alijs argumentum responsum est per celeberrimum aduocat. d. Princiualium Calorinum, & ideo ulterius non insisto, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. X. SVMMÆ.

1. Fratre ab intestato decedente, sorores ei succedunt excluso Patruo, qui in gradu est remotior.
2. Hæc inter feminam, & masculum sublata est differentia sexus, & perinde succedunt feminae sicut masculi.
3. Mater de iure non potest filio suo stipulari.
4. Donatio non est contractus, qui verbis perficitur, sed consensu, & re ipsa.
5. Donatio absentis facta, valebat dummodo res ad absentem peruenerit.
6. Nullitas stipulationis non impedit contractum donationis, quin ex se valeat.
7. Ex proprietate vocabuli heredes, non magis masculinum, quam femininum complectitur.
8. In contractibus quicquid ommissum est pro omisso habetur.
9. Donatio est stricti iuris.
10. In conditionibus attenditur solummodo euentus.
11. In dubio iudicandum est pro habentibus intentionem suam summatam, in regula iuris communis.
12. In dubio pronuntiandum est aduersus eum, qui se fundat in verbis contractus.
13. In dubio aduersus actorem iudicandum est.
14. Sufficit alteram partem disunctiue seu alternatiue conditionis euenisse.
15. Dicitur hæres proprie intelligitur de eo, qui hæres est testamento vel ab intestato.
16. In conditionibus potissimum locum testatoris, mens obtinere debet.
17. Non est credibile testatorem voluisse meliorem fieri suarum neptum conditionem, quæ remotiores sunt in gradu, quam propriarum filiarum.
18. Ex natura feudi Baronie, quando fit mentio hæredis, intelligitur de masculo, non autem de femina.
19. Dicitur hæres comprehendit feminas præterquam in feudis habentibus iurisdictionem.
20. Per masculos conseruatur domus, & arma.
21. Contractus donationis benignam, & fauorabilem ex mente donantis interpretationem recipit.
22. Iudex debet inuestigare, & sequi mentem contrahentium, sicut testator leporum.

Almichion donauit filio Ioanni primogenito emancipato baronia adiecto hoc pacto. Casu, quo dictus Ioannes decederet sine hæredibus ex corpore suo descendens, aut hæredes, d. Ioannis sine hæ-

redibus ex proprio corpore descendens decederet, quod eo casu res donata reuerterentur ad Gabrielem alterum filium, aut hæredibus suis legitimis, &c. Decesit Ioannes relicto Francisco masculo hærede, & quibusdam filiabus, quibus dotem assignauit mortuus, deinde est Francisco nullis relictis liberis q̄ritur in dicta baronia, q̄s p̄ferendus sit an Gabriel, an alia femina Ioanis. Et videretur prima fronte ius ad filias feminas pertinere varijs rationibus. In primis: quia clarum est, quod ab intestato decederet Francisco sorores ei succedunt excluso patruo, qui in gradu remotior est. authen. post fratres. C. de legi. hered. Nec refert, quod sint feminæ, quia hodie sublata est ista differentia sexus, & perinde succedunt feminæ sicut masculi. l. maximum. C. de lib. præ. & hoc procedit etiã in feudis, quæ in Francia reduta sunt ad instar patrimonialium, secundum Francorum consuetudines: de quibus attestatur Ioan. Fab. Instit. de leg. patr. tur. in fin. & in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & sic fundata videtur istarum feminarum intentio, & ex iure communi, & ex consuetudine. Nec obstant verba donationis, quia potest multipliciter ad ea responderi, & primò considerandum est, quod donatio illa fuit stipulata per matrem ipsius Ioannis emancipati: & constat de iure quod mater non potest filio suo stipulari. l. pactu. C. de pact. con. l. debitor. in fin. ad Trebell. Bartol. l. quod dicitur. ff. de verbo. oblig. sed tñ huic responsoni non multum innititur, quia donatio non est contractus, qui verbis perficitur, sed consensu, & re ipsa. Vnde valet donatio etiam absentis facta, dummodo res ad absentem peruenerit. l. absentis. ff. de dona. Vnde cum constat Ioannem titulum eius donationis possedisse, nullitas stipulationis non impedit contractum donationis, quin ex se valeat. l. certi conditio. ff. quoniam. ff. si cerpe. Aliter ergo & secundo rñderi potest, quod ius Gabrielis spectat sub duplici conditione alternatiua, quarum nulla videtur euenisse, & ideo frustra peteret. Prima conditio est si Ioannes decederet sine hæredibus ex suo corpore, decesit cum filijs, & sic euanuit conditio, & consequenter ius Gabriels, quantum sit ex hac prima. l. filiusfam. ff. cum quis. ff. de leg. j. Secunda est, si hæredes dicit Ioanis ipsi decederant sine hæredibus, & hæc etiã videtur euanuisse, quia licet Franciscus sine prole decederet, tamen adsunt sorores ipsius Francisci, quæ et ipsæ sunt hæredes dicit Ioannis. Difficultas ergo præsentis consultationis ad hoc redigitur, an illa dictio, hæredes, posita in hac secunda alternatiua clausula de: feminis intelligitur, & dicitur quod sic. Primò, p̄p̄riate vocabuli, hæredes quod non magis masculinum, quam femininum complectitur. l. Herennius. ff. de verb. signific. Secundo ex mente donantis, qui sicut Ioannem Gabrieli prætulit, ita etiam videtur vniuersam Ioannis posteritatem ei præferri. argu. l. heredes mei. ff. cum ita ad Treb. Tertio quia etiam si mens donantis esset magis fauere Gabrieli tanquam masculo, quam feminis, tamen ea non attenditur, cum non sit expressa in conditione, quicquid enim sit in vltimis voluntatibus, illud constat in contractibus quicquid ommissum est haberi pro omisso. l. si cum dotē. in princip. ff. sol. ma. maxime in donatione qui est contractus stricti iuris. l. quicquid. de verb. ob. sola igitur conditionis verba attendi debent, & aduertendum, an conditio euenierit, dato, quod persona, quæ facit deficere conditionem sit minus dicta, vt est casus in authen. licet. C. de nat. lib. vbi naturales, qui non vocantur ad successionem, nec excludunt agnatos, nisi sub conditione si uxor non extiterit. ipsa existente reijciuntur, quamuis uxor sit minus dilecta, quam agnati. cum tamē alijs si uxor non extiterit, agnati excluderentur a naturali, & ratio est, quia in conditionibus solum attendimus euenierit, vel ne, non autem quis sit magis dilectus, vt declarat etiam Bart. in l. j. ff. qui habebat. in ij. quæst. ff. de bon. poss. cõtra tab. & optime probatur in d. l. filiusfam. ff. cum quis. de lega. j. Et pro hac conclusione quarto, & vltimo etiam facit, quod in conditione adiecta filio, si decederet sine filijs, &c. filia feminae excludunt substitutum agnatum non obstante fauore agnationis, quem testator con-

considerauerit. Item non obstante quod testator proprias filias a successione exclusisset, vt dicit Pau. de Cast. in d. ff. cum quis. in lectura Bononiensi, vbi corrigit quoddam consilium suum, & ita tenet Alex. consilio xxxvij. in vj. Cor. consilio cccxxx. Lud. Bolog. inter consilia Alexan. consilio. xlix. in 3. lib. Franc. Curt. consilio lxij. antiquisissima, & consilio xlvi. statuto. And. Sicul. cum acutissimi. C. de fideicom. & licet in hac quæstione sint aliqui contradictores, tamē ista videtur magis communis opinio, nisi testator conditionis verba formauerit, si decederit sine filijs masculis, &c. & posito quod iste casus esset dubius, videretur aduersus Gabrielem in dubio pronuntiandum. Primò, quia mulieres habent fundatam intentionem ex regula iuris communis. d. l. maximum. in dubio autem pro talibus iudicandum est. gloss. in l. omnis definitio. de regul. iur. doct. l. j. eod. tit. Secundo, quia fundamentum Gabriels testis super verbis contractus, ergo in dubio aduersus eum pronuntiandum est. l. veteribus. ff. de pact. vbi Guido de Suz. taf. & alij faciunt gloss. c. in præsentia. de prob. Tertio, quia Gabriel est actor, vñ in dubio aduersus actorem iudicandum est. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. not. l. qui accusare. C. de eden. His tamen non obstantibus, puto contrariam sententiam esse veriorē, & Baroniam de iure ad ipsum Gabrielem pertinere. Et principaliter sciendum est, quod hæc donatio videtur facta Gabrieli sub duabus conditionibus alternatiuis, scilicet, si Ioannes sine hæredibus decederet, aut hæredes Ioannis ipsi sine hæredibus decederent, vnde sufficit alteram disunctiue seu alternatiue conditionis euenisse. l. hæc verba ille, aut ille. ff. de verb. signific. quæ cum euenierit statim, queritur ius Gabrieli, id est, conditio ex lege, vt habetur in l. quoties. C. de dona. quæ sub mod. & per Alex. consilio lxxxij. 3. vol. quod speciali fauore exercentis liberalitate introductum est, vt potuerit absentis secundo donatario acquirere. In casu vero nostro clarius id procedit, quia prout Almericus filio suo Gabrieli, quamuis emancipato acquirere saltem vtili actionem. l. si genero. C. de iur. dot. l. vt ius iuradi. ff. si liberi. ff. de oper. lib. Bartol. q. dicitur. versic. quæro, an pater. ff. de verb. obl. & ibi alij doct. transeunt cum Barto. solum igitur superest videndum, an aliqua conditio alternatiua euenierit, & concludo, quod vltima euenit, ex quo mortuus est Franciscus sine filijs masculis. Nec obstat, q. haberet sorores, quia illa verba, aut hæredes decederet, &c. non possunt intelligi de feminis istis, id quæ quatuor rationibus. Prima est, quia licet appellatione hæredis in casu isto intelligitur simpliciter de filijs, tamē requiritur etiam alia qualitas, scilicet, quod non solum sint filij, sed et sint hæredes, ita concludit Bartol. Pau. de Cast. & Alex. l. ex facte. ff. in reprobata ibi gloss. ff. ad Trebell. Imo. Alex. & Mod. l. quod dicitur. de verbo. oblig. Bal. l. j. C. de condi. in fin. & d. l. filiusfam. ff. cum quis. & ratio est, quia cum dictio, hæres, proprie intelligatur de eo, qui hæres est ex testamento, vel ab intestato. l. hæredis appellatio. de ver. signific. dato quod hic impropretur, vt de descendentes ex corpore intelligatur, tamen debet fieri minor impropriatio quam possibile sit, vt scilicet concurrat qualitas quod hæredes sint: facit tex. in ff. emphyteusim. in authen. de non alie. per quem text. etiam tenet Pau. de Cast. in l. si mihi, & Titio. de verb. obli. Dec. l. vnica. C. quando non pet. par. & consilio cccxij. & est magis communis opinio, à qua iudicandum si esset descendendum, & maxime in materia feudali per text. in cap. j. in agn. vel filij. vbi ff. feud. & q. not. taf. in d. l. quod dicitur versic. dic melius. sed iste sorores, non fuerunt hæredes Ioanis in dicta Baronia, imò solus Franciscus successit. Merito igitur in illis verbis conferendis non possunt, & suadetur hæc interpretatio, quæ non verisimile, quod testator respectu Baroniae in conditione per eum apposita, considerauerit de his, qui nullus ius in ea haberet, seu in ea non successisset. argu. l. ab eo. C. de leg. & gloss. in l. j. vbi Bald. C. de leg. hæred. Secunda ratio est, quia in vltima hac parte adiecta, aut quod si sui hæredes decederent sine hæredibus ex suo corpore, impossibile est quod de sororibus Francisci intelligatur:

cum enim Franciscus ipse solus fuerit hæres in dicta Baronia, perinde est, ac si donator dixisset, si Franciscus decederet sine hæredibus ex suo corpore procreatis: clarum autem est, quod sorores non sunt hæredes ex corpore Francisci descendentes, ergo conditio euenit, descendunt enim à Ioanne, non à Francisco, at illa alternatiua non potest de Ioanne intelligi, quia de eo in prima parte actum erat non in hac sequente. Tertia ratio ex mente donantis in ipso contractu expressa deducitur: quia expressè attestatur esse se facere hac donationem, vt familia sua domus Förenay, & eorū arma honorabilis sustineatur, quæ ratio ad fauorem familie respicit. l. j. ff. pen. de ven. in spic. ff. cæterū. Instit. de leg. agna. surce. & in simili casu consultul Soc. consilio cclvij. & quæ ratio in feminis locū non habet, quia ipse in alienā domum transeunt, nec arma, aut familiam Förenay sustinet, & declarat Pau. de Cast. in l. maritus. in fin. C. de p. cur. Soc. consilio xl. in consilijs Francisci de Curte. cum simili merito igitur ex ratione per testatorem adducta declarabitur eius mens, hæcque restrictio significacionis istius dictionis hæredis. l. cum pater. ff. de iustis. ff. de lega. ij. l. pater filium. ff. si dūm. ubi Bartol. de lega. ij. maxime quia in his conditionibus potissimum locū eius mens obtinere debet. l. in conditionibus. ff. de cond. & dem. sicut videmus, quod propter talem rationem fideicommissum filijs iniunctum, vel etiam prohibitio alienacionis generaliter etiã ultra extenditur, vt per Soc. l. qui Romę. ff. cohæredes. de verbo. oblig. & d. consilio xl. Quæ mens ex eo quoque maxime suadetur, quia donator, proprias filijs solum dotauit, non autem in casum euenientis conditionis Gabrieli prætulit: vnde si noluit Gabrielem a proprijs filiabus excludi, multo minus veri simile est voluisse à Ioannis filiabus excludi, nec enim credibile est voluisse se meliorem fieri neptum suarum conditionem, quæ remotiores sunt in gradu, quā propriarum filiarum. arg. l. si viua. C. de bon. ma. & dicit Fulg. & Pau. de Cast. in l. j. C. de cond. infer. Soc. in d. consilio xc. cum simili. Quarta ratio ex natura rei de qua agitur, fide est seu Baronia, in qua conditio mentionē facies hæredis, de masculo intelligitur, si aut de femina. cap. j. versic. & si clientulus de abe. feud. & cap. j. versic. cū que. de eo, q. sibi vel hæred. suis, in vbi feud. fuer. & text. in c. fin. si de feud. cõtr. inter do. & not. Bar. in l. Gallus. ff. etiam si parente. ff. de lib. & posth. & licet Ioan. Fab. dixerit feuda in Galliam redacta esse in stat. patrimonialium in d. authen. ingressi, tamen intelligitur de feudis minimis, non autem de feudis habentibus iurisdictionem, vel dignitatem annexam, prout ipsemet declarat. in d. ff. cæterum. institut. de leg. agn. succ. qualis est baronia, seu qualibet in feudatio meri, & mixti imperij, vt per Bald. in c. innotuit. extra. de elect. & hæc parte tenendo non obstant rationes supra in contrarium allegatas, quibus suadebatur, quod appellatione hæredis intelligeretur in hoc casu, etiã de istis feminis, quia sunt sublata supra dicta quatuor rationes. & ulterius particulariter respondeo, ad primum dico quod dictio, hæredes, comprehendat feminas: respondeo, est verum, præterquam in feudis habentibus iurisdictionem. d. cap. j. de alie. feu. cum simili. Item est verum, nisi mens contrahentium sit in oppositum, non enim mulieres sustinent agnationem, nec arma, vt supra dixi. Item respondetur dato, quod intelligatur de feminis, conditio tamen non loquitur simpliciter de hæredibus, sed descendentes ex corpore hæredis, & sic Francisci, sorores verò à fratre non descendunt, sed à communi patre. l. in fin. ff. de grad. Item non sufficit, quod sint filia, sed etiã requiritur, quod successerint tanquam hæredes, quod non est in istis, quæ simpliciter fuerunt dotatae, &c. Ad secundum quod dicitur, quod donator prætulit Ioannem Gabrieli, ita quoque eius vniuersam successionem præferre voluisse censendus est. rñdeo hoc est verum, respectu successionis, quæ eadē qualitas haberet, quas ipse Ioannes vt in simili per Bart. in l. liberorum. item prædicta vera. ff. de verb. signific. & sic in successore masculo, qui esset hæres, qui arma conseruauit qui succederet ex voluntate defuncti in feudo, quæ quatuor-

litate non concurrunt in mulieribus, unde si Ioannes reliquisset alios masculos quam Franciscum, facta putarem ab eis masculis Gabrielem exclusum fore propter praesumptam voluntatem donantis, & id donatio, quod vniuersales haeredes Ioanes non fuissent: licet enim verbanon nisi de filiis simul, & haeredibus loquerentur, tamen praesumpta mens testatoris agnationi masculorum fauentis hanc interpretationem reciperet, secum in nostro casu solum superflua foeminae, nulla est ratio cur a proprietate significationis verbi haeredes recedamus. leg. non aliter, de leg. iij. & idem non solum de filio seu descendente intelligamus, sed de tali, qui haeres sit. Ad tertium, quod haec voluntas non attendatur, cum non sit expressa in conditione, respondeo, quod imo est expressa in principio ipsius donationis, quod satis est, gloss. l. Pomponius. §. rati. de neg. gest. doct. l. lecta. ff. si cert. peta. item nulla alia ratio cur tantum faueret huic masculo potest assignari, nisi contemplatione agnationis, & quia per masculos conferuatur domus, & arma. unde talis ratio debet haberi pro expressa gloss. l. quamuis. C. de fideicom. vbi Ias. post alios. Nec est constituenda differentia inter donationem, & vltimas voluntates, quoad interpretationem huius conditionis, quia etiam in contractu donationis benignam, & fauorabilem ex mente donantis interpretationem recipit, cum dilecti. de don. Ang. consilio. cxxlij. super primo. in fin. Card. consilio. lxxij. quod dicta Dec. consilio xxxij. Nec obstat, quod sola conditionis verba attendi debent, d. authen. licet, quia respondeo etiam hoc admisso verba conditionis esse in fauorem Gabrielis: quia ita foeminae non fuerunt haeredes Ioanis in dicta Baronia, sed Franciscus nec ipsa descendunt a Francisco, sed a Ioane. item per alias rationes supra a me adductas. Ad vltimum dum dicitur, quod si Almericus substituit Ioanni Gabrielem sub conditione, si Ioannes deceisset sine filiis, & contigisset enim habere tantum filias foeminas, quod nihilominus haec foeminae exclusissent Gabrielem, quia illa conditio, sine filiis, licet proprie de masculino genere intelligitur, tamen etiam ad foeminas extenditur, ergo idem dicendum in casu nostro, respondeo, quod illa dicitur Pau. Cast. d. §. cum quis. est dubia, quia contrarium consulerunt plerique illustres doct. vt refert Fulg. & Pau. Cast. in d. l. j. C. de condi. infert. & Soc. l. cum auus. ff. de cond. & dem. & d. consilio xl. inter cōsi. Curt. Barba. consilio l. j. in consilio Alexan. in 4. vol. Dec. consilio l. j. & c. lxx. cum infinitis similibus. & in practica solet distingui an agnatus substitutus sit transferralis testatoris, & ito casu praefertur foeminae, argum. dicta lege, cum auus, & vera sit prior opinio. an vero substitutus sit ex descendente testatoris, vel donantis, vt est casus noster, & ipse praefertur exclusis foeminis. & ita distinguit Pau. Ca. consilio cccx. casus iste frequenter contingit. in 2. vol. in nouissimis, & est de mente Alex. consilio. xxxvij. in vol. vj. Non obstat, quod in dubio iudicandum sit contra Gabrielem, quia dico nos esse casu clario & manifesto in fauorem ipsius, & cum iudex deprahendat talem fuisse contrahentium mentem non debet in dubio ab ea discedere: quia iudex debet vestigare, & sequi mentem sicut venator leporem, vt dicit Bald. in l. si. C. de impub. l. l. 3. C. de lib. praet. per illum text. Et haec omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XI. SVMMÆ.

1. Onus impositum filio, qui erat proximior in gradu multo magis censetur impositum nepotibus remotioribus.
2. Relictum successione fidei non committitur.
3. Prohibitio alienationis facta filio, non obligat nepotem.
4. Sola voluntas testatoris, vel donantis, quatenus verba illi non deserviantur, dicit inefficax.
5. Cassatis verbis nunquam dicendum, est subesse fideicommissum.
6. Fideicommissum est onus.
7. In dubio semper fit interpretatio, ne haeres sit grauatus.

8. Ademptio fideicommissi censetur fauorabilis, quia datio est odiosa.
9. In fideicommissi appellatione filiorum non veniunt nepotes, ne onus filijs iniunctum censetur, etiam nepotibus impositum.
10. Alienatione verita successionem intestati non contineri.
11. Fideicommissum defecta conditione perire.
12. In contractu donationis, qui est stricti iuris, quicquid omissum est, pro omisso habetur.
13. Facilius sola voluntas testatoris inducit fideicommissum in testamento, quam inducatur in contractibus, & quare.
14. Prohibita alienatione per testamentum, non excluditur causa dotis propter verisimilem testatoris mentem.

DONATIONIS verbis visis propter matrimonium inter Don. Petrum Lopes de Mendosa, & d. Ioannam, dubitatur an inductum sit aliquod grauamen, vel fideicommissum in Castris donatis, in fauorem Don. Francisci eorum nepotis, an vero dicta bona tanquam libera potuerint relinquenda. Eluire nepti. Et p. Don. Francisco videtur, facere quae verba pacti sunt, quod Don. Petrus non possit ordinare, nec disponere in vita, nec in morte de dictis locis: nisi inter filios suos masculos, & descendentes ex illo masculos legitimos, de vno in alium seruando ordinem genturae. Quibus verbis apparet, & prohibitio alienationis facta est fauore masculorum descendantium, & quidem secundum ordinem genturae, unde non debet d. Eluire admitti, quae est foemina, & tertio genita. Et quamuis onus videatur impositum ipsi Don. Petro, tamen apparet hoc factum fauore descendantium masculorum, unde onus impositum Don. Petro, cui tunc donabatur, & qui erat proximior multo magis debet ceteri impositum nepotibus remotioribus. ar. l. Publius. ff. de cond. & dem. in fi. Alexan. consilio xxxvij. in vj. l. f. c. l. j. in ij. cum simili. Confirmatur eadem sententia per illa verba, quod non possit disponere in vita, nec in morte: sed bona de vno in alium secundum ordinem genturae, & c. unde apparat talem clausulam conceptam fauore primogenitorum masculorum, non attenda persona Petri, qui nec viuens, nec moriens potuit de eis disponere. Et hoc etiam suadet capitulum donationis filiarum. unde arguit enixa voluntas partium, quod existentibus masculis, bona non transferentur in foeminas. Unde consequens est, vt Don. Ennicus filius non potuerit disponere de dictis bonis in persona Don. Ioannis secundo geniti, & in prauiudicium ipsius Don. Francisci primo geniti. Sed tamen istis non obstantibus puto contrariam opinio esse verioris, & d. Eluirem habere potiora iura in dictis castris, tamen nullum subest grauamen, seu fideicommissum, nec eius conditio euenerit, habet enim donatio quatuor capita fideicommissi. Primum, quando donarius decederet, relicta masculis, vt seruetur ordo primogeniturae, quod solum caput facit ad propositum quaestionis. nostrae. Secundum est caput quando relinqueret etiam foeminas vsque ad quam summam debeant dotari. Tertium est caput, quando relinqueret filias foeminas tantum. Quartum est, quando decederet absque filiis, vel filiabus, seu descendente foemina. Quae questio autem nostra duntaxat vertitur circa primum caput, quia deceffit dictus Do. Petrus relicta multis liberis. Et difficultas in eo stat, an grauamen ipsi Petro impositum censetur etiam eius filio Ennico impositum, sicut & nepoti Ioanni, vt non potuerit instituere sororem, excluso fratre. Et mihi clarum in iure videtur, quod tale grauamen Petro nominatim impositum vltius non extendatur, sicut videmus regulariter, quod prohibito alienationis facta filio, non obligat nepotem, gloss. in §. nunc igitur, in auth. de restit. fideicom. & ne infra quartum gradum per Bartol. & omnes in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. j. Et quia d. Eluire tanquam coniuncta ex vtroque latere in conditione Ioannis fratris ab intestato praeferebatur Franc. auct. itaque. C. communia de successi. unde non dicitur Ioannes alienasse, sed lex, quae omnino ab intestato ipsam vocabat,

cabat, vt dicit text. in d. auth. de restit. fideic. in fin. secundum translationem nouam ibi, sed ipsa quodammodo lege horum causa existente. & ista est communis opinio, a qua in iudicando non est recedendum, quia pro ea est casus in l. cu pater. §. cu inter. ff. de l. ij. vbi Dyn. Rayner. Bar. Pau. de Cast. Idem et tenuit Ale. Ias. Ray. & alij Mod. in d. §. diui. Bal. consilio. xxxvij. in 2. Rom. consilio. cccclvij. Alex. consilio. l. j. in j. consilio. xxxij. in 2. l. f. in l. si ita quae stipulatus. §. ea lege. ff. de verb. obl. Nec obstant coniecturae voluntatis, quia imo nulla coniectura, quod voluerit alium grauare, quam Petrum, & tales coniecturae sunt insufficientes, vt per eas deuoluatur ius fideic. Quia sola voluntas testatoris, vel donantis, quatenus verba illi non deseruiant, dicitur esse inefficax. l. quidam cum filium. vbi Bal. & Imo. ff. de haere. in fin. & per Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. dum respondet ad l. non aliter. ff. de leg. 3. gl. in l. cum virum. vbi Sali. in in fi. C. de fideic. Sed verba in casu nostro non onerant fideicommissum ipsos Ennicum, & Ioannem, ergo non possumus dicere subesse fideicommissum, prout in simili dicit Alex. consilio. c. xxxix. lib. vj. & Ideo Bal. in d. l. cum virum. dixit ad inducendum fideicommissum, non sufficere solam coniecturam mentis testatoris, quem refert, & sequitur Ias. in l. potest. ff. de vulg. subst. quia cessantibus verbis, dum quam dicimus subesse fideicommissum. l. Lucius. §. tres haeredes. verb. an vnciam haereditatis. ff. ad Treb. vbi Dyn. Jac. Alber. Et cum fideicommissum sit onus. l. cohaeredi. §. filiae. de vul. in dubio pronuntium non subesse, quia semper in dubio fit interpretatio ne haeres sit grauatus. l. vnum ex familia §. si rem. ff. de leg. 2. & t. ademptio fideicommissi censetur fauorabilis, quia datio est odiosa. l. si fuerit. vbi Pau. de d. Cast. & Soc. in v. no. ff. de reb. dub. Hinc est quod in fideicommissis appellatione filiorum, non veniunt nepotes, ne onus filijs iniunctum censetur etiam nepotibus impositum secundum Bald. consilio. cccclvj. in 4. Alex. l. j. in v. Soc. c. iij. in prin. in 3. Dec. c. xvij. cum similibus. quod & in prohibitione alienationis est ab omnibus traditum, post gl. in d. §. nunc igitur. & Bar. in d. §. diui. cu cōcor. Confirmatur haec opinio per text. in d. §. cu inter. vbi testator dixerat. Petro ne fundus de nomine familia mea exeat. quae verba non possent esse magis clara in fauorem familiae, & sunt longe clariora, quam in casu nostro, & tamen ibi admittitur filius libertas ab intestato, qui non erat de familia, quia verba illa restringuntur in casum, quo grauatus contraferret, non autem quo lex deferreret successionem, vt in casu nostro. Et fortissima etiam coniectura erat in casu Iustinianiani in d. auth. de restit. fideic. in quo testator prohibita alienatione suburbani subiecerat, quod volebat illud per omnia, & perpetuo permanere in familia sua nec vnquam egredi de nomine suo. & tamen Imperator ibi iudicauit vtranq. Mariam tunc matrem, quam sponsam ab intestato admitti, quia illa ratio restringitur ad casum alienationis ab ipso grauato factae, non quae facta legis eueniat. Et etiam in casu Alex. d. cōsi. c. xxxix. erat longe efficacior coniectura voluntatis, & tamen d. Alex. recte respondit non subesse fideicommissum, quia testator ibi instituit agnatos masculos remotiores, exclusis foeminis, proximioribus, & grauauerat institutos, si decederet, sine masculis, quod bona remanerent in propinquo res de sua parietela sepe de gradu in gradu, donec adefset masculi, consuluit Alex. quod si prima conditio, si decederent sine masculis, & c. non sit verificata euauisse fideicommissum, prout nec in casu nostro est verificata, & coniecturas, quae in casu suo erant aliquanto verisimiliores, quam in nostro non sufficere, vt agnati de familia possint admitti. & allegat d. Alex. multa iura & fundamenta, quae etiam in casu nostro militat. Et hoc maxime dicendum in contractu donationis, quod est iudicium stricti iuris. §. actio. in fin. de act. in quo quicquid omissum est habetur pro omisso, iuxta leg. quicquid astringendae. ff. de ver. ob. & quia facilius sola voluntas testatoris inducit in testamento fideicommissum, quam inducatur in contractibus, quia cu contractus ex ambarum partium volun-

tate pendeant, non praesumitur quod altera grauamini suo consentiat, nisi quatenus verba de necessitate inserunt, vt alias dixi lib. 7. de verb. sign. vers. tertia causa. & verisimile est, quod d. Petrus non consensisset ad grauamē filiorum & nepotum suorum. unde videmus, quod si prohibita alienatione per testamentum non excluditur causa dotis, propter verisimilem testatoris mentem. auth. res quae. C. ad l. falc. l. mulier. §. penul. ff. ad Trebel. & tamen secus est in prohibitione per contractum. l. nulla. C. de iur. dot. Et ita mihi videtur: saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. XII. SVMMÆ.

1. Verbum alienare comprehendit etiam institutionem haeredis.
2. Nulla est verbi generalitas, quae non restringatur ad terminos iuris, quia semper ratio legis eam restringit.
3. Alienatio si facta sit titulo particulari, non potest actio ex fideicommissum contra particulari in intentari successorem.
4. Clausula, quae quibus dederit, operatur quod licet alienare quocumque titulo.
5. Alienationi fideicommissum non inesse.

MISIS ijs, quae nouissime adducta sunt per magnificum d. Reuiforem, persistendum esse arbitror in alijs scriptis, quia per ea non videntur eneruari rationes, quae pro d. Ludouico vrget. Non obstat ergo, q. Bar. in dict. quaest. 8. d. §. duo fratres. loquitur simpliciter per verbum alienare, quod comprehendit etiam haeredis institutionem. l. si quis prioris. §. centum. C. de secundis nupt. Respondet, nulla est tanta verbi generalitas, quae non restringatur ad terminos iuris, quia semper ratio legis eam restringit, alias diceretur Iudaice intelligere, quia Iudaei adherent cortici verborum, contra quos inuehitur Io. And. in add. Specu. tit. de Iudaeis, & habetur in l. 3. C. de lib. prete. in fin. In proposito igitur, licet illa clausula det licentia alienandi, & sic etiam haereditate vniuersale institueri, non per hoc censetur renuntiatum fideicommissum, vt ipsemet Bar. dicit. & ideo, si alienatio non sit sequuta, agitur adhuc ad rem ipsam, si vero sit sequuta, agitur ad pretium, & ita tenent oēs. Quae conclusio sic stante, sequitur, vt si alienatio sit facta in haereditate vniuersale, possit conueniri ad rem ipsam, perinde ac potuisset auctor suus: cuius persona representat per rationes alias allegatas, quas rogo d. Reuifore, vt diligenter dignetur considerare. quae ex eis tollitur quae nouissimo hoc motiuo adducta sunt. Nec text. in d. §. certum. quicquid obstat: quia ibi maritus non grauabatur referuare lucra filijs, nec ad pretium aliquatenus tenebatur. In casu vero nostro durat adhuc fideicommissum: licet per alienationem res eximatur de dicto onere, in quo succedit, deinde pretium: quia grauatus re amplius non habet, quod si habeat, res ipsa durat in obligatione, vt alias dixi. Nec obstat, q. apud d. Iudicem non sit doctor, quia dicta verba sic intelligat, quia nec quisquam est, qui contradicat: & ideo tanquam casus omissus a docto, debet secundum rationes iuris decidi. & semper ante oculos iudicis praecipua esse debet voluntas testatoris, vt ea obseruetur. Nec obstat, q. si Alex. cōsi. c. xxxix. vol. 2. loquitur, quando haeres habentis licentia alienandi trahitur in alium idem sit in nostro casu in quo, translatio est facta in d. Monicam, nec videtur subesse ratio diuersitatis. Respondet, subest ratio euidens, an facta sit alienatio titulo vniuersali, vt est quaestio nostra, an particulari. & loquitur Alex. quia si facta titulo vniuersali, actio ex fideicommissum datur contra haereditate, qui cum re habeat, tenetur ea dare, sicut si re non haberet, teneretur ad pretium, vt oēs concludunt, quod si facta sit particulari non potest actio ex fideicommissum contra particulari successorem intentari. l. j. §. si haeres. vers. neq. enim. vbi Soc. & Ias. ad S. C. Trebel. l. i. §. si de corah. emptio. q. ipse re habeat. & ideo solum superflua actio ad pretium contra haereditate, secundum Doct. d. l. si fundum per fideicommissum. Non obstat, secundum motiuum, dum arguitur a sufficienti partium enumeratione, aut non est facta alienatio, aut est facta in non

prohibitum, aut facta in prohibitum. primis duob. casib. frustra qritur hoc vltimo casu, quado facta in phibitu, tuta est do. Monica ppter clausula, seu licetia alienadi, & respodeo, vt supra dixi. hae clausula non operatur, si facta sit alienatio, vtulo vniuersali, per institutione h gredis, & res sit apud ipsam: quia sicut possit conueniri ad pretiu, ita multo magis ad rem. Non obstat, quod clausula. **¶** *Et quibus dederit.* operetur quod licet alienare quocunq; titulo. c. j. de feud. no hab. prop. nat. Curt. cos. lxvj. & Curt. iun. cos. 4. & c. Respondeo, do strina Bar. in d. f. duo fratres. q. 8. de qua disputamus, proprie loquitur quando adest talis clausula, & tamen vult salua esse actio ad pretiu, quia per tale clausula no censetur simpliciter renuntiatu esse fideicomisso, sed ita demum si res dari non potest: quia alienata, vt ad pretium agatur, est ergo mutata per talem clausulam natura rei, si sequatur alienatio particularis, adeo quod grauat fideicomisso rem dare no possit, quia iam in suo dno n sit, secus, si sit, vt in casu nostro. No obstat quod d. Ludouicus etia ipse dederit talem licentia per instrumentum diuisionis, de ano 1501. respodeo, nihil refert, quod ipse dederit, vel alius, cui ipse successerit: quia semper clausula no operatur nisi, vt supra dixi, facta alienatione particulari, quado grauat fideicomisso rem praestare no potest: quia ea non habet, id est, alienauit. No ob. du rursus dicitur, aut d. Monica habet licetia, & n pot molestari, aut illicite, & est tuta propter clausula, rideo vt supra, quia reuoluimur eodem ad pretiu. Primò per doct. Bar. l. j. f. quod habebat. de l. o. pos. contratab. Decius. consilio. clxxxi. & c. respondeo Bartolus ibi loquitur in renuntiatione expressa. At in nostro casu no est renuntiatu fideicomisso per dicta clausula, vt dicunt Ale. Aret. l. ad. q. 8. merito remanet ius saluu ad pretiu. Secundo, quia ex verbis videtur etia data licetia donadi. c. l. de feud. no hab. respodeo stat simul, q. liceat grauato donare alteri, & tamen donas teneatur ad pretiu fideicommissi ex quo per tale donatione factum est, quominus re dare possit. & an probati possit partum fuisse generaliter cocepta est, vt liceat alienare, & sic etia donare, & tñ vult pretiu deberi. Nec Bar. in d. l. si fundu. per fideicom. aliter sentit, nisi casu, quo expressa co sensibilem donationi, qua tu fecisses, quod no est in casu nostro. Tertio, quia non apparet ex processu pretium fuisse petitum, respodeo non fuit opus petere pretium ab haerede, sed potius re: cum res ipsa sit penes haerodem, qui successit in locum grauati: & habet facultatem tradendi, vt supra dixi.

CONSIL. XIII. SVMMÆ.

1. Auis paternus exclusus patruis infanti succedit.
2. Mater defuncti auium paternum excludit.
3. Infans, quia viuus natus est, censetur suus haeres ipso iure patri suo fuisse.
4. Infans quamuis haereditatem paternam non adierit, tñ beneficio iustitiae ad quemcunq; transiuit.
5. Qui vult dicere, quem fuisse abortiuum, & natum sexto mense probare debet per peritos, & attestatio matris solius non sufficeret. (ab usufructu.)
6. Si probetur infantem abortiuum fuisse, mater excludenda erit.
7. Mater que non petijt dari curatorem ventri, non incidit in aliam quam penam, nisi integro anno fuerit negligens.
8. Auis proprie agnatus non est.

DE CIDI casus presens quinq; co clusionibus potest. Prima co clusio est, quod in haereditate filius infantis, potior est causa aui paterni, qua patruorum: quia ipse proximior est in gradu: & quia tex. in auth. defuncto. C. ad Senatuf. Terry. comparantibus vocat fratres ipsius defuncti, no aut patruos, merito ergo de eis no videtur tractandum. Secunda co clusio, cum in praesenti casu extet mater ipsius defuncti, ea excludit aui paternum manumissore. l. j. f. obicitur. verfic. sed. neq. ff. ad Terry. & probatur in d. auth. defuncto. in verbo, si pari gradu, vbi gl. vnde, consequens est vt

per statutum nostrum incipiens, nulla mulier. debeat mater habere integrum vsu fructum omnium bonorum istius infantis. Tertia co clusio, iste infans, quia viuus natus est, co set suus haeres ipso iure patri suo fuisse, & de eius successione, no autem paterna pertraandum est. l. pen. C. de posth. haered. instit. & t quamuis non adierit haereditatem paternam, nihil refert: quia beneficio iustitiae transmittit eam ad quemcunq;. l. apud hostes. C. de suis, & leg. l. 3. C. de iure delib. per Bart. & Doct. in l. ventre. ff. de acq. haered. in l. si infanti. C. de iure delib. quicquid ibi fact. committitur de collegio Mediolanensi, quod est falsum, & collegium illud sequitur communem sententiam in iudicando. Quarta co clusio, qui vult dicere eum fuisse abortiuum, & nato sexto mense probare debet per peritos in similib. & attestatio solius matris non sufficeret. arg. l. etiam. ff. de proba. l. pe. f. mulier. eo. tit. & quod not. Doct. in c. officij. extra. de poeni. & quod habetur in l. filium. ff. de ijs qui sunt sui, vel. alie. iur. & quod habetur in l. Gallus. in prin. ff. de liber. & posth. Quinta co clusio, si probetur infantem hunc abortiuum esse, mater excludenda erit a dicto vsu fructu, secundu magis communem opinio. de qua per Alex. & las. in l. quod dicitur. ff. de lib. & posth. Soc. in l. est auus. in si. de cond. & demon. licet haec opinio multu aduersetur tex. in d. l. 3. C. de posth. haered. instit. vt ibi inquit Corn. tamen quia est communiter approbata difficulter aliud posset obtineri, de quo et dixi in l. qui mortui. ff. de verb. sig. tali ergo casu mater saltem lucraretur omnia localia, & eius causa parata ex forma statuti incipientis: Si maritus, quia dicitur decessisse sine de se de deo masculino, vt in simili p Bart. in l. A. rethusa. in si. ff. de stat. ho. Nec quicquid facit, quod mater no petierit dari curatorem ventri: quia propter hoc no incidit in aliquam poenam, nisi integro ano fuerit negligens. l. sciant. C. de legi. haered. maxime cum habuerit iustam causam impedimeti. & etiam excusata sit alijs rationib. de quib. l. 3. vbi gl. C. ad Terry. Videat ergo dicta mater quod sibi sit vtilius, & an probati possit partum fuisse abortiuu, & ex ijs respõsõ est omnib. quesitis. No omitto etia, quod forte etia proprietates spectabit ad matrem: quia statutum subrogat vsu fructum extantib agnatis, quod debet intelligi de agnatis, qui possint succedere, & admittatur ad successione. l. j. f. sed si sint sui. vbi Bar. ad Senatuf. Terry. respectu tergo aui proprie non verificatur statutum, quia ipse non est agnatus proprie loquendo. l. scripto. ff. vnde cognati. dixi lib. 3. cap. xxv. patergo respectu patruoru non verificatur, quia illi non possunt succedere propter patrem, vt supra dixi: tamen quia haec opinio est rigorosa, eam pro nuc no affirmo, sed amplius deliberandum censeo.

CONSILII XIII. SVMMÆ.

1. Mater in successione spurij vxori praefertur.
2. Natus ex coniugato, & soluta dicitur spurius.
3. Filio spurio mater succedit.
4. Filij ex damnato coitu natis, successio in bonis Parentum prohibetur.
5. De iure communi no reperitur imposta pena mulieri soluae conuenti cum coniugato ignoranter.
6. Per legitimationem a patre factam omnis macula spurietatis a spurio abolita est, & de iure communi, perinde ac si legitimus matris esset succeditur ei.
7. Statuti quo legitimi succedunt sensus.

AGAM in casu mihi proposito paucissimis, quia arbitror rem esse satis claram, existimo est Titij istius haereditatem ad matrem superstitie pertinere, non ad vxorem, cum mater prior sit in gradu iuxta authet. defuncto. C. ad Terry. & q habetur in l. j. C. vnde vir & vxor. moueor autem principaliter duob. fundamentis. Primum est, quia hic Titius natus p. 2. ponitur ex coniugato, & puella rustica soluta, quo casu dicitur spurius. clarum autem est filio spurio matrem succedere. leg. si iurius. leg. hac parte. vesiculitaque. ff. vnde cognati. f. fin. instit. ad Senatuf. Terry. Necl. obf.

Nec obstat, quod istud videatur aliquatenus temperatum per legem nouellam Iustinian. in §. fin. in authent. quibus mod. nat. eff. sui. vbi prohibetur filijs ex damnato coitunatis, successio in bonis parentum: ergo vice versa eis ipsis parentibus in bonis talium filiorum, secundum gloss. instit. ad Senatufcon. Orfi. f. nouissimè in verbo, admitti. & gloss. in lege, si quai illustis. C. eo. titulo, quia responderetur etiam si verum hoc sit tamen intelligendum de coitu damnato a lege: quia talis coitus accusabilis, quod non est in casu nostro per textus in leg. prim. Cod. ad leg. Iuliam de adul. t quia neque de iure communi, neq; ex forma statutorum reperitur imposita aliqua pena tali mulieri, ergo frustra accusaretur. leg. & si quis. f. diuus. ff. de religio. licet forte in patre aliud esset, & propter vilitatem personae istius ancillantis. leg. si ea leg. quae adulterium. Cod. ad Iul. de adul. & quia potest iustam ignorantiam allegare, quod concubitor suus esset coniugatus. 3. 4. quaestio. secundum capitulum in lectum. cap. prim. de eo qui dux. in matr. quam poll. glo. leg. mariti. §. pe. ff. de adul. & concurrentib. istis, non est subitandus quin talis coitus non sit accusabilis, & consequenter concludendum matrem ad successione admitti, quam sententiam consulendo diffuse sequutus est Socin. consilio cxxliij. & Deci. consilio cccvj. & Cornueus in leg. si quai illustis. Cod. ad Orfi. l. alo. in additionib. Portij. instit. de Orfi. dic. f. nouissimè. cum multis concordantib. per eos allegatis. vnde apparet hanc etiam esse magis coem opi. Et licet aliqui dissenserint, tamen loquuntur in muliere vili, & quae possit ignorantiam praetendere, vt supra dixi, sed solum in ea cum qua commissum esset stuprum accusabile. & ita loquitur Din. in leg. prima. de concub. Falg. consil. xxxvj. & recte distinguit Dec. consilio cccvj. Secundum fundamentum est, quia in facto asseritur filium hunc a patre legitimum fuisse, quo casu abolita est omnis macula spurietatis, & de iure communi ei succeditur, perinde ac si legitimus natus fuisset. l. communitum. Cod. de natural. liber. per argumentum a speciali, & habetur per doctores in rubric. ff. de liber. & posthum. Alexand. consil. secundum in princip. Dec. consilio cccvij. in fin. cum similib. Nec obstat statutum in nouis fol. cxxvii. quo cauetur, Legitimationem non operari, nisi respectu successione in bonis eorum, qui expresse consenserint, & c. quia responderetur quod mater ipsa potest etiam nunc consentire, prout Angel. consilio ccccl. pro decif. & Alexand. consil. cxxxix. in prin. mouentur rationib. de quib. per eos. Praeterea aduertendum est, quia dictum statutum, solum loquitur de successione ipsorum legitimatorum a iure: vnde non videtur extendendum, quando passiuè tractatur, quomodo ei sit succedendum. hoc enim est relictum dispositioni iuris communis, Et quamuis aequu sit successiones esse reciprocas, vt quomodo tu succedis mihi, eo modo & ego succedam tibi. dict. l. conium. l. pen. l. si ab eo. C. de legi. haered. tamen haec aequitas non est sufficiens ad deferendam haereditatem, nisi hoc verbis legis sit expressum, vt per multa similia ostendit Cornueus, authent. post fratres secundum Cod. de legit. haered. & per eum in dict. leg. si ab eo. in calu autem praedicti statuti verba hoc non inferant, vnde intelligitur solum in sensu actiuo, quando ipse illegitimus veller succedere aliteri, non e conuerso, quoniam ipsi succedendu esset, maxime cum ex forma alterius statuti verba debeant ad literam intelligi, de quo in l. oes populi per Bartol. quaest. vlt. de iust. & iu. & ita vidi seruari dictu statutum. cum essem aduocatus. Et quia haec sufficiunt, vltius non insisto.

CONSIL. XV. SVMMÆ.

1. Legitimati ex eodem patre agnati succedunt.
2. Agnatio non a matre, sed a patre procedit, & iure agnationis deservit haereditas.
3. Patris & filiorum haeredom idem consensus.
4. Haeredes repraesentant personam defuncti.
5. Aequiparatio cum procedat ex regula iuris veteris, habet locum.

Item plene casus prima fronte videatur dubius, si reate, & penitus inspicatur, est satis clara, & vtilis scripturis, videtur & co clusiuè agendo, concludo ius omnium bonorum, de quibus agitur, spectare ad Vrsinam. Moueor quia legitima est, & legitimi succedunt agnatis, vt est magis communis opin. per Ioan. Andr. Spec. in titulo de succe. ab intest. f. prim. versiculo, sed ex facto. Angel. consilio. xvij. Comes & consil. lxxxvj. pro decif. Ant. de But. capitulo, per venerabile. vbi et Praepositus extra. q. fil. sint. le. Pau. Cas. consil. 13. sup. primo videtur dicendum & co cl. cxxxij. super eo quod primo loco quaeritur. Alex. consilio secundum in prin. & consil. cxxxix. in prin. Soc. consil. lxxij. in 3. consil. xlviij. in 4. lason. lege. si is qui pro empor. in 3. quaest. princip. versicul. 8. ff. de viu. cap. Dec. consilio. cccvij. ad fin. vnde de iure ista filia debet succedere fratrib. suis, & habet fundatam intentionem suam.

Non obstat, quod sit nata ex diuersis matribus, quia istud nihil facit & sufficit quod sit nata ex eodem patre: quia t a patre procedit ipsa agnatio. f. prim. insti. de leg. ang. t. iure cuius agnationis defertur ipsa haereditas, vt ibi nota, & in lege, prim. Cod. vnde legit. Non obstat, quod legitima sit tantummodo quoad mille aureos in successione paterna: quia hic non agitur de successione paterna, sed fratrum, quorum respectu est plene legitima, vt per Soc. consil. cxxlvi. eleganter. Curt. consilio lxxij. vers. cul. secundum responsum. & Dec. consil. ccl. vij. Et licet in casu suo sit aliqua dubietas, tamen in nostro, in quo agitur de successione fratrum, non autem patris, nullu videtur dubium, & faciunt notata in l. j. v. teres. ff. de acq. poss. Non obstat, quod ex forma statuti nostri, videatur ista excludi, ex quo non praestitit consensus legitimationi fratrum, nec fratres ipsius: quia ad hoc in quo vertitur difficultas praesentis consultationis, respondeo, quod cum pater ordinauerit in testamento, eos omnes legitimarit & sic consenserit expressè, & ex certa scientia eorum legitimationi, & in eius consensus executionem ipsi fecerint se legitimarit, & sint haeredes patris, certè eius consensus t censetur esse consensus et ipsorum: quia cum sint haeredes representant eius personam, & co setus patris est consensus filij haereditis. p. re. leg. haered. ff. de reg. iur. & cum t aequiparatio procedat ex regula iuris veteris, habet locum & in statutis, & in correctorijs, secundum Alexand. in leg. secundum. ff. de leg. prim. praesertim secuta ratificatione per legitimationem. l. quo enim si procuratori. ff. rem rat. hab. per Alexand. in l. si eius in gloss. in verb. negotiorum. ff. si cort. pera. Et hoc etiam citari procedit: quia in eodem t actu omnes fuerunt legitimi, vñ censetur alter alteri consensusisse, vt per Bar. in leg. cum pater. f. libertatis in si. ff. del. ij. Alexand. leg. is qui. f. neque filius. ff. de acq. iur. haered. in leg. si constante. f. si vxor. in princip. fol. matr. Soc. consilio cc. consilio cclxvj. Dec. consilio cxxj. Felin. cap. cum Bartol. de re iudic. & habentur vsque a principio pro fratrib. veris, & legitimis. leg. si filium. ff. de gradib. & facit text. in l. 3. ff. de ritu nupt.

Nec obstat, quod essent t pupilli: quia cum actus tenderet in eorum vtilitate & esset illis valde fauorabilis, valet talis consensus, vt est casus in leg. seruum vbi doct. ff. pup. fal. fore. & quod not. Cora. consilio cclxliij. in prin. & consilio cxxxv. in secundum. Soc. consil. lxxx. in 4. volum. cum similibus praetertim cum factus fuerit in executionem voluntatis paterna. arg. le. prim. & glo. in verb. cauerint. ff. de rebis eorum. per Baldum in leg. prim. quaest. xvij. ff. de rerum diuis. Corn. & Doctores in leg. cum antiquiorib. Cod. de iur. delib. imò etiam de nouo potest ista superstes ratificare, vt per Angel. consil. ccl. pro decifio. Alex. consil. cxxxix. in primo volum. & id eo concludo, & de iure, & de aequitate sororem admitti, exclusis agnatis, & cognatis.

ADDITIO AD CONSILII SE-
quenti num. 6.

si. l. xliij. & consil. lvi. in 3. Dec. consil. 23. & consil. cxxxij. & alibi saepe. & licet idem Soc. consil. 227. & cōsi. 218. varia uerint, tamen non loquuntur in casu quo dispositio generalis praecedat, prout in casu nostro, quo non potest dici rationem esse edictam solum causa conuulandandi praecipui, quod aliàs esset nudum: vnde apparet casum nostrum longè clariorem. Et hoc tenendo, non obstant allegata in contrarium, & in primis quod in dubio fideicommissum non censetur inducitur, &c. quia quod dicitur in dubio: sed nos sumus in casu elaro: quia verba expressè inducunt: vnde in claris non opus recurrere ad coniecturas. leg. continuus. §. cum quis in gl. de verb. oblig. Non obstat quod institutus sit deo. Alphonsus qui est vnus ex descendentes, & c. quia hoc sufficeret vbi adesset simplex prohibitio alienationis, cum clausula, ut in familia relinqueretur. & ita procedit tex. in d. leg. pater filium. ff. ad leg. Falc. & in l. filiusfamil. §. cum pater. de leg. j. & in l. si vnus ex familia. §. quod si talia, secus est in fideicommissum simplici descendentes relicto, quia tunc omnes vocantur gradatim l. cum ita. §. in fideicom. de leg. 2. l. si. C. de verb. lign. declarat Pau. Cast. in d. §. cum pater. in fin. Item secus est, quando testator non inceptit a prohibitione, sed a dispositione, vocando familiam per descendentes, prout fecit in casu nostro secundum Raph. Com. in d. l. cum ita. §. in fideicom. maxime quando dictum est ut perpetuo remaneat, ut ibi per eum. Item secus est quando testator ultra est progressus, prout in casu nostro, vocando descendentes in stirpes, quae clausula refertur etiam ad alienationem, quae fieret per viam testamenti haeredes instituendo, ut supra dixi, & mox dicam. Non obstat, quod talis prohibitio non intelligatur de alienatione, quae fieret per haeredis institutionem. Respondeo, quod istud est falsum, quia si prohibita alienatione ex vi verborum, intelligitur prohibita etiam illa, quae fit per haeredis institutionem. l. si prior. §. car. C. de agric. & censib. & habetur in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl. vnde tali casu tenebitur haeres scriptus restituere fideicommissum, etiam non deducta Trebellianica: quia prohibendo alienationem, videtur et prohibuisse deductionem Trebellianicam, aut, sed in ea. vbi Bald. C. ad l. Fal. & hoc est doct. Bar. in d. l. peto. §. fratre. si restè intelligatur, dū dicit prohiberi institutionem, §. si de extraneo intelligitur aut d. Alph. vbi supra stirpe, & virile sua portio nō. in reliquo esse extraneus. d. l. si vnus ex familia. §. sed si vnus. vers. verus. ff. de leg. 2. & licet Ang. & d. Alex. in allegatis consilij aliter responderint: tamen eorum opinio non est vera: & contra communem sententiam doct. in d. §. diui. secundum Io. Crot. ibi & dicit ibi Ial. in 2. lectura. nū. cxxxix. quod ipse consuleret et iudicaret contra dictam opinionem Ang. & Alex. & ita etiam sentit Are. quando ad est geminatio verborum, in d. l. Pantoniur. §. Card. consil. cxxxv. Socin. dicit. consil. cclj. Nec obstat quod dicta clausula, *In stirpes, & non in capita, &c.* videatur restringenda ad casum alienationis tantum, quia respondeo hoc esse falsum: cum enim in fine sit posita, debet ad omnia praecedentia referri. leg. primo. C. de liber. praet. vbi Bartol. & Alexand. Ial. ceteri. l. 3. §. filio autem vbi nota. de lib. & posthu. cap. 2. requirit de app. & per Fel. in capitulo, causam quae de rescrip. & hoc maxime procedit in casu nostro in quo vtraque clausula praecedens est coniuncta. leg. in vbi Bartol. §. de reb. du. per docto. in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & quod nota gloss. in clement. j. §. 2. de suppl. negl. prele. vbi Card. & allegata in contrarium loquuntur, non in clausula in fine posita, sed de aequalitate aliqua, vtrum censetur repetita, de qua non est praesens quaestio. Praeterea etiam si non referretur, nisi ad prohibitionem alienationis, tamen adhuc idem esset, quia ut supra dixi, talis institutio ultra portionem in stirpes, censetur alienatio, & comprehenditur in prohibitionem facta a testatore. Non obstat vltimò, quod hoc modo intelligendo prohibitio alienationis esset superflua, quod non videtur dicendum. d. l. si quando. Respondeo, quod imò nulla est superfluitas, ex primo enim

enim fideicommissum *Quod bona remaneant, &c.* valisset alienatio viuentis grauatō facta: quia tacita duntaxat prohibitionem continet, nec posset reuocari, nisi post eius mortem, secundum glo. in d. l. §. quod si talia verbo, eius quae in se vera est, & per Bar. in d. §. diui. in 7. opp. ex secundo verbo, statim post alienationem competit reuocatio. l. pater. §. libertis. ff. de leg. 2. Item ex primo fideicommissum, potuisset deduci Trebellianica, ex secundo non propter prohibitionem alienationis, dicta auth. sed in ea. C. ad legem Falc. Item ex primo, bona non perueniunt ad alios, nisi perfecta venditione, ex secundo vero, etiam ante perfectam, quia ita expressit testator. leg. Strychus seruus. ff. de manum. test. per Bar. in d. §. diui. in septima oppositio. Praeterea non dicitur superflue loqui testator, quia illud quod tacite senserat, deinde expresse describit, & clariorem mentis suae testationem. cum glo. verbo, & filio. vbi Gemin. de sum. Trinit. & fide. cath. in 6. l. testa. C. de testa. & qui quod generaliter dixerat, deinde magis specialiter repetit. leg. quaesitum. §. penult. de fund. in str. leg. l. legata. in princip. ff. de supell. leg. & talibus casibus non mutat substantiam veritatis, non necessaria verborum multiplicatio. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & argen. lega. & pro hoc fasit tex. in auth. de rest. fideic. §. codicillum verò. vbi testator vsus fuerat magna generalitate verborum: & tamen lex potius habet pro superfluis, quam quod inducat fideicommissum simplex, & perpetuum: imò tale argumentum superfluitatis non videtur concludens. Et haec sufficiunt, quod ad primum fideicommissum. Circa secundum fideicommissum est videndum, testator instituit sex filijs, subiecit. *Et si vnus, vel plures deceaserint sine liberis masculis, tunc superexistens, vel earum filij superexistens masculi succedent, in eum vel earum locum in stirpes, & non in capita.* Vltimus eorum Anselmus mortuus est sine filijs, quaeritur an sit locus fideicommissi? Et videtur non esse locum: quia testator vocat superexistentium filios, isti autem non sunt filij superexistentium: quia eorum patres ante hunc vltimum deceaserunt: ergo non sunt verificata verba fideicommissi: quia quae litas illa superexistens, debet verificari secundum tempus successione. l. Titius. ff. de testa. mili. l. 3. ff. de aur. & argen. leg. l. ex facto. §. penult. ad senatuscons. Treb. & quod no. Fel. in c. examini. de iud. Soc. consil. 19. in 3. consil. xliij. in 4. Dec. 37. Bened. Cap. consil. 38. Confirmatur per id quod no. Bar. in l. Centurio. in j. q. 3. partis de vulg. vbi quado testator inquit, *Filii mei impuberi succedat Titius, non verificatur substitutio, nisi per viam pupillaris, non autem fideicommissariae, ut verbum Succedat restringatur aditione, Impuberi.* Et cum Bar. ibi transeunt ceteri. Et non potest negare, quin vis verborum hoc inducat, quae non est recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. maxime cum ut supra diximus §. semper fiat interpretatio, ut minus oneris filio impositum a patre censetur, & ut liber a fideicommissio sit, nisi quatenus verba necessaria aliud inferant, quod non est in casu nostro. Et pro hac sententia etiam facit: quia videtur testator ad fideicommissum vocasse in primis filios superstitēs, & si illi nollent, vel non possent succedere, tunc vocasse nepotes ex dictis superstitibus & sicut videtur fecisse vulgarem substitutionem in fideicommissum, quod facere potuit. l. ut haeredibus. ff. de leg. 2. & quia eos vocauit per alternatiuum, *superexistens, vel eorum filij, &c.* quae si alternatiua intelligitur quidem ordine successio, sed in vim vulgaris substitutionis. l. eum pater. §. pe. ff. de leg. 2. prout eum textum declarat Bar. & doct. in l. Gallus. §. i. ff. de lib. & post. ad idem tex. in l. haeredes mei. §. si. ff. ad Treb. vbi Alex. & Mod. Soc. consil. 113. in 1. Sed tamen ijs non obstantibus sentio contrarium, quod imò euenerit casus fideicommissi et ex hoc cap. Et quia difficultas omnis consistit circa interpretationem illius dictiois, *superexistens, dico quod debet intelligi demonstratiue, id est, eorum, quos supra appellauit superexistentes, licet nunc tempore successione sint mortui, prout in simili est tex. in l. mela, de adi. lega. in l. quidam testam. in prin. ff. de leg. 1. in*

l. cum pater. §. mensae. ff. de le. 2. Et quod ista interpretatio sit accipienda, apparet in primis ex mente testatoris, qui substituit superexistentes masculos: propter quam qualitatem masculinitatis, ostenditur habuisse eum respectum ad conseruationem familiae. Bal. l. Caius. ff. sol. mat. Io. And. in Spec. rub. de testa. vers. sub hoc titu. Alex. consil. cv. in 1. Dec. consil. cccxvii. & consil. cxxxix. cum similibus, quae ratio cessaret si non admitterentur nepotes, nisi superstitibus patrib. Secundum quia testator in fine subiecit, *Saluis semper praemissis, per quae clausulam reseruauit generale fideicommissum in bonis immobilibus, de quo supra disputatum fuit, & talis clausula arguit mentem ipsius nolentis, similiter providere etiam, in hoc casu, cum protestetur se nolle recedere a praedicto fideicommissio. gl. litem Labeo. ff. fam. ercisc. glo. in Clem. 1. §. 2. de sup. negl. plat. vbi Card. Alex. l. iudex postea. de re iud. Tertio, quia si simpliciter dixisset, *vel eorum filij, &c.* nulla subesset difficultas, quin isti admitterentur, ergo eodem modo si dixit *superexistens, expressit enim quae tacite inerat. l. 3. ff. de le. 1. in conditionibus. §. i. de cond. & dem. §. dictio enim, 2. eorum est relatiua & facit relationem ad dictionem superexistentium praecedentem: sed facit relationem demonstratiue, non autem restrictiue. Quarto hoc suadet, quia nulla subest ratio, cur testator magis vocauerit nepotes super existentibus filijs, quam non superexistentibus, cum vtroque casu pari affectione ei iungantur: merito talis dictio non debet stare restrictiue, imò debet fieri extensio, etiam si partes non superexisterent, cum verisimilis mens multo magis sit, ut tali casu succedant. l. si. C. de post. haer. in str. l. si. C. de inst. & substit. le. si mater. §. j. de vulg. per Alex. in l. j. vers. 2. modo limita. de vulg. & pupi. Et ista pars magis etiam iustificabitur ex responsionibus, quae competunt ad argumenta contraria. Non obstat igitur in primis, quod verificari debeat illa demoras, *superexistens, &c.* respondeo, verificatur demonstratiue, non autem restrictiue. d. l. mela. & mox dicam. Item verificatur secundum mentem testatoris, ut intelligamus superexistentium, quos sic appellauerat, ut si vna clausula aliam declararet. l. si seruus plurium. in ff. de vulg. j. Item ut intelligamus, superexistentium quondam. l. si ancille ff. de cond. & dem. l. in sola. in fi. de acqu. rer. domi. l. pe. ff. si cert. per. in gl. verb. defuncti. ibi Alex. Ial. & ceteri. Non obstat quod no. Bar. in d. l. Centurio. in j. q. 3. partis, quia licet per illa verba, *Succedat filio meo impuberi*, inducatur pupillaris tantum substitutio, ex quo dictio, *impuberi*, ad verbum exequutiuum refertur: tamen illud Bar. limita. per duoobis modis, qui ad casum quoque nostrum pertinent. Primus est, nisi aliud appareat, seu ex aliquibus verbis deprehendi possit, ut quia substituerit non simpliciter, sed si decedat sine liberis in de en arguitur, non de sola pupillari agi, sed et fideicommissaria. d. c. Raynuius. de test. vel si dixerit, *Quandoq. deceaserit, &c.* ut per Lancel. Galliaul. ibi, alia est gñlis, quod licet qualitas adiecta verbo intelligatur secundum tempus verbi, vel participij. d. l. Titius. in l. in delictis. §. si extraneus. de noxal. tamen non procedit, quando illa qualitas, ex coniectura mentis censetur demonstratiue tantum adiecta. d. l. mela. d. l. quidam testamento. & quod no. Alex. in l. stipulatio hoc mō. vers. non obstat. quod no. Praepos. in c. lator. extra qui filij sint leg. Dec. consil. clv. facit tex. in l. moris. §. liberos. ff. de pen. in l. si qs post. vers. sed & si heres. & q. ibi Bar. & Ial. in l. si. ff. de lib. & post. Non obstat quod hoc modo verba essent p fideicommissio, & debet fieri interpretatio, ne filius censeatur grauar. & c. rñdeo esse satis clara, & sufficere in fideicommissio si sumptiones, & coniecturas voluntatis, dum modo sint probabiles, secundum Ial. in l. pōt. ff. de vulg. & facit d. l. haeres dei mei. §. cū ita. l. cum virū. C. de fideicommiss. l. si vnus ex familia. ff. de le. 2. Non obstat vltimò, q. d. verba intelligantur de substitutione vulgari in fideicommissio facta, & c. quia etiam si ita sit, tamen locus est vulgaris, ex quo superexistentes illi mortui erant, & sic non possunt esse fideicommissarij. Item satis apparet de mente testatoris, quod voluit facere fideicommissariam, ex quo post mortem**

mortem praecedentium vocavit, se cundum Cornaeum...

CONSIL. XXXVII. SVMMÆ.

- 1 Substitutio compendiosa continet vulgarem, ex qua potest substitu...

Etiam tunc sunt verba, in situ filium meum legitimum...

& maxime Bal. conf. clxx. quidam Nicol. in v. quia ipse loquitur...

in quam sententiam etiam videtur inclinare Dec. consil. A clxxvj. Vnde satis apparet, quod mens testatoris est...

CONSIL. XXXVIII. SVMMÆ.

- 1 Vusufructuarius ad ipsam cautionem praestandam tenetur...

tione earum rerum, quae usu consumuntur, vel desuntur, habito respectu ad valorem temporis traditionis.

ACTI praesens species, magnas prima fronte complecti difficultates videtur, quia aduersus clarissimam hanc viduam induci quaplurima in iure nostro possunt...

ipſius vſufructus & ideo nullo modo poteſt remitti. l. ij. l. hoc ſenatus. ff. de vſufruc. earum rer. & tenetur mulier cauere de reſtituenda æſtimatione earum rer. quæ vſu conſumuntur, vel deteruntur habito reſpectu ad valore temporis traditionis. ſ. cõſtituitur. vbi gl. in verb. veſtimenta inſti. de vſufr. notat in l. ſi vſufructus mihi. ſ. ſi veſtis. eodem tit. per Ant. de Bur. & Pet. de Anc. in c. ſin. extra. de pign. & ſi vſufructuarius non præſter cautionem non facit fructus ſu. ſ. ſed tenetur ad eorum reſtitutionem ipſi hæredi. v. l. vſufructu. vbi Bar. & doct. C. de vſufr. Secundo, quia ſi teneremus hanc mulierem non eſſe vſufructuariam, videretur dicendum, quod deberet tantummodo conſequi alimenta in hæreditate mariti, iuxta conſuetudinem Bulgari de qua in auth. hoc locum. C. ſi ſecun. nupſ. mul. vbi ſi maritus, exiſtentib. filiis legitimis, relinquit vxorem ſuam D. maſſariam, vſufructuariam hæreditatis ſuæ, non tamen poteſt aliquid conſequi quam alimenta, & præeminentiam, quã habebat viuente marito, & ideo tali caſu non teneretur ſatifficere. & quamuis teſtator liberauiſſet eam à cautione, non tamen illud argueret, ei verè relictum vſufructum, ſed potius quendam vſufructum reſtrictum ad alimenta tantum, vt per multas rationes probat Franc. de Aret. in conſ. l. x. incip. præſupponitur in factis. Tertio, quia cū illi hæredes vocati, ſunt in caſu mortis ipſius mulieris, & inſtituti ſunt particulariter, talis particularis inſtitutio habet vim prælegati l. quid ergo. ſecunda. ff. de leg. j. l. ex factis. ff. de hære. inſt. vnde tanquam legatarij, quibus ſub conditione, vel in diem reſtituendum ſit legatum, poſſunt interim cautionem petere. leg. hæc ſtipulatio. ff. vt leg. nom. caue. Guid. Papæ quæſt. ccclj. & ideo poteſt etiam compelli ad conſciendum inuentarium, vt ibi concludit præſatus doct. & Vitalis in tract. clauſularum, in tit. n. naua. conſect. penden. & ſatis ſentit hoc domin. Alex. conſ. lviij. in iij. vol. Et quamuis hæc cautio poſſit per teſtato rem remitti. l. pen. C. vt in poſſ. leg. & per doct. in d. l. nemo poteſt in v. q. Bart. tamen iſtud procedere ſi expreſſe appareat de mente teſtatoris, qui quamuis prohibeat cautionem, non tamẽ prohibet inuentarij confeſtionem, & iſta videntur diuerſa. l. ſi ff. de bon. auth. ind. poſ. & q. per illum text. not. Guid. de Suz. & Alber. de Roſ. ibi, dū dicunt, quod ſi mulier poſt mortem mariti dicat, ſe vigore iurium dotalium velle remanere in poſſeſſione bonorum mariti, poterit cogi à principis ad quos cauſa ſucceſſionis pertinet, conſicere inuentarium, ad idem regula generalis, quod t̄ deſcriptio, vt ſciatur quæ res ſint in hæreditate, ad ſinem ne diſſipentur, poteſt ſemper peti ab eo cuius intereſt. & ideo quãuis prohibita ſit ſequerario, non tamẽ prohibetur huiusmodi deſcriptio. leg. j. pen. ff. de vent. in poſ. mitt. Bar. in leg. poſt contractum. in pen. quæſt. ff. de don. laſ. in l. fideiuſſor. ff. qui ſatiff. cog. Nec hic dicatur, quod ceſſat omnis ſuſpicio, propter qualitatem mulieris, quia reſpondeo, quod ſpecialiter eſt in patre vſufructuario, vt non teneatur ad vllam ſatifficationem, propter ius patriæ poteſtatis, & reuerentiam quæ illi debetur. ſecus eſt in matre. leg. ſin. ſ. ſin autem æ alienum. vbi gloſſ. in verb. reuerentia. C. de bon. quæ lib. Et ſi concludamus teneri dictam mulierem ad cauendum, vel conſciendum inuentarium de iure, poterunt hæredes eam compellere, non obſtantibus verbis legati, quæ talem caſum non videntur comprehendere, quia t̄ qui petit cautionem de vtendo fruendo, vel conſci inuentarium, non dicitur vſufructuariam impedire, vel moleſtare, ex quo talis petitio venit ex natura actus argu. l. quæro. ſ. inter locatorem. ff. loc. & l. venditor. de verb. obliga. per quæ iura hoc in terminis tenet Bald. in d. l. i. C. de vſufr. Paul. de Caſtr. in l. Lucius. ſ. fr̄s hæredes ſi ad Treb. fortius dicit Alex. in d. l. quod de bonis. ſ. j. ff. ad leg. Falc. quod etiam ſi hæres mortuo teſtatore promiſiſſet d vſufructuaria, non moleſtare eã aliquo modo in vſufructu, ſub pœna poſtea petendi dictam cautionem, non incideret in pœnam, quia intelligeretur de moleſtia quæ malo animo & malo modo in-

ferretur, non quæ per viam iuris allegat not. per gloſſ. in l. ſi ſeruum. ſ. prætor. in gloſſ. in verſic. quod malo. ff. de acq. her. ſequitur Picus in rep. l. Titia. ſ. Titia. quæſt. l. iij. ff. de leg. ij. Sed his tamen non obſtantibus, contrarium, ſecundum ea quæ proponuntur, videtur de iure eſſe concludendum, & difficultas omnis conſiſtit, circa verba teſtamenti, an mulier iſta ſit vſufructuaria, quibus verbis diligenter perpenſis, videtur mihi concludendum, non eſſe vſufructuariam, ſed proprietariam potius, idq; pluribus rationibus. Primò, quia teſtato rei relinquit **Plenam & omnimodam poſſeſſionem**, quæ t̄ dictio, **Plenam**, 10 refertur etiam ad ius proprietatis, quia ille dicitur t̄ plenò iure poſſidere, qui poſſidet vt dominus. l. j. C. de reuoc. don. facit. l. raptos. ſ. ſin aut. & q. ibi not. Bald. C. de Episc. & Cler. & ideo t̄ ſi quis in libello petierit poſſeſſionem. **Plenò iure**, ad ſe transferri, videtur intentiſſe non ſolù poſſeſſorium, ſed etiam poſſeſſionem. c. querelã. vbi Inn. not. extra. de elect. c. cū & plantare. ſ. nihilominus. de priuileg. cum multis ſi. quæ accumulac. laſ. in l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius. ſ. Titius. ff. de verb. oblig. maxime accedere geminatione illius t̄ dictionis. **omnimodã**. 13 quæ eſt dictio præciſa, & omnia comprehendit. **omnimodã**. C. de inof. teſt. gl. in l. ſi cum exceptione. ſ. quatenus. ff. de eo quod met. cau. & eſt glo. not. in clem. j. in verbo, omnimodam. quam Abb. & alij ſequuntur de foro compe. & maxime, quia ſi diceremus eam eſſe vſufructuaria, non haberet plenam poſſeſſionem, quia poſſeſſio ciuiliſ eſſet apud hæredes. l. certè. ſ. is qui rogauit. ff. de prec. imò & vera naturalis videtur eſſe apud hæredes. l. acquiritur. ſ. ſi ff. de acq. rerum. dom. licet t̄ interpretatione 14 legis, vſufructuarius dicatur naturaliter poſſidere. l. naturaliter. in prin. ff. de acq. poſſ. confirmatur ex dictio 15 **ne poſſeſſionem**, quæ etiam proprietatem ſignificat. l. filij. ſ. ſi. ff. ad muni. ip. l. interdum. ff. de verb. ſign. cum ſimil. & ideo dicunt doct. quod t̄ ſi quis legat Titio poſſeſſionem bonorum ſuorum, quod intelligitur legiſſe proprietatem, non ſolùm bonorum immobilium, ſed etiam mobilium, quando communis vſus loquendi non repugnat, quo ad mobilia, ſecundum Petrum, Cyn. & Bald. in l. ſi. C. de compenſ. Bar. in l. vxorem. ſ. legatarij. in ſi. de leg. iij. Alexand. laſ. & alios in leg. j. in princip. in glo. j. de acq. poſſ. per Guilielmum de Cun. in l. licet. C. eo. tit. quod maxime eſt dicendum in iſto caſu, in quo apparet proprietatem ipſam alteri nõ eſſe relictam, quia teſtator expreſſe relinquit res iſtas hæredibus, non niſi poſt mortem ipſius mulieris, & ſic videntur hæredes habere prælegatum harum rerum, in diem mortis mulieris, & nõ ante, vnde interim mulier ipſa dicitur proprietaria, & clauſula t̄ **omni meliori modo**, &c. quæ eſt in teſtamento, facit, vt teſtamentum ſuſtineatur tanquam hæredes, purè ſint inſtituti, demptis prælegatis rerum particularium, quæ dein de præſtabuntur mortua vxore, vt per multas rationes in ſimili conſuluit Alexand. conſil. cxij. in iij. quas hic referre eſſet ſuperuacaneum, cum apud eum legi poſſint, ſequitur ergo, vt reſpectu horum prælegatorum, mulier ſit interim proprietaria. & ceſſat illa dubitatio doctorum, de qua in leg. filius à patre. ff. de lib. & poſth. & per laſ. in l. extraneum. C. de hæredib. inſtit. qui dubitant de vxore vſufructuaria, quando nemo eſt inſtitutus hæres, niſi poſt eius mortem, noſtra autem quæſtio eſt in muliere proprietaria, facit de ciſſo Bald. in leg. id quod pauperibus in xliij. quæſt. C. de episcop. & cleri. vbi poſt Martinum Sillimanum in fortiiori caſu loquitur de vxore inſtituta in vſufructu, & poſt eius mortem ſit alius inſtitutus, quia in vita non habet cohæredem, ipſa hæres vniuerſalis efficitur, refert & ſequitur Dec. in conſilio cclxxvij. vbi limitat non procedere, quando inſtitutio illorum, non eſſet expreſſe collata poſt mortem vxoris, quæ limitatio in caſu noſtro non procedit, in quo teſtator expreſſe vocat iſtos hæredes ſolummodo poſt mortem ipſius vxoris, vnde manifeſte apparet ipſam eſſe proprietariam. Quod ſuadet etiam ex alijs verbis teſtamenti, quibus. **Permittitur illi regimen**, quod

quod diuſ in re ſignificat. leg. ſi tibi regimentis reipublicæ, 18 &c. ff. de offi. præſ. prætor. & etiam ex t̄ dictione, **Adminiſtrationem**, quæ verificatur, etiam in his, qui proprio iure adminiſtrant, vnde t̄ iudices ordinarij dicuntur adminiſtratores. a. rth. ad h. ec. C. de iudic. cum adminiſtrent iure proprio. leg. j. ſ. ſi. de offi. eius cui. facit, quod haberetur in cle. j. de reſcrip. Confirmatur etiam per illa verba, **Vtilitatem fructibus, prouentibus**, quæ includunt quodcũque emolumentum, etiam titulo proprio proueniens, vt in ſimili dicit Paul. de Caſtr. conſilio lxxvij. incip. quod dicti reditus in j. volu. n. Raphael. Comen. conſ. clxij. viſa 20 copia. Eſt iſta opinio eſt maxime tenenda, quia t̄ conformis eſt voluntati teſtatoris, quæ poſitiſſimum debet attendi. l. pater Severinam. ff. de condit. & dem onerat. & 21 t̄ hæres contra faciens voluntati teſtatoris, etiam minus legitimè non eſt tutus in foro conſcientiæ, quo ad Deũ, vt dicit Ange. in leg. quidam. ſ. illo procul. per illum tex. C. de necel. ſer. Corn. conſ. cxix. in ij. vol. His ſic præſuppoſitis apparet manifeſta ſolutio ad omnia, quæ in contrarium adducuntur. Et in primis t̄ nõ obſt. texus in d. leg. j. C. de vſufr. quia reſpondeo duobus modis. Altero, quod loquitur in vſufructuario, iſta autem mulier eſt proprietaria, vt ſup. eſt concludum. Altero, dico quod etiam ſi eſſet t̄ fructuaria, cum teſtator in hoc caſu remiſſerit illi cautionem per viam contractus, valet remiſſio, quia prohibitio dictæ legis non habet locum in remiſſione facta per viam contractus, cum ipſo teſtatore, cum teſtator poſſit de bonis ſuis diſponere ad ſu libitum, & ita tenet Guil. de Cun. Raphael. Com. & Salyc. in d. leg. j. & illa opinio non habet contradicentem. Quod autem remiſſio ſit facta, per viam contractus apparet ex eo, quia verque ſimul eſt teſtator, & illam clauſulam remiſſionis mulier in teſtamento ipſo expreſſe acceptauit, marito ipſo volente, & conſentiente, vnde oritur obligatio 24 ex pacto conueno inter ipſos. l. j. ff. de pact. & t̄ valet cõuentio, cuius euentus conferatur etiam poſt mortem. l. j. C. vt act. ab hæred. & contra hæred. not. in l. centeſimis. ff. de verborum oblig. nec minus dicitur aliqua cõuentio eſſe contractus, quia facta ſit in teſtamento, cum 25 etiam t̄ in teſtamento poſſimus conſiderare. l. ſi. C. de fideic. declarat Bar. in l. nemo poteſt. in prima oppoſitione. ff. de leg. & fideicom. j. l. & cum quis decedes. ſ. codicillis. ff. de leg. ij. & per Bald. in c. ex literis. de conſue. doctores in l. hæredes palã. ſ. ſi per illum tex. ff. de teſta. Secundo non obſt. q̄ iſta mulier videatur eſſe alimentaria facti, non iuris. & ideo deberet probari, vt haberetur in c. ſi. extra. de conſue. Imò conſidero eſt ſtricti iuris. vnde probatio eius de certo loco nihil infer de alio. l. ij. ſ. 27 t̄ ſi quis hoc interdico. ff. de itin. actuq; priua. vbi Barto. not. & non eſt veriſimile talem conſuetudinem eſſe in Germania, ſed quod plus eſt, etiam ſi eſſet nihil faceret, quia verba teſtamenti non poſſunt aliquo modo pati hanc interpretationem, vt hæc mulier ſit alimentaria tantum, quia hoc modo non haberet, neq; omnimodã poſſeſſionem, neq; prouentionem, vtilitatem, fructus, &c. vnde nullo pacto poteſt aſſumi hæc interpretatio. & ratio à verbis non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. & fideico. iij. Tertio non obſt. quod etiam ſi ſit proprietaria videtur quod poſſit compelli ad ſatifficationem iuxta titulum. ff. vt leg. nomi. cauea. & c. quia reſpondeo quod talis t̄ cautio, proueniens ex illo edicto, poteſt per teſtato rem 28 mitti, vt eſt caſus in d. l. pen. C. vt in poſſeſſio. legat. & per doctores in d. l. nemo poteſt. Quo autem ſit remiſſa, probatur ex verbis teſtamenti, quibus iubentur iſti aduerſantes: **Impedimentum aliquod, ſeu contradicentem non præſtare, neq; petere rationem, calculum, cautionem, ſecuritatem, &c.** Quæ verba ſatis comprehendunt confeſtionem inuentarij, quia t̄ reciproca ſunt, aut correlatiua præſtare cautionem, & conſicere inuentarium, cū alterum ſit præambulum alterius. l. i. ſ. reced. ff. vſufr. quemad. cauea. vt dicit Alex. in d. conſ. lviij. in iij. volum. & And. Sic. conſ. lxxij. in ij. vol. vbi conſuluit in caſu longè fortiiori, in fa-

uorem mulieris. Facit quia, **Prohibita moleſtia, & inquietatione**. ſatis dicitur prohiberi hæc reſcriptio, quoniã t̄ inquirere facultates, eſt ipſam inquietare. l. ij. C. de alim. pupil. præſtan. l. ij. verſi. ſed vbi quarta. C. quari. & quib. quar. pars. quia eius intereſt bona non manifeſtari. facit l. mercatores. in j. reſponſ. C. de commer. imò iſtud ſapit quandam iniuriam. l. ſi iniuriæ. ff. de iniur. & quod not. Abb. conſ. iij. in ſi. verſi. item poteſt in ijs, talis enim deſcriptio ſapit naturam executionis, & primi decreti. d. l. ſi ff. de bon. aucto. iudic. poſſiden. l. pollicitationibus. in ſi. vbi gl. ff. de pollicit. & ideo non poteſt citra iniuriã fieri. facit lex finalis. C. de bon. vacat. lib. x. confirmatur hæc conſuſio per illud quod notabiliter voluit Bald. in l. j. C. de his, quæ pœnæ nomi. in lectura antiqua. vbi dicit quod t̄ ſi teſtator mandat debita ſua ſolui de ſuis bonis, 31 quod videtur remiſſiſſe onus conſciendi inuẽtarij, ſequitur And. Siculus d. conſ. lxxix. Et ex ijs conſequens eſt vt locus ſit pœnæ appoſitæ per teſtato rem ipſis, contraſcientibus eius voluntati, quia perierunt inuentariũ contra prohibitionem teſtatoris, & dictam mulierẽ moleſtauerunt, vnde comiſſa eſt pœna, quia potuit teſtator eos tali onere aggravare. l. j. C. de ijs, quæ pœnæ nomi. nec obſtant deſiſiones in contrarium allegatæ in d. l. q. de bonis. ff. ad leg. Falcid. & in d. l. Lucius. j. tres hæredes. ff. ad Trebel. quia loquitur in caſu, quo remiſſio inuentarij non valeret, non autem procedunt in caſu noſtro, in quo ſuprà concludum eſt, valuiſſe remiſſionem à teſtatore factam, vnde contraueniens incidit in pœnam. Nec obſtat ſi diceretur, quæ quantum ſit reſpectu filiorũ Leonardi pupillorum, quod non videtur poſſe. & locum eſſe pœnæ, ex quo ipſi non contrauenerunt, ſed pater, quia t̄ reſpondeo, quod tali caſu videtur ex factis ipſius 32 patris eos in pœnam incidere, ex quo hæc pœna amiſſionis hæreditatis, non poteſt æquè cadere in patre, ſicut in pupillo, cum ſoli pupillo delata ſit hæreditas, vt eſt caſus in l. Polla. C. de his quibus vt indi. declarat Bar. in l. ſi dolo. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſtam. ab inſtato. Sicut videmus etiam in eccleſia, quæ ex factis prælati tali caſu incidere in pœnam. l. iubemus nullam. C. de ſacrol. eccl. vbi Cyn. Bal. Salic. & alij. Et idem videmus in domino, qui etiam ipſe tali caſu ex factis procuratoris ſui preſtetur. l. j. ſi procurator, vbi Moderni. ff. ſi quis ius dicent. non obtemperauer. licet ipſi pupillo ſuccurratur vt præſtetur indenſ in bonis ipſius tutoris, ex cuius factis in pœnam incidit. Nec obſt. ſi diceretur, quod imò competere debeat etiam prouiſio ipſi pupillo, ne incidat in pœnam arg. gl. in d. l. Polla. quæ vult tali caſu duo remedia alteri nativè pupillis competere. Alterum, quia poſſunt exiſtere ne incidant in pœnam: alterum, quia ſi ſolutum pœnã poſſunt agere contra tutorem, vt ſeruentur indemnes. 34 Quia reſpondeo, quod illud poteſt procedere vt primũ remedium deatur in fauorem tutoris, qui ex neceſſitate gerit officium, ſecus in fauorem t̄ patris, qui non niſi volens eſt legitimus adminiſtrator. leg. ſin. ſ. ſi autem patre recuſante. C. de bon. quæ libe. & ita ſentit Salycetius ibi, qui aſignat hanc rationem illi gloſſæ. quia t̄ vbi auxilium ordinarium & extraordinarium competit contra duos, quorum alter gerit officium neceſſarium, vt eſt tutor, tunc electio eſt minoris, quod eorum intereſtate velit. l. etiam. leg. ſin. C. ſi tuto. vel cura. interuen. ſecus ſi officium eſt voluntarium, quia primò intentandum eſt ordinarium. l. cum mandato. ff. de min. Et ideo in caſu noſtro non poſſet pupillus reſtitui in integrũ aduerſus pœnam niſi caſu, quo pater ipſe adminiſtrator non eſſet ſoluenſ. Et licet hæc opinio videatur prima fronte rigorosa, tamen in puncto iuris videtur verior, & ceſſare rigor, quando ex cõſuetudine regionis, & qualitate perſonarum, talis petitio conſciendi inuentarij reputaretur contumelioſa honeſtæ & graui mulieri, tanquam tacitè eam incularet de perfidia. Et ideo dicit tex. in d. l. ſi iniuriæ. ff. de iniur. quod huiusmodi deſcriptio, & inuentarium quandoque inducit iniuriam, & ita etiam textum notant doctores. Illud etiam eſt annotandum, quod di-

Æus Leonardus huiusmodi petitionem facere non potuit pro filiis suis, nisi casu quo filij sui adhuc non excessissent septimum annum, quia illa ætate exacta solus non agit. d. leg. ff. vbi autem iuncta gloss. in ff. j. in verbo, fin autem in secunda. C. de bonis quæ liber. Et supradicta omnia procedunt iuxta ea, quæ mihi in factis sunt proposita, considerata petitione inventarij conficiendi huic mulieri facta, nam si isti non inventarij confectioem, sed legitimam suam petissent, tunc fuisset alius articulus discutiendus, sed postquam inventarium petierunt, non potest aliud de iure responderi, vt iua, quam intestati, ea tibi pateat. leg. si mulier. ff. fin. ff. quod me. cau. Quo verò ad vltimum quæsitum, cum vnus ex istis executoribus testamentariis, interpellatus à muliere, noluerit ei assistere, & testatoris voluntatem exequi, non est dubium ius ad alios coexecutores deuolui, vt est casus in c. si. ff. extra, de testam. lib. 6.

CONSIL. XXXIX. SVMMA.

- 1 Verba, & casu quo deficerent masculi, generaliter intelliguntur, etiam si non sint nati.
- 2 Substitutus coniuncto præfertur.
- 3 Vbi testator fecit plures gradus substitutionum, vltimus succedit in locum præcedentis.
- 4 Caduci gradus etiam conditione reijci.
- 5 In fideicommissis regulariter est pluralitas in singularitates res soluantur.
- 6 Semper substitutus coniunctum excludit.
- 7 Legatum habens diem solutionis, purum esse.
- 8 Vulgari substitutio agnatione legati expirat.
- 9 Substitutio facta pluribus per relatiuum, quibus non expirat aditione vnus, sed separatim accipitur & substitutus excludit coniunctum.
- 10 Frustra ponitur in dubitatione, quod est in legis certitudine.
- 11 In portionibus agnitis, non est locus iuri accrescendi.
- 12 Relatiuum ad proximiora referri debet.
- 13 Hereditas magis debetur descendenti, quam transfuersali.
- 14 Substitutio facta post mortem omnium, non verificatur vno moriente.
- 15 Substitutio fideicommissaria, semper dicitur respicere plures effectus, non autem vnum.
- 16 Heres tanquam prædictus præfertur ei, qui non est vocatus in eum casum à testatore.
- 17 Substitutio quæ non sortitur effectum, non impedit ius accrescendi.
- 18 Sublato gradu, quia pro non scripto sit substitutus, admittitur & præfertur coniuncto.
- 19 Copulam duobus modis accipi.
- 20 In substitutione fideicommissaria, vel etiam in vulgari concepta per relatiuum accipitur interpretatio, vt copula sit singulariter, non autem in sensu composito.
- 21 Dicitur tam, & quam, sui natura ad singularitatem referuntur.

Consultationibus visis præstantissimorum doctorum in fauorem D. Camilli, & alij aduersantibus pro Vallotio, & rogatus ipse quoque opinionem meam pro veritate & iustitia adducam, non putavi detrectandum, & quia diffusè vtrique allegatum est, existimaui posse me breuius agere, & punctum ipsum paucioribus attingere. verba testamenti sunt, Quibus testator post legatum factum illi de Laude nepotibus suis ex sorore, fecit aliud legatum Gadaldo, & Gabrieli Vallotij sui nepotibus ex alia sorore, cum hac substitutione, quibus eius nepotibus tam de Vallotio, quam de Laude, substituit in dictis legatis filios ipsorum masculos legitimos, & quos inuicè substituit in dictis legatis, & filios ipsorum filiorum legitimos in infinitum, & casu quo deficerent masculi legitimi, ex legitimo matrimonio procreati, &c. tam ex dictis de Vallotio, quam de Laude, quod dicta legata reuertantur in infra scriptos eius heredes, &c. & hoc pro omni eo quod dicti de Vallotio petere possent in bonis & hereditate testatoris, &c. Modo euenit casus, quod mortuus est Gabriel sine filiis, quæritur ad quem pertineat pars sua legati? Et mihi videtur, secundum regulas communes, non quærèdè nodum in scirpo, quod sit locus substitutioni heredum, & sic d. Camillus sit prior, excluso Gadaldo, & cæteris legatariis. Illa enim t

verba, Et casu quo deficerent masculi, generaliter intelliguntur, etiam si non sint nati, vt quia Gabriel nullos suscepit argumento. l. iij. ff. de finere. ff. de usufruct. quemad. caue. & consuluit Dec. consil. cccxxvij. apparet ergo substitutum esse d. Camillum etiam in hunc casum. Et cum filij Gabrielis sint substituti ipsi Gabrieli, & t vltimo loco Camillus, si filij Gabrielis non nascantur, & sic substitutio in eorum persona sit pro non scripta, legatum deuoluitur non ad coniunctum, sed ad substitutum. l. j. ff. in primo verbo, vel substitutus. C. de cad. toll. facit conclusio generalis doctorum, quod t vbi testator fecit plures gradus substitutionum, vltimus succedit in locum præcedentis aduci. l. quando vltima, versic. is autem prætertio. ff. de acq. hæred. vbi Barto. in si. hoc tenet & sequitur ibi Are. & etiam sequuntur Mod. in l. j. ff. de vulg. & pup. quod intelligit doctores, etiam si conditio adiecta præcedenti repugnaret, quia ea non attenditur cum t caduco gradu, etiam conditio tanquam caduca reiciatur. d. l. j. ff. ne autem. C. de cad. toll. l. legatum sub. ff. de adm. leg. simpliciter que vltimus admittitur, vt consuluit Pau. Castr. consil. clij. incip. præsens dubium videtur. in j. sequitur Alex. consil. cccxxix. li. vj. Ias. consil. cxlvij. Cornel. cccxvij. in iij. Dec. cccxxvij. Cur. lum. lxxxvij. cum sim. Apparet ergo secundum communes regulas admitti D. Camillum, tanquam substitutum & potiore coniuncto. Nec eio obstat, quod verba substitutionis videntur concepta coniunctim, Casu quo deficerent masculi, tam ex Vallotij, quam ex Laude, &c. & sic non videtur substitutus vocari, nisi omnibus deficientibus, non autem vno tantum, vt haberetur in l. quamuis. C. de impub. Nam respondeo, quod imò in prædicto casu locus est substitutioni, etiam vno tantum decedente, quia t in fideicommissis id regulare est, vt pluralitas in singularitates resoluitur. l. Lucius. ff. Caio. ff. ad senatusc. Trebel. l. si. ff. pen. ff. de leg. & fideicom. ij. & ratio est, quia in fideicommissis videtur testator plurius separatim fidem elegisse, id est, vnum quemque separatim pro rata portionis sue grauasse, vnde tunc substitutio, quamuis pluribus coniunctim facta, pro separata accipitur, & substitutus coniuncto præfertur, secundum Bar. in l. hæredes mei. ff. cum ita. ff. ad senatusc. Trebel. fideicommissa enim onus inducunt, at onus vnus, nihil ad alterum pertinet, merito censetur substitutio fideicommissaria separatim inducta, quo casu t semper substitutus coniunctum excludit. l. æquissimum. ff. si duo. ff. de bon. poss. secund. tab. l. j. ff. pro secundo. C. de cad. toll. pen. ff. de iniusto rupt. Et proprie nos sumus in fideicommissis, quia cum t cessator legauerit mille aureos, &c. licet adiecerit diem solutionis, tamen legatum est purum. l. ex ijs verbis. C. quando dies legati ced. vnde censetur acquisitum legatario ipso iure. l. à Titio. ff. de fur. nisi quatenus ipse, vel hæres suus, in quem transmissit repudiasset. l. si fundum sub conditione. ff. si Titio. vbi Petrus & Albe. de leg. & fideic. j. cum ergo sit t acquisitum dominium legati, apparet amplius non esse locum vulgari substitutioni quæ agnitione legati expirat. l. post aditam. C. de impub. l. vt hæredibus. ff. de leg. & fideic. ij. sed solum de fideicommissaria tractari. Fortius dico etiam si legatum non sit agnitum, & de vulgari substitutione tractaretur, adhuc idem esse vt substitutio in nostro casu in singularitates resoluitur, & excludatur coniunctus. Cum enim verba substitutionis dicant, Quibus eius nepotibus tam de Vallotij, quam de Laude, substituit filios suos, &c. succedit doctrina Bald. per Iacobum de Aren. in l. pe. C. de impub. quod t substitutio facta pluribus per relatiuum quibus, &c. non expirat aditione, sed separatim accipitur, & substitutus excludit coniunctum, per text. in leg. Lucius Titius testam. ff. Lucius. cum ibi notatis. ff. de leg. & fideicom. ij. sequuntur Mod. Pap. in d. ff. cum ita. Quod dictum in casu nostro est certum & indubitatum, propter mentem testatoris, qui voluit filios succedere patribus suis, non autem admitti in eorum successione cum patruelibus, aut extraneis, per regulam l. coheredi. ff. qui discretas. ff. de vulg. & pup. consuluit Alex. consil.

consil. lxxvj. in ij. Decius consil. lxxxvj. vnde eum clausula substitutionis in filiis istorum nepotum, separatim accipitur, eodem modo, & ista sequens D. Camilli est accipienda, quæ in locum prioris succedit. l. j. C. de impub. d. l. coheredi. ff. j. cum sim. Et hæc videntur mihi sufficere pro ostendendo manifeste iure D. Camilli, cum ex eis satis collantur omnes rationes in contrarium, ab aduersantibus deductæ, quibus tamen particulariter quoque respondendo, ostendam, eas esse minus sufficientes. Et in primis prosequar rationes primi consultoris, qui argumentatur à partibus sufficienter enumeratis, aut inquit volumus, quod Gabriel agnouerit legatum, aut non, aut decessit antequam cederet dies legati, aut post, & semper portio spectat ad coniunctum, vel per ius accrescendi, vel tanquam ad hæredem proximiorum, &c. Respondeo t frustra poni in dubitatione, quod est in legis certitudine. l. ornamentorum. vbi doct. ff. de auro & arg. leg. constat autem per casum legis, quod legatum est purum, & quod statim mortuo testatore, dies celsit. l. ex his verbis. C. quando dies lega. ced. Rursum dico, quod etiam si legatum non agnouerit, tamen ipso iure censetur agnitum, nisi quatenus d. Gadaldus illud repudiet. d. l. à Titio. d. l. si fundum, & ideo ista membra videntur esse satis extra propositum quæstionis, multò magis etiam illatio est abusua, dum dicitur, pars Gabrielis pertinet ad Gadaldum, aut iure accrescendi, aut tanquam ad proximiorum hæredem. respondeo siquidem, quod iure accrescendi pertinere non potest: quia t in portionibus agnitis, non est locus iuri accrescendi. l. quam. in fin. ff. quemad. ferui. l. j. ff. inter dum. de usufr. accres. doct. l. si legatarius. ff. de lega. j. & etiam sit non agnita, adhuc ius accrescendi locum non habet, quia substitutus præfertur coniuncto, vt d. l. j. in primo. d. l. æquissimum. d. ff. si duo. vt supra dixi. sed nec quicquam facit, quod pertineat tanquam ad proximiorum hæredem, quia quæstio nostra est quod reuertatur ad dominum Camillum iure substitutionis fideicommissariæ, & sic an dictus Gadaldus hæres proximior teneatur restituere, & euenit casus fideicommissi, & dico quod sic per supra scripta, imò abique alia restitutione in hoc casu videtur ius transire in hæredem substitutum. per l. si. C. de legat. vt quod ibi dicitur de die incerta, habet locum etiam in conditione, de quo tamen dicendum, vt ibi per doctores. Secundo subiicit prædictus doctor, quod dicitur potest prædictos fratres Gadaldum, & Gabrielem fuisse inuicem substitutos, quod purò falsissimum esse, illa enim verba, Quos inuicem substituit, scripta sunt de filiis ipsorum, non de parentibus, vt expressè patet insipienti referendo t relatiuum ad proximiora, prout solet fieri. l. si idem cum eodem. ff. final. ff. de iurisd. om. iud. l. l. legatum. de lega. & fideicom. j. Nec subest hic coniectura aliqua mentis testatoris cum potuerit filium in portione parentis vocare, non autem transfuersalem, voluntas enim, & mens in successione ascendenti, nihil arguit respectu transfuersalis. d. l. j. in princ. versic. cum que lex. C. de caduc. tollend. cum t hereditas magis debeatur descendenti, quam transfuersali. l. cum ratio. de bonis damnat. l. si quis filium. C. de inof. test. Minus que facit alia coniectura domini consultoris, ex eo quod testator legauit, pro omni & toto eo, quod prædicti de Gadaldis petere possent, &c. talis enim coniectura potius sua det oppositum, quia aliàs vbi coniunctus excluderet substitutum, si addita proponatur talis clausula, substitutus præfertur, secundum Bald. in d. l. pe. sequitur Bart. Socyn. in l. j. de vulg. in vltima parte princip. quia talis clausula indicat mentem testatoris, ne coniunctus aliquid ultra habere possit, etiam per ius accrescendi. Sed & quod in consilio subiicitur, induci inter eos substitutione reciprocam, ex granamine post mortem eis iniuncto, iuxta l. Titia. ff. Seia liberis. de legat. & fideic. ij. & quod habetur per Bar. in l. codicillis. de usufr. leg. respondeo hoc falsum esse, & contra communes opiniones in d. l. Lucius. ff. Caio. Alex. l. si pater impubes. de vulg. consil. xcj. in j. Corn. consil. cccxvij. in iij. & nemo scribentium est, qui

hoc teneat in casu nostro, quia t, qui contradicunt communi opinioni, loquuntur in aliis casibus, videlicet, quando substitutio non est facta post mortem singulorum, prout fuit in casu nostro. & in d. ff. Seia libertis. erat facta substitutio nouissimo, quia erat grauatus saltem indefinite restituere, hic verò nulla est, & text. in l. codicillis. loquitur in legato habitationis, in quo speciale est, vt à nouissimo facta intelligatur, secundum Bart. ibi quia in eo locum habet ius accrescendi etiam post acquisitionem, vt ibi per eum, & Alex. d. consil. xcj. in j. alias c. in iij. vel propter dictionem repetitiuam hoc amplius, secundum magis communem intellectum. ad illum text. quem ibi tenuit glo. Old. Rainut. Dynus, Alber. de Ros. & eundem etiam tenuit Angelus, Imola, Alex. in d. l. hæredes mei. ff. cum ita. & Corn. in d. l. pen. C. de impube. Tertio subiicit prædictus doctor, quod dom. Camillus, in casum qui euenit, non dicitur substitutus, quia conditio substitutionis non euenit, & ista inquit, nisi fallor, est responsio multum de plano. Sunt enim hæredes substituti casu, quod deficerent masculi ex legitimo matrimonio, quæ conditio debet intelligi post mortem eorum, quia donec aliquid eorum viuat, non potest dici defecisse masculos ex eis procreatos, etiam quod nullos tunc habeat, quoniam possunt procreare, maxime extent masculi ex Gadaldo, ergo conditio non est impleta. Sed etiam ista ratio reuoluitur eodem, & præsupponit quod pluralitas non resoluitur in suas singularitates in fideicommissis, quod falsum est & contra iura expressa. in d. ff. Caio. in d. l. fina. ff. pen. & Bar. & omnes. in d. l. hæredes mei. ff. cum ita. & respectu Gabrielis euenit conditio, quia ipse mortuus est, nullos filios habuit. Et etiam si dicamus hic succedi ex vulgari facta in hoc legato, tamè adhuc idem est, vt supra conclusi post Bal. & Iacobum de Aren. d. l. pe. Quartò subiicit, quod in casu nostro non videtur esse locus illi regulæ, quæ habet, quod pluralitas resoluitur in suas singularitates. de qua in l. falsa. ff. in fin. de cond. & dem. & que non habet locum nisi quando coniectura voluntatis testatoris hoc inducit, secundum Fel. in cap. omnes. j. dist. & Cur. Ium. in d. l. pen. in ij. præmissis, vel identitas rationis, secundum Ias. in l. Gallus. ff. quid si is. de liber. & posth. quod non est in casu nostro, in quo testator non se retulit particulariter ad certos homines, sed in genere ad masculos, & casu quo deficerent filij masculi, &c. & perinde est ac si dixisset deficiente linea, clarum autem est morte vnus non deficere lineam, &c. Sed certè hæc consideratio non multum videtur ad rem facere, quia non est dubium, quod t substitutio facta post mortem omnium, non verificatur vno moriente. l. potest. l. sequenti. ff. de vulg. & si testator dixisset, casu quo deficerent omnes masculi, &c. propter dictionem, omnes pluralitas non resolueretur in singularitates. Sed nostra quæstio est, quòd non est adiecta dicitio omnes, sed testator, simpliciter dixit masculos, quo casu sit resolutio, sicut in d. l. pe. ff. filium. de leg. ij. vbi testator solum dixerat, A vobis pero, ve viuantes, &c. possunt illa verba intelligi à vobis singulis, vel à vobis simul omnibus, & intelligitur potius de singulis, sicut & in d. l. Lucius. ff. Caio. Sic & in casu nostro illa verba. Si deficerent filij masculi, possunt intelligi, vel simul omnes, intelligitur de singulis, vt infra etiam dicam respondendo motiuis secundi consultoris. Et istud etiam voluit Alex. in allegato consilio xcj. in j. quod aliàs est consilio c. in iij. volum. versic. probatur hoc etiam aperte, ad quod tamen dominus consultor responderet, quod Alex. ibi solum disputat, verum sit inducendum tacitum fideicommissum, reciproci inter illos, de quo fatetur in casu nostro non esse opus disputare. Itè dicit, quod in casu Alex. persona superstes non succedebat ab intestato ei, qui decesserat, quod secus est in casu nostro, quia Gadaldus tanquam frater est proximus heres Gabrielis. Sed certè ista sæpe ratio casuum non euacuat difficultatem, proueni entem ex auctoritate Alex. qui duo dicit, vnum quod illa pluralitas resoluitur in singularitates, aded quod vel vno decedente locus est substitutioni fideicommissariæ.

d. f. Caio. d. f. filium. d. f. cum ita. & hoc facit pro Dom. Camillo, & pro quaestione nostra. Aliud est, quod substitutio non dicitur facta ultimo morienti, nec reciproca quando est facta inter illos, qui ab intestato succederent, quia videtur testator eos non ex testamento vocasse, sed ius legitimarum haereditatum mutuo referuasse, & ad hoc tendunt responsiones domini consultoris, verum non faciunt ad propositum quaestionis nostrae, quia de hoc secundo dicto, nunc non ambigimus. Quinto & ultimo subiicit praedictus dominus consultor, quod imo in casu nostro non potest dici quod pluralitas resoluatur in singularitates, quia hoc demum procedit, quando pluralitas non respicit vnum communem effectum, prout facit in casu nostro, & declarat Bartol. in d. l. falsa. §. final. quae ratio est manifeste contra Bar. alios doct. in d. f. cum ita. volentes quod substitutio fideicommissaria semper dicatur respicere plures effectus non autem vnum. & idem in ea semper fiat haec resolutio. d. f. Caio. d. f. filium. videtur enim testator vnum quem haereditum separatim pro rata portionis suae grauasse, ideoque diuersos effectus respicit fideicommissum, quia cum onus sit, singuli grauati videntur separatim fuisse in consideratione, cum onus vnius, nihil ad alium pertineat. Subiicit etiam quod talis resolutio non fit, quando ex ea resultaret absurdum, aut aliquid contrarium menti testatoris, secundum Bald. in d. l. penul. Respondeo, velim scire quod absurdum in casu nostro resultat, imo omnia regulis iuris conueniunt. Primo, quod substitutus praefertur coniuncto. d. f. in primo. d. l. aequissimum. §. si duo. Secundo, quod si haeres tanquam praedilectus praefertur ei, qui non est vocatus in eum casum a testatore. l. vnum ex familia. de leg. & fideicom. ij. l. Publius. in fin. de condit. & demon. Tertio quod Do. Camillus, veniens ex causa testatoris praefertur Gadaldo, qui causam intestati in bonis Gabrielis praetendit. l. quandiu. ij. de acquiren. haere. Quarto quod substitutio, quia liberi successuri fuissent Gabrielis, si eos habuisset, non extendatur ad transfusas, cui adeo non est debita successio. d. l. cum ratio, cum similibus. Et forte cogitans dominus consultor, neque supra scriptam suam rationem esse veram, transit ad aliam, quae resolutio in singularitates non debet fieri, quando excluderet portionem, quae ex verisimili mente testatoris excluderet substitutum. d. l. penul. vbi Bartol. & per omnes in dicto §. cum ita. ut quia superesset aliquis ex grauatis, qui decedenti proximior ab intestato esset, secundum Com. consilio xcij. licet posset, versicu. potest autem in h. volum. vel quia esset coniunctus decedenti, adeo ut iure accrescendi posset admitti, secundum Bartolum in dicta l. Codicillis. in j. oppositione. de usufruct. leg. sicut in casu nostro Gadaldus, qui est frater, & praeterea, & verbis coniunctus, &c. Sed etiam haec ratio nihilo melior est superioribus & certe in consulendo non conuenit allegare decisiones communiter reprobatas, licet eorum imol. & alij in dicto §. cum ita, voluerint, quod portionem etiam extraneam dicantur ex praesumpta mente defuncti excludere substitutum, quando inuicem dicti extranei sibi succederent, tamen Bartol. ibi tenet oppositum, ut istud non procedat, nisi in liberis tantum testatoris, secundum d. l. penul. & cum Bartol. est communis opin. ut per Alexand. & Sen. ibi & per Alexand. consilio xxxvii. viso themate lib. j. Socin. consilio xciiij. lib. iij. Vnde cum Gadaldus non sit ex liberis testatoris, apparet supra scriptam rationem nihil ei prodesse. Nec enim doct. Barr. in d. l. codicillis, quicquam facit, quia decet intelligi in casu suo, videlicet in legato habitationis, in quo est locus iuri accrescendi, etiam post ius acquisitum, quod secus est in proprietate, prout est casus noster, quamuis etiam in legato habitationis non transeat illud dictum Bartol. absque scrupulo, quia Angel. imol. Alexand. & Senenses eum reprehendunt per generalitatem. d. f. Caio. tenentes alium intellectum ad d. l. codicillis, de quo supra dixi, quod illud virtute repetitionis, hoc amplius, Superest nunc ut veniam ad rationes secundas

consultoris, quae magna ex parte ex supradictis dissoluitur. & ideo eas tantum attingam, quae probabilem adhuc dubitationem habent. Sexto igitur obstat ratio talis, inquit ille, licet substitutus praefertur regulariter coniuncto, tamen hoc non procedit quando substitutio efficitur caduca, seu pro non scripta, prout in casu nostro, fuerunt enim substituti filij Gabrielis, qui nunquam fuerunt in rerum natura, quia nunquam nati, talis enim substitutio, quae non sortitur effectum, non impedit ius accrescendi. l. ij. §. si duo. de bonorum possess. secundum tabul. quidam testamento. ff. de vulg. & pup. Sed mirum est de ista ratione, quae contra expressum casum legis adducitur, videlicet contra text. in d. l. j. §. in primo. C. de cad. tollen. vbi manifeste dicitur, quod transublatum gradu, quia pro non scripto sit substitutus admittitur & praefertur coniuncto. & ibi omnes notant, solum ibi dicitur, quod coniunctio adiecta tali gradui, non censetur repetita a substituto, prout etiam dicit Cornaeus consil. ccxcviij. in iij. libr. & Decius consilio ccccxxvij. & sic admittitur esse substitutus, etiam si conditio gradui caduca adiecta repugnaret. vnde apparet ibi esse casum pro domino Camillo, ut admittatur, etiam si conditio adiecta filij legatariorum repugnaret, quod tamen in casu nostro non est, quia nulla conditio repugnat. Septimo adducitur quod illa verba, *Casu quo deficerent masculi, tam ex dictis de Vallorio, quam de Laude, stant collectiue, & ideo non est locus substitutioni, nisi omnes deficiant, allegatur Albericus in dictionario, in verbo, tam, & quam, sed certe minor de hac allegatione, quia Albericus ibi non dicit, quod talia verba stent collectiue, sed forte voluit dominum consultor dicere, quod stant copulatiue, propter vim enim comparationis, videntur accipi pro coniunctiue. Sed posito, quod istud sit verum, tamen nihil obstat conclusioni meae, si copula enim accipitur duobus modis. Primo sensu composito, ut cum dicimus duo & tres faciunt quinque, vel Caesar, & Bibulus fuerunt consules, intelligitur enim simul. Secundo, sensu singulari, ut cum dicimus Gregorius, & Bonifacius Pontifices tulerunt multas constitutiones, intelligitur non simul, sed separatim, & quilibet suo tempore, modo, dicunt doctores in dicto §. cum ita, & in dicta l. penul. quod in substitutione fideicommissaria, vel etiam in vulgari, concepta per relatiuum de qua supra dixi, accipitur interpretatio, ut copula stet singulariter, non autem sensu composito, & sic resoluatur potius in suas singularitates, si hoc est in copula, multo magis in dictionibus, tam, & quam, quae sui natura magis ad singularitatem referuntur, ut probatur primo in l. fina. C. de dot. prom. & nuda pollicitatione. quando pater dotat tam de bonis paternis, quam maternis, certe talia verba non accipiuntur sensu composito, ut prout dimidia quaelibet pars intelligatur, sed sensu singulari, ideoque ambiguitas ex tali sermone oritur. Secundo per id, quod dicit Jaf. in consilio lxxv. in j. de eo qui accipit feudum pro se, & filiis, tam masculis, quam feminis, non intelligitur accepisse simul, sed separatim. Tertio, per id quod consuluit Dec. in dicto consilio lxxxvj. vbi testator vocabat superstites tam ex filiis Seij, quam Caij ad successionem, & consuluit non simul, sed singulariter admittere, ut coniuncti praeferrantur disiunctis, vnde apparet idem esse dicendum in casu nostro. & nos etiam casu clariore, in quo debet pluralitas resolui in singularitates, & ad l. codicillis, quam deinde adducit; responsum est supra, nec est opus repetere. Octauo adducitur, quod ibi substitutio vulgaris est facta in toto fundo, & post mortem plurimum, censetur facta ultimo morienti, & per consequens causat reciprocum fideicommissum inter honoratos, secundum Bar. in l. quidam testamento. ff. de vulg. & pup. Respondeo communis opinio est contra Bartolum per tex. d. f. cum ita, & practica obseruat contrariam opin. secundum Ale. consilio xcij. super eodem lib. iij. Praeterea Bartol. & eum sequentes loquuntur, quando testator expressit substituit in toto, non autem quando simpliciter, & indefinito-*

re locutus est. prout in casu nostro, secundum Socinum consil. lxxix. in iij. in definita enim locutio restringitur ad portionem cuiuslibet. l. Lucius. vbi gloss. & l. v. §. fin. de leg. j. l. Titia. vbi Alexand. ad l. Falc. Praeterea etiam loquitur Bartol. respectu ipsorum coniunctorum, qui praeferrantur substitutis, quod absurdum est, & contra mentem expressam testatoris in casu nostro, alius si Gabriel decessisset cum filiis Gadaldi in portione Gabrielis eos exclusisset, nempe coniunctus substitutos, secundum Bartol. in d. l. quidam testamento. quod esset valde abusu- uum. Nonde colliguntur aliqua coniecturae per quas videtur testator substitutos istos haeredes non vocasse, nihil deficientibus omnibus. Prima, quod substitutio vulgaris facta post mortem omnium, censetur facta ultimo morienti. respondeo hoc esse falsum, contra communem doctrinam, ut s. dixi. Secunda, quod facta in omnibus legatis, post mortem omnium, &c. Respondeo, ut sup. responsum est, hic nihil colleatue factum in omnibus bonis, put requiritur exprimi, & per Socin. d. consilio lxxix. Tertia prohibitio alienationis facta in infinitum, respondeo, istud nihil est, nec impedit quin pluralitas resoluatur in singularitatem, secundum Alexand. consilio xciiij. in iij. Socinus d. consil. lxxix. in iij. vbi concludunt tali coniectura non censi reciprocum inter grauatos facta. Nec euenit casus prohibitionis per mortem Gabrielis, quia talis prohibitio non trahitur ad alienationem, quae fit moriendo. l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. ij. secundum communem. Quarta, quia prohibuit istis de Vallorio, ne plus peteret. Respondeo, ista coniectura potius inuadet oppositum, ut ius accrescendi censetur prohibendum Gadaldo, & admittentur haeredes substituti, secundum Bald. in d. l. penul. & dixi supra. vltima, quia legatarij fuerunt coniuncti re & verbis Respondeo, ista nihil est, quia ius accrescendi post portionem acquisitam locum non habet, ut supra dixi, & si locum haberet, tamen substitutus inferretur, quia ius substitutionis est potentius d. l. §. in primo. cum similibus. Et haec sufficiunt, quia vltra supra scripta satis responsum est, etiam per alias, alios rationibus istorum consultorum, qui mihi videntur hoc egisse, ut tenebras oculis iudicis offenderent, & rem claram in fauorem substituti, suis ambagibus offuscarent, quae tamen omnia velim dicta esse sub correctione cuiuslibet rectius sentientis.

CONSIL. XL. SVMMAE.

- 1 Inter re & verbis coniunctus, vel saltem verbis, locus est iuri accrescendi, vel non accrescendi.
- 2 Ius accrescendi infirmius est, quam substitutio.
- 3 Ius accrescendi tacitam duntaxat substitutionem inducit.
- 4 Substitutio expressa iuri accrescendi praefertenda, & etiam tacita.
- 5 Legatum cum fuerit in causam caduci, accrescit coniunctum cum onere suo.
- 6 Lex ipso iure facit ut legatum, vel fideicommissum post diei incertae vel conditionis euentum, ad haereditatem reuertatur, perinde ac si datum non esset.
- 7 In quantitatibus nulla est coniunctio, quia lex a principio censetur summam ipsam equaliter diuisisse.
- 8 Quando facta est substitutio post mortem plurimum, inter quos potest habere locum ius accrescendi, tunc substitutio censetur facta ultimo morienti, non autem primo.
- 9 Haereditas pro parte adiri non potest.
- 10 Testator videtur fidem cuiuslibet grauati in portione sua singulariter sequi.
- 11 Dictione pleno iure importat absque aliqua diminutione.

His superioribus diebus consului in fauorem domini Camilli, ut portio legati, pertinens ad dominum Gabrielem iure substitutionis ad eum censetur deuoluta, & ex consilio meo apparet eum habere fundatam intentionem secundum communes iuris nostri regulas, ut ex ibi dictis apparet, ad quae me remitto, nec est opus repetere. In praesentia

autem d. Iudex videtur dubitare, quasdamque rationes adducit, quae prima facie contra ipsum Dominum Camillum faciunt, & ideo sunt particulariter resoluendae. In primis ergo obstat, quod d. Gabriel & Gadaldus sunt re, & verbis coniuncti, vel saltem verbis coniuncti tantum, quo casu inter eos locus est iuri accrescendi, vel non decrecendi. §. si eadem instit. de leg. l. re coniuncti de le. tertio. Vnde debet esse in facultate d. Gadaldi venire ad legatum, vel iure proprio, vel iure transmissionis, & sic hereditario, ex persona Gabrielis. l. si mihi & tibi. in principio. vbi gl. Alexand. & caeteri. ff. de legat. primo. Sed pro responsione, primo aduertendum est, quia motiuum formatur contra regulas communes, quae habent, quod ius accrescendi infirmius est, quam substitutio. l. secundum da. §. si duo. de bonorum possess. secundum tabul. l. vnica. §. in primo. & §. pro secundo. C. de cad. toll. idque propter verba conditionis: vocatur enim substitutus, si primus non habeat, si ergo non habeat ipse debet admitti, & coniuncto praefertur, qui tacite in eum casum vocatur quo substitutioni non sit locus, ut expressa prouisio testatoris, tacite praefertur. l. cum ex filio. §. filio. de vul. t. ius enim accrescendi tacitam duntaxat substitutionem inducit. l. si Titio. §. Iulianus. de legat. secundo. merito t. 4 substitutio expressa ei praefertenda est. l. quidam. vbi Bald. C. de iud. delib. Imo etiam tacita substitutio praefertur iuri accrescendi. l. fina. verbo, parte. C. de haeredit. institut. vbi Bald. quaestio. penultima. Idque etiam si coniunctus esset filius. l. si posthumus. §. quod vulgo. de lib. & posthum. & ibi Iason & licet infra in discursu motiuum d. Iudex aliquas responsiones ad hoc videatur accommodare, tamen ostendimus, quod non sunt sufficientes, sed contra communem sententiam scribentium. Secundo respondeo, quod etiam si verum sit motiuum, adhuc nihil obstat. Dom. Camillo, quia posito, quod ad Gadaldum perueniat iure coniunctionis, prout dicitur, in motiuo tamen peruenit cum onere suo, & sic cum causa fideicommissi annexa, per quam restituendum esset ipsi Dom. Camillo, quia cum legatum in causam caduci fuerit propter mortem Gabrielis, accrescit coniuncto cum onere suo. d. l. vnica. §. pro secundo. l. ciuitatibus. §. Lucius. ff. de legat. primo. proceditque hoc non solum in iure accrescendi, sed etiam in iure non decrecendi, quicquid tenuerit Pet. & Cyn. quos reprehendit Bartol. in d. l. re coniuncti. versicu. si vero quaeritur de iure non decrecendi, &c. & cum Bartol. ibi transeunt communiter doctores. & in l. si separatim. de cond. & dem. Tertio respondeo, quod quicquid sit in onere, seu fideicommissio pertinet ad alios, de quo loquuntur allegata in contrarium in casu nostro, cum fideicommissum reuertatur ad ipsum Camillum, haereditem scriptum, aliter est dicendum. cum enim lex ipso iure faciat, vel legatum, vel fideicommissum post diei incertae, vel conditionis euentum, ad haereditatem reuertatur, perinde ac si datum non esset, ut est text. in l. fina. C. de legat. apparet, ei non obstat, nec ius accrescendi, nec ius transmissionis, cum potentior sit actus legis incontinenti, absque alio coniuncti, vel successoris facto, rem in eum qui grauatus fuit transferentis. d. l. fin. & per Bal. in d. l. quidam. versu. tertio praemitto ad euentum, &c. Quarto respondeo, supra scripto casu inter Gabrielem & Gadaldum nullam esse coniunctionem, nec realem, nec verbalem, quia legatum fuit certae quantitates pecuniae scilicet mille aureorum: in quantitatibus autem nulla est coniunctio, quia lex a principio censetur summam ipsam equaliter diuisisse. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. re. Vnde nulla subest coniunctio per text. in l. cui fundus. ff. de cond. & dem. & per tex. in l. fina. §. Seio. ff. de legat. & fideicommiss. secundo. vbi per tex. expressè dicit, dimidia coniuncto duntaxat deberi, & sic non esse locum iuri accrescendi. Et licet in difficultate, magna fuerit inter veteres altercatio. de qua per Iason. in dicta l. re coniuncti. versicu. tertius articulus principalis. alius numer. 0. Quagesimo octauo cum pluribus sequentibus. tamen ea dif-

sebitur, cuius & fideicommissi, prout in simili casu etiam sentit Decius consilio quadringentesimo decimo sexto, ubi conditio, quæ non impedit fideicommissariam, non impedit etiam vulgarem, ut locus sit substituto, & compendiosa pariformiter accipiatur. Secundum est argumentum, quia in casu nostro censetur facta substitutio ab ultimo decedente, ex quo facta est illis inter quos locus est iuri accrescendi. l. codicillis. vbi Barto. Digestis de usufruct. leg. Corne. consilio ducentesimo nonagesimo octavo in quarto volumine.

Sed ad istud argumentum aliâs respondi tribus modis.

Primo modo, quod in casu nostro substitutio non potest dici facta post mortem plurium, sed potius post mortem singulorum, propter naturam fideicommissi, in quo fit resolutio secundum suas singularitates, ut dixi in d. l. Lucius, §. Caio.

Secundò, quia Barto. in dicta l. codicillis, restringit dictum suum procedere duntaxat in legato usufructus, nõ autem in legato proprietatis.

Tertiò, quia Bartol. ibi censet videri relictum ab ultimo decedente, ad eum finem, ut reciproca substitutio inter eos facta videatur, de qua in casu nostro nulla potest esse probabilis dubitatio, ut mox dicam, aliâs illi de Vallorio admitterentur simul cum Gadaldo, quod esset contra manifestam mentem testatoris.

Quartò, quia Bartol. ibi in prima solutione intelligit dictum suum in substitutione, facta hæredi, non autem legatariis, imò expressè sentit quod fideicommissum relictum fuisset à legatariis, non censetur iniunctum ultimo decedenti, sed quilibet censetur grauatus in parte sua.

Quintò dico, quod quicquid dicat Bartol. in d. l. codicillis, communis opinio est contra ipsum, quod fideicommissum censetur ab ultimo decedente relictum, propter reciprocam inductam ex repetitione dictionis hoc amplius l. si sic. de leg. iij. prout tenet ibi gloss. Oldra. Dynus, Rayner. Alber. & ita etiam tenent Angelus, Imol. Alexand. Moder. in d. §. cum ita. & aliâs dixi, non repero.

Tertium est argumentum, quod sumitur ex processu, seu ex præcepto in scripto per Gadaldum, in quo fundatur eius petitio, rãquam dictum legatum sibi spectet, pleno iure, quæ verba intelliguntur absque diminutione, & sic videatur Gadaldus repudiasse ex persona Gabrielis, & ipse successisse per ius accrescendi. Sed certè ista ratio est multum debilis, & peccat in multis.

Primo, quia etiam si verum sit, quod iure accrescendi obtinuerit partem Gabrielis, tamen dicta pars transit cum onere suo, id est, onere fideicommissi D. Camillo debiti, d. §. pro secundo. d. §. Lucius.

Secundò, quia quod censetur repudiasse ex vi dicti. *Pleno iure*, videtur esse falsum, cum eodem modo etiam ex successione Gabrielis habet, *Pleno iure*, licet utroque casu semper saluum esset ius fideicommissi D. Camillo, ut supra dixi.

Tertiò, quia dicta verba *Pleno iure*, non impediunt fideicommissum, sicut nec deductionem quartæ quæ senatus consulto Trebelliano fit. auth. sed cum testator. C. ad leg. Falc. vbi Pau. de Cast. & per Ludouicum Romanum consil. lxxv. & consil. lxxix. & per Felynum in c. auditis. de constit.

Quartò, quia ex eo, quod implicite intelligitur, non debet declarari petitio actoris, qui clarè intentionem suam exprimere debet. l. j. ff. de edendis, sicut videmus etiam in testibus, qui deponendo, quod quis sit stipulatus, non intelliguntur deponisse, quod præcellerit in interrogatio, quamuis aliâs sit necessaria stipulationi. l. j. vbi Barto. & docto. C. de vfur. per Bald. & Arer. in l. sciendum. de verborum obligationib. Bald. in l. quæcunque. ff. de public.

Quintò, quia verba ipsius præcepti non admittunt hanc interpretationem, dum dicunt, *iure substitutionis*,

& hereditatis Gabrielis, admitti Gadaldum, & intelligere hereditatis ex persona Gabrielis repudiantis, &c. est interpretari nigrum pro albo, quia adimus hereditatè agnitam, non autem repudiatam.

Sextò, quia non potuit Gadaldus ex substitutione adire, quia inter ipsos fratres legatarios, nulla est reciproca substitutio, ut mox dicam, nec etiam ab intestato potuisset solus Gabriel admitti, cum extaret pater, authen. de functo. C. ad Tertul.

Quartum argumentum est, quia substitutio facta de istis fratribus est compendiosa, propter verbum *Substituto*, & vim clausulæ codicillaris, de qua per Bal. in l. verbis. ff. de vulg. & pup.

Præterea est etiam reciproca inter ipsos, quia illa verba, *Et filios ipsorum*, debent intelligi, sibi substituit, & quia duæ videntur reciprocæ filiis legatariorum, unde ne vna sit superflua, debet intelligi quod sit facta ipsi legatariis. Maxime cum filiorum fieri non potuisset, cum non fuerunt honorati, secundum Alex. consil. octuagesimo quarto, ducentesimo decimo nono. in secundo. Ancharan. consilio centesimo tricesimo sexto. Sed istud argumentum videtur parum concludens, & contra expressa verba testamenti, in quo manifestè apparet nullam reciprocam factam fuisse Gabrielis, & Gadaldo, sed solum filiis ipsorum, & aliam filiis filiorum, unde frustra dicitur vnâ esse superflua, cum vna de filiis, alia de filiis filiorum loquatur, minus etiam rectè dicitur, filios filiorum nõ potuisse fraudari, tanquam non honoratos, iuxta lab eo. C. de fideicommissi. Nam respondeo istud esse manifestè falsum, cum expressè filij filiorum sint substituti parentibus suis, unde expressè sunt honorati, & sic potuerunt recipere grauati.

Præterea, & secundò ista non est consequentia Parisina, ne ex duabus reciprocis, quæ sunt filiis, vna sit superflua, interpretabimur quod vna sit facta parètibus, cum enim verba nullo modo reciprocè grauent parentes potius, vna deberet remanere superflua, quia non solent, quæ superabundant vitare scripturas. l. testamentum non ideo. C. de testam. nec ideo comminiscimur nouas clausulas in testamentis, ut testator dixerit, quod in scriptura non legitur. l. non aliter. Digest. de legat. & fideicommissi. tertio. l. quidam cum filium. vbi Baldus. & Io. de Imol. ff. de hæred. instit.

Quintum argumentum est, quia Do. Camil. non vocatur verbis substitutionis, nisi casu quo deficerent masculi legitimi, & cætera. unde non videtur euenisse casum substitutionis, quia substituentur defecisse, qui nõ sunt nati. l. Titio usufruct. de condit. & demonstr. unde casus ommissus debet haberi pro omisso, secundum Oldrad. consilio centesimo quadagesimo secundo. Decium trecentesimo decimo quarto. cum concord. maxime cum faueatur causæ intestati, secundum Petrum de Ancharan. consilio trecentesimo quinquagesimo septimo. Sed ad istud argumentum satis responsum est, in consilio meo, & in consilio Decij ducentesimo vigesimo septimo. quia dicimus deficere conditionem, quæ nunquam extitit. l. prima. §. & cum triplici. C. de cad. tollen. l. prima. C. de indi. vidui. tollend. l. nam & si sub conditione. §. post defectum. Digestis de iniusto rupto, & pro hoc est text. satis clarus. in l. tertia. §. desinere. Digest. de usufruct. quemad. cauea. & est textus in capitulo primo de eo qui sibi, vel hæred. suis. in vrbibus feud. facit text. in capitulo quamuis tibi. de præben. in sexto. in capitulo fina. de verborum significatione. sicut videbimus, quod substitutio facta posthumo decedenti, intelligitur etiam non nato. l. qui ventri. digest. de ventre in spi. l. ab exhæredati. §. final. digest. de legatis & fideicommissi. primo. per Barto. in l. j. ff. de vulg.

Nec quicquam facit subtilis illa differentia an dictum sit simpliciter de filiis, an subditum de filiis naris ex legitimo matrimonio, quia quoties deficit substitutio, etiam qualitates ipsæ deficiunt. l. penult. Digest. si certum petat. & in casu Decij in dicto consilio ducentesimo vigesimo

lino septimo. erat facta mentio de filiis ex legitimo matrimonio.

Nec obstat text. in dict. l. Titio usufructus, quia loquitur in conditione necessaria, quæ potuit at tæro tempore testamenti adimpleri, in forma specificata, ut ibi declarat Ioannes de Imola, & Raphael Comen. quod secus est in casu nostro, cum secundum mentem testatoris conditio non tempore testamenti, sed post eius mortem, etiam longo tempore, & in infinitum esset adimplenda. Item ille text. habet alios intellectus, de quibus ibi per gloss. & doctores, secundum quos nihil faceret contra conclusionem nostram.

Sextum argumentum est, quia duo sunt corpora, seu duæ familiæ, de Laude, & Vallotio, unde substitutio videtur facta stirpe deficiente, & in vno falsa, censetur in totum falsa. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub.

Sed ad hoc argumentum respondetur omnes in l. prima. Digest. de vulg. & pupill. in illa quæstione, an substitutus excludat coniunctum, quod istud procederet, nisi quando pluralitas resoluitur in suas singularitates, prout in casu nostro supra dixi, dicto §. Caio. dicto §. Lucius. quia tunc casus conditionis verificatur in vno quoque decedente, nec expectatur mors omnium, cum in vno verificata sit conditio.

Nec quicquam obstat, quod censentur vocatæ duæ familiæ, quia hoc bene facit, quod eueniente casu substitutionis, coniuncti ex eadem familia præferantur disiunctis, qui sunt ex alia, ut dicitur in l. cohæredi. §. qui discretas. Digestis de vulg. & pupill. sed in casu nostro non euenit casus substitutionis respectu eiusdem familiæ, quia mortuo Gabriele non est ei substitutus frater, quia nulla est reciproca substitutio inter illos, ut supra dixi. sed est locus substitutioni factæ de hæredibus, ut Do. Camillus admittatur.

Septimum argumentum est motiuum, cum venientes ab intestato sint etiam coniuncti testatori, debent excludere substitutum secundum Curium. in l. penult. C. de impuberib. maxime cum hæredes scripti non sint de lib. sed simpliciter de agnatione & apparet istos nepotes ex sorore testatoris, fuisse ab intestato inter illos, ut supra dixi. sed est locus substitutioni factæ de hæredibus, ut Do. Camillus admittatur.

quod non quilibet coniunctus, sed tantum qui sit de liberis excludit substitutum, ut dicit Ripa in loco allegato d. num. cxxvi. & §. cum ita. nu. cxxij. & ita tenuit ibi Bar. Alex. & cæteri.

Nec quicquam refert quod isti sint nepotes testatoris, ab eo dilecti, quia magis dilectus fuit Dominus Camillus, qui hæres vniuersalis institutus fuit. l. Publius. in fin. Digest. de cond. & dem. nec coniunctio sanguinis facit præsumptionem sufficientem contra hæredem, quamuis extraneum, eo ipso quod est scriptus hæres, apparet de voluntate testatoris eum præferentis, ut etiam sentit Bald. in consilio quadringentesimo tricesimo quarto. factum tale est, quidam nominatus. lib. iij.

Octauum argumentum est, quod dictiones illæ, tam, & quam, stant collectiue, & rationes per me adductæ in consilio præcedit propter subiectam materiam. l. fina. C. de dot. promiss. Iason consilio sexagesimo sexto. in primo volum. Sed ad hoc respondetur quod posito quod stent collectiue, vt in motiuo dicitur, tamen resoluitur in suas singularitates, propter subiectam materiam, quia cum tractetur de fideicommissio, eius natura est, ut singulis descendentes censetur casus euenisse. d. §. Caio. d. §. Lucius. Præterea dato quod stent collectiue, tamen vt dixi, coniunctio illa potest intelligi duobus modis, & sensu singulari, & sensu composito, in casu autem nostro, intelligitur potius sensu singulari, ut dixi in consilio & consuluit Decius in casu fortiori, & longè magis dubitabili, in allegato consilio lxxvi. & Alexand. consilio lxxij. de quo alias dixi, nunc non repero. Nouum argumentum est, quod quando non est sub-

stitutum in tota hæreditate ultimo decedenti, licet communis opinio sit, quod non censetur inducta reciproca, tamen debet censeri reseruatium ius successione ab intestato inter ipsos, secundum Iason in l. penultima. C. de impuberib. sed ad hoc respondeo tribus modis. Primo, quod opinio Iasonis non est vera, nec communiter approbata, ut per Alexand. in l. pater filium. ad l. Falcid. & Ripa in d. §. cum ita. in notab. & dixi in consilio. Secundo, quia etiam si opinio Iasonis esset vera, tamen in casu nostro, non potest procedere. cum ab intestato admittatur non solum Gadaldus in successione Gabrielis, sed etiam eius pater authentic. de functo. C. ad Tertul. & impossibile est dicere, quod testator reseruaerit talem successione respectu patris, qui non est nominatus in testamento. Tertio responderetur, quod Iason loquitur quando substitutio est facta ultimo decedenti, ut tunc videatur reseruatium tale ius, prout etiam est textus vbi idem Iason in l. potest eum. l. vel singulis. ff. de vulg. sed in casu nostro substitutio non est facta ultimo decedenti, sed singulis decedentibus, qui pluralitas resoluitur in singularitates, ut dixi. Decimum & vltimum argumentum est, quia cum testator prohibuerit alienationem in infinitum ipsis nepotibus, & liberis eorum, videtur inductisse fideicommissum inter ipsos, seu iudicium gloss. Imol. & alios in l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. secundo. Alexand. in l. filius familias. §. diui. in fin. de legat. primo. maxime cum prohibitio sit facta fauore masculorum tantum, unde Gadaldus debet admitti, cum etiam extraneus admittitur ab intestato, &c. sed certè & istud argumentum non multum urget, quia gloss. & doct. in d. §. instituto. loquuntur de fideicommissio, quod inducitur in casum alienationis, nõ autem in casum mortis, ut est casus noster. stat ergo simul, quod in casum alienationis sit vocatus Gadaldus, & tamen in casum mortis absque filiis masculis, sit vocatus Dom. Camillus. Præterea gloss. in d. §. instituto. ita simpliciter intellecta non est vera, sed communiter reprobata, quia quauis testator prohibeat alienationem pluribus cohæredibus, tamen non videtur inducere fideicommissum, ut est gloss. in d. §. diui. quam ibi sequuntur doctores, nisi addiderit aliqua verba inducentia reciprocum grauen. d. §. instituto. l. pater. §. quia decim. ff. de legat. secundo. l. cum pater libertis. de legat. tertio. quod non est factum in casu nostro. & per hæc satis sublata sunt argumenta in contrarium deducta. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XLII. SVMMÆ.

- 1 Spurio relicto conditionem, si sine liberis, in casu euanescente.
- 2 Dicitur quoquomodo venientibus comprehendit spiritum, & natum ex illicito vel criminoso concubitu.
- 3 Dicitur quoquomodo est generalis, & vim geminationis habet.
- 4 Testator potuit relinquere nepoti spurio, quia in eo cessat odium vitæ paternæ.
- 5 Dicitur quoquomodo tanquam generalis videtur restringi ad habiles.
- 6 Spuri dicuntur, quia extra puritatem matrimonij proueniunt.
- 7 Vna pars alternativæ aliam declarat.
- 8 Cum dicitur vniuersalis adiecta sit verbo futuri temporis, & nõ de legali, sed hominis dispositione agatur, non fit restrictio ad habiles.
- 9 Spuri sunt infames saltem in familia facti.
- 10 Legitimatio abolet omnem maculam à spurio, adeo vt non amplius dicatur infamia aliqua infamia.
- 11 Legitimatis possunt conferri omnes dignitates, ergo non sunt turpes persone.
- 12 Vna pars testamenti aliam declarat.
- 13 Filius legitimatus, succedit patri, sicut verè legitimus, præterea quam in ephytosis ecclesiastica.
- 14 Attestatio & tractatio patris erga filium, constituit eum, in quasi possessione istius iuris, vt præsumatur verè filius.
- 15 Legitimatio facta de infante, videtur non valere propter defectum consensus, tamen communis opinio est in contrarium.
- 16 Frustra citantur, qui non habent ius contradicendi.
- 17 Bulla vniuersalis sine consensu patris nulla est.

Estamenti hæc sunt verba, Cui Thoma hæredi meo prohibeo omnem alienationem immobilium, &c. & non solum sibi, sed etiam filiis suis masculis, ex legitimo matrimonio descendentes, vel quoquomodo venientibus, in perpetuum, & si casus acciderit, quod ipse moriatur sine filiis ut supra, vel filij de ipso descendentes sine filiis in perpetuum, substituo ei Thoma, & ex ipso descendentes ut supra, in perpetuum præfatos discipulos Christi, &c. Quæritur de interpretatione horum verborum, & nunquid evenit conditio fideicommissi? Diligenter re perpenſa, pro more meo paucis agam, cum hic casus, verborum aut allegationum copia indigere nõ videatur. Existimo enim casum fideicommissi non evenisse, & ideo istos discipulos, seu Dom. Gallium eis subrogatum, à petitione sua rejiciendum esse. Moueor, quia conditio fideicommissi concepta est in casum, quo Thomas sine filiis decederet, unde cum reliquerit Cæsarem, & quavis spurium, conditio evanescit. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. primo. Nec obstat, quod d. Cæsar sit & spurius, seu intelligimus, quia verba conditionis etiam eum admittunt propter illa verba, *Vel quoquo modo venientibus*, que comprehendunt etiam spurium, & natum ex illicito, vel criminoso concubitu. capitulo, ad nostram. cum gl. prima. extra. de probation. nam & verba illa, *Quoquo modo*, generalia sunt. l. si extraneus. de cond. ob causam. & vim geminationis habet, & ideo etiam alios inhabiles comprehenduntur. secundum gloss. ij. quæst. j. ca. Deus omnipotens. & probatur in l. j. ff. de test. mil. vbi per talia verba, censetur sublata omnis dispositio iuris civilis, & solum ius naturale attenditur, ut declarat Bartol. in l. si vero. eod. tit. perinde ergo est, ac si dixisset, sine filiis legitimis, vel illegitimis, quo casu per existentiam talium excluditur fideicommissarius. l. hæred. §. fin. ff. ad Treb. potuitque ipse & testator relinquere nepoti spurio, quia in eo cessat odium vitij paterni, ut est gl. in l. fin. C. de natura libe. per Bartol. & doct. in l. Gallus. §. quid si is. de lib. & posth. & ibi Alexand. in vltimis verbis. cum quo transeunt alij mod. & per Fed. de Sen. consilio liij. Bened. Capram consilio liij. in fin. & per Burrig. in disput. sua. quam posuit in d. l. fin. in qua firmat thema quæstionis in nepote spurio, qui natus sit ex filio spurio, & concludit posse ei relinqui. non subsistete legitima sobole ipsius testatoris, & sequitur ibi Alb. de Ros. & est de mente omnium in d. §. quid si is. Cum ergo potuerit testator hunc spurium dispositivè honorare, sequitur ut etiam in conditione potuerit ponere. Nec obstant quinque rationes, quæ in contrarium adduci possent. Prima, quod & dictio, *Quoquo modo*, tanquam generalis videatur restringenda ad habiles, & sic non ad spurios, l. vt gradatim. de mun. & hon. l. j. C. de sacro eccl. gl. l. xv. dist. c. placet. cum similibus. Respondeo siquidem, quod cum supra dixerit, de filiis ex legitimo matrimonio descendentes, illa verba, *Vel quoquo modo provenientibus*, non possunt intelligi, nisi de & spurij, qui propriè sic dicuntur, quia extra puritatem matrimonij proveniunt. Et sic & vna pars alternatiuæ aliam declarat. l. j. de reb. dub. meritò ergo nõ potest fieri restrictio, quia verba videntur specialiter hoc significare. Præterea & cum dictio vniuersalis adiecta sit verbo futuri temporis, & non de legali, sed hominis dispositione agatur, non fit restrictio ad habiles, gl. l. cum poena. ff. de arbit. Bald. l. final. C. sine cens. vel reliq. l. l. j. §. nuntiatio. de oper. nou. nuntiat. maximè in dictione, *Quoquo modo*, quæ est geminata, ut ibi per Ias. Secunda, quod non videatur testator propter illa verba, *Quoquo modo venientibus*, intellexisse de spurij, ne videatur dedisse occasionem delinquendi Thomæ filio suo, prout in simili dicit Bart. in d. l. hæredibus. §. ad Trebell. cum quo transit Alexand. post alios, in l. si quis posthumos. ff. de liber. & posth. & per Bald. consilio cccv. in iij. Sed respondeo, quod verba clara sunt, & ideo cum concurrat voluntas, & potestas sumus extra omnem dubietatem. & Bart. in d. §. j. considerat talem rationem, quando institutus est presbyter, in quo tale delictum censetur atrociss, aliàs si

intelligeretur etiam in laicis, sequeretur, quod non posset testator expressim substituere nepotes spurios, quod est falsum, & omnes contrarium tenent, in d. l. final. C. de natalib. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebe. quicquid dixerit Bald. in d. consil. cccv. contra quem est communis opinio. Tertia ratio, quod cum hic extaret legitima soboles ex Thoma scilicet. d. Ludouica, non videtur posse spurium nepotem admitti, & consequenter nec in conditione poni. d. l. fin. sed respondeo. d. l. final. loquitur quando est legitima soboles ex ipso auctore testatore non autem ex illegitimo filio, seu hærede grauato. Præterea illa lex est facta in fauorem legitimorum, quado possunt succedere. sed in casu nostro d. Ludouica non poterat succedere, quia femina, & testator solos masculos vocabat, unde cum ipsa non possit admitti, non obstat Cæsari fratri, per doctrinam Barto. in l. j. §. qui habebatur. quæst. 5. ff. de bo. poss. contr. tab. Præterea consensus ipsius, d. Ludouica ipsi præiudicat, ad eod. vt perinde iudicemus ac si non extaret, secundum Alexand. consil. lxx. num. ix. in vj. volum. Quarta ratio, quia ex dignitate testatoris, qui erat episcopus, subest probabilis cõiectura, quod noluerit de & spurij intelligere, qui sunt infames, saltem infamia facti, & c. d. l. ex facto. d. §. si quis rogatus. & ibi per Imol. Alexand. cæteros, & per Soc. d. l. Gallus. §. eius vers. secundus casus. Respondeo in claris non est locus coniecturis: verba autem illa, *Vel quoquo modo venientibus*, clara sunt. Item ex qualitate Thomæ qui fuit institutus, satis declaratur mens testatoris, non abhorrentis huiusmodi filios, argum. c. j. de nat. succel. feud. in vlt. feud. & quod notat Anch. consil. cccxij. Rom. consil. cccxvij. cum similibus. Præterea cessat hæc difficultas, stante & legitimatione, quæ abolet omnem hanc maculam adeò vt non amplius talis dicatur infamis infamia aliqua secundum Bal. consil. cxlvj. in j. & consil. cccxxxvij. in v. per tex. in l. Imperialis. §. j. vers. nam omni macula. C. de nup. quod etiam tenet Lancel. Galiaul. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. quia talibus possunt conferri omnes dignitates. cap. per venerabilem. extra. qui filij sunt legit. ergo & non sunt verus personæ, nec notati aliqua macula. l. j. C. de dig. lib. xij. & Azo, qui allegatur in contrarium, loquitur in spurio, qui adhuc non fuerit legitimatus, secus ergo in legitimatione, maximè si restitutus sit ad dignitates & honores. secundum Alex. consil. ij. vers. præterea. in 1. volum. Quinta ratio, quia testator in legato facto Thomæ, de iure patronatus vocat eius filios legitimos, & eis deficientibus agnatos, quibus verbis arguitur mens ipsius, quod nollet illegitimos admitti, vt sic & vna pars testamenti aliam declarat. l. si feruus plurium. §. final. ff. de leg. 1. Sed respondet tribus modis. Primò, quod per verba illius legati, non excluditur Cæsar legitimatus, quia verè & propriè dicitur legitimus, vt per Ias. in l. si is qui pro emptore. num. cccxvij. de vlucap. & per Alexand. d. consil. 2. Soc. d. §. si eius. cum similibus, maximè propter subiecta illa verba, *Et quoslibet ex ipso descendentes, &c.* quæ talem legitimum admittant ad tale ius patronatus, & sic non potest dici evenisse conditio fideicommissi. Secundo respondeo, quod aliud est in iure patro. aliud in bonis hæreditariis. Ratio differentie colligitur ex communi doctrina doctor. qui tenent, quod & filius legitimatus succedit patri, sicut verè legitimus, præterquam in emphyteusi ecclesiastica, quia ecclesia magis abhorret istos, vt per Bal. Ias. Dec. in l. generaliter. in fin. C. de instit. & subst. Alex. d. §. si quis rogatus. Dec. consilio 282. meritò ergo potuit eos summouere eadem ratione à iure patronatus ecclesiæ, & nisi esset in casu nostro dictio illa, *Et quoslibet, &c.* satis putarem Cæsarem exclusum esse à tali iure. Tertio respondeo, quod capitulum illud legati, est prorsus separatum à substitutione fideicommissaria, & ideo nõ possumus de vno ad aliud argumentari, ex quo in vno verba sunt clara, scilicet, *Quoquo modo venientibus*, & non in alio, prout in simili dicit Per. de Anch. consilio cccx. & etià Ioan. And. consil. 22. & Alex. consil. 303. in 6. volum. Nec obstat

obstat quod Ias. in l. qui filiabus. in primo not. de leg. j. al. legat aliqua in contrarium, quia procedunt, quando in sequenti capitulo esset aliqua dictio repetitiua præcedentium qualitatium, vt declarauit in l. Herennius. ff. de verb. sign. Præterea aduertendum est, quod cum Thomas esset filius legitimus, & naturalis ipsius testatoris, vt ipse attestatur, quæ attestatio, & tractatio constituit eum in quasi possessione istius iuris, adeò vt præsumatur verè filius, secundum Ant. & Mod. cap. transmissæ extra, qui fil. sint legi. Jacob. Burr. in l. quidam. ff. de probat. Alexan. consil. l. j. in j. Dec. l. iij. Fel. ca. per tuas. vers. secunda conclusio. de probat. Consequens est, vt ei deberetur legitima iure naturæ debita, quæ est tertia pars omnium bonorum, & ideo si quicquam alienatum est per ipsum seu ipsius hæredes, imputabitur in legitimam, nec in eo locus erit fideicommissio. l. filiusfam. §. diui. de leg. j. vbi Ias. in v. not. Aret. consilio xix. cum similibus & sic etiam si in futurum eueniat casus fideicommissi, semper d. Ludouica erit tuta. Et hæc quidem sufficere possunt pro victoria istius cõuenti, tamen ad abundantiore cautelam dico, rem cære omni dubitatione propter legitimationem Cæsaris, factam viuentis patre, per quam indubitanter debet admitti, ad exclusionem fideicommissi. Nec quicquam facit, quod Cæsar esset infans, & ideo non potuerit præstare consensum legitimationi, unde videretur, quod & legitimatio non valet. §. illud tamen. in auth. quibus mo. nat. effic. leg. & quod habetur in l. final. ff. de ijs qui sunt ius, vel al. iu. per Franc. Cur. Seniore consilio. lxx. serio fa. Quia respondeo, quod imò sufficere consensus patris, cū ipse non possit, secundum Bartol. i. iubemus. C. de emancip. lib. & videtur sufficere qualicumque ipsius infantis præsumptus consensus, cū tractetur de utilitate sua, & sicut potest stipulari, re pupilli saluam fore, qua agitur de utilitate sua, secundum l. feruus. ff. rem pup. sal. fore. vt dicit glo. Bartol. Pau. de Cast. & Aret. in l. j. in princ. ff. de verb. oblig. Bald. l. donatarum. C. de acq. poss. ita etiam & multo fortius possit consentire legitimationi. Et quod potuerit talis infans legitimi, videtur magis communis conclusio, secundum quam consuluit Bal. consilio. lxxvij. in j. & consilio cccxcix. & consilio cccxii. in ij. & cccxxij. in iij. Fulg. consil. xvi. Paul. de Cast. cccxxix. And. Sic. xxxiiij. in ij. Ale. consil. vj. in vij. Cor. consilio. clxxvij. in j. Socin. d. l. Gallus. §. foritan. & consilio j. in j. Decius consilio lv. & consilio cccxvj. & consilio cccxvij. quibus locis multa adducit facientia ad casum nostrum. Et ostendit hanc esse communem opinionem, & idem etiam non uisimè consuluit Ias. consil. cccxv. & clvj. in 4. lib. & Francischinus Curt. consilio xxxij. in prima parte. quorum fundamenta militanc in casu nostro, & ideo non duxi ulterius in hntendum. Et maximè cum pater dederit ei licentiã, vt possit facere re quando cum que legitimi, & post eius mortem dictus Cæsar fuerit iterum legitimatus à comite, habente expressam auctoritatem legitimam di infates, quo casu cessat omnis difficultas, & dicitur cõsensus patris, seu licentia, operatur perinde ac si tunc fuisset legitimatus, & facit, vt ea legitimatio retrò trahatur arg. authen. Item cum quis. C. de nat. lib. & per Bartol. & alios in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. Paul. de Cast. consilio cccxxxix. præsupposito, quod iste pater in 2. volum. Socin. consilio xli. j. cum similibus. Nec me mouet, si diceretur, quod talis legitimatio non deberet valere in præiudicium fideicommissariorum, qui non fuerunt citati. Quia respõdeo, quod cum per existentiam filij legitimati, deficiat conditio, sub qua isti vocati sunt, non est opus alia citatione, quia & si frustra citaretur, qui non habet ius contradicendi. l. qui potest in iuris. de reg. iur. & ita tenet Bald. l. final. C. quibus res iud. non noc. & est magis communis opinio, vt per Alexand. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & in consilio 2. & per Lancel. in d. §. & quid si tantum. Soc. d. §. si eius. vbi non requirit aliam citationem, & in consil. lxxij. in Dec. d. consil. cccxvj. Non omitto etiã quod videtur d. Galasius omnino excludendum ab hoc iudicio, tanquam sua non interfit, secundum reg. l. non i.

gnorat. C. qui acc. not. poss. Quia testator reliquit discipulis Christi ab ipso institutis, secundum formam testamenti, ex quibus non est d. Galasius. Nec obstat bulla Clementis, quæ vniuit dictam scholam, & c. & ei concessit, &c. Quia cum emanauerit ab illo consensu Thomæ, qui habebatur patronatus ex forma testamenti, est ipso iure nulla, tanquam subrepticia. c. super eo. de offic. deleg. gl. Cancellariæ, num. xl. Et quamuis in ea dicatur, parte quoque Thomæ fuisse supplicatum, & c. non tamen per hoc arguitur consensus Thomæ, nisi aliter apparet, secundum not. c. nonnulli. de resc. aliàs esset in facultate cuiuslibet supplicando parte alterius, & tanquam consentienti præiudicare. Et videtur ista exceptio tanquam notarij defectus admittenda aduersus istum actorem, quamuis possessorem bonorum dictæ scholæ per ea, quæ not. Bal. in l. z. in vj. dubio. C. de ser. & aqua lal. in l. si verba na. de cõdict. inde. Et hæc omnia saluo sèper saniore iudicio.

CONSIL. XLIII. SVMMÆ.

- 1 *Femina excludenda est à castis, oppidis & iurisdictionibus, cum huiusmodi castra & iurisdictiones regulariter nõ trãseant in feminas.*
- 2 *In substitutionibus fideicommissarijs appellatio in hæredis restringimus ad filios, & descendentes.*
- 3 *Fideicommissa sunt propter affectionem testatoris, per testatorẽ autem nõ potest videri habita affectio ad extraneos, & incertos, meritò significationem hæredis restringimus ad descendentes.*
- 4 *Admisso substituto res hæreditaria dicitur mixta cum patrimonio substituti.*
- 5 *Hæredem sanguinis ex causa intelligi.*
- 6 *Testator prædilexit institutum substituto.*
- 7 *Quim conditione sunt positi, non censentur positi in dispositione.*
- 8 *In substitutionibus appellatio hæredis, non intelligitur de extraneis, sed de descendentes.*
- 9 *Si persona descendens à testatore habet substitutum, cum clausula & eius hæredes, sèper intelligimus de filiis, ne alijs descendentes per extraneos præiudicetur.*
- 10 *Si extaret consuetudo quod hæredes simpliciter filios appellarent, tunc communis vsus prævaleret.*
- 11 *Valet argumentum de sermone vulgari ad sermonem Latinum, sicut de Græco ad Latinum.*
- 12 *Verba si decederet sine filiis, intelliguntur de masculis, licet regulariter talia verba simpliciter accipiuntur tam masculis, quam feminis, quia illud procedit, quoties coniectura mentis testatoris alud suaderet, tunc enim de masculis tantum intelligitur, & masculinum non concipit femininum.*
- 13 *Extensioni aduersus mentem testatoris non est locus.*
- 14 *Præcedentia declarant subsequencia.*
- 15 *Semper fit interpretatio, ne quis sibi ipse sit contrarius.*
- 16 *In materia in qua verba ad literã debet intelligi, semper fit interpretatio, ne subsit aliqua contrarietas.*
- 17 *Dictio successor ex propriè loquendo, intelligitur de hærede paratulari.*
- 18 *In contractibus quando pater stipulatur credendum est non vbi filij, sed vbi hæredibus stipulatus.*
- 19 *Filij si admittuntur tanquam hæredes, necessario habebunt rata gesta per patrem.*
- 20 *Quelibet res presumitur libera à seruitute, & allodialis, nisi cõstrarium probetur.*
- 21 *Qualibet res presumitur libera à seruitute.*

Vamuis diligenter & subtiliter scriptum in hac causa per præstantiss. consultores, mihi fratres honorados fuerit adeò, vt ferè nihil reliquerint quod adicere eorum scriptis possim: tamen res omnis clariùs explicetur, & ne sola approbatione videar fuisse contentus, decreui aliquid scribere, & post optimum messorum terga, lpicas colligere. Videretur ergo prima facie, Magnific. dominam Syluiam magnifici Petri Francisci Piccolhominei, nullum ius præterdere

posse in bonis que fuere domini Andree sui patris: quia verba fideicom. dicunt. *Quod si Petrus Franciscus & Alex. decederent sine filijs legitimis, & naturalibus, &c.* sed ista conditio non euenit: quia decelsit Petrus Franciscus relicta Syluia. l. j. C. de cond. infer. l. Herennius. de verb. signifi. ergo potuit Petrus Franciscus disponere, & testari arbitrio suo, prout facit. Nec est verisimile quod testator intellexerit de filijs masculis tantum, quia utique hoc expressisset, si de eis tantum intellexisset. l. j. §. sin. autē ad deficientis. C. de cad. toll. & consultat Anch. consil. cxx. Alex. l. xlix. in 4. & xxxvii. & vj. in 17. in 7. l. qui filibus. de leg. j. cum concord. Confirmatur, quia verba fideicom. nisi dicunt, *Quod post mortem Reuerendissimi domini Ioannis bona deueniant, prout inferius declaratum & annotatum est.* sed inferius nihil dicitur de dom. Syluia: si simpliciter vocatur Petrus Franciscus & Alex. & eorum hæredes, & successores, & licet relatio non possit fieri ad dictos Petrum Franciscum & Alex. qui in primo casu præsupponuntur mortui, tamen debet fieri prout potest. respectu hæredū, successorum, secundum not. in l. j. §. lex. Falc. ad leg. Falc. l. c. in dē nitaribus. §. pē. de elect. in vj. & not. in cap. fin. de statu monach. perinde ergo est ac si simpliciter vocasset ad fideicommissum hæredes & successores filiorum, quæ verba compræhendunt extraneum hæredem. l. in annalibus. C. de legat. & per Dec. consil. xxix. maxime propter adiectionem illius dictionis, *Et successores.* l. quædam. §. nihil. ff. de eden. vbi Alexan. & Iaf. & p. Soc. consil. clxvj. in causa quæ vertitur non autem compræhendunt dom. Syluiam, quæ non fuit hæres vniuersalis patris, sed duntaxat particulariter instituta in dote. vnde ea non videtur compræhendit appellatione hæredis, maxime existētibus alijs vniuersalibus, secundū l. quoties. C. de hæc. l. instit. l. ex facto. ff. de cod. tit. l. q. not. Imol. Alex. & ceteri in l. quod dicitur. ff. de verbo. oblig. Et etiam si admitteretur, talem esset excludenda à castris, & oppidis, & iurisdictionibus, de quibus agit, cum huiusmodi feuda & iurisdictiones reg. hariter non transant in fœminas. cap. i. §. q. videmus. qui feud. dar. post. cum similibus. Sed tamen hic non obstantibus, arbitror conclusionem dominorum consultorum veram esse & dominā Syluiā à iuribus fideicommissi aucti, cum enim d. Andree post mortem Reuerendissimi domini Ioannis, vocauerit hæredes & successores. d. Petri Francisci, sola que extet domina Syluia, dico ius omne ad eam pertinere. *Monetor illa ratione: quia in hac substitutione, quia vocati sunt hæredes, videtur testator, nō de hærede extraneo, sed de hærede sanguinis intellexisse, & sic de filijs, seu descendētibus. Qui in substitutionibus fideicommissarum appellationem heredis, restringimus ad filios, & descendentes. l. ex facto. §. final. ff. ad Treb. cum enim fideicommissa fiant propter affectionem testatoris, nec adiecit. ff. pro socio. non potest videri habita affectio ad extraneos, & incertum merito significationem hæredis restringimus ad descendentes. l. sciendum. ibi, quia incertus est. ff. de verbor. signific. & ita tenuit Specu. in tit. de test. §. in primis. in final. quæ ibi sequitur Bal. in additio, & idē Bald. in cap. si pater, de testam. in 6. & ca. i. de nat. iuc. feud. & consil. clj. verba testamenti. in 1. & consil. 266. in 1. volum. Guid. Pap. quæst. 459. & quæst. ccccxcj. vbi dicit, quod ita fuit statutum in parlamento Delphinatus, & factis sentit Iaf. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & post. vbi responderet ad l. in Annalib. C. de leg. aquod nō loquitur in substitutione, prout est casus noster, sed in legato annuo, quod habet ranciam conditionem, cum pro primo anno sit purum, pro sequētib; conditionale, secundum l. si stygium. in final. ff. de verbo obligat. idē ad hæredem non transferretur, nisi esset expressum, expressio ergo hæredis, ibi fit ad finem transmissionis, cui alijs locus nō esset. l. i. §. sin. autem aliquid sub cōditione. C. de cad. toll. at in casu nostro non fit ad eum finem, cum jamdudum substituto, res hæreditaria esset mista cum patrimonio substituti. l. sed & si plures. §. filio. de vulg. & ideo transmitteretur ad quemcunq; essetque tali casu hæredis mentio superflua. l. eū*

qui. §. i. ff. de verbor. obligat. merito accipitur interpretatio, quod de herede sanguinis testator intellexerit, sicut in alijs casibus plerumque fit, vt d. l. ex facto. §. i. & capit. final. ff. de seu. fu. contr. inter dom. c. si clientulus. de ali. feud. l. pro hærede. §. si quid tamen. ff. de acquir. hæredit. & in d. l. Gallus. §. etiam. Confirmatur ista sententia per rationem Bar. in d. l. Gallus. §. etiam. quæ prius fuit Ryc. Malumb. sicut enim testator prædilexit institutum substituto. l. Publius. §. final. de cond. & dem. ita etiam hæredes extraneis instituti, censentur prædilexisse hæredibus extraneis substituti, merito ergo nō censentur de istis extraneis intellexisse, ne talis absurditas sequatur: & hanc rationem Bart. sequuntur ibi communiter doct. & Alexan. consilio. cv. in 2. volum. & consilio 73. in 3. & consil. cxxv. in v. volum. Soc. consil. 12. in princ. in 3. Dec. consil. cccxiiij. cum similibus. Et licet Bartol. loquatur, quando testator filios posuit in conditione, tamen hoc nihil refert, ex quo q. in conditione positi sunt, non ideo censentur in dispositione, secundum glof. communiter approbatā in l. Lucius. 2. ff. de hered. instit. vera igitur videtur conclusio, quod in substitutionibus appellatio heredis, non intelligitur de extraneis, sed de descendētibus, quicquid dixerit Alexan. in d. §. etiam, vt merito Paul. de Castr. ibi dixerit, quod nunquā voluit consilere pro extraneis aduersus descendētes, in prædicto casu. Quicquid tamē sit, in illa quæstione thema nostrum est clarior: quia videtur indubitanter pcedere supra scripta opinio Specu. in quatuor casibus. Primus est, quado extaret ab ipso testatore, vt est domina Syluia, nunquam appellatione hæredis interpretabimur de extraneo in eorum præiudicium, vt sentit Bart. in d. §. etiam. vers. maxime. & ibi Paul. Castr. & per Alex. consil. xxxvj. in 3. consil. xxxix. in vj. & iste casus habet maximam æquitatem. arg. l. cum auus. ff. de cond. & dem. vnde sequitur vt si persona descendens à testatore habeat substitutum cum clausula, *Et eius hæredes.* semper intelligamus de filijs, ne alijs descendētibus p extraneos præiudicetur, facit q. not. Bald. consil. cclxvij. lib. v. Ang. in d. §. etiam. Dec. cclxxxiiij. prope fi. quod si nemo sit descendens aliud esset, secundum Corn. consil. xxii. in 3. cclxxij. in 3. 272. in 4. Secundus est, quando extaret consuetudo, quod hæredes simpliciter filios appellaremur: quia tunc communis vsus præualeret. l. Labeo. de stip. leg. & tali casu proculdubio procederet opinio Speculatoris, prout consuluit Bar. in consil. 52. Salimbene Ioannelli, &c. & certè talis consuetudo videtur esse vbiq; per Italiam, vnde ibi Bart. præsupponit non esse necessariam aliam probationē, & facit quod consuluit Bal. consil. 32. & consil. cxxv. lib. 4. Soc. consil. cxxxix. in 2. l. vij. in 2. And. Sic. lxxxix. lib. 3. & hæc cū consuetudo sit in sermone vulgari, idem etiam est in sermone Latino: quia valeret argumentum de vno ad alium. si aut de Græco ad Latinum. arg. l. qui venenud. ff. de verb. sign. & declarauit lib. 2. de verb. sig. Tertius est, quando testator filium seu filiam instituit aliquo legato honorasset, & ostendisset erga eos beneuolentiam, tunc non est verisimile, q. voluerit extraneos hæredes substituti, eis præferre, prout dicit se consuluisse Raph. Fulg. in l. generaliter. C. de inst. & sub. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. quem refert & sequitur Alex. Iaf. Mod. in d. §. etiam. & Soc. consil. xij. cum similibus. & facit quod consuluit Ang. in consil. cccv. charissimè frater. quæ referunt & sequuntur Iaf. Aret. Soc. Moder. in d. §. etiam. qui casus etiam quæstioni nostræ conuenit, in qua proponitur, q. testator consuluit istis fœminis eas dotando in casum existentium masculorum. Quartus est casus, quem ponit Bar. in d. §. etiam quæ testator decederet instituto sine filijs, substituit Titium, & eius hæredes, non enī videtur præferre hæredes extraneos Titij filijs instituti, quos in cōditione posuit, vt s. dixi, & est cōis opinio, quam Pau. Cast. ibi, et si filios in cōditione nō posuisset, sed de testamento ascendētis tractetur, in quo lex subaudit talem cōditionem, ne videatur testator alienos suis prætulisse. d. l. cum auus. d. l. cum acutissimi. sequitur ibi Claudius & alij Mod. vnde in casu nostro, illa verba

Bona deueniat ad Petrum Fran. & suos hæredes. debet intelligi de filijs, & sic d. Syluia, ne extranei illi præferantur. Quod si in casu supra scripto, filij positi in conditione, vel à lege subaudit, secundum d. l. cum auus. excludit extraneos hæredes, quamuis non sint vocati ex testamento, secundum gl. communiter approbatam in d. l. Lucius. quanto magis debent extranei isti excludi, ab his, qui expressè vocati sūt, vt in casu nostro, in quo testator expressè vocat hæredes Petri Francisci & sic filias, secundum supra scripta facit quod not. Bal. consil. cxxxix. in j. Soc. consil. lvij. in iij. lib. Dec. consil. xxxvii. Nec obstant ea, que in cōtrarium allegantur. Et in primis, quod fideicommissum nullum subit, cum conditio dicat, *Si Petrus Fran. decederit sine filijs, &c.* & ipse reliquerit Syluiam. Respondeo enim duobus modis. Et primo, quod admisso hoc intellectu, non tamen excluderetur Syluia à fideicommissum, quod inducitur ex verbis positis in capite institutionis, in quo post mortem filiorum suorum vocat eorum hæredes, & sic ipsam Syluiam, quam si voluit ab intestato præferri ipsi Reuerendiss. Ioanni secundum gl. in d. l. Lucius. multo magis extraneis heredibus d. Petri Fran. Secundo, rñdeo magis secundum mentem testatoris, quod illa verba, *Si decederent sine filijs.* intelligantur s. masculis, licet enim regulariter talia verba simpliciter accipiantur tam masculis, quam fœminis. d. l. Herennius. d. l. j. tamen hoc nō procedit, quoties coniectura mentis testatoris aliud suaderet, tunc enim de masculis tantum intelligitur, & masculinum non concipit fœmininum. l. Lucius. §. quæ sit ff. de leg. iij. l. j. §. quare. de vent. in poss. mit. cum enim id fieri, nisi per extensionem non possit, secundum Bal. c. ad audientiam. de resc. Capr. consil. lxij. Corn. cclxxj. in 4. tali extensioni aduersus mentem testatoris locus non erit. colligitur autem ea mens varijs ex coniecturis, quas omnes referre non expediat, & de quibus per Bar. l. Lucius. de vulg. l. final. ff. ad Treb. Abb. consil. xxxvj. in j. Raph. Com. consil. cxvij. Alex. consil. xxxix. in iij. Soc. consil. xxxv. Dec. consil. xv. & cclxx. Curt. Iun. consil. lxx. & alibi varijs in locis. Sed in casu nostro. sunt duæ efficaces. Prima, quod testator supra locutus erat solū de filijs masculis Petri Frā. & Alex. & deinde subiecit substitutionē, *Prædicti decederent sine filijs, &c.* vnde cum supra dixerit, de masculis, videtur etiā hoc in capite de eis intelligendum: quia præcedētia declarant subsequentia. si seruus plurium. §. si. ff. de leg. j. maxime cum mēs testatoris satis appareat, quod voluerit bona conferuari in familia masculorum, quatenus ex descendētibus suis essent aliqui masculi: vnde talis coniectura censetur valde efficax, secundum quam consuluit etiam Soc. consil. xxx. inter consilia Francisci Curtij, vbi respondet omnibus quæ adduci possunt in contrarium. Sed nos sumus in casu clariore, propter sequētem coniecturam. Secunda ergo sit coniectura quæ ex vi verborum testatoris descendit. & quæ sola sufficit ad determinationem præsentis casus, cum enim supra concluderimus illis verbis substitutionis, quibus post dictio. Petri Fran. vocat testator eius hæredes, intelligi de hæredibus sanguinis, seu descendētibus necessario, in substitutione facta d. Petro Fran. *Si absq; filijs decederit.* intelligitur masculis, etiam si supersint fœminæ, cum enī vocet Reuerendiss. Ioannem in casum, quo decedat d. Petrus Frā. absq; filijs, & post eum vocet hæredes, id est, filios d. Petri Franc. & sic præsupponat ad huc superesse filios, ne substit contrarietas, intelligamus substitutum fuisse casu quod do. Petrus Francisc. decedat abque masculis, & post Reuerendiss. Ioan. vocatas fuisse hæredes sanguinis, id est, fœminas, alioquin manifeste contrarietas esset in verbis testatoris, fit autem semper interpretatio, vt quis sibi ipsi sit contrarius, l. non ad ea. de condit. & demonstr. cap. cum expediat. de elect. in vj. l. fin. C. de edē. per Alexan. consil. cxxxj. in ij. xxxvij. in iij. cum similibus. Quamuis ergo testator non expresserit de masculis, tamen habetur pro expresso, ne videatur sibi contrarius, præualereq; mens ipsius quæ ex tali coniectura efficaciter colligitur: vnde etiam in materia, in qua verba ad literā

deberet intelligi, semper fit interpretatio, ne subit aliqua contrarietas, secundum Petrum de Anch. con. 423. viso puncto. addit Ludou. Rom. consil. ciiij. pater reuerendē. &c. istud procedere, etiam si aliqua verba impropriarentur. Non obstat secundum difficultas, quod verba illa. *Hæredes & successores,* debeāt intelligi de extraneis, & vniuersalibus, &c. quia supra responsum est, dictionem hæredes, intelligi de hærede sanguinis, quod verò attinet ad dictionem successores, dico debet intelligi de hærede sanguinis, siue succedat vniuersaliter, siue particulariter prout in casu nostro, d. Syluia, quæ fuit particulariter instituta in quinque millibus Florenis, ista enī dicitio, successores, intelligitur etiam proprio loquendo de hærede particulari. l. Fluminum. §. adicitur. ff. de dam. infec. per quem tex. ita consuluit Alexan. consil. cxcij. in ij. volum. refert & sequitur Decius consil. cxxxj. & consilio cclxxxv. & idem tenuit Guid. Papiens. quæstio. cccclvij. per text. in l. prima. §. in locum. ff. quorum leg. & leg. fina. ff. de exceptio. rei iud. Et quod filia in terminis nostris, quamuis particulariter instituta admittat aduersus extraneos hæredes vniuersaliter institutos, est decisio in terminis Specul. in dicto titu. de testam. §. in primis. ad fin. quem ibi approbauerunt veteres, & Bald. in l. liberti. vers. sed quid si quidam. C. de op. lib. And. Sicul. consilio lxxxix. lib. iij. & sequitur Guid. Pap. in d. q. cccclvij. & ibi refert, quod in casu arduo ita iudicatum fuit, idem repetit etiam in q. dxcj. & certe tanta est auctoritas istorū vt in iudicādo tutū nō esset ab eis recedere, maxime cum innitatur hæc sententia voluntati testatoris & fauere eius descendētibus aduersus extraneos. arg. d. l. cum auus. & quod dicitur in leg. si pars. ff. de inoff. testam. & quod not. And. Sic. consil. vj. incip. scriptum est. vol. j. de quo per Dec. cap. j. extra. de constit. Et quia in fortiore casu idem tenuit Bart. in l. vt iurisuradi. ff. de op. lib. & in consil. lv. d. Amatus. & consil. lx. qstio ista habet duo dubia. & Bal. j. §. xlviij. ff. de heredi. diu. vbi si pater accipit emphyteutin p se, & suis filijs, & hæredibus, factis est si filij particulariter sint instituti, quæ sententia licet in contractibus habeat aliquos contradicentes, tamē in vltimis voluntatibus certa & indubitata est, & infra ostēdam. In contractibus enim quando pater stipulatur credendū est non vt filijs, sed vt hæredibus stipulatus f. Seia. vers. igitur. ff. de do. causa mort. cap. j. an agn. in feud. gl. l. si tibi. §. si pater. ff. de pac. quia istud est fauorabilius ipsi patri, tum vt habeat hæredem. §. valde. instit. quib. ex caus. man. non licet vt libere possit de re à se acquisita disponere, cum enī filij non admittantur nisi tanquam hæredes, necessariō rata habeantur gesta per patrem, l. cum à matre. C. de rei vendic. Dec. consilio cccxvj. quod ego arbitror procedere etiā in emphyteusi ecclesiastica, quia lex manifestè requirit hanc qualificationem, quod sint hæredes. §. emphyteutin. in authen. de non alien. vbi Jacob. de Bel. Bal. l. ij. C. de suis & leg. Raph. Com. & Aret. in l. dicitur. ff. de verb. obl. & licet in hoc aliqui dissentiant propter naturā rei, tñ regula in se est vera, q. in contractibus pater in dubio videtur stipulari filijs tanquam hæredibus, vt dixi, & firmat And. Sicul. dicto consil. lxxxix. lib. iij. Sed in vltimis voluntatibus, quando testator facit mentionem hæredum filij sui, & intelligit de hærede sanguinis, nihil est opus, quod sit hæres bonorū patris: quia testator habuerit respectum, quod sit descendens suus, non autem quod successerit patri, & ideo cōditio illa, *Si sine hærede decederit* non requirit necessario q. filius sit hæres, secundum Pau. Cast. in d. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. sequitur Iaf. in l. Gallus. §. j. de lib. & posth. & in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condit. in d. nisi tamē dictum esset, *Sine filio, & herede, &c.* tunc enim dicitio, heredis, sit superflua, aliud esset, secundū Bart. & doct. d. l. ex facto. §. fin. in quo tamen puncto, vōn leuis est inter doctores altercatio, vt per Aret. & Moder. in d. l. Gallus. §. j. In proposito autem nostro nulla est superfluitas, quia dicitio hæres intelligitur de hæredibus sanguinis, dicitio successores, intelligitur etiam de particularibus, & sic non obstant iura & decisiones, quæ adducuntur à Moder. in

Secundo confidero, quod verba, sub quibus vocantur isti de Aluernio, non possunt verificari in casu nostro: cum enim postquam testator vocasset filios, & nepotes Angeli subiecit, & si instituti, & substituti omnes deficerent, certe verbum deficere, non potest referri ad eos, qui nunquam fuerunt, ut est casus in l. Titio usufructus. ff. de cond. & dem. ubi in substitutione non dicitur deficere, seu quod idem est desinere, quod nunquam incipit: ideoque expirat fideicommissum etiam si per hoc perimeretur datio libertatis, quæ alias est favorabilis: & certe ibi videtur casus quæstionis nostræ, & aliis iam sunt 15. ann. per illum tex probauit consil. Decij. cxxviii. qui pro istis d. Aluernio responderit, habetur in lib. iij. de verb. sign. in primo axioma. Et licet quandoque verbum deficere, possit latius accipi, tamen semper præsupponit quod saltem de facto cæperit, ut ibi per Imol. & Paul. de Cast. & verba in casu nostro sunt clara, quod testator loquutus sit quando iam cæperit, id est, iam nati esset, ex quo in præcedentibus semper sic loquutus est, & etiam in fine, in substitutione quæ vocat hospitale, & c. ibi descendentes d. Alberici, deficerent in totum, postquam sic admisi, & vocati erunt. vnde colligitur manifesta mens ipsius nolentis esse locum substitutioni, nisi postquam sic admisi fuerint. Et certe durum esset, quod propter verba, & ambages doctorum, qui quædam auderet dicere aduersus expressum casum. d. l. Titio usufructus, cum qua decisione etiam concludit Pau. Cast. consil. cccxxiij. in j. in nouissimis. Nec quicquam facit ratio Decij in d. consil. cccxxvij. quod dicamus deficere conditionem, quæ non existit. l. vnica. ff. cum triplici. C. de cad. toll. l. j. C. de ind. vid. toll. l. nam. & si sub conditione. ff. post defectum. ff. de iniur. rupt. cum similibus, quia conditio est incertitudo. l. j. C. de pac. quæ incertitudo cessat: & nihil præsupponit extare: quod secus est in casu nostro, propter verba testatoris, & ita etiam responderetur ad c. j. de eo, qui sibi, vel suis hæredibus. & in c. j. de inuest. quam Titius in vrbibus feud. in casu enim illius textus nulla difficultas vertebatur circa hoc quod à principio nullus masculus natus esset. Tertio est aduertendum, quod in casu nostro ad sunt etiam alia verba per quæ declaratur expressè, quod testator verbum, *deficere*, intellexit de ijs, qui iam cæperunt, & in rerum natura post cedentem substitutionis diem fuissent. Primum ex præcedentibus, dum substituit filios, deinde nepotes: & sic successiue de gradu in gradum, & c. Secundo ex subsequentibus, dum in substitutione hospitalis dicit, *Postquam sic admisi, & c.* l. si seruus plurium. ff. fin. de leg. j. Tertio ex adiuncto verbo, & *decederent*, quod non nisi impropiè resoluatur in alternatiuam. l. si Titio fundus. de vrb. leg. proprie vero stat declaratiue, & continuatiue. l. j. ff. de ijs, qui not. infam. Cald. consil. ij. de verb. sign. Bart. extrauag. ad reprimum. verb. videbitur. in fin. imò requirit concurrere vtriusque copulati, secundum l. si hæredes plures. ff. de cõd. inst. de quo per Bartol. & Iason. in l. j. ff. de iustit. & iur. Can. in c. inter cæteras de rescr. & in terminis fideicommissi per Anch. consil. cclxvij. & Io. d. Ana. de cõsi. lxxvij. Nec dicitur, quod hoc modo esset superfluitas: quia hoc est fallum cum possint dicti hæredes deficere aliter, quæ si decesserint, puta per exilium, per monachismum, & similes casus. Quarto per dictionem *tunc, & eo casu*, quæ est limitata, & inducit iteratam limitationem: vnde facit ut à casu expresso non recedamus, ut per Anch. d. consil. cclxvij. Soc. d. consil. cclvij. Dec. consil. 89. 218. 337. 332. & alibi sæpè maximè propter vim geminationis, de qua in l. Balista. ff. ad Trebell. Quinto per illa verba, *Nec ante, nec aliter*, quæ sunt proprie derogatiua ad quemlibet alium casum gl. j. magna. super verb. si quidem l. si quidem. vbi Bald. C. de except. & habent vim conditionis resolutiue respectu cuiuslibet alterius casus, secundum Bal. in auth. ingressi. C. de fac. san. eccles. las. in rub. ff. sol. mat. in 2. lect. imò per talem dictionem, non aliter, inducitur quædam forma à qua non licet recedere. c. dilecto. extra. de præb. Felc. cum dilecto. de rescr. Nec obstant illa verba, *ita quod*

nullus extet, extaret, vel extare possit. quia referuntur ad supradicta, quod nullus ex ijs, qui semel extiterunt, amplius extet, & c. ¶ natura enim dictionis, *ita quod est*, ut secundum suprascripta intelligatur. ff. & quoniam scimus verbi. & ita. in auth. de testib. & nunquam ampliat præcedentia, sed restringit potius. l. Lucius. ff. quæ habebat. ff. ad Tre. & per Odofr. & Bald. in tit. de pace Const. ff. in causis appellationum. ibi ita tamen. & c. Quarto dico, nec quidem ex mente testatoris fieri posse hanc extensionem, ut substitutio hæc concepta in casu deficientium filiorum, & c. extendatur ad casum, quo nemo vnquam extiterit, est enim conditio voluntaria, quæ ad alium casum regulariter non trahitur. l. Mæuius. l. qui hæred. & de cond. & dem. l. commodissimè. de lib. & posth. per Bart. d. leg. Gallus. ff. & quid & si tantum. quæ sententia sic potest manifestè ostendi: testator enim in testamento protestatus est quod d. Ange. hæredem institutum tanquam filium diligebat, deinde eo constituto, substituit filios eius masculos, quibus verbis exclusisse censetur feminas. vnde stat simul, quod filias feminas excluderet contemplatione masculorum, existentium in rerum natura, & tamen noluerit eas excludere contemplatione istorum de Aluernio, qui sunt extranei, vel saltem in remotissimi gradu ipsi testatoris existebant? Angeli potuit probabiliter credere, quod ipsi optime p. videret feminas, seu fororibus? tenentibus: ideo noluit eas aliter admitti, vñ si sequitur idem voluisse non existebat dictis masculis. Nec obstat, quod hoc modo debuisset eas vocare ante filios Alberti, & tamen ab eis quoque excluduntur: quia respondeo, quod testator postquam eas semel exclusisset, & existentibus earum fratribus, vel consanguineis, non cogitauit ulterius: sicut in simili dicimus in conditione, si decesserit sine filiis: quæ non excludit neptem testatoris, quamuis testator proprias filias excluderet: quia hoc censetur fecisse contemplatione masculi tunc existentis, nec ulterius censetur voluisse providere. Et in hac magis communem opinionem de qua per Alexan. consil. xxxv. in vj. Ludou. Bolog. inter consilia Alexand. xxxix. in 4. Iason. cxxxij. in 2. Curt. Senio xxxv. & lxx. Curt. Iun. cxxij. in 2. Corne. ccij. cccxxx. in 3. cum similibus. merito ergo in casu nostro licet femine Angeli excludantur à fratribus & consanguineis suis, non est verisimile, quod idem etiã voluerit testator, ut excludatur ab extraneis: & facit quia etiam ab intestato istæ feminæ præferrentur istis de Aluernio in successione Ioannis, tanquam patruum magni tam ex iure communi, quam secundum formam statutorum ciuitatis. ¶ Optima autem est coniectura, per quam testator cæsetur accommodasse voluntatem suam, secundum leges ciuitatis, secundum Bartol. dicta hæredes mei. ff. cum ita. & quæ habentur in l. quidam cum filium. de verb. obliga. Confirmatur, quia eum dixerit se amare Angelum tanquam filium, non dicemus voluisse eum onerare ultra, quam verba expressè inferant, ut si oneratus sit fideicommissio ratione filiorum & descendentium sibi superstitum, intelligatur etiam idem ratione eorum, qui non fuerunt superstites, adeo ut non possit proprijs filiabus ab intestato relinquere. Cum ergo de mente testatoris non appareat, non erit operæpretium eam somnari: sed stabimus verbis. leg. non aliter. ff. de leg. & fideicommissi. iij. & quia ¶ 34 coniectura mentis testatoris plerumque falli possumus, secundum Baldum in dict. leg. precibus. & quia hæc speciali quadam gratia concessit, vt de facultatibus nostris post mortem disponere possimus, secundum gloss. in verb. pendere. in princip. in leg. illa institutio. ff. de hæred. institut. p. Abbat. & Canon. in rubrica. extra. de testamen. per Iason. in rubric. C. qui testamentum facere, quæ gratia satis est, quod operetur in casu expresso: de tacitis verbò non se impediatur. dict. leg. quidam cum filium. vbi Baldus. & Imol. de hæredib. institut. & in hoc imitemur ¶ ecclesiam, quæ de occultis non iudicat. capitulo, primo, vt benefic. eccles. c. 35 final. de tempor. ordin. Nam & videmus religiosissimum

issimum Imperatorem Iustinianum in authenti. de re-stituit. fideicommissi. constituisse, ne fideicommissa in casum alienationis ultra quartum gradum extendantur: quamuis allegaretur in contrarium mens testatoris, duxit illo infirmitatem refrenandam, & eius mentis rationem non habendam: quod maximè in casu nostro dicendum est propter incertitudinem, & obscuritatem, ne isti extranei præferantur coniunctoribus: & quia (vt dixi) conditio hæc est voluntaria, quæ ad alium casum non debet trahi secundum ¶ regulas communes, à quibus facile non est recedendum, ut est gloss. in lege, omnis diffinitio. de regul. iur. maximè cum limitatio in casu nostro non sit bene probata, vt dixi. Et quia satis est finire successione pertinere, & deuolui secundum causam intestati, quam ex incerta coniectura ad alienos transferri. Vnde inferitur nihil obstat, quod quandoque voluntaria ad casum omnium extenditur, si appareat quod testator potius ad affectum, quam ad modum attendit dict. l. hæredes. ff. cum ita. l. liberto. ff. fin. ff. de ann. leg. & per Alexand. in consil. 13. in secundo. & c. lxxxvij. in quarto. Paul. de Castren. consilio cccxxxvij. videtur quod filij in secunda parte. Nam respondeo hoc non apparet sufficienter p. suprascripta. Item hic est prohibita extensio per ipsum testatorem per illa verba. *Eo casu si non aliter.* Et dictum consilium Alexandri lxxxvij. est reprobatum à Iafone in dict. ff. & quid si tantum. Quæ ratione etiam tollitur illa allegatio, quod sicut quartus, vel quintus gradus descendentium Angeli defecisset, locus esset istis de Aluernio, ita etiam videtur, si primus gradus defecisset, tanquam non substitutio diuersitatis. Nam respondeo, quod imò subest, vt supra dixi. & etiam si non subesset, satis est, quod testator ita iusserit: quia conditio est voluntaria, & prohibuit extensionem secundum supradicta. Et hanc partem tenendo, non obstant multa quæ in contrarium adduci possent, & quibus est responsum per dominos consultores. solum attingam duo, quæ magis videntur aduersari. Eris primis videtur esse ¶ 38 communis conclusio, quod substitutio, si filius nascatur, & deinde decedat, extendatur ad casum, quo non nascatur. ¶ 39 argum. l. fin. Cod. de institut. & substitut. & deo ¶ pupillaris substitutio ventri facta facit, vt substitutus admittatur, etiam nemine nato. le. penultima. vbi gloss. ff. de ventr. in spic. l. antepenultima, in fin. de legatis & fideicommissi. j. & est communis conclusio in lib. primo de vulga. quod quidem Modern. & maximè Decius dicto consil. cccxxvij. extendunt etiam ad fideicommissariam substitutionem prout in casu nostro, tanquam nulla ratio differentie inter directam, & fideicommissariam substitutionem adduci possit, sed ego ad hoc argumentum respondeo multis modis. Et primo, quod inter directam, & fideicommissariam substitutionem ratio differentie ¶ 40 est euidens: pupillaris enim expressa tacitam vulgarem continet, non tam ex mente testatoris, quæ non sit certa est, quam ex legis auctoritate propter auctoritatem constitutionis diui Marci, de qua in l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupill. secundum Bartol. in dict. leg. prima. in princip. cum quo ibi transeunt Doctores & Iason. l. si filius hæres. deliber. & posthum. at in fideicommissaria cessat ista vulgaris, secundum Bartol. in l. Centurio. de vulgar. versiculo, quæro, vtrum substitutio compendiosa facta per verbum commune. & quæstion. sequen. ¶ 41 quia licet etiam in ¶ fideicommissis possimus vulgariter substituere. vt hæredibus. ff. de leg. & fideicommissi. ij. leg. j. ff. pro secundo. Cod. de cad. toll. tamen lex nunquam eam subaudit: quia non tantum fauet fideicommissis, sicut directis institutionibus, vt supra dixi, quod ergo substitutio facta ventri habet locum, etiam nemine nato, procedit propter vim tacite vulgaris, vt dicunt ¶ 42 omnes in dicta lege prima, quæ ¶ tacita vulgaris in fideicommissis non est. Et per hoc tolluntur rationes Decij in dicto consilio cccxxvij. contra quem est auctoritas Oldr. in dict. consil. cxxxij. cuius opinio est communiter approbata, & probatur efficacibus rationibus, vt

suprà dixi. Secundo respondeo, quod etiam si alius in fideicommissis contineretur vulgaris substitutio virtute compendiosæ, per quam conditio, si nascatur, & hæredes erunt, intelligatur, etiam si non nascatur: tamen hoc intelligendum esset, quando substitutio esset facta de re vniuersali, sicut est institutio, sed in casu nostro aliud est: quia Angelus, & eius descendentes sunt instituti in vniuersa hereditate: isti autem de Aluernio in re particulari: ergo non est credendum subesse aliquam vulgarem, per quam admittentur etiam illis non natis. Et hoc maximè verum est in domino Alberto Moderno, qui nunc agit, qui est vocatus solum per illa verba: & sic semper spectent talia bona habenti titulum dominationis, & c. in dictis casibus durare in dictis descendentes Alberti, quæ verba non sunt directa, nec ciuilia, sed comunia secundum Bartol. in dict. leg. Centurio. in vltima parte, & ¶ 43 verba communia de re particulari resoluuntur in merè obliqua, seu precaria, secundum eundem Bartolum loco supra allegato p. l. cogi. ff. & generaliter. ff. ad senatusconsultum Trebellian. & in his verbis. cum gloss. ff. de hæredibus instituend. clarum autem est, quod ¶ 44 compendiosa facta per verba obliqua non continet aliquam vulgarem, secundum Bartol. in dict. leg. Centurio. Nec dicatur, quod dominus Iacobus, qui tunc, cum euenit casus fideicommissi vocabatur à testatore, ipse sit vocatus verbis ciuilibus & directis substituit sibi, & in talibus bonis hæredem instituit, & c. de quo per Cornæum consil. quadragesimo septimo, in primo volumine. quia respondeo, quod ex persona domin. Iacobi non potest do. Alb. quæquam allegare: cum obstat exceptio rei iudicatæ, idque indubitanter verum est: licet, si veniat ex persona sua, aliqua sit difficultas, de qua infra dicemus, & concludemus idem esse. ¶ Semper enim attendimus ad personam agentis & ex ea metimur ius. leg. prim. ff. si ff. si pars hæred. petat. Tertio respondeo, quod (quicquid sit in casibus fideicommissorum) in nostro res est clara, quia testator substitucendo, & non alter, & c. videtur prohibuisse omnem extensionem, vt supra dixi, & stante tali clausula nullus est doctor, qui teneat fieri extensionem ad casum quo non sint nati filij, imò omnes vno ore tenent contrarium scilicet quod licet ¶ pupillaris substitutio contineat ¶ 46 vulgarem, & e contra. dict. lege, iam hoc iure. Lege. quamuis. Cod. de impub. & alijs substit. tamen hoc non procedit, quando testator dictione taxatiua vus sit dict. leg. iam hoc iure. in verbo, tantummodo lege. precibus. vbi Salicetus, & dicitur dictione taxatiua vus, etiam quando dicitur: ¶ tunc & eo casu: ¶ 47 enim hæc verba vim restrictiuam, prout sibi ipsi contrarius. Dec. de plano fatetur in d. leg. quamuis. & consil. cccxv. & Socin. dicto consil. cclvij. & supra diximus ¶ 48 & ego verum puto propter geminationem: quia dictioni, tunc, adiectum sit, & eo casu, prout in terminis nostris fuit factum. & pro hoc facit: quia ius accrescendi est quædam substitutio. leg. si Titio. ff. l. ul. ff. de lega. secundum. & per tales dictiones taxatiuas, censetur esse sublatum. leg. Lucius. ff. quæ habeat. ff. ad Trebellianum & per Modern. in leg. re coniuncti. ff. de leg. tert. Quarto respondeo, quod contrarium posset procedere in compendiosa simpliciter facta: secus in casu nostro, in quo facta est, si omnes deficerent, & decesserent: quando enim simpliciter facta est, videtur conditio esse necessaria, & trahitur ad casum similem, non nauitatis, sed cum casus sunt expressi, prout hic videtur talis expressio esse voluntaria: & ideo ad alium casum non extenditur, secundum doctrinam Bartol. in dict. lege. Gallus. ff. & quid si tantum. & facit quod notat Angel. in l. prima. ff. si. & in leg. si pater filium. ff. de vulga. & pupill. substitut. vbi concludit substitutionem in singulari aliqua specie vulgaris casus factam ad alienam non trahi. per gl. in l. si mater ff. j. eod. tit. & tex. in l. commo dissimè. de liber. & posth. & ideo in casu nostro illa conditio si defecerint, & decesserent, non trahetur ad casum

casum, si nati non sint: & licet illud dictum Angel. aliqui improbant, tamen ego in d. l. j. eum defendi rationibus contrarijs. & ostendi esse communiter approbatum, & esse de mente Bartol. in d. l. si mater. §. j. & ita etiam sequutus est Alexand. in d. l. Callus. §. fin. & consil. j. & Aretinus in l. quandiu. 2. de acquirend. hæred. & facit quia conditione adiecta substitutioni compendiosæ attenditur non solum respectu fideicommissariæ, sed etiam respectu vulgaris, quæ illi tacite in est: quod putat esse valde notandum Io. Baptista de sancto Sever. in rep. l. precib. versicul. 14. conclusio. C. de imp. & idem etiam sentit Soc. in l. cum auus versil. limita. tñ opinionem. ff. de cond. & demon. & ideo in casu nostro attenduntur conditiones de fecerint & de cesserint etiã respectu vulgaris, cui est locus casu, q non nascerentur. Rursus principaliter obstat, quia bona remanserunt penes hæredes Angel. cum onere substitutionis, quamuis caducæ. le vnica. §. & cum triplici. C. de cad. toll. & §. pro secundo. & cum plures sint gradus substitutionum, quamuis medijs sint caducj, tamen ultimo est locus, secundum doctrinam Bartol. in l. quandiu. vlt. in fin. ff. de acq. hæ. quæ est communiter approbata per Bal. consil. lxxxj. Castr. d. l. j. Aret. 156. Soc. l. j. Dec. 238. Cur. l. j. lason. 148 & 203. post doctor. in l. quandiu. & in l. j. de vulg. vbi idem las. Sed respondeo, quod illa doctrina Bar. quamuis communiter approbata quatuor limitationes, quæ omnes procedunt in casu nostro. Prima est limitatio, vt procedat quando medius gradus est nullus: quia caducus, vel in causam caduci: si verò sit nullus, quia pro non scripto sit, tunc est secus: quia t in legato, vel substitutione pro non scripta, non transit onus fideicommissi, per tex. in d. l. vnica. §. in primo ibi nullo grauamine (nisi perraro) in hoc pro non scripto superueniente, &c. iste autem est casus noster: quia substituti sunt filij, & descendentes Angeli, qui non erant in rerum natura, nec vnquam fuerunt: merito onus hoc fideicommissi, non tenetur pro non scripto, secundum Paul. Castr. d. consil. cccxciiij. videndum est vtrum fides sit adhibenda. in fin. vol. j. in nouissimis. & ita tenet etiam Corn. consil. cccxviii. lib. 3. & Dec. consil. 427. Nec obstat, quod hoc casu saltem propter clausulam codicillarem, grauamen debeat censi translatum, quia hoc procederet, si verba conditionis verificarentur, secundum Bal. consil. clxx. in v. ad fin. Dec. d. l. precibus. & consil. cccxcj. quod non est in casu nostro, vt mox dicam. Secunda limitatio est, vt procedat dicta conclusio, quoties conditio secundum gradui adiecta non repugnet, sed euenisset: secus, si repugnet vltimo substituto. vt est tex. in l. qui habebat. ff. de vulg. & pup. & consiluit Bal. consil. 254. Titius instituit fororem. lib. j. vbi inquit, quod tali casu, licet perempto gradu, non tamen perimitur conditio, sed seruat vires suas ad exclusionem vltimi substituti. & ita etiã consiluit Alex. consil. suo j. vbi cõ testator dixisset. *Instituo primũ & substituo secundũ & si secundus hæres fuerit, & egei testamenti seruauerit, post eius absque liberis mortem, substituo Caium.* Effecto caduco secundo gradu, respondit Alex. Caiũ non admitti: repugnat enim conditio, cum non fuerit hæres, neque legem testamenti seruauerit. Idem etiam consulendo sequutus est Corn. consil. 180. in 3. vol. vbi concludit, quod sicut respectu fideicommissariæ substitutionis omnino oportet euenisse conditionem, ita & in scripto casu respectu vulgaris, quæ compendiosa inest, ex qua, perempto medio gradu admittitur sequens, vt t vna & eadem clausula habeat æqualem determinationem, le iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. substit. Idem & nouissimè consuluit Steph. Bertrand. consilio 365. lib. primo. In casu autem nostro conditio non euenit, sed repugnat substitutionis: quia illa verba, *si supra scripti omnes deficerent & decederent, &c.* non sunt verificata, vt supra dixi, merito supra scripta difficultas non obstat. Et licet (vt inquit Bald in supra scripto consilio ccliiij.) aliqui tenuerint, quod etiam repugnante conditione, nihil hominis vltimo loco substitutus admittatur, tamen in casu nostro res est certa, quod non propter limitationem adiectam

a restatore. *Tunc & eo casu & non ante, nec aliter, &c.* quæ verba videntur mihi tollere omnem difficultatem. Tertia limitatio est, vt procedat doctrina Bartol. cum de eadem re agit tam in primis substitutionibus, quã in vltima: tunc enim, sublata media, locus est vltimæ: secus si de re diuersa tractaretur, per dictam. le. qui habebat. de vulg. & pup. vbi Rapha. Com. nam. in illo tex. filia substituta pupillo pdecesserat, & sic medius gradus erat peremptus, & tñ dicitur, quod vxor, & soror vltimo loco substituta non admittuntur, ratio est, quia cum filia esset ex hæredata non potest dici vulgarem subesse secundum Alexand. in le. 2. versicu. aliam etiam ponit Rapha. ff. de vulg. & pupil. substit. vnde nec de eadẽ hæreditate agebatur, sed de diuersis: cum enĩ ex hæredata esset, alia erat ipsius, alia fratris sui hæreditas: at quæstio Bartol. procedit cum de eadem hæreditate, eodemque iure tractatur. Et ideo cũ secundus hæres ad fideicommissum vniuersale vocatur, tertius verò ad fideicommissum particulare, prout in casu nostro, casu quo filij secundo gradu vocari deficerent, videntur non natis filij, euanciscere fideicommissum, argumento dictæ l. Titio vltus fructus. quoniam de diuersis rebus agit, & ita iam sunt aliquot anni tenui legendo in l. cohæredi. in princip. ff. de vulg. & pupil. substit. Nam & cum secundus gradus in fuitate substitutus est, tertius verò in hæreditate, receptum est, perempto secundo gradu, etiam sequente extingui per text. in l. si mater. §. j. cum glo. ff. de vulg. & pup. Quarta limitatio est, vt procedat supra scripta conclusio, quando vltimo loco substitutus potest venire ex vulgari, quæ in compendiosa est, & ita proprie loquitur Bartol. Sed casu nostro dominus Albertus actor nõ potest prætere tendere aliquã vulgarem substitutionem, vt supra dixi: quia t vocatus est per verba communia in re certa: quo casu compendiosa non continet vulgarem, secundum Bartol. in d. l. Centurio. versicul. quæro vterius, quid si substitutio compendiosa fuit in re certa per verbum commune. vnde ei obstat defectus conditionis proueniens, ex eo, quod medijs fuerunt hæredes. & ita et consiluit Bar. in quodam consil. incipiente, quidam nomine Massiusq. non est in impressis. Et licet domin. Iaco. qui tẽpore mortis Ang. erat maior natus, & sic vocatus p verbum directum ciuile, vt s dixi, tamen domin. Alb. actor est iure domini Iacobi aduersus quem stat res iudicata, licet causa sua esset aliquanto magis probabilior, quam domini Alberti, nunc agentis. Et debet domini iudices inclinare in istam partem, etiamsi esset dubia. Primò quia istæ mulieres conuentæ possident: & in dubio pro possessore pronuntiamdum est. §. commo. d. institut. de interd. & actor nisi clare probet intentionem suam est reijciendus. l. qui acculare. C. de edend. & tẽpore interpretatio accipitur, pro eo, qui conuenitur. l. fauorabilior. de reg. iur. l. Arrianus. ff. de actionib. & obli. Secundo, quia tẽpore illa pars est amplectenda, per quam pronuntiat p libertate bonorũ, vt non subint alicui fideicommissum, quia fideicommissum est onus, & eius datio odiosa. d. l. si fuerit. & supra dixi: & t fatius est in re dubia, quod hæreditas deuoluatur: secundum causam testati, cui lex magis fauet, tanquam legitimæ, & iustæ. le. 3. §. primo. ff. pro socio. cum causa testamenti procedat solum ex quadam dispensatione, vt supra dixi. Tertio, quia aduersus dominum Iacobum agentem per duas sententias conformes fuit iudicatum, & debent iudices in dubio sequi exemplum aliorum: quia t omnis nouitas suspecta est. cum consuetudinis. vbi Doctor. extra. de consuetud. & cap. quis nesciat. xj. distinction. & l. in rebus. ff. de constitut. prin. & t præsumentum est pro sententia iudicis. leg. 2. Cod. de offic. ciu. iudic. & pro eius probitate atque diligentia. capit. abbate. de verborum signific. & in authent. vt defunct. seu funer. eor. non iniur. a credito. in princip. maxime cum ad tale munus eligantur literati. & honesti viri. capit. in nostra. de procurat. cap. nisi essent. de præbend. & t præsumptio est contra eum qui succub-

succubuit, quod malam causam haberet, & quod iuste succubuerit. l. Herennius. §. fin. ff. de euict. & duplæ stipul. vbi gloff. Et t sententia lata in vno iudicio, saltem facit quale præiudicium in alijs, adeo vt quandoque sufficiat semiplenæ probationi, secundum gloff. Angel. Modern. in l. secunda. C. de eden. Fortius videtur mihi, quod domin. Alberto obstat exceptio rei iudicatæ, contra dominum Iacobum per duas sententias conformes. Et ideo in præsentia casu obstat agenti t exceptio litis finitæ, quæ eum à limine iudicij repellit, secundum tex. in cap. primo. de lit. contestat. libro sexto. l. fratris. Cod. de transact. per Bartol. in l. cum quærebatur. ff. iudi. sol. docto. in l. transact. vbi dixi. ff. de verbo. signi. Cum enim mortuo d. Angelo, cesserit dies fideicommissi, si quod suberat, & d. Iacobus tunc maior natus vocaretur, in cepit contra istos hæredes iudicium executiuum, comparatus est statuto Florentino, secundum quod petitur, & deinde existente contradicente, disputatur etiam de meritis causæ, & in tali iudicio succubuit dominus Iacobus per binas sententias, quæ transferunt in rem iudicatam. Quibus sic in facto præsuppositis, dicto dictas sententias contra dominum Iacobum latus, obstat etiam domin. Alberto nunc agenti, & substituto præfati Iacobi, quia regula est, quod t sufficit sententiam laram esse contra principale, vt noceat eius substituto, vt est casus in l. ex contractu. ff. de re iud. in l. si seruis plurimũ. §. j. ff. de legat. & fideicom. prim. in l. Papinianus. §. si ex causa. ff. de inoff. testa. in l. si patroni. §. fin. secundum primum intellectum. ff. ad Trebell. in le. si superatus. ff. de pignor. & firmant doctor. communiter in leg. filius. §. diui. ff. de legat. prim. vbi lason. in l. lectu multa similia aggregat. & Felin. in capitulo. p. extra de re iudic. & cum ista sit t regula, non est ab ea recedendum, nisi expressè probetur fallentia. le. vndum glo. in l. omnis definitio, de reg. iur. & supra scriptæ conclusionis illa est ratio, quod ex iustitia legis actor, aliquando imponendum esse finem litibus. le. singularis. ff. de exec. rei iud. l. j. de vlt. cap. l. prima. dei urei. & non cogi possessorem perpetuo ad litigandum de re possessa, vnde satis habuit, quod illi sit agitata cum eo, ad quem principaliter pertinet: cum alij possint ad illud litium velint. le. si suspecta. ff. de inoff. testa. in l. non solum. §. quæritur. ff. de proen. l. si proliuorio. ff. de app. vel appellatur. à die scientiæ. l. j. Cod. de temp. appel. cap. concertatione. de appell. libro. sexto, quod non est factum in casu nostro, & solum lex excipit tres casus, quando scilicet argueretur collusio, Item quando principalis per contumaciam succubisset. Item si per iniuriam iudicis, vt est tex. in d. l. si seruis plurimũ. §. j. & t dicitur collusisse, etiam qui non curauit iura sua exhibere, secundum Deci. consil. cccvj. & Felin. c. lator. de re iud. nos autem non sumus in aliquo istorum casuum. Et licet conenit aduersarij adducere alias fallentias, tamen hæc non obstat, vt apparet in consilij præstantiss. aduocatorum, & particulariter infra ostendam. Et primò non obstat, quod dictæ sententiæ videantur late super tenura, & possessorio tantum: quia in eis simpliciter dicitur præceptis non esse parendum, non autem quis priora, & potiora iura habeat vnde tales t sententiæ tanquam late in possessorio non pariunt præiudicium in causa præsentis ordinariæ, & pertinent ad petitorium iudicium. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. poss. l. à diuo. §. si super. de re iud. Nam respondeo, quod dimò illa non fuit causa possessorijs, vt quæ ad nullam speciem interdici pertineret, non recuperandæ, non adipiscendæ, non retinendæ possessionis, vt dicit Bar. in l. j. in prin. ff. ne vis fiat ei. post Dyn. Oldrad. & veteres, nam nec de iure comuni vllum remedium possessorum comperit pro legato, aut fideicommissio maxime rei certæ. l. j. in verb. quis in rem missionis. C. com. un. delegat. l. non est dubium. C. de leg. per Guid. Papæ in deci. Delph. quæstion. cccclxxxiiij. & per doctor. in l. fin. Cod. de edi. diu. Adria. toll. vbi Iaso. Sed fuit causa petitorij verum executiuum, quia instrumentum illud habetur

pro sententiã, secundum Bane. de Peru. in tract. guarentigæ. quæst. 18. 2. par. nam cum iure communi talia instrumenta non habeant executionem paratam, vt est tex. in l. minor 23. annis. cui fideicommissum. ff. de minorib. statuta propter vim guarentigæ, seu præceptum iudicis chartularij, tribuerunt executionem, secundum Bar. l. j. ff. edend. lege. non fatetur j. ff. de confess. Ang. l. ait prætor. §. j. de iud. & de clarat. l. in l. j. §. si quis ira in ff. de verb. oblig. vbi etiam alij doct. & Iaso. in l. error. C. de iuris & facti ignoran. & istud. remedium quamuis executiuum, & summarium, est tamen petitorium: quia licet concedatur primo, tenura tamen non ideo minus iudicium est petitorium, t sicut & rei vendicatio proprie est remedium petitorium. l. qui petitorio. ff. de rei vendic. & tamen executio fit in sola tenura. l. qui restitueret. le. officiu. ff. de rei vendic. cum ergo in hac petitione tenuræ disputatum sit de viribus fideicommissi: quia d. Iacobus in replicationibus, allegauit dicta bona subiecta esse restitutioni ex fideicommissio, facto per d. Ioannem, & se habere priora, & potiora iura, & c. satis apparet super petitorio ipso fuisse disputatum: & cum tale iudicium sit summarium, non respectu probationum, sed respectu modi procedendi, tantum sequitur quod sententia in eolara non possit amplius in dubium referri: illud enim quod respectu probationum, & meritorij causæ sit plenarium, secundum Bar. in l. penult. ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iuris. Abb. consil. xcvj. vito puncto. de quo latius per Alex. in l. sepè. versicul. item circa sextum. de re iud. merito ergo verba illa sententiæ præcepta non esse parendum intelliguntur: quia impetrans ius fideicommissi non habet, alijs si haberet ius in fideicommissio, fuisset parendum. Secundo non obstat, quod tales fuerunt sententiæ absolutoriæ, quæ non in plus præiudicant, quam ex verbis inferatur secundum doct. Bar. in l. l. de cond. in deb. Fel. consil. cccxxxix. præsuppositis in secundo dubio. Verba autem simpliciter dicunt præceptis non esse parendum, q potest esse, quia non probauit incumbentia, vt habetur in d. l. Iulianus vel quia cum esset forensis, qui non satis dicit secundum formã statuti, vnde non potuit eius beneficio vti secundum Pau. Ca. in l. omnes populi in fin. ff. de iust. & iur. vel quia subesset aliquod aliud impedimentum. Et ita t facienda est interpretatio, vt sententia censeatur lata ex causa, quæ minus noceat. l. j. ff. si quis caur. vbi Cast. l. hæc enĩ in prin. ff. de suspecto tuto p. Dec. consil. cccclxxxv. Sed certè hæc rationes sunt satis friuolæ, & conuincuntur ex actis illius causæ, in quibus apparet probata fuisse incumbentia, & nullum aliud impedimentum actori fuisse, quam defectum iuris, quia non euenerat conditio fideicommissi, nec est verum, quod do. Iacob. esset forensis, nec hoc præsumitur secundum Bartol. in l. is potest versic. aliquando ille, qui dicit. ff. de acq. hæ. Guid. Pap. in tract. prætorum. versil. reperitur aliquid. & t interpretatio in mitiorem partem fit in re dubia: hic sumus in re clara, quod succubuit tanquam non subesset fideicommissum. & t acta ipsa hoc indicent, à quibus interpretationem recipit sententia. lege. si quia ad exhibendum. vbi nota. ff. de exc. rei iud. leg. ait prætor. §. si iudex ff. de re iudic. leg. pen. cum gloff. Cod. de sen. quæ sine cer. quan. Alexand. leg. ij. in princip. quod quisque ius, & talis sententia absolutoria etiam, quia non probatum seu quomodo cunque lata sit dicitur diffinitiuã, & sicut præiudicat d. Iacobo, vt amplius non audiat. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. glo. aurh. qui semel verbo lo cum habeat. Cod. quomo. & quando iud. gl. & doct. in l. admonendi. ff. de iure iur. ita etiam præiudicat eius substitutis, vt est casus in d. l. ex contractu, qui canillari non potest, vt rectè tenet Alexand. in d. §. diui. & licet Dec. consilio 445. multa dicat ad circumueniendum illum textum, tamen fatetur tandem verum esse, quod præiudicat sententia substituto, prout est casus noster, licet non ita sit in vasallo, per dictum Andre. de Fern. de quo p̄reum. Et facit etiam distinct. Felin. in ca. edoceri. de rescrip. & ideo non inficit circa dictas limitationes

mitationes. Dec. in d. consilio quæ non sunt veræ, & per me aliâ sunt reprobatæ. Tertio non obstat, quod videatur necessaria fuisse citatio, vt præiudicaretur substituto argul. circa ff. de in off. test. am. & quod sub dubio forte tenet Bar. d. ff. diui. & consulti Bal. cons. 334. præmittendum in 2. vol. quod videtur verum in casu nostro, ex quo tuncius ipse Alberti in iudicium non deducebatur doct. c. si vasallus. si de feu. fue. controuer. interdo. Alex. cons. lxxxiii. lib. 3. vel saltem fuit necessarium publicum pro clama. secundum l. si eo tempore. C. de remiss. pig. & quod no. Alex. in l. de vnoquoq; de re iud. Soc. l. cum filius de verb. obl. consil. cclxxxij. & seq. Crotus d. ff. diui. Nam & huic rationi respondetur, quod imo tales sententiæ etiam absenti, & ignoranti fideicommissario nocuerunt, vt est casus in d. lex contractu. & d. l. j. denuntiari. de vent. in sp. cum simi. supra alleg. & opinio Bart. in d. ff. diui. communiter est reporbata, vt ibi per Bart. in j. lectu. Fel. in d. c. penul. & ipsomet. & Bar. contrarium tenuit in l. in diem. ff. de aqua plu. arc. per Ale. cons. 123. in j. lxxxj. & clvj. in 2. nec tex. in l. circa. quicquam obstat, quia ibi sententia lata contra vnum hæredem non nocet alteri, quia vterque est principalis: sed in casu nostro satis est citari primum substitutum, quia censetur principalis respectu sequentium: & ita respondetur ad rationem Bal. in d. c. cccxxxiii. & ita etiam tenet Alex. in d. l. sæpe. ver. l. & exp. prædictis. Nec etiam glo. in d. l. j. obstat, & no. per Alex. in d. consil. lxxxiii. lib. 3. non obstat, quia loquuntur in aliis casibus, quam in substituto, qui repræsentat personam sequentis, vt fatetur Dec. in d. conf. cccxxxv. Minus etiam obstat, quod videretur necessaria proclamatio generalis, iuxta l. si eo tempore. ista esset nimis magna limitatio ad d. l. ex contractu d. l. si seruus. ff. j. d. l. si superatus. cum sim. & d. l. si eo tempore. procedit in casu suo speciali tantum, secundum Ang. cons. cclxxxviii. viso pac. & facit q. no. Bar. in l. f. C. de ed. di. Adr. tol. & ibi illi creditores erant omnes partes gradus, & ideo saltem generaliter sunt vocandi, at in casu nostro primus substitutus est prior sequentis: & ideo satis fuit specialiter litem cum eo tractari & Alex. in d. l. de vnoquoque in fin. vbi tenet requiri generalem citationem debet intelligi secundum d. l. si eo tempore. p. eum allegatam: quia in substituto vbi que ipse tenet contrarium, quod vt ei noceat, sententia satis sit citari primum, & ita etiam tenet Alex. d. l. sæpe. in 7. requisito. & hæc videtur verissima opinio, quæ habet casus legum a peritissimos quicquid dixerit Crot. ind. ff. diui. & eam tandem tenet Iaf. in l. decem. de verb. obl. per tex. in d. l. ex contractu. cui non potest bene respondere, & Soc. d. l. cum filius. & d. consil. cclxxxij. non loquitur in substituto, qui repræsentat præcedentem, sed in alijs personis & ita etiam loquitur Bar. in d. l. si eo tempore. cum alijs per Alex. in d. l. de vnoquoq;. Quarto non obstat, quod saltem debet admitti fideicommissarius ad appellandû, secundum l. j. C. de temp. ap. & no. d. c. concertatione. de appel. in vj. prout fatetur de plano Ale. in d. l. filius fam. ff. diui. & sequuntur ibi Mod. & videtur, quod tempus ei nõ currat, nisi à die intimationis sibi factæ de dictis sententijs, secundum gl. d. c. concertationem. & Alex. d. ff. diui. & Modern. ibi, sentit fortius Alexand. in d. l. sæpe. pen. notab. num. 21. quod sententia non nocet tertio, quamuis non appeller, nisi superuenerit precedentis iudicium tunc enim tantum tenetur appellare: in casu autem nostro superuenerit scientia duntaxat post iudicium, & c. Sed respondeo quod ista opinio, vt fideicommissarius admittatur ad appellandum, non est vera, subest enim illa ratio nec cogatur hæres sapius de eadem re litigare, & ideo satis est obtinuisse contra primum substitutum. d. l. singulis. & confunditur hæc sententia per tex. in d. l. ex contra. & vbi apparet fieri executione contra substitutum, quod non fieret, si posset appellare. l. j. C. de exe. rei iud. & etiam confunditur per d. l. si seruus plurimum. ff. j. vbi excipiuntur duntaxat tres casus, & ita etiam loquitur tex. in l. a sententia. ff. j. de app. & d. l. si superatus. & tex. in l. j. C. de temp. app. non loquitur, quæ sententia lata est contra primum,

vt est casus noster, in quo præiudicatur secundo venienti prorsus ex eodẽ iure, & repræsentanti primû. & Alex. in d. l. sæpe. p. e. no. loquitur in terminis illius legis, in qua præiudicatur potius si passus sit secundum agere, vnde cû præiudicium oriatur ex scientia, oportet, q. ea adfuerit tempore litis: sed in casu nostro nõ secundus, sed primus egit: & præiudicium non oritur secundo ex scientia, imò etiam ignorantia præiudicatur secundum doc. d. l. in die d. ff. diui. & Ale. d. l. sæpe. nu. 82. in 7. requisito. vbi ad hoc pon derat tex. ver. at qui. q. ergo dicit Alex. in d. ff. diui. q. licitum est fideicommissario appellare, referendû est ad terminos iuris, & scilicet, ad casus positos in d. l. si seruus plurimum. puta si arguatur collusio, & ita etiam loquuntur iura per eum allegata in l. si prolesorio. in l. a sententia. ff. si hæres. ff. de app. vnde cû nos sumus extra illos casus, sequitur, vt agenti obstat exceptio rei iudicatæ. Sed hæc sufficiat post q. ab alijs quoq; clarissimis doctoribus diffusè consultû est, & ad omnia responsum, vnde satis mihi fuerit post optimorum messorû terga pauculas hæc spicas collegisse. Saluo tamen semper saniore iudicio.

- CONSIL. XLV. SVMMAE.
1. Ius cogendi vnales ad emendum sal certo pretio, non coheret bonis nobilitum, sed indicitur iuris ruralibus considerata eorum persona, & facultatibus.
 2. Valis coniunctus inseparabilis.
 3. Salus fidei non committi, nec alienari.
 4. Dicitio, in ea ad referatur, que intrinsecus respectu bonorum inhaerent, non autè potest referri ad facultatem cogendi personarum, que nullo modo coheret rei.
 5. Ius salis, & taxarum est de regalibus, & referuatis Principi.
 6. Regalia & taxæ in generali alienatione quibuscumq; verbis concepta non comprehenduntur.
 7. Vendito castro, transit iurisdictio territorio coherens.
 8. Si dominus castri legauit castrum, cum pertinentijs non comprehenduntur possessiones, quas ibi habet, tanquam priuatus, non tanquam dominus castri.
 9. Si quis legat possessiones, quas habet in tali territorio cum omnibus iuribus, que ibi habet, non intelligitur de domibus in quibus præcipitur pedagium.
 10. Ius pedagij est vctigal, pertinet ad incorporalia.
 11. Concessio principis latius accipitur, quam legatum.
 12. Dicitio sita iacentia, & c. induant non comprehendendi, nisi iura realia non autem coherentia persone, & que non circumscribuntur loco.
 13. Succedens in locum fisci, nõ habet aliam actionem, quam fiscus.
 14. Semper faciendâ est interpretatio, vt testator minus grauet hæredem aduersus legatarium.
 15. Nature concordat vt testator videatur plus fauisse propria filie quam filijs fratrum.
 16. Vt euetur superfluitas, verba intelligi debent omni meliori modo.
 17. Possessio est iuris.
 18. Seruitutes reales sunt iuris.
 19. A proprietate verborum non est recedendum.
 20. Taxæ & exactiones satis non dicuntur aliquo in loco sitæ, sed consistunt in iure personali.
 21. Clausula quantumuis generalis, restringitur secundum suum contentum pro contento accipi.
 22. Quod continens capiatur pro contento, non est ex proprietate sermonis, sed per improprietatem & figuram.
 23. In legatis fit interpretatio secundum proprietatem.
 24. Qui actionem habet, rem ipsam habere videtur.

His verbis testamenti illustrissimi q. d. Theodori Triultij contingit ex iis dubitari, an ius salis, & taxæ equorû emptû ab ipso, à Ducali camera ptineat ad legatarios, respectu oppidi Cotoniæ, an remaneat hæredes. Et diligenter re cõsiderata, videretur mihi, q. remaneat hæredi. In primis cõsiderata natura rei. Ius, n. cogéditurales ad emé dũ certû sal certo pretio nõ coheret bonis nobilitû, sed indicit ipsi ruralibus cõsiderata eorû plona, & facultatib. secundû decreta huius stat. & c. Et secundû ius cõmune. de quo in l. si q. sine. C. de vect. Et similiter dicendû de taxis equorû, q. alibi cabalicaræ vocantur secundû conf. Oldr. de quo p. Alb. de Rõf. in rub. ff. de munerib. circa mediû. sunt. n. subrogatæ hospitijs militû, & alimétis eq. rû, & redæ talis, redit ad pecunias, vt ibi p. e. Et videt talia munera psonalia mixta quia etiam

di præfatos rurales ad soluendum pro sale & equis, non est ius coherens territorio, sed personæ subditorum, vnde non videtur comprehendendi verbis legatis, quæ loquuntur de iure in reb. ipsi Cotoniæ, nõ de personis, ista. n. inter se plurimum differunt. l. qui habebant. ff. j. de leg. 3. l. Caius. ff. de ann. leg. l. apud Iul. aliâ incipit. idẽ Iulianus. ff. si quid alicui. vbi doc. ff. de le. j. Alex. cõf. 18. in v. Suadet hoc etiam forma acquisitionis: quia, vno contractu, testator emit non solû sal, & equos impositos Cotoniæ oppido, sed etiam multis alijs terris, & habuit hanc emptionem pro vna, nec voluit separare emptionem salis, & taxarum Cotoniæ ab alijs terris: vnde non est capiendâ interpretatio pro tali separatione. l. c. eiusdem. ff. de ad. edic. l. cum duo. ff. de in diem adiect. sed potius credendum, quod sicut emit vno contractu, ita et vult coniunctim ad eundem dominum pertinere, nempe ad hæredes: quia argumentum istud, quod ab origine emptionis sumitur in iure nostro est bonum, vt est tex. in l. prædis. ff. fin. de leg. 3. Alex. consil. pen. in 2. & sicut legatarij nullo colore admitterent respectu aliarum terrarum, ita nec admittantur respectu terræ Cotoniæ. Confirmatur hoc etiam ex modo vtendi ipsius testatoris, qui non exegit separatim istos redditus, nec locauit separatim, sed omnes simul, nec in vita coniunxit equos, & sal, cum locatione bonorum Cotoniæ: vnde satis manifesta mens ipsius colligitur per ea, quæ habentur in d. l. prædis. ff. j. & ff. sequi. Pet. de Anc. consil. cclxxxj. super pluribus: & quod habetur in l. quod conclud. ff. de damn. inf. ex. g. enim semper tanquam regalia, & vt camera faciebatur. Illud etiam me mouet, quod in legato Cotoniæ testator constituit fideicommissum, ita, vt altero decedente sine liberis, alter succedat, quod fideicommissum nõ potest commode intelligi respectu istius salis, & taxæ, cum fiscus habeat ius luendi, nec in pecunia obla. verificantur verba fideicommissi, vt dicit Paul. de Castr. consil. cclxxviii. in fin. j. dec. Neap. in nouis. nu. cxciii. & p. Bar. in l. i. ff. de distr. pig. & facit l. prædis. in prin. de leg. 3. sicut ergo respectu oneris non comprehenditur hoc ius, ita nec debet comprehenditur respectu honoris, vt censetur ipsi relictum. arg. l. secundum naturam. ff. de regu. iur. magis ergo consensum est, vt tali legato solû comprehendatur ius perpetuum, nõ autem quod iure luitionis temporale effici possit. l. vxorem. ff. legauerat. ff. de leg. 3. l. chorus. in fin. eod. tit. Dec. cccclxxij. Et hoc etiam indicant verba testamenti, quæ loquuntur de intribus iudicis bonis, quæ dicitio. in ad ea referatur. q. intrinsecus respectu bonorum inhaerent, non autem potest referri ad facultatē cogendi personarum, q. nullo modo coheret rei. d. l. qui habebat. ff. j. ff. de leg. 3. d. l. vxorem. ff. item quæsum est. ff. eod. tit. & d. l. prædis. non omitto etiam, quod istud ius salis, & taxarum est de regalibus, & referuatis principi ca. j. quæ sunt reg. in vñ. feud. verb. & salinarum. & ideo per decreta huius statuti in gñl. alienatione, quibuscumq; verbis concepta, non comprehendetur, vt meritò idem dicendum sit in hoc emptore, qui est constitutus procurator in rem suam à fisco, vt in hoc videtur imitari ius auctoris sui arg. l. Pomponius. ff. cum quis. vbi Iaf. ff. de acqu. poss. & quod no. Raph. Com. consil. clxxj. Pau. Cast. consil. lxxij. quod dicitur redditus in. j. vñ. Item quod tale ius salis & equorum non comprædatur in legato, probatur p. doct. Bar. post Di. in l. inter eos. ff. de acqu. rer. do. vbi j. venditor castro. dicit transire iurisdictioem, coheretem territorio. l. j. cum vrbem. vbi omnes no. ff. de off. præf. vr. non autem si coheret personæ vendentis, & ita tenent communiter doct. Imo. Alex. Mod. in l. j. in prin. ff. de ac. poss. Car. Paris. consil. 20. in j. vnde sequitur secundum eos in d. l. j. quod si dominus castri legauit castrum cû pertinentijs, non comprehenduntur possessiones, quas ibi habet, tanquam priuatus non tanquam dominus castri, sequitur Iaf. l. si. ff. de cons. pri. Cur. in cons. clviij. & facit & no. Bal. in l. a procuratore. C. mand. vbi si quis j. legat possessiones, quas habet in tali territorio cum omnibus iuribus, quæ ibi habet, non tamen intelligitur de domibus,

in quibus percipitur pedagium, quæ hæ videntur esse diuersæ naturæ à possessionibus, cum ius pedagij sit vctigal, pertinet ad incorporalia, sequitur Alex. & Iaf. in d. l. 3. & idem sentit Bal. consil. 245. in l. j. & Bal. in c. j. de ca. qui cur. vend. in vñ. seu. vbi loquitur in concessione principis, quæ etiam latius accipitur, quam legatum. & idem sentit Lud. Rom. consil. 444. secundum quas decisiones intelligendû est, q. no. Are. consil. 15. j. dub. Cor. cõf. 321. in 4. Ale. 40. in v. Soc. 47. in Rui. 84. in j. Er. s. scripta sententia iudicio meo reddidit clarissima ex verbis legati dũ dicitur. Et quæcumq; alia bona, qualiacumq; sint iuris ipsius testatoris sita, iacentia & que reperiantur in dictis locis, & c. illa enim dicitio sita iacentia, & c. indicant non comprehendendi, nisi iura realia non aut coherentia personæ, & q. non circum scribuntur loco. l. Caius. ff. de leg. 2. l. si fideicommissum. ff. tractatum. ff. de iud. l. f. C. de præscr. longi temp. Bal. cõf. c. ij. in secundum dubio. in j. volu. Angel. clxxix. Iaf. in l. stipulatio hoc modo concepta. in fi. de ver. obl. & consil. lxxxix. in 2. & Cur. Inn. consil. cix. cum similib. Et istud fundamentum in ducio nõ sufficiat ad victoriam causæ, quia illa verba sita, & iacentia restringunt generalitatem præcedentem, vt per doct. præll. & probatur in d. l. e. qui habebat. in pri. vbi erant verba non minus ampla, & generalia, quam in casu nostro & tamen non veniunt in legato bona, ad quæ testator iure crediti habebat actionem personalem, & ius pignoris, multò minus in casu nostro in quo ad sal, & taxam testator non habuit aliquam actionem realem nec personalem, sed solum officium iudicis, quo compellantur rustici ad munera lubeunda. l. pupillus. ff. munus. ff. de verb. sig. & c. si uocauerit in locum fisci non habet aliam actionem, quàm fiscus, id est, officium iudicis. l. inuitus. ff. plerunq; ff. de reg. iur. l. dolia. ff. j. de contrah. emp. Et ista opinio in ambiguis est tenenda, tũ quia concordat regulæ, quæ habet, quod t. semper faciendâ interpretatio, vt testator minus grauet hæredem aduersus legatarium. l. vnum ex familia. ff. si rem. ff. de leg. 3. Lud. Ro. l. plures. ff. de dam. infect. tũ quia concordat etiam naturæ, vt testator videatur plus fauisse proprijs filijs, quam filijs fratrum, secundum l. scripto. ff. vnde lib. l. maximum. C. de lib. præter. tum etiam, quia concordat cõsuetudini: quæ vt intelligo hætenus filijs exegit hos redditus æqualiter tã de terra Cotoniæ, quam de reliquis terris, prout empti fuerant à patre, vnde facillè nihil est mutandum, ff. commodum. in fi. de interd. Nec obstat, quæ in contrariû adducuntur. Et in primis dum in legato dicitur legari iura locorum Cotoniæ, & c. quæ j. verba sunt superflua, debent intelligi de iure exigendi istud, sal & taxas. per l. si qñ. ff. de leg. j. vnde comprehenduntur etiam ista, quamuis sint de regalibus, secundum Iaf. consil. 45. in j. Respondeo satis, & super ex scriptis constat, q. salis exactio, & taxarum non sunt iura locorum Cotoniæ, sed exactio quæ fit contra personas, vnde verba non verificantur, nec est verû, q. nisi ita intelligantur, q. sint superflua imò possunt intelligi propriè, & multû operabuntur, cum possint intelligi de iure reali, & sic dominio, q. est ius. l. si quis vi. ff. differentia. vbi Bar. de acq. possel. & de j. possessione q. quidẽ, & ipsa est iuris, secundum eius diffinitionem positum per Bartol. in l. j. in princip. ff. de acqu. possel. per lege. possessio quoque. ff. eo. titu. & de seruitutibus j. realibus, quæ etiam ipse sunt iuris, vt habetur in fi. de reb. corpõ. in fin. & de ser. rust. præd. & dicuntur iura prædiorum, secundum Bartol. l. j. in fi. de iuris. omn. iud. seu quòd idem est iura locorum. l. locus. ff. de verb. sig. & de bonitate, & amplitudine prædiorum, iuxta tex. in l. quid aliud. ff. de verb. sig. de quo per Alexand. consilio xv. in 2. & exemptiones, seu iura immunitatû, de quib. ita leg. p. tim. & toto titu. ff. de iure immun. & hypothecæ in bonis debitorum secundum dict. leg. qui habebat in prin. de leg. 3. potest etiam intelligi de intrib. melioramentorum, & prærogationibus seu fortis rusticorum, vt in alio capitulo se declarat, nulla ergo est ratio cur intelligemus de iure exigendi ista munera, quæ debentur officio iudicis tantum dict. leg. pupillus. ff. manus. &

quæ non sunt iura loci, sed personarum, quæ passivè ta-
 19 l' munerì subijciuntur, unde non videtur à proprietate
 verborum recedendum. Rursus non obstat, dum dicitur,
 quod illa clausula sita & iacencia, vt contra reperitur
 in dictis locis, refertur tantum ad clausulam immedie
 præcedentè, *Quæcumque alia bona qualiacunque sint, &c.*
 Respondeo est, quod istud sit verum, apparet, quod ex
 vi istorum verborum non compræhenditur sal, vel taxæ:
 ergo remanent hæredi, cum non sint extracta de hæreditate,
 & alteri legata, & sicut dictio *Sita & iacencia*, ad istud
 ius non refertur, ita nec dictio *Quæcumque alia bona*
 qualiacunque, &c. Sequitur ergo, quod istæ taxæ, &
 sal non compræhenduntur verbis legati, non per illa
 verba, *Iura locorum Coronæ*, vt supra dixi, non per ista,
Quæcumque alia bona qualiacunque, &c. minusque per alia
 20 in alio legato, cum dependentibus, emergentibus & annexis:
 quia etiam ista habent eandem restrictionem, *Vbicunque*
 sint, & sita esse reperiantur. Istæ enim taxæ, & exacti o
 salis nusquam est sita sed consistit in mero iure personali
 21 & ideo talis clausula tantum quantums generalis, restringitur
 secundum suum principale. d. l. prædijs. in principi. vbi
 Bart. de leg. 3. Minusque obstat quod istud ius exigendi
 sal, & taxas, possit dicius loci Cotonæ, duplici respectu.
 22 Primò, quia est impositum habitantibus dicti loci, unde
 videtur accipiendum continens pro contento. gloss. leg. solent. ff. de off. procon. & leg. Secundo,
 quia cum sit quodam creditum erga illos homines. videtur
 istud nomen esse dijudicandum secundum locum vbi
 existitur, secundum Lap. alleg. xci. ad fi. quem refert &
 sequitur Alexand. consilio xv. in fin. in j. quia talis
 23 tolet esse nature annuere dicitur, secundum Aretin. consilio x.
 Sed ad ista non est difficilis responsio: nam quod continens
 24 capiat pro contento, non est ex proprietate sermonis,
 sed per improprietatem sermonis, & figuram vt dicit
 glossam. in dict. lege, solent. in legatis autem fit inter
 pretatio secundum proprietatem. lege. non aliter. l. ille
 aut ille. ff. cum in verbis. ff. de leg. 3. & nomina iudicantibus
 secundum locum, vbi exigenda sunt, quando omnino aut
 mobilibus, aut immobilibus applicari debet, secus si ex
 se ipsis iudicantur: quia tunc consistunt tertiam speciem
 secundum Dyn. & doctor. in lege. potest. ff. de aucto. tur.
 Iaso. post alios in lege, à diuo. ff. in vendit. ff. de reiud.
 & ista interpretatio. quod iura sint species separata, est
 25 secundum proprietatem sermonis, aliq. verò secundum improprietatem
 per regulam, & qui actionem habet, rem ipsam habere
 videtur. l. qui actionem. de regu. iur. & dicti. dict. lege,
 mouentium. Nec rursus obstat, quod testator vltus sit
 verbis valde prægnantibus, & quod nulla ratio concludens
 assignari possit, cur magis aliâs iura, quam ista legare
 voluerit, vt in simili per Raph. d. consilio clxij. respondeo
 quod licet verba videantur generalia, tamen habent conuictam
 restrictionem vbiunque sita sint, quæ non possunt applicari
 huic exactiioni, vt supra est dictum & ratio cur noluerit
 hæc legare est in promptu, cum enim vno contractu testator
 emerit sal, & taxas non solum Cotonæ, sed etiam aliarum
 terrarum, & clarum sit respectu aliarum terrarum, ius illud
 ad hæredem pertinere, noluit istud ius, quod ad Cotonien-
 ses attinet, separari, vt sicut eodem contractu fuerat à se
 acquisitum, & à semper exactum, ita etiam per hæredem
 exigatur, non autem per legatarios inuilliter, quæ ratio
 cessat in casu Rapha. Com. Quamuis etiam ille casus sit
 valde dissimilis: quia nec loquimur in legato, factò in
 testamento, in quo non compræhenditur, nisi quod vi
 verborum expressum apparet: quia superest hæres ad quem
 res pertinet, &c. Vltimò non obstat clausula, *Cum dependentibus, emergentibus, & con-*
nexis ipsis bonis vbiunque sint, & sita esse reperiantur, &c.
 Respondeo primò, quod cum hanc clausulam poluerit in alio
 legato, apparet aliter sensisse in eo, de quo agitur, alioquin
 sciuisset etiam ibi apponere. leg. unica. ff. in autem ad
 deficientis. Cod. de cad. toll. per quem

textum limitatur reg. l. qui filibus. ff. de leg. j. secundum
 Ioann. de Ana. consilio xxxij. Anch. cxx. Alexand. consilio
 xxxvij. in v. xvij. maxime quando talis clausula est
 in oratione separata. Curt. Sen. consilio lxij. Rubens
 consilio lxxj. cum concord. per Huber. in repet. l. fin. Cod.
 de edicti. di Adri. toll. Secundo respondeo quod dicta
 clausula restringitur per sequentia vbiunque sint, & sita
 esse reperiantur, de qua supra dixi. Tertio respondeo, quod
 istud ius salis, & taxæ non est dependens, nec emergens,
 nec connexum bonis, prout in simili declaratur in consil.
 Signorelli, & Castell. impresso ad finem tract. maleficiorum
 Angel. quod quotidie in collegio nostro Mediol. seruatur in
 practico & ideo vltius me non extendo, saluo semper saniore
 iudicio.

CONS. XLVI. SVMMAE.

- 1 Substitutione irrita intestato succedit.
- 2 Licet in testamentis mens testatoris plurimum dominetur, tamen hoc intelligitur, dummodo sit expressa per verba.
- 3 Mens ipsa non potest rectè percipi, nisi ex verbis, aliâs facile deciperemur in coniectura mentis, ideo à verbis non est recedendum.
- 4 Ad inducendum fideicommissum, non sufficit coniecturata mens testatoris.
- 5 A significatione verborum, non aliter recedendum est, quam cum manifesta est mens testatoris, unde cessantibus verbis fideicommissi, nunquam dicimus subesse fideicommissum.
- 6 Fideicommissum est onus.
- 7 Semper fit interpretatio, ne hæres sit grauatus.
- 8 Fideicommissi ademptio fauorabilis est, quia datio est odiosa.
- 9 In legatis, & fideicommissis quod minimum est sequimur.
- 10 In fideicommissis onus filijs iniunctum ad nepotes non pertinet.
- 11 Conditione voluntaria per equipollens adimpleri non potest.
- 12 Libertas relicta finito vsufructu, non debetur si vsufructus non cepit.
- 13 Sicut linea apud Geometras est longitudo absque latitudine, cuius extrema sunt duo puncta, ita per metaphoram dicimus lineam in arbore consanguinitatis, quæ ab vno ad alium per quosdam gradus protenditur.
- 14 Lineam margaritarum dicimus, quæ constat ex pluribus margaritis.
- 15 Lineam literarum dicimus, quæ constat ex pluribus elementis.
- 16 Vbi vnus tantum adfuit, non potest dici fuisse linea, cum desit extremitas.
- 17 Linea quandoque accipitur contentiue vt principium quoque lineæ compræhendatur.
- 18 Improprietas est appellare totum residuum.
- 19 Quandoque residui appellatio ad totum trahitur.
- 20 Error Notarij obesse non debet.
- 21 Non potest testator post primi hæredis mortem alium vocare directo sed per fideicommissum tantum.
- 22 Testator si vsus fuisse verbis civilibus, & directis, voluisset que commissarios esse hæredes, non potuisset hoc facere.
- 23 Casus finitæ lineæ non potest trahi ad eum, qui nunquam cepit.
- 24 Conditiio finitæ lineæ, non trahitur ad casum, quando non incept.
- 25 Illud quod pro non scripto est, non transit ad substitutum.

TESTAMENTO do. Iob. Faentini viso. in quo hæredes instituitur Dionysio ei substituit filios ipsius masculos, & descendentes in infinitum, cum prohibitione tamen, alienationis, & onere alendi, & dotandi feminas, prout in eo latius continetur. Finita verò linea masculina Dionysij, eodem modo feminas, quæ superessent, voluit alii, & dotari sumptibus hæreditatis, prouidit que viduis vt in eo

ari sumptibus hæreditatis, prouidit que viduis vt in eo habetur, A
 subijctis. Residuum vero fructu quod supererit in infinitum ex
 re dicitur hæreditatis finita linea masculina, voluit distri-
 bui per commissarios, &c. Dubitatur, mortuo Dionysio, ante
 pubertatem, an sit locus successioni ab intestato, an vero
 casus substitutionis in fauorem commissariorum, seu
 1 pig causæ euenierit? Quo in articulo, re diligenter cõsi-
 derata, dico euanuisse substitutionem, & locum esse suc-
 cessioni ab intestato, vt parentes, & fratres Dionysij ad-
 mittantur, secundum auth. defuncto. C. ad senatusc. Tertul.
 2 Præmitto, quod licet testamentis mens testatoris pluri-
 mum dominetur, tamè hoc intelligitur dummodo sit
 expressa per verba. l. quidam cū filium. ff. de hæred. inst.
 3 vbi Bal. & Imo. & qm̄ ipsa nō potest rectè percipi, nisi ex
 verbis, aliâs facile deciperemur in cõiectura mentis: ideo nō
 est à verbis recedendum, secundum Bald. l. precib. C. de
 4 impub. & alijs substitut. vers. dixi ergo. alibi Bald. in l. cū
 virum. C. de fideicom. dicitur ad inducendam fideicom-
 missum, non sufficere cõiecturam mentem testatoris:
 quod dicitur in l. potest. de vulg. ff. intelligit. nisi cõiectura
 sit necessaria, & valde probabilis ex verbis testatoris, &
 5 ideo lex ait nō aliter à significatione verborum recedē-
 dum, quàm cum manifesta est mens testatoris: unde cessan-
 tibus verbis fideicommissi, nunquam dicimus subesse
 fideicommissum. l. Lucius. ff. tres hæredes. in verb. an vn-
 6 ciam hæreditatis. ff. ad Treb. vbi Iac. Di. Alb. & cum fidei-
 commissum sit onus. l. cohæredi. ff. cū filiæ. de vulg. in
 7 dubio pronūtiamus nō subesse: quia semper fit interpreta-
 tio, ne hæres sit grauatus. l. vnus ex familia. ff. si rem.
 8 de leg. 2. unde & alibi dicitur fideicommissi ademptio-
 nem fauorabilem esse: quia datio est odiosa. l. si fuerit vbi
 9 Pau. de Cast. & Soçi. v notab. de reb. dub. & alibi traditur
 regula, quod in legatis, & fideicommissis semper quod
 minimum est, sequimur. l. nummis. de leg. iij. l. apud Iul.
 10 f. cio. de leg. j. Lu. Ro. l. plures. de dam. inf. Dec. l. in testa.
 de reg. iur. & istud maxime debet habere locum, quādo
 fideicommissum imponeretur filio: nō enim verisimile
 est, voluisse patrem filium onerare, nisi quatenus verba
 11 expresse hoc in ferat, vnde in fideicommissis onus filijs
 iniunctum, ad nepotes non pertinet, secundum Dec.
 cõsil. cccvij. cū cõcord. sicut nec in prohibitione aliena-
 12 tionis. gl. ff. nos igitur. in auth. de restit. fideicom. quam-
 uis filiorū, aliâs appellatio veniat nepotes. l. iusta. ff. de
 verb. signific. His præmissis dico nullo modo euenisse
 casum, quo executores quicquā petere possint, ideoq; fidei-
 13 cõditionem voluntariā per equipollens adimpleri non
 posse. l. commo disimè. de lib. & posth. l. si cum dotē sol.
 matr. Bart. l. Gallus. ff. & quid si tantū. de lib. & posth. vo-
 catur enim, finita linea masculina ipsius Dionysij, vt res-
 14 duū fructuum distribuunt. Dico ergo in primis, quod
 mortuo Dionysio ante pubertatem, nō dicitur finita linea,
 & fideicommissum datū finita aliqua re nō debetur, si
 res nō capit per casum. l. Titio vsufr. & ibi Pau. Cast. ff.
 15 de cond. & demõst. vbi libertas relicta finito vsufructu,
 nō debetur, si vsufructus nō cepit, quamuis eū tractetur
 de fauore libertatis, & mens testatoris suaderet
 16 deberi: quia tum verba illa, si pertinere desisset hunc casum non
 continent. respondit iuriscõsultus euanuisse fideicommissum,
 & declarati Iac. Di. Ray. Alb. Raph. Imol. cum eū
 17 Dionysius sine filijs, & impubes sit mortuus, non dicitur
 vnquam in eo fuisse linea masculina: quia sicut fidei-
 18 linea apud Geometras est longitudo absque latitudine, cuius
 extrema sunt duo puncta, ita per metaphoram dicimus,
 lineam in arbore consanguinitatis, quæ ab vno ad alium
 per quosdam gradus protenditur. l. iurisc. ff. sunt & ex la-
 19 teribus. ff. de gra. vnde sunt dictæ lineæ ascendentiū,
 descendentiū, transuersaliū & per Io. And. & alios in
 20 lectura arboris, quo exemplo dicimus etiam fidei-
 margaritarum, quæ constat ex pluribus margaritis. l. li-
 21 neam. ff. ad leg. Falc. l. fin. in fin. de auro & arg. leg. fidei-
 seu versus literarū, quæ constat pluribus elementis. ff. &
 22 aurea. in proem. Digest. sicut ergo in numero lineari nō
 est vnitas, vt inquit Bocetius l. i. auth. methicæ. cap. v. & est
 Consil. Andr. Alciati.

gl. in l. si qs ante. ff. fin. ff. de acq. poss. & ibi per Dyn. ita vbi
 vnus tantum adfuit, non potest dici fuisse linea, cū desit ex-
 19 tremitas. Et aliud est Dionysius, aliud linea masculina
 Dionysij, sicut aliud est, stipes, aliud rami stipitis, aliud ge-
 nitor, aliud generatum. argumen. cap. fina. extra de insti-
 tu. meritò ergo substitutio iuris facta non trahitur ad ali-
 20 ud. Et licet quandoque linea accipitur contentiue, id
 est, vt principium quoque lineæ compræhendatur. argum.
 l. familiae. de verb. sign. & quod not. Iac. in d. l. si quis an-
 te. & per mod. in l. Gallus. ff. nūc de lege. de lib. & posth.
 tamen hoc est verum vbi iam linea in esse deducta sit, quia
 & ipse primus compræhenditur, sed si nulla sit linea: quia
 nullæ aliæ personæ fuerint præter primum, tunc nullo
 modo primus appellatione lineæ cõtinetur: sicut nec pū-
 ctus, nec vna margarita, nec vna litera, in supra scriptis
 21 exemplis: nisi tamen in casu, quo constaret testator em-
 ita per errorem appellasse, mēs q; esset certa, secundum l.
 non ideo minus. C. de hæred. in l. vbi Cy. Bal. Cor. & cæteri.
 de quo errore in casu nostro non constat. Imo nec alia ver-
 ba testatoris conueniunt fideic. si enim testator vocasset
 commissarios in hunc casum nō debuisset dicere, se vocare
 ad residuum fructuum, sed ad totam hæreditatem. ma-
 xima enim est improprietas, vt appellatione fructuū, qui
 singulis annis percipiuntur, intelligamus totam hæredita-
 22 tem, quæ non in re annua, sed vt quodam iure consistit.
 l. nihil aliud. de verb. sign. l. fun. Treb. de vsufr. leg. Rursus
 etiam nō modica est improprietas, vt residuū appella-
 23 rit id quod est totum. l. ite quod. ff. sed si. qui n. ff. de hæ-
 24 rit. Paul. de Cast. l. cum stip. ff. de verb. obl. & licet quan-
 doque residui appellatio ad totum trahatur. l. ij. C. de her.
 25 inst. illud non est ex proprietate sermonis, à qua in dubio
 non est recedendum, sed ex necessitate, ne quis videatur
 pro parte duntaxat esse testatus, vt declarant doc. in d. l.
 2 & ego dixi in l. potest. ff. de verb. sign. In casu autem no-
 stro nulla subest necessitas, cur tot improprietates facia-
 mus, cum omnino hæredes illi futuri sint, venientes ab
 intestato, vt j. videbimus. Nec quicquam refert, quod tes-
 tator nō grauauerit venientes ab intestato ipsi Dion. sed
 mandauerit executorib. quia nō ideo censetur extinxisse
 26 ius legitimarum, seu hæredum. l. alio. de alim. lo. Nec
 supra scriptis obstat illa verba, quibus videtur testator sub-
 stituisse in casum, quo Dion. decederet in pupillari ætate, vel
 27 quandoq; decederet sine filijs masculis, &c. Respondeo cum
 in eum casum testator vocat foeminas ad alimenta, al-
 terum de duobus necessariò est dicendum, aut quod existi-
 timauerit testator eum, qui in pupillari ætate est, posse filias
 foeminas suscipere, supplete malitia etatem. c. de il-
 28 lis. de desp. imp. & est gl. xx. quæst. j. in summa. tradit Ale.
 & Iac. in l. Cent. de vulg. aut quod notarius illam clausu-
 lam per errorem appoluerit, qui in formularijs legerat
 eam poni, quando pater filio pupillo substituit, & ipse edidit
 29 idem esse si extraneus hoc faciat, cum constet substitutio-
 nem pupillarem extraneo fieri nō posse. l. de vulg. ff. quod
 30 error notarij satis ex lectura testamēt. etiam in alijs
 locis depræhenditur: ideo non debet obesse. l. Imp. ff. de
 31 statu. ho. & si huiusmodi clausule notariorum non argu-
 unt mentem defuncti talē esse, secundum Bart. in l. j. ff. de
 32 iu. cod. Bald. l. quot. C. de hæred. inst. Fr. Curt. cõsil. lxxvj. cū
 simil. multo minus ista debet arguere, quæ manifestum
 errorem arguit: maxime cum imperitia notarij in eo tes-
 33 tamēto multis in locis sit euidentissima. Illud nō omit-
 to, etiam si diceremus commissarios ipsos propria causa
 admitti ad substitutionē debere, nō tñ esse dubitandum,
 quod iure directo, & tanquā hæredes admitti nequeūt,
 cum eū sint vocati post mortem Dion. f. non potest testator
 34 post primi hæredis mortē alium vocare directo, sed per
 fideic. tantū. l. ver. ff. de vulg. l. post aditam. C. de impub.
 nisi sit miles, secundum l. Cent. de vulg. quia iura directæ
 35 semel affixa o sibi, primi hæredis, nō possunt in substituti-
 onē, nisi p fideicom. trāsferri, & istud procedit etiam si sub-
 stituta sit ecclesia, secundum Bal. in l. j. vers. vij. incidenter.
 C. de sac. san. eccl. Cal. consil. xi. de test. Iac. Pol. Mod. in
 d. l. Cent. facit. l. generali. C. de sac. sa. eccl. ibi omni alia ius
 ff

sufficiunt probandae donationi. ut habetur in l. ex hac scriptura. l. nudatio. l. seq. ff. de do.

CONSIL. XLVIII. SVMMAE.

- 1 Prefatio testatoris facta in testamento, quod intentio sua erat quod omnia, & singula bona sua hereditatis subiacerent fideicommissio de gradu in gradu, declarat enixam mentem testatoris respectu fideicommissi subsequentis.
2 Verba omnia & singula habent vim geminationis, & stant non solum collectiue, sed etiam distributiue.
3 Pater non potuit grauare filium in legitima per fideicommissum, nec aliter, imo tale onus ipso iure censetur sublatum.
4 Favor filij est habere potius totam hereditatem cum onere fideicommissi, quam tertiam tantum, id est, legitimam sine alio quo onere.
5 Si testator instituit filio prohibuerit alienationem vsq; ad 30. annos, sub pena hereditatis ad hospitale transferenda locus erit pœnae, si vel vsque ad legitimam tantum alienauerit.
6 Nullo facto inuentario, nulla deduci potest Trebellianica.
7 Per non confessionem inuentarii, non perditur legitima iure naturae debita.
8 Lex praesumit contra non conscientem inuentarium.
9 In fauorem fideicommissarii regulariter non deducitur falcidia contra legatarios, sed fallit, quando alia esset mens testantis.
10 Fructus non dicuntur bona, sed nati ex bonis hereditatis.

TESTAMENTI spectabilis d. Petri Antonij de Syluestris visis verbis, & consilio clarissimi iuricons. d. Ludouici, visa est mihi eius sententia valde probabilis, & consona menti testatoris: & ideo de iure tenenda. Et praemitto, quod testator in princ. instituit, & sic in cap. testamenti posuit praefationem, quod intentionis suae erat quod omnia, & singula bona suae hereditatis subiacerent fideicommissio, & de gradu in gradum, &c. quae clausula in prin. posita, declarat enixam mentem ipsius testatoris, respectu subleuatis fideicommissi. l. talis scriptura. vbi doct. ff. de leg. u. l. si ita scriptum. vbi sal. in xj. eod. tit. l. qui quis vbi Bar. per illum tex. ff. de leg. 3. cu similibus. vnde apparet, quod mens testatoris fuit, ut nihil omnino deduceretur de fideicommissio, quod ostenditur ex illis verbis, & omnia & singula, quae habent vim geminationis, & stant non solum collectiue, sed etiam distributiue, ut quaelibet res quauis particularis, censetur subijcere fideicommissio, nec possit de eo deduci: quia talis est virtus generalitatis illorum verborum per Alex. consilio u7. in l. allegat. tex. in l. iul. in princ. de leg. 1. in l. pediculis. f. Labeo. ff. de auro & arg. leg. 2. q. no. Bar. i. l. generali. f. vxori. ff. de usufru. leg. facit quod not. Ang. cons. cxxxix. dicta venditio. & Rom. cons. 43. ex supra narrato in 3. dub. & per Ale. cons. xlvij. in 3. vol. Cu ergo ex istis verbis satis appareat, quod mens testatoris erat, ut singula bona essent sub fideicommissio. Quod etiam ostendit ex prohibitione alienationis verbis praegnantibus facta, sequitur ut fideicommissum non recipiat aliquam diminutionem, propter mentem ipsius, quae totum facit: potest autem circa hoc probabiliter dubitari, trib. casibus, de quibus particulariter est videndum. Primus est respectu legitimae, quae iure naturae debebatur d. Hieronymo filio, in qua non videretur, quod mens ipsius testatoris debeat attendi: quia non potuit pater grauare filium in legitima, per fideicommissum, nec aliter imo tale onus ipso iure censetur sublatum. scimus. f. cu aut. C. de inoff. test. Sed tñ in casu nostro contrarium videtur verius. cu enim eu vniuersale haereditate instituerit, & longe plus ei reliquerit, quam legitima esset, ad eod. non obstant tali onere, bona longe plus quam legitima esset, potuisset vdi, etia considerato dubio educto, secundum l. j. f. si heres percepto. ff. ad Treb. non videretur, quod filius potuerit conueniunt tanquam grauatus in legitima: quia favor ipsius est habere potius totam hereditatem cu illo onere, quam tertiam tantum, id est legitimam sine aliquo onere, put sentit gl. in f. prohibe-

mus. in auth. de trio. & semis. vbi Ange. que refert & sequitur d. Ambr. Op. in rep. l. filiusfam. & diu. ff. de lega. 1. & p hac opinione etia facit quod cofuluit Pau. de Cast. cons. cxxxij. visis & consideratis. in antiquis: alia est cons. lxxvij. in j. vbi si testator instituit filio, prohibuerit alienationem vsq; ad xxx. annos, sub pena hereditatis, ad hospitale transferenda, locus erit pœnae, si vel vsq; ad legitimam tantum alienauerit, perinde ac si dixisset. Si filius legitimam alienauerit, relinquo caetera bona hospitali, & sequitur ibi Raphaela. & Opi. loco supra allegato. & facit similis decisio Raph. Com. cons. cxxxv. & cons. liij. de qua per Durantem in tra. art. test. tit. v. caut. xxxj. & subtiliter relatu est, per supra scriptum d. consultorem. Secundus est casus, de quarta Trebellianica, & iste videtur habere minus dubitationis, cu possit testator hac quartam prohibere, & eadem prohibuisse subijciendo omnia, & singula bona fideicommissio, propter vim dictorum verborum, ut est communis opinio doctorum in l. Cetero. ff. de vulg. & pup. quod maxime dicendum, stante prohibitione alienationis, quae impedit deductionem fieri ex senatusconsulto Trebell. f. si in auth. vt sp. lar. auth. sed in ea. vbi Bal. C. ad l. fal. Ro. cons. ccvii. Aret. xxxvij. in 2. cu similibus. Quod in casu nostro videtur certius, cu proponatur tñ esse factum aliquod inuentarium: quo casu nulla deduci potest Trebellianica, secundum Pet. Cyn. Bald. Saly. Fulg. & doct. in auth. sed cum testator. C. ad l. fal. & Dec. cons. cccclxxx. & cccxcv. & dictum est p d. consultorem. verum quia non potest negari, quin isti duo casus habeant in se aliqua difficultate, existimauerim operae pretium esse aliquid probare de rebus mobiliibus, & supellestili, & relictis in hereditate testatoris: ut talia omnia imputentur in legitimam haeredi, quia licet communis sit conclusio, quod tper non confessionem inuentarii perdatur legitima iure naturae debita. secundum gl. in d. auth. sed cu testator. & in auth. hoc amplius. C. de fideicommissio, & late disputat. Cor. in l. si f. si verò postquam. C. de iud. tamen est dubium, quod ista mobilia omnia imputantur ei in legitimam, nisi restituantur fideicommissario. glo. in auth. de restit. & ea, que facit in princip. verbo, alienare. l. ad l. filiusfam. f. diu. & in auth. res quae. C. ad l. fal. & cu flex praesumat contra istos, qui non fecerunt inuentarium. secundum tex. in f. sancimus. & f. si verò non fecerit inuentarium. in auth. de haered. & fal. & Cor. d. f. si verò postquam. vbi faretur praesumi quidem contra eos, sed non quantum sufficiat probatio coniecturalis, respectu quantitatis. vt no. in l. si in princip. ff. quod met. cau. Ro. ling. cxcvij. & plura exempla adduxit in regula praesump. verficu. xvj. Tertius est casus, quid iuris sit circa legata, facta in casu finita linea descendentium masculorum testatoris, & pbabilis est opinio supra scripti d. consultoris, quod si contingat fieri per supra scriptas deductiones fiat diminutio etia legato rum pro rata: sicut videmus quod quauis alias tñ fauore fideicommissarii non deducatur falcidia, contra legatarios. l. j. f. denique vbi omnes not. ff. ad Trebell. tam hoc non procedit, quando alia esset mens testatoris. l. liberto f. t. in fin. de an. le. l. maritum. in f. ad l. fal. p Ripam. d. f. denique. in f. Ergo idem in simili in casu nostro, vt propter mentem testatoris deducatur de legatis pro rata habito respectu ad id quod contra eius expectationem iure legitima, vel Trebellianicae de fideicommissio minueretur. argum. l. pen. ff. de iur. cod. & l. sed cum ea. eod. tit. & quae habentur in leg. cum pater. f. cu existimaret. per illum tex. ff. de lega. 2. Ego tamen illis supra scriptis addendum cetero, videri quandam contrarietatem subesse in verbis testatoris: si enim vult omnia, & singula bona sua subesse fideicommissio, quomodo poterit solui legato 100. ducatorum. aut enim vis dicere quod soluetur ex bonis hereditatis. & hoc non conuenit: quia singula non subessent fideicommissio, imo tali solutione libereretur a fideicommissio: leg. qui quadringentos. l. Marcellus. ff. ad Trebell. & testator quando voluit solutionem fieri ex bonis hereditatis hoc expressit, videlicet in legato filiarum d. Aurelij: quod non est tantae summae, vt euertat fideicommissum: vnde de apparet

de apparet se eis sensisse in alijs legatis maioribus argu. l. vni. f. sin autem ad deficientis. C. de cad. roll. aut vis dicere, quod soluat fideicommissarius ex sua pecunia. & hoc non est erendum, vt voluerit antea tantam pecuniam soluere, quam eam percepisset ex bonis hereditatis. leg. filiusfam. f. apud Marcellum. ff. de lega. 1. consequens est ergo, vt voluerit testator dicta legata solui de fructibus percipiendis ab ipso fideicommissario, semper stante firma proprietate, quae subiecta permaneat. dicto fideicommissio. vt est tex. in d. f. apud Marcellum. & ideo testator concepit verba, quod bona suae hereditatis subint fideicommissio. quae verba de proprietate intelliguntur, fructus enim ex quibus soluenda videntur legata, si sunt bona hereditatis, sed ex bonis nati dicuntur. leg. si Titius. vbi gl. & Bar. & Alexand. ff. ad Trebell. Et iste intellectus quadrat verbis, & menti testatoris.

CONSIL. XLIX. SVMMAE.

- 1 Additione hereditatis, confirmatur testamentum.
2 Legata & institutiones particulares ab additione vires habere incipiunt.
3 Filius familias iure civili testari non potest.
4 Filius familias codicillos facere non potest, etiam si pater in cuius potestate est expressam ei licentiam concedat.
5 Francigenae non habent filios in potestate.
6 Francigenarum filij possunt testari, & caetera omnia facere, quae his, qui iuris sunt permittuntur.
7 Rex est caput, & princeps omnis militiae.
8 Testamenta Regum non subijciuntur solennitatibus iuris civilis.
9 Qui compensat dicitur soluere.
10 Non praesumitur quod auus de suo dotauerit neptem alioquin dicitur, & a patre dotatam ad cuius officium hoc pertinet.
11 Non est verisimile auum voluisse inter neptes inaequalitatem inducere.
12 Quando quis dotem dat proprio nomine, censetur dotare de suo.
13 Dos loco legitime succedit.
14 Non leuis est praesumptio, quae ex qualitate bonorum oritur.
15 Diverstas summae arguit diuersitatem rei.
16 Compensatio fit inter eosdem debitores, & creditores.
17 Non potest quis alienum debitum compensare.
18 Vna praesumptio tollit aliam.
19 Lex praesumit dotem esse de bonis dotantis tantum.
20 Maritus non tenetur uxorem indotatam habere.
21 Succedens in Regno, debet teneri ad onera Regni.
22 Successio vim solutionis habet.
23 Contra dos cum sit contractus propter nuptias, videtur iisdem legibus subijci, quibus dos ipsa subijciuntur.
24 Contra dos quid sit.
25 Dotatium quid sit.

VTVO pro amore, & fraterna benivolentia, quamuis nulla possit esse lis, atque controuersia intra illustri. Reginae Mariam Hungaricam, & c. & Serenissimas maiestates fratrum suorum. Tamen non est inconueniens de iuribus ipsarum disputare, & quid ipsi illustri. Reginae debeatur, paucis disserere, vt Cels. maestas, deinde quod sibi aequum videatur, decernat, & q; omne pro admirabili sua sapientia diffiniat. Et in primis fundata est intentio ipsius Reginae ex testamenti patris verbis, quibus Rex Philippus dotem in ducentis millibus aureorum constituit a tempore nuptiarum annua bima trima die dandis. Quod testamentum Celsarea maestas additione hereditatis confirmauit, ad eod. vt legata, & institutiones particulares tali additione vires habere incipiant. l. si nemo. de reg. iur. Nec obstat si allegaretur, tale testamentum non valere raquam factum a filiofam. viuentis patre diu. memoriae Maximiliano Imperatoris. Clarum enim est iure civili filiumfam. testari non posse institui, quibus non est permis. fac. testa. in princ. l. qui in potestate ff. de testa. sicut nec codicillos facere, et si pater in cuius potestate est, expressam licentiam ei concedat. l. conficiuntur. f. codicilli. de iure codicil. Nam respondeo quod secundam consuetudinem regionum Burgundiae: haec patria potestas non attenditur. Et ideo dixit Accur. Francigenae non habere filios in potestate.

Gloss. f. ius autem inquit. de patr. pot. f. vnde sequitur vt tales possint testari, & caetera omnia facere, quae his, qui sui iuris sunt permittuntur. quod Bald. tradit. Bald. cap. i. f. de duob. fratr. in fi. & alij probarunt vt Alexa. leg. fin. C. qui testa. fac. pos. & certè in illis partibus filij postquam duxerunt uxores: vel annum xxv. attigerunt, censentur omnino a patria potestate liberati: & hoc maxime dicendum est in casu nostro, in quo Rex Philippus agebat separatim a patre suo, & ita semper egit toto tempore vitae suae: vnde satis praesumitur talis liberatio, & quaedam quasi emancipatio. quod Bald. respondit. Bald. leg. post mortem. de adopt. & leg. 1. C. de patria potest. Quod si valet testamentum a milite factum, propter milicum priuilegia, quauis milites in patris potestate sit. f. i. quibus non est permis. multo magis factum a Rege ipso, qui est caput, & princeps omnis militiae. l. i. f. i. de testam. milit. & ideo talia testamenta non subijciuntur solennitatibus iuris civilis. l. omnium. C. de testam. quod non semel Bald. tradit. Bald. cons. cccclvj. in vol. v. nec puto hac re subesse aliquam difficultatem: maxime cum praesupponatur Celsar. Maiestatem semper tale testamentum ratum habuisse. Maior est hesitatio, quia videtur illustri. Reginae Mariae ob stare exceptio solutionis: siquidem constat quod diu. memoriae do. Maximilianus Imperator auus suus paternus, quando eam tradidit nuptui Regi Ludouico Hungariae, constituit ei dotem cc. millium aureorum, & curauerit ei fieri donationem propter nuptias a Cero Rege Vladislao: & licet non numerauerit re ipsa dictam pecuniam, tamen cum tantandem sibi deberet Rex Vladislao, admisit compensacionem, quo casu qui compensat dicitur soluere. l. si periculum. f. i. de statulib. leg. amplius. rem rat. hab. Sed pro resolutione istius argumeti in primis videndum est. an per dictam constitutionem dotis factam ab auo paterno, sit sublata obligatio, legati in testamento paterno facti? & videretur sublata, quia tñ non praesumitur, quod auus de suo dotauerit neptem alioquin dicitur, & a patre dotatam, ad cuius officium hoc pertinuerit: videtur communiter receptum, quia l. fin. C. de dot. p. mis. in patre loquatur, non in auo. & licet aliqui dixerint idem in auo paterno esse. quod Iaco. Bartol. Bal. Saly. caeteri tradiderunt. l. cognouimus. in fin. C. de haeret. leg. v. f. si filius. ff. de iure dot. qui Accur. si dissentientis opinionem in auo materno duntaxat defendi posse existimant. Gl. d. leg. final. verbo intelligi. Tamen non loquitur quando pater ipse iam dotem assignauerat: quo casu nec maternus, nec paternus auus de suo dedisse credendum sunt, sua detur que haec in casu nostro: cum reliquae sorores solum dotem a patre constitutam habuerint, tñ nec est verisimile voluisse auum inaequalitatem inter eas inducere, quod Socin. tradidit leg. 1. sol. matr. arg. leg. cum pater. f. euisset. de leg. 2. Sed tamen supra scriptis non obstant. contraria opinio videtur verior, imò quod vno diuus Maximilianus voluerit nam aliter, quam de legato paterno dotare. Cum nusquam ipse auus dixerit se dotare tanquam administrator, vel tutor, sed potius proprio nomine fecerit: vnde de suo dedisse censendus est. l. 2. C. pro socio. & credendum potius ex officio auito promississe. l. pro festitia. i. in final. de iure dot. Maxime cum alias haec neptis nihil profusus ex auitis bonis consequeretur, quod est iniustum. Saltem enim ei legitima iure naturae in eius bonis deberetur. f. aliud quoque. in auth. vt cum de appellat. fin. cuius locum haec dos succederet. l. quoniam nouella. l. scimus. f. repletionem. C. de inoff. testa. Suadet etiam hoc qualitas dotis super bonis Austracis impostae, quae ipsius aui propria erant, non sup Burgundiae, aut Hispaniae ditionibus, quae ad patrem pertinebant, tñ leuis est praesumptio, quae ex qualitate bonorum oritur. arg. l. i. ff. de reb. dub. vbi not. Maxime cum equa litas summae non omnino concurrat: dos en ducentorum millium flor. Hungaricorum, est aliquanto maior dotem in testamento paterno relicta, vnde t diuersitas summae arguit diuersitatem rei. l. cum centum. de adim. leg. vbi doct. & in l. triticum. de verb. oblig. illud etia efficitur vi.

deur argumentum, quod si ex legato paterno voluisset eam auctore dotare, utique non potuisset pacisci, ut dos eius restitueretur in casu duntaxat, quo soluto morte viri matrimonio, ad secunda vota transire velle, imo in distincte debet hanc dotem a patre relicta, salua habere, etiam si ad secunda vota transire nolit, nec enim potuisset hanc legem bonis paternis auctore imponere. L. de die. l. seq. ff. de pac. dot. l. quamuis. C. de pac. conuen. Confirmaturque hanc sententia hac ratione: actum enim ab auctore est ut compensationi harum dotium mutuo esset locus, id est, ut dos illustrissimae Mariae praestanda Hungaro, compensaretur eius dote illustrissimae Annae danda Maximiliano: quod si ita est, oportet ut dicamus hanc dotem illustrissimae Mariae, ex bonis Maximiliani praestari, non ex legato paterno. Compensationem enim fit inter eosdem debitores, & creditores, id est, ut lex dicitur inter se. l. de copen. l. eius. C. de copen. At illustris Mariae creditrix non erat: quid enim ad eam pertinuit de dote Reginae Annae? necessarium ergo dicendum videtur, quod diuus Maximilianus de suo praemiserit dotem neptis Hungaro, & idem eius esset creditor, obdotem Reginae Annae, quam vel ipse vel Rex Ferdinandus erat ducturus, non enim potest quis alienum debitum compensare. si eum militi. in princ. l. in rem. ff. de compen. aded, ut nec pater, aut auctore possint obijcere compensationem de eo, quod ad filiam vel neptem pertinet, in ijs scilicet quae patri non quaeruntur, sicut aduenticia, vel dos, & similia. si cum filio. vbi docto. eod. tit. vnde quantum sit ad legatum paternum, non potest dici eius respectu esse inductam aliquam compensationem. Nec obstat quod glossa, & doct. dicta l. in glo. non ceteri auctore de suo dotare tradiderunt, quia cum status hie coniecturalis sit, plures praesumptiones sunt in contrarium, quae videntur efficaciores, & vna praesumptio alia tollit. L. diuus. de in integ. rest. l. cum de indebito. de probat. Nec ratio aequalitatis inter ipsas sorores est adeo efficax, vt tollat supra scriptas praesumptiones: quando quidem videmus etiam pater expressit se dotare de suis, & filiae bonis, tamen aduersus expressam mentionem bonorum filiae, flex praesumit de bonis dotantis tantum esse dote. Dicta l. in qua ratione alias profitendo, eam Socini sententiam non sum sequutus. Rursus videndum est, etiam si dicamus quod illustris Regina Maria praesumatur dotata de legato paterno, quod diuus ipse sit in dote repetitione. Et videretur quod cum ipsa Regina deberet soluere dotem marito. l. 3. vbi no. C. de dot. promiss. prout est regulare, cum maritus non teneatur uxorem in dotata habere. Bal. l. in C. de sent. quae sine certa quant. & diuus Maximilianus compescauerit pro ea dotem sibi debitam a Regina Anna, quae ipsa Maximilianus & consequenter Regina Romana Maestas, tanquam creditrix illustrissimae Mariae, potuerit a Caes. maestate exigere dictam pecuniam. Sicut enim si diuus Maximilianus soluit dotem Regi Hungariae, posset exigere a nepte. L. soluti. ff. soluta. ff. de pigno. actio. gl. d. l. h. cum militi. in princ. ita si copescauerit, quae (vt supra diximus) qui compensat, ceterum soluere. Sed tamen in casu nostro, puto aliud esse dicendum: supra scripta enim ratio procederet de plano, si Imperator Maximilianus iisdem legibus dote illa soluisset, quibus ex testamento paterno ipsi nepti ea dos debebatur. Sed cum copescauerit simpliciter, & solui casu repetitionis expresserit, quae ipsa velle ad secunda vota transire, non potuit conditione neptis facere deterioris: cum omnino dos sibi restituenda esset in casu soluti matrimonio morte viri, etiam si ad secunda vota nolle transire, & ideo debet ipsi Reginae salua esse repetitio simpliciter prout ex testamento paterno permittitur. L. licet. de iure dot. l. si quis accepto de condit. ob. caus. obligatio enim sibi est restituenda in eum casum, in quo erat ante acceptationem, vel compensationem factam. gl. l. si mulier. de condi. ca. da. ca. non seq. vnde de ei salua est actio aduersus Caesaris maestatem haeredem patris, si velit, vel etiam aduersus Regem Ferdinandum, qui cum successerit in Regno Hungariae, debet ad onera Regni teneri. l. haeredem. l. secundum. ff. de reg. iur. Nec cum adiuuat illa

allegatio, quod hoc modo uxorem duxerit indotatam cum enim eius debitor esset Rex Hungariae, cui ipse per uxorem successit, confusae sunt actiones, & successio uim solutionis habet. l. si debitori. l. vranus. ff. de fideiuss. At respectu Reginae Mariae, salua remanet illi sua actio ad repetitionem dotis, cuius conditionem non potuit auctore dotans, facere deteriorem, ut dixi. Postrema est haesitatio, si illustris, scilicet, Regina dotem hanc suam repetat, siue a Caesare, siue a Romana Regia Maestate, an nihilominus habere possit, quae sibi in contradote sunt a feo-ro, & deinde marito assignata. Et prima fronte videretur non posse: eum enim haec contra dos sit donatio propter nuptias, videtur iisdem legibus subijci, quibus ipsa subijciuntur. ff. aliud. in Auth. de aequalit. dot. & propter nupt. aded vt si solut. matrim. ipsam dotem repetat, etiam haeredes viri donationem reperant. gl. auth. dos data. C. de do. nat. ante nupt. & certe si haec proprie esset donatio propter nuptias, prout accipitur in iure, res esset satis clara. Tamen ego non arbitror, hanc contradotem esse talem donationem quae eo apparet, quae non est facta aequalibus partibus, prout requiritur in tali donatione, & quae talis donatio de sit esse in vlt. & p. contraria consuetudine est abolita, quod Sal. & alij doctores fatentur. d. auth. dos data. Sed potius videretur esse quaedam assignatio ad aliam, & ad statum ipsius Reginae honorandum, quale solebant veteres mestrui, aut annuum quiddam appellare, quod a marito uxori concedebatur. l. quidam. C. de pac. dot. l. si id quod. ff. de donat. inter vir. & vxor. Ego hanc assignationem, secundum statuta Regni Hungariae intelligendam arbitror, prout in statutis habetur. tit. x. vbi est quaedam donatio propter nuptias, quae appellatur dotalitium, & diffinitur esse merces foeminarum legitime coniugarum, quae propter deflorationem, & quod cubitum de bonis mariti iustitatis illorum exigentia datur, quod dotalitium mortua muliere ad eius proximiores deuoluatur, non aut ad haeredes mariti redit, nisi consistat tatum in usufructu: quod casu finito usufructu per mortem mulieris, consolidatur cu dominio. ff. finit. in sit. de usufr. & adde bonum. in leg. corruptionem. C. eod. tit. & ibi Bald. recenset lex modos, quibus finitur, perit, siue amittitur usufructus. post gl. ibi in verbo quibusdam. quae trestata enumerat. vnde apparet secundum mores Hungaricos hanc contradotem non ceteri proprie, secundum naturam donationis propter nuptias, vt capitur secundum eius communem, nec reuertit ad maritum, sed eius haeredes. Sicut in simili videmus etiam in donatione, quae simpliciter dicitur facta contemplatione matrimonij: non enim ideo censetur propter nuptias, nec secundum eius naturam iudicabitur: cum talia verba potius causam impulsuam, quam finalem respiciant, quod Old. c. 6. v. & Alex. c. 6. xiii. in col. in vlt. responderunt. Nec ab simile est, quod ex facto Pau. Cast. respondit cons. cccxlv. vbi non ceteri donationem propter nuptias, quam pater filio fecit adiecto, quod eam uxori donaret. vnde & in casu nostro arbitror idem esse, & saluum remanere illustrissimae Reginae usufructum, quamuis dotem suam repetierit. Et haec omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. L. SVMMAE.

- 1 *Conditio in vnum casum, non verificatur in alio.*
- 2 *In fidei commissis, quae sunt onus haeredi, casus omissus habetur pro omissio.*
- 3 *Fidei commissi casum ad alium extendi.*
- 4 *Reperiri dicitur quod est, & quidem probatum.*
- 5 *Paria sunt non esse, & non apparere.*
- 6 *Illud dicitur esse verum, non quod verum est, sed quod probatum est.*
- 7 *Propter manifestam mentem testatoris fit extensio de casu mortis ad casum non existentiae, vel incapacitatis.*
- 8 *L. Titio usus fructus, declar.*
- 9 *Quae nam probare debeant substituti, qui volunt admitti ad successionem.*
- 10 *Statutum loquens in personam, non ligat forenses.*
- 11 *Spem non nisi in casibus spectari.*
- 12 *In fidei commissis appellatione filiorum, non veniunt nepotes.*

In favorabilibus, quae tamen habent annexum onus, sicut testes appellatio filiorum ad nepotes non extenditur. Mulier nupta de iure communi, seruat forum originis. Forum originis est inamissibile. Dicitur vt supra refert se ad supra dicta. Natura dictionis similiter. Verba quandoque mediate accipiuntur, vt intentioni proferruntis deseruiant. Praesessor etiam dicitur, qui mediate praecedit. Verba per prius regulariter, & non per posterius accipiuntur. fallit tamen quando alia est mens testatoris. Dicitur decedentium quid. Qualitas adiecta verbo, licet regulariter intelligatur secundum tempus verbi, tamen hoc procedit, quando alijs verbis mens profertentis declaratur, quod intellexit etiam in futurum. En libus superioribus cum responderi de iure circa haereditate magnifici equitis de Vbertis, & in fauorem eius filiarum deciderim aliquot quaestiones, vt in consilio videri potest, ad quod remitto, quia quae ibi dixi, existimo pro veritate dicta esse. Nunc superuenit noua difficultas, de qua (vt in eo consilio dixi) tunc non fui requisitus, & quae non contra dictas filias, sed contra hospitem tendit, an in parte Vbertis forensibus, relicta admittenda sit d. Simona, an vero dictum hospitale. Verba fideicommissi sunt, si non reperitur masculi praefati de Vbertis, vel si decederent eorum descendentes masculi in infinitum, nullis relicti masculis, tunc & eo casu bona deveniant ad praefati testatoris filias praefatas vel eorum praemortuorum filios legitimos, & naturales & similiter ad filias filiorum praefati testatoris, & earum praemortuorum filios masculos non existente autem aliquo ex supra nominatis perveniant ad consortium, &c. Et cum d. Simona sit filia d. Ludouici filij testatoris, comprehenditur sub illis verbis, Et similiter ad filias filiorum praefati testatoris, &c. Prima ergo dubitatio est, an euenerit casus dicti fideicommissi, & prima fronte videretur, quod non: quia verba conditionis sunt, si non reperirentur, vel si decederent, &c. isti reperirentur, licet ex forma statuti Mantuani excludantur. vnde de conditio in vnum casum, non videretur in alio verificari iuxta regulam l. commo. d. i. ff. de lib. & post, & expressius in l. Titio usufructus. ff. de cond. & dem. & quia in fideicommissis (quae sunt omissi) de. coh. heredi. ff. cum filiae de valg. casus omissus non haberi pro omissio, vt in similitudo. Ang. con. de Ancha. consil. c. lxxvij. Sig. noro. Homod. conn. c. l. Ludouic. Rom. consil. 131. & 138. Io. de Ana. consil. lxxvj. Fulgositus consil. xix. Alex. 188. in 2. Soc. consil. c. lxx. & lxxvj. in 3. Dec. consil. 76. cum similib. Sed istud & similibus si obstatibus, puto in casu nostro contra riu, quia illa verba si non reperirentur, satis comprehendunt casum nostrum, si enim non reperiantur, qui succedant: quia exclusi a statuto tanquam forenses, siue quia non continentur iis verbis: si reperiri enim dicitur quod est, & quidem probatum. l. in. C. de mun. & hon. lib. 10. facit rex. in c. scribam. extra. de praesumpt. quia paria sunt non esse & non apparere. l. duo sunt. ff. de testam. tut. & quia illud dicitur esse verum, non quod verum est, sed quod probatum est xxx. q. vii. iudicantem. vbi Arch. per Bal. in rub. extra. de consil. & quia testator solet, vt iusto modo loquendi, &c. dixerit donec aliquis masculus reperiretur, & si obtrigere, quod non appareat, &c. vnde satis ostenditur sensus testatoris, quem ad modum accipiat ista verba. l. si seruus plurium. ff. de le. j. l. qui filibus. vbi doct. eo. lib. Er dato, quod ex vi verborum iste casus non comprehenditur, tamen t propter manifestam mentem testatoris fieret extensio de casu mortis ad casum non existentiae, vel incapacitatis per regulam. leg. Gallus. ff. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. idque non solum, quando conditio est necessaria, sed etiam voluntaria: quia voluntas testatoris totum facit. lege. haeredes mei. ff. cum ita. ff. ad Trebell. l. mulier in princip. ff. eod. titu. & quod no. Angel. de eo, qui tanquam incapax est exclusus in l. ij. Cod. de haere. in sit. docto. l. si antequam. ff. ad Syllan. & faciunt multae decisiones, cumulat per Mod.

in d. ff. & quid si tantum, quae referre non expedit, & per Alex. consil. c. xxx. in 2. & consil. c. in 4. Soc. l. ij. in j. Dec. 227. Card. Parisium consil. lxx. in 2. & lxxv. eod. lib. cum similib. Nec obstat tex. in t. d. l. Titio usufructus. quia ille textus simpliciter intellectus destrueret communes opiniones, secundum Imo. & Raph. ibi, & ideo ego intelligo conditionem illam, si ad eum pertinere desisset non adimpleri, quando nunquam incepit, quia debet testator libertatem sequo in praemium seruitutis praestata Titio usufructuario. vnde non debetur, si non fuit praestata seruus. l. seruus. ff. de statulib. & dicto casu non sit extensio: quia cessat mens testatoris, quod in casu nostro est contra. Secunda est dubitatio, quomodo t. exclusi isti Vberti Veneti ad hoc, vt sit locus substitutioni in primis dico, quod ad hoc, vt possint admitti, non sufficit, quod probetur se esse de Vbertis, sed requiritur, quod probent se esse de eadem progenie, de qua testator, & quod illi agnoscant per gradum aliquam, qui non sit ultra decimum de iure ciuili, secundum Dec. consil. c. cccxxj. Item oportet, quod sint capaces dictae successionis. quia iam facti ciues per priuilegium, vel alter cum aliquo sint exclusi a statuto Mantuae adeo, quod nec vlla eis estimatio debetur, vt alias late dixi in praesallegato consil. meo. Nec obstat, quod statutum loquatur in personam, vnde non ligat forenses. l. fin. ff. de iur. om. iud. Bar. l. j. C. de sum. Trin. quia imo loquitur in rem illis verbis, Nulla res possit alienari, & vitio in alienabili affecta, &c. Item testator ipse non erat forensis, vnde potuit alligari statuto: secus, forte si non fuisset ciuis subiectus statuto, vel clericus, vt loquitur Fran. de Ripa. consil. 2. titu. de constitutionibus. Non obstat, quod ibi Vberti possint effici ciues, & subire onera, & tali casu debeat admitti ad successionem, prout dicit praefatus de Ripa dicto consil. in 4. dubio, quia loquitur ipse, quantum sit respectu praedicti, quod heret communi, cui in penam dicta bona applicanda essent: ipse enim recuperat, si efficiatur ciuis. l. siue patronus. ff. de iure patro. Cin. Ang. Alex. Are. l. Gallus. ff. & quod si tantum. ff. de lib. & posth. sed quaestio nostra est respectu substitutionum, quae in eum casum sunt vocati illi enim praedicti dicere non potest: cum euenerit conditio, sub qua ipsi sunt vocati. l. j. ff. si filij. de lega. 3. vnde de talis ciuilitas non debet trahi in praedictum tertij. l. impuber. ff. de admin. tut. l. 2. ff. de merito. ff. ne quid in loco pub. Bal. consil. c. cccvij. in j. Raph. Com. consil. 84. circa medium. & sentit Petr. de Ancho. vbi las. in 7. no. ff. de le. j. sed si tempore, quo ius fideicommissi defertur, non sit habilis ad succedendum, ius deuoluatur sequenti, in gradu seu substituto, vbi amplius non potest admitti, ne talis ciuilitas in praedictum tertij tendat, vt supra dixi, & quae de hoc latius scripsi in allegato consil. non in isto hic amplius. Tertia est dubitatio, quae personae ad hoc fideicommissum cum ipsa do. Simona sint admittendae? & videtur, quod sola d. Simona debeant admitti cum filio Blancae sororis suae, tanquam fideicommissum proportionem filiarum testatoris sit eadum: quia testator vocat praefatas filias, vel earum praemortuorum filios. non extant aut filij, sed duntaxat nepotes, sicut fideicommissi aut appellatione filiorum, non veniunt nepotes secundum Bald. consil. c. cccvij. in 4. Lud. Ro. consil. 438. vlt. dub. Soc. c. iij. in 3. Ale. consil. in j. & consil. vj. in v. Cor. c. xcix. in 2. vbi dicit multos doct. Italiae consuluisse, & fecerunt hanc opinionem iudicatum fuisse, & Dec. consil. xc. vbi dicit

dicit quod hæc opinio isto casu non habet contra dicentem: cum enim fideicommissum sit onus respectu grati. succedit do. Bar. in l. liberorum, de verb. sig. quod etiam in fauorabilibus, que non habent annexum onus, sicut tutela appellatio filiorum ad nepotes non extenditur. l. quod si nepotes. in fi. de testam. rut. & quia de hoc diffusius scripsi in allegato consilio, ad ibi dicta remitto. vbi et ratio rationibus & auctoritatibus contradicenti. Quarta & vltima est dubitatio an d. Simona excludatur ab hac successione, quia nupta est extra iurisdictionem Mantuæ: & per longissimum tempus habet domicilium Ferrariæ, nec vnquam subijt aliqua munera in ciuitate Mantuæ. sed tamen ista non sufficit ad eam excludendam: quia de iure communi mulier nupta seruat forum originis, præterquam quod ad ea, per que distraheretur à feruijs mariti, quod ad cætera verò adhuc seruat forum patriæ. l. fin. §. ijdem rescripserunt. vbi Bartol. ff. ad municip. tradunt omnes in l. pen. ff. de iur. omn. iud. & idem est dicendum in vidua, que licet seruet domicilium mariti, si in eo perseuerat. l. filij, §. vidua. ff. ad municip. tamē retinet forum originis: quia illud est inamissibile. l. j. l. assumptio. ad municip. vnde consequens est, vt non excludatur à statuto, quod forensis, vel non suppositus non possit acquirere, mulier enim alibi nupta, non ideo dicitur forensis, aut non supposita in loco originis, cum seruet illud forum, vt dixi & notat Paul. de Castr. consilio xcvj. posset quis dicere. in fin. Alexand. consilio lvj. consideratis verbis. in primo volumine. consilio xx. vno processu. in secundo. consilio c. ex inspectione. lib. 3. Cor. con. clxxvij. lib. 4. latè per Soc. consilio ccxxvj. præsens consultatio. Deci. dict. l. penult. maxime cum tractetur de fideicommissio, facta ab ascendente, nec statuta Mantuæ, quantum ad hunc casum videntur aliquid inducere aduersus ius commune. Circa legatum ducatorum mille factum filiabus Ludouici, videretur prima fronte dominus Simonam non admittendam, quia verba legati sunt: filiabus Ludouici decedentis sine masculis, ipse autem habuit masculos, & sic defecit conditio. l. filiusfam. §. cum quis. ff. de leg. j. & certe tota difficultas ita in hac ratione, quomodo intelligatur illa verba decedentium sine masculis, si intelligamus immediate erit exclusa d. Simona. d. §. cū q. si intelligamus mediate, erit admittenda. Et per hac secundam intelligentiam facit, quia testator si simpliciter dicit decedentium sine masculis, sed ad additionem, vt supra, quod dicitio se refert ad supradicta, secundum Bartol. l. j. §. hoc dicto. ff. de postul. in fin. Decius consil. ccclxxvij. vers. nec obstat. Supra autem dixerat, quod nemo ex descendenti masculis exaret, & sic apparet, quod intellexit testator, si decederet Ludouicus sine masculis tam immediate, quam mediate: quia Antonius & eius filij decederunt ipsi sine masculis, qui casus euenit. Et quod ista fuerit mens ipsius ostenditur, quia alius fecisset meliorem conditionem filiorum ex filiabus suis præmortuis, quibus non supposuit istam conditionem, quam filiarum ex filijs masculis, quod videtur esse contra eius mentem, & contra naturam dictionis similiter, per quam apparet istud legatum reduci in statum præcedentis auct. similiter. C. ad l. Falc. c. capitulum. vbi Fel. de reser. nec est nouum, vt verba quando que mediate accipiuntur, vt intentioni proferentis deseruiant, vt in l. 2. ff. de orig. iur. §. j. vbi Superbus Demarathi filius, scilicet mediatas, fuit enim nepos, sic præcessor dicitur, etiam quod mediate præcedit. c. ecclesia ver. parte extra de causa pos. & pprie. & dominus qui est dominus domini. & sic mediantem alio. cap. j. §. illud de prohi. feud. alie. per Feder. & quæ habentur per Mod. in l. Modestinus. ff. de verb. sign. & licet verba regulariter per prius accipiuntur, non autem per posterius. l. qui liberis. §. j. ff. de vulg. tñ hoc non procedit, quia alia est mens testatoris, vt ibi habetur. sit hoc maxime in casu nostro dicendum, in quo conditio simpliciter est scripta sine masculis, nec dicit sine filijs. vnde potest verificari etiam in nepotibus, & pronepotibus, ex quo non restringitur ad certum gradum. l. liberorum. de verb. sign. & licet illa dicitio, decedentium, sit participium

præsentis temporis, tamen potest etiam habere tractum: quia quamuis. Qualitas prædicta verbo, regulariter intelligitur secundum tempus verbi, tamen hoc procedit, quando alijs verbis mens proferentis declaratur quod intellexit etiam in futurum. ca. Raynuius: extra de test. declarat Ripa in l. Centurio. nu. cxliij. ff. de vulg. & facit quod no. Alex. l. stipulatio hoc modo. vers. nec obstat, quod qualitas. ff. de verb. obl. & hæc procedunt etiam si in litera testamenti scriptum sit decedentium in exemplo, tamen mihi proposito scriptum est descendenti, quo casu cessare omnis difficultas, & referretur ad substantiuum præcedens filiarum. & ideo concludo d. Simonam deberi istud legatum mille ducatorum. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LI. SVMMÆ.

- 1 Si substitutio sit facta vltimo morienti, & sit facta in omnibus bonis, quod testator videatur non simpliciter conferuasse ius legitimarum hæreditatum inter eos, sed fecisse fideicommissum, vt præcedens teneatur restituere sequenti.
- 2 Dicitio quicumque est vniuersalis distributiva, & attribuit actum in solidum.
- 3 Dicitio quicumque distributiva, intelligitur secundum verbum cui est applicata.
- 4 Plures non possunt esse hæredes in solidum.
- 5 Condizione deficiente, fideicommissum consequenter nullum subest.
- 6 Lex præfert voluntatem verbis.
- 7 Substitutio in usufructu post mortem plurium, censetur facta vltimo decedenti, & quare.
- 8 Si substitutio sit facta duobus per nomen collectivum, non vocabitur substitutus, nisi post mortem vltimi, quando isti in substituti alias essent ab intestato sibi inuicem successuri.
- 9 Vitiatum expresso, vitiatum tacitum.
- 10 Ius fideicommissi conditionalis, non transmittitur.

Rdine propositæ dubitationis, viden dū est an substit in presenti casu fideicommissum aliq. ex verbis testatoris, qui sibi Io. Gasparem, & quoscunque alios filios sibi de legitimo matrimonio nascituros instituit, & si dicitur Io. Gaspar & quicumque, alij filij decederent sine masculis ex legitimo matrimonio tunc ipsi filio seu filijs in omnibus bonis substituit filias feminas? Et videtur, quod substit fideicommissum inter ipsos, & vltimo decedente debeant admitti feminæ. Quia communis conclusio est, quod si substitutio sit facta vltimo morientis, & sit facta in omnibus bonis, quod testator videatur non simpliciter conferuasse ius legitimarum hæreditatum inter eos, sed fecisse fideicommissum, vt præcedens teneatur restituere sequenti. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. Angel. l. mol. Are. in l. si pater impubes. ff. de vulg. & pu. & est communis conclusio, vt per l. l. potest. & seq. ff. eo. tit. & istud videtur esse in casu nostro. Nec obstat, quod verba substitutionis, non sint cõcepta in casu vltimi morientis: quia ex quo sunt cõcepta post omnium mortem, idem est ac si expressè esset grauatus vltimo loco moriens. l. codicillis. vbi Bar. ff. de vult. leg. Alex. in dict. l. si pater impubes. Nec est obstat, quod testator non dixerit de omnibus filijs, sed vltus sit dictione quicumque, quæ dicitio est vniuersalis distributiva, & attribuit actum in solidum. l. dicto. in pr. & l. ait diuus. ff. de iur. fisci. per Bar. & Imo. in l. hoc articulo. ff. de hæc. inst. & propterea videtur filias admittendas ad fideicommissum vno [quoque moriente], non aut expectari mortem vltimi decedentis, & consequenter in omni casu fratres ipsos rejici à fideicommissio: quia ratio quod ista distributiva, respicit verbū decedendi, non autem modum succedendi ipsarum filiarum, & propterea intelligitur secundum verbum, cui est applicata. l. & in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali. Paul. de Castr. in l. in substitutione. ff. de vulg. & pup. Signor. de Homo. consil. 37. Abb. conhl. cvij. in j. Præterea apparet expressè de mente testatoris capientis istam dictionem pro collectivam, ex quo in institutione instituit Io. Gasparem, & quoscunque alios: non enim potest ibi stare distributivè, & attribueri actum vnicuique in solidum, prout est sua natura, ex quo

non possunt plures esse hæredes in solidum, vt declarat Bar. in d. l. hoc articulo. arg. illius. l. in fi. merito in verbis substitutionis debet capi eodem modo, vt iter collectiuè arg. l. si seruis plurium. §. si de le. j. l. cū pater. §. cū imperfecta de leg. 2. cum no. per lafon. in l. qui filiabus. prin. de leg. j. Nec etiam obstat, quod verba substitutionis sint cõcepta per copulam, videlicet dicitur Io. Gaspar, & quicumque alij filij ideo tanq̃ requiratur concursus vtriusque copulati ad hoc, quod conditio verificat. l. si heredi plures. ff. de condit. inst. p. Bar. & d. c. in l. j. de inst. & iur. & iste cõcurus non possit interuenire ex quo Ioan. Gaspar mortuus est relicto filio, ergo conditio defecit, & consequenter fideicommissum nullum subest. l. pen. C. de impub. Nam respondeo, quod ex quo cõcurrentibus istis duobus, quod sit substitutio facta post mortem omnium, & quod sit facta in omnibus bonis lex præsumit voluntatem defuncti, quod hæredes censentur inter se inuicè substituti, per iura supra allegata, non curatur deinde de improprieta illius copulæ ex quo lex præfert voluntatem verbis, vt in istis terminis dicit expressè text. in l. hæredes. mei. §. cū ita ff. ad Trebel. & istud etiam communiter volunt doct. ibi, & no. per Bald. consil. xcix. super primo quæstio. in 4. volum. vbi loquitur in substitutione facta, si filius & omnes fratres decesserint sine lib. eris. & c. an vno moriente cum liberis expiret fideicommissum, & concludit licet ex vi sermoris substitutio evanescat, non tamen ex intentione testatoris, quæ est attendenda, secundum eum, & licet Bald. ibi concludat, quod aliquo decedente sine filijs, in portione illius admittentur substituti prout etiam est communis opinio in l. quidam testamento Procolum. ff. de vulg. & pupil. vt ibi per Alex. tamen in casu nostro non puto, quod vltimo ita decedente, admittentur filia, ex quo ista non præsumitur fuisse mens testatoris, qui voluit præferre masculos feminis, & accommodare voluntatem suam, secundum statuta, vt dicit Bar. in d. §. cum ita, vbi per hoc limitat illi, §. arg. d. l. pe. C. de impub. & firmat per multa Cornæus consilio 283. videtur prima facie in j. vol. Et ista sunt quæ reddunt istam partem valde dubiam, & faciunt casum difficilem. Sed his non obstantibus puto contrariam partem esse veriorè, quod imò non sit aliquod fideicommissum, & tota difficultas dependet an conclusio doctorum volentium, quod si sit substitutum vltimo decedenti, in omnibus bonis censetur facta substitutio inter ipsos plures grauatos, habeat locum, quando non est facta substitutio vltimo, sed simpliciter post mortem omnium, in quo puncto Alex. in d. l. si pater. arguendo cõcludere videtur, quod sic per d. l. codicillis. & idem dicit Bar. Soc. in d. §. cum ita. vers. aliquando & tertio. vbi concludit esse secundum Bar. intentionem d. l. codicillis. quod quando sit substitutio post mortem plurium honorarorum in tota hæreditate, videntur inuicem tacite substituti, & excludunt substitutum expressum: quia tunc videtur testator substituisse exorsim vltimo morienti, & id propter præsumptam mentem testatoris, sicut in casu d. l. codicillis. substitutio in usufructu post mortem plurium censetur facta vltimo decedenti, ex quo interest grauatorum, ita esse factam propter accrescendum ergo idem si ex cõiunctionis sanguine præsumamus de voluntate defuncti, secundum Bar. ibi confirmatur etiam secundum eum per notata in l. qui duos. ff. de vulg. & pup. vbi si substitutio sit facta duobus per nomen collectivum, non vocabitur substitutus, nisi post mortem vltimi, quod isti instituti alias essent ab intestato sibi inuicem successuri. Sed ista dicta non placent nec sunt vera, nec commaniter tenentur quicquid dicat Soc. & propterea concludo, quod imò substitutio facta post mortem plurium non est similis illi substitutioni, quod sit vltimo morienti ad hoc, vt inducat tacitum fideicommissum inter ipsos grauatos. Istud probatur manifestè ex ratione d. §. Seia libertis, quam ibi assignat Ioan. de Imo. post Dyn. & Calios, & expressè sentit rex. nam quod sit substitutio in tota hæreditate est, qui vltimo decesserit, certe verba inserunt, quod qui vltimo decesserit, teneatur to-

tam hæreditatē restituere. Si tenetur, ergo mens testatoris fuit, vt totam haberet, & consequenter vt portiones cæterorum ad eum deuoluere. merito ergo ex mente defuncti, quam etiam verba latè indicant, inducitur fideicom. inter grauatos, sed quando testator simpliciter substituit post mortem omnium, nec verba, nec mens inserunt aliquod fideicommissum inter eos. Pate rea casu considerato per eum ostendo alia ratione, quod sua opinio non potest procedere. nam quando grauati excludunt substitutum ex præsumpta mente, prout est in casu nostro, in quo masculi censentur prælati feminis prout etiam essent prælati ab intestato ex forma statuti, vt per Barto. in d. §. cum ita, substitutio ipsa expressa euanescit ex præsumpta mente, vt dictum est, ergo etiam tacite inter eos debet euanescere: quia vitiatum est pressio, vitiatum tacitum. l. si sponsus. §. j. ff. de donat. int. vir. & vx. nā istud tacitum fideicommissum inter grauatos non inducitur, nisi vt vltimo possit deinde eueniente casu, restituere integrā hæreditatē expressè substituto. d. §. Seia libertis. & ibi doct. sed quando grauati excludunt ipsum substitutum, cessat ratio: ergo non est dicendum subesse aliquod fideicommissum. Nec Bar. in d. l. codicillis. dicit contrarium: quia licet consideret, an super sit persona, quæ ex præsumpta voluntate defuncti excludat substitutum, non tamen vult tale in personam admitti virtute taciti fideicommissi, potest enim admitti iure legitimo ab intestato. l. vel singulis. ff. de vul. & pup. l. pater filiam. §. si ff. ad l. Falc. Alex. consil. c. j. in 4. vel iure accrescendi, putat ibi loquitur Bar. Nec etiam notata in d. l. qui duos. faciunt ad hoc propositum: quia ibi substitutio expressa non extinguebatur, prout in casu nostro in quo extincta expressa substitutione disputatur, quod de fideicommissio inter ipsos grauatos. Imo iste text. videtur concludere contra ipsorum opinionem, quod ibi substitutio facta post mortem amborum, non censetur facta ei, qui vltimus decesserit, nisi quod hæreditas omnino erat deuoluenda ab intestato vltimo, nedum propter cõiunctionem, sed etiam quia erant impubes, & non poterant testari, & sic si potuissent testari aliter erat, prout in casu nostro. Nec Alex. in d. l. si pater impubes. firmat hæc opin sed simpliciter arguit, & contra Alex. expressè dicit l. in d. l. vel singulis. & ipsemet Alex. d. consil. c. j. ponderatis. vers. non obstat quintum in 4. vol. vbi allegat plura. Cum igitur non sit facta substitutio vltimo morienti, non est dicendum, quod sit aliquod fideicommissum inter eos. l. si filij. de le. 2. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. & ita est de mente Bar. & omnium in d. l. cū ita & in a pater filia. §. si. cõsultit idē Soc. diffusè in con. lxxix. in 3. vol. & alias sæpe. Et propterea concludo, quod quilibet ex ipsiis fratribus poterit disponere de bonis suis ad libitum, non habito respectu ad fideicommissum: quia nullum subest inter eos. Est verum quod si contingeret, quod aliquis istorum fratrum vltimo loco moreretur, nullis relictis filijs masculis, & non superstitibus fratribus, neque fratribus filijs, eius portio deuolueretur ad sorores substitutas dicto. §. cum ita. & quia isto casu cessat præsumptio mentis testatoris, orientis ex causa intestari propter statutum, de quo per Bar. ibi, ex quo tali casu non existerent, qui sorores et ab intestato possent excludere. & hoc procederet, si superuenerent ipsæ sorores: quia alia ius fideicommissi conditionalis non transmittitur. l. vnica. §. fin. autem aliquid sub cõditiōe. C. de cad. tol. & istud est clarissimū quod ad moniales professas, quæ ex forma statuti nostri Mediolanensis habentur promortuis hora præambula: quam faceret professionem, quod statutum semper fuit obseruatum: licet eius validitas de iure sit dubia. Et istis stantibus, sequentiā dubia non habent difficultatē: quia nedum legitima, & Trebellianica, sed cætera bona sunt liberi arbitrij ipsorum, & potuit. d. Paulus testari ad libitum suum, & idem poterit dicit Ioan. Gaspar. nec est quærendum, an mater illi ab intestato succedat: quia cum tranierit ad secunda vota ex forma statuti, est penitus exclusa etiam à legitima, & propterea non est vltius insistendum. CON.

CONS. LII. SVMMAE.

- 1 De iure canonico sic legitimitas per subsequens matrimonium, et sufficit tempore natiuitatis potuisse inter contrahentes esse matrimonium, nec aliud requiritur.
- 2 De iure civili affectio maritalis sola sufficit matrimonio.
- 3 Lex praesumit affectionem maritalem, facilius in commercio mulieri liberam.
- 4 Qualitas importata per dictionem legitime, debet referri ad tempus verborum natis.
- 5 Legitimitas per subsequens matrimonium dicitur legitime nati propter praesumptionem legis, quae est veritas.
- 6 Si inuestitura dicat concedo pro te, et filijs legitime descendenti- bus non eueniunt legitimitati.
- 7 Fictio aduersatur veritati, praesumptio vero imitatur veritas- tem, imo est liquidissima probatio.
- 8 Verba testatorum referuntur ad ius.
- 9 Legitimitas per subsequens matrimonium, operatur in praesudicium tertij.
- 10 Per filium legitimum per subsequens matrimonium, reuocatur donatio per hunc inquam. C. de reuocan. donat. secus per filium legitimum ex scripto.

M A C praemitto, quod de iure canonico fit legitimitas per subsequens matrimonium, & sufficit tempore natiuitatis potuisse inter contrahentes esse matrimonium: nec aliud requiritur. c. tanta. qui filij sunt leg. per Dec. cons. clv. in j. dubio & ratio est fauor matrimonij, vt dicitur ibi, de iure vero civili aliud est, quia requiritur, quod fuerit concubina de iure in schemate patrum differente ab vxore, & tunc legitimitas: ratio est, quia lex retrò praesumit affectionem maritalem, quae sola sufficit matrimonio. l. nuptias. ff. de reg. iur. & hanc affectionem facilius lex praesumit in commercio liberæ mulieris. l. in liberæ. ff. de rit. nupt. & cum eam dixerit, ex subsequenti- bus lex praesumit praecedentem intentionem l. Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. & quod ista sit ratio legis civilis, probatur in l. cum quis. in vers. neq. enim verisimil. C. de natur. lib. q. rationem etiam ponderat ibi Bald. & Alb. de Ro. His sic praemisissis, quaeritur, an isti filij legitimitati per subsequens matrimonium, secundum formam iuris civilis, faciant deficere conditionem fideicommissariorum, qui vocati sunt, Titio decedere sine haeredibus, ex legitimo matrimonio procreatis? & Io. de Imo. in c. innotuit. extra. de elect. post Ant. de Butr. ibi quam ita declarat, concludit deficere conditionem: & ita etiam sentit. Paul. de Cast. in l. si. C. de his qui veni. æta. & consulat nouissime Dec. cons. clv. in vlt. dubio & ista opin. videtur mihi de communi mente scribentium, vt infra ostendat, & nemo sentiret oppositum, nisi Alex. cons. v. vij. li. consuluisset contrarium. ex cuius fundamentorum responsione, apparet veritas praesentis quaestionis. Et primo mouetur Alex. quia qualitas importata per dictionem legitime, debet referri ad tempus verborum natis, in delictis. l. si extraneus. ff. de noxal. sed tempore natiuitatis iste non erat legitimus: sed ad hoc fundamentum respondet And. de Ise. & Mart. de Laude in ca. vni. §. naturales. si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn. quod vsque à principio natiuitatis istorum videtur inesse tacita conditio, vt sint legitimi si mater desponsetur, quae conditio retrò trahitur. l. qui balneum. in prin. ff. qui pot. in pign. habeat. ideo facit quo vsq. à principio dicantur legitime nati. & ista retrò tractio conditionis habet locum etiam in vltima voluntate. d. l. qui balneus. §. sed & si haeres. & l. Neratius. ff. de ma. test. Secundo ego respondeo, quod cum lex praesumat vsque à principio fuisse matrimonium, isti dicuntur legitime nati propter praesumptionem legis, quae est veritas. l. fin. ff. de probat. & c. j. in verb. verum indicium. in verbo c. laudabilem, extra. de frig. & malef. Tertio respondeo, quod illa qualitas refertur ad tempus natiuitatis ipsius grauati: quia de conditione cuiusque non queritur, prius, quam ad eum hereditas non pertineat, l. non oportet. ff. de le. a. l. intervenit. ff. de leg. praest. & ita in dispositione statutaria est strictè intelligenda, respondet ipsemet Alex. in disput.

A sua in eip. Sigismundus. in 4. dubio. vers. non obstat, quod qualitas, &c. Secunda responsio tamen est tucior. Secundo mouetur Alex. per decisionem Bal. in d. §. naturales. vbi si inuestitura dicat, concedo pro te, & filijs legitime descendenti- bus, non veniunt tales legitimitati, & idem tenet ibi Alua. Sed ad hoc respondeo, quod contrarium est verius secundum And. de Iser. & Mart. de Laud. & d. Prep. ibi contrarium tenet Abb. in d. c. tanta. & d. Praepositus post alios in c. lator. extra. qui filij sint legit. vbi attestatur communi opin. esse contra Bal. & Alexand. qui dicit Andream de Iser. hoc non tenere, fallitur, quia apertissime hoc dicitur in vers. additio. & si Alex. cum ibi vidisset, forte mutasset sententiam. & ista sola ratio sufficit ad victoriam: quia apparet hanc esse communem opin. nec potest assignari ratio differentiae, quae sit bona inter contractum feudij, & conditionem testatoris. Tertio, mouetur auctoritate Bal. in l. Gallus. §. si eius. ff. de libe. & posthum. & in l. manumissiones. ff. de iustit. & iure. dicitur aliud esse legitimum, aliud legitime natum, &c. sed hoc nihil est: quia Bal. ibi non loquitur in legitimitate per subsequens matrimonium, quo lex non dico fingit, sed praesumit à principio fuisse legitimos. Quarto, adducit decisionem Ioan. And. in c. sine culpa. in 2. q. prin. de regu. iur. in mercu- rialib. vbi, filio nato ex concubina, si pater aliam ducat vxorem, & gignat filium, deinde vxore mortua, ducat concubinam filius eius non acquiritur primogenitura, &c. quae decisio est communiter approbata, sed respondeo, quod Ioan. And. mouetur ibi alijs rationibus, quam istis quae faciunt ad nostrum propositum. **E**t in omnem casum illa praesumptio, qua nos fundamus hanc opinionem, videlicet, quod lex principio praesumat matrimonium, cessat in hoc casu, in quo medio tempore iste duxit aliam vxorem, nec potuit praesumi eum habuisse primam: alioquin haec secunda non potuisset duci. Et loquitur praeterea doctor secundum ius canonicum: quo iure legitimitati dicuntur legitimi per fictionem, d. ca. tanta. non per praesumptionem legis. & praecise in dicta regula fit ista consideratio, quod de lege civili praesumatur à principio fuisse maritalis affectio, quae in casu suo locum habere non poterat. Quinto, adducit decisionem Butrij, in c. per venerabilem. qui hoc in terminis tenet: quia testator videtur se retulisse ad legitimitatem veram, non ad fictam. l. si. C. de his, qui veni. æta. sed respondeo contrarium tenet ipsemet d. Ant. in d. c. innotuit. secundum declarationem Imol. ibi, & ratio sua posset procedere in casu, in quo matrimonium non induceretur, nisi per fictionem, sed nos sumus in casu, in quo lex praesumit, non autem fingit matrimonium. d. l. cum quis. vers. neque enim. & magna est differentia inter hos casus, quia fictio aduersatur veritati, praesumptio vero imitatur veritatem. imo est liquidissima probatio in l. si tutor. C. qui per. tur. vltimo conatur respondere ad tex. in ca. innotuit de elect. iun. ca. gl. vbi lex loquens de legitime natis, habet locum in legitimitate per subsequens matrimonium. Et primo respondet, quod illud procedit in dispositione legis, secus in dispositione hominis: arg. gl. in l. asiduis. C. qui pot. sed ista responsio est fragilis: quia regula est in contrarium. quod verba testatorum referuntur ad ius. l. Gallus. §. j. vbi Bal. ff. de lib. & posth. per Paul. Cast. in l. fin. C. de verb. sign. & ratio gl. in d. l. asiduis. parum facit in opposito. Secundo respondeo, quod in d. c. innotuit, non agebatur de praesudicio tertij, sed ista est nimis magna restrictio ad illum textum, vt non procederet, si de praesudicio tertij ageretur. maxime, quia ista legitimitas per subsequens matrimonium, operatur etiam in praesudicio tertij, vt dicit Bal. in lege, prim. Cod. de inoffic. donat. 1. vbi reuocatur donatio per leg. si inquam. Cod. de reuo. don. per filium legitimum per subsequens matrimonium: licet secus sit per legitimum ex scripto. & idem tenet in dict. capitulo innotuit: & tale dictum est communiter approbatum, sequitur Iaso. rubr. deli. & posthum. Io. de Monte Fert. in repet. §. & quod sitantum. in q. Barrol. de legitimatione

legitimatione. si ergo talis legitimitas tollit ius quaestum: qui reuocat donationem, quanto magis debet auferre ius quaerendum. quamuis etiam ista responsio Alex. non placeat alia ratione. nam dispositio dict. cap. innotuit. est fundata super legis interpretatione, non autem quod aliter non oriatur praesudicium. Et ex his concludo veriorum esse sententiam contra Alex. & etiam magis communem.

CONS. LIII. SVMMAE.

- 1 Monasterium fideicommissario ex cluso admittitur.
- 2 Sed hoc praesent. in authen. de sanct. episc. sensus & res- titutio.
- 3 Condicio si Titius presbyter factus fuerit cum aggrauo, tanquam impeditiua sacerdotij reijcitur.
- 4 De iure communi monasterium habetur loco filij, & succedit.
- 5 Testator praesumitur accommodare suam voluntatem secundum dispositionem legis.
- 6 Statuta per consuetudinem approbata, licet dubium sit an de iure valeant obseruari debent.
- 7 Ecclesia sit cultrix iustitiae.
- 8 Iura dispositionia ex praesumptionibus non obseruantur in foro conscientiae.
- 9 Si in testamento sint instituti fratres minores, licet lex annullat testamentum, & de hereditate proximo agnato tamen non potest eam retinere in foro conscientiae.
- 10 Si maritus contra formam statuti legit vxori, tenebuntur Monachi instituti adimplere eius voluntatem in foro conscientiae.
- 11 Lex licet ardet haereditatem inuentarium, etiam vltra vires hereditarias, tamen in conscientia non possunt creditores illud exigere, sed debeant restitueret.
- 12 Haeres qui ob defectum solemnitatum voluntatem testatoris inuadit non seruat, peccat, & potest cogi per denuntiationem Evangelicam.
- 13 Si quis sit electus ad aliquod beneficium non seruata debita forma, licet lex eam lesionem reprobet, & annullat, tamen ex quo habet voluntatem eligentium, est tutus in foro conscientiae.
- 14 Licet lex non approbet stipulationem alteri factam, tamen in foro conscientiae talis stipulatio habebit executio- nem.
- 15 Licet ex pupillari substitutione expressa mater omnino excludatur, tamen in conscientia aliud est propter equitatem.
- 16 Quando lex aliquid disponit ex aliqua causa, cui ratio naturae non asistit, non seruatur in foro conscientiae.
- 17 Non est verisimile, quod quis à vita contemplatiua retrahatur amor diuitiarum.
- 18 Filij in legitima grauari non possunt.



R auem casus praesentis quaestionis in se continet dubitationem, quantum sit ex interpretatione prudentum, qui de hoc articulo differuerunt, sed quantum sit ex coniectura mentis testatoris, quae potissimum in fideicommissis debet attendi, res videtur esse clarissima, & ideo requiritur, vt testatoris meti deseruendo consulere, non putauit id a me esse detestandum. Et difficultatem in praesenti controuersia facit quia testator Io. Iacobo. & Franco. filiis suis haeredibus instituit, in haec verba fideicommissit, *Quod si decesserit sine filijs, vel filiabus legitimis. Io. Iacobus Thomas Azinus & Stephanus succederent*, acciditque vt Francus sine filijs decesseret, deinde Io. Iacobus religionem S. Dominici profiteretur, vnde per ingressum religionis, videntur fideicommissarij exclusi: quia hoc casu talis conditio tanquam aduersans vitam contemplatiuae reijcitur, & habetur pro non scripta, & tunc monasterium fideicommissario ex cluso, admittitur, vt est tex. in §. sed & hoc praesent. in authen. de sanct. episc. Vnde assumpta est auth. nisi rogati. C. ad sena- tific. Treb. & hoc ibi tradunt doct. & in c. in plenaria. extra. de pbat. & sunt plena consilia Mod. de hac tractantia. Sed tamen hoc non obstante, videretur fideicommissarios admittendos, pro quibus adest expressa mens, & clarissima verba testatoris. Nec habet ob stare tex. in d. §. sed & hoc praesent. quia nec verba, nec ratio dicti §. videntur in casu nostro procedere, nam verba tex. loquuntur in conditione si filios non habuerit, vel nuptias non contraxerit.

A rit. & simili. ratio autem tex. est primo in solatium monasterij, vt ibi dicitur. Item fauore castae conuersationis, vt probatur in versic. hoc autem, & seq. sed in casu nostro condò est concepta non simpliciter, si liberos non habuerit, sed si decesserit sine liberis, inter quos casus est magna differentia: quia in conditione si filios non habuerit, testator principaliter in uita institutum contra castitatem, vt procuret habere filios, merito conditio reijcitur: sed quod dicit si decesserit sine liberis, non videtur hoc apponisse causa inuitandi contra castitatem simpliciter, sed potius causa principaliter prouidendi de haereditate sua in eum casum, quo quis, ita decedat. vnde in prima conditione haeres magis retrahitur à castitate, quam in sequen. nam in prima statim, quod quis habet filios conditio deficit, merito procurabit haeres, si praesentitate habere, ex quo facile hoc poterit. sed in casu nostro est secus, quia dato quod habeat filios, non tamen deficit conditio, sed oportet, quod eo tempore, quo decesserit habeat. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Treb. vnde cum frustra frangeret castitatem, nisi filius natus ei superstes esset, non tamen de facili retraheretur à dicta conuersatione. & ideo non est par ratio inter istas condiciones: & sic in casu nostro non habet locum d. §. sed & hoc praesent. siue verba spectemus, siue ratione. & pro ista opinione adduco, p. no. Ale. in cons. xvij. vlt. parte. in 3 lib. vbi in versic. ita, quae si pater, & in versic. obstat. q. secundò concludit, quod est magna differentia inter has condiciones, si Titius presbyter factus fuerit cum aggrauo, & si Titius presbyter factus fuerit, & decesserit: nam prima tanquam principaliter impeditiua sacerdotij reijcitur. d. §. sed hoc praesent. sequas vero non reijcitur, quia non censetur principaliter adiecta propter se. & sic impediendum sacerdotium, sed propter effectum, scilicet propter carentiam liberorum. quauis per indirectum retraheretur à religione, vt ibi latius p. eum, pro quo etiam facit: quia dato, quod per talem conditionem, qua quis grauatur, si decesserit sine liberis, posset euenire quod quis retraheretur à religione, tamen ex quo intentio testatoris directe non tendit ad hoc, non debet haberi in consideratione. arg. l. si vehendas. §. idem iuris. ff. ad leg. Rhod. de iactu. quem text. ad hoc allegat Ang. in disput. sua incip. nobilis quidam genere. & quod no. Bald. in consil. xj. factum super quo quaeritur. inter consil. Petr. de Anch. & per Alex. consil. 2. vlt. versic. non obstat septimum argumentum in j. lib. & facit. l. non orme. ff. de statuli. l. 2. §. si non propter. ff. si quis cautio. & istud primum fundamentum est in iure verum, & consonat rationi, & equitati, sed sed quia illi obstat sententia recentiorum doctorum, qui non videntur constituerà differentiam inter istas condiciones ab eorum auctoritate in practica non esset temere recedendum: & ideo ex hoc solo fundamento ego non auderem consulere, sed in casu nostro sunt etiam aliae rationes, quae me non parum mouent. Nam considerandum est, quod ratio, cur, exclusio substituto, monasterium succedat, est, quia in fauore monasterij conditio illa reijcitur: quoniam existimat lex, quod testator non appouerit eam conditionem contemplatiuae impediendi monasterij, vnde si conslet de mente testatoris, ea attendetur: nec conditio censetur reiecta, vt dixit Pau. Cast. in d. anth. nisi rogati. cum qua transit Cor. ibi, & alij moderni, & Alex. consil. 2. in 2. & consil. 35. in 3. & diffusus p. Dec. consil. cclix. protul. vnde de iure comun. quo iure monasterium habetur à loco filij, & succedit iuxta l. Deo. nobis. C. de epi. aud. & tex. in c. in plenaria. extra. de pbat. bene esset attendere d. §. q. habet in d. §. sed & hoc praesent. Sed cum statuta terrarum p. uisum sit, ne monasterij succedat, & p. felijs reijciatur à successione agnatorum, certe debet tunc magis monasterium excludi à substituto, p. quo adfunt, & mens, & verba testatoris, praesumitur enim testator accommodare suam voluntatem secundum dispositionem legis, vt eo modo à testamento censeatur eos excludere, quo ex forma statutorum ab intestato reijceretur, vt p. Bar. in l. haeres mei. §. cum ita. ff. ad Treb. Bal. & Anch. in l. tria fratres. ff. de pact. & quod consuluit Dyn. quem refert Felin. in

lin. in c. ius generale dist. j. Alex. & Mod. in l. Gallus. ff. i. in fi. ff. de lib. & posth. & consil. 127. i. n. j. vol. Cor. consil. cxx. in 2. & talia statuta, ex quo per consuetudinem approbata sunt, debent obseruari, licet sit dubium, an de iure valeant, vt per Laur. Calca. consil. 3. & consil. vij. Soc. consil. 145. verfi. confirmatur, & quod no. Ang. consil. ecc. lxxxvij. Abb. consil. 27. in 2. vol. cum similibus. Erifia opin. in præsentis casu est maximè seruanda, attendo, quod causa ventur coram reuerendo Abbate arbitro, & qui ante omnia debet se qui forum conscientia, omisso rigore iuris ciuilib. Nam arbitror dispositionem. d. f. sed & hoc præfenti, non procedere in foro conscientia: cum enim sit introducta per legem aduersus voluntatem defuncti, cetè non debet attendi: quia non debet monasterium eis bonis vti contra eius voluntatem, cum ecclesia fit cultrix iustitiae. cap. j. verfi. sed diuersum. de alie. feud. & licet lex præsumat, quod si restator cogitauisset de monasterio, non apposuisset illam conditionem, tamè talis præfumptio in foro conscientia, non attenditur ex quo regula est, quod si iura disponentia ex præfumptionibus, in eo foro nõ obseruantur vt per Io. And. in c. is, qui fidem. de spon. & facit quod no. Bald. in authen. ad hæc. C. de vsur. vbi dicit, q. loquatur statutum, vel lex per quecunq; verba siue disponedo siue fingendo, nunq̄ potest verã iustitiã abolere, in qua fundatur euangelica denuntiatio. Et pro hac opin adduco aliqua similia. Primò, q. no. Bart. in tract. minori. in j. lib. c. 3. vbi si in testamento sint instituti fratres minores, licet lex annullat testamentum, & deserat hæreditatem proximo agnato, tamen nõ potest eam retinere, in foro conscientia. Secundo adduco, quod no. Bal. in consil. 4. 19. in v. volu. Vbi si maritus contra formam statuti legat uxori, tenebuntur monachi instituti adimplere eius voluntatem in foro conscientia, quod lex eam reprobet, & allegat ad hoc etiam id, quod habetur in legenda sancti Syluestri. Tertio adduco, quod no. Alex. & doct. in rubr. ff. de acq. poss. vbi concludunt, q. licet lex ardeat hæredem, non conscientem inuentarium etiam vltra vires hæreditarias, tamen in conscientia non possunt creditores illud exigere, sed debent restitueri. Quarto adduco, quod no. Ang. in l. quidam. ff. de i. l. C. de necess. ser. per illum rex. vbi dicit, q. peccat si hæres qui non seruat voluntatem testatoris, licet inualidam propter defectum solennitatum, & potest cogi per denuntiationem Euangelicam, & idem etiam tenet in ff. si vero ex presem. in auth. de hæred. & Fal. & in terminis q. cõsoluitur Cor. in consil. 119. in 2. volu. vbi dicit istud procedere, etiam si loca pia essent instituta. Quinto adduco, quod in simili no. Innoc. in c. innoc. extra, de eo, qui fur. ord. 13. suscep. vbi aliquis sit electus ad aliquod beneficium, nõ seruata debita forma, licet lex eam electionem reprobet & annullat, tamen ex quo habet voluntatem eligentiũ, est tutus in foro conscientia. sequitur An. in reg. beneficij. de regul. iur. in vj. Sexto adduco, q. no. Bar. Ang. & Mod. in l. si poenã. ff. de cond. in deb. vbi licet creditor in poenã à lege appositam perdat ius suum, tamen debitor adhuc tenetur in foro conscientia. Septimo facit, quod no. Fel. post alios, in proem. Gregor. verfi. secundum remedium. vbi licet lex non approbet stipulationem alteri factã. l. stipulatio ista. ff. de verb. obli. tamen in foro conscientia, talis stipulatio habebit executionem. & idem in pacto nudo dicit Bal. in c. j. extra, de pactis. & facit quod no. Archid. in cap. si pater. de test. in vj. quem referat Corn. & Phil. Dec. in l. precibus. C. de impub. vbi licet ex pupillari substitutione ex prella, mater omninò excludatur, tamen in conscientia aliud est propter æquitatem. arg. c. fin. 117. quæst. 4. & istud dictũ sequitur. & Thomas Ferrarius in cautela quadam. Ex quibus decisionibus fundatur regula, quod si quando lex aliquid disponit ex aliqua causa, cui ratio naturalis non asistit, non seruatur in foro conscientia, vt etiam aliàs latius tenui post Modern. in capitu. nouit. extra, de iud. vbi respondit ad omnia, quæ in contrarium adduci possunt, cum ergo ratio naturalis non asistit illi

dispositioni. dist. ff. sed & hoc præfenti, seu præfumptionis inde introducta, cetè non erit seruanda corã iudice procedenti, secundũ conscientiam. nam siue dicamus, q. lex præsumit, quod testator non cogitauerit, quod filius ingrederetur monasterium, potest quilibet in conscientia considerare an verisimile sit, quod testator vellet monasterium præferri substitutis, nemo cetè sani intellectus est, qui non respondeat, quod nolēbat, quicquid dicat lex, quæ est contra manifestam voluntatem defuncti, siue verò dicamus q. hoc sit introductum non ex aliqua præfumptione, sed simpliciter: quia talis conditio retrahit à vita contēplatiua, ista ratio non est bona, nec sufficiens, non solũ iure poli, sed nec iure ciuili: quia nõ est verisimile, q. quis à tali bono retrahatur amore diuini. arg. l. professio C. de mun. pat. lib. x. & hoc tenet Io. de Imol. in lege, Lucius. ff. de hæc. instit. Ant. de But. A. rerin. & Felin. in cap. in præfentia. extra, de probat. & ibi idem sequitur Dec. vbi adducit, quod si ista ratio esset vera, sequeretur, quod illa conditio rej ceretur etiam sub stituta alia pia causa, quod tamen est falsum, vt dicitur in dict. ff. sed & hoc præfenti & idem etiam tenet Cor. in dict. authen. nisi rogati. & Socin. in lege, ij. ff. de his, quæ poen. nom. verficul. 4. considerat. vnde cum apparet quod nulla ratio naturalis, & procedens ex vera iustitia, foueat illam nouam decisionem Iustiniani, concludendum est non esse obseruandam in foro conscientia. Et ideo, istis omnibus concurrentibus, nõ dubito partes reuerendi do. Arbitri esse in pronuntiando pro istis substitutis, videlicet hæreditatem dicti quondam d. Ioannis pertinere ad substitutos de Petra deductam tamen legitima filiorum, in qua non potuerunt grauari, & Trebellianica, quæ non reperitur prohibita in testamento. Item deductis dotibus tam Anglae, quàm eius matris, & Auiæ maternæ, si quæ dotes ad sunt in dicta hæreditate.

CONSIL. LIIII. SVMMÆ:

- 1. Filius bona aduentitia alienare potest, dum tamen illud faciat citra præiudicium patris.
- 2. Quando filius grauius est per testatorem ad dandum certum quid patri suo, censetur testator declarasse, quod non vult quod pater habeat vsu fructum aduentitiorum, nec sit legitimus administrator in dictis bonis.
- 3. Solutionis forma & tempus, in casu consil.
- 4. Solutio legati alimentorum, debetur in principio anni, quia est pro sustentatione.
- 5. Legatum quod ex fructibus solui debet, soluitur fructuum tempore.
- 6. Vna pars alternatiue aliam declarat.
- 7. Onus annate imponitur feudatarijs vel donatarij habentibus ius à principe.
- 8. A verbis instrumenti non est facile recedendum.

TESTAMENTI sic se verba habent, Volo quod dom. Iacobus ex redditibus dicti comitatus, quando d. Caesar eius pater vixerit, quotannis soluere teneatur pro illius sustentatione summam mille ducatorum aureorum, aut dimidiam redditus dicti comitatus ad electionem ipsius hæredis mei, &c. Deinde in translatione dictum est. Fructus diuidantur pro dimidia, donec Comes Iacobus debet mille secundum aureos supra scriptũ testamentum. Nunc queritur de pluribus. Primo, an Comes Iacobus possit locare dicta bona absque consensu patris sui? respondeo quod sic, dum tamen citra præiudicium patris hoc faciat, cum enim testator reliquerit Com. Iacobo ipsum comitatum, & eum grauerit ad dandum patri certum quid, satis censetur declarasse, quod nolēbat patrem habere vsu fructum aduentitiorum, nec esse legitimum administratorem in dictis bonis. authen. item hæreditas. verficul. & forsan. Cod. de bon. quæ lib. Vnde potest ipse Com. Iacobus cum sit maior natus administrare arbitrio suo, & legatum redditus

reditus dimidiæ partis, non videretur impedire talem administrationem: cum teneatur pater accipere de manu ipsius filij, quia tale legatum in hoc distat à legato vsu fructus, vt declarat Barro. in l. fundi Trebatiani. ff. de vsu fructu. leg. Quod autem dixi circa præiudicium patris, ideo dixi, quia tale legatum redditus nihil distat, à legato fructuum, vt dicit Barro. in d. l. fundi. & ideo pater tanquam legatarius habet hypothecam in dictis fructibus iuxta. l. j. C. comm. de leg. & sic Com. Iacobus locator habet hypothecam in dictis fructibus, vt sibi merces conductionis soluatur. l. prædijs. ff. quib. mod. pig. tac. contrah. ita d. Caesar debet habere, qui prior est in ipso Iacobo, propter legatum sibi factum. vnde non potest d. Iacobus aliquid pacisci in præiudicium d. Caesaris, quod minus d. Caesar statim maturis, & collectis fructibus consequatur partem suam, & ideo licet ius locadi pertineat ad Com. Iacobum, stat tamen saluum ius d. Caesaris in dimidia fructuum, in qua impediri absque suo consensu non potest, cum ita cautum sit in transactione vt fructus diuidantur pro dimidia, & dabitur officium iudicis D. Casari, qui non sinat eum impediri, sicut datur commo datario, & conductori, & emptori fructuum, qui non habent ius nisi in fructibus secundum glo. in l. Aquilius. vbi Barro. ff. de don. glo. ff. non tantum. ff. de petit. hære. & quod habetur in l. de vsu. ff. de var. & extra ord. cognit. Barro. in l. cotem. ff. qui maximos. q. vj. ff. de publica. Bal. l. eadem. C. loca. Orian. rep. rubr. extra de cau. poss. ver. Quinta concl. multo magis in casu nostro ad ius competere debent propter hypothecam ex legato, & titulum habitum à testatore. Et ideo infertur quod non potuit Comes Iacobus facere terminos conductori longiores ad soluendum, nec per tale pactum potuit impedire ius D. Casaris, qui statim collectis fructibus habeat suam dimidiam, vel à conductore exigat, vt in transactione dicitur. Sed si nunquid potest Comes Iacobus variare, & vno anno dare mille aureos, alio anno dare dimidiam? respondeo sic per rex. in l. si sterilis. ff. fina. ff. de act. empt. Sed nunquid solutio hæc à principio anij fieri debeat, videretur quod sic, quia legatum est pro sustentatione: & sic videretur si legatum alimentorum. l. à vobis. l. in singulos. l. filia. ff. de ann. lega. & quod notat Iaso. l. diuortio. ff. solut. matr. contrarium puto verius, quia cum si legatum sit ex fructibus, expectandum est, vt fructus nascantur. l. j. ff. de cond. & dem. & forte istud procederet etiam si Comes Iaco. eligeret alteram partem alternatiue, videlicet aureos mille, vt expectetur quod ex fructibus sint percepti, vt vna pars alternatiue aliam declarat. l. j. de reb. dub. Aliud principale dubium est, si Comes Iacobus elegerit quod pater gaudeat fructibus, nunquid teneatur pater ad contributionem onerum? & in primis quid de expensis factis in confirmationes priuilegiarum, respondeo patrem non teneri, quia ista impen sa sit principaliter pro vtilitate Comitum pro conseruatione tituli sui, vt in simili notat Alber. de Ros. in l. iij. ff. fam. ercisc. & quia ista impen sa concernit perpetuam vtilitatem Comitum. Ideo ad eum pertinet d. l. diuortio. ff. impendia. vbi Alex. ff. sol. matr. Rursus queritur, quid de impensis pericatus & mensualium? & videretur q. hæc impen sa tanquam modica, & imposita fructibus debeat ad dom. Casarem pertinere. l. haftenus. ff. de vsu fructu. Barto. l. damn. infecti. ff. ei cuius. in fin. ff. de dam. infecti. & l. cotem. ff. qui maximos, de publ. In contrarium facit, quia dom. Caesar non est proprie vsu fructuarius, sed potius creditor fructuum, vt per Barto. in d. l. fundi. & ideo videretur quod tale onus spectaret soli Comiti Iacobo debitori, de quo in l. neq. stipendium. ff. de Imp. in reb. dota. Dec. consilio celxxxvj. & hæc vltima opin. est verior. Cum isti fructus succedant loco alimentorum vt mox dicam. Iterum queritur quod de reparationibus ædificiorum, & melioramentis factis super illis bonis? & cum tales reparationes concernant perpetuam vtilitatem rei, debent fieri impen sa Comitum Iacobi, non autem D. Casaris. d. l. diuortio. ff. impendia. & quod habe-

tur per Barto. in l. impensæ. & in l. quod dicitur. ff. de impen. in reb. dot. fact. Item queritur quid respectu annatæ, an dom. Caesar teneatur pro parte sua. Et puto quod non, cum onus annatæ imponatur feudatarijs vel donatarijs, habentibus ius à principe, sicut est Comes Iacobus propter inuestituram feudalem, non autem pertineat ad dominum Casarem, qui est successor particularis respectu dimidiæ fructuum. vnde verba decreti in eo non militant, maximè cū tale onus æquivaleret vtilitati percipiendæ per illam annum: quo casu habens ius in fructibus, nunquam teneretur secundum Barro. l. ijs verbis. ff. idem testator. ff. de legat. iij. Ludouic. Rom. consil. cxxx. & singu. clvij. & quia istud esset contra manifestam mentem testatoris, qui legauit pro sustentatione vt supra dictum est. Tertium principale dubium est circa legata filiarum d. Casaris, an possint diminui, vel differri propter supra scriptas exceptiones? Et cum supra concluderimus eas exceptiones non obstante do. Casari, consequens est, vt multò minus obstant ipsi filibus, maximè, cum talia legata nominatim facta sint à Comite Iacobo, seu ipse nominatim grauatus, vnde nullo modo pertinere possunt ad onus legatarij particularis. l. quoties. l. seq. ff. ad Trebell. l. quoties. vbi Bal. C. fam. l. ercisc. Quo verò ad vltimum, an subuentiones agriculturalium pertineant d. Casari, rectè responsum est, si instrumenta obligationum loquantur de patre, quod creditum sit dom. Casaris non est dubium ad eum pertinere, quia si à verbis instrumenti, non est facile recedendum. l. cum precibus. C. de probat. alioquin, ad eum pertinebunt à quo prouenerunt. l. Seixæ. ff. prædia. ff. de fund. instrum. leg. Er ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LV. SVMMÆ.

- 1. Clausula requirens consensum tertij in matrimonijs à lege reprobatur, & pro non adiecta habetur, & hoc, quia matrimonia debent esse libera.
- 2. Qualibet conditio restrictiua, libertatis matrimonialis reijcitur.
- 3. Statuta laycorum, de iuramento loquentia, non valent tanquam de ecclesiastica, fall.
- 4. Layci possunt statuere penam contrahenti nuptias violentas, & quare.
- 5. Nubentem sine consensu commissariorum, hæreditate non priuari.
- 6. Clausula copulatiue concepta, requirit concursum vtriusque copulati.
- 7. Nuptie tertij consensum in casibus exigunt.
- 8. Metum in nuptijs variè argui, & cessare.
- 9. Lacrima mulieris in contrahendo matrimonio arguunt dissensum, & penitentiam.
- 10. Plus creditur vultui, qui non potest mutari, quam linguæ, que potest facilius mentiri.
- 11. Ea que precipitanter geruntur, in malam partem solè accipi.
- 12. Sicut presentia commissariorum suspicionem metus, aut violentiam tolleret, ita absentia violentiam, & metum debet arguere.
- 13. In causa ciuili, non sunt necessaria probationes, adeo aperte, sicut in criminali.
- 14. Ad probandum violentiam, & metum in matrimonio, sufficit semiplena probatio, & vnus testis tantum.
- 15. In probando metu, quia pendet ab arcano mentis, magis credendum est duobus testibus de eo deponentibus, quàm centum attestantibus de libera voluntate.
- 16. Cum mulier ipsa affirmet se spontè nupsisse, non est præsumenda violentia, nisi aperte probetur, & clavis præfumptionib.
- 17. A clavis præfumptionibus non est recedendum, per præsumptiones minus claras, & incertas.
- 18. Magis præsumendum est pro innocentia ex absolutione, quàm pro delicto ex accusatione.
- 19. Semper præsumendum est in meliorem partem.
- 20. Metus non præsumitur, nisi probetur.
- 21. Debet potius credi testibus deponentibus secundum præsumptionem legis, quàm illis, qui deponunt contra præsumptionem.
- 22. Nemo præsumitur iactare summ.

Estamenti ista sunt verba, *Prohibens & expresse vetans testator, quod dicta Barbara non possit cogi ad nubendum alicui persona contra voluntatem ipsius Barbara, & suprascriptorum eius commissariorum: & casu, quo cogereur alicui per vim, aut contra eiusdem Barbara voluntatem, & dictorum eius commissariorum consensum maritari, tunc eam Barbaram priuauit hereditate, & in eius locum substituit Sebastianum, &c.* Quæritur primò, nunquid testator potuerit disponere quod consensus commissariorum requireretur in matrimonio sub pœna priuationis? & difficultatè facit: quia licet talis clausula reprobetur à lege, & pro non adiecta habeatur, iuxta l. cum tale. §. rescriptum. ff. de condit. & dem. & per Bar. in l. j. ff. de his quæ pœn. no. tamen hoc est introductum earatione: quia matrimonia debent esse libera. l. Titia. de verborum obl. & quælibet conditio restrictiua talis libertatis rejicitur. l. quoties. ff. de cond. & dem. quæ ratio videtur cessare in casu nostro: cum testator disposuerit, quod ipsa Barbara contra voluntatem suam non cogereur, & consensus commissariorum stat pro libertate matrimonij, videlicet ne Barbara cogatur. Ergo valere debet, sicut videmus in simili, quod statuta laycorum de iuramento loquentia, non valent tanquam de re ecclesiastica & tamen secus est si pro eius firmatione facta sint: quia tunc cum iure communi concordant gloss. de ne Romani. verbo, tolli. de elect. per Corn. in repe. auth. sacramenta puberum. vers. iiii. fallit. C. si aduersus vend. Et facit quod habetur per Ioan. And. & per Canonistas in c. statutum. de hæret. in vj. lo. de Imo. in ca. cum contingat. de iureiur. Vbi posuit layci statuerunt pœnâ cõtrahenti nuptias violentas: quia istud est potius adiuuare pœnam matrimoniorum, & potius legem communè ampliare, quam corrigere. l. si ita stipulatio. ff. de verbor. obl. vbi Mod. facit quod not. Alexan. consi. cvj. in ij. Feli. in c. cum P. de fid. instr. Dec. consi. xj. cons. cxcix. cum simili. Putarim itaque distinguendum, vt si probatur violentia interuenisse in dicto matrimonio, valeat dicta conditio per testatorè adiecta per suprascripta: si verò nulla violentia interuenierit, tunc non attendamus ad dictum consensum commissariorum. Et ex hoc inferitur ad secundum quæsitum, nunquid Barbara priueretur hereditate, quia non interuenierit consensus commissariorum? Respondeo quod non: duabus rationibus. Prima quia conditio priuationis est copulatiuè concepta, si coacta nupsit, & sine consensu commissariorum, vnde si coacta non nupsit, non dicitur euenisse conditio priuationis, quia clausula copulatiuè concepta, requirit concursum vtriusque copulati. si hæredes plures. ff. de cond. instit. per Bar. & doc. in l. j. ff. de iust. & iur. in l. si is qui ducenta. §. cū ita. ff. de reb. du. in l. si quis ita stipulatus. de ver. ob. Secunda, quia consensus commissariorum videtur à lege pro non scripto haberi. d. l. cum tale. §. rescriptum. quia matrimonia debent esse libera, vt supra dixi, & per Are. cõf. lxxvij. maxime cum testator de voluntate, & consensu commissariorum sit locutus, non autè de simplici consilio, prout inquit Ioan. de Ana. in consi. xv. circa testamentum. Feli. in c. ex parte. de constitu. Ias. in l. turpia. §. j. ff. de legat. j. Nec hic sumus in aliquo ex casibus exceptis in quibus lex admittat huiusmodi conditionem, & consensum aliorum in matrimonio, ex quibus vnus ponit Rapha. Com. consi. cxciiij. Ias. in l. j. C. de iur. emph. vers. vltra Baldū, alium ponit Bal. consi. liiij. in v. & Fulg. consi. lxx. vbi vterque loquitur de statuto, alium ponit Bald. l. j. C. de nupt. per tex. in l. Theopompus. ff. de dot. præle. alius ponitur in l. nõ dubium. ff. de leg. iij. secundum vnū intellectum, sed vt dixi casus noster non reperitur exceptus: & ideo stabit sub regula, vt notatur in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. Circa tertium, quomodo p̄betur, quod matrimonium factum fuerit de ipsius Barbara consensu, Et prima fronte videntur ob stare aliquot coniecturæ, per quas videtur probari metus atque violentia, nec enim credendum simpliciter est ipsi, ne aliàs videatur fideicommissum, & priuatio hereditatis in eius voluntate

reposita fuisse. l. fideicommissum. ff. de cond. & dem. per Bar. in l. si ita quis. §. si. de leg. j. obstat autè. In primis q̄ tempore contracti matrimonij ipsa Barbara lachrymaret, quæ lachrymæ arguunt dissensum, & penitentiam. l. h. §. sed quia quidam. C. de iur. deli. & plus creditur vultui, qui non potest mutari, qui linguæ, quæ potest facilius mentiri. l. iij. §. j. ff. de test. l. Paulus respondit. vbi Bal. ff. rem rat. hab. Deinde quia eodè die, quo mortuus est testator ipsa nupsit, quod verisimile est nõ fuisse sponte facturam, vt in ferali, seu funebri domo celebraret nuptias. arg. l. ge nero. l. parentes. ff. de his qui not. in fa. l. ij. §. j. ff. de in ius voc. maxime tam cito non expectato lapsu diei à tempore mortis: sea enim, quæ tã precipitanter geruntur, in malâ partè solent accipi, vt in historia Liuuij de Masinissa, quãdo vxorem Syphacis duxit lib. xxx. facit gl. v. q. c. qui ambulat. & q̄ habetur in c. ex literis. de diuort. Anch. cõf. ciiij. ex facto. Ad hæc augetur difficultas ex eo, q̄ non interuenit cõsensus commissariorum, nec vllū verbum cū eis factum fuit, prout saltè ratio honestatis exposulabat. l. in coniunctione. vbi not. C. de nup. vnde t̄ sicut eorū præsentia suspiciõne metus, aut violentiæ tolleretur. l. transactio. C. de transact. ita absentia violentiæ & metū debet arguere. l. h. §. si. de leg. iij. Cõfirmatur etiam hæc præsumptio ex rumore vulg. & voce populi, asserctis matrimonij istud fuisse violentum: inde enim oritur non modica suspicio, vt per Raph. Comen. consi. lxxv. vnde etiam fuit iste maritus de crimine raptus inquisitus, vt constat ex processu in causa criminali: & licet deinde absolutus fuerit: hoc non præiudicat in causa ciuili qua non sunt necessaria ad apertæ probationes. l. h. C. de probat. per Barto. in l. j. §. vi bon. rap. & q̄ habetur in c. venies. ij. de restit. Plus dicit Barthol. Veron. in cautela exciij. inopi tempore meo. q̄ t̄ ad probandum violentiæ & metū in matrimonio sufficit semiplena probatio, & vnus testis tantū allegat Inno. in c. super hoc. de renunt. vbi dicit q̄ t̄ in probando metu, quia pendet ab arcano mentis, magis credendum esset duobus testibus, & de eo deponentibus, quam centum attestantibus de libera voluntate, de quo per Bal. in cõf. ichimatis. & in l. obseruare. §. proficisci. in xiiij. q. de offic. pro consu. per And. Sic. in consi. vlt. in ij. volum. Dec. consi. c. Sed his nõ obstantibus, puto contrariam sententiam esse veriore: quia t̄ cū ipsa Barbara affirmet, & semper affirmauerit se spontè nupsisse, non est præsumenda violentia, nisi aperte probetur, & claris præsumptionibus. l. non est. ff. quod met. causa. maxime cum per testes sit plenè probatum de vero cõsensu ipsius, vnde t̄ à claris probationibus non est recedendū per præsumptiones minus claras, & in certas, vt per Bar. in l. ad monendi. ff. de iur. Nec obstat prima cõiectura lachrymarum: quia verisimilius est eam fleuisse propter mortem auunculi, qui ea die perierat, quàm propter violentiam, de quo per gl. in simili. in l. pater. §. pen. de cond. & dem. Nec obstat, q̄ tam cito nupsisset, quia potuit hoc facere, videns periculū in mora ne fortè cogereur alteri nubere, nec ex hoc imputari aliquid ei potest, quæ non tenebatur expectare annum vel differre nuptias propter auunculum. d. l. parentes. & l. liberorū. de his qui no. Nec etiã habuit curare de consensu commissariorum, qui erant sibi extranei, non autè per sanguinem coniuncti, de quibus loquitur d. l. in coniunctione. per ea, quæ supra diximus, & quæ traduntur in d. l. cum tale. §. rescriptum. Minus què obstat, q̄ fuerit acclusatus maritus: quia cū etiam fuerit absolutus t̄ magis præsumendum est pro innocentia ex absolute, quam pro delicto ex accusatione. l. Herennius. de euic. l. ij. C. de offi. ciui. iud. & quia t̄ semper præsumitur in meliorem partem. l. merito. p. socio. c. estote. de reg. iur. Vltimò non obstat dictum Inno. in c. super hoc. de renunt. vbi plus creditur duobus testibus, deponentibus de metu, & c. respondeo q̄ imo regula est in contrarium, cum enim t̄ metus non præsumatur, nisi probetur. c. causam matrimonij, vbi Inno. de offic. de leg. t̄ debet potius creditur testibus deponentibus secundum præsumptionem legi-

gis, quam illis, qui deponunt, contra præsumptionem c. quia verisimile, extra, de præsum. maxime concurrente maiore numero iuxta tex. in c. in nostra. extra, de testib. dictū verò Inno. saluatur in duobus casibus. Primus in specie, in qua ipse loquitur, quando præsumptio legis est p̄ metu, veluti in eo, qui renuntiauit, & abiurauit beneficium. d. c. super hoc. vbi Abb. t̄ nemo enim præsumitur iactare suum, & ita declarat Ang. in l. h. ff. quod met. causa. Secundus est, q̄ constat manifestè de iniuria, & violentia: repellentur enim testes, qui dicerent, quod nihilominus mulier haberet animum spontaneum, prout declarat Imo. in d. c. super hoc. & est de mente ceterorum. ibi, si bene ponderentur eorum rationes, sed iste nõ est casus noster, merito standum est regulæ vt non præsumatur metus, aut violentia. Nec obstat dictum Cepollæ in allegat. caut. cxliij. quia debet intelligi in casu suprascriptarum declarationum: & sic secundum dictum Inno. quod ipse allegat, aliàs male loqueretur, & contra regulam generalem, & Euangelicam positam in c. licet vniuersis. extra, de testib. & l. vbi numerus. ff. de testib. & contra mentem omnium scribentium, maxime Ang. in d. l. h. Alex. in consi. clvj. in v. & consi. xcix. in ij. volum. & Corn. in consi. xli. in ij. cum sim.

CONSIL. LVI. SVMMAE.

- 1 Compendiose substitutionis vis.
- 2 Substitutionem defectu conditione euanescere.
- 3 Extensiones sunt ex præsumpta voluntate testatoris.
- 4 Lex facta, §. ex facto ad Trebell. sensus.
- 5 Testator dicens, si Titius decefferit sine liberis, intelligit de morte naturali tantum, quæ facit vt amplius non possit habere liberos.

Scripsi superioribus diebus in fauorem filiorū domini Alexandri aduersus substitutum, & in consilio meo determinauit substitutum illum esse repellendum, tanquam defectum conditione, nec in isto casu à testatore vocatum. Nunc autem refricatur in dubium dicta conclusio etiam quibusdam rationibus (vt ego arbitror) non admodum efficacibus, quod infra ostendam. Præsuppono t̄ igitur quod substitutio compendiosa, si hæres decefferit sine liberis, licet contineat etiam vulgarem, tamen intelligitur continere sub conditione præsumpta, quia dicta conditio, sicut afficit fideicommissariam, ita etiam vulgarem: cum vtraque pariformiter in compendiosa contineatur, & dixi istam esse opinionem communem scribentium, & canonizatam ab omnibus Modernis, quam tenuit Bal. Baptista de sancto Seuerino, Corn. Soc. Ruin. Stephan. Bertr. Franc. de Ripa, aliàs per me allegati, & eam etiam sequitur Ioan. de Monteferrato in repe. l. Gallus. §. & quid sit tantum. in illo articulo, quando casus omittitur, &c. & idem etiã sentit Alex. in consi. vbi cum testator dixisset, *instituo primū & c. substituo secundum, & si secundus hæres fuerit, & legem testamenti seruauerit post eius absque liberis mortem substituo* Caium. Respondit Alexan. quod t̄ si secundus gradus sit caducus, non tamen admittitur Caius, nisi conditio euenierit, id est, quod secundus fuerit hæres, & legem testamenti seruauerit, & idem etiam sentit Cur. Iun. consi. xxxiiij. quando conditio fuit expressa, vt in casu nostro: licet quando fuisset tacita, & subaudita, disputet in contrarium. Nec obstat, quod conditio mortis debeat extendi ad casum caducitatis: quia (vt aliàs dixi) t̄ extensiones sunt ex præsumpta voluntate testatoris, & ita loquuntur omnia iura, de hac materia loquentia, iste autè substitutus & mentem, & verba testatoris expressa contra se habet. Et etiam si fieret extensio, tamen fieret cum qualitate adiuncta sine liberis, &c. Alex. autem habet liberos & sic substitutus deficit conditione. Non obstat, q̄ d. filij nõ debent ob stare substituto, ex quo positi sunt in conditione tantū, vnde nõ possunt succedere auo, neq; mediãte persona Alexandri, qui est incapax, neq; ex propria propria: quia nati, & concepti post mortè auj, respondeo ista subtilitas continet fallaciam, vt inquit Franc. de

Ripa in l. ex facto. §. ex facto. ad Treb. quia non sunt ipsi filij, qui excludant substitutum, sed defectus conditionis, qui eum excludit, & idè frustra quærimus, quem admodum dicti filij succedant auo, vt est casus in d. §. ex facto. vbi t̄ existentia filiorum excludit substitutum, licet ipsi non succedant, sed fiscus, ad idem est tex. in l. filius. §. c. cū quis. de leg. j. Nec obstat, q̄ ibi Bar. dicit, quod filij insuccessibiles, à lege nõ obstant substituto, respõdeo: loquitur Bar. de filijs, qui nequeunt succedere patri suo hæredi instituto, at in casu nostro absurdū est dicere, quod filij Alexandri qui sunt ex legitimo matrimonio nati nõ possint succedere patri suo, licet pater sit spurius, doctrina ergo Bar. non videtur facere in proposito, quantum verò ad auum, cum prolem legitimam nõ habeat, aliàs dixi potuisse eum nepotib. legitimis ex filio spurio relinquere, de quo in l. hereditas. C. de ijs, quib. vt ind. sed ista quæstio non est præsentis speculationis. Non obstat etiã tex. in d. l. ex facto. §. ex facto, quia potius ibi probatur intentio istorū filiorū maxime ex ratione textus ibi quasi ab alio, nati enim post deportationem, non excludunt substitutum, quia pater suus ciuilitè cõsecutus alius, ergo secus si cõsecutus idem prout in casu nostro. vnde hodie cum matrimonium non soluatur nõ procederet ille tex. vt concludit ibi Clau. de Seifello, & Ripa aduersus Alex. Non obstat, q̄ filij sint concepti post mortem testatoris, & attendatur tempus mortis, & aditionis hereditatis, &c. Respondeo, posset hoc p̄cedere in institutione pura, sed in conditionali attenditur tempus euentus conditionis. d. §. ex facto. facit l. cum pater. §. hæreditatem. j. in fi. de leg. ij. & concludit Io. And. in add. Spe. titu. de test. in rub. vers. item Lambertinus, sequitur Alex. consi. xxxvj. in fi. in ij. vol. Dec. consi. ccliiij. in fin. & ratio est in casu nostro: quia t̄ testator dicendo, *si Alex. decefferit sine liberis*, status declarat se non intelligere, de qualibet morte, sed de naturali tantū, quæ facit, vt amplius nõ possit habere liberos. d. §. ex facto. vers. quasi ab alio. per arg. à cõtrario sensum dicere, quantum ergo sit respectu istius substituti expectabitur tempus euenientis conditionis: id est, mortis Alex. sine liberis, cum in eam duraxat casum sit vocatus. Non obstat quod glossa in l. si ex plurib. ff. si pars hæret. per. procedat in vocatis sub conditione, & institutio non in istis filijs, qui sunt tantū positi in conditione: quia respondeo, quod hoc nihil facit, quin substitutus sit defectus conditione, & idè nõ possit admitti. An verò isti filij sint etiam vocati, disputabitur in alia causa aduersus aliam personam, id est, fratrem testatoris venientem ab intestato. Si ipse litigare voluerit, vel aduersus fiscum si pretendat dictam hereditatem ad se pertinere, tanquã in fraudem suam sit facta institutio. J. Lucius. §. j. l. j. C. de nat. lib. quæ habet locum in omni persona, in dignitate posita, secundū doct. ibi, interim autè de isto iure tertij substitutus iste nõ potest opponere, maxime de iure fiscali. his consequenter. §. j. vbi gl. ff. fam. ercisc. & quo ad eum perinde est, ac si filius esset verus hæres, factis autem sit in præsentia ostendisse hunc substitutum tanquam conditione defectum nullū ius habere, sed faragere aduersus verba, & voluntatem defuncti, & aduersus communem sententiam doct. & aduersus sanum & naturalem sensum prudentium hominum.

CONSIL. LVII. SVMMAE.

- 1 Certa forma tradita est à iure, secundum quam permissum est indulgentia legis de re sua disponere, in casum quo amplius non sit sua, qua forma non seruata, non est obseruanda dispositio.
- 2 Huiusmodi forma est iuris publici, & ideo facta priuatori non potest alterari.
- 3 Testamentum factum inter filios, non requirit solemnitates à iure ciuili introductas, & quare.
- 4 Quod pater optimum consilium susceperit pro filijs, est præsumptio iuris, & de iure.
- 5 Duo testes probant testamentum inter liberos.
- 6 In testamento inter filios nõ requiritur, quod testes sint rogati.

- 7 Ad probandam veritatem apochæ, non sufficit quod duo testes dicant se vidisse eam à parte scribi, & quare.
- 8 Testes qui deponunt per sensum corporis probant.
- 9 Pluralitas regulariter non presumitur.
- 10 Maritus remittendo exceptionem non numerata dotis, seu eam non opponendo, videtur donare vxori.
- 11 Si quis sit prohibitus à testatore alienare certa bona & creditur ea in iudicio petat, & obtineat, non est locus prohibitioni.
- 12 Collusio ex inspectione processus detegi potest.
- 13 Ad litem vbiq; reprochant.
- 14 Paria sunt statuta ligari, & forum sortiri.
- 15 Pro examinandis testibus ad perpetuam rei memoriam, sufficit quod facta sit generalis citatio eorum, quorum interest per preconem, nec requiritur specialis, maxime absentium.

Estamentum seu vltima voluntas viri Claudij Don. domini Aluari de Luna Senioris habet quasdam difficultates. quæ mihi propolitas sunt resoluendæ pro iustitia, & voluntate. In primis difficultatem facit: quia memoriale, de quo agitur, non est solemnitè factum, nec transiit in nomen testamenti aut codicillorum, vnde non videtur esse obseruandum: quia certa forma tradita est à iure, secundum quæ permissum est ex indulgentia legis de re sua disponere in casum, quo amplius non sit sua, id est, post mortem secundum gl. in l. illa in iustitio. ff. de hære. inst. & quod not. 2. In rub. C. qui testa. fac. post. quæ forma est iuris publici. l. iij. ff. de testa. vnde non potest factio priuatorum alterari. l. pactum quod dotali. C. de pact. per Bartol. cons. cxxij. Sed tamen in casu nostro contrarium est verius. Cum enim testator in testamento solemni dixerit se facturum tale memoriale & iusserit ei adhiberi fidem, censetur esse pars testamenti & valet, dummodo verificatum fuerit tale schedulam esse testatoris per literarum comparationem, vel aliis legitimis iudiciis, secundum Bar. in l. si ita. ff. de cond. & dem. Cum quo transeunt ibi doc. & per Alex. cons. lxxvj. in iij. clxxvj. in v. cum similib. Altera est difficultas, quæ concernit valorem dictæ schedulæ, pro cuius resolutione sciendum est, quod cum ista schedula disponat circa diuisionem bonorum paternorum inter filios, non requiruntur in ea solemnitates iuris, sed quamuis voluntas non sit solemnis, tamen habetur pro solemni secundum l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. quia eam reuerentiam debent filij patri suo, vt qualemcumque eius voluntatem obseruare debeant, vt in auth. de testa. imperf. circa principium. Cum sit præsumptio iuris, & de iure quo pater optimum consilium susceperit pro filiis suis. l. pen. in fin. ff. de curat. furios. & hoc pertinet etiam ad vtilitatem ipsorum filiorum: ne inter se litigent de apicibus iuris, sed acquiescunt iudicio paterno: & illud procedit, etiam si pater filios in æqualiter instituerit, vt probatur in d. auth. de testa. imperf. verb. ad hæc vncias. & in l. filij. & l. si. C. fa. ercisc. & est communis opinio doctorum in d. §. ex imperfecto. vbi Pau. Cast. Rim. & Corn. idem tenet Alex. cons. cxlvj. in ij. In l. hac cõsultissima. C. qui testa. face. pot. concor. per Dec. in l. vt liberis. iij. not. C. de colla. nec in hoc est dubitandum quicquid aliquid Mod. dixerint nodum in serpo quærentes aduersus communem opinionem. Tertio dubitatur circa probationem dictæ schedulæ pro qua examinati sunt nouem testes affirmantes, esse scriptam manu testatoris, ex quibus secundus & octauus, Girardus scilicet, & Petrus Georgius attestantur se vidisse eum scribentem dictam schedulam. Item duo vltimi attestantur inuentam fuisse in scripturis secretis ipsius domini Don. Aluari, de quibus post eius mortem factum fuit inventarium, vt liquide constat. Et in primis sciendum est, quod cum ista sit vltima voluntas patris inter liberos censetur in ea omnis solemnitatis remissa esse, & sufficit eius probatio secundum regulas iurisdictionum: aded quod duo testes sufficiunt, l. vbi numerus. ff. de testa. ca. in omni. extra. eod. tit. & ita tenent omnes in d. §. ex imperfecto. & Bar. in l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de test. milit. Bald. cons. lxxv. licet regulariter in v. Ang. cclxxv. thema. nec requirit quod tales testes sint rogati, secundum gl. in l. si. verb. excepto. C. de codicil. quæ ibi sequuntur doct. In casu vero nostro cum testator in testamento hæc scripturam approbauerit, & se eam scripturam sit probatus: satis est argumentis, & iudiciis probari hanc illam esse quæ scripserit testator, secundum Bar. in d. l. si ita scripsero. vbi allegatur text. in l. quem hæredi. ff. de reb. dub. ibi si quibusdam argumentis apparebit, &c. & quod tradit Bal. in l. captatorias. q. v. C. de test. Alex. cõf. clxxvj. viso processu in v. Et quamuis dicta scriptura nullos habeat testes, tñ propter relationem, quæ habet ad testamentum sufficit testes testameti. l. asse toto. vbi Bald. & Raph. ff. de hæred. instit. imo fortius, quando pater inter liberos testatur, nihil est opus, quod sua scriptura inserat testes, vt dicunt omnes in auth. q. siue. C. de testa. Iacob. de Bel. d. auth. de test. imperf. in princ. vbi dicit in tali testamento non esse necessarios testes: quia voluntas patris est certa, & filiis nota, qui patris manum agnoscunt, sequitur And. Sic. cons. l. viij. in iij. Pau. de Cast. cõf. cxij. viso d. testamento. in princ. Nec obstat in casu nostro, quod probandam veritatem apochæ non sufficit, quod duo testes dicant se vidisse eam à parte scribi, secundum Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. si contractus. C. de fid. instr. cum concor. Solis enim testibus non videtur danda plena fides: quia cum non deponant de veritate negotij, sed de sola scriptura, facile possunt errare & decipi, propter similitudinem literarum, quia quis potest literas alterius contrafacere, secundum gl. in §. si quis igitur. in auth. de instr. cau. & fid. Anto. de Butr. & Abb. in c. ij. de fid. instr. Et hoc præcedit etiam in testamento inter liberos, secundum Andr. Sicul. cons. lxxxvij. sapienter. lib. iij. Sed ad istud obiectum respõdeo pluribus modis. Et primo quod prædicta conclusio Bar. non videtur vera: cum enim isti testes deponant per sensum corporeum, quia viderant scribi, &c. debet sufficere talis probatio, §. si verò tale. in d. auth. de instr. caut. & fid. vbi talibus testibus creditur aduersus comparationem literarum: ergo à fortiori crederetur non existente comparatione contraria, & ita reuocatur Imol. in d. c. 2. & in l. nuda ratio. de don. vbi subiicit, q. hæc opinio est de mète Iacobi de Arena, & Cin. in l. comparationes. in vlt. quæst. C. de fide instr. & ita tenet etiam Rom. Ale. & Mod. in d. l. admonendi. & est de mente Hostiensis, & Io. And. in d. c. ij. Secundo rñdeo, quod etiam si doctrina Bar. sit vera, tamen non procedit, vt ipsemet fateatur, quia sunt alia adminicula, puta comparatio literarum iuxta text. in d. §. si quis igitur. & in §. sed & si quis. eod. tit. prout in casu nostro: in quo sunt plurimi testes, attestantes de manu ipsius, quam habent cognitam. Item cõiectura, quod reperta sit in capsâ ipsius, de quib. per Alex. cons. clxxvij. in v. cxij. in vij. vol. Tertio respondeo, quod doctrina Bart. potest esse vera in apochâ debitoris, non aut in testamento paterno: in quo lex solum requirit voluntatem patris nec requirit aliquos testes, vnde sufficit, si dicat se vidisse eum scribere, secundum Fran. c. de Arer. cons. lxxij. diligenter, & mature. ij. dub. Quarto respõdeo, quod posset ista difficultas fieri, quando testes simpliciter dicerent, quod vidissent scribere. sed in casu nostro amplius dicunt, & vterius progrediuntur, dando contra signa dictæ scripturæ, & affirmado, quod testator dixerat quod erat sua voluntas, quo casu satis tollitur suspicio falsitatis, vt in simili distinguit Corn. cons. l. viij. in hac cõsultatione. lib. iij. Soc. cons. cclxxij. in causa d. Elissæ. ij. lib. Quinto dico, quod suprãdicta opinio Bar. non procedit in casu nostro in quo tractamus de schedula approbata à testatore, in qua etiam si nemo testis vidisset, sola comparatio literarum sufficeret, quæ licet aliàs non faceret, nisi semiplenam probationem, tamen cum ista schedula sit approbata in testamento, sufficit hæc semiplena: quia tali casu sufficiunt iudicia, & argumenta d. l. quem hæredi. ff. de reb. dub. & per Bar. in d. l. si ita scripsero. & tradit Natta. in rep. auth. quod sine. C. de testa. quæst. x. vbi subiicit, quod cum non appareat de alia schedula, quæ scripserit testator iuris præsumptione cõsebitur, quod ista sit illa, quæ producitur ex quo regulariter pluralitas non presumitur.

Filius illegitimus excluditur non culpa sui, sed propter vitium paternum. Perseuerantia aggrauat delictum. Naturales filij eo modo succedunt parentibus, quo patres filij. Naturalis dicitur, qui natus sit ex soluto, & soluta, licet non sit domi retenta. Communis vsus loquendi attendendus. In dubio ea interpretatio est accipienda, quæ communi vsui conuenit. Dicitur doctoris intelligendū est secundū legem, quam allegat. Si quis appellat filium, qui non sit, non ideo facit eum filium. Presumitur quis filius eius, in cuius domo natus est.

Veritur, an natus ex soluto, & famula soluta, possit ex testamento patris succedere in legato. Et videretur, quod non: quia talis dicitur spurrius: cum non sit natus ex muliere, in qua tria concurrant, schema cõcubinæ, quod in domo retenta, quod cum ea possit esse matrimoniū, secundum Spec. in tit. de success. ab intest. Abb. c. per venerabilis, qui filij sint leg. Old. cons. 196. Alb. de Ros. in rub. de nat. lib. cū infinitis concordantiis. Sed tñ contrarium videtur, prout tenuit fac. de Bel. quem refert, & sequitur Bald. in addit. Spec. loco sup. allegato, vbi dicit quod sufficit vnū, videlicet, quod sit solutus cum soluta, dummodo non sit vidua: cum qua coitus est punibilis, sequitur Dec. cons. 157. Crauera 166. Et ultra eorum auctoritatē, moueor etiam tali ratione, quod dicitur de testamentis, & legatis prohibitorij est, quia licet vniciq; legare, nisi qui expresse reperiatur phibitus. l. verbis legis. ff. de verbor. sign. Sed talis filius non reperitur phibitus: quia lex in §. si in auth. quib. mo. nat. eff. sui. excludit duntaxat eos, qui ex complexibus nefariis, aut incestis, aut damnatis processerint, intelligiturq; damnatis, id est, punibilibus, per legem, secundum Salic. in auth. ex cõplexu. C. de incest. nup. & per Ang. in d. §. si in si. ver. ego dico, vbi loquitur non in concubina, sed in amata, iste aut non est talis: ergo, &c. at si coitus cū tali ministra non est accusabilis, nec punibilis, vt dicit Ang. Corn. ceteri in l. si qua illustris. C. ad Orfit. & est tex. vbi doct. in l. j. l. si ea, quæ. l. quæ adulterij. C. de adul. & hanc opinionem sub dubio forte sequutus est Io. de Imo. in l. ex facto. §. j. versu. & plus videtur sentire Odo. ff. ad Trebel. vbi isdem verbis eum refert, & sequitur Alex. allegat vterq; in arg. gl. in l. quia semper, de in ius voc. Rursus moueor, quia si diligenter videatur verba tex. in allegato supra, maxime in §. si quis aut defunctus. iuncto §. præcedenti, deprehendetur ista esse memoriam veritatis: quia tex. facit duo membra. Primum de successione ex testamento, & in eo simpliciter admittit naturalem, seu, vt in Græco originali loquitur, nothum, ad successione, secundum formam ibi traditā. Deinde in secundo membro, in quo loquitur de successione ab intestato, requirit non naturalē simpliciter, sed qui natus sit ex muliere ex schemate cõcubinæ, & custodia in domo, & ratio est, quia talis est indubitatus filius, qui aliàs non debuit admitti, sed in superiori membro, quod ex testamento vocatur, tunc satis est ei paternum testimonium, & quod ab ipso sit agnitus, & ita etiam loquitur text. in auth. licet. C. de nat. lib. & probatur etiam in d. §. si quis aut defunctus. in §. ibi, si mortuus fuerit intestatus, quasi dicat, ex testamento admitti posse citra illud schema cõcubinæ, &c. Suadetq; hoc & ratio naturalis: esset enim absurdum, quod cū filius illegitimus excludatur, non culpa sui, sed propter vitium paternum, vt dicitur in legem. l. si. C. de nat. lib. Ille, quo maius vitium fuit, admittatur, & ille in quo minus excludatur, qui enim mulierem continuā domi in forma cõcubinæ tenet, plus delinquit, quam qui cū vili ministra ex occasione concubuit; perseuerantia enim aggrauat delictum. cano. si qui sunt presbyteri. lxxxj. distinctio. Ad idem facit, quod videmus ex libera, vel ancilla nasci patribus filios naturales. l. si. ff. de iure delib. l. naturalis de præscrip. verb. l. deniq; de pigno. & qui sunt capaces ex testamento talis successione, leg. Lucius. ff. de vulg. & pupil. leg. ex facto. §.

si fundi. §. seminarios. per illum tex. ff. eod. tit. & hoc maxime est dicendum in casu nostro præsupposito, quod istud legatum redigatur ad similitudinem legati d. Constantiæ, secundum supradicta. in eius enim legato, verba sunt largiora, scilicet, quod reliquit vsumfructum possessionis terrarum, domuum, & bonorum, & c. appellatione enim bonorum veniunt maxime mouentia mouentium. vbi doct. de verb. sig. & ita mihi videtur de iure esse dicendum. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXIII. SVMMAE.

1. Verba domina, patrona, & usufructuaria. concepta de re particulari non solum important præeminentiã, & alimentã, sed etiam usufructum formalem.
2. Adversarij confessioni standum est.
3. Dicitio domina, refertur ad simplicem præeminentiã, non ad proprietatem.
4. Eligens semel non debet amblyds variare.
5. Qui consequitur legatum iure stipulationis, potest transmittere in suos hæredes.
6. In eiusdem persona non potest concurrere proprietã, & usufructus.
7. Condicio est quedam qualitas.
8. Rei non existens, nullæ sunt qualitates.
9. Cedere non possumus quod nondum habuimus.
10. Iuramentum purgat omne vitium, vt ad ius iustineatur.
11. Vxor relicta domina, & usufructuaria in rebus particularibus, habet electionem proprietatis, vel usufructus.
12. L. si Titio fundus. de vsur. leg. declar.
13. Melioramenta hæredi præstanda.
14. Executio rei indicatæ propter exceptionem, que liquida non est, retardari non debet.

Estatoris inspecta mente, & secundum veros iuris terminos præsens casus satis clarus, & perspicuus est in fauorem nobilis Bernardi agentis ad fideicommissum sibi delatum ex testamento patrie. Et in primis t. illa verba *Relinquit Pometam vxorem donam dominam, & patronam, ac usufructuaria maria, & c.* cum concepta sint de re particulari, nõ important solum præeminentiã, & alimentã secundum consuetudinem Bulgari, sed etiam vsumfructum formalem, remanente proprietate apud Paulum hæredem, vt concludit Bar. post Odfr. in l. Titia testamento. §. Titia cum nuberet. ff. de leg. ij. versic. sed si relinquo eam, & idem Bart. in l. j. §. in auth. hoc locum. ver. ad secundum. & versic. si autem maritus. C. si sec. nupsimul. & ibi Alber. de Ros. Aret. consi. xl. Picus in rep. d. §. Titia. ver. iij. limitat. & ita communiter teneri attestatur. Car. Paris. consi. xcviij. nu. 17. in ij. & ita etiam intellexerunt ipsæ partes, quæ semper habuerunt dominam Pometam pro vsumfructuaria dictorum bonorum, vt apparet ex renunciatione per ipsam Pometam Neapoli facta, & ex productione libelli per Paulum, facta sub domino potestate Genuæ anno 1536. vbi simpliciter eam appellat vsumfructuariam, cui confessioni videtur standum, iuxta l. cum precum. cum ibi not. C. de lib. caus. Et patet illa conclusionem esse certissimã. Nec obstat, q. videatur data electio Pometæ, an illis bonis, velit esse vsumfructuaria, an proprietaria? Et copula resoluitur in disiuctã. l. si Titio fundus. ff. de vsur. leg. Respondeo hoc posset procedere, quando cõstaret etiã proprietatè relictã, sed illa verba domina, & patrona, hoc nõ significant, sed simplicè præeminentiã, dicit Bar. in d. §. Titia cum nuberet. cum quo transeunt ibi doct. Secundò respondeo, quod Iac. de Bel. Bartig. Alb. & Dyn. in l. j. qui tenuerunt locum esse electioni, per d. l. si Titio non loquuntur in casu nostro, id est, in legato rei particularis, sed quando vxor cõstitutã est domina, & massaria in vniuersis bonis institutis hæredibus extraneis, qui nõ est casus noster, in quo sunt instituti filij, & mulier in re particulari constituta domina, & vsumfructuaria. Tertio dico, quod illa opin. Dyn. Iac. & Alb. est communiter reprobata: quia in institutis extraneis, mulier habet dicta vsumfructum: non autè habet electionem proprietatis, quia t. dicitio illa, domina, refertur ad simplicè præ-

eminentiam, non ad proprietatem, prout tenuit Bartol. post Odo. in d. §. Titia cum nuberet. & facit etiam opi. Nic. de Mattarelis, quem refert, & sequitur Bald. in l. fin. C. de ind. vid. col. & Sal. in d. auth. hoc locum. Angel. de Aret. in trac. de test. verb. item reliquit. d. Benedictum in in princ. Ioan. Durantis. in titul. de legat. cau. xlix. in fin. Et certe in iudicando non est recedendum ab ista opin. Barto. quæ communiter est approbata, quem consulendo sequitur in casu fortiori. Dec. cclxxviii. num. iiii. Et licet Soc. in quadam subscriptione, nume. cxx. in ij. aliter dixerit, tamen aliter respondebo. Quarto respondeo, quod etiam si dicta opin. esset vera, tamen nihil obstaret in casu nostro cum appareat, quod d. Pometa elegerit, quod sit usufructuaria, ut appareat ex instrumento facto Neapoli, & ex libello d. Pauli, de quibus sup. & talis electio trahit secum executionem, unde amplius non admittitur variatio. Lapud Aufidium. ff. de opr. leg. Nec obstat, quod d. Paulus videatur hoc legatum consequutus iure stipulationis ab ipsa d. Pometa. unde illud potuit transmitti in hæredes suos, antequam veniat conditio, id est, mors Pometae. l. cum pater. §. ab instituto. vbi Bald. & Ca. de leg. ij. quia respondeo, quod cum supra conclusimus, quod d. Pometa solus usufructus esset relictus, & consequenter d. Paulus esset proprietarius, illa stipulatio d. Pauli non potuit acquirere dictum usufructum sibi, vel successoribus, sed statim usufructus est extinctus cum non possit in eiusdem persona concurrere proprietas, & usufructus. l. vti frui. ff. si usufr. per. ut sunt notissimi termini iuris, & ideo extincto usufructu, si ultra expectaretur conditio rei extinctæ adiecta: cum tunc conditio sit quædam qualitas secundum Bartol. in l. j. in prin. de cond. & dem. tunc rei autem non existentis nullæ sunt qualitates. l. penult. ff. si cer. per. vbi doct. facit text. in l. si quis. ita hæres scriptus fuerit. ff. de acquirend. hæredit. unde inferitur, quomodo cumque dicamus, seu dict. Pometa, nunquam agnouerit legatum, sed repudiauerit, seu agnouerit, sed renunciauerit, seu cessarit, ipsi dict. Paulo, quod semper & omni casu extinctus sit usufructus, & consolidatus proprietati decessione est text. clarus. in §. finitur. ver. non finitur. ff. de usufr. multò magis in repudiatione, per quam legatum à principio extinguitur, & habetur perinde ac si à principio nunquam esset factum. l. legatarius. §. j. de l. j. Fateor tamen, quod in casu nostro potius est renunciatio, ut videatur d. Pometa acceptasse, ex quo dicit se cedere, quæ celsio arguit acquisitionem iam factam tunc cedere non possimus, quod nondum habuimus. l. fuit questionis. de acquirend. hæred. l. si quis. vbi notatur. ff. de iure delib. per Socinum conf. xxxiiij. in iij. Cornæus cexj. in ij. Nec dicatur talem renunciationem non valuisse obstante statuto Genuæ: quia tunc iuramentum purgat hoc vitium, ut sustineatur actus. c. cum contingat. vbi Abbas, & cæteri. extra de iure iur. Fortius mihi videtur, quod fideicommissum istud primogenito masculo factum post mortem Pometae, vel si transierit ad secunda vota, habeat locum statim facta renunciatione, ut dispositio testatoris, loquens de morte, vel secundis nuptiis habeat locum etiam in renuntiatione. iuxta l. mulier. ff. ad Trebell. l. si mater. C. de inst. & subit. l. fina. C. de don. quæ sub mo. ideo mors d. Pometae non videtur expectanda, nisi quando tale relictum fuisset factum in odium filij, ut declarat Pet. & Raph. Co. in l. fideicommissa. §. cui ita. de leg. iij. & quæ no. Socin. conf. xxx. in ij. illa enim conditio donec vixerit, non attenditur, sed statim locus est fideicommissi, ut est quæstio disputata per Rich. Nal. & Io. And. in ad dit. Spec. in tit. de secun. nup. in rub. cum concord. per Alexand. d. l. mulier. in prin. & hoc propter mentem testatoris, quæ satis manifesta est in casu isto, qui excepta vxore, voluit semper bona ipsa permanere in primogenito masculo, & illam conditionem donec vixerit Pometa, apposuit favore ipsius, non autem favore vxoris ipsius Pauli. Vltimò, quia superscriptæ conclusioni plurimum obstat, quod in sua subscriptione dixit

Soc. in alleg. conf. cxx. vbi tenent quod vxor relicta domina usufructuaria in rebus particularibus, habet electionem proprietatis, vel usufructus. arg. l. si Titio fundus. ff. de usufruct. leg. & in primis mouetur, quod ista fuit communis opinio antiquorum, & c. respondeo non loquebantur in relicto rei particularis, sed quando constituta erat domina, & usufructuaria omnium bonorum. Et quamuis esset communis antiquorum, tamen post Barto. desijt esse communis. Secundo mouetur auctoritate Bald. Imol. & Raph. in d. §. Titia cum nuberet. vbi dicunt quod dicta l. si Titio fundus procedit in legato alicuius rei certæ, quando ei proprietatis, & usufructus coniunctim est relictus. Respondeo de mente Bartol. in d. §. Titia, quod constat proprietatem relictam. Sed in casu nostro non constat: quia dictio domina refertur ad solam præeminentiam, ut dicit Barto. in dicto §. Titia. Tertio mouetur, quia istud videtur esse de mente Bartol. in d. §. Titia. dum alleg. dicta l. si Titio fundus. Respondeo imò Bartol. totum oppositum dicit post Odo. vbi formaliter tenet, quod debet habere usufructum, non autem proprietatem. Quarto adducit, quod cessat ratio Barto. quod non sit verisimile, quod testator dominium omnium rerum abdicare ab hærede noluerit. Respondeo. Bar. ad casum nostrum aliam rationem adducit scilicet, quod dictio dominam, non ad proprietatem refertur, sed ad quandam præeminentiam, quæ ratio militat in casu nostro. §. affinitatis. inst. de nupt. & ideo concludendum est contra Soc. nec recedendum ab opin. Barto. cum qua cæteri magis communiter transeunt, ut supra dixi. & ista mihi videtur sufficere in præsentis casu, licet multa in contrarium adducta fuerint per dom. aduocatos aduerfantes, qui mihi videtur nodum in scirpo quæsiuisse, sed eorum obiecta facile ex superscriptis tolluntur. Circa meliorationes, tunc quæ asseruntur, factæ ab ipso d. Pau. non est dubitandum, quin fideic. earum æstimationem præstare hæredi teneatur, iuxta l. domos. ff. de leg. j. Sed est sciendum regulam iuris esse, ut exequutio rei indicatæ propter talem exceptionem, quæ liquida non est, retardari non debeat. l. iij. §. j. & §. seq. ff. de re iudi. & ideo si in casu nostro non sit liquidum, quæ meliorationes sint factæ, & an voluptariæ sint, an verb. viles, & necessariæ erit restituendum fideicommissum do. Bernardo, deponenti certam summam, puta quinque aureos, & fidei iubenti pro residuo, quando erit declaratum, per tex. in l. statu liberatione. ff. de statu lib. & quæ per illum tex. accumulatur. l. in l. quod te. ff. si cer. per. per And. Sic. conf. xxxvj. in ij. & ita consuluit Pau. Cast. conf. cccxxvij. viso instrumento. & sum sequutus in d. l. quod te. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXIII. SVMMAE.

- 1 Obligatio incipiens post mortem, regulariter valet.
- 2 Quod quis post mortem de patrimonio suo disponat, concessum est speciali quadam indulgentia.
- 3 Qui beneficio legis vti vult, eius formam seruare debet.
- 4 Non valet pactum, cum quis paciscitur vi filius, vel agnatus sibi succedat.
- 5 Hæreditates transferuntur auctoritate iuris publici, non autem per conventiones contrahentium.
- 6 Fideicommissum non potest per viam conventionis inter viuos fieri.
- 7 De vltimarum voluntatum substantia est, ut sint ambulatorie & reuocabiles.
- 8 Iuramentum non potest supplere iuris publici formam.
- 9 Alienatio, quæ fit per testamentum, dicitur fieri in vita.
- 10 Libera debet esse facultas testandi, qui hoc ad bonos mores pertinet.
- 11 Clausula omni meliori modo, non plus operatur, quam iuramentum.

Reuter visa instructione, quæritur, an d. Laurentius, qui in diuisione nepotum suorum assignauit etiam propria bona, volens ut iure perpetui fideicommissi inter viuos facti usque in infinitum conseruentur descendentibus masculis, & c.

videre.

videretur prima fronte valeretur diuisionem, & fideicommissum, sicut regulariter valet obligatio incipiens post mortem iuxta l. j. ff. ut act. ab hered. & consuluit Oldr. conf. cxxxix. & quod notat Ang. conf. v. & Ale. conf. lviiij. in §. in simili per Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & hoc maxime videtur dicendum stante iuramento, prædicta omnia & singula rata habere: quod iuramentum videtur confirmare talem conventionem: ut per Io. And. in c. qui semel. de regul. iur. in vj. Alex. d. l. stipulatio hoc modo concepta. Sed tamen puto contrariam opinionem esse veriorē, & licere do. Laurentio testari arbitrio suo, & disponere in quemcumque etiam extraneum, non obstante dicta conventionē, quæ ipso iure est nulla. Cum enim eius verba non inducant promissionē, aut obligationē ex persona sua, sed duntaxat obventionionē bonorum, non valet talis actus secundum Bar. conf. cxxij. in cip. promitto tibi, & tu mihi. Alex. conf. i. in iij. Dec. in l. pactu. C. de collat. & est ratio, quia, tunc quod quis post mortem de patrimonio suo disponat, concessum est speciali quadam indulgentia, secundum gl. in l. illa institutio. ff. de hæred. insti. l. in rubr. C. qui testa. fac. post. vñ non potest hoc fieri, nisi secundum modum à lege statutum, videlicet per testamentum, & codicillos: unde repræsentari defuncti ipsius persona possit, tunc quicquid benefici legis vi vellet, eius formam quoque seruare debet, non autem per pacta & conventiones hereditatem transferre. Et ideo lex actus non valere pactum cum quis paciscitur vi filia, vel agnatus tibi succedat. l. hæreditas. C. de pact. conuenit. & quia tunc hæreditates transferuntur auctoritate iuris publici, non autem per conventiones contrahentium. l. si ff. de ius & legit. nec vlla est differentia inter hæreditates directas, vel fideicommissarias, nam tunc que fideic. potest per viam conventionis, & inter viuos fieri. Bar. in d. conf. 212. loquitur in fideic. & Ange. conf. lxxvj. Fulg. conf. lxxij. Alex. conf. lxxxij. in 2. vol. unde constat fideicommissum non posse induci inter viuos: & si inducatur est nullum, & reuocabile ad nutum testatoris: cum tunc de vltimarum voluntatum substantia sit, ut sint ambulatoriæ, & reuocabiles. d. l. stipulatio hoc modo. l. j. C. de sacrosan. eccle. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. Nec confirmatur talis conventio per ius iurandum: cum enim præsupponamus in hac diuisione bonorum obventionem simpliciter in dicta iuramentum non potest supplere iuris publici formam. l. ius publicum. ff. de pact. per Bar. in l. si quis pro eo. de fidei iur. verific. dixi. Dec. conf. 184. & tradunt communiter Moderni in l. pactum quod dotali. vbi dixi. C. de pacto. Et maxime hoc est dicendum in casu nostro, in quo do. Laurentius apposuit protestationem, quod nō intendebat, in aliquo sibi viuenti præiudicare, tam in usufructu, quam in dominio: quib. verbis videtur sibi reseruasse facultatem testandi arbitrio suo: cum enim reseruetur dominium illud, est ius liberè disponendi de re sua, secundum Bar. in l. si quis vi. §. differentia. de acqui. poss. & tunc alienatio quæ fit per testamentum dicitur fieri in vita, secundum Soc. conf. 128. in 3. Bal. in authen. contra rogatus C. ad Trebel. & quæ habentur per Alexand. in l. à filia. in ff. ad senat. Trebel. Nec obstant supra in contrarium allegata, quia procedunt, quando obligatio per viam promissionis incipit in persona ipsius esse obligantis post mortem. d. l. j. C. ut act. ab heredib. & ita loquitur Oldr. d. conf. cxxxix. & distinguit Alexand. conf. 84. in 2. Secus quando verba respiciunt simplicem obventionem bonorum, ut supra dixi, prout in casu nostro, in quo dicitur cupiens, ut eius bona transeant in nepotes, & eorum descendentes, & c. & rursus volens bona ipsorum nepotum conseruari, & c. ut nunquam transeat, & c. rursus quibus verbis apparet simplicem bonorum obventionem induci, nō autem iplum d. Laurentium, se in aliquo obligare. Nec obstat quod interuenit iuramentum, quia (ut supra dixi) non ideo confirmatur talis conventio, secundum communem opi. quam sum sequutus in d. l. pactum quod dotali. & doctores conseruati non confirmari iuramento tale pactum, per rationem d. l. hæ-

Conf. Andr. Alciat.

reditas. solum dubitant, an contraueniens dicatur per ius, ad eod quod necessaria sit illi absolutio, & Alexander in d. l. stipulatio hoc modo concepta, tenet necessariam esse absolutioē, & ideo putarem consulere facturum dominum Laurentium, si ab episcopo talem absolutioem impetraret: quauis etiam ea non impetrata, dictum pactum non valeat, & possit ipse arbitrio suo testari: cum tunc libera debeat esse testandi facultas, quia hoc ad bonos mores pertinet, d. l. stipulatio hoc modo. & non solum non debeat tolli ea libertas, sed etiam non possit minui, aut restringi. l. si fratres. §. idem respondit societate. ff. p. socio. Nec obstat quod in dicto instrumento adit clausula vulgaris formæ meliori modo, & c. quia talis clausula non plus operatur, quam iuramentum. l. cum pater. §. filius matrem. de legat. 3. unde sicut non confirmatur tale pactum iuramento (ut supra dixi) ita nec per talem clausulam, quæ non supplet, quoniam modus intentatus est ineptus, secundum Fel. in c. c. super in fi. extra de officio deleg. quod est verisimum in ijs, quæ à facultate partium non pendunt: sed à publicis iuris auctoritate, d. l. fin. de ius & legit. l. si quæ do. §. 1. C. de inoffi. testam.

CONSIL. LXV. SVMMAE.

- 1 Hæredes, & fideicommissa per media testamentorum, & codicillorum à iure publico inuenta, non autem per pacta de ferri possunt.
- 2 Nemo per procuratorem potest testari, vel codicillari, vel successionem dare.
- 3 Voluntas captatoria est contra bonos mores.
- 4 In his que concernunt particularem scientiam ipsius principis non sufficit scientia procuratoris, sed specialiter intimandus est actus principali.

Reuter agendo sentio pactum, de quo in dicto procuratorio nullius esse momenti: cum enim verba dicant, quod morioribus filij Mariæ proximiores de tali domo habeant, & recipiant, successionem & hæreditatem, & c. apparet per tale pactum induci obventionem hæreditatis, quo casu pactum est nullum, quia tunc hæreditates, & fideicommissa per media testamentorum, & codicillorum à iure publico inuenta, non autem per pacta de ferri possunt. l. hæreditas. C. de pac. con. Et ideo vbi ex pactis defertur obventio bonorum, vel partis successionis, nihil valet, ut consuluit Bart. conf. cxxij. & in l. si. C. de pac. Alex. l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. conf. lxxvij. in 3. Dec. conf. 4. doctores cap. j. §. si filij. si de feud. fuerit contro. Et licet aliqua dubitatio sit inter doctores, quando partes ipse promittunt se post mortem restituere, & c. tam quædo verba pacti sonant in obventionem bonorum (prout in casu nostro) nulla est difficultas. Et ideo etiam si ipsa Maria ita expressim conuenisset, nihilominus nullum est dominium illud, est ius liberè disponendi de re sua, secundum Bar. in l. si quis vi. §. differentia. de acqui. poss. & tunc alienatio quæ fit per testamentum dicitur fieri in vita, secundum Soc. conf. 128. in 3. Bal. in authen. contra rogatus C. ad Trebel. & quæ habentur per Alexand. in l. à filia. in ff. ad senat. Trebel. Nec obstant supra in contrarium allegata, quia procedunt, quando obligatio per viam promissionis incipit in persona ipsius esse obligantis post mortem. d. l. j. C. ut act. ab heredib. & ita loquitur Oldr. d. conf. cxxxix. & distinguit Alexand. conf. 84. in 2. Secus quando verba respiciunt simplicem obventionem bonorum, ut supra dixi, prout in casu nostro, in quo dicitur cupiens, ut eius bona transeant in nepotes, & eorum descendentes, & c. & rursus volens bona ipsorum nepotum conseruari, & c. ut nunquam transeat, & c. rursus quibus verbis apparet simplicem bonorum obventionem induci, nō autem iplum d. Laurentium, se in aliquo obligare. Nec obstat quod interuenit iuramentum, quia (ut supra dixi) non ideo confirmatur talis conventio, secundum communem opi. quam sum sequutus in d. l. pactum quod dotali. & doctores conseruati non confirmari iuramento tale pactum, per rationem d. l. hæ-

Hh

red. Tertia ratio, est, quia quod iste pacifceretur in fauore agnatorum, & est penitus alienum a mandato, quia potius debuit referuarius ipsi mulieri, & relinqueri illi liberam dispositionem de dictis bonis facultate, ut per doctores. in leg. cum procurator. in princip. de oper. no. nuntiat. eum ista restrictio non censetur mandata procuratori, vel communicata socio. l. si fratres. §. idem respondit societatem. ff. pro socio. & ideo ex defectu mandati et deficit efficacia dicti pacti. Vltimo esset durum credere, quod mens matris fuerit iniicere laqueum fideicommissi filio suo per huiusmodi ambages pactiorum: & ideo sua dote equitate naturali, dicendum est licere ipsi filio disponere de dictis bonis ad sui beneplacitum per supradicta. Quæ omnia (si opus fuerit) latius à me deducuntur: in præsentia satis fuit, huic nobili morem gerere, summarie quid tali casu sentirem perquirenti. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXVI. SVMMÆ.

- 1 Per secundum testamentum prius ipso iure sublatum censetur.
- 2 Non valet pactum, non solum tollit facultatem testandi, sed etiam aliquo modo restringens.
- 3 Quem non honoro, gravare non possum.
- 4 Instituto renuntiatio opponi non potest.
- 5 Ignorantiam ex causis non probabilem.
- 6 Qui sit testamentum, presumitur etiam scire fideicommissum in eo appositum.
- 7 Verba præteritis controuersis, non debent extendi ad futuras.
- 8 Renuntiationem fideicommissi non presumit.
- 9 Renuntiatio maris de fideicommissio conditionali intelligitur, si sibi delatum fuerit.
- 10 Verba & bona quantum superrestituantur, quid imoportent.
- 11 Quando omnia bona superrestituta, ut quia hæres non alienauit omnia debent restitui, deducta quarta Trebellianica per hæredem.
- 12 Testator potest prohibere detractionem Trebellianicæ, secundum magis communem opinionem.
- 13 Quando testator dicit, quod integra hereditas debet restitui, vel quod restituatur sine diminutione, non potest deduci Trebellianica.
- 14 Alienatio facta per hæredem in dubio, presumitur facta in fraudem fideicommissi.
- 15 Correctiones odiose sunt euitandæ.
- 16 Paria sunt non esse, vel probatum non fuisse.
- 17 Index acta sequi debet.
- 18 Fideicommissarius habet spem probabilem, quæ equiparatur iuri quesito.
- 19 Dicitio perfectus, exponitur pro probato & iusto.
- 20 In rebus quodammodo vniuersalibus precium succedit locorei.
- 21 Fructus nunquam fuerunt hereditatis.
- 22 Verbum peruenit, quid.
- 23 Dicitio bonus meus, quid.

In casu ad nos de Basilea Germaniæ transmissio, tam eleganter & diffusè allegatum fuit, per clarissimum iuriconsultum Claudium Cantianculam, ut merito sola subscriptione eius consilij debuerim esse contentus. nihil enim in propolita specie sumus ille vir omisit, quod ad veritatis explanationem pertineret: sed quia in hoc præsertim precibus adactus sum, ut sententiæ meæ rationes quoque subiicerem, more partibus gerendum duxi, paucisque insistam, eos imitatus, qui post optimorum vindemiatorum diligentem operam, rationes cõficiunt. estigitur hoc in casu de pluribus dubitationibus perspicendum. Prima dubitatio est, vtrius fideicommissi ratio habenda sit, an eius quod Constantiæ factum est, an verò quod deinde Basileæ, & solum Basiliense spectandum crediderim: cum enim posterius sit, videtur illud debere observari, cum per secundum testamentum prius ipso iure sublatum censetur. §. i. institut

quibus modis testa. infr. Et hoc procedit, etiam si a priore testamento esset clausula codicillaris: deficit enim nihilominus in totum, ut declarat Bar. in l. in xv. questione. ff. de iure codicill. Item procedit etiam si testator non seruasset sibi facultatem illud tollendi, nisi certo in casu, talis enim reseruatio non valet: quia cum respiciat non simpliciter voluntatem, sed nocentiam testandi, huiusmodi clausula penitus est nulla: ut concludit Bar. post Iacob. de Aren. in l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. tolleretur enim libera facultas testandi, quæ libertas non solum est in tota hereditate, sed etiam in parte. Vnde ista ratione dicunt doctores, non valere pactum, nisi solum tollens facultatem testandi, sed etiam aliquo modo restringens. l. cum duobus. aliàs est l. si fratres, §. idem respondit. ff. pro socio. l. pactum quod dotali. C. de pact. per Bar. in l. qui superstitis. ff. de acquir. heres. Præterea cum in testamento Constantiensi, non constet aliquid fuisse domino Marquardo relictum, fideicommissum illi iniunctum non tenet: quia quem non honoro, gravare non possum. lab eo. C. de fideicommiss. per Bar. in l. cum filio ff. de legat. & fideicom. 1. Secunda dubitatio est, dato quod testamentum Basileæ conditum debeat observari, an Beatrix filia testatoris, & consequenter eius hæres, esset ab hereditate repellenda, propter renuntiationem in manibus patris factam? Et dicendum est quod non, cum enim fuerit deinde instituta a patre, non potest sibi amplius opponi de renuntiatione, ut concludit Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta in vers. facio aliam questionem in fin. ff. de verbo. obligat. & ubi Alexander attestat hanc esse communem opinionem, facit textus in l. si libertus non aluerit. de bonis libert. & q. notat Bar. in l. illud. §. finali. ff. de bono. posse. contra tab. & iste casus non habet difficultatem: vnde non est opus adtingere, an paretur rectè facta hæc renuntiatio, cum etiam si facta esset, tamen nihil obesset filia ex voluntate paterna succedenti. Tertia dubitatio est, an saltem huic filia ob sint trãfactio nes iniactæ inter Ioannem cohæredem suum fideicommissio grauatum, & ipsam, & ipsam, in quibus videtur Beatrix, assignatis Ioanni certis bonis concessisse, ut ipse & sui hæres possent disponere, tanquam de proprijs bonis, secundum omnimodam voluntatem, absque conditione ipsius, vel hæredum. Nec videtur, quod dicta filia possit allegare ignorantiam dicti fideicommissi: cum enim transegerit cum Ioanne, tanquã hæredem, qui ab intestato hæres esse non potuisset, satis videtur fateri, & sciuisset patrem suum testatum decedisse, ut in simili notat Angelus in l. si proponas ff. de inof. test. & scum sciret testamentum, presumitur etiam sciuisset fideicommissum in eo appositum. l. non est ferendus. ff. de tranfact. præsertim cum factæ fuerint diuisiones secundum formam dicti testamenti, ut declarat Bartolus in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 3. questione. ff. de verbo. obligat. & Baldus cõsilio clxxvij. in 4. & in hoc casu videntur multæ coniecturæ concurrere de scientia istius testamenti, de quibus per Abbatem cõsil. xix. facti cõtingentia. in 2. libro. & Alexander cõsilio 212. in 2. sed tamen concludendum arbitror, dictas transactiones nihil nocere, nec censeri remissum ius fideicommissi vniuersalis, tum quia in eis verba sunt clara, quod trãfactio sit ratione controuersiarum, quæ vsque ad diem transactionis ortæ fuisset: sed ad illam diem nulla controuersia de fideicommissio interuenerat: ergo non potest dici illi renuntiatum. l. qui cum tutoribus. ff. de tranfact. l. cum pater. §. hæreditate. ff. de legat. & fideicommiss. 2. tum quia verba præteritis controuersis, non debent extendi ad futuras. l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verb. obli. & ista ratio est certissima, quam in terminis approbauit Angelus cõsil. clxxvij. pro clariori decisisio. Cornæus cõsilio cccxl. in 1. Dec. cõsilio lxxxvij. Præterea cum in casu nostro solum Ioannes fuerit grauatus fideicommissio, non censetur illi renuntiatum. facilius enim presumitur renuntiatum, quando fideicommissum est reciprocum, ex quo vtrique consulitur, quando alteri tantum iniunctum est. argumen. gloss. in l. semper in stipulat.

stipulationibus. ff. de verbo. signif. at. quam adhuc ponderat & sequitur Bartolus in dicto. §. duo fratres. in ij. questione. in fine. & hanc opinionem etiam tenet Ang. in d. cõsil. cõsil. clxxxij. & ex ista ratione tollentur multa, quæ possent in contrarium adduci, quæ procedunt in fideic. reciproco, non autem alteri tantum iniuncto. Nunquid verò si præsupponeremus censeri fideicommissio renuntiatum, præiudicaretur eius filijs, qui etiam ipsi ad fideicommissum vocati sunt? & regula est quod non. l. de re. ff. de tranfact. per Alexand. in cõsil. clxxj. vltimo processu & facit ratio, quia renuntiatum matris de fideicommissio conditionali, intelligitur si sibi delatum fuerit, ut per Alexand. l. pactum. C. de collat. & per Aret. post alios. in l. superstitis ff. de acquir. hæred. cõcord quod tamen non procederet, quando mater promississet dictam renuntiationem se, hæredesque suos ratam habituros. nam tunc filij, ad eundem hæreditatem matris tenerentur eam ratificare. l. cum a matre. C. de reind. de quo dicendum, ut per Fulg. cõsilio. lxxvij. paterfamilias. Quarta & vltima est dubitatio, cum fideicommissum in testamento Basileæ facta sit, ut bona Ioanni relicta nihilo excepto, quantum tunc de illis supererit, simpliciter & sine vlla conditione restituantur, quænam vires & effectus sint horum verborum? & in hac questione quatuor articuli perstringendi sunt. Primus est, quid veniat in restitutionem. Et de iure Digestorum, illud solum quod supererit, & reperiretur tempore mortis, erat restituendum, vnde potuisset hæres grauatus omnia alienare, dummodo in fraudem fideicommissi hoc non faceret. l. Titius. ff. ad senatus. Trebell. sed hodie tenetur saltem quadrantem reseruare, præterquam in quatuor casibus, ut in authen. contra cum rogatus. C. ad senatus. Trebell. Sed circa hunc articulum pro clariore resolutione considerandi sunt duo casus. Primus est, quando omnia supererunt. ut quia hæres non alienauit ea, & communis opinio est, quod omnia debent restitui. verba enim fideicommissi hoc important, & ita tenet gloss. in auth. de restit. §. & hoc igitur, cum qua transeunt ceteri. in d. auth. cõtra rogatus. quicquid ibi aliter tenuerit gloss. & ita etiam tenet Raph. Com. Paul. Imol. & Alexand. in d. l. Titius. poterit tamen hæres deducere quartam Trebellianicam, ut tenent communiter docti in præallegatis locis, sed tamen casu nostro, non puto licere hæredem detrudere dictam quartam. ex quo testator voluit restitui quicquid supererit nihilo deducto, propter quæ verba censetur prohibuisse detractionem, prout facere potuit, secundum magis communem opin. in auth. sed cum testator. C. ad l. Falcid. & in l. Marcellus. ff. ad Trebell. per D. Ant. Corsetum in tractatu de excellentia regia, quæst. lxxij. vbi diffusissime disputat, & probat veritatem istius opinionis. vnde sicut quando testator dicit, quod integra hereditas debet restitui, vel quod restituatur sine diminutione, non potest deduci Trebellianica: ita & in casu nostro, quod autem non possit, est gloss. in l. decem. ff. de fideicommiss. lib. Bartolus in l. Centurio. ff. de vulgar. & pup. Alexand. cõsilio. v. in 3. cum multis concord. per Mod. in d. l. Centurio. licet. Socin. cõsilio xliij. aliter sentiat. Sed quicquid ipse dicat, in iudicando non est recedendum à prædicta opin. quæ est magis communis. sed quia non sum certus, an clausula ista sit apposita in vltimo testamento, aliter & secundo respondeo, quod in casu nostro non est querendum de Trebellianica, quia fideicommissum censetur particulare, non autem vniuersale, ex quo testator ordinauit, ante omnia fieri debere solutionem æris alieni, & deinde mandat restitui quod ex bonis supererit eueniente conditione fideicommissi, ut est casus in l. cog. in princ. vers. & generaliter. vbi Bartol. & doct. ff. ad Trebe. & idem sentit Bartolus in d. l. Titius. Secundus casus est, quando hæres alienauit, ita tamen quod adhuc quarta superest, quæ potest restitui, & tunc sunt opiniones, quia si alienatio fuit in fraudem fideicommissi facta, prout in dubio presumitur, ut probatur in d. l. Titius. & ibi Paul. Castr. videtur, quod

alienatio non obstat fideicommissario, & quod dicit. l. Titius. hoc casu remaneat incorrecta secundum Paul. Castr. in d. l. Titius. pro quo facit ratio, quia dicit. auth. contra cum rogatus. est facta in fauore fideicommissarii, ut dicunt communiter doctores, ergo non debet retorqueri in odium corrigendo ius antiquum. l. quod fauore. C. de legi. alia est opin. quod imò liceat hæredi ad sui beneplacitum alienare, dummodo superest quarta, per tex. in d. auth. contra. & ibi gloss. & clarius probatur in corpore, vnde sumit. in auth. de rest. in vers. non enim concedimus. & ita tenet gloss. in l. Imper. §. final. & ibi Bartol. in fin. ff. de leg. secundo gloss. Bartol. & Ang. Imol. in l. penul. iuncto tex. in verb. consumere. quod accipitur in malam partem. ff. ad Trebell. Alexand. in d. l. Titius. & sic apparet, quod ista secunda opinio est verior & communior, nec obstat ratio Raph. quia non est verum quod dicta auth. sic facta simpliciter in fauorem fideicommissarii, imò emanauit ad tollendas controuersias, quæ emanare potuissent inter hæredes & fideicommissarios, secundum Iac. de Beluis, ibi bene fatentur Imol. & Alexand. quod quando probaretur de euidenti dolo, quod procederet alia opin. arg. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. sed dummodo non alienetur, quarta per simplicem alienationem: hodie dolus non presumitur. d. auth. contra. licet de iure antiquo esset secus. d. l. Titius. Ad idem etiam nos vrget ratio. nam si liceret hæredi, dicerimus quod de quadrante superest ad libitum alienare posse fieri fraus fideicommissio, per quam fideicommissarius solam quartam conlequeretur, quod esset non solum contra mentem testatoris, sed etiam contra arbitrium boni viri, quod huic relicto inest, ut dicitur in d. l. Titius. & licet Iustinianus, quo ad quartam rem in necessitate posuerit, non arbitrio, respectu tamen eius, quod quarta excedit, non reperitur expressè illud arbitrium sustulisse, vnde adhuc obseruandum est. l. præcipimus. C. de app. l. sanimus. C. de testa. aliàs non videtur, quod illa Iustiniani constitutio bona ratione niteretur. Et in casu dubio esset ita pronuntiandum, ne dicamus ius antiquum penitus esse correctum, quæ interpretatio capienda non est, tum quia correctiones odiose sunt, & euitandæ dicit. l. præcipimus. cap. cum dilectus. extra, de consuetud. gloss. in cap. cupientes. §. quod si per viginti. de elect. in vj. tum etiam, quia in dicta constitutione Iustiniani, non dicitur, quod vellet aliquid corrigere, sed solum tollere ænigma. & sic obscuritatem, quam Papinianus reliquerat, dum simpliciter non posse hæredem interuertendi fideicommissi causa alienare dixit, per quæ verba sic generalia videbatur esse concessa licentia hæredi etiam totum fideicommissum alienare, dum studiosè hoc non fieret, reducebatur ad nihilum fideicommissum, quod ergo Iustinianus declarationis causa introduxit, non est ad correctionem extendendum, contra ipsius legis latoris mentem qui si voluisset corrigere, hoc vtiq; expressisset, argumento. l. tunc. §. si in autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. præsertim cum consuetus sit Iustinianus multa verborum pompa vti, & omnibus exprimere, qualiter ius antiquum correcturus est. Et hoc tenedo non obstat text. in dict. authen. de restit. in vers. non enim concedimus. dum datur licentia hæredi vltra quadrantem, vti sicut voluerit, & quem admodum perfectis dominis competit. Nam potest plurifariam responderi. Primò, quod illa verba tam generalia restringunt, ut censetur exclusus dolus, ut est casus in l. si quando. in principio. C. de inofficio. testam. Sed quando vltra quartam alienatur, lex præsumit dolum. dicit. l. Titius. Et istud videtur clarius procedere, quando multa consumpsisset, & maximè ex causa voluptatis, ut sentit Ioannes de Imola. in l. penultima. ff. ad Trebell. et si de ista consumptione non constet in processu, non habenda eius ratio: quia paria sunt non esse, vel probatum non fuisse, secundum Bald. in cap. j. extra, de consuet. & probatur in l. fin. ff. de probat. quia iudex acta sequi debet. l. illicitas. §. veritas. ff. de oficio præsi. & debent hære-

in omne illud condemnari, quod probatum non fuerit, fuisse alienatum. Secundo pro ista solutione facit, quia illa verba debent restringi secundum terminos iuris, ut est text. ubi doctores in cap. primo extra, de offic. ord. & dicit Bald. in l. dotalem. C. de testa. mili. quod per huiusmodi verba generalia non censetur data potestas, ut aliquid fiat in praedictum iuris alteri quaesito, prout est in casu nostro: quia fideicommissarius habet spem probabilem, quae equiparatur iuri quaesito. ut habetur per Bartol. in l. is potest. ff. de acqui. hered. & quod talis generalitas verborum restringenda sit secundum terminos iuris, multa cumulat Andreas Siculus in dist. cap. j. de offic. ordin. & in cap. j. de rescript. per Iason. l. j. C. de sacros. ecel. cum similibus. Secundo potest responderi, quod si bene aduertatur in casu illius legis contentio erat, quia fideicommissum non permittit haredem, uti rebus, tanquam eas deterreret, id est per vsum consumeret, ut putet ex natione facti. ibi non rebus, & car. & rursus nulla prohibitione de eorum gubernatione, & c. Unde cum Iustinianus dat licentiam per illa verba generalia, debent intelligi, secundum propositam speciem, videlicet respectu vniuersi, & administrationis, non autem, quod possit alienari. nam etiam verba dicunt, *Quod possit fieri voluerit vti.* non autem alienare, id enim esset non simpliciter vti, sed abuti. l. plenum in principio. ff. de vfu & habit. ut uter ergo haeres, quem admodum dominus arbitrio boni viri. ita ut possit etiam alienare si studiosè hoc non faciat, licet locus sit de quadrante, quem nullo modo alienare potest, etiam donationibus sine studio factis, cum fortan studiosè fieri potuerint, licet aliud simul etru, & secundum hunc sensum satis possunt verba applicari, si bene videatur. Tertio potest responderi, quod illa verba generalia limitantur in textu dicitur, *Quod liceat libere vti, quem admodum perfectus dominus composuit.* Videtur enim haec verba importare arbitrii boni viri, si intelligamus de dominis perfectis, non ratione iuris, sed moru. & sic exponamus dominos perfectos, id est, probos, & iustos, seu bonos: nam ista dictio hunc significatum plerumque habet, ut declarat Archid. l. 4. quaestione prima. cap. primo. & probatur in euangelio. si quis vult perfectus esse, & c. & istud certius deprehenderem, si apud me in praesentiarum essent. athen. Graeca. Et sic potest defendi ista opinio. quae est valde aequa: sed quia non potest negari quin ille ex obiter aliquo modo, & etiam sunt aliquae auctoritates in contrarium, non audeo nunc affirmare aliquid circa hunc punctum, nec pro hac parte consilere, libenterque huius rei iudicium peritioribus relinquo. Secundus articulus est, quid iuris, si bona existant ultra quadrante fuerint alienata, & pretium extat, vel aliae res ex eo pretio empta fuerint, an dictum pretium, vel res empta sint restituendae iure praedicti fideicommissi & casus huius quaestiones est in d. l. Imperator. §. final. ff. de legat. secundo. sic, quia in istis quodammodo vniuersalibus pretium succedit loco rei. l. Labeo & Sabinus ff. de verborum sig. per Bartol. in d. auth. contra rogatus. & eadem ratione vna res loco alterius, quando constat de eodem pretio esse emptam, & hereditario nomine, alioquin haeres non ad rem restituendam, sed ad pretium rei esset compellendus. l. sed & si lege. §. primo. ff. de pet. haered. Angel. in l. in fideicommissi §. nonnuquam. ff. de vfu. Tertius articulus est, quid iuris quo ad fructus, qui de bonis fideicommissi subiectis tempore mortis haereditatis superant. Et eos etiam esse restituendos, est casus in l. in fideicommissi §. nonnuquam. ff. de vfu. supra alleg. In hoc puncto pro resolutione contrariorum sunt etiam casus considerandi. Primus est cum testator ius sit restitui. *Quicquid ex bonis superesset.* Et nulla est difficultas, quin fructus, qui sunt restituendi, d. nonnuquam. & iste est casus noster. Secundus casus est, cum testator rogat, ut restituatur, quod ex hereditate superest, & nunc fructus non veniunt, nunquam enim fructus fuerunt hereditatis, ut dicit textus in l. fideicommissarii in princ. ff. ad senatufc. Trebel. & in l. deducta. §. final. eodem titulo. Tertius casus est, quan-

do iussit restitui, quicquid ex hereditate bonis vel superesset, & etiam non videtur fructus restituendos, per l. haeredes mei in principio. ff. ad senatufc. Trebel. inspicitur enim verbum, hereditatis, generale, quod praecedit. Quartus casus est, cum rogatus quis restituere, *Quod ex bonis ad eum peruenit.* tunc enim non tenetur fructus restituere. l. quod d. his verbis. ff. de lega. & fideicom. 3. declarando, ut in l. Ballista. ff. ad senatufc. Trebel. & ratio est propter verbum, peruenit, qui enim ita rogatus est, cum non habeat beneficium diminuendi etiam bona fide, B saltem potest extates fructus retinere, ut dicit Fulgofius in d. §. nonnuquam. sed forte melior ratio est propter dictionem, meis, ut infra dicam. Quintus casus est, cum testator mandat restitui hoc modo, *Quicquid ex bonis meis supererit, tunc casus est dubius, videtur enim fructus debere restituere, propter illam dictionem, meis.* fructus si enim nunquam fuerunt in bonis testatoris. l. 3. §. haec verba. ff. de negot. gest. & ista ratione vtuntur Ioannes de Imola, & Alex. in d. l. Titius. sed gloss. ibi, & doctores in d. l. Ballista. praesupponunt oppositum, videlicet quod adhuc fructus sunt restituendi sed quia in casu nostro non fuit addita illa dictio possessiva, non est opus nunc aliter decidere. Et sic in hoc puncto resideo, fructus extantes esse restituendos. Et haec omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXVII. SVMMAE.

- 1 Bona expresse prohibita alienari, non transeunt in fiscum etiam durante vita condemnati.
- 2 Doct. Bart. in l. si quis in tantam. C. vnde vi, declar.
- 3 Quis consequitur ex aliena persona, quod ex sua consequi non possit.
- 4 Privilegium personale non transit ad alios.
- 5 Iura liberorum non transeunt in fiscum.
- 6 Fiscus non potest dicere ea persona filij testamentum esse nullum.
- 7 Licet filius possit dicere testamentum nullum, & istud ius transmittat ad descendentes tamen non transmittit ad extraneos.
- 8 Ea quae non transeunt ad extraneos, non transeunt in fiscum.
- 9 In dubio contra fiscum iudicandum.

Nillam casus praesens videtur habere difficultatem, praesupponitur namque in facto d. Franciscum Degani decedentem, in eius testamento instituisse haeredes tres eius filios, Ambrosium, Celsarem, & Hieronymum, eorumque inuicem fideicommissum expresse grauauit: in super suorum alienationem eis prohibuit, et quo ad legitimam, vique ad aetate annorum triginta, ultra vero dictam aetate prohibitionem iussit tenere, excepta legitima: addidit quoque in super ratione, ut bona conferuerentur in familia sua, & respectu prohibitionis legitimae, ultra rationem familiae, addidit: quia intra illud tempus triginta annorum, reputabat filios suos minus idoneos ad regendum bona sua, & prout latius in ipso instramento testamenti continetur. Hoc statu, Ambrosius eius filius maior natus, adhuc non excedens aetatem annorum duorum & viginxi, bannitus fuit a dominio Mediolani, non tamen ex causa laesae maiestatis, eiusque bona cameræ applicata, positaque iuxta morem ad proclama, statimque ipsa proclamata inter caeteros cotradixerunt praefati Celsar, & Hieronymus minores, fratres dicti Ambrosij, virtute praefati testamenti, praetendentes omnia bona, quae spectabant dicto Ambrosio etiam respectu legitimae ad ipsos deuoluta fuisse, ipso iure, & facto. Et quoniam de reliquis bonis, praeterquam de legitima nulla subest difficultas, nec etiam Regius fisco super hoc insit. Ideo super hoc non erit insistendum, quia satis notum est, quod bona expresse prohibita alienari, non transeunt in fiscum, etiam durante vita condemnati, l. Imperator. ff. de fideicommiss. libert. & lae Alexand. consilio 203, in j. volum. Minus etiam dubij recipit conclusio ista

ista iura, quod bona expresse prohibita alienari, vique ad certam aetatem, putat annorum triginta: eadem quia testator reputet filium institutum minus idoneum, & c. & in casu nostro talis prohibitio hoc modo concepta comprehendit etiam legitimam, quia hoc casu non continet grauamen, sed fauorem, quia testator prouidet imbecillitati illius aetatis, talis ergo prouisio non est de legitima reijcienda. Istam conclusionem tradit Paul. Castr. consilio cccxxiii. & scribentes omnes maxime Iason. in l. filius familiae. §. diui. in secunda lect. ff. de leg. primo & pulcherrime Pau. de Monte Pico, in rep. l. in quartam. ff. ad l. Falcid. ubi ea ornat pulchris iuribus, & decisionibus, & remouet plura obiecta, quae fieri possent, maxime quod credendum sit patri attestanti de imbecillitate filij, etiam quod aliter non appareat. & certe conclusio ista nullum habet contradicentem, & infiniti alij doctores eam sequuntur, imò ipse etiam Regius fisco eam non negat. Punctus est tantum super vniuerso obiecto, quod Regius fisco proponit in causa ista, iuxta doct. Bartol. in l. si quis in tantam. versic. quero, an dominus. C. vnde vi, de qua etiam per Alexand. consilio 23. versic. 4. volum. j. ubi videtur probari, quod si alienatio prohibetur fauore tantum prohibiti, quod si qua alienatio fiet delinquendo, quod illa non censetur prohibita tanquam propter delictum cessat talis fauor, propter quem inducta fuerat prohibitio. Cum ergo ex praecedenti conclusione resultet, quod respectu legitimae, prohibitio teneat fauore ipsius prohibiti, inferri videtur prohibitionem, de qua in casu nostro non comprehendere ipsam legitimam, cessante fauore prohibiti, propter eius delictum, quantum autem sit respectu fauoris familiae, tunc dicit Regius fiscus, quod talis prohibitio eo casu continet grauamen, quod esset de legitima reijciendum. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. & no. gl. in auth. nouissima. C. eo. tit. eum vulg. & hic in effectu tacet tota difficultas. Sed praedictis non obstantibus, determinandum esse de iure existimo, in casu nostro, totum contrarium, videlicet, praefata bona dicti Ambrosij in totum etiam respectu legitimae applicata fuisse fratribus suis, non autem Regio fisco per supra dicta. Nec obstat doctrina illa Bartol. in l. si quis in tantam. supra allegata, quia multipliciter responderi potest, & quidem circa omnem difficultatem. Primo namque responderetur, quod dicta doct. Bartoli potius facit contra fiscum, quam pro fisco: quia Barbi & Alexan. in d. consil. 23. qui eum refert, expresse volunt, quod quando prohibitio alienationis continet aliud, quam merum fauorem prohibiti, scilicet facta nedum fauore alienantis tantum, sed etiam fauore alterius, tunc etiam delinquendo quis non alienat, & durat prohibitio, prout ibi Bar. subiicit exemplum de muliere, delinquente constante matrimonio, cuius dos non publicatur, nisi in quibusdam casibus specialibus: ea ratione, quia nedum prohibetur alienatio dotis, fauore ipsius mulieris, sed etiam fauorem viri: licet tamen fauor mulieris, sit principalis causa inducendae prohibitionis, ut per textum in l. vnica. §. & c. lex Julia C. de rei vxorie actione in ex stipulatu actione trasfusa, & de natura dotis praefata. in cose quetia aut sub est fauor, viri & tñ fauore viri facti, cessante principali fauore mulieris, & sustinetur ipsa prohibitio dotis: nec p de licitū vxoris aliquo aliter trāsfit in fiscū, vbi p Bar. Id ergo dicendum sit in casu nostro, in quo prohibetur legitima alienari, nedum fauore prohibiti, sed etiam fauore familiae, per expressa verba, ex quo apparet: quod doctrina illa Bart. in isto exemplo, de muliere, quae delinquit: fundat intentionem nostram, quia etiam, quod prohibitio legitimae principaliter inducta fuisset, fauore prohibiti: tamen illo cessante, sustinetur fauore familiae, quod non est mirum: quod tñ quis consequatur ex alienatione persona, quod ex sua consequi non possit. l. Arist. ff. quae res pgn. obliga. non pos. & l. si post mortem. §. final. ff. de bono possessi. contra tab. cum his quae late ponunt Mod. in l. si emancipati. C. de collationibus & ista est veritas Bar. & Alex. in d. consil. 23. quam etiam sequitur,

& declarat Aretinus consil. 4. versic. sicut enim vasallus ita cessat illud fundamentum fisci: qui dicit, quod respectu familiae talis prohibitio continet grauamen: ergo debet reijci, tamen inferius etiam ad hoc fundamentum clarius respondebo. Secundo, principaliter ad obiectum fisci responderetur: quia Bar. in d. l. si quis in tantam. loquitur in prohibitione alienationis, quae fit per legem: quia illa non impedit alienationem, quae fit delinquendo: quia lex nullius alterius commodum respicit, nisi prohibiti, ut videmus in minore, & similibus: sed aliud est in prohibitione, quae fit per testatorem: quia testator plerumque considerat nedum fauorem prohibiti: sed etiam alterius, ut patet in casu isto: quia testator mouetur ad prohibendum alienationem legitimam, hac ratione, ut supra: ut bona remaneant in familia: prout supra dixerat. Et quod differant prohibitio legis, & prohibitio testatoris: patet clarissime, nam prohibitio legis non impedit alienationem quae fit per delictum: ut per Bartolum ibi: & tamen prohibitio testatoris impedit, ut per Alexand. in allegato consilio 23. in j. volum. Secundo, quia testator etiam considerat fauorem alterius, nec obstat, si dicitur, quod respectu fauoris aliorum, reijcitur de legitima. Et quia ultra supra dicta responderetur, quod istud est verum, si filius vult, quia hoc est intro ductum in eius fauorem, & est privilegium personale, & non transit ad alios: ut declarat Paulus Castr. in l. quoniam. in princ. vers. sed tertio quaeritur. C. de inoffic. testam. Sed ubi filius hoc non petat, alius non potest petere: ut per Bartolum & Baldum in l. seimus. in princ. C. de inoffic. testam. post glossam, ubi, in verbo, ipso iure. Ex hoc sequitur, quod istud est ius liberorum, & iura liberorum non transeunt in fiscum. l. eorum. ff. ad l. Iuliam Maiestatis. l. iura liberorum. ff. de iure patronatus. & declarat Paulus Castr. in l. j. versic. sed contra hoc opp. gloss. de bonis libert. & iure patron. ergo non potest fisco dicere, quod istud grauamen debeat deduci de legitima: quia est privilegium personale, quod non transit ad fiscum. Confirmatur ista conclusio ex eo, quod dixit Bald. in l. si qua pena. ff. de ijs qui sunt sui. ubi dicit, quod fisco non potest dicere ex persona filij testamentum esse nullum, & ad hoc etiam bene facit, quod voluit Iason. in l. cum mora, versic. sed audi nouum dubium, ubi voluit, quod filius possit dicere testamentum nullum. & istud ius transmittat ad descendentes: tamen non transmittit ad extraneos: sed sic est, & ista est communis, & vera conclusio, quod ea quae non transeunt ad extraneos non transeunt in fiscum. Bartol. & alij in l. si finita. §. si de vestigalibus. ff. de dam. in ergo ius istud quod dicit, grauamen non potuisse apponi in legitima, non potest allegari per fiscum, ex quo filius ipse hoc non allegauit. Ex supra dictis itaque, omnis qua pluribus alijs fundamentis, quae in hac materia cumulari possent, breuiter & dilucide agendo, concluditur quod nulla pars dictorum bonorum, nec etiam respectu legitimae praefati Ambrosij, potuerit in fiscum transire: sed ad fratres dicti Ambrosij, de iure pertinent, non obstante mortuo fisco: ex eo quod prohibitio contineat fauorem alterius, quam prohibiti. Item sit prohibitio testatoris, & non legis, ita quod illa sunt iura liberorum, quae non transeunt in fiscum. Vltimo etiam illud vulgatum non omitto, quod tñ in dubio contra fiscum sit iudicandum, quod procedit, posito quod dubium sit nedum in facto, sed etiam in iure, propter varias opiniones doctorum, ut per Matheslanum in not. suo lxxj. & per Apostil. ad Bartol. ad vulgatam l. non puto. ff. de iure fisci. Et haec pro nunc sufficiant, ex quibus ita iuris esse sentio, ut supra conclusum est, & ita iudicarem. Et haec omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXVIII. SVMMAE.

Quando testator facit institutionem, censetur velle testari.

- 2 In actibus hominum ut perficiatur, requiruntur duo, voluntas & potestas.
- 3 Quod quis subinet rogatus si restitueret, de iure est impossibile.
- 4 Differentia esse debet inter rogatum, & rogantem, sicut inter creditorem & debitorem.
- 5 Semper fit interpretatio in fauorem filij, ne videatur grauatius.
- 6 Si testator coram septem testibus nominauit heredem, dicens quod si testes huiusmodi codicillo, tamen valet in vim testamenti.
- 7 Magis attendimus ad substantiam actus, quam ad nomen.
- 8 Presumptio ex substantia rei, preualet appellationi.
- 9 Plurime voluntates sunt ambulatorie.
- 10 Per posterius testamentum prius tollitur.
- 11 Heredem vobis restituit non grauari.
- 12 Testamentum potest fieri tribus, vel duobus verbis.
- 13 Causa iuris est fauorabilior.
- 14 In his que pendet a nostra voluntate, non est alia causa per quam renda, quam voluntas.
- 15 Testamento confirmando que necessaria.
- 16 Per codicillos non confirmantur testamenta, sed e contra sic.
- 17 Qui vult Deum instituire, & filium priuare, alium pro consilio querat quam Augustinum.
- 18 Sapientes & pij parentes non solent excludere proprios nepotes, vt faueant transuersalibus.
- 19 Ex itinere nihil infertur.
- 20 Dilectio capitulum est generalis, & tam proprie dicitur de testamento, sicut de codicillis, & qualibet alia re.
- 21 Fortior est coniectura, que ex facto accipitur, quam que ex non facto.
- 22 Testamentum inter liberos tacite censetur continere clausulam codicillarem.
- 23 In claris frustra recurrimus ad coniecturas.
- 24 Vna presumptio efficax, tollit plures, quando sunt leuiores.
- 25 Fideicommissum est onus.
- 26 In dubio pronuntiandum, non subesse fideicommissum.
- 27 Semper fit interpretatio, ne heres censeatur grauatius.
- 28 In fideicommissis onus filij inuictum, ad nepotes non pertinet.
- 29 In prohibitione alienationis, facta filiis, appellatione filiorum, non continentur nepotes.
- 30 Fideicommissi ademptio est fauorabilis, cum datio sit odiosa.
- 31 Interpretatio fit etiam aduersus vim verborum, ne filie censeatur exclusae ab hereditate paterna.
- 32 Ex re particulari, nihil est inferendum ad summam hereditatis.
- 33 Boipso quod quis fecit institutionem heredis, declarauit quod voluit testari.
- 34 Nemo potest cum duobus testamentis dicere, nisi sit miles.
- 35 Non admittitur excusatio seu allegatio, quod quis ignorauerit leges.

Magnifici d. Oldradi de Lampugnano vltima dispositione, existimaui eam in vim testamenti valere, & consequenter censeari reuocatum prius testamentum, cum fideicommissis in eo contentis, iuxta q. poster. instit. quib. mod. testa. in fir. & l. si quis prior. ff. ad Treb. aded vt clausula codicillaris in primo testamento contenta nihil operetur, secundum Bar. in l. j. q. xv. ff. de iure codicil. Et moueor primo per tex. in l. non codicillu. C. de testam. vbi q. testator facit institutionem, censetur velle testari, & talis presumptio est efficacior ceteris, vt ibi not. Fulgosi. & Alex. Secundo facit ratio, nam in actibus hominum ut perficiatur, requiruntur duo, voluntas, & potestas. l. j. ff. de procur. in casu nostro voluntas apparet ex institutione, potestas vero etiam subest: quia interuenit legitimus numerus testium, iuxta no. in l. nemo potest. in j. opp. Bar. ff. de leg. j. Tertio luadet hoc, p. verba institutionis, quibus instituitur filius idem proximior ab intestato, & etiam scriptus haeres, in primo testamento, vnde non possumus dicere, q. haec vltima tabule habeat vim codicillorum, quia sequeretur, q. ipsemet sibi rogatus esset restituere, quod de iure est impossibile. l. legatum. ff. j. c. si. extra. de inst. cum j. debet esse differentia inter rogantem & rogatum, sicut inter creditorem & debitorem. l. j. ff. de aut. tut. Abb. in rub. extra. de re iud. l. j. c. de ser. fugit. Quarto, quia vt primu testamentu, & fideicommissa in eo contenta habeant effectum, oportuit quod per

istas vltimas tabulas nominatim & expressis fuissent confirmata, vt est tex. in d. l. si quis prior. in verb. expressu est, & ibi no. Raph. Com. quod minime factu est in casu nostro. Quinto, quia, nisi ita diceremus remaneret filius oneratus fideicommissis erga collaterales, sicut autem semper interpretatio in fauorem filij, ne videretur grauatus, arg. l. vnum ex familia. ff. si rem. ff. de leg. 2. & l. quod si nepotes. de testa. tur. & quod not. Bal. col. ccclvij. in 4. Sexto per illud quod disputauit Dyn. & refert Io. And. in Spec. de instrum. edit. ff. copendiosè, sup. verb. codicillum. vbi concludit, si testator coram septem testibus nominauit heredem, dicendo, quod sint testes huiusmodi codicillo: tñ valet in vim testamenti, sequitur Paul. Castr. in l. Scruola. in lectur. Bonon. ff. ad Trebell. Aret. & Mod. in l. nemo potest. ff. de leg. j. Alex. l. Riminal. in d. l. non codicillu. & licet aliqui dubitauerint de dicta decisione, tñ est magis communiter approbata, vt dicit Claud. de Seifello in d. l. nemo potest. quando instituti sunt iidem, qui aliam censeantur rogati, prout in casu nostro, & distinguit Alex. in d. l. non codicillu. vñ in iudicio nullo modo esset ab hac opinione recedendum. Nec obstat, q. testator in legatis appellauerit codicillu sepius dicendo & repetendo, ite legat codicillando, & q. in deo, q. illa appellatio nimpedit substantia actus, ad q. magis attendimus q. ad nomen. l. infula. ff. de prescr. verb. & est tex. in l. testamentu non ideo. C. de testam. & q. not. Ang. in l. illud. ff. tractari. ff. de iure codicill. Bald. in l. Imperator. j. de stat. hom. sicut videmus e conuerso, quod si non adsit institutio, licet ad sint septem testes, & testator appellauerit testamentu, tñ non valet, nisi vt codicillus: q. a presumptio ex substantia rei, preualet appellationi, secundum Pau. Castr. in l. proxime. ff. de his que in testa. cu quo transeunt de et. in l. j. ff. si quis ita. ff. de verb. oblig. lator. in d. l. non codicillu. cu concord. Et istud fortius probatur ex supra scripta decisione Dyni, & Io. And. communiter, vt dixi approbata, qui loquuntur quando testator praecise dixit, se velle quod sua dispositio valeat in vim codicillorum, quod non fuit factum in casu nostro, in quo illa qualitas, Legat codicillando, & c. non fuit appolita, nisi legato, non autem toti vltimae voluntati, maxime institutioni. Et licet aduersus dicta decisionem Dyni, tria adducantur ad inducendam differentiam de casu illo, ad casum nostrum: tamen in effectu dicta decisio, seu communis opinio non potest cuitari. Primum est, quod in casu nostro tractetur de reuocatione alterius testamenti, & fideicommissi in eo contenti, supra scripta vero decisio deberet intelligi, quando non praecessisset aliud testamentu, na ad hoc respodet, quod ista intelligentia est manifeste contra verba thematis, quaestiois formate per eos, qui praecise loquuntur, quando praecesserat aliud testamentum solenne, prout in casu nostro, & ratio ipsorum militat pariter vtroque casu. Cum enim ex institutione & legitimo numero testium probetur, quod istud sit vltimum testamentum. d. l. non codicillu. satis apparet nihil referre, quod aliud praecesserit, cum vltimae voluntates sint ambulatoriae. l. j. c. de sacrosan. eccl. & j. posteriorius tollatur prius. d. ff. posteriore. Secundum, quia in casu Dyni, & Ioan. And. in secundo testamento erat clausula. Quod valeret iure codicillorum, vel iure testamenti, & omni iure quo melius poterat quod non fuit in casu nostro. Respondeo, satis est, quod in casu nostro fuerit institutio, & numerus testium, quae ex dispositione legis ostendunt mentem testatoris esse, vt dispositio valeat in vim testamenti, illa vero adiectio, iure codicillorum, vel omni iure, quo melius poterat, magis arguit mentem esse pro codicillis, qua pro testamento, & tñ in casu ipsorum nihilominus est testamentu: ergo multo magis in casu nostro, in quo sunt talia verba, facit doct. Bar. in l. j. quae st. ff. de iure codicill. Alex. col. clxj. in 2. volum. Tertiu est, quia in casu Dyni & Io. And. testator in secunda dispositione id ordinauerat, q. in prima: vnde secunda remaneret uliora, nisi valeret in vim testamenti, q. non est in casu nostro propter legatum factu Ambrosinae. Sed certe istud nihil est, q. a contentio si est de legato Ambrosinae, sed de institutione, quae nullus

lius effectus esset, nisi reuocaret primu testamentum, nec potest dici, quod vertatur in vim fideicommissi, quia cum esset dominus Feradus institutus in primo, sequeretur quod ipsemet fesset grauatus restituere sibi ipsi, quod est absurdum & impossibile. d. l. legatum. ff. j. & certe ista tertia consideratio est manifeste contra distinctionem Alexan. in d. l. non codicillu, quae vt dixi est communiter approbata, secundum Claud. de Seifello, in d. l. nemo potest. Et ex hoc vltimo inferitur non ob stare, quod no. Bald. & Salic. in l. filij. C. fam. ercisc. & Salic. d. l. non codicillu. quia ad eorum dicta respodet Ale. in d. l. non codicillu. quod possent procedere, quando institutus in secundo non esset alius successurus: quia non veniret ab intestato, vel non esset institutus in primo, tunc enim institutio potest verti in causam fideicommissi, & habebit effectum: secus est, quando esset institutus in primo, prout in casu nostro, tunc enim non potest habere effectum iure fideicommissi, cu non possit censeari grauatus vt restituat sibi ipsi, prout declarat ibi Alex. aduersus quem argumetari nihil aliud est, quam nodum in scirpo quaerere. Non obstat secundum principale fundamentum, per quod colliguntur multae coniecturae, quod dominus Oldradus hac vltima dispositione, voluerit potius codicillari, quam testari in primis, quia institutio haec vltimo loco facta, est admodum arida & icuina, & c. Respondeo, istud nihil est cu testamentum possit fieri tribus, vel et duobus verbis. l. j. ff. si. de her. inst. & testator, habens filios, quanto paucioribus verbis testatur, est sapientior: quia se accommodat causae intestati, quae est fauorabilior. l. hac consuetudine. ff. j. c. de test. & pleriq. prudentissimi patres. quando habet filios, non curant facere testamentu, vt salua sit lex intestati, tanquam Imperator Iustinianus lege sua proprio sit testatus. Deinde quia nulla subit causa cur d. Oldradus voluerit facere nouu testamentum, nisi causa Ambrosinae, & c. Respondeo tñ in ijs quae pendet a nostra voluntate, non est alia causa perquirenda, quam voluntas. l. quia poterat. ff. ad Treb. & legatum Ambrosinae nulla quaestio nem facit in casu nostro: sed ipsa institutio, quae alias esset frustratoria, vt dixi. Item, quod in priore codicillo expresset confirmauerat primu testamentu, in hoc autem vltimo confirmat codicillum, quo de primo ad vltimu, videtur inferri confirmatu esse primu testamentu. iuxta l. si quis prior. ff. ad Treb. Respondeo, vt dicta lex habet at locu, oportet primu testamentu verbis fideicommissi expressim confirmatu esse, vt supra dixi, q. non fuit in casu nostro, in quo est simplex tantu relatio. nec approbatio codicilli potest trahi ad maiora expressis, vt videatur approbatu testamentum, vt est doct. Bar. in l. j. q. pen. ff. de iur. codicill. per tex. in clem. 2. extra. de procur. maxime cum j. codicillos confirmantur testamenta: sed potius econtrario l. quod per manus. de iure codicill. Rursus, q. a propter nobilitatem suam non est credendum, quod voluerit hanc vltima dispositione valere in vim testamenti, in qua nihil relinquit ad alias causas, nihil vxori, non prouidet de erogatijs, nec facit aliquas substitutiones, put soler facere nobiles, & c. Rñdeo, istud est valde friuolum, cum enim haberet filiu, non debuit vltra eu grauare, neq. respectu piarum causarum, sed imitari exemplu Augustini. l. 7. q. 4. can. fin. qui vult Deu instituire, & filiu priuare, alium, pro consilio querat, quam Augustinum. l. si quis ad declinandam. cu gl. C. de episc. & cler. t. minus; debuit eu grauare fideicommissi & excludere proprias nepotes, vt faueat transuersalibus, quod non solent facere sapientes, & pij patres. l. cum auus. ff. de cond. & demon. sed illi, qui quasi naturae accusatores exstant, vt dixit tex. in l. maximu. C. de lib. praet. Rursus, quia vq. de ano. 1507. fuit celebrata conuentio inter ipsu d. Old. & fratres, in duabus fideicommissis in quibusdam rebus particularib. & eode anno confirmata in primo testamento, vnde arguitur enixa mens testatoris p fideicommissis, & c. Rñdeo, sed diuersis nihil inferitur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. & quantu sit ad illa conuentione nihil in praesentia disputo, an valeat, vel ne, sed solu tractamus de test. q. quidem

dico esse sublatu p hoc posterius, iuxta regulas iuris cu si mus in arbitrarijs ipsi testatori. Rursus, q. a testator primu codicillu appellauit capitulu, & ita etiam vltimam dispositione appellauit codicillu, seu capitulum, ergo ex similitudine appellationis voluit vtrunq. pari iure censeari, & consequenter si in vim testamenti. Rñdeo, q. ad appellatione codicilli artinet, s. est latis dictu, q. vero spectat ad dictione capituli, ea est generalis & ta. pprie dicitur de testamento, sicut de codicillis, & qualibet alia re. ff. in. in auth. de n. alien. l. j. in prin. de testa. milit. ff. q. illud in auth. de appellat. & intra quae rep. cu similib. & ideo talis psuptio nihil inferit. Rursus, quia cu praecesserit alius codicillus, consequens est, vt p vltimu hoc testamentu non censeatur sublatu, id est, ante tabulas. ff. de iur. codicil. si non est sublatu: ergo nec testamento prius, q. est appbatu in ipso codicillo, prout in simili arguit Rom. col. clxxxix. Respondeo, tunc tempore dicitur primi codicilli, non du erat reuocatu primu testamentu, quod deinde reuocatu est p istud vltimu, & liberu fuit testatori mutare voluntate, nec hic est aliqua contrarietas, & licet in hoc vltimo testamento velit coputari Ambrosinae legatu ei factu in codicillis, tñ alia verba nihil inferunt, quod censeatur approbatu prius testamentu. Rursus obijciunt, quod in tali testamento non sit scripta clausula codicillaris, quae tñ solet apponi in testamento, praesertim p eundem notariu, p ea, quae tradit Specul. in d. ff. copendiosè, verli. porro, si dubio. Respondeo, & ista coniectura est satis fragilis, quia ex omissione notarij non est argumentu, ad infirmatione institutionis facte, cu fortior sit coniectura, q. ex facto accipitur, quae quae ex non facto. l. si mora. vbi notatur. fol. matr. per Mod. in l. j. C. qui admittit. & maxime quia cu istud esset testamentu inter liberos, censetur tacite continere tale clausula. l. cogredi. ff. cu filij. in gl. verb. n. valuit. vbi l. ff. de vulg. Rursus quia in hoc vltimo testamento, non est clausula reuocae superius testametu, & c. q. tñ solebat notarius apponere in testamentis, etiam qn non exprediebatur. Rñdeo, noluit notarius apponere dicta clausula, quia fuisse superflua, cu omnino de iure tacite ineset, cu p posterius tollatur prius. ff. posteriore. nisi quando in primo esset clausula derogatoria, de qua in l. si quis in prin. de testa. ff. de leg. 3. quam sciebat ipse nullam esse, cu fuisset etiam de primo test. rogatus. Tandem, quia ista mentio filij in institutione, videtur esse facta, quia ia ante in primo test. institutus erat, & sic videtur expressu q. tacite inerat, & videtur quaedam enuntiatio futuri euentus, secundu no. p Bar. in l. pater filiu. ff. fundu. de le. 3. sed certe in casu nostro verba sunt dispositiua, non aut enuntiatia, & doct. Bar. in d. ff. fundu. pbat totu oppositu. Et ex ijs apparet supra scriptas coniecturas esse satis fragiles, nec sufficientes vt recedamus ab expressa dispositione dicti vltimi testamenti, cu tñ in claris frustra recurramus ad coniecturas. l. continuus. ff. cu quis. in gl. ff. de verb. obl. maxime cu tñ una presumptio efficax, tollat etiam plures, sed leuiiores. l. cu de indebito. ff. de probat. l. diuus. vbi Bal. ff. de in integr. rest. p illis autem filiabus sunt praesumptiones efficaciores, cum veniant aduersus fideicommissum. quod si deicommissum est onus. l. cohæredi. ff. cu filia. de vulg. & tñ pup. & in dubio pronuntiamus fideicommissu non subesse. l. Lucius. ff. tres haeredes. verb. an vnciu haereditatis. ff. ad Trebel. vbi Dyn. Iac. Alber. facit, q. no. Bal. in l. cu viru. C. de fideic. quem refert & sequitur l. in l. potest. ff. de vulg. fit enim semper interpretatio ne haeres censeatur grauatus. d. l. unu. ff. si. re. de leg. 2. maxime qn filius est heres scriptus, quae non est verisimile grauari a testatore, fauore extraneoru: vnde tñ in fideicommissis onus filij inuictu ad nepotes non pertinet, secundum Bal. cons. ccclvij. in 4. Rom. consilio ccccxxxviii, vlt. dubio. Soc. ciii. in prin. in 3. Alexand. cons. lvj. in v. Dec. ccxvii. Franc. Curt. xlv. saepe reuoluta. cum concord. Qua ratione. & tñ in prohibitione alienationis facta filijs, appellatione filiorum, non continentur nepotes, secundum glo. in ff. nos igitur. in auth. de restit. fideic. per Bar. & doct. in l. filius tam. ff. diui. ff. de leg. j. & quod Signorol. Homod. col. clxxxix. Dec. ccclxj. Old. cclxxx. Soc.

xliij. in j. & xvij. in 4. cum concord. & id maxime dicen-
 30 dū in fideicommissis cum lex dicat. t. quod fideicommissi
 ademptio est favorabilis, cum datio sit odiosa. l. si fuerit.
 31 vbi Pau. Cast. & Socin. in v. no. ff. de reb. dub. & sic inter-
 pretatio etiā aduersus vim verborum, ne filia censetur
 exel. usq. ab hereditate paterna. l. si is qui ducēta. §. in. de
 reb. dub. l. Paulo Callimacho. §. j. de leg. 3. Alex. consil. ix.
 in 3. volum. cum siml. Adijcitur & illud, q. in hereditate
 est fortalium, quod ex forma decretorum non potest
 exire familia, & maior pars bonorum circundat ipsum
 fortalium, &c. Respondeo, lis non est nūc de fortalio, B
 & postea videbitur, an sit tale quod in foeminas nō tran-
 32 eat, interim t. ex re particulari nihil est inferendum ad su-
 mam hereditatis. vt in simili per Ias. in l. qui Romē. §. in.
 nu. xlv. versic. item intellige. de verb. oblig. post Alex. ibi.
 Nec etiam illud mouet, quod in casu nostro videatur cō-
 stare, quod testator voluerit facere codicillos, & ideo di-
 recta institutio in eis facta, non valet, nec mutat prius tes-
 tamentū, secundum Alex. in l. hac cōsultissima. §. si quis
 aut. C. de test. post alios quos ibi refert, & probatur in l.
 institutio talis. ff. de cond. instit. Respondeo, quod Alex.
 & doctores ibi loquuntur, quando constat quod voluerit
 facere codicillum, quia codicilli nō habent numerū suffi-
 cientē testamento, nec solennitates requisitas in testa-
 mento, & ita etiam loquitur d. l. institutio. sed nostra q-
 sio nō est talis, quia nō constat, quod testator vltimo lo-
 33 co voluerit facere codicillos tantū: imō ex quo apposu-
 it institutionē, & adfuit omnes solennitates sufficientes
 testamento, præsuntur potius voluisse testari, cū aliās illa
 institutio esset impossibilis: quia nō potuit verti in causā
 codicillorum, vt sup. à dixi. Et hæc præsumptio est forti-
 34 or ea, quæ oritur ex appellatione codicillorū, vt supra di-
 xi post Dyn. loā. And. & alios & maxime secūdū distict.
 Alex. in d. l. non codicillum. & ideo ista vltima dispositio
 tanquā testamentum reuocat præcedens. d. §. postero-
 re. Et quamuis dicatur quod non constat eum mutare
 voluisse, iam antea etiam per viginti annos disposita, vn-
 de nec præsumenda est talis mutatio. l. facimus. C. de re-
 35 sta. tamen eo ipso, q. fecit institutionē heredis, declara-
 uit q. voluit testari. d. l. non codicillum. & consequenter
 q. voluit primum testamentum reuocari, cum t. nemo
 possit cum duobus testamentis decedere, nisi sit miles, l.
 militis codicillis. de testa. mil. ad d. vt nec pater inter libe-
 ros possit hoc facere, vt est communis opin. in d. §. si quis
 autem. vnde satis est quod legis dispositione censetur
 primum testamentum reuocatum, cum quilibet censetur
 voluntatem suam regulare secundum leges. l. quidā
 cum filium. ff. de verb. obl. nec admittatur allegatio, seu
 35 excusatio quod ignorauerit leges. l. leges sacratissimæ. C.
 de legit. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXIX. SVMMA.

- 1 Quando conditio euenerit post mortem substitutorum fideicommissum videtur caducum.
- 2 Quando testator simpliciter instituit filios, vel substitutione directā substituit, quia de solo favore filiorū tractatur, fit lata interpretatio & comprehendit nepotes.
- 3 In substitutione fideicommissaria, quando de substitutione passiuē tractatur, substitutio facta filio non trahitur ad nepotes, & quare.
- 4 In ijs que filio ipsi onerosa sunt, non comprehenditur nepos.
- 5 Prohibitio alienationis facta filijs, non producit ad nepotes.
- 6 Contrariū eadem debet esse disciplina.
- 7 Grauius restituerē, si decesserit sine filijs, si decesserit relicto nepote, excludit fideicommissarium.
- 8 Tutor datus filijs, non censetur datus nepoti, & quare.
- 9 Coniecturæ, ex quibus comprehenduntur nepotes appellatione filiorum, non esse vocatos.
- 10 Nepotes varijs casibus ex substitutione admitti.

- 11 Quoties iudex dubitat an substit legatum, vel fideicommissum, debet pronuntiare non subesse, quia hoc est favorabilis.
- 12 In dubio fit interpretatio, pro herede contra fideicommissarium.
- 13 Fideicommissarius agit, de onere inducendo, heres vero de liberatione.
- 14 Actio datur ei, qui non adimpleuit ex causa.
- 15 Appellatione filiorum legitimorum, & naturalium comprehenduntur etiam legitimi.
- 16 Quelibet res præsumitur allodialis, & libera, nisi probetur feudalis.
- 17 Comitatus præsumitur haberi iure proprio, non autem feudali.
- 18 Transigi cum possessore feudi domino inconsculto posse.
- 19 Retentionem melioramentorum causa competere.
- 20 Expense factæ in resarcienda arce, dicuntur necessariæ.
- 21 Bona fidei possessor facit fructus suos.
- 22 Non potest constitui in mora, qui interpellatus non fuit.
- 23 Acquirens volens fructus, satis est quod dolo careat.
- 24 Quelibet causa, quamuis iniusta excusata a dolo.
- 25 Heredes de cuiusione tenentur.
- 26 Non præstatur euictio, quando res secundum sui naturam euincitur.
- 27 Glo. fin. in l. si familia. C. famil. heredit. declar.

FIDEICOMMISSI verba. Casu quo Comes Achilles decederet sine filijs masculis, de legitimo matrimonio nati, substituo filios natos & nascituros Comitis Guidonis patris mei, &c. teuenit conditio post mortem ipsorum substitutorum, quo casu fideicommissum videtur caducū. l. vnica. §. in aut sub conditione. C. de cad. toll. verum quia isti filij substituti decesserunt relicti filijs, videndum est an ipsi admittantur, tanquam appellatio filiorum in verbis superscripti testamenti cōprehendat nepotes, & in hoc articulo distinguendi sunt aliqui casus. Primus est, quando testator simpliciter instituit filios, vel substitutione directā substituit. Et Bar. hoc casu celsit, q. de solo favore filiorum tractatur, fieri latam interpretationem, & comprehendit nepotes. in l. liberorum. ff. de verb. sign. & probatur hæc conclusio. in l. Lucius. secunda. de her. instit. l. filij. l. iusta. l. natorum. de verb. sign. & hæc opi. dicit esse communem Alex. consil. 9. in 1. vol. alij tamen, vt Bal. Imol. & alij in l. Gallus. §. instituens. de lib. & posth. contradicunt, quorū opinionē dicit magis communē Socin. consil. 104. in 3. Alij distinguunt, an tales sint nepotes ascendētis, qui testatus sit an nō, vt Fran. Accurs. & Cyn. in d. §. instituens. & per Alex. consil. xxxvj. 4. alij verō, an testator conferat dispositionem suam in tempus, quo incertū sit, an extent filij, seu nepotes an non, vt p. Imol. d. §. instituens. & Ale. cōs. xxvj. vol. vj. quod non prosequor. q. non est casus noster. Secundus est casus t. in substitutione fideicommissaria, quādo de substitutione passiuā tractamus, nūquid substitutio, facta filio, trahatur ad nepotes? & in hoc omnes tenent quod nō: quia fideicommissū est onus. l. quoniam in priorib. l. scimus. §. eū aut. C. de i. off. testa. & t. in ijs, quæ filio ipsi onerosa sunt, nō comprehenditur nepos. l. j. §. quæritur. ff. de vent. in sp. l. patri. ff. ad leg. Iuliam de adult. l. lex Iulia. ff. de rit. nupr. & in hoc casu, secundum hanc partem consuluit Franc. Curt. consilio. 45. sepe reuoluta. & Decius. consil. cexxvij. cum concord. vnde etiam videmus, quod t. prohibitio alienationis facta filijs, non producit ad nepotes, secundum glo. in §. nos igitur. in auth. de restit. fid. per Bar. & cæteros. in l. filiusfam. §. diui. de leg. j. Sign. consil. cxcix. & ad hunc casum pertinet etiam, quando nomen filiorum in conditione est positum. Sicut enim ad inclusionem fideicommissi appellatione filiorum non veniunt nepotes ita, vt t. contrariorū sit eadē disciplina, secūdū l. si. §. in. de leg. 3. ad exclusionē fideicommissi veniunt: vnde t. grauius restituere, si decesserit sine filijs, si decesserit relicto nepote, excludit fideicommissarium, & hoc casu loqui-

loquitur Dec. consil. cccxcj. & Soc. consil. xliij. in j. xvij. in 4. & Oldr. consil. cclxix. Tertius est casus in substitutione fideicommissaria, cum de successione actiua agitur, id est, nunquid vocatis ad fideicommissum filijs, censentur vocati nepotes, & iste est casus noster, in quo dicendū est, quod non: quāuis enim respectu filiorū agatur de utilitate eorum, & sic videatur hoc eis favorabile, tamē respectu hæredis grauius est onus, & ideo potest hæres dicere, nō sum grauius in hunc casum. Et probatur hæc conclusio per l. q. si nepotes. in fin. de restam. tut. & §. in. instit. qui dar. tut. test. poss. vbi tutor filijs datus, nō censetur datus nepoti: quia licet hoc sit favorabile nepotibus, est onus respectu ipsius tutoris, & hoc satis sentit etiam Bar. in d. l. liberorum. Et tali casu, quod nō veniant appellatione filiorum nepotes, consuluerunt Bal. consil. cclvij. in 4. Rom. consil. ccccxviiij. in vlt. dubio. Soc. consil. 104. in prin. in 3. vbi attestatur de communi, & secundum hæc opin. etiā late consuluit Alex. consil. j. in j. vol. & consil. lvj. in v. & satis tenet etiā Corn. consil. cxcix. in 2. lib. vbi dicit, multos doctores Italiæ cōsultuisse, & secundū hanc opinionem, fuisse iudicatū idem etiā tenuit Dec. consil. xcvi. vbi dicit, q. hæc conclusio in isto casu habet cōtradictōes. Quæ sententia certissima est, quando ex verbis substitutionis cōstaret, testatorē de filijs dūtaxat sensisse, put in casu. in quo cōsultuit Corn. consil. clxxxij. in 2. Raph. Com. consil. 118. Soci. l. xij. in 3. Idem quando testamenti tempore extitissent dūtaxat filij, censentur enī illi vocati, nō aut nepotes, qui deinde nascerentur, quod ex facto respondet Soc. consil. clj. & plures doctores subscripserunt. Idem quādo substitutio esset semel verificata in filijs, tunc enim vltimus nō extenderetur ad nepotes, secundū Socin. cōs. 104. in 3. & Curt. consil. xlv. de quo tamen dicendum, vt per Alex. d. §. instituens. versic. vā de Bart. Idem si aliquibus coniecturis posset deprehendi, nepotes non esse vocatos, puta, quia aliās degressus excluderetur à minima dilectio, secundū Bald. d. consil. cclvij. & in repet. l. in suis. de libe. & posth. & in d. §. instituens. Idem quando substitutio esset facta à transuersali, non aut à cōmuni ascendente, tunc enim quocumque est, si cōmuni filiorum appellatione nepotes, prout cōsultuit Franc. Accurs. quem refert & sequitur Cyn. in d. §. instituens. & sequitur Alex. consil. xxvj. lib. 3. Socin. consil. xvij. in j. Et tenendo hanc partem, nō obstant auctoritates doctorum contradicentium, quia respondeo debere eos intelligi secundum supra scriptā distinctionem. Et magis specialiter respondendo consilijs contrarijs, dicendum est, per illa non nominatim suprascriptis, sed limitari, prædictam conclusionem. Et primo consil. Alex. xxvj. in 3. vt non procedat in t. substitutione compendiosa, quando ex ea succeditur directo testatori, tunc enim non tractatur de onere aliquo, seu fideicommissio, & ita etiam loquitur in consilio ix. in j. supra allegato & supra dixi in j. casu. Secundo limitatur, ab eo in d. consilio vt non procedat, quando substitutio esset facta à cōmuni ascendente, vt supra dixi, & tradit Socin. dicto consil. xliij. in j. quod ego intelligo, quādo onus aliquod non imponeretur filio, qui in gradu est proximior. d. l. quod si nepotes. Tertio limitatur per eundem Ale. in cōs. v. in 3. vol. quādo nō tractaretur de exonerādo herede ab onere fideicommissi, sed hæres in omnē casum est grauius: vt quia supersint etiam filij, tunc nepotes ex alijs filijs præmortuis, cum cōsanguineis suis admittantur, in quo tamen puncto alij aliter distinguunt, vt Aren. consil. cxlvj. Gozad. cōs. xxxvj. Sed de eius veritate nō disputo, postquam non est casus noster. Quarto limitatur per eundem Alex. in consil. lxxvij. in vj. volum. quando testator vocauit filios non de presenti, sed in futurū euentum, tunc enim quia nō potuit esse certus, an tempore euenerit conditionis ad futuri essent filij, an nepotes, intelligitur dispositio etiam de nepotibus. l. Lucius. ij. de here. instit. put eā intelligit Ioā. de Imol. Socin. Ias. in d. §. instituens. quæ limitatio potest defendi, quando non est fideicommissaria, sed ex directa succederetur: quia l. Lucius. loquitur de filijs à testatore directo vocatis, saltē tacite

ab intestato, vt ibi dicit gl. & ita etiam loquuntur doctores, secundum legem quam allegant. nostra autem questio est in substitutione fideicommissaria ad inducendū grauiamen. quo casu nunquam filiorum appellatione veniunt nepotes, & in casu Decij verba respiciebant futurum euentum: & tamen consuluit non admitti nepotes. d. consil. xcvi. & ita etiam sentit ipsemet Alex. d. consil. j. & expressius Ludou. Rom. d. consil. ccccxviiij. in fin. & sentit Bald. d. §. instituens, per illum textum, loquitur enim quādo instituebatur filius nasciturus in euentū conditionis, & tamen non comprehenditur nepos. & certe in illo sexto volum. consil. Alex. multa sunt apocrypha, vt merito ipse noluerit eum edere in publicum, sed ab hæredibus suis fuit nuperimē datum impressioni, quamuis etiam consilium illud nihil in casu nostro faciat, quia ibi nō inducebatur onus, & grauiamen descendenti suo, prout in casu nostro, sed transuersali, quod facilius sit. & sic diuersa ratio reformat factum. Quinto limitatur per Ias. consil. l. in 3. vol. quando ex coniecturis apparet de mente testatoris, nepotes ad exclusionem foeminarum admittere volētis, prout in casu suo, in quo colligit quinquæ coniecturas, quas attingere nō expediret: quia non faciunt ad casum nostræ questionis. Sexto limitatur per Soc. d. §. instituens. in fi. Corn. cōs. lxxvij. in 4. Illud quoque non omitto, quoties animus iudicis dubitat, an substitutus legatum, vel fideicommissum, debere eum pronuntiare si subesse, quia hoc favorabilis est. l. si fuerit. in versic. sed & si duob. de rebus dub. vbi Soc. in v. nor. & quia in dubio fit interpretatio pro herede contra fideicommissarium. l. nummis. de leg. 3. l. vnum ex familia. §. si rem. de leg. 2. cum t. fideicommissarius agat de onere inducendo, hæres de liberatione. l. Arrianus. de act. & obl. Et exijs apparet, eam esse illustri Comitissam Ludouicam in dimidia parte omnium allodialium, de quibus dispoere potuit Comes Petrus eius patruus, & Comes Achilles eius pater, p. legitima sua circa verō aliam dimidiam, quæ comprehenditur in fideicommissio, inserto in testamento Comitis Ioan. Francisci, videtur esse ad huc tuta, respectu trium partium ex quatuor, quæ quidem pertinebant ad Com. Ludouicū cū cuius filijs traslegit, seu ad Com. Petrum patrem Com. Francisci Mariæ, qui nouissimè per transactionem ipsi Comitissæ iura sua renuntiauit. Nec obstat, quod videatur, non posse ex eis adiuuari: t. quia non impleuit ex parte sua. Nam respondeo, quod paratus est adimplere: & cum transactio sit facta per stipulationem, & sic per contractum nominatum, datur ex ea actio, quamuis nondum adimpleuerit. l. cum proponas. ver. si tibi stipulatione. C. de pac. l. in ciuile. C. de rei ven. Nec obstat, quod obijcitur aduersus legitimaciones ipsorum filiorum Com. Petri: quia postea habere locum in feudibus, de quibus infra dicam, respectu verō allodialium nulla subest difficultas, maxime cum in fideicommissio Comitis Ioan. Franc. vocentur, Filij legitimis & naturalibus Comitū Guidonis, quæ verba proprie verificantur in Com. Petro: qui deinde potuit transmittere in filios legitimatos, tanquam fideicommissum sit extinctum, nec vltra progrediatur: vt supra conclusi. Et etiam si progredere, extendere, vt ad nepotes: tamen isti admitterentur ex quo non dixit testator de filijs ex legitimo matrimonio, vt in mortuo dicitur: sed simpliciter. t. De filijs legitimis & naturalibus, quæ verba comprehendunt etiam legitimatos, secundum magis communem opinionem: de qua per Alexandrū coahilio primo & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebell. quod procedit etiam in testatore nobili, quando Comes Palatinus aboleuit omnem maculam & infamiam: tunc enim non dicuntur amplius turpes personæ: secundum Bal. consil. cxlvj. & Lancell. Galliaul. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. Non obstat rursus, quod Franc. Mariæ prius renuntiauerit Comiti Paulo. Quia respondeo, illam renuntiationem iurium prius factam non valuisse ex defectu infamiationis: vt late est consultum in consilio Franc. de Curt.

de Curt. conf. lxxviii. vbi respondetur confi. Alex. & ceteris in motuo allegatis: & ex causis in processu adductis, & quae verificabuntur. Et in omnem casum praefenda est Comitissa: propter eius ignorantiam cessionario: quauis tempore prioris. per l. fin. ff. de tran. fact. Circa feudalia in primis sciendum est, quod quilibet rem praesumi alodialem, & liberam: nisi quatenus necessario probetur esse feudalem: vnde etiam Comitatus in dubio praesumitur iure proprio haberi, non autem feudali, vt dicit Hostien. & Ioan. And. c. si de iud. & c. nimis. de iure iur. vbi Ant. de Butr. & per Alex. confil. xv. in v. vol. fa. l. si prius. de operis noui nuntiat. cum similibus. Quatenus ergo probentur aliqua bona esse feudalia: dico in illis duplici ex capite dictam Comitissam defendi posse. Primum est ex transactione inita cum filiis Comitissae Ludouici, ad quos dimidia pars pertinebat: quia Franciscus Maria cum fratre tanquam legitimus nullam partem facit, nec admittitur, vt eleganter in motuo deductum est. Nec est dubitandum, quin potuerint illi transigere: cum ipsa, quae possidebat feudum et in consilio domino, per text. in cap. j. de contr. inter. v. sal. & c. al. & cap. j. §. rursus vbi doct. quibus mod. feud. amitt. Nec quicquam obstant decreta ducalia, prohibentia feudum transire in foeminas: quia loquitur, quando ius esset deuolutum fisco: seu in praedicti fisci, non autem duranter iure eius, qui tranlegit, prout est casus noster. Secundum est ex capite t. melioramentorum: pro quibus ipsa habet retentionem: donec ei soluantur, iux. l. domus. ff. de leg. j. quae quidem melioramenta fuerunt aestimata ad summam librarum cxviii. milliu, & cum sint facta in rescandenda arce, videntur esse impensa necessaria, secundum gl. j. verb. pietas. ff. de imp. in reb. dotal. fact. & quod not. Bart. in l. quod dicitur. eo. tit. Ang. in l. diuortio. §. impedia. ff. sol. mat. fuit enim haec impensa necessaria ad defensionem illius oppidi Guastalle, quod pluries in istis bellis fuisse amissum, nisi arx obtinisset. Nec me mouet si diceretur compensandos esse fructus per eam perceptos cum hac impensa. Quia respondeo nullum esse compensationi locum cum ipsa bona fidei teos perceperit, & ideo fecerit fructus suos. l. sed & si lege. §. scire. de pet. haeredit. Haec autem bona fides sic colligitur. Primum respectu fideicommissi: quia Comes Achilles nunquam fuit interpellatus, vt in facto mihi praesupponitur, & consequenter non fuit in mora. l. in fideicommissariam. ff. ad Trebel. l. in fideicommissi. ff. de v. fur. l. iubemus. C. ad Trebel. cum similib. Secundo respectu feudali: quia probabiliter creditur non esse feudalia: quia vt dixi, quaelibet res praesumitur alodialis, & quia legitimitio Francisci Marie facta per Cardinalem Cibon quae expressè loquitur de feudaliibus si valet, reddit eam securam, si non valet, saltem praestari iustam causam creditur, quae sufficit acquisitioni fructuum, quibus tacite reddis factus est, quod dolo crearet, d. l. sed & si lege. §. scire. vbi Bar. Non est autem dubium, quod si quaelibet causa, quauis iniusta, excuset a dolo. l. igitur. §. potest. ff. de lib. caus. Fortius dico, quod etiam si probaretur, eam habuisse notitiam inuestiturae feudalis: non tamen ideo argueretur eius dolo, quia verba inuestiturae vocant Comitessam Guidonem, & eius ascendentes, ex linea masculina, licet autem ipsa sit foemina, dicitur tamen descendere, ex linea masculina, ex quo descendit per personam Comitissae Achilles, vt in questione facti consuluit Alex. prout ipse dicit in l. Gallus. §. nuc de lege. ff. de lib. & posthu. de cuius consilij veritate scire non debet: quia facta est, quod constituit eam in bona fide. vt per Abb. in c. casum. extra. de pen. in fi. Non omitto etiam, quod istis Comitibus agentibus ad feudum obstat exceptio. l. vendicatem. ff. de euit. ex quo de euitioe tanquam haeredes Comitissae Guidonis tenentur. l. si familiae. C. fam. ercif. Non obstat gl. ibi in fi. quae secundum declarationem Bar. vult non praestari euitioe, quando res secundum sui naturam euincitur, vt late per Alex. confil. ij. in v. quia rindeo limitari illam gl. quando non est verisimile, quod mutuum periculum sit susceptum, tunc enim tenentur cohaeredes sal-

tem ad restitutionem pretij, secundum Guid. de Suzar. ibi, quae refert & sequitur Alex. in l. qui Rom. §. duo fratres. ver. multum tamen mihi placet. ff. de verb. obl. non videtur aut susceptum, quando vnus habuit omnia alodialia, alius omnia feudalia, esset enim maxima inaequalitas, nisi diceremus, saltem debere pretium restituere, vt ibi per eos. Secundo respondeo, limitari seu declarari illat gl. vt pcedat in casu suo tantum, quando Princeps euincit feudum. Sed quia agnatus ipse haeres diuisoris, vellet euincere, secus est, quia aduersus eum obstat exceptio: quae exceptione facilius lex coeedit, quam actione, vt in hac materia est tex in l. cum pater. §. euitis. de leg. 2. venire enim aduersus promissionem factam in diuisione, qua assignata sunt bona libera ab omni onere, & promissu, q. possent ad sui voluntatem de ijs disponere, qua clausula statè, videtur non esse admittendos istos, nisi oblato pretio. & Alex. in allegato cof. xxi. non loquitur stante tali clausula.

- CONSIL. LXX. SVMMAE.
1. Legata facta in testamento, quod rumpitur praeritione posthumum facta ignoranter corrumpitur nec debentur.
 2. Non est praesumendum quod quis velit postponere sobolem suam, etiam pie cause.
 3. Clausula codicillaris per verba de futuro, videtur sustinere testamentum in vim fideicommissi, & consequenter etiam legata.
 4. Clausula codicillaris, non operatur posthumo praerito ignoranter.
 5. Praesumitur testator velle potius suis relinquere, quam extraneis.
 6. Non est verisimile, quod testator voluerit per viam legati grauari filios suos.
 7. Verba generaliter loquentia de omni voluntate, & relicto testatori sine vniuersali, sive particulari, aequaliter debent operari, & aequaliter reijci.
 8. Cogitata in genere quaedam non praesumi.
 9. Iuramentum habet vim clausulae omni meliori modo.
 10. Iuramentum non trahitur ad ea, de quibus verisimiliter non est cogitatum.
 11. Clausula codicillaris, nihil operatur vbi deficit voluntas testatoris.
 12. Aretin. confil. xxi. declar.

MOTIVIS in praesenti causa visis subtilibus breuiter agendum duxi: quia articuli tacti, si per rationes & fundamenta deducantur, integrum volumen efficiunt. Solum ergo insinuat circa declarationem, communis opinionis doctorum, & qua in iudicando non solet recedi. Et in primis pro fundamento totius causae praesupponendum est, quod legata facta in testamento, quod rumpitur praeritione posthumum ignoranter facta, corrumpunt nec debentur argum. l. si vnquam. C. de reuoc. don. & l. cum auct. ff. de condit. & dem. ost. & equior & comunior conclusio, in illa auth. ex causa. C. de libe. praeter vbi Ias. post alios. Non obstat, quae in praesenti casu in contrarium deducuntur. Primum non obstat, quod dicta conclusio videatur limitanda, vt non procedat in legatis ad pias causas, secundum Ioan. de Ana. cofil. 28. Anch. cofil. 144. Paul. Castr. in l. sicut certi. C. de test. mil. p. Ias. in dicta aut. ex causa in prima limitatione. Nam rindeo distinguendum esse, aut legata fuit ex causa necessitatis, puta pro restituendis male ablati, vel exoneratione conscientiae, & pcedit limitatio, vt de clarat Bal. in l. filio praerito. ff. de iniusto rupt. & ibi Angel. Imo. & alij relati per Ias. in loco supra dicto: aut fuit voluntaria, & tunc licet fiat ad pias causas, non sustinentur, vt dicit Bart. in l. j. verfic. ij. quae ro. C. de sacros. eccles. per text. in can. fin. xvij. qst. iij. vbi qui vult filium priuare, & ecclesiae relinquere, alium quaerit quam Augustinum, nam non est praesumendum, quod quis velit postponere sobolem suam etiam pie cause. l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. & ita etiam tenet Ludouic. Bologn. in addit. sua. post confil. allegatum Ioana. de Anan. Praeterea Petr. de Anchar. in allegato consilio non loquitur, in praeritione ignoranter facta, prout est casus noster, & Paul. Ca-

fren. loquitur, quando modica legata facta sunt ad pias causas, de quibus infra dicitur. Secundum non obstat, quod cum addit clausula codicillaris, per verba de futuro, videatur testamentum sustineri in vim fideicommissi, & consequenter etiam legata, ex quo videtur haec esse magis communis opinio, vt per Alex. in d. auth. & in varijs consilij ibi adductis per Ias. & per Cor. confil. cxxxij. in iij. cofil. cxcv. in j. Et licet quo ad fideicommissum vniversale haec opinio habeat contradicentes, quod ad legata, saltem videtur esse verior & tenenda, secundum Alex. confil. xxxj. vol. 3. Sed huic respondeo, quod imò communis opinio est cum Bartol. quod clausula codicillaris non operetur posthumo praerito ignoranter, vt late deducit Soc. in consil. xciij. in 4. post Aretin. in consil. suo vltimo, & in l. Titius. ff. de libe. & posth. Et ista opinio est canonizata Mediolani, & videtur eam pronuntiare per d. Antonium Berneriu, & in contingentia facti etiam ego pronuntiaui. Nec obstat, quod dicta possent procedere in institutione: sed quod ad legata alium videtur dicendum secundum Alex. quia respondeo, quod in hoc non est differentia, ex quo doctores se fundant in praesumpta mente testatoris, qui maluisset relinquire, quam extraneis. d. l. si vnquam. & d. l. cum auus. quae ratio aequaliter militat: non est verisimile, quod neq. per viam legati voluisset grauari filios suos. l. pen. ff. de iure codic. in fi. quoniam ille non fuerit ablaturus, &c. Confirmatur ratione, quia si per illam excluditur haeres scriptus, nato posthumo, multo magis debet excludi legatarius, qui non est ita dilectus, argum. l. Publius. in fin. ff. de cond. & demonstr. Et ad hoc vtget et alia ratio, nam circumscripta clausula codicillaris, communis opinio est in praedicto casu legata deficiere, vt dicit Ias. post alios, in d. auth. sicut etiam deficit institutio. Ecce ergo quod punificatur: vnde de vtroque idem iuris esse debet, vt habetur in l. non possunt. ff. de legib. Confirmatur, quia verba illius clausulae codicillaris, generaliter loquantur de omni voluntate & relicto testatori, sive vniuersali, sive particulari: ergo aequaliter debent operari, & aequaliter reijci, argum. l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. Nec etiam ratio Alexandri fundata super eo, quod testator potuit talem casum in genere cogitare, arg. l. qui iure. ff. de testam. milit. magis infert ad legata, quam ad institutionem, quamuis talis non sit vera, etiam quo ad vtroque, nam dato, quod illa clausula, si non valet, possit in genere comprehendere, etiam casum rupturae testamenti per agnationem posthumam: tamen non sequitur quod in genere sit cogitatum de tali casu. Sicut in simili dicimus de iuramento quod dicitur vim clausulae, omni meliori modo. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. quae clausula aequiparatur codicillari. l. ex ea. §. ff. de test. & tamen iuramentum non trahitur ad ea de quibus verisimiliter non est cogitatum, dato quod generaliter veri possent videri fuisse in genere cogitatum, vt est casus in cap. pen. & ibi gloss. & Abb. in c. oppos. extra, de iure iuran. & facit conclusio generalis, quod dicta clausula nihil operatur, vbi deficit voluntas testatoris, secundum Bald. confil. cccxix. lib. v. Quidam Nicolaus per Dec. confil. cccv. in fin. & sic apparet istam opinionem non solum esse contra omnem aequitatem, sed etiam carere ratione, vt meritò, me existente aduocato pro legatarijs, nunquam potuerim obtinere neq. coram d. Petro nonato, neq. coram d. Bern. Gribello: quia in veritate, si bene videantur dicta doctorum, ipsi non admittunt hanc differentiam, vt per Paul. Castr. in d. filio certi Bald. Angel. Imol. in d. l. filio praerito. cum concor. de quibus per Ias. in d. auth. Tertio non obstat, quod ex quo legata non excedunt dimidium hereditatis debeant sustineri secundum distinctionem Aretin. in consil. xciij. viso legato, cum quo transit Soc. in d. consil. xciij. Nam rindeo primum, quod imò excedunt ex quo valor bonorum eius erat, nisi decem millium librarum. Item respondeo quod illa opinio est contra mentem Ang. in l. vxorem. ff. de man. testa. & Paul. Castr. d. l. ficut. & doctor in d. l. filio, qui simpliciter loquuntur de paruis legatis: & quae verisimiliter erat testator omnino factu-

rus. Et contra Aret. facit ratio sua fundata in l. si vnquam. C. de reuoc. don. quae text. loquitur de aliqua parte, & sic etiam modica, vt est gloss. in clem. j. de for. comper. quam ad hoc allegat. Bald. in l. j. C. de reuoc. don. per Bartol. in l. Titia. §. Imper. ff. de leg. ij. Item contra Aret. facit tex. in l. gener. §. cum autem. in fin. C. de instit. & subst. ubi ratio, quod pater non sit praetenturus extraneos liberis suis, habet locum etiam in legatis particularibus. Confirmatur per rationem generalem. d. l. pen. ff. de iur. cod. ibi quoniam ille non fuerit illi filio ablaturus, &c. & sic euidenter apparet hanc distict. Aret. non esse in iure veram. Tertio respondeo, quod Aretin. loquitur, quando vnus posthumus natus est: secus si plures, prout in casu nostro, nam tunc etiam ipse Aretin. fatetur distinctionem suam locum non habere, sed esse arbitrium iudici ex qualitate liberorum, & patrimonij. allegat Bartol. in l. si filiae. ff. de leg. iij. & ex his tolluntur omnia in contrarium adducta. Ceterum generaliter tolluntur omnia contraria vnica ratione, nam etiam dato, quod contraria in se essent vera, tamen in casu nostro aliter dicendum est: quia testator per clausulam separatam ordinauit, quod circa legata nihil fieret. Sine interuentu spectabilis d. Ambrosij Porri. Per quae verba, in effectu videntur commissa esse arbitratu ipsius: vnde cum ipse sit mortuus, dato quod adhuc subrogandus sit bonus vir, qui arbitretur, secundum notata in l. j. ff. de leg. ij. certe iste arbiter debet in hoc imitari exemplum san. Augustini, qui non solum fuit bonus vir, sed optimus, & seruare illud, quo transumptiue dicitur in praedicta c. fin. xvij. quae est. iij. qui valet, ex clausula filio, ecclesiam instituere, alium quaerit quam Augustinum, de quo etiam per gloss. in d. leg. si quis ad declinandam. C. de episc. & cle.

- CONSIL. LXXI. SVMMAE.
1. In testamentis non facile capitur interpretatio pro fideicommissio.
 2. Ad inducendum fideicommissum, simplices coniecturae non sufficiunt, nisi necessariae, & valde probabiles, & ex verbis testatoris descendant.
 3. Cessantibus verbis fideicommissi nunquam dicimus subsistere fideicommissum.
 4. Fideicommissum est onus.
 5. Semper fit interpretatio ne haeres sit grauatus.
 6. In fideicommissis onus filij institutum, ad nepotes non pertinet.
 7. In prohibitione alienationis, facta filijs, appellatione filiorum, non continentur nepotes.
 8. In institutionibus casus si haeres esse non poterit, extenditur ad casum si haeres esse voluerit.
 9. In fideicommissis grauatus restituere post mortem, non intelligitur grauatus post repudiationem.
 10. In institutionibus casus simplices trahuntur ad mixtum.
 11. Semper in institutionibus fit larga interpretatio, in fideicommissis non.
 12. Facilius extenditur conditio ad casum omissum in persona instituti, quam in persona substituti, quacumq. substitutione.
 13. Non est verisimile, quod pater velit filios grauari fideicommissio, sed duntaxat referuare eis successiois ab intestato.
 14. Substitutio ad certum tempus limitata vltra illud tempus, non producitur.
 15. In dubio, contra fideicommissum est respondendum.
 16. Conditio per solutam orationem concepta, facilius vertitur in disiuuam, quam copulatiuam.
 17. Dicitur tunc, & in eum casum, propter vim geminationis non permittit fieri extensionem vltra casum expressum.
 18. Summa est ratio, quae pro religione facit.
 19. Excludit filias proprias a sua hereditate, multo magis videtur excludere neptem.
 20. In fideicommissis ipse testator succeditur, non autem grauato.
 21. Terneret per coniecturas, non debet filiae excludi ab hereditate patris. Dicitur filijs, est dictio communis. (tris.)
 22. A vi verborum non est recedendum.
 23. Masculinum concipit femininum.
 24. Testator si simpliciter substitueret filio, tacite subintelligitur conditio si decesserit sine filijs.

- 9 Fideicommissum sub conditione si sine filijs decesserit emanescit A
- 17 Filij in conditione positi, non censentur aliquo honorati à testa- tore.
- 28 In materia stricta, non arguimus de persona ad personam, & ex- cluso filia non infert ad neptem.
- 29 Testator ponendo filios in conditione, censetur reservasse illis ius succedendi ab intestato ipsi grauato, non autem testatori.

ECTO consilio clarissimi doctor. d. Vincen- tij Porticj olim acutissimi auditoris mei, roga- tus de subscriptione facile in ei sententiã tran- sui, quæ adeo clara, dilucidaque est, vt non multum nobis reliquerit, quod ad eam sustinendam, faciendamque pertineat. Et in primis, illud est præmit- tendum, quod in testamentis non facile capitur inter- pretatio pro fideicommissio: vnde Bald. in le. eum virum. C. de fideicommiss. dicit quod ad inducendum fideicom- missum simpliciter coniecturæ non sufficiant, nisi sint ne- cessariæ & valde probabiles, & ex verbis testatoris de- scendant: refert & sequitur Ias. in l. potest. ff. de vulgari & pupill. subit. Et ideo lex ait, non aliter à significatione verborum recedendum esse, quam cum manifesta est mens testatoris: vnde testantibus verbis fideicommissi, nunquam dicimus subesse fideicommissum. leg. Lucius. §. res hæredes in verbo, an vnciam hæreditatis. ff. ad senatusc. Trebell. vbi Dyn. Iacob. & Alberic. Et cum in fideicommissum sit onus. l. cohæredi. §. cõ filia. ff. de vul. & pupill. sub. in dubio pronuntiamus non subesse: quia semper fit interpretatio, ne hæres sit grauatus. l. vnum ex familia. §. si rem. de lega. & fideicommiss. secundo. Hinc est, quod in fideicommissis onus filijs iniunctum, ad nepotes non pertinet, secundum Bald. consil. cccclvij. in quarto. Romanus consil. cccxxxvij. vltimo dubio. Soc. iiii. in principio, in tertio. Alexand. consilio lvj. in quinto. Decius. cccxiiij. Francisc. Cur. xlv. sæpe reuoluta cum con- cordant. Quæ ratione, & in prohibitione alienationis facti filijs appellacione filiorum, non continentur nepotes secundum glossam in §. nos igitur. in authent. de restitu. fideicommiss. per Bald. & docto. in l. filius familia. §. Diui. ff. de lega. & fideic. prim. & quod Signorol. Homod. consil. cccxviii. Dec. cccxcj. Oldrad. cclxxx. Soc. 14. in primo. & 17. in quarto. cum concordant. Hincque est, quod licet in institutionibus casus si heres esse non poterit, extendatur ad casum, si heres esse noluerit. l. in. C. de inst. & subit. per Bar. & docto. in l. prima. de vulgari. tamen in fidei- commissis non ita est: quia grauatus restituere post mor- tem non intelligitur grauatus post repudiationem. leg. si cui ita. l. sed & ante. ff. ad senatusc. Trebel. Et licet in institutionibus, casus simplices trahantur ad mixtum leg. si ita scriptum. ff. de lib. & posth. tamen scilicet est in fideicommissis secundum Bar. l. cum auus. ff. de condit. & demon. Alexand. consil. cccxxvij. in secundo volumi- ne. Sed semper in institutionibus fit lata interpretatio: cum tamen non ita sit in fideicommissis, secundum Corn. consil. cccxxx. in quarto. vnde & Bar. in l. Gallus. in prin- cipio. ff. de liberis & posth. & facilius extendit conditione ad casum omnium in persona instituti credidit, quam in persona substituti quacunque substitutione. Et facit q. not. Anch. consil. cclxvij. Ang. lib. & xciiij. Signoro l. ccl. Rom. cxxxj. & 138. Ioann. de Anania lxxvj. Fulg. xlix. Alex. 188. in secundo. Socin. cclix. & lxxvj. in tertio. & Dec. lxx- xix. quibus locis præfati doctores cõcludunt, in fidei- commissis, casum omnium p. omisso esse. Et hoc maxi- me est dicendum, quando filijs tale grauamen inducere- tur: quia non est verisimile, quod pater velit eoa fidei- commissio grauare: sed duntaxat reservari ius successio- nis ab intestato, secundum glossam in l. Luc. ij. ff. heredib. instit. facit, quod habetur in l. si fuerit. vbi Castr. & Soci. in quinto not. ff. de reb. dub. Ijs igitur sic præsuppositis, dico in casu nostro, nullum subesse fideicommissum: quia verba testamenti sunt. Et casu quo supra scripti filij moreren- tur in ætate pupillari, & sine filijs, tunc & dictum casum, ad inui-

tu, & vicissim substituit vulgariter, pupillariter, & p. fideicommissu & cum enim iste decesserit post xl. ætatis annum, & reliquerit filiam legitimam, apparet conditionem fidei- commissi esse defectam, vt merito ei locus non sit, & id verisimile videtur, respectu vtriusque conditionis. Et circa primum, dum coniunctim dicitur, si in pupillari ætate decesserit, & sine liberis, non potest dici fideicommissum vltra tempus pupillaris ætatis extendi: quia substitutio ad certum tempus limitata vltra illud tempus non pro- ducitur. l. si ita. ff. de vulg. & pupill. l. si pater filium. eodẽ titulo. Nec me mouet, quod Paul. Castrenf. consil. cxiiij. substitutio prædicta, alias consilio xliij. in secundo. Capr. consil. lxxvj. Decius. l. generaliter. in prin. C. de inst. Ias. l. Centurio. num. 53. vbi etiã Galiaul. num. 69. Rip. num. 64. Rub. cõsi. cxxxix. sentiant. oppositum: quia secundum eos, cum verba conditionis copulatiue concepta sint, verba illa, sine filijs, superflua videntur. Ideo potius de- bet fieri interpretatio, quod fideicommissum extendatur vltra tempus pubertatis. Respondeo enim quod imò factis est in dubio cõtra fideicommissum respondere. d. l. si fuerint. vbi Soc. in v. notab. vt verbis illis, sine liberis, in- terpretemur expressum, quod tacite inerat, nec ideo di- cantur superflua. l. in cõditionib. §. ff. de cõd. & demon- strat. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & ita in casu for- tiori consuluit Raph. Com. consil. cxxv. vbi loquitur in conditione per solutam orationem concepta, quæ fa- cilius vertitur in disiunctam, quam copulatiuam. l. in eo. §. vbi cum gl. ff. de reg. iuris. & contra Cast. ego soleo te- nere in l. Centurio, in verbo, sine liberis in fine. ff. de vulg. & pup. subit. Et hoc maxime est dicendum in casu nostro, in quo concurrunt tria, q. nõ erant in casu Pau. Castr. In pri- mis hæc adest d. d. d. Tunc, & in eum casum quæ propter vim geminationis non permittit fieri extensionem vltra casum expressum, de quo per Dec. in l. quamuis. C. de impub. consil. cccxxv. cccxxxij. & alibi sæpè. Item Paul. in dict. consil. se fundat in imperitia notarij, quæ collige- batur multis modis ex verbis testamenti, tanquam notarius coniunctam pro disiuncta scripsisset, quod non potest dici in casu nostro, in quo ter apposta est dicta conditio, semper copulatiue: vnde ex tali itera- tione magis apparet mens deliberata testatoris, volentis coniunctim loqui, non autem disiun- ctim, vt in casu Castr. Præterea Paul. ibi consulebat in fauorem piæ causæ, pro qua semper capitur præsumptio vtilior, quia summa est ratio, quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpti. fune. & quod not. idem Castr. consilio, cccclvij. in antiquis. Vltimò respon- detur, quod in casu consilij Pauli Castr. euenerat se- cunda conditio: quia grauatus decesserat sine filijs, quod non est in casu nostro, vt mox dicam & sentit de plano Castr. ibi, quod si decesserit, conditio omnino extin- gueretur fideicommissum. Circa secundam partem con- ditionis dum dicitur, Et si sine liberis, & c. Clarum est eam defecisse, etiam relicta femina, capitulo, Raynald. extra, de test. leg. j. C. de cond. inf. l. inter stuprum. §. in. vbi dixi. ff. de verb. sign. Sed difficultate in casu nostro facit, quia testator proprias filias tantum dotauit, & à sua hære- ditate exclusit: ergo multò magis videtur exclusisse ne- ptem. arg. l. si viua matre. C. de bon. mater. & quod consu- luit Pau. Castr. dicto consil. cccclvij. quod cõsiliu licet ha- beat multos contradicentes, tamen videtur approbari à modernis certis casibus, puta quando substituti essent ex descendibus testatoris, prout in casu nostro, vt cõ- cludit Socin. in l. cõ auus. vers. quartus casus. ff. de cõd. & demon. & nouissimè cõsuluit ita cõcordado opinionones Frac. Cur. Junior. cõsi. 139. itaq. cõsultat respexisse ad fauorẽ agnationis sue, q. per feminas nõ cõseruatur. Itẽ videtur p. cedere stãte statuto, q. filij masculi excludat neptes fe- minas, secundum Soc. cõsi. vj. cõsi. 14. li. 3. cõsi. lxxij. in 4. & d. l. cum auus. Corn. consil. cxxxij. lib. ij. Dec. sæpissimè vt cõsi. cclxx. cccclxx. cccclxxv. cccclxxvj. cccclxxvii. cum similibus tanquam videtur testato se accom- modasse successioni, quæ sibi in testato fieret. Cla- rum

rum est autem in fideicommissis ipsi testatori succedi, non autem grauato. l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. Sed istis non obstantibus, ego semper tenui contrarium potest videri in l. inter stuprum. §. in. in l. Herennius. ff. de verb. sign. quia tẽmõrẽ & per coniecturas non debet filia excludi ab hæreditate patris, vt in simili dicit Bald. in l. si defunctus. C. de suis & legi. l. illam. C. de collat. Ias. l. j. de lib. & posth. verba enim conditionis, Si decesserit sine filijs, comprehendunt tam masculum, quam feminam: quia dicitio illa filijs, est nomen cõmune, vt dicit tex. in d. l. inter stuprum. §. in. & facit l. feruis. ff. de leg. 3. cum sit ca- sus tam dictionis filij, quàm filia, vt ibi declarauit, non est ergo tã vi verborum recedendum. l. non aliter. de lega. 3. & dato etiam, quod compræhenderentur feminae, ex regula quæ habet, quod tã masculinum concipit femini- num secundum le. j. l. quisquis. l. cognoscere. §. liberorũ. de verb. sign. l. si quis filibus, de testament. tut. l. si ita scriptum. in princip. de leg. 2. l. Lucius. §. quæ situm, de legat. 4. ad huc idem est, quia talis regula procedit se- cundum communem vsu loquendi, vt per Bald. in ca. ad audientiam. de rescr. & etiam secundum mentem legis latoris iusta interpretatione inductam. l. iusta. ff. de verb. sign. & per Pe. de Anchar. consil. cxij. cum si. Quæ senten- tia maxime procedit in casu nostro, vt conditio à testa- tore adiecta secundum vsu commune intelligatur. Cla- rum enim est, quod si testator simpliciter substituisset huic filio: ramen tacite subintelligitur conditio, si de- cesserit sine filijs. l. cum auus. ff. de cond. & dem. tã euane- sceret: tale fideicommissum etiam si solas feminas pater reliquisset. l. cum acutissimi. C. de fideic. ergo quod in tacita conditione, & à lege intellecta dicimus, idẽ & in hac expressa accipimus. l. 3. ff. de legat. j. nec dicemus nos verba testatoris extendere: sed lex ipsa est, quæ ita intel- ligit. & quod hæc fuerit mens testatoris, satis probatur ex verbis testamenti, in quibus nulla est mentio, nec con- iectura, quod testator habuerit respectum ad nudum nomen familiæ. Sed potius contrarium, vt iustitiam deduc- tum per do. Vincentium porticum consulatorem, sed pro maiore claritate huius articuli, adhuc ostendo, quod hæc noua fantasia Paul. Fulg. & Socin. similitumque mo- dernorum, est omnino negligenda iudicibus, vt quæ ni- titur fundamentis, & rationibus falsis. Nam in casu tam frequenti mirum est, quod veteres docto. Dyn. Cyn. Ia- cob. Rayn. Bar. Bald. Ang. cæterique fuerint tam cæci, vt non viderint talem rationem: sed semper indistincte illam conditionem. Si sine filijs decesserit interpretati sint sine masculis, sine feminis. d. l. j. de cond. infer. Sed veri- simile est eos viderisse, sed neglexisse, quia continebat ma- nifestum errorem, vt merito iam etiam multis responsis a- liorum confutata, vt per Alex. d. consil. xxxvij. in v. vol. Lud. Bolog. inter con. Alex. nu. 49. in 4. Ias. cõsi. cclij. Fran. Cur. Sen. consil. xlv. consil. 65. Cur. Iun. consil. clxij. in ij. Corn. ccij. 230. in 3. cum similibus. Non obstat ergo su- prascripta ratio, quod hoc modo esset melior neptis, quàm filia. cõtra l. si viua. C. de bon. matern. Rõdeo id sal- sum est: imò conditio nepotis fit melior, sed conditio ip- sius filij masculi, cui facta est substitutio, qui cum aliàs fuisset in omnẽ casum grauatus onere fideicommissi, fuit à testatore, tali onere liberatus, si cum filijs decederet: vnde dummodò decedat cum filijs, euanescit con- ditio, licet ipsos non instituat hæredes. l. filiusfam. §. cõ quis. ff. de leg. j. vnde tã ipsi filij in conditione positi nõ cõsentur in aliquo honorati à testatore, nec facta melior eorum conditio, secundum gloss. communiter ap- probatam in leg. Lucius. secundum ff. de hære. inst. quod modo ergo est melior conditio neptis, cui nihil relictu est, q. filia? quod si succedit patri suo, hoc est, ex benefi- cio patris, qui noluit testari, & ei auferre, non ex aui re- statoris dispositione: merito ergo talis conditio non dicitur ad neptis ipsius fauorem pertinere: sed potius ad re- leuamen filij masculi, prout in simili dicit Bartol. in l. lib- lis libertis. de cond. & dem. & declarat ipsemet Pau. Ca- stren. consil. clj. præfens dubium videtur formari in pri-

mo, secundum nouissimam impressionem. Arc. consil. j. Ioan. de Imol. l. hæredes. §. cum ita. ff. ad senatusc. Tre- bel. non est ergo absurdum, quod testator filiam femi- nam particulariter dotauerit, & filiorum masculorum conditionem fecerit meliorem eos minus grauando, & eis facultatem relinquendo disponendi in suas filias, arbi- trio suo. Fortius dico, supra scriptum fundamentum istorum adhuc alia ratione nihil valere: non enim est ab- surdum, q. testator proprias filias tantum dotauerit, insti- tutus vniuersaliter masculis, hoc enim censetur fecisse contemplatione istorum masculorum, at si idem fecisset in nepte ex filio, hoc quamuis pertineret ad utilita- tem aliorum masculorum: tamen esset ad damnum illi- us masculi patris dicitæ neptis, potuit autem testator p- ferre utilitatem omnium masculorũ: quando nulli pro- fus ex ipsis fieret damnum: secus vero si fieret damnum vni ex eis, qui solas feminas sustulisset, vt in simili per Io. And. in reg. in iudicijs in fi. de reg. iu. in mercur. facit gl. in l. j. vers. in multis. C. commun. de leg. doct. c. fin. de præ- bend. in vj. Et licet non vocauerit filias suas ad substitu- tionem quib. alter prouiderat, non tamen sequitur quia vocare voluerit neptes, quib. nõ prouiderat maxime cũ non crediderit in casum mortis hæredũ suorũ, tam facile exituras filias suas, sicut verisimile fuit exituras neptes. Cum etiam verisimile sit eas à testatore prædictas singu- las in singulis partib. parentum suorum. d. l. cum auus. de cond. & dem. Adde etiam, quod tale argumentum de filia ad neptem est contra regulas iuris, quæ habet quod in materia stricta non arguimus de persona ad personam, & exclusio filia non infert ad neptem, secundum glo. in d. §. nos igitur. in authent. de non alienan. & per Dec. con- sil. cclxxxvij. cum si. Non obstat illa ratio, quod testator censetur habuisse respectum ad successionem ab intestato: secundum formam statutorum ciuitatis suæ secundum Barto. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & per A- lex. in d. consil. 38. in 7. Respondeo, hoc esse falsum in ca- su nostro, quia cum filij sint in conditione tantum positi, non autem vocati, non possumus dicere testatorem considerasse hanc successionem, cum etiam si non succe- dant deficiat conditio. d. l. filiusfam. §. cum quis, & per Soc. consil. clxxxij. in 2. in d. l. cum auus. q. 7. prin. Et etiã si dicamus attendi successionem, attendemus non eã, quæ testatoris est, sed eam quæ est grauati, secundum Soc. consil. 73. in 4. & lv. in 3. lxxxvj. in 3. Corn. consil. 124. in se- cundo, quia testator ponendo filios in conditione cõsuetur reservasse illis ius succedendi ab intestato ipsi grauato, secundum glo. in d. l. Lucius. secunda vbi doctores: non autem testatori, qui iam habuit hæredes suos, & eius hæ- reditas est effecta patrimoniũ filiorum. Et licet aliàs sit mo- dica difficultas in fideicommissis, pximiori factis, an attoda- m. p. ximitate testatoris, an grauati: & pleriq. tenuerint, q. attedam. ad grauatu nõ aut ad testatorẽ arg. tex. inc. j. de natu. suc. seu. vbi And. de Her. Cor. con. xcviij. in primo. & consil. 22. in secundo. per Soc. in l. si cognatis, in fi. de reb. dub. Alij vero tenuerint, quod attendamus ad testatorẽ, vt per Cacialup. in reper. l. generaliter. §. cum autem. qu. xxv. C. de inst. & subit. Soc. consil. cclxxxix. & xv. & consil. 6. in fin. 3. vol. & facit quod no. Ale. l. ex factis. §. si quis ro- gatus. ad Trebel. sequitur Ias. consil. 215. lib. 2. tamen in ca- su nostro res est extra difficultatem, q. attendamus ad ip- sum grauatum, quia gl. & doct. omnes dicunt, istis filijs positis in conditione reservatum esse ius succedendi ab intestato patri suo, non autem testatori. Vnde cum in Lu- cana ciuitate etiam ex forma statutorum, vt intellexi, in successione ascendentis feminae descendentes præferã- tur transuersalibus, apparet istos agnatos omnino exclu- dendos esse. Et cum mihi esset delata similibus quæstio iu- dicanda, & dubitarem circa præsumptam testatoris voluntatem, re communicata cũ spectatissimis, viris vno ore omnes existimant, non videri testatorem quic- quam ad exclusionem neptis suæ disposuisse, prout alia dixi in d. l. inter stuprum. §. ff. de verb. sign. vnde adhuc sum in eadem sententiã, nec vnquam volui consilium pro-

Parte contraria, prout fecerunt supra scripti doc. Pau. Caf. Barb. Soc. Dec. qui Cothurni more, nunc vni parti, nunc alteri adhaerunt, habetq; hæc mea sententia plures auctoritates Modernorum diligenter adductas, & ponderatas per præstantissimum dominum Consultorem do. Vicentium Porticum Iuriconsult. celeberrimū, ad cuius copiosas simul, & subtilēs allegationes me remitto.

CONSIL. LXXII. SVMMAE.

- 1 Dicitio in perpetuum optime declarat induci fideicommissum, & inter gradus valde distantes.
 - 2 Agnati vsque ad decimum gradum, preferuntur cognatis.
 - 3 Natura copula, requirit concursum viri vsq; copulati.
 - 4 Vocatis proximioribus, censentur vocati, qui aliis secundum ius civile ad successionem vocantur.
 - 5 Affecto non probante ea, quæ sibi incumbunt, reus est absolvendus.
 - 6 Nominationem in petitorio vi carere.
 - 7 Ad obtinendum res corporales, non est satis probare de possessione, sed requiritur probatio tituli.
 - 8 Ille cui aliquid subtrahitur, dicitur in quasi possessione filiiis turbari.
 - 9 Dicitio vt supra, refert qualitatem precedentem.
 - 10 Testator limitatè loquens, debet etiam limitatè intelligi.
 - 11 Infirmato gradu substitutionis, infirmantur etiam omnes eius qualitates, & conditiones.
 - 12 Dictiones in perpetuum, & in infinitum, & similes restringuntur secundum subiectam materiam.
 - 13 Vna pars testamenti aliam declarat.
 - 14 Nunquam censetur sublata exceptio, vel limitatio ex eadem scriptura proueniens.
 - 15 Semper debet fieri interpretatio per quam euitetur contrarietas, ne censetur testator sibi contradixisse, sed potius limitasse.
 - 16 In dubio pronuntiandum est pro possessore, & pro reo, quia fauorabiliores sumus ad liberandum.
 - 17 Semper fauemus matri defunctæ, ne à luctuosa eius hereditate excludatur.
 - 18 In dubio pronuntiandum est contra fideicommissum pro libertate bonorum, cum fideicommissum sit onus.
 - 19 In dubio sit interpretatio, ne heres sit grauatus.
 - 20 Fideicommissi, vel legati ademptio est fauorabilis, quia datio est otiosa.
 - 21 In fideicommissis onus filijs iniunctum, ad Nepotes non pertinet.
 - 22 In prohibitione alienationis, facta filijs, appellatione filiorum, non continentur Nepotes.
 - 23 In institutionibus casus si heres esse non poterit, extenditur ad casum si heres esse noluerit.
 - 24 Grauatus restituere post mortem, non intelligitur grauatus post repudiationem.
 - 25 Casus simplices in institutionibus, trahuntur ad mixtum.
 - 26 Semper in institutionibus sit lata interpretatio, in fideicommissis verò non.
 - 27 Facilius extenditur conditio ad casum omissum in persona instituti, quam in persona substituti quacunq; substitutione.
 - 28 In fideicommissis casus omissus, pro omissis habetur.
- I**deretur in presenti casu subesse fideicommissum, propter verba valde generalia ipsius testatoris, idque ex duplici capite. Primo dum instituitur & substituitur filijs subijcit. Et simili modo disposuit inter omnes descendentes in infinitum videlicet, q. eius hereditas se per remaneat inter masculos, &c. & finita linea masculina in propinquiores masculos de domo illorum de Mangano, vt supra. Quæ verba videntur satis apertè concludere fideicommissum vniuersale in dictis bonis. Alterum est caput, quo particulariter prohibet alienationem possessionis de Montarcho, filijs & descendentes vsque in infinitum, Taliter quod finita linea masculina possessio perueniat in alios de progenie illorum de Mangano, modo & forma, quibus s. & vno contra faciente, perueniat in proximiores in gradu, & sic successione in quoscumque alios propinquiores de parentela illorum de Mangano, modo & forma, quibus supra. Ex his enim verbis satis clare apparet de mente testatoris fideicommissum inducere volentis, maximè ponderando rationem. Quia si inuenio est, quod dicta possessio in perpetuum permaneat, &c.

Quæ sola ratio videretur sufficiens inducendo, & extendendo fideicommissum, arg. l. cum pater, §. dulcissimi. ff. de leg. 2. & quod no. Bartol. in l. pater, §. fundum. ff. de leg. 2. & per Soc. consil. xliij. & consil. lvij. in 3. volu. Dec. consil. 23. & consil. cclxxxij. At. l. qui Romæ, §. cohæredes. ff. de verb. obl. & facit rex. in l. emp. §. fin. ibi redditur ratione. ff. de rei vend. Item ponderando dictionem, *In perpetuum*, quæ optimè declarat induci fideicommissum: & inter gradus valde distantes, quales sunt, qui inducuntur ex longa distantia à primo stipite, de quo in l. si. vers. fin. ff. de gradibus. Confirmatur quoque hæc sententia eo, quod testator exclusit fœminas descendentes, vocando dictos agnatos: cum tamen fœminæ essent sibi propinquiores in gradu. l. si vna matre. & quod ibi Paul. Castr. C. de bo. mat. de quo ibi per. Corn. & per eundem Paul. Castr. consil. lxxix. casus iste frequenter. & 358. viso testamento Michaelis. Cor. consil. 124. lib. 2. cum similib. per Dec. consil. 270. cccccxv. 627. Sed his non obstantibus, contrarium mihi videtur verius, scilicet, quod isti agnates, non possint obtinere iure fideicommissi in hac causa, & moueor tribus rationibus. Prima est, quia testator in prima clausula fideicommissi, in qua vocat illos de domo, & progenie de Mangano, qui reperitur proximiores ipsis eius filijs, & hæredibus, subijcit. *Et qui aliis veniunt ad successionem ab intestato*, oportet ergo vt isti agnates obtineant, quod probent istam qualitatem, quod sint tales, qui aliis veniunt ad luccesione ab intestato, id est, quod sint in sexto gradu ipsi decedenti, cum secundum formam statutorum Papæ, existente matre, vel cognatis, excludantur agnati vltiores, & sic emendata sit dispositio iuris cõmunis, secundum quam fagnati vsque ad decimum gradum preferuntur cognatis, §. si. in st. de success. cogn. Cum ergo coniunctim testator requirat vt sint tales, qui aliis ab intestato vocarentur, non pollumus dicere istos actores admitti posse, qui sunt etiam vltra decimum gradum. Nec dubitandum est, quin illa verba: *Et qui aliis veniunt ad successionem, &c.* stent, coniuncti propter naturam copule, q. requirit concursum viri vsq; copulati. l. si hæredi plures, ff. de cond. inst. q. maximè in substitutionibus, & fideicommissis procedit, secundum Anch. consil. cclxvij. iste magister Rom. consil. cxxxj. prima dubitatio. Ioan. de Anan. consil. lxxvj. visis his cum similib. Et facit, quod in simili nõ. gl. in cl. in plerisque de elec. vbi Imol. Alex. consil. lvj. in 2. & consil. lxxx. eo. volu. Romæ. consil. clxvj. Fel. in c. 2. de reser. verbo, copula. Secunda est ratio, quia quamuis testator vocet illos de domo & progenie Mangano simpliciter: tamen talia verba nõ debent intelligi, etiam si ipse hoc n. expressisset, nisi de his, qui aliis ab intestato possent admitti: vt quia esset intra decimum gradum, prout consiluit Dec. consil. cccxxj. quia vocatis proximioribus, censetur vocati, qui aliis secundum ius civile ad luccesione vocantur, l. j. C. vnde vir & vxor. l. j. C. de imp. lucr. descript. & lib. x. & idem etiam consulendo firmavit Bal. consil. 334. in q. li. 3. & Pet. de Anc. in consil. xciiij. in quæstione quæ vertitur, vers. circa primum. & hoc maximè est dicendum in casu nostro, in quo verba testatoris sunt clara, vt s. dixi, & quod in simili casu per Dec. consil. lxxxix. in primo dubio. consil. clxxxvj. Tertia est ratio ex defectu probationis, quæ factore non probante ea, quæ, sibi incumbunt, reus est absolvendus. l. qui accusare. C. de eden. In casu autem nostro, non est sufficiens probatum, quod isti actores sint de agnatione ipsius testatoris, vel in gradu aliquo cum eo: quia licet exhibeatur instrumentum, quo Vbertinus auus testatoris nominatur, tãquam frater Qualterij & Bartolini, quo istia actores affirmat fuisse suos atavos: tñ hæc probatio oriens ex hac nominatione non sufficit: quia talis nominatio inducit duntaxat quãdam quasi possessionem fraternitatis, quæ non sufficit ad obtinendum in decisorijs petitorij iudicij, secundum Bald. in cap. per tuas. extra, de probat. & consil. clxxx. mortuo filio in 3. vol. Mouetur ratio, quia nos videmus idem in simili in rebus corporalibus, ad quorum obtentionem non est satis probare de

fatis probare de possessione, sed requiritur probatio tituli. Circa, ff. de probat. & ita etiam tenet Per. Cin. Bal. Alber. Salic. in l. non ignorat. C. quia accusare non poss. Per. & Cyn. in l. j. C. vbi can. sta. Cyn. & Bal. in l. non nudis. per illum textum. C. de probat. & ibi etiam tenet Bart. in lect. noua. Refert & sequitur Ias. in l. neq; profelsio. C. de testam. & puto hanc esse magis communem opinionem. licet Dec. consil. 74. Felin. in dicto cap. per tuas. contrarium teneant, quorum sententia posset procedere in casibus, in quibus sufficit probatio, quasi possessionis, puta si tractaretur de alimentis, quibus subtrahitis dicitur quis in quasi possessione filiationis turbari. l. si neger. ff. de lib. agno. & per Alexand. consil. clj. in primo volu. vel quia concurrant aliquæ aliæ præsumptiones pro filiatione, secundum leg. Lucius. de condit. & demõstr. & nota. per Bar. in l. filij. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. & tenet Bal. in d. cõ. ff. clxxx. & talis dixi in d. & p. sup. in tertia reg. vers. 38. In casu autem nostro, in quo tractatur de iudicio petitorio fideicommissi, illa nominatio non sufficeret, maximè cū in eo instrumentum non ponatur, neque nomen patris ipsorum, sed se simpliciter, & enuntiativè appellentur fratres. Et hanc partem tenendo, apparet manifeste locutio ad ea, quæ in contrarium adducuntur: quia licet verba fideicommissi, tam vniuersalis, quàm particularis, vocent propinquiores, tamen semper in testamento dicitur vocari, vt supra, quæ clausula qualitatem præcedentem. Quod sint tales, qui aliis vocari possunt ab intestato, quia hæc est natura huius dictionis, vt supra. §. sane. in præcem. Decret. l. seruum filij. §. qui copula. ff. de legatis primo. l. item quaeritur. §. Iulianus. ff. locati. per Bartol. in l. j. hoc edito. de posthum. per Decium consil. clxxxij. in fin. & seq. vers. secundus casus. Ias. consil. xv. in primo.

Cum ergo testator limitatè sit loquutus, debet etiam limitatè intelligi. l. age. C. de transact. le. in agris de acquir. rer. dom. & sic respectu eorum duntaxat, qui sunt in decimo gradu de iure civili, secundum §. final. instituit. de success. cogn. vel potius in sexto gradu tantum, seu tertio, de iure canonico, secundum statutum Pap. num. 96. Non obstat, quod do. Gabriel in testamento suo agnouerit presbyteros Augustinum, & Antonium, & Gasparem tantquam proximiores in gradu, & agnatione, &c. Quia ista nominatio non sufficit, vt dixi, dicta leg. non nudis. Item non operatur, nisi respectu ipsorum, qui tamen non successerunt, quia substitutio illa effecta est caduca. leg. j. §. si. in autem aliquid. C. de caduc. tollend. & t. in firmato gradu substitutionis, infirmantur etiam omnes eius qualitates & conditiones. l. cohæredi. in princ. ff. de vul. & pupill. per quem tex. ita concludit Paul. Castr. in consil. clj. præsens dubitatio videtur formari in primo volumine in nouissimis. Rufus non operatur, nisi respectu portionis suæ, quatenus Benedictus ei fuisset hæres. leg. cum à matre. C. de rei vend. Item non potest dici, quod sit facta in executionem testamenti d. Vberti, de quo nunc non agitur: quia cum d. Vbertus vocet proximiores, solus Gaspar fuisset admittendus, non autem filij fratris ipsius Gasparis: quia ipse est proximior in gradu. l. 3. C. de legit. hæred. Item illa attestatio est incerta, quia nunc appellat eos proximiores affines, nunc in agnatione, cum tamen hoc simul pugnent. l. non facile. §. affines. ff. de gradibus. Et in omnem casum, etiam secundum computationem aduerlartorum, saltem Gaspar erat in decimo gradu agnationis: cum tamen aduerlarij, qui nunc agunt, sint vltra illum gradum: vnde admitti non possunt d. §. si. in stit. de success. cogn. per supra dicta. Nec etiã obstat dictio, *In perpetuum & in infinitum*, & similes. Quia nõ ideo inferunt, quod testator voluerit admitti illos, qui sunt vltra gradum successionis ab intestato, cum ille dictiones semper sint adiectæ descendenti bus suis masculis, ad quos voluit in infinitum bona pertiaere: respectu verò ipsorum transfuersalium, testator semper requirit illam qualitatem, quod sint aliis ab intestato successuri. Et in casu posito, & deciso per Iustinianum in auth. de restic. fideicommissi. vers. quicquid & neque erant verba non

minus prægnantia, & tamen ibi deciditur, non excludi matrem. Facit et, quia dictiones illæ, *In perpetuum & in infinitum*, & similes restringuntur secundum subiectam materiam. l. cognitionem. ff. ad Syllan. ca. j. de feud. dat. in vic. leg. comm. inst. de perpet. & temp. act. in princ. & d. auth. de rest. fideicommissi. vnde etiam in casu nostro debent limitari per aliã clausulam testatoris requirentem, vt sint tales, qui succedere possint ab intestato: quia vna pars testamenti aliam declarat. leg. si seruus plurium §. fin. de leg. & fideicom. primo. Et nunquam censetur sublata exceptio, vel limitatio ex eadem scriptura proueniens. l. j. §. & parui. cum gloss. ff. quod vi aut clam. vbi Bar. & in lita nobis. C. ad legem Iuliam. de adulter. Fel. cap. dilecti, extra. de exception. Dec. consil. xliij. & consil. cxxv. & t. temp. debet fieri interpretatio, per quam euitetur contrarietas, ne censetur testator sibi contradixisse, sed potius limitasse. l. non ad ea. de cond. & demonstrat. l. quoties. §. tantundem. de hæredib. instituend. Raph. Com. consil. 34. pater vxori. Alex. consil. clxj. viso testamento. in 2. volumine. Et debet index inclinare in hanc partem per res regulas iuris simul concurrentes. Prima, quia t. in dubio pronuntiandum est pro possessore. §. commrodum in stit. de interd. & pro reo, quia fauorabiliores sumus ad liberandum. l. Arianus. ff. de action. & obl. c. fin. de re iudic. in vj. Secunda, quia t. semper fauemus matri defunctæ, ne à luctuosa eius hereditate excludatur. l. fin. C. de institut. & substitut. Tertia, quia t. in dubio pronuntiandum est contra fideicommissum pro libertate bonorum, cum fideicommissum sit onus. l. cohæredi. §. cum filia. de vul. & pupill. & t. in dubio sit interpretatio, ne heres sit grauatus. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legat. & fideic. secundo, vnde alibi dicitur, quod t. fideicommissi, vel legati ademptio est fauorabilis: quia datio censetur otiosa. l. si fuerit vbi Pau. Caf. & Soc. in quinto. novab. ff. de reb. dub. Hinc est, q. t. in fideicommissis, onus filijs iniunctum ad nepotes non pertinet, secundum Bald. consil. 377. in quarto. Rom. consil. 438. vltimo dubio. Soc. ciiij. in princ. in tertio Alex. consil. lvj. in quinto. Dec. 218. Francisc. Cur. xlv. sæpe reuoluta. cū concordant. Quæ ratione & t. in prohibitione alienationis, facta filijs, appellatione filiorum non continentur nepotes, secundum gl. in §. nuncigitur in auth. de rest. fideicommissi. par Barto. & docto. in l. filius famil. §. diui. de legat. & fideic. j. & quod Signorol. Homod. consil. cclxxx. Dec. cccxcj. Oldrad 269. Soc. c4 in j. & 17. in quarto. cum concord. Hinc etiam est, q. licet t. in institutionibus casus, si heres esse non poterit, extendatur ad casum, si heres esse noluerit. l. fin. C. de institut. & substitut. per Bar. & docto. in l. j. de vulg. & pupill. tamen in fideicommissis non ita est: quia t. grauatus restituere post mortem, non intelligitur grauatus post repudiationem. l. si cuiusca. f. l. sed & ante. ff. ad Trebel. & licet t. in institutionibus, casus simplices trahantur ad mixtum. l. e. si ita scriptum de lib. & posthum. tamen secus est in fideicommissis secundum Bartolum in l. cum autis. de cond. & demon. Alex. consil. clxxxvij. in 2. volum. sic t. semper in institutionibus sit lata interpretatio, cum tamen non sit sit in fideicommissis, secundum Cornæum consil. 320. in 4. vnde & Bar. in l. Gallus. in princ. ff. de lib. & posthum. t. facilius extendi conditionem. ad casum omissum in persona instituti creditur, quam in persona substituti quacunq; substitutione & facit quod notat Anchar. consilio cccvij. Angelus l. j. & c. xij. Signorolus. ccj. Rom. cxxxj. & 208. Ioannes. Des. lxxxix. quibus locis prædicti doctores concludunt, t. in fideicommissis casum omissum pro omissis esse: merito ergo & idem dicendum est in casu nostro. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. LXXII. SVMMAE

- 1 Fidei commissi formule varie.
- 2 Verbum placuerit, refertur ad arbitrium boni viri.
- 3 Fidei commissio cui arbitrium boni viri in est, nulla dicitur in esse conditio, aut mora.

4 Verbum placuerit ex communi usu loquendi, quando refertur ad Principem, intelligitur de libera voluntate.
 5 Positiones ad id, quod iuris est, non solent fieri, aut produci.
 6 Ad probandum communem usum loquendi, quae requirantur, Consensum patris nubenti non necessarium.
 7 Origo sanguinis non inducit imparitatem, quando aequalitas potest considerari alijs viribus.
 8 Contrahens matrimonium cum impari, non dat causam iustam patri deneganti dotem.
 9 Comes Palatinus habens auctoritatem ab Imperatore, non debet potestatem suam extendere ad filios ecclesiasticorum.
 10 Filius sacerdotum possunt legitimiari Caesareo rescripto.
 11 Citationem etiam in spuri legitimatione non requiri.
 12 Legitimatione comitis imperialis, non debet operari in territorio alieno.
 13 Potestatis legitimationis probatio.
 14 Quasi possessio, transfert onus probandi in contrarium.
 15 Virtus probationis dependet a fide publica potius, quam a titulo.
 16 In usus patris in testamento, filium legitimationis vis.
 17 Fiscus succedit in eo, quod incapax est relicto.
 18 Filii illegitimi, praesertim naturali, potest constitui dos, et talis filia dicitur eius capax esse.
 19 Naturalis dicitur, qui natus est ex soluto et soluta.
 20 Verba testamenti sunt. Legat excellentissimo Duci omnia immobilia, et possessiones, et c. rogans dominationem suam, ut ea bona mobilia, immobilia, iura, et ut supra, dispensare velis in totum, vel in parte, in beneficium infra scriptae d. Iuliae eius heredis, et hoc si dominationis sua placuerit, et non aliter, et c. Queritur an Dux potuerit ea bona donare fratribus Landrianus donatione remuneratoria? Et in re iudicio meo satis claraprocedam breuibus, omittendo allegationes ad partes. Teneo tamen subesse fideicommissum, et bona pertinere ad partem d. Iuliam. Cum enim grauatus sit Dux, dispensare dicta bona in beneficium seu vtilitatem d. Iuliae, talibus verbis non est dubium induci fideicommissum, sicut si dixisset, Seruanda esse filiae, l. filia, ff. de auro et argen. leg. vbi Bar. vel si dixisset, ut cura eorum ageret, ut ad filiam possent peruenire. l. fideicommissa ff. hanc verba vbi Bar. ff. de leg. 3. vel. si scripserit, et custodias in vtilitatem filiae, seu pro filia, l. si ita, ff. de d. tit. per Ioann. Firmianum in verbo, fideicommissario. 2. in principio similibus Nec videtur testator dedisse liberam facultatem Duci, per clausulam illam t. Si placuerit, quia tale verbum refertur ad arbitrium boni viri, l. Thais, ff. de iur. l. Lucius, ff. de fideic. lib. per las. post alios in l. si sic num. vj. de leg. et fideic. j. vnde tali fideicommissum, cui arbitrium boni viri inest, nulla dicitur inesse conditio, aut mora, iuxta legem primam ff. de le. et fideic. 2. et tex in d. l. Lucius. Et haec interpretatio colligitur et ex dictioe seu clausula subiecta, Non aliter. Si enim intellexisset tali verbo placuerit, t. de voluntate libera, frustra adiecit, Non aliter secundum leg. quando ff. de leg. et fideic. j. Suaderet hoc etiam ex qualitate personae cum enim d. Iulia adhuc non esset legitima, existimauit testator, turius ei relinquit passet per interpositam personam principis, secundum l. non intelligitur ff. de iur. fil. et quae habentur in l. Lucius. ff. j. ff. de le. j. Cum ergo arbitrium esset Duci relicto circa totum, aut partem, non potuit Dux alteri donare: sed totum debuit filiae restituere, nisi quatenus bonus vir arbitrareretur totum non esse dandum ex aliqua causa: puta, si ingressa fuisset religionem, quo casu testator ei minus dotis reliquerat. Non obstat si dicatur, quod in processu probatum est, quod illa verba, Si placuerit ex communi usu loquendi, quando refertur ad principes, intelliguntur de libera voluntate. Respondeo interpretatio verbi illius a iure dependet, et sicut positiones ad id quod iuris est, non solent fieri aut produci leg. ornamentorum ff. de auro et argen. leg. Alexand. consil. 37. in secundo. Curt. tracta. politionum. breuilequo. 13. ita nec talis probatio debet attendi. Praeterea ex attestacionibus apparet, quod testes deponunt de re, quam non intelligunt: quia questio nostra est, quando testator rem suam relinquit principi cum onere fideicommissi, si placuerit: ipsi deponunt de usu loquendi, quando aliquid a principe pe-

titur, quod est ipsius principis, non autem petentis, ut est questio nostra: & ideo magna est inter hos casus differentia, secundum Bar. in extrauaga. ad reprimendum verbo. videbatur, circa medium. vers. secundo casu. Praeterea etiam dicitur, quod t. ad probandum commune usum loquendi & intelligendi, multa, requiruntur, de quibus p. Bar. in l. Labeo. ff. de pupelle. legat. quae in casu nostro non interuenerunt: & ideo nullum fundamentum potest fieri super illis rebus. Non obstat, quod aliquis testis dicit, quod ista domina scripserat Duci, quod volebat intrare religionem, & c. Respondeo iste est color aulicus ad obtegendam fideicommissi detractionem, et etiam si hoc verum esset, non tamen statim fuit erodendum puellae, quae potuit mutare voluntatem & nubere, prout nupit nec super hoc potest fieri fundamentum, cum neque legitime constet de istis literis, nec per confessionem partis, nec per comparationem literarum, nec alio legitimo modo, de quo per doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. Et etiam si constaret, non ideo statim esset renuntiatum fideicommissum, ut posset Dux dicta bona alteri donare. Imo talis causa non esset sufficiens, per textum in ff. sed & hoc presentem in athen. de sanctis episc. et quae notant Canon. in cap. in presentia, extra, de probatio. per Bar. in l. 2. ff. de ijs quae pœn. nom. Non obstat quod Dux tulerit iniquo animo, quia nupit secundum voluntatem reuerentissimi Episcopi Laudensis, & c. quem Dux odio prosequatur Respondeo ex attestacionibus, constat contrarium, et etiam si oppositio esset vera, tamen nihil esset imputandum deming Iuliae, si paruisset ipsi Episcopo, quem pater in testamento dederat sibi tutorem, & administratorem, ut cum eius consilio omnia gereret. l. 3. ff. de reg. iur. Et, ut dixi, ista non est sufficiens causa: cum nec quidem pater nisi consensum teneatur requirere filia, multo minus ipsi Ducis. can. sufficit. 27. q. 2. c. cum causa, de raptor. in c. adia. glo. ff. Paul. ff. de sta. hom. Non obstat, quod dicta d. Iulia nupit ipsi do. Hieronymo, qui nobilitate generis videtur impar legit. & ideo iusta fuit causa Duci restitutionem praedictorum bonorum detrahendi. Respondeo primo, quod ista imparitas non est vera, cum et d. Hieronymus sit filius equitis & comitis Palatini, qui habet dignitatem ab Imperatore, secundum doctrinam Bar. in l. j. C. de digni. lib. x. Et ista origo sanguinis non inducit imparitatem, quando aequalitas potest considerari alijs virtutibus, ut p. Paridem de Put. in tract. d. uel. & sum in d. tract. sequuntur. capitulo. xxx. Secundo respondeo quod etiam si ita esset, non tamen haec est ista causa detrahendi restitutionem fideicommissi, sicut nec esset iusta causa patri dotem denegandi, maxime cum iste non possit dici omnino indignus, et probatur in ff. causat. in auth. ut cum de app. cogn. et tradit las. in auth. sed si post. C. de inoff. test. Io. de Imo. c. accedens. de procur. Alex. l. j. sol. matr. Tertio respondeo, quod in omnem casum iusta est excusatio Iuliae, quae omnino parere debuit reuerentissimo Episcopo, sibi dato gubernatori per patrem suum. Et certe iudicio meo supra scriptae obediencies sunt satis frivolae, et quae nullo modo possint a iudicis iudicis mouere vel inclinare, ut fideicommissum non debeatur. Non obstat, quod fideicommissum non videtur de bonis ipsis, sed quod Dux teneatur dispensare in beneficium, & c. Respondeo enim ex fideicommissum oritur hypotheca super ipsis bonis, iuxta leg. j. C. commun. de leg. apparet, quod ista bona sunt grauata, ut dispensentur in beneficium ipsius do. Iuliae, quod cum Dux non fecerit, iura talis hypothecae, quae est actio in rem, res ipsae auocantur. l. pignoris persecutio. ff. de pig. & propter voluntatem testatoris, loco pretij & dispensationis, in beneficium seu vtilitatem ipsius succedunt bona ipsa. arg. l. plan. 2. ff. j. et l. vxor marito. ff. de don. inter vir. Non obstat si aduersus legitimationem addatur, quod dicit Alexander, erat persona ecclesiastica, et quod Comes Palatinus habens auctoritatem ab Imperatore, non debet potestatem suam extendere ad filios ecclesiasticorum. Respondeo hoc esse falsum, quia imo t. tales possunt e-

tiam Caesareo rescripto legitimiari, quamuis sint filij sacerdotum secundum glossam in ff. in auth. quib. mod. nat. effie. sui. et tradit Card. Alex. in c. p. venerabile. extra, qui fil. sint legit. Imo ex generali auctoritate, quilibet Comes Palatinus hoc facere potest, secundum Pau. Ca. consil. cij. in 2. Card. d. c. per venerabile. Soc. consil. lxxv. in j. Curt. lxx. consil. cxxxvj. quamuis in casu nostro res sit clarior, quia Alex. non erat in sacris ordinibus: sed habebat duntaxat quatuor minores, ut attestatur d. Episcopus. Laudensis, et alij testes in processu. Non obstat aduersus dictam legitimationem, quod non potuit Comes Palatinus dispensare in radice matrimonij, cum persona ecclesiastica, & ideo ista non est legitimitio, sed dispensatio, quae requirit citationem patris secundum Soc. rub. ff. de lib. & posth. Respondeo quod imo non erat in sacris, ut supra dixi. Praeterea opinio Soc. non est vera, et ipsemet Socinus tenet contrarium in l. Gallus. ff. si eius. & Ruinus in dicta rub. vbi sum sequutus, et text. in l. qui in prouincia. ff. de ritu nuptiarum, & ita est de mente Bar. in d. l. Gallus. ff. et quid si tantum. qui format questionem etiam in spurio, eum cuius mater non potuit esse matrimonium, & tamen concludit non esse necessariam citationem, & sequuntur ibi doct. Non obstat quod bona sunt in territorio ecclesie, & sic Parmensi, vnde t. legitimitio Com. Imperialis non debet operari in territorio alieno, secundum Hostien. But. Abb. d. c. per venerabilem. Dec. consil. lv. la. lxx. in 3. Ruin. lxxvj. in 3. Respondeo supra scripta conclusio non procedit in terris, quae origine sunt de imperio, licet deinde transferantur in ecclesiam: quia censetur transisse secundum leges veteres, iuxta no. per Bar. in l. si conuenit. ff. si nuda. ff. de pign. act. Item non procedit in terris quae sunt de corpore Rom. Imperij, licet re ipsa non subsint: quia, quoad referuata Imperatori, remanent ipsius, maxime stante consuetudine, ut firmat Parisius consil. j. in 2. vol. num. 15. Ludou. Gozad. consil. 48. versic. venio ad quintum. Item non procedit, quando persona, quae legitimitur, ipsa esse subdita Rom. imperio: extenderetur enim legitimitio etiam ad bona, sita in terris ecclesiae, secundum Card. Alex. in simili in d. c. per venerabilem. in 3. q. & firmat Corn. consil. j. in 3. litera O. & consil. j. in 4. Dec. consil. cl. Item non procedit, quando non tractatur de praedictio alicuius, & pater consentit secundum Dec. d. consil. xv. ver. tertio non obstat Card. Paris. consil. x. in 2. num. cxxvij. Soc. consil. xlvij. in v. vbi allegat multas eodem. Non obstat rursus, & quidem fortius, quod non videtur probata facultas Comitis Palatini, videlicet, quod sit descendens legitimus And. filij Iacomini, qui nominatus est in privilegio Caroli. 4. Impe. quae probatio videtur fuisse necessaria, secundum ea, quae habentur in l. si prius. ff. de ope. no. nur. per Alex. con. cxxxvij. in j. And. Sic. consil. 27. in j. Ruin. d. consil. lxxvj. Card. Paris. consil. 3. & consil. xij. in 2. Respondeo quod in casu nostro probata est quasi possessio Comitis excendit, tale privilegium, quod sufficit secundum Bal. in l. non ignorat. C. qui acc. non poss. cum enim tale privilegium contra inuitum non exerceatur, sed sit de ijs, quae ad voluntariam iurisdictionem pertinent: sufficit quasi possessio publicae exercendae. c. Barbatius. ff. de off. pret. & licet Alex. consil. cxxxvij. non sequatur hanc decisionem Bal. tamen in casu nostro omnino tenenda, quia concurrunt multae coniecturae, vltra quasi possessionem, videlicet identitas nominis, de qua est tex. in l. vxor. ff. de man. test. quem no. Bal. in c. tuam. extra. de ordi. cogn. & quia non refricatur in dubium ipsum privilegium, imo de eo constat, sed solum dubitatio est circa descentiam, quae videretur tolli per quasi possessionem, secundum regulam generalem, quae habet quod quasi possessio transfert onus probandi in contrarium. l. liberis. in ff. de lib. cau. I. vis eius. C. de prob. l. circa. ff. eod. titu. c. si iudex. de sen. ex commu. in vj. & licet Alex. d. consil. multa alleget, quae probant, hoc non procedere in ijs, quae sine principis privilegio acquiri non possunt: tamen nostra questio non est circa privilegium, quia de eo constat, sed circa descententium: & ideo putarem sufficere supra scriptam pro-

batonem. Quamuis etiam illa conclusio Alexandri sit periculosa, quia, ut ibi dicit modernus Apofillator, communis obseruantia est in contrarium: t. virtus enim probationis dependet a fide publica, potius quam a titulo: vnde satis est, quod publice in iudicio, & extra ei fides adhibeatur, ne pretextu fidei publicae contrahentes decipiantur, secundum Bald. consil. cxxvij. in iij. Fulg. consil. cij. & in d. j. Barbatius. vbi etiam Alber. attestatur de communi obseruantia, & Lanfr. de Orian. reper. capit. quoniam contra, de probat. verb. instrumentorum productiones. & Dec. capit. prim. de fid. instr. Ioan. Ign. in l. 3. ff. si quis tabulas. num. xxx. ad Syllan. Et quicquid sit in supra scripta quaest. casus noster redditur clarus tribus alijs rationibus. Prima est, quia t. testator in testamento iussit hanc legitime & rite legitimiari: vnde si haec prima non valeret ex defectu potestatis Comitis iterum esset legitimanda propter iussum testatoris, per text. in athen. item cum quis. C. de nat. lib. & quod notat Paul. Castr. consil. xxix. praesupposito, quod iste pater. in 2. Lanfr. Ga. liaul. in l. Gallus. ff. et quid si tantum. post las. & alios. quo casu perinde est, ac si ei relicto esset, cum capere poterit & valet institutio, secundum Rap. Com. in d. ff. et quid si tantum. & per Bal. consil. cxlvj. in j. 36. & lxxij. in v. & interrim tanquam instituta sub conditione, habebit bonorum possessionem, secundum tab. per tex. in l. 2. §. si sub conditione. ff. de bon. poss. secundum tab. cum in d. ff. & quod no. Bald. in dict. l. Gallus. ff. instituens. in 4. not. Secunda ratio est, quia quod legitimitio non teneat, & ipsa tanquam illegitima sit incapax fideicommissi, est t. ius pertinet ad filium, qui succedit in eo, quod in incapax est relicto leg. j. ff. de iure fil. l. non intelligitur. ff. eod. titu. Sed de hoc iure filii non potest opponere grauatus sed solus filius secundum glossam in l. his consequenter. in prin. ff. fam. ere. vbi doc. & per Bar. l. 2. ff. de excep. rei iud. And. Sic. rub. extra. de succ. ab intest. Alex. consil. ccix. in 6. 136. in vij. Tertia ratio est, quia ista bona sunt data in dotem, ipsi filiae, ut apparet ex instrumeto dotali, confecto Ferrariae, potest autem t. filiae illegitimae, praesertim naturalis, tantum dos constitui, & talis filia dicitur eius esse capax, secundum Bar. l. si ff. si a sacero. ff. de ijs quae in fraud. cre. Mar. thes. not. cxlvj. com. conc. per mod. in l. ff. solu. mar. & facit tex. in l. vxorem. ff. pater naturalis. vbi Bar. ff. de leg. iij. & cum non adessent alij legitimi, est haec naturalis capax in totum secundum textum in athen. licet in principio. Cod. de natur. libe. t. videretur enim simpliciter naturalis, cum sit nata ex soluto & soluta, & pater non esset in sacris ordinibus constitutus, ut est supra dictum, Et licet Spec. in titu. de succ. ab intesta. ut quis sit naturalis & capax, requirit quod sit natus ex muliere, in qua tria concurrant schema concubiniae, quod in domo retenta, quod cum ea possit esse matrimonium, quod dictum sequitur Abb. in d. c. per venerabilem. cum concor. Tamen hoc est verum in eo naturali, qui petit se admitti ab intestato, secundum tex. in l. si quis aut. de fundus. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. sed in eo qui habet voluntatem patris expressam, id est, qui ex testamento est vocatus, sufficit, quod sit natus ex soluto & soluta, secundum Iac. de Bel. quem refert & sequitur Bal. in addit. Spec. loco praedicti allegato. & Dec. consil. clv. satis est. n. esse natum ex coitu: qui non possit accusari, secundum glossam in l. quia semper. ff. de in ius voc. per quam glossa etiam sentit. Io. de Imo in l. ex facto. ff. j. ff. ad Treb. licet loquatur sub dubio forte refert Alex. ff. j. & probatur haec opinio clare per tex. in d. §. si quid autem defunctus. in h. vbi si mortuus fuerit in statu quasi dicat, ex testamento admitti posse, citra illud schema concubiniae facit, quod not. Iaso consilio cccxxiij. & idem sentit etiam Pau. Castr. consil. cccclxvij. viso dicto puncto, occurrunt dubia, in 2. & nouissime consuluit Ayn. Crauet. consil. clxvi. num. xj. & ita est tenendum quicquid dixerit Oldrad. consil. cxcvj. & alij qui moderni ad praedictum text. non aduertentes. Et haec omnia saluo semper, & c.

CONSIL. LXXIII. SVMMÆ.

- 1 Filij in conditione positi, non sunt vocati.
- 2 Fideicommissum nunquam inducitur, nisi quoties verba, aut mens testatoris certa hoc exprimit.
- 3 Cum fideicommissum sit onus, & grauamen, non est verisimile in dubio, quod pater filium suum grauauerit.
- 4 Ex diuersis nihil inferitur.
- 5 Ex legato particulari, & modici effectus, non debet sumi argumentum ad rem maiorem, qualis est institutio fideicommissaria vniuersalis.
- 6 Verborum, in quos hereditas peruenerit, uis.
- 7 Conditionis expectandus euentus.
- 8 Fideicommissum nunquam inducitur, nisi ex certis coniecturis, & in dubio semper pronuntiamus fideicommissum non subesse, quia est onus.
- 9 Conditio si ante obitum decesserit, non trahitur post obitum.
- 10 Vbi verba clara sunt, non admittitur questio voluntatis.
- 11 In compendio clarum est plures substitutiones contineri.
- 12 Substitutiones tot, quot persone.
- 13 Pluralitatem aliquo modo verificari sufficit.
- 14 Pluralis numerus, plerumque pro singulari ponitur.
- 15 Substitutionis appellatione proprie intelligimus de directa.

Legationibus vtriusque partis in presenti negotio visus, requisitus quid sentiam, non potui detrectare, quin veritatis & iustitiæ testimoniū, pro tenui facultate mea, feram. Et quia hic & inde subtiliter, copioseque per præstantissimos aduocatos allegatum est, ac quietam hac in parte eorum laboribus, & breuiter, & paucis decidam quid mihi verius videatur. Arbitror ergo, si dominus Io. Paulus decessit relicti filijs masculis, fideicommissum euanbituisse. Quia est duntaxat conceptum, vbi dicitur Ioan. Paulus decesseret absque descendente masculino, ex linea masculina de legitimo matrimonio, que conditio cum non euenit, merito fideicommissum expirat: quia isti filij in conditione positi, non censentur vocari ex dicto testamento secundum gloss. communiter approbatam in l. Lucius. 2. de hæred. institut. Sciendum enim est, quod fideicommissum nunquam inducitur, nisi quoties verba, aut mens testatoris certa hoc exprimit, ut est rex. in l. quidam cum filium. de hæred. institut. cum enim fideicommissum sit onus, & grauamen, non est verisimile in dubio, quod pater filium suum grauauerit, ut habetur in l. si Titio. §. ff. de leg. 1. l. pe. §. cum autē. C. de inof. test. & quando in conditione ponuntur filij non censentur positi eorum contemplatione, aliis non conditionaliter, sed dispositiue vocati fuissent, sed potius contemplatione patris, qui purè & simpliciter fuisset grauatus, nisi conditio filiorum adiecta esset, ut dicit Bar. in l. illis. ff. de cond. & dem. Pau. de Castr. consil. clij. præsens in j. in nouis. & ideo in tali conditione non curamus, an filij sint hæredes patris, vel nō, vel q. deinde de eis contingat. l. filius fam. §. cum quis. de leg. j. sed solum attendimus aduentum conditionis, quia conditio ipsa pro causa est l. 4. §. j. de cond. inst. vbi Bald. l. à Titio. vbi doct. de verb. obl. Hinc est quod parum refert, an conditio simpliciter concepta sit. Sine filijs autem etiam adiectum masculis, non enim ideo videntur vocati masculi, ut sentit Alexan. consil. 24. in 3. cxxxix. in vj. Soc. consil. cvxj. in 3. & lxij. Gui. Pap. consil. cccccxix. q. c. quid dixerint aliqui Mod. quos referre non attinet. Non enim ut tales filij, censentur vocati, satis est quæ liberleuis coniectura, sed oportet eam esse concludentem & necessariam, aliàs à vi verborum non recedemus, ut eleganter respondit Soc. consil. cxvj. supra allegat. vbi confutat qualdam coniecturas, de quibus per eum. Non obstant ergo coniecturæ allegatæ in consil. contrario. Et primò dū ponderantur in legato capellæ illa verba *suosq. hæredes & descendentes masculos ex linea masculina, &c.* Rūde enim hanc coniecturam esse valde frivolum, cum sit simul, quod respectu capellæ vocauerit omnes descendentes, & non tamen respectu hereditatis, t. ex diuersis enim reb. nihil inferitur. l. Papinianus exuli. de min. & non sequitur, eos vocauit ad ius præsentandi capellanum, quod nemini onerosum est: ergo etiam ad hereditatem, quod

grauamen esset filij sui. vnde consuluit Alexand. quod etiam si filij in alio. capitulo, testam. entū expressè vocati essent, non tamen præsumerem in capite substitutionis, per conditionalia verba censi vocatos. ita Alexan. consilio clxxxv. in 2. & consilio xxij. consilio xxix. in 3. lib. Imò potius coniectura sumitur in contrarium, quia sicut in legato particulari fecit mentionem descendentiū, ita etiam fecisset in fideicommissio vniuersali, si voluisset illud inducere. l. j. §. in autem ad deficientis. Cod. de cad. tol. Ioan. de Anan. consil. xxij. & per Dec. consil. ccccxvj. Et quia t. ex legato particulari & modici effectus non debet sumi argumentum ad rem maiorem, qualis est substitutio fideicommissaria vniuersalis. l. pen. §. illo. C. de necess. ser. l. tutores. §. prim. de adm. tut. per Bartol. Iaso. ceteros in l. ij. ff. de iur. omni. iud. Quamuis etiam illa verba possint intelligi, ut dictum ius præsentandi pertineat ad descendentes domini Ioan. Paul. quibus ab intestato succedendi locus reueruatur est, secundum d. l. Lucius. cum t. illa verba, *In quos hereditas dicta domina peruenerit*, possint intelligi de hæred. hæredis, ab intestato succedentis, qui censetur hæres testatoris. l. fin. Cod. de hæred. institut. l. si quis filium. §. fin. de acq. hæred. non enim dicitur, *Ad quos hereditas dicta domina peruenerit ex præsentati testamento*, sed simpliciter, quo casu dicitur peruenire etiam ab intestato, & etiam quod nullum fideicommissum subesset. Non obstat. secunda coniectura, ex verbis testam. dā dicitur, *Sciens dicta domina quod stantibus substitutionibus d. Ioan. Paulus non posset alienare, &c.* quod falsum esset, si fecisset solam substitutionem vulgarem, vel etiam fideicommissariam respectu feminarum tantum, &c. Respondeo hanc quoq. coniecturam satis frivolum esse, quia d. Io. Paulus est grauatus fideicommissio t. conditionali. *In casum quo moriatur absque liberis*, quæ conditio non euenit, & qui grauatus est fideicommissio conditionali, ante euentum conditionis non dicitur posse alienare, quia non reperiret emptorem, & ipse poneret se in periculo euersionis, ut dicit tex. in l. h. §. fin. aut sub conditione. Cod. commun. de leg. nec refert quantum ad facultatem alienandi, an fideicommissum sit solum casu existentium feminarum, an etiam casu existentium masculorum cum ipso uiuente, semper ipso iure valuisset alienatio. post mortem verò reuocaretur, eueniente conditione, & ideo testatrix remansit contenta, quod liberetur, soluendo pretium in cuius fauorem euenisset conditio, seu ad quem ex forma ordinamenti sui bona peruenire deberent, que verba nullam coniecturam in ducunt noui fideicommissi, neque ampliant præcedentem dispositionem, iuxta reg. clem. prim. de præben. Sed ad casus supra scriptos se referunt, ideo secundum illos debent restringi & declarari. Sed etiam obstant coniecturæ quæ nouissime per clarissimum dominū iudicem adductæ sunt. Quia illud constat, quod fideicommissum nunquam inducitur, nisi ex certis coniecturis, & in dubio t. semper pronuntiamus fideicommissum non subesse, quia est onus, & ideo tex. in l. si fuerit. ff. de rebus dubijs. vbi Soc. in v. nota. probat quod incertitudo vitiat dationem legati, vel fideicommissi, & tamen non vitiat ademptionem, quia fauorabilius est, quod fideicommissum non subsit, vnde etiam in eis non fit lata interpretatio, sed stricta. l. nummis. de leg. 3. declarat Decius l. in testamentis. de reg. iur. Modo in casu nostro verba primi capituli, simpliciter concepta sunt, *Si filius ante obitum matris decesserit*, quæ conditio infra etiam est repetita ibi, *Aut ante etiam relicto, &c.* & talis iteratio arguit enixam formam verborum, vnde nullo modo possumus intelligere idam fore, etiam si post obitum decesserit, quia interpretari ante, pro post, nihil aliud est, quam album interpretari pro nigro, & t. conditio, *Si ante obitum decesserit*, non trahitur post obitum. l. commedisi. de lib. & posthu. vnde etiam si tractaretur de fauore sustinendi testamenti, & non de onere filij, vti in casu nostro, sed de honore, adhuc talis interpretatio non admittetur. Et ideo dicunt doctores communiter, quod in consil.

consil. Galli Aquilij, illa verba, *Si filius me viuus decesserit, &c.* non verificantur si mortuo patre decesserit, & testamentum potius est nullum præteritione, & tamen ibi plurimæ coniecturæ erant pro mente testatoris & ita reuertunt doctores in dict. lege, Gallus. in princip. & gloss. in lege, si mater. §. prim. de vulg. & pupil. Et ideo coniecturæ quæ adducuntur, possunt vnico verbo tolli, t. vbi enim verba clara sunt, non admittitur questio voluntatis. l. illis. aut ille. §. primus. de leg. 3. debent enim coniecturæ ambiguae cedere verbis claris. Et vt omittā alias coniecturas quæ sunt satis leues, & in quibus non est insistendū, quoniam ex seipsis corruunt, attingam duntaxat primā, à qua ceteræ dependent. Dā in testamento dicitur, *Sciens ipsa domina, quod stantibus substitutionibus actū vt supra, ipse dem. Ioan. Paulus non posset alienare bona immobilia, &c.* Sequitur ergo quod primum capitulum substitutionis inducat fideicommissum, non tamen simpliciter intelligatur in casu vulgaris substitutionis, si ante obitum testatrix decesserit. Respondeo posse hæc verba intelligi, vt concordent cum primo capit. nec ideo interpretemur, *ante obitum*, id est, post obitum potest autem hoc contingere multis modis. Primò, si intelligamus de substitutionibus, quæ in secundo capitulo continentur, respectu feminarum, & descendentiū ab eis, cum enim in eo capitulo sit compendiosa, clarum est t. in compendiosa contineri plures substitutiones, vt declarat Bartol. & doctores in leg. Centurio. de vulg. Item cum sint vocatæ t. plures personæ, dicuntur esse substitutiones, quot personæ, idque non attento, quod vnico contextu verba concepta sint vt per Bart. leg. Lucius. de vulg. in 3. q. principali. & cum vocentur descendentes, & sic plures gradus ordine successiuo, tot sunt substitutiones, quot gradus. l. e. quando. de acq. hæreditat. leg. potest. ff. de vulg. Secundo intelligantur illa verba, *Et stantibus substitutionibus non posset disponere, &c.* hoc esse verum respectu regulæ & conclusionis, licet verificari non possit respectu remedij, verum enim est, quod stante prima substitutione vulgari, non poterit Ioan. Paulus alienare, quia mortuus est ante testatricem, licet remedium tunc non conueniret, vt possit subrogare alia bona. Satis autem est t. pluralitas illa sermonis aliquo modo, & certo respectu possit verificari, licet non omni modo verificetur. capitulo, indemnitatibus. §. pen. de elect. in sexto. gloss. capitulo, primo, verbo, primitias. de decimis & clem. j. de vsur. verb. censura. & sic intelligemus, quod stantibus substitutionibus, non poterit alienare, quia prima non admittit eum, sed eius filios casu mortis ante testatricem, secundā verò causa grauat de restituendo de fororib. & filijs. Tertio, si illa verba, *Substitutionibus, &c.* in tel. ligantur eo modo prolata, quo t. pluralis numerus plerumque pro singulari ponitur, prout in l. in conditione. ff. de cond. fur. & lege j. §. vt in initio. & §. eum qui. ff. de popul. videmus quæ sepius id fieri in iure nostro, & etiam in communi sermone, minorque est hæc abusio, quam si interpretemur, *ante obitum*, id est, *etiam post obitum*, & sicut dixi album pro nigro, facit gloss. in lege, si ei cui verbo. ijs. casibus de euit. & in lege, quod si nolit. in fine, de ædil. edict. Quarto possunt intelligi, secundum proprietatem sermonis, quæ est, quod t. substitutionis, appellatione proprie intelligimus de directa, vt notant omnes in rubr. ff. de vulg. & pupil. Sunt autem duæ substitutiones directæ, prima vulgaris in casum impotentia in primo capitulo comprehensa. Secunda, compendiosa in secundo capitulo, quæ ambæ hæreditate adita expirent, satis verificatur, quod eis stantibus nō posset alienare, quia non esset hæres. Et ideo dum subsequitur, loquendo de remedio subrogationis aliorū bonorum, adiicit dictionem, *Fideicommissum*, cum relatiua dictione, vt supra, per quam sit restrictio ad ea, quæ continentur in dicto secundo capitulo.

CONSIL. LXXV. SVMMÆ.

In partibus, in quibus quis habet usufructum formalem, si

- 1 consolidatio cum proprietate.
- 2 In partibus in quibus quis habet usufructum causalem, nō fit consolidatio, quia talis usufructus, nunquam potest separari à proprietate.
- 3 Verba fructus, redditus, & proventus causam proprietatis non respiciunt.
- 4 In dubio debet fieri interpretatio contra fideicommissarium.
- 5 Testator specialiter prius prouidens vxori, de quadam parte, & deinde generaliter legans illi rem usufructuam omnium bonorum, in tali legato non censetur actum de illa parte, in qua specialiter fuit instituta.
- 6 Quod quid sit superfluum, nunquam interpretandum est.
- 7 Fideicommissum adesse coniecturis conuincit.
- 8 In testamentis verba debent intelligi, etiam impropiissime, vt aliquid operentur.
- 9 Verbum hereditas est ius vniuersale, & comprehendit omnia.
- 10 Verba huiusmodi, & prædicta referuntur ad omnes qualitates præcedentes.
- 11 Verba fructus, redditus, & proventus possunt ex proprietate sermone verificari, tam respectu usufructus formalis, quam casualis.
- 12 Ex voluntate disponentis accessorium trahit principale.
- 13 Qui vult vnam, videtur & velle aliud connexum.
- 14 Qui legat fundum, deinde usufructum, censetur appellatione fructus comprehendisse proprietatem, & usufructum causalem.
- 15 Qui instituit heredem in parte, & deinde legat generalem usufructum, non videtur voluisse relinquere institutionis usufructum causalem hæredi.
- 16 Quis in re sua usufructum habere non potest.
- 17 Verbum consolidatur, significat id est coniungatur.
- 18 Verbum perueniat, est verbum obliquum, indicans fideicommissum.
- 19 Si testator specialiter aliquid legat vxori, deinde constituit eam usufructuariam, intelligitur diuersimodè, videlicet quod in bonis ei specialiter legatis, intelligitur de usufructu casuali, sed respectu aliorum, intelligitur de formali.
- 20 Si testator instituit filijs legat usufructum vxori cum filijs non poterunt dici filij esse proprie usufructuaria respectu suæ partis, ex quo in ea sunt hæredes.
- 21 Fideicommissum etiam vniuersale potest fieri, nedum expressè, sed etiam ex coniectura voluntatis.
- 22 Euidens etiam dicitur, quod per coniecturas deprehenditur.

RESTRINGENDO punctum, de quo rogatus sum, vt dicam quid iuris esse mihi videatur. Principaliter tangenda sunt duo dubia. Primum est nunquid ex illis verbis, *Quod quot ea vita fuerit, seu aliis si contingat eam secundo maritari fructus, redditus, & proventus hereditatis huiusmodi, cum proprietatibus consolidentur, & perueniant ad hæredes prædictos proportionè, &c.* oriarur aliquod fideicommissum. Secundum dubium est, ad quæ spectet onus probandi ista bona fuisse dictæ Ioannæ alicuius, donatricis. Circa primum videretur prima facie dicendum, d. Ioannam vxorem testatoris, non censi grauata aliquo fideicommissio versus cohæredes. Et id tribus rationibus. Primò, quia cū ipsa esset hæres instituta in tertia parte, & in reliquis esse usufructuaria, non potest intelligi aliq. fideicommissum respectu d. tertie partis, quia verba testamenti volunt, quod fructus consolidentur cū proprietate, quæ verba non possunt habere locum, nisi respectu earum partium t. in quibus habebat usufructum formalem, quia in his bene fit consolidatio. §. fin. instit. de vsufructu. non autem respectu earum, in quibus habebat usufructum causalem, quia talis non est consolidabilis, ex quo nunquam potest separari à proprietate. lege, si cum testamento. §. fin. ff. de except. rei iudic. Secundo facit, quia testator non apposuit vllum verbum, per quod induci posset fideicommissum respectu ipsius proprietatis, ex quo verba simpliciter sonant de usufructu, t. verba enim, *Fructus, redditus & proventus*, causam proprietatis non respiciunt. l.

unc. l. usufructu leg. §. j. ff. de usufr. Pau. de Eleaz. & Card. A in dem. vnic. de excof. prala. ergo ista dispositio contra formam verborum non est trahenda ad bona, in quibus 4 habebat proprietatem. l. non aliter. de leg. 3. & in dubio debet fieri interpretatio contra fideicommissarium. l. vnum ex familia. §. si rem. de leg. 2. l. uxorem. vbi Barto. de 5 leg. 1. Tertio confirmatur, quia cum testator specialiter prius instituerit uxorem in tertia parte, deinde generali ter legauerit illi usufructum omnium bonorum, in tali legato non censetur actum de illa tertia parte, in qua specialiter iam prouiderat. l. doli clausula ff. de verb. obl. Itē quia alius legatum usufructus respectu d. tertiae, esset inutile & superfluum quae intelligenda non est capienda. l. si quando cum ibi no. de lega. 1. & contraditione illa clausula *Quodque ex vita fundi*, &c. non potest trahi ad dictam proprietatem & ista sunt quae videntur vrgere in predicto casu. Quibus tamen non obstantibus considerata mente testatoris, inclino in contrariam partem, quod imo ista mulier intelligatur fideicommissa, etiam quo ad portionem suam, in qua erat instituta haeres. Et moueor in effectu tribus alijs rationibus. Primò, quia considero, quod testator ante legauerat istum usufructum omnium bonorum huic uxori, quandiu statum vidualem seruauerit, vnde in casu mortis, vel secundarum nuptiarum, vel quod honeste se non gereret, fuisset priuata usufructu, & usufructus consolidatus fuisset cum proprietate. d. §. si. ff. de no. in l. mulier. §. cū pponeretur. ff. ad Treb. 7 vnde nisi dicamus, per illam clausulam in d. induci fideicommissum, illa clausula esset in totum superflua, quod non est dicendum, ne dum clausula, sed nec in vna syllaba, vt gl. in c. solitae. in verbo, tanquam. de maio. & obe. & Bar. in rub. de cont. emp. in ix. q. & in testamentis, vt verba aliquid operentur, debent etiam intelligi improprie, vt est tex. in l. cum filio. & ibi Raph. Com. ff. de leg. 3. Secundò considero, quod testator primo mandat, *Quod ista mulier sit usufructuaria omnium, & singulorum bonorum haereditatis suae deinde subdit, quod fructus, redditus, & prouentus huiusmodi haereditatis consolidentur.* &c. & sic loquitur de fructibus totius haereditatis, quod indicat in se verbum *haereditatis*, quae est ius vniuersale, & comprehendit omnia. l. nihil. ff. de verb. sign. & q. est prolata indefinite. l. si pluribus ff. de le. 2. & quia illud verbum *huiusmodi*, & illud verbū, *praeferuntur ad omnes qualitates praecedentes*, vt p. doct. communiter in l. si cui. 2. ff. de leg. & fideicommissi. j. & in praecedenti dicebatur per verba multum generalia de haereditate. *Cum omnibus iuribus, vbi unquam, & qualiacunque sint*, & hoc ostenditur, quod voluntas testatoris erat vt prouentus totius haereditatis prouenirent in coheredes, & tamen si vera esset praedicta opinio non prouenirent nisi fructus duarum partium haereditatis, quod est expresse contra verba testamenti. Tertio considero, quod videntur praedictae difficultates, videntur quod ista verba possint aliter, & melius intelligi duobus modis. Et primò, quia ista mulier teneatur restituere omnes fructus, & prouentus, cum haereditate, respectu dictae tertiae partis, & hoc, quia illa verba, *Fructus, & prouentus, & redditus*, prouentus est ex proprietate sermonis verificari, tam respectu usufructus formalis, quam causalis, vt notantur in d. §. j. & per Bar. in l. fundi Trebatiani ff. de usufructu leg. respectu ergo usufructus formalis fiet consolidatio proprie, & debebuntur ipsi fructus, quia consolidati cum proprietate, d. §. si. ff. de usufructu. respectu vero usufructus causalis, ipse usufructus debebitur, & quia inseparabilis est à proprietate, & trahet se cum proprietate. Quia ex voluntate disponentis regula est, quod accessorium trahit principale, vt declarat notabiliter Bal. in l. 2. C. de ad. a. et. & facit. l. adiles. 2. l. plerumq. ff. de ad. l. ed. & qui vult vnum, videtur & velle aliud connexam. l. ad rem legatam. ff. de pro. c. transla. de const. consequenter testator, qui disposuit de istis prouentibus, seu fructibus, satis intelligitur etiam disposuisse quo ad proprietatem, vt inducant fideicommissum. Secundus intellectus est, vt testator censetur reliquisse primò uxori nudam proprietatem deinde com-

moditatem fructuum eius proprietatis, quae deinde velit post mortem uxoris coniungi, vt eod. tit. fideicommissi vtrunque perueniat ad coheredes, quod sic deducitur. Nam licet ille qui legat fundum, deinde de usufructu appellacione fundi comprehendisse proprietatem, usufructum causalem. l. & alii. ff. de usufructu leg. tamen ille, qui instituit haereditatem in parte, & deinde legat generalem usufructum, non videtur voluisse relinquere iure institutionis usufructum causalem haereditati, vt est tex. in l. de usufructu. in princip. & Paul. de Castr. cons. 218. in princip. repet. §. Titia cum nuberet. in le. Titia testatus. ff. de leg. 2. & licet praesenti doct. loquantur in duabus personis, quae do vnum instituitur, alij est legatum usufructus, tamen idem dicendum est in eadem persona. l. singularia in ver. quod igitur. ff. si cert. pet. vnde ista mulier non videtur, quod ex capite institutionis potuerit habere usufructum sed solum ex capite legati, & consequenter testator volens quod usufructus consolidetur, & perueniat ad coheredes, debet intelligi etiam de isto usufructu. Et si dicatur, quomodo istud potest esse? nonne sequeretur, quod in re sua quis haberet usufructum, quia ista mulier ex capite institutionis haberet proprietatem, ex capite legati haberet usufructum, quod est contra regulam. l. vti frui. ff. si usufructu. per. cum similib. Respondeo quod est verum in usufructu, proprie loquendo quatenus est seruitus à re debita personae, sed testator non intellexit de isto usufructu proprie, & propterea in illa clausula fideicommissaria, non appellauit eum usufructum, sed simpliciter dixit, *Fructus, redditus, & prouentus*, quae verba sunt generalia, & possunt comprehendere etiam usufructum, quatenus non est seruitus, sed commoditas. arg. gl. in l. j. ff. de adim. le. & facit. l. si mulier. ff. de usufructu. accres. & infra dicam, & est ex responsione argumentorum, quae in contrarium adducuntur, magis apparebit etiam veritas istius opinionis. Non obstat igitur primum argumentum. Quia respondeo, quod illud verbum *Consolidetur*, significat. l. coniungatur. l. si sub conditione. ff. quib. mod. usufructu. amit. quod intellectu admisso, significant illa verba, quod fructus coniungantur cum proprietate, & ita coniunctum veniant ad coheredes, & sic apparet de expresse fideicommissi, respectu fructuum, & proprietatis, quod simul etiam suadet ex verbo, *Proueniant*, quod est verbum obliquum in ducens fideicommissum, vt est tex. in l. haereditatis. vbi Bar. & alij. C. de haeredit. instit. & in l. penult. ff. de sol. & est communis opinio, vt per Aret. las. & doct. in l. Centurio. in ff. de vul. & pup. substitu. & sic illa verba, *Redditus, fructus, & prouentus*, respectu duarum partium haereditatis verificabitur in usufructu formalis, respectu vero tertiae partis relictae ipsi Ioannae, verificabitur in usufructu causalis, vel secundum aliam declarationem in commoditatem. Et per ista responsione, primo adduco, quod in terminis consuluit d. Petr. Philip. Corn. de Perusio in cons. cccvii. in princip. quod d. domina. in 4. vol. vbi concludit quod ex coniecturata mente testatoris, si testator specialiter legat aliquid uxori, deinde constituit eam usufructuariam, illa dictio, usufructuaria, intelligitur diuersimodè, videlicet, quod in bonis ei specialiter legatis intelligitur de usufructu causalis, sed respectu aliorum intelligitur de formalis, ergo idem in casu nostro. & facit gl. in l. 2. ff. de offi. pro. cons. & leg. & quod no. in l. sciendum. §. si fundus. ff. qui satis. cog. & eodem modo etiam poterit intelligi verbum, *consolidetur*. Secundò pro ista declaratione facit text. not. in le. si mulier. in secun. responso. ff. de usufructu. accres. vbi est tex. quod si testator instituit filii legat usufructum uxori, cum filijs, non poterit diui filij esse proprie usufructuarij, respectu suae partis, ex quo in ea sunt haeres, & sic habent usufructum causalem, & tamen ille usufructus causalis habet vim formalis, & illi assimilatur, vnde habet locum ius accrescendi de vno ad aliud, & sic imitabitur naturam formalis, & idem notat ibi Iacobus. Burr. & Alber. de Rosar. vnde etiam in casu nostro. iste usufructus mulieris, quamuis causalis

salis, ex mente testatoris censetur reductus ad instar formalis, vt sic totus reuertatur ad coheredes, & sic consolidetur & sic in d. l. si mulier, capitur legatum usufructus diuersimodè, quia respectu uxoris accipitur de formalis, sed respectu aliorum de causalis, qui tamen censetur eodem iure, quo formalis. Praeterea & tertio, ex quo per coniecturam constat de voluntate testatoris, illud verbū, *consolidetur*, debet etiam improprie intelligi per d. l. cum filio. vbi Raph. Com. & supra dixi. de leg. 2. & facit quod notat Bald. Paul. de Castr. & est communis opinio in le. emancipia. C. de ser. su. vbi si statutum dicat, quod turbans aliquem in possessione, soluat decem, & possessione restituat, comprehenditur in statuto, etiam qui simpliciter turbat vi in quietatua, licet illa verba, *Et in possessionem restituat*, non bene ad optetur, & propterea intelligitur etiam improprie, vt restituitur id est, à possessione desistat. Ad idem etiam magis in terminis facit, quod no. Aret. in cons. 40. & sequitur Picus in d. §. Titia cum nuberet. vbi dicit, quod si testator instituat uxorem, de manam Massariam, & usufructuariam, & liberet à cautione de vendendo, fruendo arbitrio boni viri, quod tamen ex coniectura voluntatis, non intelligitur nisi relicta alimta. & illa remissio cautionis de vendendo, & fruendo, & intelligitur etiam improprie de quodā usufructu, coarctato ad alimenta, ergo idem debemus dicere in casu nostro, quia cum per coniecturam comprehendatur verisimilis voluntas testatoris, illud verbum, *consolidetur*, debet intelligi etiam improprie, respectu usufructus causalis, vel commoditatis reductum, vt supra dixi. Non obstat secundum, quia respondeo praesupponendo, quod si fideicommissum etiam vniuersale, potest fieri ne dum expresse, sed etiam ex coniectura voluntatis, vt probatur in l. cum proponeretur. ff. de leg. 2. firmat & Bald. in l. & in epist. C. de fidei. Pau. Cast. in l. j. C. de impub. Sac. con. 113. quod in casu nostro apparet per coniecturam, de voluntate testatoris, per supra dictas rationes, vnde etiam, quod illa verba *Redditus, & prouentus*, &c. non verificentur in proprietate, tamen fideicommissum inducitur ex tacita voluntate, licet non ex verbis, vt supra dixi. Item respondeo, quod imò illa verba inducunt fideicommissum, quia dum vult testator, vt fructus coniungantur cum proprietate, & proueniant ad haeres, satis indicat esse suae intentionis, vt proprietates ipsa spectet ad haeres, & licet videatur fideicommissum in dubio inducitur d. §. si rem. tamen coniectura voluntatis facit rem clarā, quia dicitur *euidens*, quod etiam per coniecturas deprehenditur. l. in tempus §. si. ff. de haer. instit. l. si constante in prin. cum ibi no. ff. sol. mat. & per Bal. Raph. in d. l. cum proponeretur. Non obstat tertium, quia etiam fatendo quod in illo legato usufructus non censetur actum de tertia, in qua ista vxor erat haeres instituta, non per hoc sequimur, quin illa verba, *Fructus, prouentus, &c.* verificentur etiam in usufructu causalis, vt supra ostēdi. Praeterea posset dici, quod legatum usufructus trahitur ad illa portionem, & est in electione ipsius legatarij eligere, vtrum velit. l. si Titio fundus. ff. de usufr. lega. Et ex hoc possunt resultare aliquae utilitates per Pau. Cast. & Iafin. l. planè. §. si. ff. de leg. & fidei. j. vnde si potest argui aliqua superfluitas. Et tenendo, quod mulier haberet usufructum, seu commoditatem tertiae partis ex legato, vt supra dixi adhuc res est magis clara. Et facit quod no. Bar. in l. quae situm. §. si quis fundum. ff. de fund. instr. vbi ita demum speciale derogatur generali, quando conceduntur super eodē iure, quod non est in casu nostro, quia legatum, & speciale sit de vno iure (scilicet proprietate), legatum generale de alio, (scilicet usufructus). Et idem etiam voluit Aret. cons. lxxiii. Et ita mihi videtur: saluo semper saniori iudicio.

CONS. LXXVI. SVMMAE

Prohibitio alienationis, prohibet etiam confiscationem, & facit vt sit locus fideicommissi.
 2. Dicitio agnatis, non verificatur in his, qui nōdum concepti erant.

- 3 Dicitio, meos, quid significet.
- 4 Legitimately succedunt agnatis, & acquirunt iura agnationis vicissim, maxime cum id in legitimatione expressum sit.
- 5 Derogatorie clausula.
- 6 Clausula ex certa scientia, habet effectum clausulae non obstantis.
- 7 Legitimatione, quamuis alicui possit per indirectum praedudicare, est beneficium.
- 8 Favor & dilectio haeredit nominati, non arguit idem esse respectu aliorum posterius vocatorum.
- 9 Durum est recedere à verbis claris testatoris, propter coniecturam satis leuem, & fallacem, quia plerumque erramus in coniectura mente defuncti.
- 10 A significatione verborum non est recedendum, nisi vbi manifestum est aliter sensisse testatorem.
- 11 Vocatos non esse in conditione positos.
- 12 Vocatos tantum videri, qui testatoris iudicio perueniunt.

Dominus Petrus de Landriano condidit testamentum, in quo instituit Iacobum filium, & grauauit eum fideicommissum, vt in eo haberetur. Successiue decessit Iacobus sine liberis, & euenit casus fideicommissi, qui Iacobus testatus est de legitima sua & Trebellianica, & instituit Baptistam patrum, & Augustinum, consanguineum, quem grauauit, si decesseret sine liberis, restituere dimidium filijs domini Francisci, quae conditio euenit, & respectu illius dimidiae nulla est difficultas, quo minus Bernardinus eam conlequatur. D. Antonius condidit testamentum in quo instituit filium Augustinum, & eo decedente sine liberis Baptistam fratrem, & Iacobum nepotem ex fratre, & prohibuit illi alienationem per verba amplissima, subdendo rationem generalem, *Quia volo quod bona mea pesuueniant & transeant in proximiores agnatos meos.* D. Baptistam iure fideicommissi successit in dictis bonis, & decessit, relicto Alex. & Ioan. Paulo filijs, bona Alex. confiscata sunt, quare iur ad quem bona D. Antonij, quae iure successione Alex. possidebat, peruenire debeant? Et breuiter loquendo, prohibito alienationis prohibet etiam confiscationem, & facit vt sit locus fideicommissi. Imperator. ff. de fideicommissi. lib. Alexand. consilio. xxiiij. in prin. las. l. filiusfam. §. diui. in sexto, notab. in secun. lec. ff. de legat. prim. Et propter rationem generalem censetur prohibiti non solum nominati, sed etiam successores, vt dicit in terminis Io. de Montef. in rep. d. §. diui. in illa. quae st. Bar. an prohibitio de filio comprehendat nepotem, & quod not. Bartol. in l. pater filium. §. fundum. de leg. 3. Franc. de Cur. consil. xlv. Saepè resoluta Aret. & Soc. in l. qui Romanus. §. coheredes. ff. de verb. oblig. Soc. consil. cclj. quoniam in praesenti in ij. & 3. dub. cū similib. Et cum vocatur agnatus sui erit vocatus Bernardinus, qui erat natus viuo ipso. d. Antonio, & illi agnatus, non autem Ioan. Paulus, qui nec natus nec conceptus erat, vt decidit Ioan. de Montef. in repet. d. §. diui. vers. vij. quare iur. nec refert quod Alex. alienanti proximior sit. Ioan. Paulus, quia attenditur proximitas testatoris, non autem grauati, vt ibidem dicit praefatus Doct. versic. 4. quare iur. Et istud maxime habet locum in casu nostro ponderando dictio nera, *Agnatos*, quae non verificatur in his qui nondum erant concepti, le. si cognatis. ff. de reb. dubijs arg. leg. Titius cum sequentibus. ff. de suis & legit. & l. si quis filio. in prin. versic. caeterum. ff. de in iust. rup. & irrit. test. & egregie per Soc. adducentem quatuor rationes consil. lxxiiij. vers. postremo in 4. lib. & istud concludenter probatur etiam ponderando dictio, *meos*, quae refertur ad tempus praesens ipsius testatoris, vt in terminis nostrae quaestiones consuluit Baldus in consilio eccel. xxxviij. in ij. quem refert & sequitur Alex. in add. ad Bartol. in dict. lege, si cognatis. Non obstat, quod Bernardinus sit naturalis, quia est legitimatus, quo casu & legitimitati succedunt agnatis & acquirunt iura agnationis vicissim, maxime cum id in legitimatione expressum sit, & ita est de iure communi, vt per Alexand. consilio cxxxix.

ccxix. in j. Soc. consi. lxxij. in 3. consi. 4.4. in 4. In al. si is qui pro emptore. in 3. quaest. princ. ver. 8. de usufr. Dec. consi. cccvij. ad fin. Non obstat statutum nostrum, quia illi derogatum est in legitimatione per Comitum Palatinum, & etiam per litteras Principis, in quibus adest clausula, ex certa scientia, & clausula non obstante, & etiam si non essent illae clausulae, ad huc censeretur derogatum, ta de decreto quam statuto, in effectu continet idem q. decretum, ex quo reuertitur ad ius commune, ut dicit Fel. in c. cum accessissent. de constit. post Bal. & Mar. Soc. quos ibi allegat Curt. Junior in c. j. vbi in simili casu loquitur. Vterius respondetur, quod illa clausula *aliquibus in contrarium facientibus non obstantibus*, sufficit ac si in diuiduo fuisset derogatum, secundum Bar. & doct. in l. h. C. si contra nos vel vul. pub. & per talem clausulam tollitur etiam consuetudo, quae in contrarium obstat, secundum Bald. in capit. cum omnes. extra. de consi. Praeterea dicitur, q. clausula est ex certa scientia sufficit, quia habet effectum clausulae, non obstante, &c. secundum Bar. in l. idem Vlpianus. ff. de excu. tut. & sufficit scientia quae colligitur ex narratione facti per supplicationem, secundum Bal. in l. si. C. sententia. ref. non posse, quanto magis in casu nostro, vbi princeps expressit se facere hoc ex certa scientia & maxime cum hic sumus in materia beneficii principis, quia legitimitas est beneficium, dato quod per inuicem potest alicui praediciari, secundum Bar. in l. 2. in prin. ff. de verb. obli. Et quod mens principis fuerit derogare de decreto, & statuto apparet ex licentia in litteris concessa notariis instrumenta dictae legitimationis consiciendi, quoniam praecise hoc illis prohibebatur per dicta statuta, tum etiam quia alias dicta interpretatio fuisset superflua, ex quo respectu patris consentientis non erat necessaria licentia, quia decretum in isto casu non loquitur, sed solum respectu non consentientium. Non obstat praesumptio mens testatoris volentis legitimatos excludi, quae mens colligitur ex eo quod ex verbis si fecimus, filij legitimi, ta Augustini, qua in Iacobi, & Baptistae excludebantur ex quo substituitur am erat illis in casu, quo decessissent sine filijs, ex legitimo matrimonio, & istud est quod tanti faciebant ad notari aduersantes. Sed ego respondeo, quatuor modis. Primo quod respectu nominatorum, istud testator fecit ut eos in duceret ad ducendam uxorem quod non considerauit in alijs nominatiis expressis, ita in terminis dicit Soc. consi. lxxij. verbi considerandum. & vult. & ad rationem. in 3. vol. Et quod istud sit verum per iudicem etiam ad suggestionem notarij, vel assessoris praesentis, maxime quando iudex esset illiteratus.

2. Testator pronuncians verba testamenti licet alias prius dicat, tamen dicitur testamentum ipsius, ex quo ipse pronuntiauit.

3. Iudex dicitur pronunciare, licet notarius, vel alius praesentat.

4. Testamentum ad interrogationem tertij valet.

5. Non prohibetur haeres ipse interrogare testatorem, & esse praesens testamento.

6. Notarius ipse non potest sibi scribere legatum in testamento, per se scripto.

7. Clerici etiam si velint, non possunt parere praetori.

8. Nomen hereditatis est nomen iuris.

9. Quod aufertur ab incapace, possidetur sub nomine bonorum.

10. Verba in bonis mobilibus, & immobilibus, quandoque restringunt restitutionem precedentem, quandoque non.

11. Si Notarius scripto testamento interrogat testatorem an sit contentus quod talis sit suis haeres? & ille respondeat quod sic, licet ore proprio non expresserit nomen heredis, tamen valet testamentum.

12. Glo. in l. iubemus. C. de testam. variè limit. mentum valeant

13. Nihil refert quod testator fuerit grauatius morbo, quin testam. Testamentum factum ad alterius suggestionem, non valet.

14. Nihil interest cum testator quid mandauerit, an approbauerit.

15. In testamentis licitum est uxori bonis verbis, & praebus prouocare maritum ad se instituendum, & talis suggestio non est à iure improbat.

16. Ex conuocatione testium, & institutione heredis, satis apparet animus testandi.

17. Praesumptio legis pro veritate habetur.

runque testatores alios in casum mortis substituere, alios in casum alienationis. Et certè si velimus coniectare mentem defuncti, verisimile est, q. spurios potius quàm non legitimatos, vocauisset, quàm quod vellet bona sua fisco applicari, & dato quod per hanc coniecturam res efficiatur dubia, hilominus contra fisci eripronuntiaudum. l. non puto. ff. de iure fisci. Non ob. quod mens testatoris videatur fuisse, ut etiam nati & concepti post suam mortem vocarentur, ex quo filij nominatorum primo loco exclusisset alios nominatos, & talis mens maxime debet attendi, ut in simili no. Alex. consi. xxvj. in 3. rñdeo, verba sunt clara, quae vocant tantummodo natos & conceptos eo uiuente. d. l. Titius, & d. verfi. caeterum, per Bald. d. consil. 489. in 3. Alex. in d. l. si cognatis, vnde ab eis temere non est recedendum. Ad argumentum contrarium respondeo tribus modis. Primo quod testator vocauit tantummodo natos, se viuo, videlicet Augustinum, & Iacobum, & Baptista, nec eorum filij sunt vocati, sed tantum in conditione postiti, iuxta glo. in l. Lucius. ff. de haered. in sti. nec sequitur posuit in conditione nascituros post suam mortem, ergo vocauit etiam nascituros, quia ista sunt dissimilia, secundum dictam glo. quae est communiter approbata. Secundo respondeo, dato non concessio, quod in casu mortis testator vocauerit etiam nascituros, non sequitur ergo idem in casum alienationis: quia ista inter se sunt differentia ut supra dixi, & in casu alienationis verba sunt clara, quod vocant agnatos suos, & sic qui nati erant. Tertio respondeo quod Ioan. Paulus alienauit respectu directi domini bona de Miraballo, subiecta fideicommissio Domino Bernardino Applano, ut apparet ex eius contra dictione facta cridis, & etiam ex instrumento rogato per domin. Lanfrancum Carcanini, etiam per nos producto, vnde cum alienauerit non potest perire hoc fideicommissum, quia testator solum vocasse videtur, eos qui iudicio suo peruenerint. l. cum pater. ff. libertis. ff. de leg. 2. Are. con lxxvij. cum ergo solus superstit Bernardinus res nullum poenitus habet difficultatem. Et haec omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXVII. SVMMÆ.

1. Testamentum, in quo testator heredem, aliquo praesente descripto, nominauit, valere.
2. Sententiae debent ferri hoc modo, ut primo in benculo scribantur, deinde recitentur per iudicem etiam ad suggestionem notarij, vel assessoris praesentis, maxime quando iudex esset illiteratus.
3. Testator pronuncians verba testamenti licet alias prius dicat, tamen dicitur testamentum ipsius, ex quo ipse pronuntiauit.
4. Iudex dicitur pronunciare, licet notarius, vel alius praesentat.
5. Testamentum ad interrogationem tertij valet.
6. Non prohibetur haeres ipse interrogare testatorem, & esse praesens testamento.
7. Notarius ipse non potest sibi scribere legatum in testamento, per se scripto.
8. Clerici etiam si velint, non possunt parere praetori.
9. Nomen hereditatis est nomen iuris.
10. Quod aufertur ab incapace, possidetur sub nomine bonorum.
11. Verba in bonis mobilibus, & immobilibus, quandoque restringunt restitutionem precedentem, quandoque non.
12. Si Notarius scripto testamento interrogat testatorem an sit contentus quod talis sit suis haeres? & ille respondeat quod sic, licet ore proprio non expresserit nomen heredis, tamen valet testamentum.
13. Glo. in l. iubemus. C. de testam. variè limit. mentum valeant
14. Nihil refert quod testator fuerit grauatius morbo, quin testam.
15. Testamentum factum ad alterius suggestionem, non valet.
16. Nihil interest cum testator quid mandauerit, an approbauerit.
17. In testamentis licitum est uxori bonis verbis, & praebus prouocare maritum ad se instituendum, & talis suggestio non est à iure improbat.
18. Ex conuocatione testium, & institutione heredis, satis apparet animus testandi.
19. Praesumptio legis pro veritate habetur.

Rauiter aegrotante marito, pridie quam decesseret, eius vxor bonis verbis rogauit maritum ut conderet testamentum, & bene eam tractaret, deinde dixit coram 8. testibus adhibitis, dicas marite prout ex hac schedula tibi praebio, *instituo heredem vniuersalem Barbaram vxorem meam, in omnibus bonis meis, &c.* & maritus ad singula verba praenuntiabat, ut audiuerat ab vxore, *instituo, instituo: haeredem, haeredem & vos estote testes, estote testes, &c.* Queritur an ista alternatio vitiatur testamentum, maxime stare statuto, quod qui voluerit testari in scriptis, teneatur nominare haeredem ore proprio, & seruare certas solemnitates, qui verò sine scriptura publica testari velit, nominet haeredem, & seruet solemnitates iuris communis. Et puto non esse dubitandum quod valeat, quia seruata est forma statuti, de eo qui voluerit testari sine publica scriptura, seruata est en forma, quae nominauit haeredem proprio ore, nec distinguit statutum, an à ipse an ad interrogationem, an aliquo descripto praesente, prout in casu nostro, nec nos ergo distinguemus. l. de pretio. ff. de publicia. Maxime cum statuta nostra intelligenda sunt ad litteram, de quo per Bar. in l. omnes populi. & in locis vulga. Nec refert quod testator esset iam moriturus, quia sufficit quod potuerit intelligi. l. quonia indignum. C. de test. & facit gl. in l. iubemus verfi. quem admodum. C. de test. vbi sufficit si alias exprimat nomen heredis, dummodo testator etiam ipse verbis hoc agnoscat, & sequuntur ibi doct. & multa aggregat Alex. cons. 33. in 3. Nec obstat quod vxore ex schedula legete, maritus eade verba pronuntiauerit. Quia respondeo, quod istud non solum non obstat sed potius coadiuuat valorem testamenti, quia efficacior est talis nominatio, quae Latine appellatur praere de scripto, ut dicit Guliel. Bud. in l. iusturandum. ff. de iure iur. vbi allegat Liuium & Plinium, dicentes hoc solere fieri in rebus serijs, & magni ponderis, nequid verborum praereatur, aut praeposterè dicatur, & pro hoc etiam est tex. in l. 2. C. de sent. ex breuic. rei. vbi sententiae debent eo modo ferri, ut primo in breuiculo scribantur, deinde recitentur per iudicem, etiam ad suggestionem notarij, vel assessoris praesentis, maxime quando iudex esset illiteratus secundum Iac. Alber. & alios in l. certi. C. de iud. Idem videmus quotidie fieri à praecoribus, cum edita & decreta principum pronuntiant, à aliquo semper scripto praesente, qui mos etiam erat veterum, ut est apud Demosthenem, quem refert & sequitur Guliel. in d. l. iusturandum. Nec obstat, quod vxor praenuntiauit, videatur testamentum quod admodum per aliu fecisse, arg. ff. praerea. & ff. quoties instit. de hered. inst. maxime cum ipsa haeres instituta praenuntiauit. Respondeo quod imo testamentum dicit per se fecisse, ex quo ipse pronuntiauit, sicut in d. l. 2. iudex ipse dicitur praenuntiare, licet notarius, vel alius praesentat, secundum Alb. in d. l. certi. & sicut valet testamentum ad interrogationem tertij, secundum doct. d. l. iubemus & Alexan. d. consi. xxxij. & consi. xij. & consi. xxxvij. in 2. multo fortius tertio praesente. Nec quicquam facit, quod vxor praenuntiauit, non notarius, quia hoc nihil obstat, l. ff. si quis aliquid. test. nec prohibetur haeres ipse interrogare testatorem, & esse praesens testamento. l. ff. G. de fideic. Bar. l. nemo potest. 2. opp. ff. de leg. j. licet testator ipse non posset sibi adscribere legatum in testamento per se scripto. l. Diuus. ff. ad l. Cor. de fal. Sed hic casus valde differt à praesenti, quia hic nulla profrus suspicio falsi est. Alia est quaestio, an frater testatoris ecclesiasticus, possit uti beneficio statuti, prohibentis relinquere vxori ultra quartam & alias ego in auth. casta. C. de sacro. eccl. tenui quod non, propter statuta, quod qui non parèt domino praetori, habeantur extorres à beneficio statutorum quia tale statutum maxime excludit clericos, qui nec parent, nec testari, etiam si velint parere praetori, cap. si diligenti. extra. de foro. com. Et licet Dec. consi. 174. consulerit contrarium, tamen non potuit obtinere in senatu tempore Regis Gallorum, & Dom. Galleaz de Massalia, pro quo consuluerat, fuit coactus renuntiare liti. Tertia est quaestio, an tale statutum trahatur ad bona,

existencia extra territorium, & doctrina Bartol. in leg. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide. carho. videtur dicere quod sic, quia statutum hoc videtur fauorabile, & cum eo transeunt doctor. ut per Dec. consi. clxxvj. Alexand. xxxij. in v. cum similibus. tamen est aduertendum, quia Bartol. loquitur, quando verba statuti concepta sunt prohibitiue in personam, sed in casu nostro sunt concepta permissiue, inter quos casus videtur esse aliqua differentia, ut per ipsum met Dec. consilio xxvj. Item statuta nostra habent in fine operis, quod seruentur inter suppositos, & in ducatu, & locorum, & terrarum suppositorum statutis, &c. quae verba non possunt commode intelligi de bonis existentibus extra territorium, & ideo est amplius deliberandum. Quarta quaestio, an dicatur iste defunctus decessisse pro parte testatus, & pro parte intestatus, & puto quod non, imò dicitur in totum testatus, ex quo verba testamenti sunt, *Nomino heredem meum vniuersalem d. Barbaram, &c.* & ideo remanet ipsa haeres in totum, quia nomen hereditatis, est nomen iuris, leg. haereditas ff. de per. haered. Et quamuis sibi posset auferri, quatenus supra statuti, vel dispensationem senatus haberet, non tamen ideo minus dicitur haeres in totum gloss. athen. si qua mulier. verb. diuidere. Cod. de sacro. eccl. vbi doct. l. qui soluendo. ff. de haered. instit. quia testator aufertur ab incapace, possidetur sub nomine bonorum. leg. prim. ff. an bona. ff. de iure fisci. ipse verò incapax remanet haeres. l. necessarios. ff. j. ff. ad Syl. leg. eius. qui in fin. ff. de iur. fisci. Quinta quaestio est, an ista verba. *In bonis mobilibus, & immobilibus*, restringant praecedentia, aded quod non censetur haere vxor haeres instituta in iuribus, & nominibus debitorum, iuxta ea, quae habentur in l. à diuo Pio. ff. in venditione. ff. de re iud. Et cum à principio dixerit se instituere eam haeredem vniuersalem, satis apparet quod mentionem bonorum fecit pro iure vniuersali, & ideo tali casu comprehenduntur etiam nomina debitorum & iura, iuxta distinctionem Dyni, & Bartol. l. potest. ff. de auct. tut. vbi etiam alij doct. & quod habetur in l. 3. de bon. poss. l. e. nam quod in fin. ad Trebel. per Alexand. cons. xvj. in j. xxvij. & xxxix. in 3. Nec obstat dubitatio quam diffusè in motiuis. D. Relator est prosequutus circa gloss. in l. iubemus. C. de testamen. quomodo debeat intelligi. Nam certa est conclusio, quod si notarius scripto testamento, interrogat testatorem, an sit contentus, quod talis sit suus haeres, & ille respondeat, quod sic, licet ore proprio non expresserit nomen heredis, tamen valet testamentum, secundum gl. in l. iubemus. C. de test. q. omnes ibi sequuntur & per Aret. in l. haeres palat. de test. per Dec. consi. cccclxxxix. cum infinitis concord. in aposto. Alexander. consi. xij. in j. isti tamen Moderni quentes notum in scripto, ut deseruirent causae, suae, inueniunt consilij suis multas limitationes, per quas non solum restringunt, sed in effectu destruant d. glo. Quae limitationes, etiam si sint verae, non conueniunt casui nostro, in quo nomen heredis est à testatore expressum, & praeterea multa alia verba indicantia expressam mentem ipsius, vnde dictae limitationes non videntur facere ad propositum quaest. nostrae Et in primis opinio Pylei, qui in facto proprio. q. ex. dixit non valere testamentum, quia testator nullum aliud verbum protulit quam illud monosyllabum, sic dicit ipse non reperiri in iure, quod quis vna syllaba possit testari, quae ratio in casu nostro non vrget in contrarium, cum ultra xxx. verba, dixit testator. Rursus Alber. Parisien. quem refert Ioan. And. in Spec. de test. ff. contra dixit, quia infirmus & quasi mortuus, ad omnia vno modo respondendū, dicendo sic, sive ut Ripa in l. j. si quis ita ff. de verb. oblig. dicendo *Ouy bien*, quae ratio etiam cessat in casu nostro, vnde apparet, quod auctoritates istae nihil faciunt ad casum nostrum. Nec obstat, quod non videtur referre, an infirmus responderit sic, an expresserit nomen heredis, quia utroque casu videtur quaedam suggestio, secundum Corn. consilio lxxij. in j. Respondeo, quod non est differentia, praesupposita sanitate mentis in utroque casu, sed ad cognoscendum talem

talem sanitate est magna differentia, quia ex vnico verbo sic, non potest deprehendi sanitas cum secus sit ex multis verbis, vt praeponit Io. And. Ripa. & alij in di-
 123 circa limitationes, quae vulgo dantur ad illam ¶ glossam. Prima est limitatio, quando testator fuisse valde graua-
 tus, secundum Ias. in d. l. iubemus Th. Docum. Gul. Pont. Rip. in d. l. §. si quis ita de verb. oblig. & eundem Rip. li. 3. responsum. cap. 2. Dico, quod possum recte loqui
 124 quando propter grauitatem aegritudinis, non esset testa-
 tor sanus mente, alias nihil refert grauitas morbi, quin
 testamentum valeat. l. quoniam indignum. C. de test. libi
 momenta verborum, q̄ forte seminecis, & albutinis lin-
 gua profudit, & ideo apparet nihil referre, quod haberet
 ligam grossam. Secunda est limitatio vt procedat tan-
 tum gloss. si apparet scripturam iam factam de voluntate
 ipsius testatoris, secundum Castr. in l. hac consulisima
 §. at cum humana. C. qui test. fac. pos. & consil. clvj. Rom.
 l. gerit. de acquir. haered. & consil. cccvj. Ias. d. l. iubemus.
 Crot. d. §. si quis ita. vers. lxx. casus. Sed haec sententia
 est de directo contra gl. in d. l. iubemus. dum allegat pro
 opinione sua text. in dict. §. at cum humana. vbi text. in
 verb. postea vult quod sufficiat factam esse scripturam an-
 tequam testes sunt conuocati, quas scriptura deinde illis
 legatur, & indicat eam scripturam praesumi, factam de
 concessione testatoris, alias in casu illius tex. requirerent
 testes duplicis generis, aliqui qui testificarentur de te-
 stamento, aliqui qui testificarentur de illa concessione, &
 tamen rex. solum requirit testamentarios, sed vt dixi
 potest saluari illa opinio in testatore, qui vltus sit solum
 illa monosyllaba, sic, argueretur enim maior sanitas me-
 125 tis, si constaret de mandato. Tertia est limitatio, vt non
 procedat, quando testator respondit ad interrogationem
 alicuius, qui non fuerat de hoc a testatore rogatus, secun-
 dum Calc. consil. xej quia alias ¶ videtur factum ad sug-
 gestionem, & non valet. l. §. qui quaestionem. vbi Hyp.
 pol. ff. de quaest. & per eundem Hyp. sing. xlix. vel factum
 ad complacentiam, secundum Bar. consilio 212. in j. con-
 suluit vterque Soc. & alij Moderni. Respondeo, in iure
 constat testas testamentarios debere esse rogatos, seu
 ad id adhibitos. l. haer. palam. §. in test. ff. de test. Quod
 autem ille qui legit schedulam, debeat esse rogatus, nul-
 lum de hoc est in iure verbum, quia eo ipso, quod legit
 schedulam satis apparet esse adhibutum, & praesumitur
 126 de voluntate testatoris hoc fecisse, quia ¶ nihil interest,
 cum testator mandauerit an approbauerit. c. rati habitio-
 nem. de reg. iur. in vj. & Hyp. remittit se ad no. in d. l. iu-
 bemus. vnde secundum ea debet intelligi. ¶ Et in testa-
 127 mentis licitum est vxori bonis verbis, & precibus pro-
 uocare maritum ad se instituendum, & talis suggestio non
 est a iure improbata. l. si. ff. si quis aliquem testa. proh. Et
 supradicti doctores possunt saluari, vt dixi, quando sus-
 128 pecta est sapientia testatoris, quia vnus sit sola monosyl-
 laba. Quarta est limitatio vt non procedat gl. nisi quando
 apparet, quod testator habuit animum testandi, seu plenam
 deliberationem secundum Corn. consil. 319. in 4. Soc. lxxij. in j. 231. eo lib. Zasius consil. 3. nume. xxxvij.
 129 Respondeo, ¶ ex conuocatione testium, & institutione
 haeredis, satis apparet animum testandi. l. non codicillum.
 C. de test. & in casu nostro hoc est certissimum, cum testa-
 tor dixerit. Siate et esimoni chio instituisco haerde. & c. & cer-
 te supra scripte limitationes non loquuntur in casu nostro,
 in quo manifeste apparet de sana, & enixa mente testa-
 toris. & verbis aptissimis ad testamentum, maxime etiam
 cum supplicauerit Senatui, pro confirmatione. d. testa-

menti. Et licet non appareat de mandato, tñ praesumen-
 dum est ita factum de mandato ipsius, vt in simili casu
 consuluist Fed. de Sen. consilio cxvj. vers. praeterea. vbi
 dicit quod praesumitur per aliquod tempus esse factum,
 & maxime propter mentionem supplicationis in ipso te-
 stamento factam dñ dicit. Anchora. con beneficio dilectere et-
 130 tenute. & c. & licet doctor. in l. omnium. C. de test. vbi A-
 lexand. & Ful. consil. xxij. dicant necessariam esse pro-
 bationem de tali oblatione, tamen non contradicunt,
 quin sufficiat ¶ praesumptio legis, quae habetur pro veri-
 tate, iuxta l. Imp. §. mulier. de probat. vel confessio ipsius
 partis, prout in casu nostro.

CONSIL. LXXVIII. SVMMAE.

- 1 Per clausulam codicillarem testamento adiectam, substitutio-
 nes, quae tanquam directae, valere non possunt in vim fidei-
 commissi substituentur.
- 2 Argumentum a contrario sensu, habet locum in vltimis volun-
 tatis.
- 3 Argumentum a contrario sensu, non est accipiendum ad corre-
 ctionem alterius partis testamenti.
- 4 Argumentum a contrario sensu non procedit ad tollendum effe-
 ctum clausulae subsequentis.
- 5 Argumentum a contrario sensu, non accipitur quoties res-
 sultaret intellectus prauus, aut absurdus, & non vero
 similis.
- 6 Appellatione filiae, in casu venit etiam neptis.
- 7 Non minor est praesumptio amoris in nepte, quam in fi-
 lia.
- 8 Neptem sub filia ex causis non intelligi.
- 9 Identitas rationis sola, non sufficit ad inducendam dispositio-
 nem, nisi adsint etiam verba.
- 10 In coditionibus a testatore adiectis, attendimus ad earum euen-
 tum, nec alias respicimus ad rationem, quia conditio ipsa pro-
 ratione est.
- 11 Praeceptum testatoris quod filij, & haeredes sui non possint tes-
 tari, nisi vj. que quo compleuerint 24. annos, non valet, quia
 illis auferitur libera testandi facultas.
- 12 Non debet fieri interpretatio, vt actus nullus validum cor-
 rigat.
- 13 Plenior substitutio attendenda, maxime cum sit posterior in
 scriptura.
- 14 Testantis animus videri non potest.

Nobilis viri D. Petri de Burla viso testamento,
 qui decessit relicto filio, clarissimo Iuriconsul.
 Francisco Burla, qui & etiam ipse decessit, re-
 licta vnica filia, & c. Dico rem videri claram,
 quod euenit casus fideicommissi in fauorem agnato-
 rum transuersalium. Primo ex illa clausula testamenti,
 qua instituit filios masculos, & subiicit, Ita quod dicta bo-
 131 nanea semper vadant in filios masculos, & descendentes ab eis
 masculos legitimos, & infra dum dicit, Si aliquis masculus na-
 sceretur, & decederet sine masculis instituo mihi haeredes filios fra-
 tris mei, & c. quae substitutio est compendiosa licet facta
 sit verbis directis ciuilib. & resolutur in fideicommissum
 propter illa verba, Si decederet sine masculis. c. si pater de
 testa. in vj. & per Barrol. in l. centurio. in tertia. quaest. de
 vulg. Maxime cum in casu nostro adsit ¶ clausula codicil-
 laris, adiecta testamento, per quam substitutiones, quae
 132 tanquam directae valere non possunt, in vim fideicommissi
 luferentur. l. ex. a. in fi. de testam. l. si frater. j. C. de
 fideicom. gloss. 6. Masculo. inst. de pup. per Bald. in le-
 verbis. ff. de vul. Nec obstat aliud caput testamenti, quo
 ita ordinat, Si qui masculus non nasceretur, aut nasceretur, &
 decederet quando cumque infra 24. annos. & c. quasi a contra-
 133 rio sensu velit testator, quod si decedat 24. annos non
 attendamus, an reliquerit masculum, an vero foeminam
 quia ¶ argumentum a contrario sensu habet locum in vl-
 timis voluntatibus. l. aliquando. ff. de cond. & de. l. si quis
 libertatem. §. fin. ff. de statu lib. per Alexand. Iaso. Mod.
 in l. j. ff. de offic. eius cui. & sola haeratio est, quae diffi-
 cultatem facit in isto casu. Sed tamen ea non obstante,
 dico locum etiam fideicommissi, vt filij fratris testatoris
 & eorum

& eorum descendentes admittantur, quia caput illud fi-
 deicommissi est clarum, & apertum, vnde aliam inter-
 pretationem quaerere non debemus. l. non aliter. de leg.
 iij. l. lile, aut ille. §. j. eod. tit. Et ad contrarium respondetur
 134 primo quod ¶ argumentum a contrario sensu non est ac-
 ciendum ad correctionem alterius partis testamenti.
 l. conuenticula. C. de epif. & cler. vbi Bald. gloss. c. ij. de fo-
 ro comp. & c. significasti. eod. tit. l. §. filius autem. C. de
 bo. quae lib. Sicut dicimus, quod tale ¶ arg. non procedit
 ad tollendum effectum clausulae subsequentis. l. fin. in
 prin. vbi Bart. secundum primum intellectum. ff. de leg.
 ij. Bald. l. humanum. C. de legib. c. dilectus. secundo. de
 135 praeb. vbi Abb. in fin. & ¶ generaliter tale argumentum
 non accipitur quoties resullaret intellectus prauus, aut
 absurdus, & non verisimilis. l. ij. C. de cod. in ser. vbi doct.
 & habetur in d. l. j. ff. de off. eius. cui. Secundo responde-
 tur, quod argumentum a contrario sensu ex illa clausula
 sumitur, vt existente filia testatoris, & moriente filio post
 24. annos, substituti non admittantur, & ratio potuit esse,
 quia noluerit pater onerare filium suum fideicommissi-
 so, in casu existentis sibi filiae, quin illa ex testamento, vel
 ab intestato posset fratri suo succedere, sed iste casus non
 euenit, quia testator non reliquit filiam aliquam. & si di-
 xeris, quod ordinauit testator, existente filia sua, idem
 dicendum est existente nepte, prout in casu nostro, tunc
 136 quia ¶ appellatione filiae in nostro casu debet venire etiam
 neptis. l. Lucius. secunda. de haered. inst. secundum in-
 tellectum Imol. & habetur in l. Gallus. §. instituens. ff. de
 137 lib. & posthum. per Iason. post alios tunc quia ¶ non est mi-
 nor praesumptio amoris in nepte, quam in filia secundum
 gloss. l. liberorum. ff. de verborum sign. tum etiam quia
 subest identitas rationis, secundum quam dispositio tes-
 tatoris videtur extendenda, & amplianda, quia si de hoc
 casu interrogatus fuisset, idem disposuisset secundum gl.
 in l. tale pactum. in fi. ff. de pact. respondeo, quod ista in-
 138 terpretatio non potest accipi, quia verba clara sunt in co-
 ntrariu, testator enim expressit se de filia intelligere, quae
 8 ¶ sibi ex vxore sua nata esset, quae verba nullo modo co-
 ueniunt nepti sibi, secundum not per Salic. in auth. sed &
 si quis in fi. C. de sec. nupt. & Guid. Pap. q. ccclij. ppter
 qualitatem enim annexam apparet quod testator ap-
 9 pellatione filiae non intellexit de nepte, vt in simili per
 Alexand. consil. cxxij. in j. & sentit Barto. in d. l. liberoru.
 10 allegando text. in l. fin. C. de nat. lib. Nec etiam ¶ identitas
 rationis sola sufficit ad inducendam dispositionem, nisi
 adsint etiam verba, vt est text. in l. quidam cum filium.
 vbi Bald. & Imol. ff. de haer. inst. praesertim ¶ in conditio-
 nibus a testatore adiectis, in quibus attendimus ad earu
 euentum, nec alias respicimus ad rationem, quia conditio
 ipsa pro ratione est. l. iij. §. j. ibi Bald. ff. de cond. inst. l. a
 Titio. ff. de verborum oblig. idq. maxime in casu nostro
 est dicendum, in quo in clausula inferiore apparet ma-
 nifesta testatoris dispositio hanc neptem excludentis, &
 filios fratris sui fauore agnationis conseruandae ei praer-
 ferentis. Tercio respondetur, quod clausula supra scripta,
 Si decederet infra 24. annos. & c. videtur appositae a testato-
 re propter praecipuum quoddam, quod facit in fine tes-
 139 tamenti, in quo mandat, ne haeredes, & filij sui possint
 testari, nisi vj. que quo compleuerint 24. annos. & si re-
 stati fuerint, vult testamentum esse nullum, quod quid ¶
 praecipuum ¶ testatoris non valet, quia auferret illis li-
 140 beram testandi facultatem, secundum gl. in l. ex facto in
 princ. ff. ad Treb. not. Rapha. Com. in l. filius fa. §. vt quis
 haeredem. ff. de leg. j. Ang. consil. lviij. domina Andrea Ale.
 consil. clvj. in secundo. Ias. l. filius fam. §. diui. in j. lectu. ff. de
 leg. j. & licet lex quandoque tale praecipuum interpre-
 tetur, vt inducat fideicommissum respectu bonorum tes-
 tatoris, vt habetur in dictis iuribus, tamen debet haec in-
 141 terpretatio fieri secundum mentem testatoris, non vt cor-
 rigat alias clausulas testamenti, quibus expressa testato-
 ris mens apparet, ne ¶ alias actus nullus corrigat alium
 12 validum argum. l. iij. in fin. de ser. rust. praed. l. si respon-
 sus. §. j. ff. de don. int. vir. Quarto. & vltimo respondetur,
 Conf. And. Alciati.

quod stat simul quod isti agnati ex primo illo capite sint
 vocati in casum filij morientis ante 24. annum, & dein-
 de etiam subsequenti clausula idem sunt vocati in casum
 quoque, quo moriatur post vigesimum quartum annu-
 nec enim pugnat quod testator facta vna substitutione
 minus plena subijciat aliam plenior. l. si te solum. ff.
 de haer. inst. l. nam ad ea. ff. de cond. & demonst. vbi no.
 quae ¶ plenior est attendenda, maxime cum posterior in
 13 scriptura sit. l. si quis cum. ff. de vulg. & pup. Alexan. conf.
 xix. admodum praclare circa fin. in ij. volum. & ista in-
 14 terpretatio accipienda est, postquam verba testatoris sunt
 clara. l. non aliter. l. ille, aut ille. §. j. de leg. iij. nec tali casu
 ad coniecturam mentis transibimus, quia in ea propter
 nimiam subtilitatem saepe erratur, cum ¶ testantis ani-
 mus videri non possit secundum Bal. in l. precibus. C. de
 impu. & alijs sub. Et haec omnia, saluo semper, & c.

CONSIL. LXXIX. SVMMAE.

- 1 Pia causa ab agnato exclusa.
- 2 Testes in testamento debent esse omni exceptione maiores.
- 3 Presbyter, qui absque licentia sacerdotis parochialis ausus sit
 audire confessionem, poenitentiam iniungere, oleum san-
 ctum dare, est criminofus, & est de gradu deiciendus.
- 4 Qui se ingerit in negotio non vocatus, & in eo testificatur, eius
 testimonium est suspectum.
- 5 Facio haeredem est verbum ciuile directum.
- 6 Relinquo est verbum commune, quod rei particulari applicari
 potest, & ideo ad fideicommissum refertur.
- 7 Nulla actio competit creditori conditionali, ante euentum con-
 ditionis.
- 8 Testi non dicenti verisimilia, non est credendum.
- 9 Testis falsus in vno, falsus in omnibus.
- 10 In his quae pertinent ad infirmam fidem, testis quae non
 profunt singula, multa iuuant.
- 11 Persona vilis, & ignobilis non est testis omni exceptione
 maior.
- 12 Testis non rogatus, non probat testamentum etiam ad pias
 causas.
- 13 Iure ciuili non valebant relicta etiam ad pias causas, nisi ad
 hibitis septem testibus, & seruata omni solemnitate.

Debitor circa haereditatem d. Christophori,
 ad quem pertineat, an ad piam causam, an ad
 agnatos proximiores. Pro pia causa facit, quia
 sunt tres testes, attestantes de institutione. S.
 Presbyter, & Luchinus, & Galeratus, videturque eoru
 dictum sufficere. per text. in c. relatum. j. extra. de test. In
 contrarium facit, quia ¶ agnati probauerunt contrarium
 per quatuor testes, Mariuonum, Ioan. Antonium de eccle-
 134 sia, Ioaninam, & Luciam, quae quamuis mulieres ad-
 mittantur hoc casu secundum magis communem opin-
 135 de qua per Abb. d. c. relatum. Alex. consil. ciiij. in iij. Dec.
 consilio clviij. & videtur saltem tres priores probare
 negatiuam concludenter, dum dicunt, quod non potuif-
 set instituire, & c. quia intellexissent, & c. secundum De-
 136 cium consil. c. j. imò etiam Lucia videtur concludenter
 probare negatiuam, dum dicit quod fuit praesens, & non
 137 audiuit secundum Prat. Pap. in forma oppositionis con-
 tra instrumenta, in verbo dignoscitur, allegat Barto. in l.
 coram. ff. de verborum sign. Et videtur magis credendum
 138 istis, qui erant familiares ipsius Christophori, & presby-
 ter dicit, quod multa loquebantur, quae non poterat in-
 telligi, nisi a familiaribus, quomodo ergo ipse, non fami-
 139 liaris intellexit, quod isti familiares non intellexerunt.
 Pro hac parte facit, quia text. in d. c. relatu. requirit quod
 ¶ isti testes sint legitimi id est omni exceptione maiores, &
 glo. §. item verborum. inst. de verbor. oblig. Alex. consil.
 140 lxx. in ij. non videntur autem, qui pro schola deponunt,
 esse tales. Et in primis ¶ presbyter est manifeste criminofus,
 141 qui absque licentia sacerdotis parochialis, cum ipse
 esset simplex capellanus, nec haberet populum, ausus sit
 confessionem audire, poenitentiam iniungere, oleum da-
 142 re, quo casu esset de gradu deiciendus, vt est text. in c. ij.
 & xxxix. q. ij. & habetur in c. omnis vtriusque sexus. su-
 per verbo ligare. extra. de praenit. & remiss. & in clem.
 j. de priuile. & ibi Pau. Eleaz. in prin. Et verisimile est, quod
 Kk

fuerit ipse accersitus, omisso parochiali, quia composita est fraus inter istam pacem, quae erat concubina defuncti, & ipsum presbyterum, qui se ingressit loco presbyteri parochialis. & idem suspectus est. l. si quinquam. pen. respon. C. de episc. & cler. de cuius moribus debet. D. Iudex informati. iuxta gl. in l. iij. super verb. inimicitiae. ff. de testib. facit quod not. Cor. consi. lxxvij. in j. Praeterea iste presbyter non coeordat in multis cum aliis duobus testibus. Primum dicit, quod defunctus dixit, *Facio heredem meum scholam, &c.* alij duo dicunt quod dixit, *Relinquo scholam, &c.* magna est differentia, quia in primo casu vocata esset schola per verbum civile directum secundum not. in l. verbis civilibus. ff. de vulg. In secundo vero esset vocata per verbum commune, quod rei particulari applicari potest, & idem ad fideicommissum refertur. l. cogi. in prin. vbi Bar. ff. ad Treb. Secundo dicit presbyter, quod instituit heredem scholam post mortem d. Pacis, & Pacem usufructuaria dum vivit, alius dicit, quod dixit, *Relinquo Pacis, ut possit gaudere mea, donec vivat, deinde relinquo S. Satyro.* Secundum quam conceptionem verborum. Pax censeretur heres instituta iuxta not. l. donationes. §. species. ff. de donat. & grauita restituere per fideicommissum post mortem suam scholae, ut dixit Ale. in l. extraneum. C. de her. insti. & consi. clxij. in ij. lib. vnde nulla actio nunc competere d. scholae, quia ageretur ante euentum conditionis. l. j. §. si. ff. quando dies vsu. leg. ced. per Bar. l. ita stipulatus. in ij. q. de verbor. obl. Et si dicamus Pacem esse institutam, testamentum corrueret, quia non interuenit presbyter parochialis secundum c. cum esset. extra. de testam. ideoque nec fideicommissum deberetur, secundum Sal. auth. casta. q. ix. C. de sacros. eccl. Alex. consi. cxxvij. in ij. & quae habentur in l. omnibus. C. de testib. Corn. consi. xcv. clxvj. iij. Praeterea redditur suspectus hic presbyter id est ex eo, quod deponit etiam ad utilitatem suam, videlicet de exequiis soluendis ex bonis Christophori defuncti, secundum quod diceretur ab ipso, de quo habetur in d. clem. j. de prin. ver. nec legata, vel debita. Secundum ex eo, quod dicit specificasse eum se heredem relinquere in bonis mobilibus, immobilibus, creditis, iuribus, &c. & tamen alij hoc non dicat, & cum difficulter loqueretur non est verisimile hoc ab eo specificatum, vnde testi non dicenti verisimilia, non est credendum, secundum Abb. c. quia verisimile. de praesump. Dec. consi. xcij. & falsus in vno falsus est in omnibus. iij. q. ix. c. pura. Tertio ex eo, quod dicit se facis cito confecisse schedula, & ex die in schedula scripta apparet post triduum factum & certe haec schedula reddit rem suspectam, tanquam sit quaedam instructio ad falsitatem, ex quo hoc non ex tempore, id est statim, sed praemeditatus, & securus respondet d. l. iij. §. j. verb. ex tempore. vbi Mod. ff. de testib. Quarto, quia intelligo prius perhibuisse eum testimonium istud per viam monitorij, quo casu sit fraus decreto prohibenti examinationem testium ad perpetuam rei memoriam, & non potest negari facile dari materiam delinquendi hoc modo ut in simili not. Aret. in l. legata inutiliter. de leg. j. cum eundem premeditatum §. sermone afferat, vnde est arbitrium iudicij, an velit ei credere, secundum Bar. l. nos. ff. de fal. & in istis quae pertinent ad infirmam fidem testis, quae non profunt singula, multa iuuant, ut per Bart. leg. j. §. iudem Corn. de quaestio. vbi Hypoly. Secundus testis Luchinus est persona vilis, & ignobilis, vnum non est idoneus, seu maior omni exceptione. §. primo. vers. & non quosdam. in authen. de testibus. & contradicit presbytero, ut supra dixi. Idemque de Galerato videtur, qui in hoc contra dicit, alius dum dicit, *Relinquo Pacis, quod sit dowina & madona, &c.* cum presbyter dicat alio modo, Luchinus alio, & inter hos casus est magna differentia, secundum Iaf. d. l. extraneum. vers. iij. limita. Praeterea alij dicunt, quod intelligibiliter nominavit S. Satyrum, iste contrarium dicit, quod ter fuit interrogatus, ut repeteret, vnde est quasi iratus. Praeterea non fuit praesens vsq; ad finem, nec de facto poenae deponit, sed recessit, vnde tanquam non in-

formatus, plene non facit fidem secundum glo. in l. Lucius. ff. de iis qui not. infam. & quod habetur in l. si quis testamentum. ff. de test. per Corn. consi. cxxvij. iij. Praeterea mirum est, quod nemo dat istum in contestem. Corn. consi. lv. iij. & cum sint ab aliis, & a presbytero nominati omnes qui interfuerunt, & non iste satis potest prudens iudex pendere falsitatem, addo, quod iste testis non fuit rogatus, & idem non probat testamentum, etiam ad pias causas, ut dicit Soc. post alios quos allegat consi. xcij. in si. in iij. vol. & probatur in d. c. relatum. verbo requisitis. de quo tamen dicendum est, ut ibi. Cum ergo aduersus hos & testes propria causa, vel potius pro concubina defuncti, perhibentes testimonium, obstant supradicta. & testes pagnatis sint, & plures numero, & minus suspecti, debet iudex adimere causam intestati, cum causa testati non sit recte probata, ut in casu fortiori contra pium locum consuluit Angel. consi. cxxxij. & Corn. consi. cclxj. in j. & consi. lv. in iij. Pro qua sententia facit ratio generalis, nam iure civili non valebant reliqui etiam ad pias causas, nisi adhibitis vij. testibus & seruata omni solemnitate, ut est tex. in l. generali. C. de sacrosanct. eccl. & est communis opinio contra Barto. in l. j. C. eod. tit. deinde pontifices fauore pia causae voluerunt etiam duos testes sufficere, quia existimauerant solemnitatem illam negligendam, quae duntaxat inuenta erat, nec facile falsum committi posset. vnde si haec suspicio cessaret, voluerunt satis esse duos testes idoneos, id est, non suspectos ut dicit Hostien. & Ioan. And. in d. ca. relatum. vbi cumq; ergo subesser suspicio, tunc non esset locus dictae dispositioni, ut etiam dicit Ant. de But. in c. cu. effes. eod. tit. & Bal. consi. cclxxxv. ad finem in iij. vol. At in casu nostro manifesta est suspicio falsitatis, quae inducitur ex attestationibus, inductis in fauorem agnatorum, quorum dicta non solum inducunt iudicem in suspicionem secundum doctrinam Bar. in l. admonedi. de iureiur. sed etiam probant concludenter aduersus causam piam. Et certum videtur mihi res clara in fauorem ipsorum agnatorum, & si causa haec esset mihi commissa non aliter iudicaretur. Ecce mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

- CONSIL. LXXX. SVMME.
- 1. Quotiescunq; substitutio facta est per nomen collectivum, sicut est dictio liberos, vel masculos, vel similes, non decedente, admittitur sequens proximior.
 - 2. Dicitio filios regulariter loquendo, non est collectiua.
 - 3. Quotiescunq; testator vocauit filios fratris, vel patris, non de presenti, sed in futurum euentum, tunc quia non potuit esse certus, an tempore euenientis conditionis adfuturi essent filij, an nepotes, intelligitur etiam dispositio de nepotibus.
 - 4. Per substitutionem factam in omnibus bonis testatoris, & post mortem omnium filiorum, videtur inter ipsos filios recipi esse substitutionem locum esse.
 - 5. Substitutio nouissime decedenti facta, habet locum, ac si post mortem omnium facta sit, quia aequiparantur.
 - 6. Dicitio pleno iure significat in totum.
 - 7. Per clausulam illam in diuisione postam ad habendum, tenendum, donandum, alienandum, faciendum, &c. quicquid eiusdem videbitur, videtur induci renunciatio fideicommissi.
 - 8. Haeres defuncti personam representat.
 - 9. Si facta esset alienatio rei fideicommissi subiecta, licet tertius ad rem ipsam non possit conueniri, haeres tamen ipse alienantis teneretur ad pretium.
 - 10. Grauitus fideicommissio, duplici actione tenetur, vna ad rem ipsam si extet, altera ad eius aestimationem, si facultatem dandi non habet.
 - 11. Clausula licentiae, a petitione rei alienatae liberans, non debet extendi ad pretium.

Energhissimi Ludouici Richardi in testamento quaeritur, an sit aliqua substitutio reciproca, cuius virtute Fran. de S. Praeieto, possit praetendere bona nobilis Petri fratris sui, qui absq; filiis decessit, ad se pertinere. Et videtur mihi dicendum, quod sic. nam d. Ludouicus in substitutione vsus est iis verbis, quibus instituit Ioannem filium, & eo decedente, substituit directe, & pleno iure Antonium, & suos filios nasci-

nascituros post eum, & casu quo d. Antonius, & sui masculi decederent absq; liberis, substituit pleno iure Mariam, & Margaretam, &c. ex quorum verborum tenore resultant duo fundamenta, quibus manifeste apparet filios Antonii inuicem substitutos esse. Primum est, quia quotiescunq; substitutio facta est per nomen collectivum, sicut est dictio, liberos, vel masculos, vel similes, vno decedente, admittitur sequens proximior. l. cum ita. §. in fideicommissio. ff. de leg. ij. & per Soc. in l. Gallus. §. quida recte. ff. de libe. & posthum. vers. quartus casus. Vnde apparet, q. decedente Petro, admitti debet ad fideicommissum d. nobilis Fran. eius frater, & proximior. Nec obstat, q. testator vsus sit dictione, filios, quae quidem non est collectiua, regulariter loquendo. l. Titius. in prin. vbi no. ff. de lib. & posthum. Quia respondeo, q. hoc est verum in casibus, in quibus filiorum appellacione nepotes non continentur, pur dicit Soc. in d. §. quidam recte. vers. ex qua consideratione, quem ibi sequuntur. Moder. maxime d. Caro. Ruin. vbi plurima pro hac sententia adducit, quam puto verisimam. Quod autem in casu nostro appellacione filiorum venient nepotes, probatur ex communi conclusionem, quae habet, q. quotiescunq; testator vocauit filios fratris, vel patris, non de praesenti, sed in futurum euentum, tunc quia non potuit esse certus, an tempore euenientis conditionis adfuturi essent filij, an nepotes, intelligitur etiam dispositio de nepotibus. l. Lucius. ij. de her. insti. prout eam intelligit Io. de Imo. Alex. Soci. Iaf. in d. l. Gallus. §. institutus. & late consuluit Alex. cof. xxxvij. volum. vj. cuius rationes vltimus non prosequor, quia videri apud eum possunt, suadet q. haec opinio ex verbis testatoris, qui in fra in conditione fideicommissi non repetit dictionem, filijs, sed simpliciter dixit masculos, quae dicitio indubitanter est collectiua, & ex qua declaratur, quemadmodum intelligatur dicitio, filijs, in precedente parte scripta. l. si seruus plurium. in fin. ff. de leg. j. & in casu non dissimili consuluit Abb. consi. xxxvj. in j. vol. vers. nec obstat. & Raphael Com. consi. cxvij. in j. dub. Guid. Pap. q. cccclxxxv. Inci. si in aliqua cum similibus.

4. Alterum caput principale est, quia substitutio ista facta est in omnibus bonis ipsius testatoris, & post mortem omnium filiorum Antonij, quo casu, videtur inter ipsos filios recipere substitucionem locum esse, per tex. in l. Titia Seio. §. Seia libertis ff. de leg. ij. quae lex licet loquatur, q. substitutio nouissimo decedenti facta est, tñ habet locum, etiam, quoties post mortem omnium facta sit, quia ista aequiparantur. l. codicillis. ff. de vsufru. & lega. put tenuit Alex. in l. si pater impuberes. ff. de vulg. & pupil. & consi. xcj. in j. Corn. consi. cxxvij. in iij. & dicit Iaf. in l. potest. de vulg. & pup. & se consuluisse in finibus vicibus, & verisimilia haec est conclusio duob. concurrentibus. Primum q. substitutio sit post mortem omnium. Secundum, quod sit facta in tota hereditate, quod est in casu nostro, propter illa verba, pleno iure, quae videtur totum significare. l. diuortio. vbi gl. in verb. plena. ff. de neg. gest. l. Titia de ann. leg. c. cum & plantare. §. in ecclesiis. extra. de priuileg. vnde state tali verbo, videtur testator de disse facultatem fideicommissario, etiam propria auctoritate possessionem apprehendendi, secundum Bart. in l. Centurio. in iij. membr. princip. ff. de vulg. & pupil. quem allegat Bal. in auth. haec vsus. C. de sacros. eccl. suadetur haec interpretatio ex precedenti verbo, quo dicit, se directe & pleno iure substituere, &c. illud enim verbum pleno iure, debet, ut aliquod operetur aliter intelligi, quam directo. l. si quando. de leg. & fideicom. j. Consequens est ergo, ut intelligatur in totum, & respectu filiorum Antonij, qui vocantur post eum, & sic per fideicommissum, secundum gl. in l. precibus. C. de impub. perinde est, ac si scriptum esset fideicommissum in integra hereditate inducti. Nec dubito, quin haec fuerit mens testatoris, quae plurimum in reuerentissimo senatu solet attendi, maxime cum tractetur de conferuanda hac familia, quod argumentum valde favoreabile est, secundum dubium principale est, quia videretur prima fronte renuntiatum esse fideicommissio

propter diuisiones inter istos fratres factas, in quibus vltima pars assignat alteri bona subiecta fideicommissio est illa clausula, ad habendum, tenendum, donandum, alienandum, & faciendum, quicquid eiusdem videbitur, & placuerit, &c. quibus quidem verbis videtur induci renunciatio fideicommissi, secundum doct. Bar. in l. qui Romae. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. cum quo transeunt ibi doctor, communiter q. maxime procedere debet in casu nostro, in quo ex inspectione diuisionum, & transactionis apparet eos habuisse notitiam dicti fideicommissi respectu. l. de iis. ff. de transact. Sed his non obstantibus, puto adhuc saluum esse D. Francisco. Moneor, quia dicta clausula non operatur renunciationem, nisi respectu tertij, in quem iam esset facta alienatio. ut ibi declarat Bartol. vnde non facta alienatione remanet frater adhuc subiectus fideicommissio. l. h. cut. §. si debitori. ff. quibus modis pig. vel hyp. sol. & sicut ipse remanet obligatus, ita illam obligationem transmittit in heredem, qui eius personam representat. §. j. in auth. de iureiur. a mor. Fran. Cur. consi. lxij. facit quia si facta esset alienatio, licet tertius ad res ipsam non posset conueniri, haeres tamen ipse alienantis teneretur ad pretium, ut sentit Bart. & traditur in l. si fundum per fideicom. ff. de leg. j. arg. l. fin. ff. de leg. ij. Cum enim grati uatus fideicommissum duplici actione teneatur, vna ad rem ipsam, si extet, altera ad eius aestimationem, si facultatem dandi non habet. l. non dubium. §. si. ff. de leg. ij. suprascripta clausula licentiae a petitione rei alienatae liberans, non debet extendi ad pretium. l. si domus. ff. de seru. vrb. praed. & pro ista opin. facit glo. in l. peto. §. praedium. in gl. ff. de leg. ij. Et ita sentit & legendo in d. §. duo fratres. & consulendo, sum solitus tenere. Et haec omnia saluo semper saniore iudicio.

- CONSIL. LXXXI. SVMME.
- 1. Limitatur dispositio, cum ita. l. haeres mei. ff. ad Trebel.
 - 2. Licet in testamento mens testatoris plurimum dominetur, tamen hoc intelligitur, dummodo sit expressa per verba.
 - 3. Mens ipsa non potest recte percipi, nisi ex verbis, aliis facile deciperemur in coniectura mentis, ideo non est a verbis recedendum.
 - 4. Ad inducendum fideicommissum, non sufficit coniecturata mens testatoris, nisi coniectura sit necessaria, & valde probabilis ex verbis testatoris.
 - 5. Non aliter a significatione verborum recedendum est, quae cum manifesta est mens testatoris, vnde cessantibus verbis fideicommissi, nunquam dicimus subesse fideicommissum.
 - 6. Fideicommissum est onus, & in dubio pronunciamus non subesse, quia semper sit interpretatio, ne haeres sit grauitatus.
 - 7. Fideicommissi ademptio fauorabilis est, quia data est odiosa.
 - 8. In legatis, & fideicommissis semper quod minimum est, sequimur.
 - 9. Non est verisimile, Patrem voluisse onerare filium, nisi quatenus verba expressit hoc inferant, vnde in fideicommissis onus filio imputatur, ad nepotes non pertinet.
 - 10. Testator qui filiam excludit, multo magis nepotes, ceterum excludisse.
 - 11. Verba volo, quod vnus filius moriatur alteri, sunt verba directa substitutionis.
 - 12. Persona nunquam extrinsecus subauditur.
 - 13. Fideicommissa conditionalia, etiam ab ascendentes relicta, non transmittuntur, nec quidem in descendentes.
 - 14. Causa testati praefertur causae intestati.

Estamenti D. Marini de Gundola verba sunt. Reliqua bona mea omnia volo esse filiorum meorum Benedicti Nicolai, & Andreae, hac conditione, quod si quis eorum moriatur sine haerede legitimo, volo quod vnus moriatur alteri. Et si contingeret omnes tres descere absq; haerede, volo, quod bona mea perueniant ad Annam filiam meam, eiusq; haeres masculus. Corrigit, ut Benedictus primus moreretur, relictis tribus filiabus, & vno masculino, qui deinde decessit postea mortuus est. Nicolaus sine liberis, & intestatus, tandem perijt Andreas sine filiis factis testamento, in quo fecit legata extraneis, &c. Quaeritur an potuerit hoc facere in praedictum filiarum Benedicti, propter suprascriptum fideicommissum. Et prima fronte

te videretur ob stare fideicommissum, non quidem secundu-
 dum verba, sed secundum mentem testatoris, qui per illa
 verba, si quis ipforum moreretur sine herede legitimo, &c.
 Censetur potius in conditione dictas filias Benedicti,
 quae licet non censentur in dispositione secundum gl.
 in l. Lucius. ff. de haered. insti. hoc intelligitur ex persona
 ipsarum, secus ex persona patris per ius transmissionis,
 ut hoc casu ius fideicommissi conditionalis transmittatur
 secundum gl. in l. is cui. ff. de act. & oblig. & per doct.
 Bald. in l. vnica. C. de his qui ant. aper. tab. quod fatetur
 de plano. Soc. in l. haeredes mei. ff. cu. ita. ff. ad Treb. quo-
 ties vltimo loco substitutus esset extraneus. & idem tenet
 Soc. consil. vj. in personali. iij. vol. Nec refert, quod hic
 substituta sit Anna filia, quia cum excludatur ab istis so-
 roribus, ut statim dicam, pariter est ac si esset extranea.
 arg. not. per Bar. l. j. ff. qui habebat. ff. de bon. poss. contra
 tabul. Rursus pro istis sororibus facit, quia cum Anna es-
 set nupta, & foemina videbatur ab intestato excludi, ab
 istis masculis, quo casu communis est conclusio, quod
 substitutus duobus institutis, & inuicem substitutis no
 admittitur ad portionem vltimi, in cuius persona solum
 euenerit conditio, & limitaturque hoc casu dispositio. d. ff.
 cu. ita. in d. l. haeredes mei. secundum Bar. ibi, cu. quo
 communiter transeunt doct. Ang. Raph. Paul. Alexand. Soci.
 Mod. cum ergo d. Anna filia non obstat istis sororibus,
 videretur eas admittendas ad fideicommissum. Sed tñ his non
 obstantibus, teneo indubitater nullum ius competere dic-
 tis sororibus, nec eas ad fideicommissum vocari, & pre-
 mitto quod licet in testamentis mens testatoris pluri-
 mum dñetur, tamen hoc intelligitur, dum modo sit ex-
 pressa per verba l. quidam cu. filium. ff. de her. inst. vbi Bal.
 & Imol. & quia mens ipsa non potest recte percipi, nisi
 ex verbis, aliàs facile deciperemur in coniectura mentis,
 ideo non est à verbis recedendum, secundum Bal. in l. pre-
 cidibus. C. de impub. & alijs sub. ver. dixi ergo alibi. Bal.
 in l. cu. virum. C. de fideic. dicit ad inducendum fideico-
 missum non sufficere coniecturam mentem testatoris,
 quod factum est per. ff. de vulg. intelligit, nisi coniectura
 sit necessaria, & valde probabilis ex verbis testatoris, &
 ideo lex ait, non aliter, à significatione verborum recedendum,
 quia cum manifesta est mens testatoris, vnde cessantibus
 verbis fideicommissi, nunquam dicimus subesse fideicommissum
 l. Lucius. ff. tres heredes. in verbo an vnciam haereditatis, ff. ad Treb. vbi lac. Dyn. Alber. & cu.
 fideicommissum sit onus. l. coh. aedi. ff. cu. filia. de vulg.
 in dubio pronuntiamus non subesse, quia semper fit in-
 terpretatio, ne haeres sit grauatus. l. vnum ex familia. ff. si
 rem. de legatis. & fideic. secundo. vnde & alibi dicitur
 fideicommissi ademptionem fauorabile esse, quia datio
 est odiosa. l. si fuerit. vbi Pau. de Cast. & Soc. v. not. de reb.
 dub. & alibi traditur regula, quod in legatis & fideico-
 missis semper quod minimum est, sequitur. l. nummis.
 de legat. iij. l. apud Iulianum. aliàs idem Iulian. ff. scio. de
 leg. j. Lud. Rom. l. plures. de dam. in fact. Dec. l. in testa-
 mentis. de reg. iur. Et istud maximè debet habere locum,
 quando fideicommissum imponeretur filio, non enim
 verisimile est voluisse patrem filium onerare, nisi quate-
 nus verba expresse hoc inferant. vnde in fideicommissis
 si onus filio iniunctum ad nepotes non pertinet secundu-
 dum Dec. consil. cccxviii. cum concordantibus, sicut nec in
 prohibitione alienationis gl. ff. nos igitur. in auth. de rest.
 fideic. quamuis aliàs filiorum appellatione veniant nepo-
 tes. l. iusta. ff. de verb. sign. His sic praemisissis dico nullum
 ius competere dictis sororibus, siue mentem testatoris in-
 spiciamus siue verba. nec enim verisimile est voluisse pa-
 trem gratiare filios suos masculos contemplatione istarum
 nepotum foeminarum, quae adhuc natæ non erant.
 & si respectu Annae non est fideicommissus locus, multo
 minus respectu istarum sororum, cu. testator, qui filiam
 excludit multo magis nepotes censetur excludisse. leg. si
 vna matre. C. de bon. mat. in fi. per Pau. de Cast. l. j. C. de
 cond. inser. & consil. cccx. casus iste frequenter in ij. Fulg.
 consil. xxxviii. nec etiã verba adiuvant istas sorores, quia

† verba illa, non volo, quod vnus filiorum moriatur alteri, quae
 sunt verba directa substitutionis. c. si pater. de testa. in vj.
 per Bartol. in l. Centurio. de vulg. non possunt admittere
 hanc substitutionem, moriatur alteri, & eius filibus. cum
 persona nunquam extrinsecus subaudiatur. l. si ita stipu-
 latus. ff. Chryzogenus. in fi. de verb. oblig. Nec obstat ra-
 tiones in contrarium allegatae, & in primis, quod iste so-
 rores iure transmissionis debeant admitti, quia respon-
 deo quod communis conclusio est in contrarium, quod fidei-
 commissa conditionalia etiam ab ascendentibus re-
 licta non transmittuntur, nec quidem in descendentes ut
 est tex. in d. l. haeredes mei. ff. cu. ita. vbi gl. quam dicit com-
 muniter approbatam Alex. ibi, & in consilio, & iudi-
 cando sequendam. Idem tenet gloss. l. vnica. C. de iis, qui
 ante ap. tab. cu. concordantibus. per Alex. consil. xxi. super
 eo. lib. iij. & consil. clxv. circa praesentem lib. v. Soc. consil.
 lxxiiij. examinatio lib. iij. & consil. lxxvij. in praesenti lib.
 f. Dec. consil. lv. in j. & licet gl. in l. is cui. de act. & obl. aliter
 sentiat tamen. eam gl. communiter reprobant doct.
 sicut eam reprobant saluationem Socii. quam posuit in
 d. ff. cu. ita. & in d. consil. vj. in iij. vol. sustinentis etiam, quoniam
 post mortem omnium liberorum substitutus esset extraneus,
 per l. vnica. de iis, qui ante ap. tab. na. non probatur iure
 illa opinio, & tex. in d. l. vnica. non patitur intelletum
 Soc. vt declarat Rui. in l. j. ff. de leg. j. & ibi sum sequutus.
 & ita etiam firmant alij mod. Papienses reprobantes d. opinionem
 Soc. in d. ff. cu. ita. num. 64. Quamuis in casu nostro illa
 opinio Soc. non multum faciat in proposito cum non extraneus
 sit substitutus, sed d. Anna filia testatoris, quo casu etiam ipse
 fateretur nullam fieri transmissionem. Non obstat, quod d. Anna non obstat
 sororibus. cum ipsa non admittatur ad fideicommissum, quia
 posito hoc ita esse (non enim respectu Annae sum interrogatus)
 sed posito (vt dixi) hoc ita esse non sequitur dictas sorores
 includi, quia Bar. & doct. dicunt saluum esse ius sororum
 ab intestato vt admittantur secundum formam statuti, tanquam
 euauerit fideicommissum, aduersus verò testamentum
 ipsius grauati non possunt admitti, quia vt dixi fideicommissi
 conditio desecit, & causa testati praefertur causae intestati.
 l. quando. ff. de acquir. haered. & ex superscriptis remanent
 dissoluta dubia mihi proposita, & apparet valere nec reuocari
 posse legatum possessionis, factum per Andream Drago. de
 Gundola. in suo testamento. Et haec omnia, saluo semper, &c.

CONSIL. LXXXII. SVMMAE.

- 1 Verba decedentium sine masculis variè accipi.
- 2 Dicitio vt supra, se refert ad supradicta.
- 3 Natura dictionis similiter quae sit.
- 4 Verba quandoq. mediata accipiuntur, vt intentioni proferentis deseruiant.
- 5 Praecessor dicitur, qui mediata praecedit.
- 6 Dominus dicitur, qui est dominus domini, & sic alio mediata.
- 7 Verba regulariter per prius accipiuntur, non aut per posterius.
- 8 Conditio simpliciter scripta sine masculis, non adiecta filijs, potest verificari etiam in Nepotibus, & pronepotibus, ex quo non restringitur ad certum gradum.
- 9 Dicitio decedentium est participium praesentis temporis, & potest habere tractum, &c.
- 10 Quamuis qualitas adiecta verbo reguletur, secundum tempus verbi, tamen hoc non procedit, quando alijs verbis mens proferentis declaratur, quod intellexit etiam futurum.

In legatum ducatorum mille, factu filibus Ludouici, videretur prima fronte d. Simonam non admittendam, quia verba legati sunt filibus Ludouici decedentis sine masculis, ipse autem habuit masculos, & sic defecit conditio. leg. filius. ff. cu. quis. ff. de leg. j. Et certe tota difficultas stat in hac ratione, quomodo intelligantur illa verba decedentium sine masculis, si intelligamus immediate, erit exclusa d. Simona. d. ff. cum quis. si intelligamus mediata, erit admittenda. & pro hac secunda intelligentia facit, quia testator non simpliciter dicit, decedentium sine masculis, seu addit dictionem, vt supra, quae dicitio se referat ad supradicta, secundum

candum Bar. l. j. ff. hoc edicto. ff. de posthu. in fi. Dec. consil. cccxxvij. ver. nec obstat. supra autem dixerat, quod si nemo ex descendens masculis extaret, &c. & sic apparet, quod intellexit testator, si decederet Ludouicus sine masculis tam immediate, quam mediata, quia Antonius, & eius filij decederent ipsi sine masculis, qui casus euenit, etiam quod ista fuerit mens ipsius ostenditur, quia aliàs fecisset meliorem conditionem filiorum ex filiabus suis praemortuis, quibus non apposuit istam conditionem, qua filiarum ex filiis masculis, quod videtur esse contra eius mentem, & contra naturam dictionis, similiter, per quam apparet istud legatum reduci instar praecedentis. auth. similiter. C. ad l. Falc. c. capitulum. vbi Feli. de rescrip. Nec est nouum, vt verba quandoq. mediata accipiantur, vt intentioni proferentis deseruiant, vt l. ij. ff. de orig. iur. ff. vbi superbus Demarati filius, scilicet mediatus, fuit enim nepos. sic ff. praecessor, dicitur etiam qui mediata praecedit. c. ecclesia. ver. parte. extra. de caus. possel. & prop. & ff. dominus qui est dominus domini, & sic mediata alio. c. j. ff. illud de prohib. feud. alien. per Federic. & quae habentur per Moder. in l. Modestinus. ff. de verbor. sign. & licet verba regulariter per prius accipiantur, non aut per posterius. l. qui liberis. ff. de vulg. tamen hoc non procedit, quia alia est mens testatoris, & ibi habetur. Et hoc maximè in casu nostro dicendum, in quo conditio simpliciter est scripta, sine masculis, nec dicit, sine filijs. vnde potest verificari etiam in nepotibus, & pronepotibus, ex quo non restringitur ad certum gradum. l. liberorum, de verb. sign. Et licet illa dicitio decedentium sit participium praesentis temporis, tñ potest etiam habere tractum, quia quauis qualitas adiecta verbo, reguletur secundum tempus verbi, tamen hoc non procedit, quia alijs verbis mens proferentis declaratur, quod intellexit etiam in futurum. c. Rainutus. extra. de testam. declarat Ripa. in l. Centurio. de vulg. & facit quod not. Alex. in l. stipulatio hoc modo. ver. nec obstat quod qualitas. ff. de verb. oblig. & haec procedunt etiam si in litera testamenti scriptum sit decedentium, in exemplo tamen mihi propositum scriptum est decedentium quo casu cessat omnis difficultas, & refertur ad substantiuum praecedens filiarum. Et ideo concludo, d. Simonae deberi istud legatum mille ducatorum.

CONSIL. LXXXIII. SVMMAE.

- 1 Vulgaris substitutio potest fieri & in legatis, & in fideicommissis.
- 2 Post agnitionem fideicommissi, expirat fideicommissum.
- 3 Alternatiua intelligitur ordine successiuo, respectu tantum vulgaris substitutionis, non vt primus censetur grauatus restituere sequenti, sed facta solutione primo, extinguitur ius caeterorum.
- 4 Quoties testator per copulatiuam, & verbis communibus vsus esset, puta substituo Titium, & eius filios, communis opinio est, filios vulgariter tantum vocatos esse non autem per fideicommissum.
- 5 In dubio sit interpretatio, vt substitutio solum directa sit.
- 6 Non est verisimile, quod quis substituisset hospitale, nisi deficientibus omnibus descendens suis.
- 7 Non est dicendum clausulam contraria continere.

Explicationis verborum testamenti d. Luciae causa, queritur casu, quo si alter sine filijs decederet quod alter eorum superuivens, seu eius legitimi filij succedat in totum, &c. an importent fideicommissum & breuiter agendo videretur mihi illa verba seu eius legitimi filij succedant, &c. non intelligi de fideicommissum sed de vulgari tantu substitutione, quae pot fieri, & in legatis, & in fideicommissis. l. vt haeredibus. ff. de leg. ij. aded, vt si agnatum sit fideicommissum per d. Nicolaum eorum patrem, & testatricis filium expiraue- rit fideicommissum iuxta l. post adita. C. de impub. Moueor primo per tex. in l. cu. pater. ff. pen. ff. de leg. ij. prout eum declarat & intelligit Bart. & doct. in l. Gallus. ff. de H. lib. & posth. & per tex. in l. haeredes. ff. ff. ad Trebell. ibi deficientio gradu neporum, &c. quibus iuribus apparet quod

alternatiua intelligitur quidem ordine successiuo respectu tantu vulgaris substitutionis non vt primus censetur grauatus restituere sequenti, sed facta solutione primo extinguitur ius caeterorum, Moueor secundò, quia Aret. & Lanc. Galliaula hoc expresse tenent in d. l. Gallus. ff. j. & consiluit Soc. consil. cxij. in j. vol. cu. pater substituitet sorores vel earu filios, respodit filios sororibus. vulgariter duntaxat substitutos esse, non aut per fideicommissum. & ista est magis comunis opinio, quicquid dixerit Dac. consil. xcv. in j. dub. quamuis etiam in casu Decij essent alia verba, & alia clausula, qua in nostro, & ideo illud comunim nihil obstat huic opin. quae interpretatio maximè in casu nostro est accipienda, ne aliàs videatur onus fideicommissi filio, quem non est verisimile facile à parentibus grauari, nisi verba aliud indicarent, vt quia post mortem filij vocasset eius descendentes secundum Corn. consilio cccxvj. in iij. Dec. cclij. Soc. xij. in iij. in vlt. dub. Moueor tercio quia quoties testator per copulatiuam, & verbis communibus vsus esset, puta substituo Titium, & eius filios, communis opinio est filios vulgariter tantum vocatos, se non aut per fideicommissum secundum Raph. Aret. & Alex. & alios Mod. in d. l. Gallus. ff. j. quia in dub. sit interpretatio, vt substitutio solum directa sit c. j. de test. in vj. gl. i. verbis ciuilibus. ff. de vulg. ergo idem in alternatiua, quae facilius recipit hanc interpretationem. secundum Bar. in d. l. Gallus. ff. j. Nec obstant auctoritates quaedam, allegatae per Dec. in d. consil. xcv. quia licet dicat alternatiua intelligi ordine successiuo, non tñ debet ex hoc induci fideicommissum, sed ordo ille successiuus duntaxat intelligitur respectu vulgaris substitutionis, nisi aliter ex verbis testatoris appareat, vt sup. dixi. & per Cor. consil. clvj. in ij. Circa aliam clausulam testamenti prohibitionem alienationis, non puto insistendum, quia eius conditio non euenit, est enim concepta, si filij mei, seu alter eorum decederet cum filijs legitimis, vt supra. & ipsi filij omnes decederent sine filijs legitimis, vt supra. quae verba intelliguntur sine filijs filiorum, id est, nepotibus, testatricis, qui casus non euenit, & quod ita intelligantur apparet primo ex promittare clausula, quia illa verba, ipsi filij, omnes referuntur ad proximiora, id est, ad superscripta verba cum filijs legitimis secundum regulam leg. si idem cum eodem. in fi. de iuris. d. om. iud. Secundo, quia substituit hospitali, quod non fecisset, nisi deficientibus omnibus descendens suis. l. cum auus. de condit. & dem. Tertio quia nisi ita intelligamus, clausula illa esset confusa, & inuicem contraria, quod non est dicendum. l. non ad ea. de cond. & demonst.

CONSIL. LXXXIII. SVMMAE.

- 1 Filius adoptiuus succedit patri ab intestato, & pater filio.
- 2 Regula reciprocatio est, quod in successioibus, sicut tu succedis mihi, & ego succedo tibi.
- 3 De iure veteri digestorum, non erat differentia, quin pater ad adoptiuus, perinde succederet ab intestato, ac si etiam fuisset naturalis.
- 4 Pater adoptiuus durante adoptione in successione filij, excluso debat etiam matrem naturalem.
- 5 Quando non reperitur correctum ius vetus, iuris veteris dispositioni standum est.
- 6 Nepos mortuo auo, transit in potestate patris, quauis adoptiuus.
- 7 Adoptiuus patrem non succedere.
- 8 Legitima non debetur pariter, de iure naturali, secus econtrario.
- 9 Filius hodie patri ipso iure est haeres, non autem econtrario.
- 10 Successiones legis dispositione proueniunt, & limitatam habent naturam.
- 11 Adoptionis, & arrogationis discrimen.
- 12 Cessante ratione impulsua legis, non tamen cessat ipsa lex.

Reposita in questione, an pater adoptiuus extraneus succedat filio defuncto post mortem patris nat. Difficultatem in casu nostro in primis facit decisio Lud. Bolog. in addit. trac. Math. de succes. ab intest. in secundo membro princip. vbi tenet quod sicut filius adoptiuus succedit patri ab intestato. l. pen. ff. sed ne articulum. C. de adopt. quia talis vide-

tur mens ipsius patris, qui per testamentum eum non excluditur. conficiuntur. ff. de iur. cod. ita e contrario est dicendum in filio, ut si sit talis qui possit testari, admittatur pater adoptivus, ne successio claudicat, & hoc propter regulam reciprocatiois quae est in successione, prout tu succedis mihi, ita ego tibi. l. i. ab eo. l. lege duodecim. C. de legit. hær. Secundò facit, quia nos videmus, quod de iure veteri digestorum non erat differentia, quin pater adoptivus perinde succederet ab intestato, ac si etiam fuisset naturalis. l. qui in adoptionem. ff. de adop. l. ij. §. parui. ff. de suis & legi. Et ideo pater adoptivus durante adoptione in successione filij, excludere etiam matrem naturalem. l. ij. §. obicitur. l. patrem adoptivum. ff. ad Tert. licet securus esset post emancipationem, seu finita adoptione, ut dicitur in dictis iuribus. Nec reperitur quod leges sint correctae per constitutionem Iustiniani in d. l. pen. quae non videtur loqui, quando iste adoptivus esset superstes patri naturali, & ideo videtur standum dispositioni iuris veteris. l. sancimus. C. de testam. versic. quod enim. l. picipimus. in fi. C. de appellat. Tertio videtur quod iste adoptivus post mortem patris naturalis transierit in partem testamenti patris adoptivis, quo casu non est dubium iure patriae patris eum debere admitti, iuxta. tex. in §. mortuo. instit. de acqui. p. arrogator. ff. de adop. vbi notat docto. Cum enim lex nova Iustiniani correxerit ius verus, ne filius exiret de potestate patris naturalis per adoptionem, sequitur quod eo mortuo servetur ius verus, & transeat in potestatem ipsius adoptantis, sicut alias videmus, quod nepos mortuo a quo, transit in potestatem patris quamvis adoptivus. l. si quis nepotem. ff. de adop. maxime cum hoc casu cesset ratio d. l. pen. quae fuit in filio vtraque hereditate priuatur, at hoc casu istam habuit success. patris naturalis. Sed ijs non obstantibus. contrarium absque dubio est concludendum, prout contrarium tenent omnes doctores, de hac materia loquentes, quod talis pater adoptivus hodie non succedat filio ab intestato, quia lex nova hac adoptionem restrinxit ad unum effectum tantum. scilicet ut filius possit succedere ab intestato parenti adoptivo, quo verò ad omnes alios effectus, perinde habuit ac si nunquam adoptatus fuisset, sed per omnia naturae suae aggregatus remansisset, ut dicitur in d. l. pe. vers. sed ne articulum, in verb. per omnia. & in verb. tantum modo. & tex. in §. sed hodie. instit. de adop. versic. nec quicquam ad patrem adoptivum transit. & tex. in §. sed omnia. instit. de hær. quae ab intest. vers. nisi hoc tantum modo casu, & hoc tenet Rayn. Alber. in d. §. obicitur. & d. l. patrem. ff. ad Tert. vbi tenent quod ille tex. indistinctè hodie non procedit etiam durante adoptione, quia pater adoptivus non succedit, & sic nemini obstat. Alb. in athen. itaque vbi refert distinctionem Dyni, ita tenent in l. si. C. communia. de success. ver. item secus in legitimo. Dyn. in tract. de success. vers. si autem fuerit extraneus. Matth. in d. tract. loco praedictato. Nicola. de Vbald. in simili tractatu. ij. parte in vltima q. Ang. de Are. in tract. de testa. in iij. memb. secundi articuli principalis in prin. Nec reperio aliquem doctorem, qui in hoc contradicat. & ideo non videtur subesse probabilis dubitatio. Non obstat allegata in contrarium, & in primis decisio Lud. Bolog. in add. Matthesyl. loco praedictato, quia etiam si esset vera, tamen in casu nostro nihil obstat, quia praesupponitur, quod iste filius sit testatus, & instituerit fratres excluso patre adoptivo, quod potuit facere, sicut & vice versa pater adoptivus potest testari omisso tali filio, nec lex ei prouidet de aliquo remedio aduersus testamentum, ut dicitur in d. l. pe. d. §. sed ne articulum. verb. si voluerit nihil, &c. Quamuis ego non putem opinionem illam Bolog. esse veram, quia est contra mentem caeterorum doctorum supra allegatorum, qui generaliter loquuntur. Et quia sua ratio non est sufficiens, ista enim reciprocatio in successione habet quidem in se aequitatem. Sed tamen non sufficit, ut ideo quis censetur vocatus ad successionem, nisi legis verba expresse eum admittant, ut per multa similia concludit Corn. in auth. post fratres. ij. C. de legit. hær.

red. & tradit. Mod. in rub. ff. de acq. poss. & hoc maxime est verum in casu nostro, quia hereditas magis deuoluitur in descendentes, quam e conuerso, & ideo legitima non debetur parentibus de iure naturali, licet secus sit e contrario secundum Bal. in l. j. §. ius naturale. in fi. de iusti. & iur. sequuntur Mod. in l. quartam. ff. de leg. Falc. cum concor. Non obstat. secundum, quia imò reperitur expresse correctum esse ius verus, quia tum sit ad hanc adoptionem, quae ab extraneo fit, quia Iustinianus omnes eius effectus sustulit excepto illo, quod possit succedere patri volenti, unde censetur correxisse casum contrarium, quando pater vellet illi succedere, illa enim exceptio firmat regulam, quod in caeteris omnibus casibus iste pater adoptivus habeatur pro extraneo, secundum doctrinam Bal. in l. j. §. sed excipiuntur. in fi. ff. de ferijs. Nec est nouum, quod filius illi succedat, & tamen non ille filio, sicut olim filius emancipatus honor. possess. contra tab. patris edicto praetoris obtinebat, & tamen non pater e contra, sed necesse habebat tanquam patronus ius suum petere. l. j. ff. si quis a paren. fu. man. Et olim filius succedebat matri per Senatusconsultum Orfitianum, quod tamen prouidet in casu contrario, sed necessario, ad Tertullianum deuentum fuit, ut dictis titulis in institutionibus. sic, & hodie filius patri ipso iure est hær. §. sui autem. instit. de hær. instit. & tamen non e contra pater filio, & patronus liberti succedit, non e contrario libertus patrono. instit. de success. lib. item instit. de bon. pos. vers. v. & vj. tunc successiones enim legis dispositione proueniunt, & limitatam habent naturam. gl. l. illa institutio. ff. de hær. instit. & quod notant Bald. Ful. Cast. Corn. in d. l. lege duodecim tabu. C. de legit. hær. per Mod. in d. rub. ff. de acqui. poss. Et quamuis dicatur quod d. l. pen. non loquitur, quia filius fuit superstes patri naturali, tamen hoc est falsum, quia loquitur & procedit etiam dicto casu, ut mox dicemus. Non obstat vltimum, quia non est verum, quod iste filius post mortem patris naturalis transierit in potestatem adoptantis, quod probatur ex generalitate. d. l. pen. §. sed ne articulum. quae simpliciter statuit, quod si detur extraneo, non transeat in eius potestatem, & subaudiens viuente patre naturali est destruere illum textum, confirmatur hac sententia per text. in §. admonendi. instit. de hær. edict. quae ab intest. vers. post mortem naturalis parentis, ab adoptivo patre emancipati, &c. vbi apparet, quod dicta lex noua loquitur etiam casu, quo adoptivus parens post mortem naturalis vixit, & filium retinuit, ut tamen procedat illa lex, nec transeat in potestatem. Confirmatur hac sententia ex auctoritate Theophili antecessoris in Graecis instit. §. sed & illud. instit. de adop. vbi dicit quod licet spadones adoptari possint, tamen nunquam potuerunt habere filios in potestate, cum semper futuri sint extranei, ex quo non possunt esse aui paterni, aut materni, & c. istud esset falsum, si mortuo naturali patre ius patrie potestatis transiret in adoptivum. Ad idem facit ratio, cuius adoptio sit simpliciter auctoritate magistratus, arrogatus verò non nisi per principem. nam cui arrogatio fiat de homine libero, & sui iuris, non potest alterius dominium transire absque speciali licentia principis, ut dixit Bald. in l. j. C. de adop. sequitur Ias. in addit. Porci. instit. co. unde olim necessaria erat rogatio, seu lex ut id fieri posset, ut ex sententia Iurisperitorum dicit A. Gellius. lib. v. c. xix. cum ergo lex dicat eum in potestate patris naturalis manere, sequitur, ut eo mortuo, efficiatur sui iuris, nec possit in potestate adoptivis transire, nisi cum rescripto principis per supra dicta, unde apparet clara resolutio ad contrarium. Ad tex. in d. §. mortuo. sol. quod loquitur in arrogato, qui transit in potestatem arrogatoris: nos loquimur in adoptato qui non transit. Ad d. l. si quis nepotem. so. nepos est in potestate aui, mediante persona patris, unde sublato aui, reincident in patris potestatem, sed filius adoptivus est in potestate patris naturalis immediate, non ex persona patris adoptivis, & ideo in eius potestate non reincident. Ad illud quod cesset ratio d. l. pen. quae fuit, ne filius vtraque hereditate priuatur.

priuatur, &c. respondeo, quod fuit ratio impulsua legis, quia cessante, non tamen ipsa lex cessat. l. vnica. in prin. C. de cad. tol. vbi Cor. & alij, & quod habetur, in c. a multis. extra. de aeta, & quali. per Franc. de Aret. in l. ij. ff. de vulg. & pup. cum similib. Qua conclusione stante, quod iste pater adoptator non habuerit filium in potestate, nec ille succedat ab intestato, sequitur quod nullum remedium habent contra testamentum, ut dicunt omnes in l. Gallus. §. & quid si tantum. per gloss. in ff. de lib. & posth. ut copiose, & subtiliter fuit in supra scriptis similibus allegatum per dominum aduocatum istorum de Spon. B. tonibus, praestantissimum Iurisperitum, in cuius sententiam transeo. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXXV. SVMME.

- 1 Vfructus reuertitur ad proprietatem.
- 2 Dicitio deficientibus, quid importet.
- 3 Condicio si decesserit, verificatur in casu aequipollenti, si ad secunda vota transferit.
- 4 Defecisse verbius.
- 5 Dicitio, ut supra, se refert ad omnia praecedentia.
- 6 Copula requirit consensum vtriusque copulati.
- 7 Condicio quae non impletur, dicitur deficere.
- 8 Copula quae ponitur inter genus, & speciem, plerumque stat in vim expostiuam.
- 9 Condicio in testamento adiecta, si haeres sine masculis decesserit, & feminas reliquerit, lego consortibus, intelligitur etiam si feminas nullas adfuit.
- 10 Copula propter testatoris mentem resoluitur, in disunctiuam.
- 11 Concurfus copulati, nunquam requiritur, quoties aliquid absurdum sequeretur.
- 12 Absurdum est, quod testator incontinenti se corrigat.
- 13 Dictiones, quousque, & donec, sunt temporariae.
- 14 Interpretatio quae secundum vim verborum procedit, est accipienda, maxime in fauore pie causae.



Estamento Pippi viso, & subtilibus dubitationibus domini praetoris, puto consortium sancti Petri proculdubio obtinere debere, idque extrinsecus cap. Primum quia proprietates ipsi consortio a testatore relictae est, idque simpliciter absque die, vel conditione. ut verba testamenti clar. indicant. Dominæ autem Gentilis relictae est usufructus conditionaliter, si vitam vidualem, & honestam seruauerit, unde quandoque contraueniat conditioni, & vitam vidualem non seruet, finitur usufructus, & ipsa priuatur legato. Clarum autem est quod usufructus reuertitur ad proprietatem. §. in. instit. de usufruct. Cum ergo d. Gentilis propter secundas nuptias usufructum habere aequat, sequitur ut ad consortes reuertatur, qui sunt impropietarij. Secundum caput est, quia infra testator vocat consortes, finito usufructu, & omnibus ipsis deficientibus, &c. quae dicitio deficientibus posita quod ad mortem referatur, non tamen obstat dictis consortibus, quia legatum relictum post mortem vxoris prohibet transire ad secunda vota debetur, etiam ipsa viuente, si ad secunda vota transferit, quia dicitio illa, si decesserit, verificatur in casu aequipollenti, si ad secunda vota transferit. l. mulier. ff. ad Tert. l. iij. C. de instit. & substit. & ita tenuit Ioan. Andr. in additionibus Spe. in rub. de secundis nup. & est communis opinio, ut per Soc. cons. xxx. in iij. & licet aliqui contradixerint, tamen eorum difficultas ex eo oriebatur, quod videbatur ad haeredem, non autem ad substitutum in legato usufructum pertinere per text. in l. vxori usufructum villae. ff. de usufr. leg. ut per Soc. cons. v. in iij. vol. Sed in casu nostro cessat ista difficultas, quia non superest aliquis substitutus, merito usufructus ad proprietatem redit, nec mulier perit vltimo modo eum habere propter verba testamenti, quae in casu secundarum nuptiarum eam manifestè excludunt. Tertium caput est, quia illa verba, finito usufructu, & omnibus ipsis deficientibus, satis videntur verificata in fauorem consortij, quia dom. Gentilis transeundo ad secunda vota, satis dicitur de defecisse, quia tale verbum generale est, & ad hunc quoque casum trahi potest, ut per Dec. cons. cccxvij. defecit enim in salutare suo, id

est, in conditione viduitatis sibi adiecta a testatore, ad quam testator se remisit apponendo dictionem, ut supra, quae se refert ad omnia praecedentia. l. j. §. deinde. vbi Bartol. & §. ex hoc edicto. ff. de postulan. per Dec. consil. cxxxij. lib. j. Nec obstant argumenta, quae in contrarium adducuntur. Et in primis quod consortium vocatum sit sub duabus conditionibus, videlicet, finito usufructu, & ipsis omnibus deficientibus, ut supra, & quod copula requirit concursum vtriusque copulati. l. si haeredes plures. de cond. instit. Respondeo pluribus modis. Primum quod consortium admittitur non ex illa clausula, sed ex natura rei, quae est, ut usufructus per secundas nuptias dominæ Gentilis deficiens reuertatur ad proprietatem, d. §. in. instit. de usufr. Secundò, quia potest dici, quod concursus vtriusque copulati interuenit intelligendo deficientibus in conditione supra scripta secundum Dec. d. consil. cccxvij. quia ut ipse dicit in dicto, quae non impletur, dicitur deficere. l. j. C. de iudic. vidu. tol. l. vnica. §. si autem aliquid. C. de cad. toll. Tertio respondeo, quod non est absurdum concursum copulatum hoc casu requiri, in quo copula inter genus & speciem ponitur, quo casu plerumque copulata fiat in vim expostiuam. l. j. ff. de pac. l. vbi. C. de trans. c. monasteria. in fin. de vita & honest. cler. Bart. in extra. uag. ad reprimend. in verbo videbitur. in fin. dicitio enim illa, deficientibus, stat in vim speciei: cum usufructus finiatur alijs quoque modis, quam per defectum. d. §. finitur. instit. de usufr. Quarto respondeo, quod an requiratur concursus propter vim copulae articulus est valde diffusus, in quo doctores tradunt varias doctrinas, ut per Feli. in c. ij. de rescript. Ias. in l. j. de iust. & iur. post Bart. & alios doctores in clem. in plerisque. de electio. sed tamen quicquid sit illo articulo, ista est certissima declaratio, quod quoties mens testatoris suadet, non sit iste concursus. unde conditio in testamento adiecta, si haeres sine masculis decesserit, & feminas reliquerit, lego consortibus: intelligitur etiam si feminas nullas adfuit, secundum Alexand. consilio cxxx. attentis. in fin. in ij. volum. Quintò respondeo quod dicitio deficientibus omnibus, fuit adiecta a testatore, qui credidit, quod dictae mulieres deberent parere conditioni viduitatis, & consequenter non prius amittere usufructum, quam decederent: concursus ergo copulati interueniebat, si seruassent conditionem appositam a testatore: & ea sine copula illa est adiecta: quod cum non fecerint, resoluitur in disunctiuam propter testatoris mentem. l. si is qui ducenta. §. item si pater. de reb. dub. & in simili casu ita consuluit Benedict. Capra consilio lxxj. Vltimò respondeo concursus iste copulati nunquam requiritur, quoties aliquid absurdum sequeretur, ut per Barto. in l. Gallus. §. etiam si parente. de libe. & posthum. Ioann. de Anan. c. querelam. in fin. de simo. Alexand. consilio lxxx. in j. Decius consilio xcvi. sed in casu nostro sequeretur absurdum, quod testator incontinenti se correxisset contra l. non ad ea. de cond. & demonst. qui cum à principio nolisset usufructum esse vxoris casu, quo iterum nuberet, iam mutaret sententiam, & se ipsum corrigeret. Nec obstat, quod quando do. Gentilis iterum nuptias aduersus conditionem testamenti, supererat Agnesina ad quem deuoluebatur usufructus: respondeo cum Agnesina non acceptauerit, dictum usufructum, vel etiam si acceptauit nunc sit mortua, non est dubium usufructum reuerti ad proprietatem, & sic confirmatum esse ius ipsius consortij. Fortius putauerit tenere hanc mulierem ad restituendum consortium etiam fructus interim perceptos: quia testator non reliquit ei usufructum per viam legati annui, neque per dictionem, quousque, vel donec, non nuberet, quae dictiones sunt temporariae: sed reliquit conditionaliter, ipsa seruante vitam vidualem, quae conditio semel defecta, facit ut perpetuum censetur fuisse exclusa, secundum Bal. in l. j. C. de fur. & ideo fructus percepti sunt restituendi. l. cum filius. §. qui Mutianam. ff. de lega. ij. vbi Raph. Com. & facit text.

in auth. cui relicta cum glo. in l. f. C. de indic. vidu. toll. & ista interpretatio quae secundum vim verborum procedit est accipienda, maxime fauore pia causa iuribus vulga.

CONSIL. LXXXVI. SVMMAE.

- 1 Solutio aeris alieni, non potest differri in praedictum creditorum, sed pertinet ad proprietarium, qui tamen potest vendere tot ex bonis, quae sufficiant ad solutionem, nec admittetur in hoc contradiclio usufructuarij, neq; expectabitur quod usufructus sit finitus.
2 Legatum credito minuitur.
3 Acceptans legatum, tenetur etiam acceptare onus ei annexum.
4 Repudians onus annexum legato, censetur repudiare legatum.
5 Qui conditionem arbitriam legato adiectam omittit, legatum ipsum repudiasse censetur.
6 Legatarius habens causam ab ipso testatore, tenetur approbare factum ipsius testatoris.
7 Probationes, quae aduersus testatorem concluderent, etiam aduersus successorem particularem sunt concludentes.
8 Testator, si fateatur in testamento sibi deberi a legatario certam summam, cuius loco testator reliquit legatum, non potest legatarius contravenire, sed ratum habere debet.
9 Compensatio de genere ad genus ipso iure fit.
10 L. filius familias apud Marcellum, de leg. 1. declar.
11 Aes alienum dimittit ipso iure hereditatem.

Euerendi domini Ioannis Antonij de Albergaris testamento viso, pro resolutione propolitorum dubiorum, pono infrascriptas conclusiones. Prima est conclusio, q; solutio aeris alieni non potest differri in praedictum creditorum, sed pertinet ad proprietarium, qui tamen potest vendere tot ex bonis, quae sufficiant ad solutionem: nec admittetur in hoc contradiclio usufructuarij, neq; expectabitur, quod usufructus sit finitus. l. f. in aut aer alienum. C. de bon. quaer. lib. vbi Pau. de Cast. l. usufructu bonorum. vbi Alex. ff. ad l. Fal. cu concor. per las. in l. j. ad Treb. in secunda le. et in Barbat. consil. lxxij. in ij. Soc. consil. cxxxj. in j. Secunda est conclusio, quod cum testator iusserit aes alienum dissolui per do. Philippum legatarium domus, quod dicitur tantum minus illi reliquile, & illud aes alienum ipso iure dimittit legatum, & talis deductio indistincte locum habet. l. sed si non seruus. vbi Alex. ff. ad leg. Falc. l. in quantitate. in fi. l. post. eod. rit. & facit q; habetur per Bar. in l. si vero. ff. de testa. milit. Tertia est conclusio, q; do. Philippus si si vult acceptare legatum, tenetur etiam acceptare onus ei annexum: & ideo si agnoscat legatum domus, censetur se obligasse ad subeundum onus dicti aeris alieni legato iniunctum. d. l. sed si non seruus. in prin. ff. ad leg. Falc. l. cu ab vno. ff. de leg. ij. not. gl. in l. Titia cu testa. q; qui inuita. in gl. si. eod. tit. & per Can. in c. officij. extra. de testa. sicut vice mutua repudiatio dictum onus aeris alieni conferretur etiam legatum repudiaste. l. perinde in fi. ff. si cer. pet. l. Nesen. in fi. de execu. tut. Nam & qui conditionem arbitriam legato adiectam omittit, legatum ipsum repudiaste censetur. q; quis ita haeres. in sit. de haer. inst. Aret. & las. l. is qui haer. de acquir. haer. facit tex. in l. quidam. ff. si quis omis. causa test. & facit q; no. Alex. in l. quod de bonis. q; quod auus. in fi. ad l. Falci.
4 Quarta est conclusio, quod si legatarius cum habeat causam ab ipso testatore, tenetur approbare factum ipsius testatoris. l. ex qua persona. de reg. iur. & probationes, quae aduersus testatorem concluderent, etiam aduersus successorem in particularem sunt concludentes, l. si superatus. de pig. e. is qui in ius. de regu. iur. in vj. Aret. consil. xxxvj. Soc. consil. xj. in ij. vnde cum testator constituitur in testamento sibi deberi ab ipso legatario certam summam, cuius loco testator reliquit legatum, non potest legatarius contravenire, sed ratum habere debet. l. id tempus. q; si. ff. de vsu cap. Nec obst. text. in l. Aurelius. q; idem quaesit. de lib. lega. quia ibi solutio facta de se apparet. Vnde inferitur quod cum testator dicat, & hoc de ducatis septingentis triginta ipsi testatori debitis per d. Philippum, &c. non potest ipse d. Philippus praetendere ca-

liud creditum ducatorum ducatorum ad diminuendum dictam summam: quia contraveniret voluntati testatoris, tum quia hoc modo non septingenti, sed quingenti tantum deberentur: quia compensatio de genere ad genus fit ipso iure. q; pen. in sit. de act. tum quia apparet d. solutionem a testatore fieri iustam causa compensandi. l. si cu dorem. q; si pater. ff. solu. matr. vbi doct. & ideo non potest legatarius quicquam de hoc ipsi haeredibus obicere. l. si compensandi. vbi doct. C. de haer. inst. Vltima conclusio cum haeres relicti sint in testamento, executores cum facultate videndi de rebus testatoris pro solutione, poterunt isti in negligentiam do. Philippi alienare tantum ex illa domo, q; sufficiat solutioni aeris alieni, ad quam grauatus erat ipse do. Philippus, vt late per Bart. in l. alio. ff. de adim. legat. per Canonist. in c. fi. de testa. lib. vj. Nec superscriptis obstat text. in l. filius fam. q; apud Marcellum. ff. de lega. j. vbi legatum pecuniae soluitur ex fructibus fundi alteri per fideicommissum post mortem relicti: ergo idem videretur in casu nostro, vt do. Philippus grauatus fideicommissio de restituenda domo descendenti suis post mortem suam non teneatur soluere legatum creditoribus, nisi de fructibus dictae domus, sed tunc respondeo, q; ille tex. non facit ad materiam quaestionis nostrae: quia procedit in legato simplici: nos autem casus est in grauato ad soluendum creditoribus, & ratio differentiae est: quia legatum simplex procedit a mera liberalitate testatoris, & legatarius satis lucratur percipiendo ex fructibus, creditor vero non tenetur expectare, sed statim faciendum est illi solutio: quia aes alienum dimittit ipso iure hereditatem. l. in imponenda. C. ad leg. Falc. l. si. ff. licentia. C. de iur. delib. Legatum autem non dimittit illud fideicommissum, vt dicitur in d. q; apud Marcellum. & ideo ibi fideicommissarius non potest impediri a legatario: in casu autem nostro, indubitanter creditoribus preferuntur fideicommissariis. l. si. ff. in ver. creditores. C. de iure delib. quia aes alienum, vt dixi, dimittit fideicommissum, & quod tex. in d. q; apud Marcellum, non procedat in legato facto creditori: quia illi statim soluendum est, & dimittit fideicommissum: sicut iam Ioan. Andr. in Specul. de instr. edicti. q; dicto. in additione sup verbo fecerit. de Trebellianica ad finem dictae additionis. vers. vnde si legatur. Merito igitur in casu nostro tenebitur do. Philippus statim soluere: aliam poterit executor testamentarius vendere tantum ex illa domo, quod sufficiat exoluendo aeri alieno: poterit etiam interrogare, an velit habere dictum legatum: quo casu cessabitur acceptasse cum dicto onere, vt supra dixi. Praeterea etiam cum legatum domus factum sit cum onere soluendi aeris alieni, si d. Philippus non tantum percepit, tenebitur fideicommissarius & sic descendentes sui, non autem haereses, ex quo istud onus testator sustulit ab haeredibus, & ideo tanto minus censetur, in legato & fideicommissio, & vendetur domus pro satisfatione, vt est text. in l. nomen. q; vni. vbi Dyn. Oldr. Alber. Raph. ff. de legat. iij. & si non sufficeret, tunc haereses tenebantur, secundum Bart. ibi, qui sic est intelligendus.

CONSIL. LXXXVII. SVMMAE.

- 1 Fideicommissum ad transuersalem non pertinet.
2 A verbis non est facile recedendum.
3 Fideicommissum relictum aliquibus nominatis, & postea alijs per nomen collectiuum, videtur inter primos nominatos esse reciprocum.
4 Linea transuersalis est separata a linea descendenti.
5 Testator facilius grauabit haeredem, respectu suorum descendenti, quam respectu transuersalium.
6 Aequiore animo quis patitur se grauari vt restituat filijs suis, quam fratri, vel transuersali remotiori.
7 Substitutio ab institutione regulatur, non autem e contra.
8 Substitutio post mortem omnium, inducit reciprocum fideicommissum.
9 Testator vocans masculos, videtur habuisse rationem familiae, vt bona in ea conseruentur, & sic induxit fideicommissum reciprocum.

Qualitas masculina, quando est adiecta institutioni, non autem substitutioni, non trahitur ad alias personas.

Ideicommissi sunt verba, & successus substituitur eis filijs nascituris ex legitimo matrimonio, filios legitimos nascituros ex dictis filijs legitimis descendentes, &c. in stirpes, & non in capita, &c. vnus institutorum decessit absque filijs, quaeritur an sit locus fideicommissio respectu cohæredis, & certe nulla verba adfuit hoc casu, per quae iste consanguineus cohæres possit praetendere fideicommissum, cum ipse non sit filius institutorum, sed institutus: nec ipse sit descendens, sed primus. vnde tã verbis non est facile recedendum. l. Lucius. q; tres haereses. ff. ad Treb. vbi Oldr. Alber. Dyn. & quia fideicommissum est, vocat descendentes respectu ascendentes morientes, non respectu transuersalis, vt prospectum vniciusque videatur respectu suorum descendenti, vt in simili dicitur in cap. j. de duobus fratribus a cap. inuest. in feud. Ball. cum acutissimi. C. de fideicom. & quod no. Alex. consil. ceij. ad fi. in ij. Corn. consil. cccxix. in ij. ibi: quia quado sunt filij, &c. Dec. clxxxv. cccxiiij. Cur. Iun. xcvj. post Mod. cxxxv. vers. postremo. Parisius consil. xvij. in ij. num. lxxj. Et multum refert an fideicommissum loquatur de descendenti. testatoris fideicommissum, & tunc cõprehenderet iste consanguineus, an loquatur de descendenti grauatorum, & non cõprehenditur, vt in simili. per Alex. consil. ceij. in ij. facit l. cu pater. q; pen. de leg. ij. l. si ad Tr. las. consil. lxxxiiij. in j. Nec obstant rationes, quae in contrarium adducuntur. Et in primis, q; quod cum fideicommissum relictum sit aliquibus nominatis, & postea alijs per nomen collectiuum, videtur inter primos nominatos esse reciprocum fideicommissum. l. cu ita. q; in fideicommissio. ff. de le. ij. vbi Cald. Paul. Ca. & ceteri: respondeo loquantur illi doctores, quando nominatus comprehendebat sub nomine collectiuo, puta familiae, vt prius ipse voceretur, sed in casu nostro consanguineus non comprehenditur sub nomine collectiuo descendenti ab institutis, cum sit transuersalis ipsi instituto, & linea transuersalis est separata a linea descendenti. l. j. in prin. ff. de gradib. Itẽ ibi supererat familia, & sic vis hominis collectiuo stat salua, hic non superest: quia nemo est descendens istius defuncti. Nõ obstat, quod cum testator voluerit fideicommissum deserri in stirpes, & non in capita, videatur sensisse quod admittatur iste cohæres transuersalis, secundum Soc. consil. ciij. cum dispositio sit collata in futurum euentu temporis, quo incertum sit an extiterit, sint filij iuxta not. in l. Gallus. q; institutus. vbi Imol. & alij. de lib. & posthum. respondeo illa verba in stirpes, &c. potius inferunt totum oppositum, quod fideicommissum non deferatur, nisi per cuiuscunq; descendenti: & sic in stirpes, non aut admittatur transuersalis, qui non est de stirpe instituti, de qua loquitur testator. Nõ obst. quod substitutio cum facta sit de descendenti, videtur habere reciprocum fideicommissum inter ipsos: ergo idem dicendum de institutis, vt etiam respectu institutorum sit reciproca substitutio. argu. l. j. C. de impub. allegatur pro hoc Soc. d. l. Gallos q; j. vers. quartus casus. Alex. consil. xij. in iij. Soc. cxij. respondeo vtrunq; dictum istius rationis est satis dubium, & quicquid sit, in casu nostro non multum facit: quia descendentes expressè sunt vocati, iste institutus non habet pro se nec verba, nec mentem testatoris. De verbis supra ostendi de mente, sic ostenditur: quia facilius testator grauabit haeredem respectu suorum descendenti, quam respectu transuersalis. arg. l. cu auus. ff. de eond. & demonst. Et tã equiore animo quis petitur se grauari vt restituat filijs suis, quam fratri, vel transuersali remotiori. l. j. veteres. in gl. ff. de acquir. poss. Quod autem dictum non sit verum, & sic: quod respectu descendenti de vna stirpe institutorum ad aliam non sit reciproca substitutio, supra ostendi: quia verba loquuntur, quando descendens succedit ascendenti, nõ autem transuersali, & per rationem dicti c. j. & per illam clausulam in stirpes, non in capita, quae refertur ad eandem

stirpem, vt in ea succedatur, non de vna ad aliam. Quod verò secundum dictum sit falsum, sic ostenditur: quia alias sequeretur, quod institutio restringeretur a substitutione, quod imò substitutio regulatur ab institutione, non e contra. d. l. j. C. de impub. l. cohæredi. q; qui discretas, de vulg. & merito Dec. consil. cclij. in fi. tenet contrarium. & Ruy. in d. q; quidam rectè. reprobat illam opin. Soc. in d. q; ver. quartus casus. & facit quod notat Pet. de Auch. in consil. cclxlv. incip. duo prima dubia. in vlt. dub. vbi dictio distributua adiecta descendenti, vel generationi nõ refertur ad primò nominatos. Nec obstat, quod quando substituti sunt vocati post mortem omnium, videatur fideicommissum reciprocum induci, secundum Bar. l. codicillis, de vsuf. leg. si facta sit in omnibus bonis. l. Titia Seio. q; Seia libertis. de leg. ij. sed in casu nostro ita videtur factum: quia institutio est in omnibus bonis, ergo & substitutio. d. l. j. C. de impub. & quia est facta post mortẽ amborum institutorum, cum alter super existens excludat substitutos ex præsumpta voluntate testatoris, vel ab intestato. l. qui duos. ff. de vulgar. & pup. l. pen. C. de imp. Respondeo istud argumentum præsupponit tria dicta, quae non sunt vera. Primũ quod substitutio post mortem omnium, inducat reciprocum fideicommissum. hoc est falsum, & communiter tenetur contrarium. in l. pater filium. q; si. ad leg. Falc. vbi Alex. & idem Alex. in d. q; cum ita. Secundum quod facta sit in omnibus bonis, in casu nostro est falsum: quia substitutio est facta simpliciter: & doctores requirunt mentionem totius rei: quia totum restituere non possit, nisi reciproce esset vocatus, vt declarat Pau. Cast. d. q; Seia libertis. quod indicat nihil referre, quod institutio esset facta in omnibus bonis, cũ in institutione etiam si dictum non sit semper intelligatur. l. ius nostrum, de reg. iur. Tertium dictum, quod aliter super existens excludat substitutum, caret omni colore, quod transuersalis excludat filium in hereditate paterna contra. l. cum auus. de cond. & demon. Nec obstat, quod testator vocauerit masculos, & ideo videatur habuisse rationem familiae, vt bona in ea conseruentur, & sic in duxerit fideicommissum reciprocum, vt per Dec. consil. cclxxxvij. respondeo Dec. ibi concludit oppositum, quando dictio, masculus, est adiecta filijs tantum, nõ autem nepotibus, at in casu nostro ita est, quia qualitas masculina, non est adiecta nisi institutioni, non autem substitutioni, & ideo nõ trahitur ad alias personas: & ibi Decius dicit neque ad alium gradum, secundum Ioan. de Anan. consil. xxij. Auch. consil. cxx. Alex. consilio xxxvij. in vij. vol. xvij. las. l. qui filibus, de leg. & fideic. j. cum similibus, & dixi in l. Herenn. ff. de verbor. sign. Et etiam si traheretur ad alium gradum, aded, vt descendentes masculi solum censentur vocati, non tamen sequitur induci fideicommissum reciprocum, respectu alterius lineae transuersalis aduersus vim verborum per supra dicta. Non obst. consil. Soc. lxxxvij. in j. vbi consuluit in substitutione, quod si ambo decedant, & ex vno remaneant filij illi succedant, intelligitur succedat ambobus, tam patri, quam patruo. Sed certe ille casus est diuersus a nostro: verba sunt expresse contra hunc institutum: qui non est ex descendenti institutorum, vt cantant verba substitutionis. Sed ipse institutus, & nulla est reciproca, vt supra dixi, & rationes Socini ibi relatae sunt impertinentes ad casum nostrum, & ideo concludo cum superscripto domino consultore nullum fideicommissum subesse in casu nostro, & matrem admittendam. Et hec omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXXVIII. SVMMAE.

- 1 Substitutus ante institutum decedens, efficit substitutionem caducam.
2 Conditiones in gradu caduco adscriptae, non attenduntur, quia infirmato illo gradu, conditiones quoque nullius sunt momenti.
3 In fideicommissis locus est vulgari substitutioni.

- 4 In compendiosa substitutione inest vulgaris.
- 5 Vocatus sub conditione si ea non euenierit, non potest admitti tanquam sub contraria exclusus.
- 6 Regula, que habet quod conditione defecta substitutus excluditur, procedit nisi testator alias etiam suisset relictorus.
- 7 Fideicommissaria et vulgaris discrimen.
- 8 Spes fideicommissi conditionalis, non transmittitur.
- 9 Vitatio expresso, vitiatur etiam tacitum.

Sententia suprascripti domini consultoris subscribo, quam etiam scribendo solitus sum sequi, ut alias dixi lib. de verborum sign. iij. versic. sed iterum tandem obicitur. Nec me mouet, quod in casu nostro Bernardus primo loco substitutus decesserit relictis liberis, & sic non videatur euenisse conditio, sub qua fraternitas secundo loco vocata est, quam testator substituit, si Bernardus sine filiis moriatur, &c. Quia ad hoc, in quo vertitur cardo totius difficultatis respondeo, quod cum Bernardus ante institutum decesserit, substitutio eius effecta est caduca. l. j. cum igitur in h. C. de cad. toll. vnde conditiones in gradu caduco adscriptae, non attenduntur: quia in firmato illo gradu, conditiones quoque nullius momenti sunt. ut est text. in l. cohæredi. in prin. ff. de vulg. & pup. versic. nec intererit. vbi conditio post mortem primi non attenditur, sed substituto ultimo, locus est etiam si ante mortem primi substitutus prior decesserit, ad idem text. in l. Gallus. §. forsan. vbi dixi. ff. de lib. & posth. vbi nepos instituitur, secundum consilium Galli, sub conditione si post mortem filij nascitur dato, quod viuente filio, sit natus, & sic conditione defectus, non impedit quin pronepos, perinde, ac sublato de medio iplo priore substituto, admittatur: & ratio est (ut dixi) quia perempto priore gradu: non attendimus ad conditionem defectum, sed nihilominus ultimo loco substitutus admittitur, ut etiam dicit Dec. in allegato consil. ccccxvii. clarum enim est etiam in fideicommissis, locum esse vulgari substitutioni. l. vt hæredib. ff. de lega. ij. vbi doct. l. j. §. fin. autern aliquid. C. de cad. toll. quando ergo testator dicit, si Bernardus absque filiis decesserit, substituo fraternitatem, &c. tunc hac compendiosa inest vulgaris, que est, si Bernardus hæres esse non possit, ex qua fraternitas succedit: euenit autem conditio vulgaris substitutionis: quia cum præ mortuus sit hæredi scripto, non potuit succedere, sed substitutio sua fideicommissaria effecta est caduca, vnde eius conditiones non attendimus an reliquerit liberos, vel non reliquerit, sed duntaxat ad conditionem vulgaris ex qua fraternitas admittitur loco Bernardi. & ad conditionem ipsi, primo hæredi adscriptam, secundum quam fraternitas loco Bernardi vocatur, & ita sentit Bar. in d. l. quandiu. j. de acquiren. hæc. cum eod. cor. Nec obstat regula tritissima, quæ habet quod vocatus sub conditione, si ea non euenierit, non potest admitti tanquam sub contraria exclusus. l. in testamento. C. de instit. & subst. l. qui habebat. ff. de vulg. vbi conditio. si antequam nuberet, quæ habet vim pupillaris deficit ipsa pubere effecta, ergo idem dicendum in casu nostro. Respondeo, quod regula quæ habet quod conditione defecta substitutus excluditur, procedit nisi testator alias etiam suisset relictorus, secundum gl. in l. j. C. de instit. & subst. q. est in casu nostro, appositum enim testator conditionem Bernardo, si sine filiis decesserit. in ipsius Bernardi fauore, qui alias etiam si filios habuisset grauatus esset restituere, secundum Bartol. in l. illis libertis. ff. de condit. & dem. vnde si ipse Bernardus hæres non sit, quia mortuus, non potest eius fauor in consideratione esse, nec hoc professe d. Blasius hæredi legitime debet, cui manifesta testatoris mens fraternitatem prætulit, satis ergo est hæreditatem cum Petri instituti oneribus ad fraternitatem esse translata. non cum oneribus Bernardi, qui de medio sublatus est vt diffusè consuluit Paul. de Cast. in consil. clij. pñens dubitatio videtur formari, in primo. secundum nouissimam impressionem, quem refert, & sequitur Alex. consilio cxxxix. in vj. volum. de quo dicendum est, ut etiam per Socin. consilio liij. in j. Corn. consilio cxcviii. in

ij. Curt. consil. liij. Ias. consil. cxlviii. cum similib. Nec obstat consilium Corn. clxxx. & seq. volum. iij. vbi tenet, & consuluit contra communem, & mouetur rationibus minus sufficientibus, & in primis: quia conditio illa decesserit sine filiis, sicut inest respectu fideicommissarie substitutionis, ita etiam debet censi inest respectu vulgaris, vt fiat pariformis determinatio. l. iam hoc iure. ff. de vulg. respondeo, dicta regula non procedit, quando ratio differentie subest in vtrunque casum secundum Ang. in §. hinc nobis. in authent. de hæred. & Falc. per gloss. ibi. in verb. præsidium. Imo. in l. Caius. ff. sol. mat. Aret. l. cohæredi. §. qui discretas. de vulg. Ias. d. l. iam hoc iure. Decius in l. in testamento. iij. not. C. de test. mil. sed in casu nostro subest euidentis differentia, in fideicommissaria: quia Bernardus iam adiuisset hæreditatē, aliis enim grauari non potuit. d. l. cohæredi §. cum filia. facit testator mentionem filiorum ipsius, vt esset ipsis saluum ius ab intestato succedendi patri in illis bonis, secundum gl. in l. Lucius. ij. de hæred. instit. In vulgari verò hoc est impossibile: cum Bernardus non habeat. nec ad filios transmittat: quia spes fideicommissi conditionalis non transmittitur, secundum gloss. communiter approbatam. in l. j. C. de iis, qui ante aper. tab. nec debet hoc prodesse d. Blasio, venienti ab intestato, cui testator fraternitatem prætulit. Quod si daremus casum, in quo isti filii in conditione positi proximiores hæredi essent, & sibi non aliis prædesent, tunc posset procedere Cornæi consultatio, & sedere distinctionis opiniones concordari facit, quod not. Soc. in l. cum auus. versic. limitatum opinionem. ff. de cond. & dem. & Dec. consil. ccccxvj. cum ergo in proposito casu filius Bernardi faceret deficere conditionem non ad utilitatem suam, sed d. Blasio apparet manifesta ratio differentie, cur conditio non modificet vulgarem, sed fideicommissariam tantum. Mouetur etiam per text. in d. l. qui habebat. ff. de vulg. & pup. vbi filia substituta pupillo prædecesserit, non admittitur vxor, & soror, secundo loco ipsi filia substituta, quia conditio si antequam nuberet, id est, si in pupillari ætate decessisset, euanuerat, respondeo per pubertatem filia euanuit, non solum pupillaris, sed etiam vulgaris, quæ illi inerat, secundum Bartol. in l. j. q. pen. ff. de vulg. vbi Alex. Aretin. ceteri qui vitatio expresso, vitiatur etiam tacitum, vnde non potuit vxor, & soror succedere ex vulgari, quæ nulla erat, sed in casu nostro, in compendiosa adest vulgaris non tacita, vt per Bar. in l. Centurio. de vulg. ex qua potest vltimus substitutus admitti. Præterea ibi tractatur de diuersis hæreditatibus, cum enim filia esset ex hæredata, diuersa est ipsius hæreditas ab hæreditate fratris instituti, at in casu nostro tractatur de eadem hæreditate, ad quam sublato medio vltimus substitutus admittitur, secundum regulam. d. l. cohæredi. & d. l. quandiu. versic. is autem, qui tertio, &c. Et ideo concludo, secundum supradictam fraternitatem esse admittendam.

- CONSIL. LXXXIX. SVMMÆ.**
- 1 Substitutio, in qua facta est mentio mortis, dicitur compendiosa, quæ continet fideicommissariam.
 - 2 Vna pars testamenti aliam declarat.
 - 3 Vulgaris substitutio potest fieri in fideicommissis.
 - 4 Adita hæreditate, fideicommissum expirat.
 - 5 Inuocatis per alternatiuam, non inducitur fideicommissum.
 - 6 Clausula codicillaris, facit vt reciproca contineat fideicommissariam.
 - 7 Clausula codicillaris inefficacia.
 - 8 A vulgari substitutione, potest testamentum vires sumere.
 - 9 In testamento inter liberos, semper censetur inesse clausula codicillaris.
 - 10 Vulgaris locus et effectus.

Via fat diffusè allegatum est hætenus in hac causa, quæ iudicio meo, satis clara, & aperta est, solum respondeo argumentis, quæ nouissimè per acutiss. iudicem sunt adducta. In primis dicitur, quod prima substitutio est, fideicommissaria per illa

illa verba si decesserint sine filiis, &c. tunc enim sit facta mentio mortis, dicitur compendiosa quæ continet fideicommissariam, secundum gloss. in l. in testamento. in gl. ff. C. de test. mil. quam ibi commendant, & sequuntur omnes doctores. & Guid. Pap. quaest. 539. Soc. xij. in ij. cum similibus, ergo videtur, quod omnes subsequentes sint, etiam ipse fideicommissaria, cum t vna pars testamenti aliam declarat. l. si seruus plurium. in fin. ff. de leg. i. l. j. C. de imp. Soc. consilio ccl. Ad hoc respondeo, non esse dubitandum, quin prima substitutio, & sequentes sint fideicommissariae, nec in hoc vertitur difficultas, sed disputationis nostra est in illis verbis aliter superueniens, seu eius legitimi filij succedant, an dicti filij sint ipsi vocati per fideicommissum respectu patris sui, ita quod pater videatur grauatus illis restituere, an verò sint vocati duntaxat per vulgarem substitutionem, quæ potest fieri etiam in fideicommissis. l. vt hæredib. ff. de leg. i. l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Treb. el. & dico, quod sunt vocati solum per vulgarem, adeo quod, si adita hæreditate per patrem expirat fideicommissum, iuxta l. post aditam. C. de impub. & quod vocati per alternatiuam, prout in casu nostro, quod censentur vocati ordine successiuo solum per vulgarem, non autem per fideicommissarium, est text. in d. l. cum pater. §. pen. ff. de lega. ij. prout cum intelligunt Raph. Alexand. Aret. & ceteri Mod. vno ore. in d. l. Gallus. §. j. & licet aliqua difficultas fuerit, quando vocarentur per coniunctam, seu copulam, tamen in alternatiua res est clara, & expedita non induci fideicommissum, & tenet Socin. consil. cxvij. in j. Ripa. d. l. hæredes mei. §. fin. nec ista opinio habet aliquem contradicentem excepto Dec. in d. consil. 95. in j. dub. qui tamen loquitur in diuerso casu, vt alias dixi. Rursum non obstat, quod plures facti sint gradus substitutionum, & ideo filij viderentur per fideicommissum vocati, secundum Pet. de Anch. consil. lxxiiij. Alexand. lxxiiij. v. respondeo, Per. de Anchar. loquitur in casu diuerso à nostro, & in alia quaestione quando testator ponit filios in conditione, quia secundum gloss. in l. Lucius. ij. de hæred. instit. communiter approbatum, non censentur vocati, tamen hoc fallit secundum eum, quando facti sunt plures gradus substitutionum, sed questio nostra non stat in hoc, quia verba testatoris sunt clara vocatis istos filios, verum dubitatio est, quomodo vocauerit an per vulgarem casu, quo aliter superueniens decesseret hæreditate nondum adita, an per fideicommissariam, casu quo iam adiuisset, quod censetur grauatus restituere filijs, & supra conclusi per solam vulgarem esse vocatos. Præterea est aduertendum, quia illa opinio Anchar. non est vera, nec communiter approbata est, & ideo Soci. consilio lxxij. in fin. in ij. dicit de ea non esse curandum & Mod. apostillator ad consil. Alexan. lxxiiij. in v. dicit quod fuit quedam phantasia à doctores omnibus reprobata præsertim à Socin. consilio lxxiiij. in ij. & Alex. clxxxv. in ij. xij. in iij. Raph. Com. consilio cxxj. Gerardus & Soc. in dicto consilio lxxij. in fin. allegat multos alios, qui contra Anchar. consuluerunt, & contra eum etiam tenet Ripa. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. l. vbi dicit quod dicta opinio Anch. communiter reprobatur. Vltimò adducitur virtus clausulæ codicillaris. qua facit vt reciproca contineat fideicommissariam, secundum Bald. & Imol. l. verbis de vulg. Socin. consilio xliij. in v. & consil. vj. eod. lib. Sed ad hoc respondeo, quod in reciproca propter vim dictæ clausulæ verbum substituo, intelligitur etiam per fideicommissum, sed in casu nostro in quo vocantur Philippus, & Nicolaus seu eorum filij, esto, quod vocentur per fideicommissum iniunctum primo decessenti, non tamen verba inferunt etiam secundo impositum fuisse dictum onus, vt teneatur restituere suis filijs, & sic verba clausulæ non possunt applicari ad hunc casum. maxime tunc cum clausula stet conditionaliter, si non valet iure testamenti, valet iure codicillorum. at in casu nostro valet iure testamenti: quia tunc inducit vulgarem substitutionem, à quo potest testamentum vires sumere. l. iij. §. fin. de lib. & posthum. ergo non verificata conditio-

ne, dicta clausula nullius est effectus. Fortius dico, quod dicta consultatio Soc. est valde periculosa, vt ipsomet fateatur, dico ego quod est contra textum in d. l. Gallus. §. j. secundum quartum casum vbi ista verba, filium instituo, nepotem substituo non important fideicommissum, dicit ibi Alex. post alios reprobata quadam opinione Baldi in l. humanitatis. C. de impu. & tamen in tali testamento, quia inter liberos semper censetur inesse clausula codicillaris, secundum gloss. communiter approbatam in l. cohæredi. §. cum filia. in fin. ff. de vulg. vbi Ias. allegat concordantes. Præterea contra dictam opinionem tenuit Bald. consilio clxxx. ad fin. in v. Dec. consilio cxcxi. & in l. precibus. C. de impub. vnde concludo non posse in casu nostro fieri fundamentum super dicta clausula. Nec me mouet, quod compendiosa continet vulgarem, & fideicommissariam, secundum quod casus euenit, vt eius virtute bona deuoluantur, secundum gl. Felin. in ca. in præsentia. de prob. & dicunt omnes in l. Centurio. Respondeo nostra quaestio non est de compendiosa, quæ potest dici subesse inter istos hæredes, & fideicommissaria; illis substitutos, sed est de alternatiua illa. Seu eius legitimi, &c. quæ tunc inducit vulgarem in fideicommissum, secundum d. l. cum hæredibus. id est, quod filij non vocentur, nisi casu, quo Nicolaus hæres esse nolit, aut non possit. vnde ipse hærede existente, euanuit substitutio respectu dictorum filiorum. d. l. post aditam. Et hæc omnia: saluo semper saniore iudicio.

- CONSIL. XC. SVMMÆ**
- 1 Dicitio alternatiua, vel, quid operetur.
 - 2 Habens minores ordines, & incedens vt Laicus sine habitu & tonsura ecclesiastica, videtur habendus pro mero seculari.
 - 3 Habens minores ordines non prohibetur à matrimonio.
 - 4 Relatiuum, quis, vel qui, quid denotet.
 - 5 Ordines minores strictè loquendo, non dicuntur sacri, verè tamen sunt sacri.
 - 6 Habentes quatuor minores ordines, dicuntur proprie persona ecclesiastica.
 - 7 Pensiones non nisi personis ecclesiasticis assignari consueuerunt.
 - 8 Tempus conditionis euenientis, maxime est attendendum.
 - 9 Verbum fuerit, verificatur in tempore præterito, quia est futurum exactum, & vtrunq. tempus comprehendens.
 - 10 Clericus contigatus fruatur multis privilegijs, tanquam ecclesiasticus, & tamen ducit vxorem.
 - 11 Condicio repugnans fauori ecclesie, pro non scripta habetur.
 - 12 Renunciatio inefficacia.
 - 13 Testator videtur secundum communem opinionem verba sua protulisse.

Ideicommissum sic habet, Et si dictus Camillus decesserit sine filiis legitimi, tunc substituo dictum primogenitum, vel tertio genitum, qui non fuerit persona ecclesiastica, &c. & supra vocauerat eum, qui tamen sit secularis persona, & non aliter, &c. modo contingit, quod eueniente casu substitutionis, primogenitus erat clericus, & etiam habebat quatuor ordines sibi collatos etiam de consensu testatoris. Item habuerat quasdam pensiones, quibus fuerat gauisus per aliquot annos, licet tunc non haberet, quia eas remiserat, habebat etiam regressum ad canonicatum ecclesie Mediolanensis, de quo remittendo fecerat mandatum licet adhuc procurator constitutus non remississet. Queritur an admittatur ad substitutionem, an verò sit excludendus, tanquam persona ecclesiastica, & non secularis? Et videretur prima fronte esse admittendus, excluso tertio genito: quia testator ipsum vocat vel tertio genitum, &c. quæ alternatiua, tunc vel facit, vt tertio genitus sit in hoc fideicommissum substitutus, duntaxat vulgariter iuxta l. hæredes mei. §. ff. ad Treb. vbi Mod. & l. cum pater. §. pen. ff. de leg. ij. per Bartol. & doctores in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posthum. quæ vulgaris expirat, si primogenitus ipse sit admittendus iuxta l. post aditam. C. de impub. & quod habetur in l. vt hæredibus. ff. de leg. ij. Et q. sit admittendus.

mittendus facit, quia quamvis habeat ipsos minores ordines, tamen intellexit semper ut laicus, nec iuravit in habitu, & confusa ecclesiastica vnde videtur habendus pro merito seculari. ca. licet in gloss. verb. seculares. de off. ord. salvo tamen privilegio fort. prout habetur in cap. Ioann. de cler. coniug. per Abb. in c. transmissam. de elect. maxime si gerat actus contrarios professioni ecclesiast. xxxij. q. j. c. cum renuntiat Abb. c. fin. de cler. coniug. Inno. c. j. de apostat. Suadet hoc etiam ex mente testatoris, qui gravavit eum in casum, quo decederet sine filijs legitimis, vnde non videtur esse exclusus, qui potest ducere uxorem, & habere liberos legitimos, secundum not. in l. hereditibus. ff. in ff. ad Trebel. non enim est dubium, quod si habens meliores ordines non prohibetur a matrimonio. c. j. d. c. Ioannes. extra. de cleric. coniug. vbi Abb. & ceteri. c. cum ex eo. de elect. lib. vj. & xxxij. distin. can. seriatim. Et nisi ita diceremus videretur huiusmodi conditio, qui non fuerit persona ecclesiastica, & c. sit habenda pro non scripta, tanquam submouens a vita contemplativa per text. in ff. sed hoc presentia. in auth. de sanctis. episc. & que habentur in c. in presentia. extra. de prob. & in authen. nisi rogati. C. ad Treb. Sed iis non obstantibus, puto verior opinionem esse, quod iste primogenitus excludatur: quia verba testamenti sunt clara dum dicitur in eo, qui non fuerit persona ecclesiastica, quod est relatiuum importat conditionem. l. Strychum, qui meus. ff. de leg. j. quae conditio exclusiva euenit: quia non potest negari, quin iste sit persona ecclesiastica, cum non solum sit clericus, sed etiam habeat quatuor ordines minores, scilicet, hostiariorum, lectoris, exorcistae, & acolythi. vnde merito appellatur persona ecclesiastica, ut est text. in c. j. de foro compe. lib. vj. vbi gl. super verb. personas ecclesiasticas. quia licet tales ordines stricto loquendo non dicantur sacri, secundum glo. xxxj. distin. c. j. in fin. tamen vere sunt sacri, secundum glo. xxxij. distin. in summa Abb. c. clericus. extra. de vita honest. cler. quia ecclesiastici, & tales dicuntur gradus eorum, qui in ecclesia deseruiunt. xxi. distin. can. clericos. in prin. & c. perlectis. xxv. dist. vnde non est dubitandum, quin proprie loquendo tales personae dicantur ecclesiasticas. facit & gl. in cle. j. de aet. & qual. Et hoc maxime est dicendum in casu nostro, in quo presupponitur quod iste primogenitus etiam aliquibus annis possederit redditus ecclesiasticos, scilicet clericatum, & etiam pensionem, quae non nisi personae ecclesiasticae consuevit assignari, secundum Ar. hid. cap. quatuor. j. de praeb. lib. vj. And. Sicul. c. ad audientiam. de rescript. maxime si data sit in titulum, ut per Fel. in c. de quarta. extra. de praescript. & quae habetur per eundem c. postulat. de rescript. Et quamvis tempore euenientis conditionis, quod est maxime attendendum. l. ex facto. ff. pen. ff. ad Trebel. gl. statutum. verb. canonicis. in fi. de rescript. lib. vj. And. Sicul. confil. xxxij. in ij. dub. in vol. ij. iam remississet talem pensionem, tamen verba conditionis obstant, dum dicitur fuerit persona ecclesiastica, & verbum enim illud, fuerit, verificatur etiam in tempore praeterito: quia est ut Grammatici dicunt futurum exactum, id est, utrunque tempus comprehendens, ut habetur in l. si quis stipulatus sit Strychum, aut Pamphilum. ff. de verborum oblig. in l. Strychus feruus. ff. de manum. testam. l. cum certus. ff. de vino tritico & oleo leg. Fortius etiam nunc dicitur esse beneficiarius, cum habeat regressum ad canonicatum ecclesiae Mediolanensis, & licet superioribus annis constituerit procuratorem ad renuntiandum dicto regressui, tamen procurator non est executus mandatum, nec renuntiavit, vnde ius adhuc in ipso remanet, prout remanebat tempore euenientis conditionis. cap. ex parte Decani. extra. de rescript. gloss. clem. j. verbo, mandauerit. de poenis: & quae habentur per Bartol. in l. qui mihi. ff. de donat. & potest (si vult) reuocare mandatum. l. iij. ff. in autem. ff. de manum. vnd. cap. fin. vbi not. de procur. in vj. & nihil refert, quod etiam nunc obduraret nolle ut regressu: quia satis est, quod tempore euenientis conditionis potuerit uti, attenditur enim illud tempus tantu,

vt dixi. l. filiusfam. ff. cum quis. ff. de leg. & fideicom. j. & quia satis est conditionem semel euenisse. l. penult. C. de cond. insert. vbi Bald. & idem Bald. in l. j. C. de furtis. Et hoc tenendo non obstant allegata in contrarium. Et primo quod iste nunquam inceserit in habitu, & tonsura: quia non per hoc dicitur manus esse persona ecclesiastica: nec perdit beneficium fori, nisi post admotionem, vt dicitur in iuribus allegatis, & quamuis possit dici clericus secularis, per rationem gloss. in d. c. licet. non tamen simpliciter potest dici persona secularis per supradicta. Nec in facto asseritur, quod iste exerceat aliquod directo repugnans ecclesiastico ordini, puta si accessisset ad militiam, vt per Inno. & Abb. in locis supra allegatis. Nec obstat, quod testator considerauerit, quod possit ducere uxorem, & suscipere filios propter verba conditionis. Si decederit, & c. quia considerauit eum in primis quod non sit ecclesiastica persona aliam etiam clericum coniugatum frui multis privilegiis, tanquam ecclesiasticus, & tamen ducit uxorem, vt habetur extra, de cle. coniug. per totam. Nec obstat, quod videretur hoc per conditio habenda pro non scripta, tanquam repugnans fauori ecclesiae. d. y. sed & hoc presenti. respondeo, quod text. ille in dicta authen. est exorbitans, & non est extendendus extra casum suum videlicet in ingrediente monasterium, ne remoueatur a vita contemplativa, & ideo secundum docto. communiter non habet locum in clericis, vel presbyteris secularibus, nisi secundum aliquos, quando quis se vouisset ecclesiae seculari, vt habetur per gloss. & omnes docto. in dicta auth. nisi rogatus. C. ad senatus. Trebel. & per canon. in cap. in praesentia. de probat. vnde apparet, quod non procedit in casu nostro. Non obstat vltimo si diceretur, quod nec iste tertio genitus videtur admittendus: quia etiam ipse est clericus, licet non habeat quatuor ordines minores: & ei facta per testatorem renuntiatio quorundam beneficiorum: cum ipse testator esset infirmus: & in extremis laboraret. Respondeo enim quod ista renuntiatio fuit facta absenti: qui nunquam acceptauit, & fuit nulla ex regula cancellariae: quia non superuixit tempore debito, & sic non potest dici iste beneficiarius, nec etiam habet ordines minores, sed nudus clericatus sibi vix infantiam egresso collarum, & non videtur testator de exclusione talis intellexisse, qui secundum communem existimationem hominum habetur pro merito seculari, & videtur testator, & ipse secundum communem hanc opinionem verba sua protulisse. l. si chorus. ff. de lega. iij. l. Labeo. ff. de hered. inst. & ibi per Bart. facit text. in l. quo loco. ff. j. ff. de hered. inst. & quod ibi per docto. & per las & Purp. in l. certi conditio. ff. pen. super verb. cum quotidie. ff. si cert. per. cum similib. Et ita mihi videtur iuris esse. saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XCI. SVMMAE.

- 1 Deficiente conditione, deficit substitutio.
- 2 Instituto ventre, intelligitur non solum, qui tunc est praegnant, sed etiam qui erit.
- 3 Verbum pareret, quid comprehendat.
- 4 Legatum factum a substituto, non debetur si ille heres esse non possit.
- 5 Propter vim taxatiuae locutionis in vulgari, non continetur tacita pupillaris.
- 6 Fideicommissio, impubere mortuo, locum esse.
- 7 Quamuis alias excluso herede etiam extraneo, legata corrumpat, hoc non procedit stante clausula codicillari.
- 8 Verba pleno iure debent intelligi secundum subiectam materiam.
- 9 Taxatio vno respectu posita ad alium non trahitur.

Duo capita sunt testamenti ser Andree. Primum est continens institutionem casu, quo venter pareret, masculos heredes instituit, & casu quo decederent in pupillari, vel quocumque sine filijs relinquit possessionem fratribus, & c. Alterum est caput casu, quo venter non pareret masculos, & tunc instituit heredes vniuersales certos agnatos, & uxorem dominam, & usufructuariam matris filiae, vel si alias feminas pareret, possessionem villa Franca, & c.

cas inuicem sibi substituit, si sine filijs decederint in pupillari, vel quocumque, & c. dubitatum est, mortua Gentili, an admittatur d. Andrea. Et videretur quod non: quia substitutio illa est facta casu, quod venter non pareret masculos: ipsa autem peperit masculum, qui fuit superstes patri per aliquot annos, licet deinde impubes decederit: vnde deficiente conditione, deficit substitutio. l. vnica. ff. in autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. l. commodi simi. ff. de lib. & posthu. Aut ergo volumus dicere primum caput testamenti valere, & non esse praeteritione ruptum, quia, instituto ventre, intelligitur non solum, qui tunc est praegnant, sed etiam, qui erit vt videtur esse magis communis conclusio. Old. confil. 212. Ioan. And. Spec. rub. de test. Bal. confil. cxxij. & 128. j. Ang. confil. l. j. & per Alexand. Soc. Lan. c. & Rui. in l. placet. ff. de lib. & posthu. Alex. c. lxxix. 2. maxime ponderando in casu nostro vt verbum pareret quod comprehendit etiam futurum, vt per Barto. in l. j. quae est. ff. de iur. dot. & tunc clarum est, ex eo capite dictam possessionem non deberi, quia in eum casum nihil est relictum. l. quid ergo. ff. de leg. j. l. licet. vers. quid enim vbi las. eod. tit. Aut volumus dicere primum caput non valere, tanquam ruptum praeteritione, quia institutio ventris non continet, nisi posthumum, qui tunc esset in vtero, quae fuit sententia Paul. Castr. & Arer. in d. l. vidi. & tunc etiam si caetera sustinentur vigore clausulae codicillaris, secundum Bar. in l. qui filius. in fi. de lega. j. tamen hoc intelligitur saluis conditionibus, sub quibus sunt relicta. Bal. confil. c. lxx. in v. ad fin. Dec. in l. precibus. C. de imp. & confil. c. cxxj. at in casu nostro non euenit conditio, quia venter peperit, ergo, & c. Sed tamen puto locum esse fideicommissio in dicta possessione in fauorem d. Andree, quia illa verba, si venter non pareret filios masculos, comprehendunt vnum casum vulgari substitutionis, habent in se tacitam pupillarem, vt idem sit si pareret masculos sed decederent ante pubertatem, prout contingit in casu nostro, & de hoc est text. clarus in l. fin. C. de inst. & sub. Sed difficultatem in casu nostro facit, quia (vt ibi dicitur) talis pupillaris tacita non habet effectum contra matrem, adeo vt excludantur agnati de Valerij substitutione vniuersaliter in proprietate hereditatis, ergo idem dicendum respectu istarum fororum, quae particulariter substituta sunt in dicta possessione, & cetera quae legatum factu a substituto, non debetur si ille heres esse non possit, per reg. l. si nemo. de re iur. Secundo obstat, quia testator videtur fecisse talem substitutionem limitate, per illa verba tunc vt eo casu si adueniret, vnde propter vim taxatiuae locutionis in vulgari non continetur tacita pupillaris, secundum Pet. de Anch. confil. c. clv. ex serie testam. & Dec. confil. c. cxxv. & ita limitatur dispositio. d. l. si vt ibi per Bar. in j. no. Tertio obstat, quia testator in j. c. quando voluit facere substitutionem nato masculo, & deinde moriente hoc expressit respectu possessionis Fauentiae in loco dicto, il Cerra, ergo apparet quod in sequenti capite non ita intelligebat, alias expressisset. l. vnica. ff. in autem ad deficientis. C. de cad. tol. & in simili per las. l. qui filius. j. no. de leg. j. Io. de Anan. confil. xxij. Anch. confil. c. cxx. Alex. confil. 38. in vj. xvij. in 7. cum sim. Sed iis non obstantibus dico talem locum esse fideicommissio in dicta possessione, quia (vt dixi) conditio, illa si filios masculos non pareret, dicitur euenisse etiam quod pepererit, sed impuberes decederint, vt est text. in d. l. si licet & conditio, si filius in rerum natura non esset: verificatur casu, quo viueret & impubes decederit, secundum Ludouicum Roman. confil. l. j. quem sequitur Soc. in l. j. de vulg. las. confil. c. c. iij. in 2. & c. xxx. in 3. Cur. Jun. 83. & dixi in lib. 3. de verb. sig. vers. 2. quaeritur. Non obstat argumentum quod mater esset in medio: quia respondeo potest procedere quod ad exclusionem extraneorum heredum, non autem quod ad exclusionem filiarum testatoris, secundum Bar. in l. 2. versicula. d. dixi ff. de vulg. quem ibi sequuntur docto. arg. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & tunc quamuis alias excluso herede, quamuis extraneo legata concurrant d. le si nemo. tamen hoc non procedit stante clausula codicillari, vt habet

tur in l. eam quam. Cod. de fideicom. quae solutio caret omni difficultate, alia enim solutio quod imo mater ipsa sit vniuersaliter instituta, non est vera. cum ex verbis appareat esse particulariter instituta in usufructu tantum, vt in casu magis dubio per Dec. confil. c. clxxvij. & licet subdat pleno iure, videtur dictum ad excludendum concursum in usufructu, quem alias proprietarius habuisset. l. si alij fundum. l. Sempronio. in prin. vbi Bar. ff. de usufr. l. si tibi decem. ff. de usufr. earum rerum. quia t verba pleno iure, debent intelligi secundum subiectam materiam vt per lac. in l. si ita stipul. fuero. ff. Titius. ff. de verb. obli. Alexan. confil. l. vj. per lectis. lib. 3. Non obstat secundum argumentu, quia verba illa, tunc & eo casu, non sunt appposita taxatiue, ad vulgarem substitutionem, vt ideo minus comprehendat pupillarem, & restringatur institutio particularis de vxore, vel de filiabus, in dicta possessione facta, sed solum ad indicandum casum, quo filiae admitti debeant: nempe post mortem vxoris vel secunda vota quae mors vxoris proprie euenit, nec hoc respectu tractatur de vlla extensione ad casum omissum. Aduerendum ergo est, quo respectu posita sit taxatiue, vt si vno respectu posita sit ad aliu non trahatur. l. si vnus. ff. ante omnia. ff. de pac. l. ob es. C. de praed. min. l. illud. in fi. C. de sacros. eccl. Ale. l. j. C. de bon. pos. secundum rab. Rom. l. 3. ff. iurati. ff. de iur. iur. & licet dicta taxatio tunc & eo casu sit superius etiam posita, respectu legati pro capella construenda, non tamen est trahenda ad hunc casum diuersum, dict. ff. ante omnia cum si. Praeterea ergo non arbitror veram esse hanc opinionem, quod prohibeatur extensio, quando testator usus est tali clausula, quia hoc videtur contra text. in l. Galus. in prin. iun. cto. ff. & quid si tantu. ff. de lib. & posthu. & ibi Lan. Gall. in 4. no. vbi reprobat hanc sententiam & dicit quod Anch. mouetur alia ratione quam ista, & hanc opinionem etiam ego sum sequutus in 3. lib. de verb. sig. & idem tenet Lud. Gozad. confil. 64. in fi. Et etiam si vera esset dicta opinio Anch. & Dec. tamen debet intelligi in casu suo, vt procedat quando per talem limitationem admitterentur, magis dilecti a testatore, non autem quando excluderentur, prout in casu nostro has filia. Non obstat vltimum, quod testator supra expresserat, quando filij fuissent nati, & deinde in pupillari, & c. decederent, & c. Respondeo haec coniectura non est adeo efficax, vt id circo videamus noluisse testatorem in vulgari comprehendendi pupillarem, nisi quando aliter prouidisset separatim in singulis casibus. l. cum ex filio. ff. j. de vulg. Maxime cum appareat testatorem legatum pro capella construenda sub eadem conditione posuisse, sub qua, & istud de quo agitur vnde expressio pupillaris in illo, de clarat eius voluntatem etiam respectu istius arg. l. alij. ff. de adm. leg. Praeterea consilium illud Io. de Anna. xxij. & Alex. 38. cum similib. habet multos contradicentes, vt per Curtium Iun. confil. c. xxxix. de quo dixi in l. Herennius. ff. de verb. sign. Et haec omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONS. XCII. SVMMAE.

- 1 Quando subest incertitudo personae eligendae, de incertis non valet relictum.
- 2 Si quid est speciale fauore pie cause, ergo ius commune est in contrarium.
- 3 Conditio potest conferri in personam, quantumvis incertu, quia non continet obligationem, sed euentum facti, secus in legato, vel fideicommissio, quod continet obligationem.
- 4 Instituto quos Titius voluerit, non valet haec institutio, & est captatoria, & quare.
- 5 Si relinquatur expresse personae, & dubitatur qualis sit, heres soluendo videtur confirmare legatum, quod alias esset infirmitax.
- 6 Si dispositio ipso iure valet, licet obscuratur propter incertitudinem, tunc solutio subsequens confirmat actum.
- 7 Dispositio captatoria ipso iure est nulla.
- 8 Auth. hoc amplius. C. de fideicom. declar.
- 9 Qualitas coherens personae non potest transire in alios.
- 10 Voluntas etiam particularis, si sit captatoria, corrumpit.

Ratissimi consulti sententia accedo, quod illa clausula testamenti. Cum hoc, tamen quod ipsa Diamantes possit & debeat omnino eligere, et accipere de agnatione, &c. vel alibi prout sibi videtur vniuersum bene, & honeste natus & illi nominari facere de domo, &c. & illi constituere heredem vniuersalem, &c. que sic eligendi testator ex nunc instituit, & substituit heredem, &c. Quatenus referatur ad dictionem, vel alibi, si inefficax, & nullius valoris. Mouetor quatuor rationibus. Prima, quia hic subest incertitudo personae eligendae de incertis, quo casu relictum non valet, secundum Bartolum in l. quidam. ff. de rebus dub. quem sequuntur ibi doctores Raph. Iaco. Putius Paul. de Castr. & Socin. Secunda, quia communis conclusio doctorum, quod valeat relictum ijs pauperibus, quos haeres elegerit capitulo, cum tibi vbi no. extra, de testamen. & quod istud sit speciale fauore elemosynae & pietatis, ergo contrarium est ius commune. Ius singularare. l. quod verum. ff. de legibus, & sic in casu nostro, in quo non subest talis fauor. Tertia ratio est, quae colligitur ex regula generali, si in f. incertis. Instic. de legat. quae non est limitata, nisi, quando est persona incerta de certis: secus ergo si de incertis, vt in casu nostro, prout etiam probatur in l. Paulus. j. de reb. dub. vbi speciali ratione condicio potest conferri in personam, quamuis incertam: quia non continet obligationem, sed quantum facti, secus ergo in legato, vel fideicommissio, quod continet obligationem, vt ibi per Bartol. & doctor. Quarta ratio est, quia idem videmus in institutione cum testator dicit, *instituo, quos Titius voluerit*, dicitur captatoria, & non valet: quia nullius particulariter interest, qui possit Titium cogere ad eligendum, vt dicit Bar. in l. illa inst. de haered. inst. quem ibi sequuntur doctores, & Pau. Cast. in l. captat. C. de test. mil. ver. alio modo. & quod idem sit in casu nostro, etiam si in fideicommissio, firmavit Rapha. Com. in l. j. ff. de leg. 2. vbi Paul. Castren. in fin. idem tenet. & idem Raph. in l. cum quidam. 2. eod. titulo, nec habet ista opinio, quod ergo sciam aliquem contradicentem. Non obli. si diceretur, quod istud possit procedere, si mulier non elegerit, non enim potuisset arctari magis ab vno, quam ab alio. secundum postquam elegerit, videtur obligationem ex incertitudine nullam confirmasse: si autem videmus quod vbi persona ex aliquo futuro euentu confirmanda est, q. valet relictum, vt est casus in d. l. quidam. de reb. dub. ibi, siue quis alius restitutionem mihi, &c. si autem etiam videmus, quod si relinquitur expressa personae, & dubitatur, qualis sit haeres soluendo videtur confirmare legatum, quod aliis esset inefficax. l. 3. ff. si quis duo huc. ff. de adi. lega. l. si quis seruum. ff. inter. de leg. 2. l. duo sunt de test. tut. sed tamen ad hoc responderetur quod in casu dicti. l. quidem. futurus euentus pendebat a facto tertij in casu nostro pendebat a fratre haeredis. & eius voluntate: & ideo dispositio est captatoria, vt supra dixi. Nec talis dispositio potest videri confirmata per electionem factam: quia (vt recte distinguit Bar. in d. l. quidam.) aut dispositio ipso iure valet, licet obscuretur propter incertitudinem, & tunc solutio subsequens confirmata est. d. l. si quis seruum. ff. inter. & d. l. duo sunt Titij de test. tut. aut dispositio ipso iure nulla, & tunc secus. l. si quis pluribus. de reb. dub. per Din. c. in obscuris. de reg. iur. in vj. & iste est casus noster: quia dispositio captatoria est ipso iure nulla. d. l. illa institutio. d. l. captatorias. Nec obli. rursum, si dicitur quod testamentum de se est validum, & substitutio facta de d. Diamante, valebat in vim fideicommissi vniuersalis, quod aut sequitur, quod eligeret, & quod electus constitueretur haeres, non habet hanc interpretationem. vt ipso iure sit haeres, sed resoluitur in vim fideicommissi. l. filiusfamilias. ff. vt quis haeredem. ff. de lega. j. & verba illa, cum hoc tamen, &c. non inducunt conditionem, quae interim suspendat actum, sed adiiciuntur actui iam perfecto, & ideo inducunt dutaxat modum. l. Meua. de maer. test. l. 2. ff. de don. per Bartol. in l. quibus ff. Terminus. de cond. & demon. & declarat idem Bartol. consil. suo 4. si hoc ita est, videtur dicendum duplici ratione.

quod grauen illud teneat. Prima, quia potuit d. Diamantes cogi ad implendum voluntatem testatoris, secundum ordinem positum in authent. hoc amplius. C. de fideicom. & dato, quod actio non competisset alicui eligendo propter tantam incertitudinem, competebar tamen actio alijs personis nominatis in d. authent. Secundo, quia si substitutio, & testamentum de se tenuit, videtur hoc sufficere, & sustinebitur voluntas particularis, quamvis captatoria per tex. in l. Senatus. ff. legatum. de leg. j. vbi Christ. de Castellione. Sed tamen adhuc dico supra dicta non obitare. ad primum respondeo, quod d. authent. hoc amplius non procedit, cum tractatur de exequenda voluntate inualida, sicut est voluntas captatoria, & maxime in hoc casu, in quo agitur de electione per ipsam faciendam, quae si qualis cohaeret personae, nec potest transire in alios secundum regulam. l. j. ff. ne autem. C. de cad. tol. & quae habentur in l. centesimis. ff. de verb. obli. Ad secundam dico quod voluntas etiam particularis corrumpit, si sit captatoria. l. non nunquam. ff. de cond. & dem. l. captatoria. ff. de leg. j. & ideo nihil refert, quod alia testamentum valeat, & opin. Castellioni in d. l. legatum. est communiter reprobata, vt dicit Raph. Com. in d. l. j. de leg. 2. & las. in d. l. captatoria. in prin. C. de test. mil. Et istud etiam tenet Alex. las. Mod. in l. cum donatio nis. C. de transact. vbi quoties modus est captatorius, prout in casu nostro ipse modus tanquam impossibilis reijcitur & dispositio stat forma & censetur puta secundum Bartol. in authent. ingressi. C. de sac. eccles. & dixi latius in d. l. cum donationis. & haec pauca sufficiant cum de simplici subscriptione sum requisitus, quae omnia dicta sint.

CONS. XCIII. SVMMÆ.

1. *Hereditibus minus graue est prestare alimenta in domo, quam extra.*
2. *Qui se fundat in aliquo, illud probare debet.*
3. *Non debet compelli honesta matrona ad cohabitandum cum muliere impudica.*
4. *Impudicae mulieres de iure debent expelli, de vicinia pudicarum.*
5. *Testimonium de auditu non probant.*
6. *Confessio extrajudicialis confidenti praeiudicat.*
7. *Testes inuicem contrarij non probant.*
8. *Multa dicuntur, quae ad effectum non deducuntur.*
9. *Usufructuaria recedens a domo causa curandi filij, dicitur habere in eam causam recedendi, & debere habere alimenta, perinde ac si in domo permanisset.*
10. *Interpellandum ex causa non esse.*

Egati facti do. Constantiae, per maritum suum viuis verbis, satis inclino in eam sententiam, quod tale legatum sibi non deberetur, nisi in domo: quia licet videatur legatum respicere favorem vxoris, tamen respicit mixtum etiam fauorem haeredum: quia est illi minus graue prestare illa alimenta in domo, quam extra, vt dicit Bartol. in l. Caio. ff. Imperator. ff. de alimen. & cib. legat. & expressius, in consilio cccj. incip. quidam sibi filios haeredes, & Alexan. consilio clxxviii. in vj. volumine per totum. & licet videatur sibi legata habitatio in domo testatoris: deinde substituitur legatum alimentorum tamen putarem illam qualiter domus censeri, additam etiam alimentis, ex quo totum legatum ab eodem verbo, volo, regitur, ita quod illa qualitas est in eadem oratione, vnde merito qualificat totam per casum. l. Seia. ff. Caio. ff. de fund. instru. & legat. & ibi per Bartol. voluit ergo testator legare vxori habitationem, in domo tamen sua. Item alimenta in eadem domo, vt satis inducant verba quae clara sunt. Sed difficultas in nostro casu est, quia d. Constantia, dicit ex culpa heredis se non posse habitare in dicta domo, & clarum est, quod tali casu debentur legata extra domum, vt probatur in l. qui concubinam. ff. vxori. ff. de legat. 3. & in l. penultima. ff. vbi pup. educ. per Bar. in d. ff. Imperator & omnes scrib. in l. j. C. de leg. ista igitur negatiua, quod eodem modo

modo cum haerede habitare non possit, cum sit fundamentum intentionis ipsius do. Constantiae, per eam probari debuit in l. illa vbi in terminis. las. ff. de verb. oblig. & Petrus de Ancharano consil. 29. super quaesito. Sequitur Iaso. in dict. l. j. Et in casu nostro, videtur probata haec negatiua: quia per duos testes est probatum, quod heres habebat domi ancillam, qua utebatur pro concubina, & ista causa videtur sufficiens: quia non debet compelli honesta matrona, ad cohabitandum cum muliere impudica, vt probatur in l. non aliter. ff. de vfu & habit. vnum videmus quod de iure impudicae mulieres debent expelli de vicinia pudicarum arg. ff. in authent. de leno. & ita concludit Bal. & ibi And. Sicul. in apost. in l. nullus. C. de sum. trin. & fid. cath. Nec obstant tria, quae in contrarium adducuntur. Et primo, non constat de concubina nisi per testimonia de auditu alterius haeredum & testimonium de auditu non probat. l. testium. l. solam. C. de testib. Nam respondeo, quod istud non dicitur testimonium de auditu, sed attestatio confessionis extrajudicialis ipsius Nicolai, qua confessus est se habere illam in concubinam, & talis confessio sibi praeiudicat. l. vnica. C. de confessis. l. capite. v. ff. ad legem Iul. de adult. & tantum maxime cum alius cohaeret Alphonsus eius frater habitet ruri, & iste cohabitaret in vrbe cum d. Constantia, cui non debuit adungere concubinam iuxta l. illud. *Morbida facta pecus insicit omne pecus.* Non obstat secundo, quod probatum est per duos testes, quod ipsa non recessit ex illa causa, sed causa curandi quendam suum priuignum. Nam respondeo, tribus modis. Primo quod illi testes non probant: quia inuicem sunt contrarij. l. qui falsis. ff. de testib. l. eos. ff. de fals. nam primus dicit affuisse illi pro testationi solam d. Nicolai. Secundus dicit quod aderat etiam Alphonsus, & satis videtur primus non perfecte deponere, qui nihil dixit de praesentia Alphonsi, vnde non probat & praesumitur falsus, vt est glossa in l. Lucius. ff. de ijs, qui notant infamia. cum concordant per las. in leg. fin. C. de bon. poss. secundum tab. & tacit. in capitulo, primo extra, de crim. falsi. Item primus testis dicit illam protestationem factam ad interrogationem d. Nicolai. Secundus dicit postpositum, quod imo a se ipsa protestata est: non ad interrogationem alicuius. Item secundus testis dicit, quod non nominauit, cuius causa in specie vellet recedere. Primus vero dicit, quod nominauit filiatrum, & satis hinc apparet istis tanquam testibus in Susanam fidem esse abrogandam. Secundo respondeo quod dato, quod protulerit illa verba, non tamen sequitur, quod deinde recesserit ex illa causa, quia multa dicuntur, quae ad effectum non deducuntur. l. si. C. ad fenatus. Silla. & potuit tunc ea verba dicere ne faceret excaescere dictos haeredes, in quorum aedibus erat. Tertio responderetur, quod si ipsa recessisset causa curandi filij, vel filiatrum videtur iusta causa recedendi, & debet habere alimenta, perinde ac si in domo permanisset. l. si quis ita legauerit. ff. de cond. & dem. Tertio non obstat, quod vxor debuit interpellare haeredes, ne tenerent concubinas. l. quidam hyberus. ff. de seruit. vrba. praedio. Nam respondeo, quod si haeres incidere in poenam ex mora, tunc requiretur interpellatio, sed incidit ex delicto: quia inducendo meretrices in domum, & faciendo eas cohabitare cum pudicis, facit vt licite vxor poterit recedere, & tali casu interpellatio non est necessaria nisi de vrbinitate, de qua loquitur praedictus l. Proculus, & ita eam intelligi etiam Aretinus. & Felin. in capitulo, secundum extra, de accusat. & in capitulo, cum re. de re iudic. Iaso. in leg. certi condicet in princip. ff. si certum per. Barb. consilio vij. in secundum. Imo fortius talis interpellatio praesumitur facta secundum Ludouicum Rom. in sing. cccxxvij. qui debet sequitur Felin. in capitulo, nouit ad finem. extra, de iudic. & maxime in casu nostro, in quo per duos testes probatum est de confessione Nicolai asserentis, quod omnia illa faciebatur de dicta domina ab eius domino recederet. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XCIII. SVMMÆ.

1. *In testamento requiritur, quod testes videant testatorem, et istud est de solennitate testamentaria.*
2. *Infirmi vox propter aegritudinem, plerunquae alteratur.*
3. *Solennitas in testamento requisita, propter pestem conseri debet remissa.*
4. *Lex multam suscipitur falsitatem in testamento.*
5. *Melius est quod venientes ab intestato succedant, quam remittantur solennia, vnde de facili possit falsum committi.*
6. *Valeret consuetudo, per quam diminueretur numerus testium in testamento, sed non valeret, quando per consuetudinem induceretur, quod testes non viderent testatorem, propter timorem falsitatis.*
7. *Codicilli habent similitudinem cum testamento, non autem cum contrahibus, vnde debent fieri in conspectu testium, sicut testamentaria, non autem sufficit solam vocem audiri sicut in contrahibus.*
8. *Instrumentum non probat, nisi quatenus notarius est rogatus.*
9. *Defectus testium cum constet ex lectura testamenti, dicitur esse notorius.*

Dubitatur nunquid testamentum in quo interueniunt notarius, & testes, qui testatorem per se contactum non viderant, sed solummodo mediante cortina, vel causula asserunt audierunt valeat. In quo puncto breuiter procedendo dicendum est, quod non, in testamento enim requiritur quod testes videant testatorem: & istud est de solennitate testamentaria, vt est tex. in l. si non in speciali in verbis in conspectu. C. de test. & ibi firmant omnes. & ratio est, quia alia possent fieri multae fraudes, ex quo nocet a quibusdam fecerim alsimilantur secundum Cin. & docto. ibi & hoc praesertim in infirmo, cuius vox propter aegritudinem plerunquae alteratur. l. iubemus. C. de test. l. hac consulti sumi. ff. at cum humana. C. qui test. fac. poss. Nec obstat, quod talis solennitas propter pestem deberet conseri remissa. arg. l. fin. Bald. & Nic. Matar. C. de testam. vbi per illum tex. voluit quod tali tempore valeat testamentum, quamuis deficiat solennitas, quoad numerum testium, et dicit ibi las. post Flor. quod ista opin. est aequior, idem tenet Ang. de Are. in tract. de test. in verb. nuncupatiuum. And. Sic. consil. lxxxvij. prop. est lib. 4. vbi multa similia allegat, praesertim de cisionem Ang. in l. si vacantia. de bo. vac. lib. x. & ita etiam nouissimè consuluisti Dec. con. 284. per totum. Nam respondeo, quod contraria opinio est verior: quia etiam tali casu militat ratio dictae solennitatis: flet enim multum suspicatur falsitates in testamento, d. l. iubemus. si autem huiusmodi falsitates fabricantur, eo maxime tempore fabricantur, cum pestes infirmos paucos reperiantur, & omnes eos vitent: vnde propter immittens periculum cautius, fuit agendum, nec aliquid remittendum de solennitatibus, & melius est quod venientes ab intestato, succedant quam remittantur solennia, vnde de facili possit falsum committi: vt dicit no. Soc. consil. lxxxv. in fin. in 4. vol. vnde merito dicendum est dictas solennitates etiam tempore pestis requiri, prout est tenuior opin. scribentium in d. l. si. quam tenet Ang. Ful. Paul. Castr. Alex. Ioan. Baptista de sancto Seuerino, Cor. in d. l. si. Iac. de Bel. in ff. j. in aut. quib. mod. nat. eff. sui. Bar. in l. j. ff. de bon. poss. ex test. mil. Fran. de Are. in l. haeredes palati. in pri. ff. de test. And. Soc. con. 58. in j. R. in rep. aut. similitur. in 34. special. C. ad leg. Fal. & late consuluisti Soc. in d. consil. 87. vbi respondet ad omnia allegata in contrarium: & ideo non est opus hic transcribere, & etiam Alex. in d. l. si. in det. vnde dicendum est, vt per eos. & si Dec. in praedicta allegato consilio, vidisset has omnes auctoritates, non dubitasset, quin ista esset magis communis opinio: Fortius dico, quod etiam si vera esset conclusio, quod tempore pestis cesset solennitas, q. ad numerum testium, tamen in casu nostro non debet cessare ista per quam requiritur vt testes videant testatorem: magna enim est ratio differentiae inter vtrumque casum: facilius enim debet remitti prima solennitas, ex quo non est verisimile quod propter hoc illi, qui ad sunt velint dicere falsum, sed si testes

non videant testatorem omnes possent decipi, si ille qui testatur faceret testamentum Gonelle, & simularer vocem defuncto: vnde videmus quod de iure canonico est remissa solennitas numeri testium, c. cum estes. c. relatu. extra, de test. & tamen non sunt remissae ceterae solennitates, vt dicit Soc. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obli. & per And. sic. in d. consil. lviij. & quod no. Ang. & Pau. Castr. in l. j. ff. de test. vbi concludunt, quod si valet consuetudo, p quam diminuitur numerus testium in testamentis, sed no valet, qn per consuetudinem induceretur q, testes no viderent testatorem propter timorem falsitatis, sequitur las. in l. cunctos populos. in 4. q. prin. Bar. C. de sum Trin. & fide Cath. Non etiam obstat quod saltem testamentu istud debet sustineri per clausulam codicillarem: quia in codicillis non videtur requiri: quod testes videant, sicut nec donatione causa mortis, & ceteris contractibus, vt in terminis dicit Marhesil. in no. suo 125. no. quod dicit. & videtur sequi Alexand. & las. in d. l. si non speciali, nam ad istud argumentum respondetur pluribus modis. Et primo dico, quod ista decisio non est vera, & confunditur per doct. Bar. in l. 2. ff. de leg. j. vbi si codicilli habent similitudinem cum testamentis, non autem cum contractibus: vnde debent fieri in conspectu testiu, sicut testamenta, non autem sufficit sola vox audiri, sicut in contractibus: probatur hoc etia in l. iubemus. verfi. quod si non fuerit. C. de test. vbi tex. ponit quosdam solennitates testamentorum, & inter alias ponit hanc quod fiat nuncupatio voce coram testibus, alias neque in toto, neq; in parte valeat: nam si posset sustineri iure codicillorum aliquo modo, valeret quod est contra mentem tex. Item ratio presumptra falsitatis, habet locu etiam in casu isto, vnde no est in hoc in ducenda differentia, licet aliud sit in contractibus: in contractibus. n. agitur de re, cuius veritas potest patere, ex facto agentium, sed in vltimis voluntatibus agitur de probanda voluntate, amplius non existens in rerum natura, qui non potest detegere quid fecerit, & ideo lex magis timet in eis falsum fabricari, & maiores solennitates requisit fecit: vnde Bal. in c. 2. de inuest. int. do. in vlt. seu. vnde cum hac opi. non sit vera, merito Marhesil. noluit casum affirmare, sed locutus est sub dubio forte. & las. satis faretur in puncto iuris non esse vera & reperio quod contra eam opin. consuluit Corn. consil. 2. in 2. vol. & bene iudicio meo. Secundo principaliter respondetur, quod dato, quod valeret dictum testis audientis per cortinam, si haberet vocem loquentis notam, tamen istud procedit, quando loquens esset infirmus: tunc n. neq; contractibus sufficeret, quia infirmus facillime alterat vocem, nec potest certa eius cognitio in teste psumi. arg. d. l. iubemus. & ita tenet Io. de Imo. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcend. & Lud. Rom. in d. l. si non speciali. & iste est casus noster, ex quo presupponitur in facto, q. eo rpe erat testator infirmus peste, vt et credo asseruisse notariu in testamento. Tertio principaliter rñdetur, q. si dicta decisio esset vera, procederet, qn testes assererent ipsi in iudicio esse factos codicillos ab eo, & interrogati quomodo scirent, rñderent, q. haberent eius vocem notam, sed cum ipsi non sint examinati, sed simpliciter descripti in instrumento, non potest tale instrumentum fidem facere, ex quo notarius non est rogatus de ista assertione eorum, q. videlicet eius vocem notam haberent, & in instrumentu probat, nisi quatenus notarius est rogatus. §. nos autem. in auth. de tab. l. 3. §. item diuus. ff. de test. & habetur in l. j. C. de si. inst. & iure hast. fil. lib. x. & p. Bar. & Mod. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Card. in c. si. de si. inst. nec etia si rogatus esset, quicq; faceret: quia istud pendet ex ingenio, & memoria testiu, de quo nihil potest notarius scire, no aut ex facto extrinseco, q. ratio cessat, qn sunt psones, & cum videtur quia tunc lex psumit pro eis. l. coram. ff. de verb. sig. vbi no. runc. n. cessat psumptio sinistra. & t. cu iste defectus testiu constat ex lectura ipsius testamenti, dicit notari esse, vt p. Bar. & doc. in l. j. in j. q. ff. de op. no. nut. in prin. vnde impediret etiam missionem in possessionem, de qua in l. si. C. de edict. diui Adr. col. vbi doct. & sic con-

clado venientes ab intestato tam in petitorio, quam in possessorio obtinere debere.

CONSIL. XCV. SVMMÆ.

1. Conditionum altera defecta actum corrue.
2. Ingrediens religionem, censetur decessisse cum liberis.
3. Verba vltra predicta resoluuntur, id est, vltra res predictas.
4. Dicitio, vt infra quid operetur.
5. Clausula salvo, &c. est reseruatua, seu exceptiua.
6. Exceptio intelligitur sub eadem conditione sub qua est regula.
7. Verbu relinquo, est verbu commune, & inducit fideicommissum.
8. Verbum legitimis, quid importet.

Bernardini de imperialibus testamenti verbis visis in proposita questione & allegationibus in pre sententi controuersia hinc & inde factis, arbitror ipsos fratres de imperialibus fouere iustitiam causam, duabus rationibus. Prima est, quia d. Paulus cui venerabili Fabrica successit, non est vocatus a d. Bernardi no ad domum de qua agitur, nisi sub duabus conditionibus, videlicet si ipse decederet sine filijs, & Mattheus filius suus etiam ipse decederet sine liberis: vnde nisi vtraque conditio eueniat, nullum ius debetur ipsi d. Paulo. l. si hæredi plures. ff. de cond. inst. in casu autem nostro non euenit vtraque: quia Mattheus ingressus est religionem: vnde censetur decessisse cum liberis, §. sed & hoc præsent. in auth. de san. episc. auth. nisi rogari. C. ad Treb. c. in p. sentia. extra, de prob. quæ conclusio procedit etiam, qn in conditione est additum, si decesserit sine liberis, ex legitimo matrimonio, vel æquipollentibus, vt p. Bar. in l. si ita quis. §. j. ff. de lega. 2. & est verior & communior conclusio, vt per Fel. in d. c. præsentia, & licet ex forma statuti nostri ingredienti religionem præsumantur præambula hora decessisse, &c. tamen tale statutum loquitur quoad exclusionem ipsius ingredienti ab aliorum hæreditatibus, non autem quoad conditionis purificationem respectu hæreditatis, quam iam existens laicus acquisiuit. Quamuis etiam negari non possit, quin communis opinio doctorum sit quod tale statutum, tanquam contra ecclesiasticam libertatem non valet, vt per Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. las. post alios in l. si. C. de pact. Non obstant allegata in contrarium, & primo quod non interest ipsorum fratrum hoc allegare, imò debent incipere ipsi, & restituere bona, quæ obtinuerunt vigore prædicti fideicommissi. Nam respondeo, q. cum habeant cessata iura a monasterio, potuerunt illa bona obtinere propter dictam celsionem, no autem obtinuerunt iure fideicommissi, q. non suborat, ex quo vtraq; conditio non erat purificata. Secundo respondeo, quod cum ex ista exceptione appareat d. Paulum, & consequenter eius hæredes nullum ius habere in domo, licitum est istis fratribus hoc allegare cum agentis intentionem excludant ipso iure, vt per Bar. in l. 2. ff. de excep. rei ind. Tertio dicitur, quod cum isti fratres sint rei cõuenti, licet eis vti defensionibus etiam contrarijs ab his, maxime quas in alijs causis proposuerunt. l. ia. qui. l. nemo. ff. de excep. Secundo non obstat q. illa conditio videtur potius alternatiua ex mente defuncti, ex qua sæpè videmus coniuncta vort in disuncta. l. Gallus. §. j. vbi no. ff. de libi. & post. l. si is, qui ducenta. §. si. ff. de reb. dub. l. generaliter. in prin. C. de inst. & subst. quia, etiam hoc concessio, non est verificata alternatiua: quia neuter eorum nec testator nec Mattheus decessit sine liberis: testator non, quia reliquit Mattheum, Mattheus non, quia ingressus religionem. d. auth. nisi rogari. Tertio no obstat, quod dicta duplex conditio sit adiecta fideicommissi vniuersali, non autem videatur adiecta fideicommissi particulari domus, quia vt eleganter fuit de ductu illa clausula, & vltra est implicatiua, & repetitiua qualitarum præcedentium secundum Bar. in l. si tibi pure. ff. de leg. 3. & in l. qui ita. ff. de dote præleg. Aretin. consilio. lxxvj. Non obstant quædam adducta in contrarium: quia si bene videatur testamentum illa clausula præcisè determinat res legatas, non autem actum verbi: quia illa verba vltra predicta resoluuntur

resoluuntur, id est vltra res prædictas, vt habetur in l. ea tam. ff. de leg. iij. vnde cessant contraria, & vterius quod etiam quo ad domum censetur addita duplex conditio, ego confitimo alia ratione: quia testator in fideicommissi vniuersali omnium bonorum addidit clausulam saluo, vt infra per quam clausulam censetur reseruasse dictam domum, vt applicaretur Paulo, & per illam dictionem: vt infra censetur virtualiter repetisse illud fideicommissum domus, quia ista est illius dictionis virtus, vt infra, vt per eam videatur assumptum illud, quod erat infra, omisso illo, quod est in medio, vt dicit Barto. in l. Gallus. §. idem credendum. in ff. de lib. & posthum. cum ergo illud fideicommissum domus censetur reseruatum a generali fideicommissi, debet talis reseruatio intelligi sub iisdem conditionibus, sub quibus generale fideicommissum conceptum est: quia talis clausula saluo, &c. est reseruatua seu exceptiua. l. item Labeo. ff. fam. c. in gl. & t. exceptio intelligitur sub eadem conditione sub qua est regula. arg. l. nam quod liquide. §. si. ff. de pec. leg. & in simili per Ang. consil. cclxxxix. circumscrip. Paul. Cast. clxij. circa illud, de quo primo queritur in antiquis. Secunda principalis ratio est, quia testator dixit se relinque dictam domum Paulo, & hæredibus. suis legitimis masculis, in quo præmittendum est, quod cum testator fecerit mentionem hæredum, non potest intelligi quod veniant simul cu Paulo, & sic hoc casu non procedunt, quæ habent in l. Gall. §. j. ff. de lib. & posth. & declarat ibi Bald. & Fr. de Curte consil. lxxij. Socin. consil. xij. in iij. lib. intelligemus ergo inductum esse fideicommissum per illud verbum, relinquo, quod est verbum commune, & inducit fideicommissum, vt est glo. in l. his verbis. in prin. ff. de hæred. inst. per Bart. in l. diuus. ff. de test. milit. in l. cog. in princip. ff. ad Trebel. Cum ergo inductum sit fideicommissum, dico istos fratres debere admitti ad successionem: quia illi sunt hæredes legitimi masculi, per ista enim verba censentur vocati agnati, qui ab intestato succedunt. l. iij. §. de illo. ff. pro soc. quia tales proprie sunt legitimi, id est, agnati. l. legitimis. ff. vnde cognata. & consuluit Alexan. in consil. lvi. in ij. quem sequitur laso. in l. vnica. C. quando non pet. partes. Dec. consil. xxxij. & suadet iste intellectus ex fauore agnationis, ad quam habuit respectum testator, & apparet ex varijs locis discurrendo testamentum, & subtiliter fuit allegatum per coaduocatum. Nec obstat, quod doct. in d. l. Gallus. §. etia. ff. de lib. & posth. dicunt per illud verbum, hæredibus masculis, intelligi de descendentibus: quia respondeo in casu nostro esse verbum legitimis, quod deseruit ad agnatos, vt supra dixi: nam quoties testator verisimiliter aliquo modo afficitur hæredis sui agnatis, per hæc verba de his quoque intellexisse videtur. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. & ibi Alex. ad si. concludit in prædicto casu, huiusmodi verba non debent intelligi de filio solum, sed de quocunq; successuro ab intestato, & in hac clausula istud idem sentit Io. And. in add. Spec. in rub. de testa. in fi. ibi, sed forsitan hæredes Seij, &c. & ex hac ratione sic inducta tolluntur omnia obiecta per præstantiff. aduocatos aduersantes.

CONSIL. XCVI. SVMMÆ.

1. Non videtur mens patris fuisse fideicommissi impedire, quin filia nubat, & dotem det.
2. Pater tenetur dotare filiam.
3. Auth. res quæ. C. communia de leg. declar.
4. Quando fideicommissum antea iniunctum est, deinde dos data, non potest diminui fideicommissum restituendo dotem.
5. Pater mariti tenetur ad cauendum nupti, pro restitutione dotis, fallent.

Vra prima fronte videtur conclusio & contra regulas iuris, quod in præiudicium fideicommissi possit tam absolutè dos repeti, & quamuis pro ea conclusionem sint aliquæ auctoritates modernorum: tamen non videtur esse aut lex aliqua, aut ratio quæ ea probet, quod vt melius ostendatur, distin-

guedi sunt tres casus. Primus est in dote dada, videlicet, in muliere grauata fideicommissi a patre, & tunc procedit conclusio: quia non videtur mens patri fuisse tali fideicommissi impedire, quin filia nubat, & dotem det. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad sonatus consul. Trebel. ibi, & patris voto, &c. imò si aliter voluisset non potuisset: quia tenetur pater dotare filiam. l. qui liberos, de ritu nuptia. & hoc casu si filia ex fructibus, vel ex legitima sua dotari potest, non debet fideicommissum diminui, vt dicitur in d. §. cum proponeretur. & ibi doctores. Secundus est casus in dote restituenda, videlicet, qn filius qui dotem recepit, non est soluendo, nisi de bonis subiectis fideicommissi restituatur, & doctores simpliciter videtur tenere posse res subiectas fideicommissi restitui, per textu in 3. auth. res quæ. C. comm. de legat. & in corpore vnde sumitur in auth. de restitut. nec declarat, an istud ita generaliter verum sit, sed Ang. & las. tenent quod non: sed tantummodo, quando dos prius data est, deinde fideicommissum a patre factum fuit: quia si videatur text. in d. auth. then. de restitut. proprie loquitur, qn dos ante erat data in §. quamobrem. vbi loquitur de patre fideicommissi mittente, qui tenetur primo nihil oneris imponere, deinde nec relique bonorum parti, quatenus exactio dotis impediret, vnde manifestè præsupponit tempore iniuncti fideicommissi iam dorem filio datam fuisse. Suadetur hoc & ex allegatione mulieris, ibi in tex. relata, quæ allegabat ignorantiam fideicommissi, hæc enim allegatio est vera, & generaliter concludens in prædicto casu, aliàs si iam fideicommissum fuisset iniunctum ante dationem dotis, non esset concludens: quia imputari aliquid potuisset vxori, quæ non diligenter vestigasset, an mariti bona fideicommissi subiceretur. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. & per Raph. Comm. consil. xxvj. Et quod dicta authent. hoc casu loquatur, quando dos postea data fuit etiam sentit glo. in dicta authent. res quæ illis verbis, & post sic fuit a patre rogatus, quasi dicat no si antea sit rogatus, quam dos data fuerit, & ponderat Angelus alias glossas idem sentientes. Tertius casus est, quando dos postea fideicommissum ante iniunctum est, deinde dos data, & in hoc puncto Angel. & laso supra relati tenent non posse diminui fideicommissum. Ioan. de Anan. consilio lxxj. Socin. consil. xxij. in iij. & Ioan. Crocus in repet. §. diui. cum quibusdam alijs tenet contrarium. Ego puto vtranque opinionem concordari posse. Nam cum iste casus sit ommissus & ex verbis d. §. cum proponeretur, & ex verbis d. authent. de restitut. solum ex mente legis fiet ad eum extensio, aut ergo loquimur, quatenus dos legitimam excedit, & puto fideicommissum diminui, & veram esse communem sententiam, quia adhuc militat ratio d. §. cum proponeretur. & d. authent. de restitut. aut loquimur, quando filius consumpsit legitimam, & Trebellianicam, & vxor vult totam dotem repetere super fideicommissi, & puto, quod non possit: quia cessat ratio d. §. cum proponeretur. quæ fundatur super voto paterno: mens enim fideicommissi non fuit, vt tota portio fideicommissi impuraretur, sed deducta prius legitima. dict. §. quamobrem. Nec excusaretur mulier ob ignorantiam fideicommissi, quia sibi imputandum esset. d. l. qui cum alio. Fortius dico, quod ignorantia non est ratio dictæ legis. Sed præsumpta patris voluntas. d. §. cum proponeretur. & d. §. quamobrem. in fin. ibi, plurima per præsumptionem. Suadetur hoc ex ratione laso, quæ hoc casu est concludens. Pater enim mariti, quamuis teneatur, ad cauendum nupti pro restitutione dotis argum. d. leg. qui liberos: tamen si ipse dotem non recepit, nec curare potuit, ne filius dotem consumeret, non tenetur, vt per Barto. & alios in l. si cum dotem. §. transgrediamur. solut. matrimon. cum ergo pater tali casu non esset obligatus, cessat dispositio d. authent. res quæ. & licet Corn. in d. authent. res quæ, videatur aliter sentire allegando Bald. ibi, tamen Bald. in lectura mea loquitur, quando dos data fuerat ante fideicommissi. & sic non in hoc tertio, sed in secundo casu, & ita etiam potest intelligi Paul. l. l. 3.

Cast. qui loquitur in quæstionis glossæ, & si aliter intel-lexerunt, ego eos sequi vix audeam, aperirent enim via subuersionibus fideicommissorum.

CONSIL. XCVII. SVMMAE.

- 1 Testator potest hæredi scripto adimere hereditatem, si aliquas literas turbaret uxorem suam, & valet ademptio, quando fit ex iusta causa.
2 Semel hæres non potest desinere esse hæres.
3 Qui propter moram, vel contumaciam propriam perdit rem legatam, deducit tamen falcidiam.
4 Trebellianicæ deductio per testatorem prohiberi potest.
5 Filius hæres tenetur rata habere gesta per patrem.
6 In vno delinquens, factus est omnium reus.
7 In indiuiduis contraveniens in vno, in totum contravenit.
8 Hæres scriptus, si vel in modica parte contrauerit, priuatur tota hereditate.
9 Legatarius legatum capere debet, de manu hæredis.
10 Repulians hereditatem alicuius, non dicitur contravenire, ex quo institutio extraneorum habet tacitam conditionem si voluerint.
11 Pæne introductæ in odium alicuius, non sunt regulariter transmissibiles, nec ligant hæres.
12 Patris delictum non debet nocere filio.
13 Per contrauentionem in parte, non priuatur quis tanquam indignus toto.
14 De repudiatione non queritur titulus ipsi, in cuius utilitatem sit repudiatio.
15 Translatio presuppōnit præambulam acquisitionem.
16 Inuolue proprie est possessionem remittere.
17 Pater non potest adire hereditatem delatam filio, sine ipso filio.
18 Concessio fideicommissi, quando non constat quo titulo, censetur facta tit donationis.
19 In contractu donationis, non habet locum euictio.
20 Legitima semper deducitur post æ alienum.

Testamento, & transactione visis, & diligenter pro tempore consideratis partium iuribus, omnia disputationes ad partes dico sic conclusiue sententiam. Circa primum non est dubium, quod testator potuit hæredi scripto adimere hereditatem, si aliquas literas turbaret uxorem suam: & valet ista, ademptio, seu priuatio, quæ fit ex iusta causa, put est ista ut concludit Bar. Imo Ang. in l. paterfam. ij. ff. de hæ. instit. & applicatur hæreditas istis, quos eo in casu testator sibi hæredes nuncupauit. Sed dubium est, nunquid applicetur iure directo, an verò per viam fideicommissi, in quo communis conclusio est, quod valeat ius fideicommissi: quia cum primus si semel hæres sit, non potest desinere esse hæres. l. si is qui soluendo. ff. de hæred. instit. & licet Philippus Cor. in l. vnica. C. de his quæ pœ. nom. in j. not. & Soc. in rub. ff. eod. tit. tamen etiam secundum eorum distinctionem in casu nostro hæc hereditas non applicabitur, nisi per fideicommissum: quia quamuis testator vsus sit verbis directis, quia dixit se in eo in casu instituire eos hæredes: quia cum non possit facere, quod directè sint hæredes, censetur eos vocare eo modo, quo potest, & sic de iure fideicommissi, ut dicit Bar. in d. l. paterfam. & Corn. in d. l. ut quia ista est communis opinio in iudicando, non habet difficultatem. Circa secundum dubium lo. de Imo. in d. l. paterfam. format quæstionem, & concludit sub dubio, forte quod iste hæres priuatus hereditate in casum contrauentionis, nihilominus poterit deducere Trebellianicæ, quia quamuis quis propter moram, vel contumaciam propriam perdat rem legatam, nihilominus potest deducere Falcidiam. l. cum pater. ff. ad leg. Falcid. l. j. ff. item si ea. eod. tit. Sed in casu nostro puto contrarium: quia testator dicit, quod priuat dictum hæredem tota hereditate, quo casu censetur prohibuisse Trebellianicam secundum glo. in l. decem. ff. de fideicom. lib. & Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. & consuluit Alex. in cons. v. in iij. no. vbi respondet argumentis tenentium contrarium: & licet Soc. consilio xiiij. aliter sentiat, tamen magis communis opi. est ista, ut latè deducit Mod. Repe. in d. l. Centurio. & probatur

in l. qui totam. ad Treb. in quo se fundant aduersantes: quia ibi apparet q. per ista verba exprimitur voluntas testatoris, ut Falcidia non detrahatur, licet illo iure testator hoc non posset disponere: hodie secus, quæ opin. tanto fortius procedit in casu nostro, in quo iste ex suo delicto hanc pœnam patitur, & aperte constat de mente testatoris, vnde in iudicando non est hac opinione recedendum: & licet aliqui tenuerint, quod Trebellianica non possit neq; hodie prohiberi per testatorem: quia athen. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. loquitur in Falcidia non in Trebellianica: tamen magis communis opin. est, quod idem sit de vtraq; & sic q. etiam Trebellianicæ deductio prohiberi possit in l. Marcellus. ff. ad Trebell. vbi Alex. & alii modern. cum multis concord. per Anton. Corsetum in tract. de excellentia regia. q. lxxij. vbi diffusissime disputat, & pbat veritatem istius opinionis. Circa tertium dubium, difficultatem facit, quia si filius hæres tenetur rata habere gesta per patrem. l. c. à matre. C. de rei ven. quia non potest contravenire facto auctoris sui, imò perinde habetur ac si ipse fecisset, sed si ipse contravenisset videretur priuandus in totum: quia si in vno delinquens factus est omnium reus. c. de regl. iur. & quod not. Bal. in l. etiam. in fi. C. ad leg. Falcid. vbi si q. accommodauit fidem tacite spurio, vel in vno nummo censetur indignus tota hereditate confirmatur: quia si in indiuiduis contraveniens in vno in totum contravenit. l. iij. ff. Cato. ff. de verb. oblig. & per Bal. in simili casu in c. j. ff. si vasallus. si de feud. fuer. controuer. inter domi. & agnat. sed casus noster videtur respicere indiuidua, quia videtur contemni testator, qui contemptus in parte punitur in totum. l. cum pœna. ff. de arbit. ad idem facit talis ratio, nam ipse si hæres scriptus, si vel in modica parte contraveniret, priuaretur tota hereditate, quia expressè verba testamenti hoc important: ergo idem debemus dicere in istis substitutis consentientibus. Præterea alia ratione inducitur difficultas, quia ex prima conuentione ipse hæres fuit ipso iure priuatus, vnde in cepit habere dicta bona ex contractu inito cum ipsis substitutis, & idè licet deinde pluries contrauerit, non incidit in pœnam testamenti, ut pote, qui amplius non habeat titulum à testatore, sed ab ipsis substitutis, & ista ratio fortius vrget: sed his non obstantibus, contrarium est verius. Et primo aduertendum est, quia non est verum, quod pater per allegatam licentiam dicatur contravenisse testamento: nam simpliciter dat licentiam hæredi, quod possit aperire cameram, & extrahere quoddam argentum, quæ licentia non infert aliquid contrarium menti testatoris: licet enim illa camera seu argentum esset legatum vxori, tamen fuit conveniens, quod vxor acciperet legatum de manu hæredis. l. non dubium. C. de leg. l. j. ff. quorum legat. vnde merito potuit pater dare licentiam hæredi, ut apprehenderet dictum argentum, credens quod hæres vellet illud tradere vxori defuncti, prout tenebatur. Et quamuis ex verbis legati vxor potuisset apprehendere propria auctoritate, secundum glo. communiter approbatam. l. Titia cum testamento. ff. j. per illum text. ff. de leg. ij. per doctores in l. nemo potest in iij. q. Bart. ff. de leg. j. non tamen propter hoc delinquit hæres, & consequenter, nec illi consentiens, si ipse anticipat, & illi tradit. d. l. non dubium. actus ergo apprehensionis factæ ab hærede, cui consentit dictus pater, non fuit illicitus, sed actus retentionis: quia hæres deinde noluit soluere, cui actui dictus pater non consentit. Secundò aduertendum est, quia ex alia ratione non potest dici contravenisse voluntati testatoris: nam simpliciter renuntiat hereditati, nomine filii, casu quo sibi obuenerit ex causa dictæ contrauentionis: certè iste actus videtur licitus, quia si repulians hereditatem alicuius, non dicitur contravenire, ex quo institutio extraneorum, habet tacitam conditionem, si voluerint. l. iam dubitari. ff. de hæred. institu. l. si ita. ff. illi si volent. ff. de leg. j. vnde hoc facere licuit dicto patri. Tertio, dato, quod pater contravenisset, & filius teneretur ratu habere: tamen istud factum patris quoad pœnam,

pœnam, & sic quoad priuationem substitutionis, respectu aliorum capitum, non debet nocere filio, ex quo pœna introductæ in odium alicuius, non sunt regulariter transmissibiles, nec ligant hæredes. l. quod diximus. ff. h. ff. quod metus causa. & si patris delictum non debet nocere filio, arg. rub. C. ne filij pro patre. Quarto dico, quod imò si per contrauentionem in parte non priuatur quis tanquam indignus toto. l. rescriptum. l. hæres, qui tacitam. ff. de his, quibus ut indigni. & dictum Bal. in d. l. etiã est falsum, & eum reprobat Ale. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. Nec est verum, q. hic sumus in materia indiuidui, imò ista delicta sunt separata: & licet hæredi vnum fuerit remissum, non sequitur quod etiam cætera sint remissa, nec testator ipse apponit hanc pœnam substitutis, sed solum hæredi, vnde dictæ rationes parum vrgent. Nò obstat vltima ratio, quia ad eam potest responderi. Primo quod procederet, si concederemus quod per illum actum hæres contravenisset, quod est falsum, ut supra dixi, imò licuit hæredi legatas res apprehendere, dummodò traderet, legatarie, nec testator: concedendo vxori, ut propria auctoritate apprehenderet: censetur statuisse pœnam propter hoc hæredi apprehendentis, imò (ut dixi) licuit apprehendere, licet deliquerit nò dando eam vxori: nam ad hoc vt hæres incidat in talem pœnam, requiritur quod malo animo & modo molestor, secundum Bald. in l. j. de his quæ pœnæ nomin. per tex. cum gl. in l. si seruum. ff. prætor. ff. de acquirend. hereditat. qui malus animus ex sola apprehensione non interuenit, ergo illicusq; nò dicitur contrauentum. Secundò respondetur, quod pater per eum actum simpliciter repudiavit hereditatem, non autem contulit aliquid in titulum in heredem, vnde hæres habet adhuc hereditatem ex titulo accepta à testatore: vnde rursus delinquendo, rursus incidit in pœnam, factum enim istud est reiterabile. l. si sic stipulatus sum, neque per te. ff. de verb. oblig. nam si repudiatione non queritur titulus ipsi, in cuius utilitatem sit repudiatio: fuit quæstionis. ff. de acquirend. hereditat. & late per Aret. in cons. x. v. viso themare, vnde filius in isto casu est admittendus, qui non contruenit illi repudiatio, sed petit se admitti ad fideicommissum, cuius conditio ex aliis molestiis illatis per hæredem vxori euenit. Nec obstat quod non videatur simplex repudiatio, ex quo dicitur quod inuestituræ & quietauit, quæ verba videtur importare translationem iuris: ergo si illud transfert, sequitur quod acquiescit. l. traditio ff. de acquir. rer. domin. quia respondeo q. imò illa verba non important translationem iuris: nam inuestituræ proprie est possessio in remittere. c. j. quid sit inuestitura. in prin. in vltibus feudorum. & fortiora verba erant in casu, in quo consuluit Aret. in d. cons. x. j. Tertio respondetur, quod si intelligimus quod per eum actum pater agnouit hereditatem, seu fideicommissum, & deinde concessit hæredi istud, non potuisset facere: quia si pater non potest adire hereditatem, delatam filio sine ipso filio. l. si in prin. C. de bonis quæ lib. & etiam si potuisset adire, non tamen potuit eam donare, deinde alteri. d. leg. fin. ff. pen. & ista concessio cum non constet de alio titulo, censetur facta titulo donationis, vt per Alex. post alios in l. à Titio. ff. de ver. obliga. & si dicas dato, quod pater facere non potuerit, tamen filius, quia hæres eius non potest contravenire. l. ex persona. ff. de reg. iur. & est casus in d. leg. cum à matre. vbi Bald. & cæteri hoc tenent. C. de rei vend. Respondeo quod ille tex. loquitur quando pater seu mater vendidit, non autem donauit. nam cum habuerit pretium, est iniquum quod hæres contraveniat: sed in casu nostro est donatio, vnde potest filius ex propria persona contravenire. leg. fi. C. de euict. quæ sic intellecta, habet optimam rationem: nam licet ibi hæres deinde teneatur de euictione, istud fuit: quia ita erat obligatus prædecesor, secus si non fuisset: vt in casu nostro. leg. ad res. ff. de euict. Confirmatur ista solutio: quia quando filius successit patri, & habet legitimam: si pater non tenebatur de euictione, potest filius vindicare rem alienatam: & non

obstat sibi exceptio quod sit hæres: vt tenet Iacobus de Bel. Bar. Ang. Alb. Pau. Cast. & Corn. in l. si. ff. in computatione ita intelligentes glo. ibi. C. de iure delib. Petr. de Anch. Io. de Im. in c. j. extra, de test. & iste est casus noster, quia pater censetur donasse, & in quo contractu non habet locum euictio. d. l. ad res donatas. & licet contra istam opinionem teneat Alex. & Ias. in d. ff. in computatione. per d. leg. cum à matre, tamen alia est magis communis opin. & tex. in d. leg. cum à matre, potest procedere in venditione, secundum supradicta: & sic federe distinctionis potest concordari dicta opin. quia aut loquimur in donante: & Bart. bene dixit: aut in vendente, & opin. Mod. est verior. Nec obstat, quod Bar. & doct. in d. ff. in computatione, intelligant illam suam opin. vt non obstat exceptio, si habuit filius, nisi legitimam: secus si plus, quia respondeo quod ista opinio bene confutatur per Ias. & Alex. ibi: quia non est constituenda ista differentia: ex quo si legitima semper deducitur post æs alienum: & secundum hanc opinionem apparet optima ratio ad d. l. fin. C. de euict. & l. ij. C. si in fraudem patri, quæ loquitur in donatione: & credo, quod sit mera veritas: quia aliter impossibile est bene respondere ad illa iura, licet doctores valde laborauerint, tamen propter auctoritatem aliorum, non audeam consulere, quando non esset, nisi ista ratio. Sed maxime fundo me in prima responsione.

CONSIL. XCVIII. SVMMAE.

- 1 Distio legitimis proprie refertur ad agnatos.
2 Distio, masculis quid operetur.
3 A verbis que clara sunt, recedere non debemus.
4 De verbis consuetudinum feudalium, non est faciendum fundamentum in alia materia, quam feudali.
5 ff. si clientulus c. u. de alien. feud. explic.
6 Trebellianica non deducitur quia filius, sed quia hæres.
7 Extraneus deducit Trebellianicam non tempore restitutionis fideicommissi vniuersalis conditionalis, sed tempore mortis testatoris.

Obitium de imperialibus in causa, quia aliàs diffusè allegatum est, in præsentia orò aliquanto breuior. Et fundamentum eorum est ex legato domus, facta d. Paulo, & eius hæredibus masculis legitimis, quia verba inducunt substitutionem fideicommissariam propter verbum, hæredibus, quod non potest verificari, Paulo viuo: vnde vulgaris substitutio induci non potest: & sola fideicommissaria inducitur, ut dicit Bal. in l. Gallus. ff. j. ff. de lib. & posth. & Franciscus Curt. cons. lxxij. & tale fideicommissum debetur istis agnatis ab intestato succedentibus Paulo, propter dictionem, legitimis, quæ proprie refertur ad agnatos, vt in edicto prætoris. ff. & C. vnde legit. & per Alex. cons. lvi. in l. j. in l. j. C. quando non per. part. & in terminis istius fideicommissi: decisio Alex. in l. ex facto. fin. ff. ad senatusconsultum Treb. ad fin. aliàs allegata. Non obstat dictio, masculis: in nostro casu, per quam videtur quod solum de filiis intelligatur per doct. in d. l. Gallus. ff. etiam. & videtur casus in capitulo. j. ff. de clientulis, de alien. feud. Nam respondeo, quod dictio, masculis: cum inducat qualiteratem, optime conuenientem istis agnatis, non debet alterare significationem verbi, legitimis. Sed bene dictio, legitimis: debet limitare doctrinam doctorum in d. ff. etiam. dum dicunt appellatione hæredis masculi intelligi filium: quia non procedit, quando additur legitimis: quia ista vox proprie significat agnatum, & ostendit intelligi, non solum de filio: sed etiam agnato, nec à verbis debemus recedere, quæ clara sunt. l. non aliter. ff. de legat. ij. Non obstat tex. in d. ff. & si clientulus, quia respondetur, quod si de verbis consuetudinum feudalium non est faciendum fundamentum in alia materia, quam feudali, vt dicit Bar. in l. vlt. iuris iuradi. ff. si liberi. ff. de ope. lib. & faris inuunt hoc in terminis nostris. doct. in d. ff. etiam. vbi Alex. rñdens ad arg. Raph. & Im. non innititur auctoritati illius tex. feudalis, sed rationi: ne testator videatur extraneos hæredes prætulisse filiabus propriis: & hæc solutio maxime

procedit: quia tex. in d. f. & si clientulus. praecluse t. se-
 stringit, vt sua interpretatio habeat locum in feudis, vn-
 de sentit in alia materia non habere locum. l. age. C. de
 transact. Praeterea licet dicat illa verba sine descendente
 mafculo legitimo, comprehendere filios, tamē non ne-
 gat etiam comprehendere agnatos, & in casu illius tex. qd
 existentibus agnatis, feudum ad eos reuertatur, non ad
 dominum: tenet ibi Martinus de Laud. & alii scribētes.
 Non obstant coniecturae, quia nos adduximus multas
 pro nobis valde coloratas: sed quae adducuntur pro parte
 aduersa sunt plusquam friuolae. Et ad primam quod
 in superioribus semper vocauit fratres Pauli, & eius fi-
 lios, & quod vna pars testamenti aliam declarat: respon-
 detur id non factum in hoc fideicommissio: quia in tēto
 eius erat, vt si Paulus habuisset filios, illi praerentur &
 si non haberet, saltem isti haberent: quia legitimi: id est
 agnati ad secundum quod testator substituit in fideicom-
 missio Pauli. & eius haeredes mafculos: quod debent ver-
 ba restringi ad descendentes, ne videatur praerferre here-
 des extraneos Pauli, haeredibus extraneis filius, argum-
 l. Publius. de cond. & dem. & per Bart. in §. etiam Socini.
 consil. xij. in tertio respondetur, quod non intelliguntur
 extranei isti agnati, qui expressē vocati sunt per dictio-
 nem, legitimis: & qui sunt legitimi non solum Paulo, sed
 etiam filio: vnde non possum videre aliquem colorem i-
 stius coniecturae. minus etiam facit illa subtilis differen-
 tia inter cōcessionem & institutionem: quia cū verbum
 legitimus, significet propriē agnatum: hanc significatio-
 nem habebit & in concessionibus seu contractibus, &
 in testamentis, imō etiam in pœnalibus, & odiosis. l. cum
 lege. vbi Aret. ff. de test. Non obstat quod Mathaeus po-
 tuit alienare ppter legitimam, quae sibi debebatur, quā-
 uis esset dispensatus, &c. vt per Dec. consilio cclvij. Nam
 respondeo, quod cum domus ista sit relicta istis agnatis
 per patrem, non potuit eam alienare in prauidicium i-
 storum agnatorum, nec potuit legitimam suam accipe-
 re in ista legata, vt dicit Bald. in rub. ff. de rerum diuis.
 ver. sed pone. & Dec. consil. lxxxj. Quamuis etiam illud
 consilium Decij p. v. non obstat: quia loquitur, quando ag-
 gitur de ducendo legitimam à rebus fideicommissio cō-
 ditione gratuita, quod non est in casu nostro: item verba
 limitantia legitimam in casu suo erant diuersa à
 nostris. Sed in hoc non in isto, praesertim quia puto illud
 consilium esse erroneum. Nam quoad Trebellianicam
 in casu suo nulla erat difficultas, cum ea non deducitur,
 quia filius, sed quia haeres: vnde etiam extraneus eam
 deducit, quoad legitimam, cum debeat, non tempore
 restitutionis fideicommissi vniuersalis cōditionalis, sed
 tempore mortis testatoris. l. j. §. sed nec impuberis. ff. de
 coll. bon. l. fin. vbi Bartol. de lib. agn. & illi sic dispensato
 consistet tempore mortis, seu à principio non debent, vt
 concludit Ang. consil. cclxij. dominus Papa. Alex. consil.
 xxx. iuxta ea quae lib. iij. Dec. consilio cclxij. frustra dis-
 putatur de retentione iure legitime: cum ea non habeat
 iure legitimam, sed simpliciter: quia haeres, & facillimum
 esset respondere eius fundamentis, prout aliās vidi illi
 responderi Papiae, per d. Rolandum Cortium, qui obti-
 nuit contra illud consilium. Non obstat vltimo quod a-
 lienatio sit facta in Paulum, qui solus poterat conqueri:
 imō etiam isti possunt conqueri ex quo sunt & ipsi vo-
 cati ad fideicommissum, vnde factum Pauli, neque conse-
 fessio aliqua istorum contrahentiū, habet nocere fidei-
 commissariis non citatis, nec praesentibus, vt per Alex. in
 l. de vnoquoque in vltima fallentia. ff. de re iud. & consil.
 lxxxij. in iij. l. in §. diu. in lect. de l. j. cum concordant
 caetera suppleat acutissimus d. Relator.

CONSIL. XCIX. SVMMAE.

- 1. Clausula generalis sequens, non refertur ad praecedentem, quae specialem determinationem habeat.
- 2. Species in iure, non derogat generi.
- 3. Clausula generalis, nunquam ad specialem trahitur.
- 4. Clausula in fine donationis apposta non refertur ad cap. praec.

- 5. Clausula finalis, quae per se principaliter non sit posita, sed ad aliam dispositionem qualificandam, nunquam ad praecedentia refertur.
- 6. Quando modus, vel conditio inseritur legato vltimo loco apposto, tunc ad aliud non refertur quam ad illud vltimum.
- 7. Modus agendi maxime attendendus.
- 8. Quod simile est, idem non est.

Aluisii Rabiae testamenti visis verbis requisitu-
 tus, vt dicam, quid sentiam circa fideicommissum
 sum domus Mediolani, & bonorum de Pios-
 tello, perticarum cccc. an possit nepos d. Aluisii
 absque solutione alicuius pretii ea consequi: diligen-
 ter re considerata, puto, quod sic. Et enim sciendum est
 in dicto testamento duo fideicommissa contineri. Primum
 simplex & absolutum: quod specialiter ad dictam do-
 mum & suprascriptam possessionem Pioscelli restringit-
 tur, & quod post mortem filiorum d. Aluisii defertur.
 Aliud est fideicommissum generale, non simplex & ab-
 solutum, sed in casum alienationis, quod dicti haeredes
 aliqua ex bonis testatoris alienare non possint, & quod
 obseruanti competat repetitio, solutione dimidiaē par-
 tis pretii, & valoris ipsius rei. Dico ergo, quod haec clau-
 sula, solutionis dimidiaē partis pretii, nō debet referri ad
 bona, de quibus in primo fideicommissio. de quibus testa-
 tor facit specialem prouisionem: quia clausula sequens
 generalis non refertur ad praecedentem, quae specialem
 determinationem habeat. l. coheredi. §. qui patrem. ff.
 de vulg. & pupil. vbi Alex. l. as. caeteri notant: t. species e-
 nim in iure nostro derogat generi, vnde clausula t. gene-
 ralis, nunquam ad specialem trahitur. l. doli clausula. de
 verborum obligat. l. sed & si deinde. ff. ex quib. caus. ma-
 io. Confirmatur per tex. in cap. cum dilecti. extra. de do-
 nat. vbi Card. & Imol. & alii notant, quod t. clausula in
 fine donationis apposta, nō refertur ad capitulum praec-
 edens, nec illud restringit aut limitat, maxime in testa-
 mentis, in quibus debet fieri lata interpretatio. Facit do-
 ctina Bartol. in l. fin. ff. de reb. dub. vbi t. clausula finalis,
 quae non per se principaliter sit posita, sed ad aliam di-
 spositionem qualificandam, nunquam ad praecedentia re-
 fertur, sicut dicimus t. quando modus, vel conditio in-
 seritur leg. vltimo loco apposto: tunc enim non ad aliud
 refertur, quam ad illud vltimum. l. filium. ff. quando dies
 leg. ced. & per Alexand. consilio xlviij. in primo. Mouerit
 rursus ex verbis primi fideicommissi, quibus dicitur. Et
 hoc quia mea intentionis est, quod praedicta domus, & possessio
 perpetuo permaneant in descendentes meos de Rabijs, & mando
 quod dicta domus & possessio nunquam alienari possit, & a-
 lienatio non valeat, & contraveniens priuatis remaneat, &c. si e-
 nim teneretur fideicommissarius offerre dimidium pretii
 iam nō haberet domum, & possessionem integram,
 sed dimidiatam: quia cum ab eo pretium abesset, vide-
 retur res ipsa abesse. l. Labeo. i. §. j. ff. de verborum signi-
 fication. & sic pretium non haberet, quod offerret per
 indirectum, circumferretur voluntas testatoris, qui
 tamen enixē voluit in suprascriptis bonis subesse fidei-
 commissum. Nam & dicta clausula obligatio pretii
 adiecta est, quando quis ex eo capite praetendit locum
 esse fideicommissio, quia alienatio facta sit, quod si non
 ex eo capite agat, sed ex eo, quia per mortem haereditis
 grauari euenerit conditio fideicommissi, tunc non est
 quaerendum de pretio, & ratio differentiae inter istos
 casus est manifesta: quando enim ex prohibitione a-
 lienationis, quis est vocatus, eius fundamentum est a-
 lienatio, & pretium ab haerede receptum, vnde voluit tes-
 tator saltem pro dimidia pretium restituere, quando ve-
 rō venit in casum mortis, tunc non disposuit testator a-
 liquid de pretio, t. modus ergo agendi maxime est at-
 tendendus. glo. l. iij. q. vj. c. hoc quippe. & doct. l. ij. §. j. sol.
 mat. Et q. ista opinio sit vera, & ex eo suadet, quia aliās
 primum fideicommissum nihil operaretur, & satis fuisset
 si testator secundum duntaxat fecisset, si talis clausula pretii ef-

tij esset referenda ad primum. Et licet testator dicat simi-
 liter se ordinare in secunda, &c. tamen t. simile est idem
 non est. l. quod Nerua. ff. de pos. similitudo enim statim
 illud, & vtroque casu prohibita est alienatio: non autē est
 edentitas, quia in primo casu nullum pretium est restitui-
 indum, licet secus in 2. Fortius videretur defendi posse
 stū nepotem testatoris, etiam si ex 2. fideicom. ageret nō
 teneri ad aliquod pretium, quia si diligenter intueamur
 verba testamēti, illa clausula, cum solutione medietatis,
 &c. est adiecta duobus casibus tantum. Primus, cum al-
 ter heredum alienaret. Secundus cum bona perueniant
 in nepotes ex linea femina. Quando verō vterque a-
 lienaret, vel vnus etiam altero iam mortuo: & bona perue-
 niunt in descendentes, ex linea masculina, testator nō
 ordinauit vt pretium solueretur: nec tali casu factenda est
 repetitio dictae clausulae, quae propriam & specialem de-
 terminationem habuit, vt in simili dicit Bal. in l. j. C. de leg.
 git. haer. & refert Alexand. in d. consil. xlviij. in j. quae sen-
 tentia certior est in casu nostro, propter illa verba testa-
 menti, Et haec non habentibus ipsi filios mafculos, quae simpli-
 citer est intelligenda, vt relatio non fiat ad talem casum,
 & suadet hoc mens testatoris, qui grauauit ad solutionē
 pretij, nepotes ex foemina, quos non adeo diligebat, si-
 cut nepotes ex masculis: item grauauit vnū fratrem alio
 alienante, vt minus odij & rixarum inter ipsos oriretur,
 cum saltem pro dimidia pretij fieret restitutio, quae ratio
 cessat vtroque contrahente, vel altero iam mortuo, cum
 nepotes masculi vocantur. Nec obstat si dicatur, quod pri-
 mum fideicommissum fuit factum respectu nepotum ex fo-
 eminis tantum, respondeo saltem id esse, imō prius vocati
 erant descendentes ex masculis: vt apparet in princ. insti-
 tutionis: ibi quod alius succedat, & etiā verus finem, ex
 clausula illa, Et hoc, quia mea intentionis est, &c. in descendentes
 meos de Rabijs, &c.

CONSIL. C. SVMMAE.

- 1. In substitutionibus casus expressus, trahitur ad omissum.
- 2. Conditio si intra decem menses post mortem suam, trahitur etiā ante decem menses.
- 3. Vulgaris substitutio in casum, quo posthumus nō nascatur, trahitur quo natus sit, & in pupillari etate decedat.
- 4. Dicitio quandoquocumq. est generalis, & inducit compendiosam habentem effectum, quandoquocumq. contingat grauatam decedere.
- 5. Verba limitata, limitatō debent intelligi.
- 6. Dicitio tamen aduersatiua, & correctiua superiorum.
- 7. Dispositio limitata certo tempore, extra illud tempus non por-
 rigitur.
- 8. Quod permissum est ad certum tempus, vltra illud censetur pro-
 hibitum.
- 9. Prohibitum ad diem, censetur post eam diem permissum.
- 10. In nulla dispositione, quantumuis fauorabili sit extensio vt de
 vna die dictum ad aliud producat.
- 11. Tempus inducit diuorsitatem in substantia.
- 12. Aliud est quid tali die fieri, aliud alio.
- 13. Nunquam dispositio de vno tempore ad aliud trahitur.
- 14. Tempus adiectum dispositioni, dicitur ad eius formā pertinere.
- 15. A forma non est licitum recedere.
- 16. Casus omissus in tempore, nunquam trahitur ad expressum.
- 17. Non est facile recedendum à verbis testatoris.
- 18. Fideicommissa, non sunt amplianda, cum inducant onus respectu
 filiorum.
- 19. Fideicommissa auferunt libertatem disponendi.
- 20. In dubio semper interpretamur, ne haeres censetur grauatus.

Ideicommissum positum in testamēto quon-
 dam d. Andreae de Berghis habet duo capita.
 Primum est moriente aliquo ex filijs institutum. Se-
 cundum est omnibus filijs descendensibus, sed de
 secundo in presencia nihil dubitatur, tota difficultas ver-
 titur circa primum caput, in quo testator ordinauit, quod
 si contingeret aliquem ex filijs praecedere testatori, vel a-
 liter quandoquocumq. decedere absq. liberis ante tamē deci-
 mum octauum annum perfectum, substituitur superstitēs,
 &c. prout latius in dicto testamento continetur, decessit
 Taddaeus, vnus ex liberis, agens trigessimum annum, in-
 stituto her. extraneo, quaeritur an euenerit casus fideico-

prima facie videretur quod sic, quia in substitutionibus ca-
 sus expressus trahitur ad omissum. l. Gallus. §. & quid si
 tantum. de lib. & posth. maxime cum verisimile est testa-
 torē si de eo interrogatus esset idem fuisse dispositurū.
 gl. l. tale. in fi. de pact. verbo haeredem. vnde t. conditio. si
 intra decem menses post mortem suam, trahitur etiam
 ante decem menses, se viuo. l. fin. C. de posth. her. & t. vulga-
 ris substitutio in casum, quo posthumus non nascatur,
 trahitur ad casum quo natus sit, & in pupill. etate. de ce-
 dedat. l. fin. C. de institut. & subst. & quod not. Imol. Alex.
 Soc. in l. j. de vulg. reprobates quādam decisionem An-
 ge. in l. si pater filium. ff. eod. ti. & quod not.
 Soc. consil. xcij. in 3. cum similibus: confirmatur haec sen-
 tentia ex verbis substitutionis, quibus apparet generali-
 ter ad testatorem fideic. factum fuisse: quandoquocumq. decederent
 absq. liberis: quae t. dicitio, quandoquocumq. est generalis, & in di-
 cit compendiosam habentem effectum quandoquocumq.
 contingat grauatam decedere, secundum gl. in l. precibus
 C. de imp. & ibi, per doctores Sed his non obstantibus pu-
 to in dubitanter contrariam sententiam esse verioem, &
 quod haeres institutus à Taddaeo, foueat bonam causam,
 moueor quia verba substitutionis sunt limitata per illā
 clausulam, ante tamē decimum octauum annum, vnde & li-
 mitatē debent intelligi. l. age. C. de transact. l. in agris. de
 acq. rerum do. t. dicitio enim tamen, est aduersatiua, & cor-
 rectiua superiorum. l. cum hic status. §. si diuortium. ff. de
 don. inter virum l. si profundo. vbi doc. C. de trans. cum
 ergo Taddaeus decesserit post tempus, sequitur euani-
 se fideicommissum: quia t. dispositio limitata certo tem-
 pore, extra illud tempus non porrigitur. l. si ita quis. ff. de
 postu. & t. quod permissum est ad certum tempus vltra illud
 censetur prohibitum. l. si vnus. §. si cum reo. ff. de pact.
 l. epistola. §. si. ff. eod. tit. sicut contrario t. prohibitum ad
 diem, censetur post eam diem permissum. l. imp. ff. de
 postu. nec in aliqua dispositione, quantumuis fauorabili
 sit, fit talis extensio, vt de vna die dictum ad aliud produ-
 catur. d. l. si ita quis & l. contra omissum. ff. de lib. & posth.
 t. tempus enim inducit diuorsitatem in substantia. l. j. §. si
 si simpliciter. ff. de ver. obl. & t. aliud est quid tali die fieri,
 alio aliud secundum Bar. in l. is qui reus. ff. de publ. iud.
 in l. denuntiare. §. quid tamen. ff. ad l. Jul. de adult. meret. et
 go in casu nostro attendenda sunt verba testatoris, qui si
 fideicommissum aliquod nō fecit, nisi ante 17 annis filij decederent
 Consideranda est etiam ratio, quia voluit relinquere li-
 bertatem disponendi filijs, vbi facti essent adulti, & ex
 cessissent d. aera. 18. an. q. etiam apparet ex secundo capi-
 te substitutionis, in quo substituit eis decedentibus, ab in-
 testato, & indicaret se relinquere eis facultatem arbitrio
 suo testadi, vbi essent in plena pubertate, & colligitur
 mens testatoris etiā ex ijs, quae dicuntur in alio. c. testim.
 l. si feruus plurium. §. si. ff. de leg. j. & quae ibi habentur p
 doct. l. 3. §. filius. ff. de lib. & post. dixi. in l. haeren. de verb.
 sign. Nec obstratōnes in contrariū allegatq. quia licet sint
 aliqui casus, in quib. licita est extensio, & casus omissus ha-
 beatur pro expresso, quib. per doctores locis supra alle-
 gatis, tñ in tempore dicunt doctores, q. nunquam dispo-
 sitio de vno tempore ad aliud trahitur per d. l. si ita quis.
 ff. de vulg. vbi est casus praesentis q. stionis: & ita pot. esse ra-
 tio, quia t. tempus adiectū dispositioni dicitur ad eius formā
 pertinere auth. q. supplicatio. in verb. forma. c. gl. C. de p-
 cib. imp. offe. t. a forma aut nō est licitū recedere. l. j. & l. 2.
 vbi doct. ff. de lib. & posth. l. j. in prin. ff. de verb. obl. & q. t.
 casus omissus in tempore nūq. trahatur ad expressum: sicut
 Imo. Al. Soc. in d. l. j. de vulg. & in d. l. si ita qs. & l. si pater
 filiū. eo. tit. & hęc ratio est vera, & sufficiens, licet possit
 ad scripta obiecta & particulariter referri. Nō obstat et
 go not. in d. §. & qd si tātū. quia ille tex. loquit & praedit in
 cōditione necessaria, secus est in voluntaria, vt est casus nō
 ster & declarat ibi Bart. Non obstat gl. in d. l. tale. §. si. quia
 vera est in casu suo, quando casus euenit in quo tes-
 tator idem fuisset dispositurus: sed in nostro nom-
 ita est: quia testator noluit praeripere facultatem filio,
 neque eum grauare post 18. ann. vt supra dixi. Non
 obstat.

obst. l. fin. C. de posth. hær. quia ibi casus non est omisus, ut dicitur in textu, quia verba substitutionis proprie comprehendebant omne tempus incipiens a tempore testamenti conditi, & finiens in x. mense post mortem: ut aliàs dixi in l. si quis sic. ff. de verb. sig. Non obstat l. fin. C. de inst. & subst. quia procedit in substitutione directa vulgaris, quæ ex oratione diui Marci trahitur ad pupil. secundum iam hoc iure. ff. de vul. nos loquimur in fideicommissio: quod est onus adiectum filio, in quo non est paratio, secundum Corn. consil. c. cxx. in 4. de quo dicendum (vt dixi lib. de verb. sign. 3.) quia latior est materia, quã hic attingi debeat: & supra scripta quoad decisionem præsentis causæ sufficiunt, non enim facile recedendum est à verbis testatoris. l. non aliter. ff. de leg. 3. nec fideicom. sunt amplianda, cum inducat onus respectu filiorum l. coheredi. §. cum filia vbi not. ff. de vulg. l. omnimodo. C. de inoff. test. & t. auferant libertatem disponendi de re sua. l. in re mandata. C. manda. & in dubio semper interpretamur, ne hæres censetur grauat. l. vnum ex familia. §. quod si rem. ff. de leg. ij.

CONSIL. CI. SVMMÆ.

- 1 Proximus dicitur ille, qui solus est.
- 2 Primogenitus dicitur, quem nemo sequitur quando in veritate primus natus est.
- 3 Presumpta voluntas testatoris primo loco in fideicommissis spectanda est, etiam quod verba aliter ostenderent.
- 4 Dispositio testatoris trahitur ad casum per testatorem, non cogitatum, quando verisimile est, quod si de eo cogitasset, idem statuisset.
- 5 Prius nominatus, censetur prædilectus.
- 6 Per facultates maiores, sustinetur honor domus, & cognationis.
- 7 Dummodo mens testatoris effectum sortiatur, non debemus curate de verbis.
- 8 Relatum qui in conditionem resoluat.
- 9 Verbum esse, quid importet.
- 10 Qualitas annexa verbo, debet intelligi iocundum tempus, quo verbum verificaretur.
- 11 Si quis recipit fundum in emphyteosin, cum hoc quod non transeat, nisi ad primogenitum, intelligitur de illo qui tempore mortis superuenerit, licet esset secundo, vel posteriori ordine natus, quia consideratur tempus, quo quis succedere debeat, ut primogenitus dicatur, quicumque alium ante se tunc non habet.
- 12 Verba qui tunc erunt, important conditionem.
- 13 Dicitio tunc, temporis extrimitatem denotat.
- 14 In substitutione vulgaris vni casus expressus ad alium porrigitur.
- 15 Vbiunque in dispositione vnum dicitur, & aliud præsupponitur, nisi etiam præsuppositum concurrat dispositio, non habet locum.
- 16 Quando super existentia liberorum certo tempore requiritur, si illo tempore non sunt liberi, non habet locum dispositio.
- 17 Quod quis ferat insignia, vel conseruet domicilium fit ad finem propagandi, & conseruandi honorem familie testatoris.
- 18 Tutius est stare verbis, quam scrutari intentionem testatoris.



Illium Agnetis admittendum videretur prima fronte ad fideicommissum plurib. rationibus, Primo, quia testator vocauit in casum mortis Guidonis eius secundogenitum, qui cum nunc reperitur viuere, non videtur dubium: quin sit amittendus: quia verba hoc inferunt: iuxta l. non aliter. ff. de leg. 3. & quia cum ipse semel fuerit secundogenitus: dato q. primogenitus perierit, non tamen desint esse secundogenitus: prout in simili notat Old. consil. c. cxxiiij. illæ sunt allegat. Cyn. in l. si viua matre. Cod. de bon. mat. Alexan. consilio 4. in 4. cum similibus, & in simili quod habetur in l. proximus. ff. de verb. sig. vbi i. proximus dicitur etiam ille qui solus est, & in capitulo. Ioseph. vbi Ioannem And. & cæterext. de verb. sig. vbi i. primogenitus dicitur, quem nemo sequitur, quãdo in veritate primus natus est. Ergo eadem ratione secundogenitus debet dici ille: qui verè secundo natus est, licet nunc nemo eum antecedar: & quod ita intellexerit testator, apparet ex eo, quia aliquando apparet secundogenitum, aliquando eum appellat secundum filium dicti Francisci, certè non potest nega-


ri: quin verè loquendo dato, quòd ipse solus sit superstes, tamen sit secundus Francisci, habito respectu ad eum, qui primo natus est, licet decesserit, arg. leg. si filium. ff. de gradibus, Secundo videtur admittendus, dato quod verba præcisè hoc non inferrent, t. ex præsumpta voluntate testatoris, quæ primo loco in fideicommissis spectanda est, etiam quod verba aliter ostenderent. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. vnde f. dispositio testatoris trahitur ad casum per testatorem non cogitatum, quãdo verisimile est: quod si de eo cogitasset, idem statuisset. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth. vbi Alexa. & Modern. & gloss. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & bonus tex. in l. fin. C. de posth. hær. ed. in l. de dicitur autem ista mens ex eo, quod filium Agnetis secundo loco substituit: & filium Francisci tertio, vnde cum i. prius sit nominatus censetur etiam prædilectus. l. Publius. in fi. ff. de cond. & dem. l. coheredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pupil. & propterea vtroque extante debet præferri ille prædilectus, & quod talis esset mens testatoris apparet ex causa per eum assignata: dum dicit se substituere eum, dum sit habilis ad hæreditatem, & portet cognomen, & foueat domicilium: certè iste effectus optimè procedet, & quod ipse sit solus superstes ex fratribus: ex quo poterit ista omnia facere: imò eum ex hæreditate paterna accreuerint sibi aliqua opes, poterit honorificentias ea facere, quam si solam fideicommissum consequutus esset: ex quo t. per facultates maiores sustinet honor domus: & cognationis. l. j. §. pen. ff. de vent. in sp. Bal. in l. maximum. Cod. de lib. præter. And. Sicul. consil. 4. in j. & propterea t. dum mens testatoris effectum sortiatur: non debemus curate de verbis. l. si mater. C. de inst. & subst. Tertio, confirmat hæc opinio, quia cum verba & mens eum admittant, non videtur esse curandum: de quibusdam verbis fideicommissis, quæ in contrarium ponderantur: dum testator vocauit secundogenitum filiorum, qui tunc erunt Agnetis: nam dato quod illud t. relatum qui, resoluatur in conditionem, iuxta l. Stichum, qui meus. de leg. j. potest conditio verificari isto modo, vt testator considerauerit casum quo forte mortui essent maiores natu: vt ille admitteretur qui vnum superstitem haberet ante se: quia etiam talis potest dici secundogenitus: vt habetur in rub. ff. de vulg. & pup. & in rub. C. de secundis nup. sed tamen tali casu non eueniente: non ideo voluerit eum, qui verè secundo genitus sit excludi: quem ipse prædixerat & prius vocauerat, & tali casu interpretabitur illa conditio secundo genitum filiorum: qui tunc erunt Agnetis id est secundo genitum Agnetis si superstes erit, nec ista interpretatio est absoluta: ex quo aliàs t. verbum esse, refertur ad superexistentiam, seu permanentiam, vt habetur in l. cum proponas. C. de hered. inst. & l. patronus. ff. de concub. Sed prædictis non obstantibus: puto contrarium esse verius, quod imò filius Franciscæ ipse admitti debeat: quoniam in hoc casu videtur ipse vocatus ad fideicommissum: non autem filius Agnetis. Probatur, quia verba conditionis vocant secundogenitum filiorum: & sic ad hoc vt secundogenitus vocetur, debent adesse alij filij: quod non est in casu nostro nam t. qualitas annexa verbo debet intelligi secundum tempus, quo verbum verificaretur. in l. in delictis. §. si extra neus. ff. de noxalibus. l. ex facto. vbi Bartol. ff. de vulgar. & pupill. & quod in simili dicunt doctores de primogenito Regis, vt non comprehendatur, qui natus est antequam factus esset Rex, quia illa qualitas Regis non verificatur tunc vt per hanc rationem dicit Sign. de Homod. consil. suo 37. & Franc. Cremonensis in ling. suo l. incipit vidi pulchram. & est de mente Salic. in l. Imper. §. si. C. de nup. ergo idè in casu nostro. Confirmatur quia si non extant alij liberi, iste potius diceretur primogenitus, quam secundogenitus, vt notabiliter decidit Baldus in lege, secundum Cod. iure emphyteut. vbi si quis recipit fundum in emphyteusin: cum hoc quod non transeat, nisi ad primogenitum: intelligitur de illo, qui tempore mortis superuiveret, licet esset secundo vel posteriori ordine natus, quia consideratur tempus quo quis succederet.

Cedere debeat: vt primogenitus dicatur quicumque alij ante se tunc non habet, sequitur Alex. in l. si quis autem. in j. no. ff. ad Trebe. & sic verba fideicommissi non verificantur in tali. Ad idem moueor, quia verba vocant secundogenitum, qui tunc erit, certè ista verba important vt vocetur, qui tunc erit secundogenitus: & sic testator non habuit respectum ad ipsam originem: quia illud non potuisset poni in conditione, ex quo conditio est incerta, l. cum ad præsens. ff. si cert. pet. iste autem secundogenitus. quod ad originem, non potest esse incertus: quia quicumque sit qui nascatur, vel moriatur, semper qui secundo natus est, erit secundogenitus: cum ergo posuerit in conditione istum secundogenitum necessariò apparet eum non considerasse ipsam originem immutabilem, sed considerasse dubium euentum eis temporis, quo admittendus erat ad successione vt secundogenitus diceretur, qui ante se alium, priorem fratrem habebat, dato quod esset cuiuscunque ordinis: ista autem conditio hoc modo non potest verificari in isto ergo est reiiciendus tanquã conditio deficiat. l. si heredi plures. ff. de cond. inst. Confirmatur etiam, nam illa t. verba qui tunc erunt: important conditionem iuxta l. Stichum qui meus. ff. de leg. j. & præsertim quando est apposita t. dicitio, tunc, que importat vt extremitas temporis consideretur. l. 4. §. si. ff. de cond. & dè. l. vxori vxoris. villæ. ff. de vulg. leg. & sic opus est, quod tpe successione sit secundogenitus, & conditionaliter habeat ante se alij: vnde videtur in effectum vocatu sub gemina conditione, videlicet, si ipse existerit, & alium ante se habuerit, qua propter vtraque conditio debet concurrere, d. l. si heredi plures. & est tex. in cl. j. de cõces. præb. loquens de tali dicitio: & istud in simili decidit Anch. in don. cccxc. quia Helisabeth, vbi verba conditionis, si ipse non viueret, tunc ad eum liberis non verificantur, si altera decessit. Imò requiritur vt vtraque non viuat. Et q. notat idem Anch. conf. cccxvj. ex tenore testamenti, verifico hoc probat. vbi licet t. in substitutione vulgaris, si vnus casus exprimat ad alium porrigatur. l. cum proponas. C. de hæred. inst. hoc locum non habet, quando ista dicitio, tunc, in casu expresso apponitur, quia tunc restat iugis ad eum casum præcisè, qui est expressus: & idem in simili casu substitutionis decidit. Rom. con. 13. prima dubitatio. in ver. 2. & conf. 138. noua superuenit & dec. consil. 53. & con. 59. ergo idem dicendum est in casu nostro, vt dato quod aliàs secundogenitus allet admittendus, tamò ex quo testator eum vocauit, qui tunc esset secundogenitus liberorum, & sic postpositum superesse d. hereditas aliquos liberos, non debeat iste admitti, nisi tunc super sint. Et hæc opinio sua detur etiam per duas cões conclusiones. Prima est, q. t. vbiunque in dispositione vnum dicitur, aliud præsupponitur, nisi etiam præsuppositum concurrat, dispositio non habet locum: vt est gl. no. in l. mac. in verbo ad vocandum. C. de ser. fug. & ibi commentat. Butr. Raph. Fulg. Cast. Arc. conf. 158. copiosè. Soc. con. lv. in 2. & in l. j. §. si q. cccc. ff. ad Treb. Fel. in c. acced. præf. & in c. non nulli. de re. in d. sed in casu nostro testator expressè præsupponit, q. alij liberi Agnetis extarent: ergo eis non extantibus, dispositio non habet locum. Secunda est, quia t. q. super existentia liberorum certo tempore requiritur, si illo tempore non sunt liberi, non habet locum dispositio. l. ex facto. §. pen. ff. ad Treb. l. in substit. ff. de vulg. & pup. Bar. in l. liberorum. ff. de verb. sig. Imol. & Soc. in l. solemus. ff. de cond. & dè. sed in casu nostro super existentia liberorum requiritur tempore, quo iste filius Agnetis admittetur, quod indicant verba test. admittentia secundogenitum ex his, qui extant: ergo si non extant, deficit conditio. nec obstant al legata in contrarium: quia potest vnico verbo responderi. nam dato quod sit secundogenitus, non est secundo genitus eorum, qui sunt tpe euenientis conditionis, prout requirunt verba fideicommissi: & dato q. iste filius Agnetis sit prædilectus filio Franciscæ, tamen est prædilectus cum ea qualitate, q. sit secundogenitus eorum, qui tunc sunt: que qualitas cum non ad sit: vitatur dispositio. leg. Fulcinus. §. j. ff. ex quibus causis in possess. eatur lo. And. in c.

de dol. except. vt infra videbimus. Secunda est si quæstio quia vxor hæres in testamento scripta perit ante testatorem, an testamentum possit aliquo modo sustineri? Respondeo t. moriente herede scripto ante testatorem, testamentum vertitur in causam caduci: & ideo est nullum: l. vnica, §. pro secundo. C. de caduc. tollen. & ideo hereditas pertinet ad venientes ab intestato, cum onere tamē fideicommissi: vt dicitur in d. §. pro secundo. est dubitatio, an testamentum saltem sustineatur, respectu istorum agnatorum de Ranis? & hic triplex est hæsitatio, an isti agnati vocentur per fideicommissum, quo casu petendum erit de manu heredum iuxta. not. in l. Paulus respōdit. ff. ad Treb. in l. non dubium. C. de leg. an verò vocetur iure directo tanquam substituti & Anro. & Michael executores propria auctoritate possint exequi iuxta doct. Bart. in l. Centurio. vers. Sed quid si testator dixit: ff. de vulg. an verò nullum ius competat, hæc directum; nec precarium, nisi postquam fuerint electi. l. cum quidā: secunda. ff. de leg. 2. & istud vltimum puto verius; & doct. Trin. Bar. quod ius directum transeat relictis executoribus, non est communiter approbata, secundum Alex. & Mod. ibi, quod maxime in casu nostro est dicendum, vbi nulla verba sunt directa. Quarta dubitatio si dicti executores recusare eligerent, vel male eligerent, quid sit agendum? & in primis sciendum est, quod t. cum electio commissa sit duobus, si vnus negligat eligere, alius solus potest. l. si legatario, §. j. vbi Bar. ff. de fidei. libe. Bald. l. vnica in xij. quæst. C. quando non pet. part. Rursus sciendum est, quod cum hic tractetur de electione personarū facultas eligendi, nō extinguitur termino anni, prout alia s. regulariter in vltimis voluntatibus. l. in §. j. C. com. de leg. sed expectatur, quod iste qui debet eligere, sit in mora eligendi, & tunc electio transfertur in legatarios, d. l. cum quidam, secunda. ff. de leg. 2. in quos tamen non transit dominium, sed solum actio personalis, vt ibi per Bar. in versic. item oppono. loquitur tamen tex. in dict. l. cum quidam, quando ipse hæres debitor debet eligere, non quando tertius, prout est quæstio nostra. Item sciendum, quod ille ad quem pertinet electio potest eligere dignum, etiam si ad sit alius dignior, sufficit enim, quod non eligat indignum, vt inquit Barto. in d. l. cum quidam, tamen in casu nostro verba testamenti repugnant, quibus grauantur isti eligere idoneos ex familia de Ranis, vbi si probet, qm familia sint alij magis idonei, q. isti actores, erit repellendi officio iudicis. Quinta quæstio est an debeant eligi de familia plures, vel vnus, item an pauperes, vel ditiores, & honestiores? Respondeo verba testamenti, quod ad dictam tertiam bonorum, dicunt, quod eligantur proximiores in gradu, & idoneiores, oportet itaque, quod isti actores probent se esse in gradu succedendi, & presumantur proximiores, nisi probetur, quod alius extet proximior secundum Alex. in l. is potest. ff. de acquir. hæred. Corn. consil. cxlij. in iij. dixi in l. proximi: ff. de verbo. signifi. Quantū verò sit q. eligatur magis idonei, si tractaretur de re relicta ad pias causas, magis idonei censentur pauperiores, in auth. de eccl. titul. §. si quis in nomine per Salic. & Aretin. in l. j. C. de sacrosanct. eccl. cles. in hoc vero legato contemplatione familie facta ego acciperem magis idoneum illum, qui esset aptior ad conseruationem familie, vt qui haberet plures liberos masculos, vt ista dicitio idoneus, quæ diuersimodè in iure accipitur, l. 2. §. idoneos, ff. ad Tert. l. 3. §. si cum plures, l. 16 de lib. hom. exhib. l. si plures, ff. de acc. si. de pro. in casu nostro, secundum subiectam materiam, intelligatur iuxta regulam l. si cum vno, ff. l. oca. Sexta dubitatio, an testamentum istud sustineri possit in vim codicilli, vt ex eo fideicommissum debeatur, & supra dixi quod cum testamentum sit in causam caduci, hæreditas deuoluitur ad venientes ab intestato, cum onere tamen fideicommissi. d. l. j. §. pro secundo. idq. maxime in casu nostro est dicendum, propter clausulam codicillarem insertam in testamento, quæ solet conuertere institutionem in fideicommissum, l. leg. eam quam. secundum vnam lecturam. C. de fidei.

de iur. codicil. Dec. consilio... d. l. cum quidam. Tertia, an testamentum, quia in causa...

d. l. cum quidam. Tertia, an testamentum, quia in causa caduci, saltem sustineatur, in vim fideicommissi...

CONSIL. CVIII. SVMMÆ.

- 1 In fideicommissis, conditionem per distributam sensus compositi conceptam separatim accipi, adeo ut primo moriente statim locus sit substitutioni.
2 Hereditas non adita, locum habet vulgaris substitutioni.
3 Substitutus vulgariter non admittitur, nisi conditio in persona versus deficiat.

Nauius viso testamento domini Francisci de Barzijs, & in institutionibus in eo factis, duas dubitationes potissimum oriuntur. Prima, est respectu domus charitatis substitutione: alia est respectu filii Bernardi, de vtraque igitur videndum...

Bernardus non adiuu hæreditatem, quo calu substitutio vulgaris haberet locum. Et licet in vulgari regula, sit in contrarium quod substitutus non admittatur, nisi conditio in persona versus deficiat...

putarem in casu nostro, non restituendam, etiam non tractet de damno vitando, sed potius de lucro faciendis aduersus voluntatem defuncti, qui voluit feminam hanc esse exclusam a sua hæreditate...

- 5 In actis necessarij sunt duo testes, non tamen oportet eos esse rogatos.
- 6 Facilius debet fieri reuocatio voluntatis ad pias causas, ex quo est facilis inductio.
- 7 Non debet monasterium allegare id, cuius contrarium non esset postulaturns.
- 8 Testamentum in quo sint instituti heredes ad interrogationem alterius quam notarij, si testator responderit, quod sic, dummodo possit articulare loqui, valet.
- 9 Rogatus testium in testamento est quaedam solemnitas, quae non concernit voluntatem testatoris, sed valore actus, quae solennitas sufficit, si probetur per duos testes.
- 10 Testes in testamento adhibiti, non refert an sint rogati à testatore, an ab alio nomine testatoris, seu in ipsius praesentia.
- 11 Heres magis repraesentat testatorem, quam quilibet alius.
- 12 Heredi licet blandis verbis impetrare à testatore ut eum instituat.
- 13 Si in testamento nuncupatum potest relinqui.
- 14 Psum fructum caducitatis non debetur.

AM abunde, & subtiliter allegatum est per dominos aduocatos praestantiss. Iureconsultos in hac causa, ut merito potuerim esse contentus sola subscriptione: sed tamē vt aliqua ex parte motem gerā parti, pauca sum adducturus, quae animi clarissimi d. iudicis inclinent, vt pro iusticia adiuuet istos nobiles fratres de Suardis, & eos absoluat à peccatis per religiosos sancti Dominici. Et circa primum caput dico, quod cum istud testamentum, quo vocabatur praefrati religiosi esset caditū, iam per multos annos ante, id est supra decennium, reuocatur per solam mutationē voluntatis, de qua constat per tres testes, vt est text. in l. sancimus. C. de testa. & ibi gloss. verb. fuerit. secundum opinionem. Azon. quam sequuntur communiter doct. de quo per Lud. Bol. consil. xl. in casu autem nostro non solum tres testes, sed octo interuenerunt: & ideo res videtur clara, vt isti religiosi excludantur, & maxime cum probatū sit, quod inimicitiae testatoris conceptae erga fratrem cessauerant, propter quas iste instituerat monasterium, & quod saepe dixerat, quod volebat reuocare d. testamentum, & quod amabat istos filios fratris: quae omnes coniecturae plurimum adiuuant intentionem istorum Suardorum, ad eod vt casus iudicio meo sit valde clarus, & hoc etiam manifestius apparebit ex resolutione obiectorum. Non obstat ergo, quod ex illis testibus fuerint tres, qui reuocauerūt d. sum, &c. respondeo istud nihil est: quia adhuc super sunt alij etiam ultra legitimum numerum, vnde propter eos non vacillat fides reuocationis. I. cum tab. ff. de bon. poss. secundum tab. gl. vt Bar. in l. si quis neget. ff. que mad. tab. aper. Alex. consil. lxxvij. in j. Soc. xx. 28. in 3. Dec. xxx. & c. cum similib. Praeterea respondeo, quod licet illi reuocauerint, tamē adhuc statim primo dicto, quia lex praesumit reuocationem factā per subornationem partis. c. praeterea. in fin. de testib. cog. vbi gl. & doct. Abb. & Fel. in c. cum in tua. ext. de testibus. quod in casu nostro est valde verisimile propter reuocationem ipsius testis, qui dicit quod testator dixit, No, no. cui omnes ex vtraque parte contradicunt. Non obstat, quod in dicto testamento prima erat clausula derogatiua, &c. quia rñ deo, q. tex. in d. l. sancimus. procedit etiam stante dicta clausula: derogatiua q. simpliciter loquitur & in distictione. & ita tenet ibi Bal. Raph. Fulg. Pau. Cast. Cor. Ias. quia lapsus decenij, operatur obliuionem, etiam respectu dictae clausulae, & ita etiam consuluit Bal. consil. xxxix. & seq. in 2. vol. & est communis opinio per Alex. consil. cv. in 4. vol. & per Nartam in rep. auth. hoc inter. vers. x. Praeterea in casu nostro non est aliqua clausula derogatoria ad futura testamenta, sed ad praeterita tantū. & ideo cessat prorsus haec facultas ex inspectione verborum testamenti. Non obstat, quod testes non fuerint rogati, respondeo contrarium est verius, dicemus in secundo capite. Praeterea quantum sit ad reuocationem dicti testamenti, secundum formam d. l. sancimus. non est opus alio rogatu testium: quia lex simpliciter requirit idoneos, non autem quod

sint rogati. & quia quod sunt rogati solum requiritur in consecutione testamentorum. l. heredes palam. ff. de test. sed in nuda declaratione poenitentiae voluntatis hoc non reperitur expressum: & ideo stabimus regulae, vt non requiratur rogatus. l. si in fi. C. de codicill. de qua per gl. in auth. rogati. C. de testib. & facit quia ille rex. equiparat probationem per acta, & ea quae fit per illos tres testes: sed sic est, quod talis equiparatio non requirit testes rogatos. l. j. C. de satisf. & licet in actis necessarij sint duo testes, secundum Bald. ibi non tamen oportet eos esse rogatos: & licet quidam institutori dicant, nempe Ang. s. ex eo. in tit. quib. mo. testa. in fin. quod doctores in d. l. sancimus. tenent oportere, quod testes sint rogati, tamen ego non reperio, nec aliquem ex antiquis, nec Mod. qui hoc dicat. in l. sancimus. Non obstat, quod d. l. sancimus. non debeat procedere, quando in primo testamento instituta esset causa pia per ea, quae not. Host. Io. And. & in c. fi. extra. de solut. quia respondeo quod contrarium est verius, & no. in d. c. si parum faciunt, vt dicit Ias. in d. l. sancimus. in fi. & per Ias. consil. cxxxj. sentit manifeste Abb. consil. xj. in 1. vol. & Ias. consil. cxxxj. in 2. dub. & mouetur Ias. ibi fori ratione. Plus dico quod facilius debet fieri reuocatio talis voluntatis ad pias causas: ex quo etiam facilius inducitur. c. relatum. i. extra. de testam. & quia non debet monasterium allegare id, cuius contrarium non esset postulaturns. l. penul. de solu. & quod not. Bald. in l. i. vers. item incidenter. C. de sum. Trini. & fide eatho. sicut enim institutio ad piam causam facilius probatur, ita & reuocatio, secundum Io. in d. c. relatum & quod not. Bald. in l. fin. C. de fideic. que refert, & sequitur Ale. & Ias. in rub. ff. de acq. poss. & certe cum satis constat de mente testatoris, non debet monasterium aduersus conscientiam fatagere ad dicta bona: quia ab hoc magis abstinere debent clerici, quam laici, vt in simili dicit Bald. consilio 4. 19. vol. v. maxime cum est regula beati Dominici, arceantur ab huiusmodi successioneibus, ne eas retineant, vt habetur in c. in praesentia. ext. de probat. per Dec. consil. 359. cum similib. & licet Papa dispensauit, tamen debet hoc intelligi in casibus certis, & liquidis, non vt ambulent per tribunalia iudicam, & amphractus litium, & sit scandalo caeris c. suggestum. extra. de dec. Circa secundum caput, quo pretendimus quod dictum primum testamentum sit reuocatum per sequens, & sic quod dicta reuocatio habeat vim testamenti, licet sufficiant dicta in primo articulo, tamen ad maiorem cautelam dico adhuc veram esse supra scriptam opinionem dominorum aduocatorum: quia valet testamentum, quo sint instituti heredes ad interrogationem alterius, quam notarij, si testator responderit, quod possit articulare loqui, vt est tex. cum gloss. in l. iubemus. C. de test. & licet Bar. loquatur in interrogatione, facta à notario, tamen idem est à quolibet alio, secundum gloss. & Per. que ibi refert, & sequitur Cyn. & idem etiam tenet ibi Salic. & dicit ita tenere Ioan. And. arg. l. Pamphilo. ff. propositum. ff. de leg. 3. & est communis opinio, vt per Moder. l. bj. & Rom. consilio 306. per Alex. consil. 12. in j. vol. consil. 47. in 2. 33. in 3. Corn. consil. lxxvij. in 4. lib. in litera D Barb. consil. xxix. in j. Dec. consil. 4. 89. vbi respondet omnibus contrarijs: & licet aliqui contradixerint, tamen non est recedendum à communi opin. in iudicando. Et in casu nostro sufficiunt quinque testes, ex quo testamentum est conditum furi, seu extracuiusque, ita disponete statuto Manuque, quod habet aliquam confirmationem cum iure communi, de quo in l. fi. C. de test. & per Anc. consil. 178. Nec obstat in casu nostro ea, quae in contrarium adducuntur. Et in primis, quod interrogatio haec facta sit per personam suspectam: id est, vnum ex haeredibus nominatis, quo casu non videretur procedere. gl. in d. l. iubemus. secundum Salicetum ibi & Bertrandus. Carp. consilio ducen. testimodécimo. numero. xvij. in 1. & tali casu esset seruanda opin. Alberti Pap. de qua ibi per doct. & per Pau. de Cas. consil. 366. viso puncto. Rom. d. consil. 306 Socin. consilio. xxvij. in 3. Dec. clxxv. Arc. lxxj. Corn. cccxxix.

cccix. in j. Bertrandus consil. lxxvij. in 2. Quia respondeo, q. in casu nostro nulla est suspicio respectu interrogationis: quia omnia aperte & clare sunt facta, & coram testibus, vt Sal. loquitur: quando persona suspecta scriptis, & dixisset instituis ne Titium, & ordinas, prout hic scriptum? quo casu posset fieri fraus, quod non fuit in casu nostro: quia omnia fuerunt à testibus audita. l. hac cūfultissima in fin. C. qui test. fac. poss. l. non existimo. ff. de adm. tut. l. no intelligitur. ff. si quis palam. ff. de iure sic. praeterea tot sunt coniecturae in contrarium, quae omnem hanc suspicionem purgant, maxime ex numero testium, secundum no. in l. si quis ex argentarijs. §. eo- gentur. ff. de eden. Nec etiam obstat, quod conati sunt ij religiosi probare, quod testes non fuerunt rogati: quia vt eleganter est responsum per dominos aduocatos, contrarium est verius, & melius probatū. Praeterea sciendum est, quod istud quod testes sunt rogati, est quaedam solennitas, non concernens voluntatem testatoris, sed valorem actus, quae solennitas sufficit si probetur, vel per duos testes, vt not. Bald. Pau. Alexand. Ias. in l. 2. C. de bon. poss. sec. tab. & est communis opin. secundum Imol. in c. cum esses. de test. & sequitur Ale. consil. xlvij. in 2. dub. & consil. xxxij. ponderatis. lib. 3. in casu autem nostro probata est per octo testes: & licet aliqui deinde reuocauerint, tamen nihil impediunt, vt supra dixi. maxime cum numerus largē superabundet. Et certe non debet monasterium hoc opponere cum eo instituto, si erat necessarium, quod testes essent rogati, vt dicunt magis communiter, secundum Gem. consil. cxxv. & Alex. consil. 4. in vij. can. in d. c. relatum. de quo per Soc. in consil. xcij. in 3. vñ non debet allegare id, cuius contrarium non esset approbatur. d. l. pen. C. de sol. & supra dixi. Non obstat, quod rogati sunt ij testes per ipsum heredem, &c. quia respondeo, quod nihil refert, an testator rogauerit, an alius nomine testatoris, seu in praesentia ipsius, secundum Io. Fab. in §. fi. in st. de test. Dyn. in l. heredes palam in princ. ff. de test. & Paul. de Cast. in §. testamētis. ead. l. Imol. Dominicus. circa fin. eod. tit. Al. d. consil. xlvij. in 2. dub. & d. consil. xxxij. pōderatis. lib. 3. Et nihil refert, q. fuerit ipse heres: quia vt supra dixi, propter hoc nulla subest suspicio vel fraus: imo facilius debet tolerari, si hoc fiat per heredem: quia perinde est, ac si factū esset per testatorem, quia si ipse eum magis repraesentat, quam quilibet alius. l. in tempus. ff. de vsc. gl. l. pactum. ff. de prob. l. si quis. ff. si quis plures. ff. de leg. j. Et tunc illi blandis verbis impetrare à testatore, vt eum institueret. l. si quis alij. test. prohib. sicut etiam à dictantibus testamentū nuncupatiuum potest relinqui. l. dictantibus. C. de test. & videtur in casu nostro hoc officio factus fuisse d. Baltassar, qui dictauit id est, dicta testatoris reperit coram testibus, & eius nomine eos adhibuit. Et ex his concludo etiam ex hoc secundo capite, excludi istos religiosos, contra quos etiam in dubio iudicandum est, cum satis aperte constet, quod non habent mentem testatoris, prout in simili etiam contra piam causam consuluit Ang. consil. cccxxij. Corn. consil. cclxj. in 1. & consil. lviij. in iij. & alibi saepe. Circa tertium caput, quo disputatum est monasterium fuisse institutum sub quadam modificatione, & qualitate, quae non euenit: quia plenē vtrinq; scriptum est, altissimum est chaos in hac materia extensionis, no intendo aliud scribere: quia istud esset ad dederē aquā mari, & alijs latissime disputauit in 3. lib. de verb. sign. vnum duntaxat dicit, quod in tanta perplexitate consilijs facit iudex, qui ommissis doctorū altercationibus, adhæret verbis legū, à quibus nunquam facile discedendum est. dico igitur, quod cum testator legauerit vsum fructū vxori, & deinde finito usufructu, si uerper mortem, siue per transitum ad secunda vota, reuocauerit monasterium, cum ipsa mortua sit, viuentē testatore, non dicitur euenisse conditio, vt est tex. in l. Titio vsufructus. ff. de cond. & dem. vbi est tex. clarus etiam, quod ageretur de fauore libertatis, vel pia causa. Sed quia iudicio meo primum caput est adeo clarum, vt non expediat insistere in istis alijs, remitto me ad scripta diffu-

sè per clarif. aduocatos. Saluo semper saniore iudicio.

CONSILII. CXII. SVMMÆ.

- 1 Clausula in fine posita nunquam refertur ad praecedentia, quoties dispositio redderet inutilis, vel quoties sequeretur aliquid absurdum, vel correctio aliqua superioris dispositionis.
- 2 Semper fit interpretatio per quam contrarietas euitetur.
- 3 Reseruatō simpliciter, & verbis generalibus facta, ad casum specialiter dispositum, trahi non debet.
- 4 In dubio sepe fit interpretatio vt aequalitas inter filios seruetur, ne inter ipsos excitetur discordia.
- 5 Facultas alienandi post certum tempus, trahitur duntaxat ad prohibitionem expressam à testatore factam, non autem ad tacitam, quae fit à lege fideicommissis conditionibus.
- 6 Si consensio tertio alienanti rem meam cum prohibitione saluo iure meo, talis reseruatō resringitur, vt intelligatur duntaxat respectu pretij, non autem ipsius rei.
- 7 In fideicommissis fit stricta interpretatio, vt quae minimum debetur.
- 8 Cessantibus verbis fideicommissi, nunquam dicimus subesse fideicommissum.
- 9 Fideicommissum cum sit onus in dubio pronunciamdum non subesse, quia semper fit interpretatio ne heres sit grauatius.
- 10 In fideicommissis onus filijs iniunctum, ad nepotes non peruenit.
- 11 Fideicommissi ademptio, censetur fauorabilis, datio verò est disfa.
- 12 Ratio generalis ampliat dictum.
- 13 Si alienatio facta per contractum, valet irrevocabiliter, multo magis valere debet, & irrevocabila esse, quae fieret per viam testamenti.
- 14 Dictiones vniuersales non restringuntur ad hereditatem.
- 15 Clausula in fine posita ad omnia praecedentia debet referri.
- 16 Natura dictionis, saluo, si apposita sit in fine modificat, & restringit indistincte omnia praecedentia, etiam si in duobus separatis orationibus sint prolata.
- 17 Iudex in sententia ponens clausulam saluo iure tertij, intelligitur reseruatō non solum petitorij, de quo lis pendebat, sed etiam possessorij, de quo non pendebat.
- 18 In fideicommissis, prohibitio censetur tacita & à lege facta.
- 19 Clausula in fine posita, limitat omnia, in quibus est eadem ratio.
- 20 Remittens prohibitionem expressam multo fortius remittit tacitam.
- 21 Vbi eadem est ratio, ibi eadem est quoque iuris dispositio.
- 22 Videtur esse eadē dispositio, quae simili ratione emittitur.
- 23 Natura dictionis, saluo, est modificare & limitare superiora.
- 24 Clausula reseruatua cum sit magis specialis, derogat seu limitat generalem praecedentem.
- 25 Species derogat generi.
- 26 Cum verba testamenti sint clara, non videtur admittenda voluntatis questio.
- 27 Quae in continenti coherent, dicuntur inesse.
- 28 Si de quo magis, ergo & de quo minus.
- 29 Praesumptiones ex omissione non adeo sunt efficaes, vt quae ex ipso facto colligant.
- 30 In claris & expressis non est locus coniecturis.
- 31 Ex separatione non inferitur.

MAGNIFICVS dominus Ioannes Simoneta, in testamento suo instituit filijs masculis, eorū fideicommissi, vt quisquis eorū moreretur sine filijs, superstiti, seu eius de scendētib; masculis, restitueret. Deinde alio capitulo prohibuit eis, qualemcunque alienationem adiecta clausula generali, Quia volo hereditatem, & bona mea permanere in domo, & familia mea, vt s. Mo. x. que clausula subiecit, Saluo sepe & reseruatō, q. dicti filij mei possint inter se quaslibet alienationes facere ad eorū libitū voluntati. Cōtingit nō dubitari, an reseruatō illa, & licētia alienandi solū restringat clausula prohibitionis alienationis, an verò et clausula fideicommissi conditionalis, & sic an illi, q. decesserūt sine filijs, potuerint vñ tantū ex fratribus instituerē alijs neglectis. Et videretur prima fronte, quod dicta reseruatō duntaxat trahatur ad clausulam prohibitionis: quia clausula in fine apposita, nunquam re-

fertur ad præcedentia, quoties dispositio redderetur inutilis, secundum Bartol. in l. talis scriptura. ff. de leg. j. vel quoties sequeretur aliquod absurdum. Rom. consilio 12. vel correctio aliqua superioris dispositionis. Dec. consilio cccix. maxime si in continentibus hoc fieret. In nam ad ea. de cond. & demoa. Rom. consilio 104. vel si induceretur aliqua repugnancia: quia tunc semper fit interpretatio per quam contrarietas euitetur. c. inter dilectos. de fid. instrum. Alex. consil. cxcj. in 2. Dec. consilio cccxxxvj. unde sequitur quod in casu nostro illa reservatio non trahatur ad clausulam fideicommissi: quia aliis eam nimis restringeret, & ferè corrigeret. Secundo confirmatur hæc conclusio, quia testator specialiter providit in casum euenientis conditionis, id est, quo aliquis eorum sine liberis decederet. vñ talis reservatio simpliciter, & verbis generalibus facta ad hunc casum specialiter dispositum trahi non debet, per regulam. l. doli clausula. ff. de verb. obl. & quod noc Bartol. in d. l. talis scriptura. & quod in simili casu respondit Dec. consil. 284. vers. 4. Tertio suadet hoc ex verbis testamēti, quibus apparet, quod testator voluit fideicommissum æqualiter in stirpes deuolui, hic autem oriretur magna inæqualitas, quia bona ad vnum tantum peruenirent, & tunc in dubio semper fit interpretatio, vt æqualitas inter filios feruetur. ff. illud quoq; authen. de nupt. vbi Ang. ne aliis inter ipsos excitetur discordia. l. cum pater. ff. de iust. & leg. 2. & quod not. Dec. consilio cccxxij. Quartò accedat supra scriptis, quod talis videtur fuisse mens testatoris ex tenore testamēti, cum in clausula prohibitionis alienationis dixerit. *Se prohibere saluo semper vt infra*. nimirum referens se ad dictam clausulam reservationis, in cap. verò fideicommissi nulla est huiusmodi relatio, q̄ vt q; fecisset, si voluisset dictam reservationem ad fideicommissum trahi. l. vnica. ff. in autem ad deficientis. C. de cad. tol. quod ergo testator non dixit, nec nos dicemus. l. cōmodissimè. ff. de libe. & posth. Quintò videretur hæc sententia probari auctoritate Pau. Cast. consil. 263. in j. dub. in 2. vol. in nouissimis, quem refert, & sequitur Dec. consilio 386. vbi in questione facti responderunt, quod facultas alienandi post certum tempus, trahitur duntaxat ad prohibitionem expressam a testatore factam. non autem ad tacitam, quæ sit a lege in fideicommissis conditionalibus, de quo in l. fin. ff. in autem auaritiæ. C. communia de leg. Sextò & vltimò facit, q̄ ista clausula reservatiua, *saluo, &c.* inducit quendam modum, seu restrictionem, secundum gloss. in l. item Labeo. ff. fam. ercisc. qui modus quantum fieri potest, debet restringi etiam aduersus generalitatem verborum, & satis est etiam si modicum operetur, vt per Bal. consilii 273. supposito statuto in secundo. & latius per Dec. consilio 283. vbi illa verba, *saluo iure liberorum*, non intelliguntur generaliter, secundum tit. insti. ad Orfit. sed strictè, secundum l. hac edictali. C. de secund. nupt. Et idem notabiliter voluerunt Iac. But. & Iaf. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de lega. 1. vbi t̄ si cōsentiam tertio alienanti rem meam, cum p̄testatione, *saluo iure meo* talis reservatio restringitur, vt intelligatur duntaxat respectu pretij, non autem ipsius rei arg. l. mater. C. de rei vñd. & est de mente Dyn. Old. & Raph. Com. ibi. Et pro hac sententia etiam facit quod not. Alex. consilio cxxxv. vers. præterea ista. in 1. vol. & possunt plurima similia adduci, quæ sciens prætereo. Sed tamen his non obstantibus, puro indubitatè contrariam opinionem esse veriore. Et præmitto in primis, quod in fideicommissis fit stricta interpretatio, t̄ vt quam minimum debeatur. l. nummis. de leg. 3. Lud. Rom. in l. plures. de dama. in fest. Deci. in l. in testamētis. ff. de reg. iuris. vnde cessantibus verbis fideicommissum quam dicimus subesse fideicommissum. l. Lucius. ff. tres hæredes. in verbo, an vnciam hæreditatis. ff. ad Trebellianum. vbi Iacobus Dyn. Alber. Et cum fideicommissum sit onus. l. coheredi. ff. de vulg. in dubio pronuntiamus non subesse, quia semper fit interpretatio ne hæres sit grauatus. l. vnum ex familia. ff. si rem. ff. de leg. 2. Et istud maxime debet habere locum,

quando fideicommissum imponeretur filio, non enim verisimile est voluisse patrem onerare, nisi quatenus verba expressè hoc inferunt. Vnde t̄ in fideicommissis onus filij iniunctum, ad nepotes non pertinet, vt per Old. consilio. cclxxx. Sign. Hom. consil. cclix. Fr. Cur. consilio xlv. sæpè reuoluitur. Dec. consil. cccxvii. cum conc. sicut nec in prohibitione alienationis gloss. ff. nos igitur. in authen. de restit. fideicom. per Bartol. & doctor. in l. filius. ff. diui. de leg. 1. Quamuis aliàs filiorum appellatio ne veniant nepotes. l. iusta. l. liberorum. ff. de verb. sig. Et ex his inferitur, quod in supra scripto testamento clausula inducentes fideicommissum, vel prohibitionem alienationis, sunt strictè intelligendæ: clausula verò reservationis de qua agitur, quia liberat ab onere fideicommissi vel prohibitionis, tanquam fauorabilis latiore recipit interpretationem, vt scilicet, ad supra scripta omnia referatur. Facit tex. in l. si fuerit. vbi Pau. Cast. & Soc. in v. not. ff. de rebus dub. vbi probatur, quod d̄ si fideicommissum censetur esse fauorabilis, datio verò odiosa. Secundo confirmatur supra scripta opinio, quia testamēto dicta reservatione subijcit post factam prohibitionem alienationis, & generalem dispositionem, *qua insit vt bona in perpetuum remanerent in familia*, quæ clausula inducit absolutam fideicommissum, quia t̄ ratio generalis ampliat dictum, vt per Bart. in l. pater. ff. fundum. de leg. iij. & ita se habet communis opinio, vt per Ioan. Crot. in d. ff. diui. & Aret. in l. qui Romæ. ff. coheredes. vbi etiam Soc. & Iaf. ff. de verb. obl. & ita consulendo firmavit Lud. Rom. consil. cccclvij. Pau. Cast. consil. cccxxij. visis & consideratis. Ioan. de Anna. consilio. xlvij. Soc. xliij. lvij. in iij. Dec. xxij. clxxxij. Cur. Iun. consilio cxvj. cum similibus igitur dicta clausula inducat fideicommissum absolutum, & testator reservationem illam incontinenti illi clausula subiecerit, non videtur dubitandum, etiam si illa reservatio ad proxima tantum referretur secundum gloss. in l. si idem cum eod. ff. de iuris. d. omni. iud. & per Bartol. in l. fin. ff. de reb. dub. tamen maxime ad fideicommissum simplex referatur, & illud modifiet atque restringat, vt sufficiant bona inter ipsos descendentes relinqui, etiam si vni tantum ex eis relinquerentur. l. pater filium. ff. ad leg. Falc. l. vnum ex familia. ff. quod si talia. ff. de leg. 2. Tertio confirmatur, quia si dicta reservatio ad clausulam prohibitionis alienationis tantum referretur, sequeretur absurdum, & inconueniens, quod alienata eueniente fideicommissi conditione possent reuocari, secundum regulam leg. fin. ff. in autem sub conditione. C. com. de leg. & scilicet testatoris esset illusoria, vel potius deceptoris ementium. Merito ergo valis licentia generaliter est intelligenda, vt per Bartol. in leg. qui Romæ. ff. duo fratres. in viij. quest. ff. de verb. oblig. Quod t̄ si valet irreuocabiliter alienatio facta per contractum, multò magis debet valere, & irreuocabilis esse, quæ fieret, per viam testamēti, ne possit reuocari prætextu asserti fideicommissi. leg. cum pater. ff. cum inter. ff. de leg. 2. l. ex hoc edicto. ff. de alienat. iud. mut. cau. Bald. cap. 1. de prohibita feudi alienat. per Frid. Aret. & Claud. l. si quis ita stipulatus, si ita quis promiserit. ff. ea lege. de verb. obl. & notatur in leg. j. C. non lice. habita. lib. 10. Quartò in hanc sententiam me trahunt verba generalia ipsius reservationis, quibus dicitur, *Quod possint facere qualibet alienationes ad iur. libitum*. quæ verba vniuersalia sunt, nec restrictionem vllam patiuntur. l. qui autem. ff. fin. ff. de constit. pec. & ibi per doct. c. eos qui. ff. j. de sentent. ex eom. lib. vj. Insti. de re. diuis. ff. si tamen. & quia regula est generalis, quod t̄ iste dictionis vniuersales non restringuntur ad hereditatem, nisi certis casibus, qui in questione nostra non concurrunt, vt per Bart. & doct. in l. i. ff. nuntiatio. vers. item nuntiatio. ff. de oper. nou. nunt. & traditur in l. j. C. de sacrosanct. eccles. maxime cum ista esset restrictio nimis absurda cum enim alienatio possit & per contractum fieri, & per vltimam voluntatem per habentem filios, & per non habentem,

habentem, non potest commodè restringi hæc generalitas ad vnum casum tantum, cum vtique nominatim censetur expressus. l. j. & ij. ff. de lib. & posth. l. si vnus. ff. sed si stipulatus. ff. de pact. Quintò pro hac sententia facit, quod ista reservatio apposta est in vlt. parte testamēti: vnde succedit regula, quod t̄ clausula in fine posita ad omnia præcedentia debet referri. l. j. in fin. C. de lib. præterit. notatur in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & in c. secundò requiritis. extra. de appel. & de don. c. cum dilectus. & ea quæ habentur late per Fel. in c. causam quæ. extra. de rescript. imò refertur ad omnia superiora, etiam si sint res mota, & distincta per paragraphos, vt est gloss. in clem. j. ff. ij. de supplen. neglig. præla. & ibi d. Card. not. Sextò facit t̄ natura istius dictionis, *saluo*, quæ quidem si apposta sit in fine, modifcat & restringit indistinctè omnia præcedentia, etiam si in diuersis & separatis orationibus sint prolata. vnde si iudex postquam condemnauit aliquem, adiciat moderationem per dictam dictionem, *saluo*. nihil refert, quod in separata oratione hoc fecerit, secundum Alexand. in l. iudex posteaquam. ff. de re iud. & est magis communis opin. & facit in simili quod not. Bald. in consilio ciiij. volum. vbi t̄ iudex in sententia ponens clausulam, *saluo iure tertij*, intelligitur reseruasse non solum p̄teritum, de quo lis pendebat, sed etiam futurum, de quo non pendebat, sequitur Iaf. in l. naturaliter. ff. nihil commu. de acq. poss. Septimò non est dubium, q̄ clausula fideicommissi, & clausula prohibitionis, vtraq; habet in se prohibitionem alienationis: sed t̄ in fideicommissio prohibito, censetur tacita & à lege facta. d. l. fin. ff. siq. autem. C. communia. de leg. vnde cum testator subiciat, *saluo, quod possint alienari inter se ipsos, &c.* intelligitur loquutus tam respectu prohibitionis tacite, quam expressæ, ex quo vtraque supra fecerat, nominata & dictio, *saluo*, refertur non solum ad expressam, sed etiam ad tacitam, & quæ habet ex dispositione legis, secundum gloss. in l. si debitor. ff. j. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. tol. vbi cōsentiens alienationi pignoris, *saluo iure suo*, intelligitur reseruasse, siue pignus sit conuentionale & expressum, siue legale & tacitum, & consensus potius censetur nungatorius, & superfluus, quam vt restringatur dicta reservatio, & cum gloss. transeunt ibi doctor. Octauò in hanc sententiam me adducit, quia non potest ratio diuersitatis probabiliter aliqua adduci, cur testator alienationem permiserit respectu prohibitionis, & non respectu fideicommissi, suberat enim vtroque casu idem fauor totius familiæ, cum ergo remisit in vno, idem & in alio. d. l. j. C. de lib. præte. & quia t̄ clausula in fine posita limitat omnia, in quibus est eadem ratio, secundum Bal. in dicta l. j. & doctor. in d. cap. secundo requiritis. extra. de appell. & quia si remisit prohibitionem expressam, multò fortius tacitam. l. de bitum. C. de remi. pign. l. si fideiusor. vbi per doct. ff. de leg. j. & quia verisimile est voluisse testatorẽ hanc electionem filijs suis relinquere. d. l. pater filium. ij. ff. ad leg. Falcid. Accedat vulgata regula, quod vbi t̄ eadẽ est ratio, ibi eadem quoque est istius dispositio. l. adigere. ff. quamuis. de iur. patronat. & videtur t̄ esse eadem dispositio, quæ simili ratione innititur. l. Gallus. ff. & quid si tantum. ff. de liber. & posthumi. vbi Alex. l. non solum. ff. qui primipilum. ff. de execu. tuto. l. qui liberis. ff. primo. de vulg. & pupill. vbi Bald. Non d̄ vltimò accedat auctoritas duorum præstantissimorum ex doctor. Modernis, & in primis Iaf. in consil. clxxxij. in ij. volum. vbi consuluit, quod clausula licentiæ alienandi post triginta tres annos, data filijs, refertur & ad præcedens fideicommissum conditionale, & ad subsequenter prohibitionem alienationis, rationibus, de quibus per eum, quæ militant etiam in casu nostro, & non expedit transcribere. Ad idem, quod consuluit Soci. xliij. in iij. volum. vbi ista clausula licentiæ est efficax, & refertur ad quamcunq; alienationem, etiam in præiudicium fideicommissi conditionalis, dato quod partes cōsensissent, saluis contentis in testamento. Nec obstant allegata in contrarium, & in primis quod clausula in fine posita non refertur ad

præcedentia, si dispositio vitaretur, vel corrigeretur, vel contrarietas aliqua induceretur. Respondeo primo, hoc non procedere in clausula concepta per t̄ dictionem, *saluo*. quia eius natura est modifcare, & limitare superiora. vt per gloss. in dicta l. item Labeo. & in dicta l. si debitor. per Bald. in tit. de pact. const. ff. amplius. ver. *saluo*. Pau. Cast. consilio clij. in antiquis incipiente, circa illud quod primo quaeritur, in primo quaesito, vbi allegat no. in l. ij. ff. penult. ff. de lib. agnos. & in l. penult. ff. de aqua quotid. cum concord. per Barbat. consil. lxx. in ij. & Corserum. in reperto. verb. *saluo*. Item respondeo, quod in casu nostro superior dispositio non redditur inutilis, neque corrigitur, sed quælibet istarum clausularum habet locum in casu suo, vt ster firmum fideicommissi: nisi tamẽ grauatus alienaret inter ipsos, seu per contractum, seu per vltimam voluntatem, vt supra dixi, & ita etiam responderet Iaf. in dict. consilio clxxxij. ver. non obstat ergo primum. Secundo non obstat, quod clausula generalis, nõ trahatur ad ea, de quibus in specie dispositum fit. nam respondeo, quod illa clausula reservatiua; dicitur ipsa esse magis specialis, & limitat fideicommissum: clausula verò fideicommissi non dicitur ipsa esse a deo specialis, vt inquit Soci. in alleg. consil. xliij. in iij. vnde in casu nostro, cum dicta clausula reservatiua sit magis specialis; derogat seu limitat generalem præcedentem gloss. l. si quis prior. in fin. ad Trebell. & quia in iure nostro semper t̄ species derogat generi. l. in toto. ff. de regulis iuris. præterea natura istius actionis, *saluo*, quæ est limitatiua & modifcatoria superiorum; vt supra dixi, tollit omnem dubitationem: Tertio non obstat, quod testator voluerit fideicommissum æqualiter in stirpes deuolui. Respondeo si quidem quod istud est verum: tamen sequitur alienatione: sed ea sequuta, noluit auferre electionem filijs, quin possent vni ex eis relinquere. dicta l. vnum ex familia dict. l. pater filium. cum similibus. & traditur per Paul. Castr. consilio xxxij. proprietarius. in primo volum. in nouiss. & t̄ cum vbi ba testamenti sint clara, non videtur admittenda quaestio voluntatis. l. non aliter. l. ille aut ille. ff. cum in verbis. ff. de leg. ij. nec tantus est fauor æqualitatis inter filios seruandæ, vt operetur aduersus expressam testatoris verba. ff. optimè. ff. illud quoque. in auth. de nupt. per Dec. consil. cccxlvj. Quartò non obstat, quod testator non adiecerit modificationem illam in clausula fideicommissi, prout fecit in clausula prohibitionis: quia respondeo, primò quod satis est, quod in fine eam posuerit, ex quo refertur ad omnia supra scripta, vt supra dixi. Secundo dico, quod ex quo posita est immediate post rationem illam generalem. *Quia volo quod bona mea, &c.* quæ inducit fideicommissum simplex, & absolutum, satis est: quia t̄ quæ incōtinenti coherent, dicuntur in esse. l. lecta. si cert. per. Tertio illud adicio, quod non fuit expediens eam adiecere fideicommissio, cum in eo non sit expressa prohibitio alienationis, sed duntaxat tacita, & legalis: & testator, qui erat dictam modificationem adiecituri prohibitioni expressæ, non citauit eam tacite prohibitioni apponere: quia t̄ si de quo magis, ergo hæc & de quo minus. authen. multò magis. C. de episc. & cler. Quartò non omitto, quod coniectura oriens ex tali omissione est satis leuis, nec sufficiens ad plenam demonstrationem mentis testatoris, quia t̄ præsumptiones ex omissione, non adiecit sunt efficaces, vt quæ ex ipso facto colliguntur: l. si mora. vbi not. solut. matrimonij. Probula. de probat. cum similibus. Quintò non obstat decisio Pau. Cast. & Decij. in præallegato consilio, quia respondeo, quod contraria opinio est verior, pro qua consuluit Iaf. d. consil. clxxxij. præterea & secundò loquuntur ipsi in promissione tacita, quæ colligebatur per argumentum à contrario sensu, quæ non est adeo efficax ad limitandum præcedentem dispositionem; sicut expressa, de qua in casu nostro, l. si in prin. ff. de legat. ij. t̄ in claris enim & expressis locis non est coniectura: l. continuis. ff. cum quis. de verbor. oblig. Item in illo casu prohibitio expressa erat in fauorem grauatorum, vt ipsi declarant, quod non est in casu

su nostro. Item secundum Decium tacita illa licentia non recte colligebatur per argumentum a contrario sensu, in casu vero nostro illa modificatio est verbis clavis, & expressis scripta. Nec recipit probabilem dubitationem unde apparet, quod dicta consilia nihil faciunt ad propositum quaestionis nostrae. Sexto & ultimo non obstat, quod modificatio illa videatur restringenda per consilium Bald. celxiiij, & consilium Decij celxxxiiij, quia in casu ipsorum necessaria erat illa interpretatio, alias statutum corripisset se in continenti propter dictionem, Communibus. in eo positam & per alias rationes, quas non conueniunt casu nostro, de quibus ibi per eos. Nec etiam decisio Ias. in dict. l. si fundum per fideicommissum. aliquid obstat, quia procedit per rationes separatas a casu nostro, & textus separatis non inferunt. I. Papinianus exuli. de minor. Et etiam dicta decisio Ias. non est vera, & Bart. ibi cum quo alii transeunt tenet contrarium, & in contrarium est gl. communiter approbata in dict. l. si debitor. §. si quibus mo. pig. vel hypo. sol. Et haec omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXIII. SVMMÆ.

- 1 Per prohibitionem alienationis, censetur vetita detraçtio Trebellianica.
2 Authen. sed in ea. C. ad leg. Falc. declar.
3 Vtraque quarta, Falcidia nempe & Trebellianica, secundum iuris veteris regulam equiparatur.
4 Lata significatione verborum dictio Falcidiae comprehendit etiam Trebellianicam.
5 Vbi verba legis non militant, nec dispositio locum habere debet.
6 Superfluis euitanda.
7 Condicio a lege posita, inducit quandam formam, a qua non est licitum recedere.
8 Titulus legati est proprius distinctus ab institutione, seu titulo hereditario.
9 Haeres retinendo Trebellianicam illud retinet, quod est haereditate, & in quo semper habiturus est directam iura.
10 Qui retinet Falcidiam, illud retinet, quod testator ab haereditate separauit.
11 Haeres adueniens Falcidiam a principio eam deducit aduersus tertium, sed deducens Trebellianicam, deducit a principio aduersus seipsum, quod facilius tolerandum est, sicut facilius permittitur retentio quam petitio.
12 Falcidia in omni voluntate prohiberi potest.
13 Trebellianica non potest, nisi in testamento prohiberi, unde si in codicillis prohiberetur, nihil valeret.
14 Non confectio inuentario hodie amittitur Falcidia, non autem Trebellianica.
15 Licet aliis etiam in correctorijs fiat extensio ab equiparatis a iure veteri, tamen hoc non procedit cum in altero equiparatorum aliquid inductum est iure commentitio.
16 Mutanda non sunt, quae certam habent interpretationem habuerunt.
17 Argumentum ab identitate rationis, procedit etiam in exorbitantibus.
18 In exorbitantibus non fit extensio, quando subest diuersa ratio.
19 In correctorijs non est licita extensio, etiam ex identitate rationis.
20 Dotem auiæ paternæ fideicommissio.
21 Eructus ex causa haereditaria.
22 Quando testator creditorem instituit, & iubet quicquid ex haereditate sua ad eum peruenit restituat, tenetur restituere fructus.



Rbitor probabilem esse illam conclusionem, quod d. Antonia matri, & haeredi d. Verit. debeatur non solum legitima, sed etiam quarta Trebellianica, secundum text. in c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testam. cum ibi not. Nec obstat, quod testator prohibuerit ipsi domino Verit. nepote & haeredi suo alienationem immobilium, vt ea peruenirent suæ descendens, vel substitutis, eueniente casu, &c. unde videretur quod per prohibitionem alienationis censetur vetita detraçtio Trebellianicæ secundum auct. sed in ea vbi Bald. & eius apof. Alex. C. ad leg. Falc. Ang. §. si verò expressim in auct. de hæc. & Falc. Aret. consil. xxxvij. Corn. consilio

xxij. in ij. Curr. Jun. clx. Lancel. Galliaul. l. Centurio. Paris. Card. consil. xvij. num. fin. & sequenti in ij. volum. l. Picas. §. Titia. Rubr. eonf. xliij. maxime cū subicitur ratio. vt bona in familia, &c. Rub. consil. cxliij. in prin. Quia ad hanc difficultatem respondeo, quod text. in corpore unde sumitur illa auct. loquitur duntaxat in Falcidia, non autem in Trebell. vt apparet in auct. vt sponf. larg. §. si. & licet aliàs lex loquens de Falcidia, intelligatur etiam de Trebellianica, tamen quia iuraque quarta, secundum iuris veteris regulam equiparatur, vt per Bart. in d. l. Marcellus. ad Trebell. tum quia iata significatio ne verborum dictio Falcidiae, comprehendit etiam Trebellianicam. l. cum filio. de leg. j. l. pater filium. ad legem Falcid. l. j. §. si is qui quadraginta. ad Trebell. tamen in casu nostro aliud videtur dicendum. Primò ponderando text. in d. §. fin. in quo præcisè dicitur non esse locum deductioni Falcidiae, si testator legati nomine reliquit, & sic lex illa requirit manifestam qualitatē, quod legati nomine sit relictum. i. vbi ergo verba legis non militant, nec dispositio locum habere debet. l. iij. §. toties. ff. de dam. infect. l. Falcinius. ff. ex quibus cau. in possess. aliàs illa qualitas, Legati nomine, &c. esset superflua in dicta lege, quod non est dicendum. l. si quando. ff. de leg. j. Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. q. ix. imò quod plus est obsecraret sensum Iustiniani, qui legem suam temere restrinxisset, ad legatum. cū etiam in institutione procederet, quod minimè est credendum, maxime cum lex conditionaliter loquatur, si testator legati nomine reliqueret, quæ i conditio in lege apposta, inducit quandam formam, a qua non est licitum recedere. l. prætor. in prin. de col. bonorum Bal. in auct. matri, & auiæ C. quando, mul. tut. offic. Aret. & Alexan. in l. j. §. prius. de vulgar. & pupilla. & licet aliquando Falcid. accipiatur pro Trebellianica, tamen illa verba, Legati nomine. non possunt accipi pro institutione, cum i titulus legati sit proprius distinctus ab institutione, seu tit. haereditario. l. legatum est. ff. de leg. & fideic. j. per Bart. l. his verbis. ff. de haered. instit. Secundò confirmatur hæc conclusio ex ratione illius, ibi textus enim censetur prohibita Falcidia, quia legatarius permittendo Falcidiam ab haerede detrahi, censetur alienare. l. alienationis verbum. ff. de verborum signific. vt declarat Cyn. Alberic. & veteres in dicta auct. sed in ea Jacob. de Belui. & Barto. in dicto §. fin. quæ ratio cessat, quando haeres ipse sibi deducit illam quartam, non enim potest videri alienare, quod sibi retinet. Nec obstat si diceretur, quod fideicommissarii censentur alienare relinquendo penes haeredem. Nam respondeo, quod nulla facta est expressa prohibitio alienationis in casu nostro ipsi fideicommissarijs. Præterea ratio dict. §. fin. est, quia testator alienationem prohibuit, vt ibi dicitur, non aut fauore haeredum, aut successorum, ad quos voluit peruenire. Sed ibi facta est mentio haeredum, & successorum, quia aliàs prohibitio alienationis non valisset tanquam sine causa, & quia fuisset præceptum nudum. l. filiusfam. §. diui. de legat. & fideicom. primo. & declarat Pau. Cast. in dicta authent. sed & in ea. Tertio comprobatur hæc sententia ex manifesta ratione differentiæ, quæ adduci potest, inter legatarium prohibitum alienare, & haeredem. Si quidem i haeres retinendo Trebellianicam, illud retinet, quod est in haereditate. & in quo semper habiturus est directam iura. l. j. in princip. ad senatusc. Trebell. at i qui retinet Falcidiam, illud retinet quod testator ab haereditate separauit, & dicta legatum est. & in quo nec directam, nec vilia iura habet, quia in legatarium statim, secundum mentem testatoris transiunt. l. a Titio. ff. de furt. merito hoc casu facilius impeditur deductio. Adde quod subest etiam alia differentia, quod i haeres deducens Falcidiam a principio eam deducit aduersus tertium. sed deducens Trebellianicam, deducit a principio aduersus seipsum, quod facilius tollerandum est, sicut facilius permittitur retentio, quam petitio. cap. intelleximus. de iudic. Cor. consil. xix. & quod in simili casu consuluit Decius consil. celvij. Et ideo parum obstat, quod

quod Trebellianica, & Falcidia equiparantur, quia hoc non procedit supra scripto casu, in quo est manifesta ratio diuersitatis, unde etiam videmus hodie subesse non paucas differentias, & doct. in l. j. de leg. j. dicunt licet legata particularia sint equiparata fideicommissis particularibus, non tamen equiparantur vniuersalibus, vt merito Falcidia, quæ de particularibus aufertur, non sit similis per omnia Trebellianicæ, quæ de vniuersalibus accipitur. alia enim computatur in Falcidiam, alia in Trebellianicam. l. in quartam. ad leg. Falcid. quia lex constituit in iis differentiam, sicut & in casu nostro. Item i Falcidia in omni voluntate prohiberi potest. §. si. in authent. de hæred. & Falcid. & tamen i Trebellianica non potest nisi in testamento prohiberi, unde si in codicillis prohiberetur, nihil valeret secundum Bald. consil. cccclxxiiij. in ij. & dixi in l. licet. C. de pact. Item i non confectio inuentario hodie amittitur Falcidia, non autem Trebellianica, & est communis opinio in authent. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. unde apparet quod difficilius impeditur deductio ex senatusconsulto Trebelliano, quam ex lege Falcid. Idem ergo dicamus & in casu nostro, vt dispositio d. §. si. quæ est correctoria iuris antiqui, & quæ non innuitur magna ratione, secundum Cyn. in d. authent. sed & in ea. sed duntaxat, quia sicut Iustiniano placuit, loquens de Falcidia, non trahatur ad Trebellianicam, nam & videmus, quod i licet aliàs etiam in correctorijs fiat extensio ab equiparatis a iure veteri, tamen hoc non procedit cum in altero equiparatorum aliquid inductum est iure commentitio, secundum doct. communiter in l. fin. & authent. quas actiones. per illum tex. C. de sacros. eccles. vbi lex Iustiniani, quæ centum annorum præscriptionem ad xl. redigit, loquens in ecclesia non extenditur ad filicū, licet filicus & ecclesia iure veteri equiparentur, ratio est, quia dicta constitutio est iuris positui, quia sic Iustiniano placuit, vt dixi lib. de ver. sig. j. facit quod not. Bald. in l. maximum. C. de lib. præc. Ias. in l. omnes populi in fine. de iust. & iure. & sic apparet non ob stare quod dicunt doct. in d. l. Marcellus. vbi extendunt legem loquentem de Falcidia ad Trebellianicam, quia non loquuntur in lege iuris commentitij, seu positui, prout in casu nostro. Quarto confirmatur hæc opinio propter auctoritates doctorum, & in primis ex auctoritate omnium veterum, qui ante Baldum scripserunt, qui dictam authent. simpliciter intellexerunt in Falcidia, & nemo eorum in Trebellianica, sicut etiam fecerunt in d. §. fin. vbi Iac. Bart. Ang. Præterea etiam Bald. consil. cccclxxvij. in j. volum. secundum impressionem Mediol. præcisè idem tenet, quia consuluit in filio haerede prohibito alienare, & grauat fideicommissio, & concludit posse eum deducere duas quartas. Idem etiam consuluit Franc. de Aret. consil. xix. versic. venio ad tertium, vbi etiam ipse consuluit in haerede prohibito, &c. vt possit deducere Trebellianicam. Idem etiam nouissimè consuluit Franc. Cur. lun. consil. cxvij. vbi habet pro expedito, quod d. authent. sed in ea. non habeat locum in fideicommissis vniuersalibus, sed in particularibus tantum, & secundum hanc distinctionem potest defendi, & intelligi quod scribit Lud. Rom. consil. ccvj. quia aliàs male loqueretur secundum Alex. in apof. Bal. in d. authent. Nec obstat. auct. doct. supra allegata, dicentes d. authent. habere locum in Trebellianica, quia debent intelligi secundum illum textum per doct. l. non solum. §. liber. de liber. leg. scilicet quando non haeres, sed fideicommissarius vniuersalis ipse expressim est prohibitus alienare, & ita loquitur Bal. in dicta authentica, & rectè fuit per alias deductum. Et videretur etiam quod ita consuetum fuerit seruari Veronæ, vt apparet ex sententijs alijs in similibus casibus latijs. Vnde i mutanda non sunt, quæ etiam habentur in interpretatione habuerunt. l. minimè. ff. de legib. Nec obstat si diceretur, quod ratio d. authent. sed & in ea. videretur habere locum etiam in casu nostro, prohibitio enim alienationis ex ea causa facta est, vt bona omnia stabilia remaneant in haereditate testatoris, peruenire possint ad descendentes, vel fidei-

commisarios in casum euentientis conditionis, sed si detraheretur Trebellianica, mens testatoris non haberet effectum, & bona non perueniret in eos, ergo debet text. in d. authent. & in d. §. si. etiam ad Trebellianicam extendi, secundum Corn. consil. clxxxij. in ij. litera G Respondeo, quod ex hac prohibitione alienationis impeditur deductio Falcidiae non ea ratione, quia voluerit testator peruenire bona in fideicommissarios, sed quia legatarius grauat non alienare, permittendo Falcidiam deduci, censetur alienare. d. l. alienationis verborum. de verb. signific. vt dicunt omnes doct. supra allegati, alioquin ex solo fideicommissio, Quod bona peruenirent in fideicommissarios. censetur prohibita talis deductio quod omnes negant, & ideo in d. §. fin. mentio, quod bona perueniat in successores, non fuit facta, quod ex illa induceretur prohibitio Falcidiae, sed vt ostenderetur, quod præceptum testatoris erat validum, & cum causa, quod aliàs non valisset. l. filiusfam. §. diui. de leg. j. & ita declarat Pau. Cast. in d. authent. sed & in ea. vbi concludit, quod text. in d. authentica demum, procedit si prohibitio alienationis sit facta cum causa, alias ex præcepto nudo non tenetur, non est ergo arguendum a supra scripta ratione, quæ non est vera, sed a ratione, quod legatarius sinendo deduci Falcidiam censetur alienare, quæ ratio cessat in hærede ipso grauat, prout in casu nostro, & supra dixi. Et ideo nihil facit, quod subicit Cor. in d. consil. quod i argumentum ab identitate rationis procedit, etiam in exorbitantibus, vt habetur in l. si constante. ff. sol. matr. respondeo enim quod hic non subest identitas rationis, sed penitus diuersa ratio, & i in exorbitantibus non fit extensio, quando subest diuersa ratio, vt ibi per Bart. & est text. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. matr. Fortius mihi videtur, quod hic finis in correctorijs, non autem in exorbitantibus, quia tractatur de correctione. l. quod de bonis. §. j. & §. si. ff. ad leg. Falc. & i in correctorijs non est licita extensio, etiam ex identitate rationis. gloss. clem. j. de elect. verb. prælatum. Bar. l. liberorum. de verb. sign. Dom. in c. j. de tem. po. ordi. lib. vj. & facit text. in l. fin. C. de interd. matri. sed quicquid sit in casu nostro, non eadem ratio in Trebellianica quæ in Falcidia. Et ideo cessant obiecta omnia, quæ ex supra dictis etiam sunt dissoluta, & etiam si sit eadem ratio, tamen adhuc procedit conclusio nostra, vt mox dicam. Non obstat, quod communis opinio videtur, quod text. in d. authent. sed & in ea. loquens in Falcidia, habet locum etiam in Trebellianica, prout dicit ibi Bal. & Alex. & Ang. d. §. si verò expressim. & Guid. Pap. q. lj. & Bar. d. consil. cxliij. & Aret. consil. xxxvij. & Corsetus in tract. Treb. & lo. Crotus in l. nemo potest. in vlt. opp. Bart. de leg. j. Fran. Curt. lun. consil. clx. cum alijs concord. Quia respondeo, quod loquuntur secundum terminos illius text. quando non est haeres prohibitus alienare, sed fideicommissarius vniuersalis. Nam si equiparata sit Trebellianica Falcidiae, certum est, quod in casu illius text. prohibito haerede, ne alienet non censetur vetitus, quin deducat Falcidiam aduersus legatarios, quatenus supra leg. Fal. relictum sit, quia text. ille non loquitur de haerede, nec eius tex. ratio hoc casu procedit, & hoc potest indubitanter verum, & tradit Ant. consil. xvij. si ergo haeres ille aduersus legatarios potest deducere Falcidiam, consequens est eadem ratione vt aduersus fideicommissarios deducat Treb. Et ista ratio sola sufficeret victoriae. Circa aliud dubium, nunquid i dos auiæ, paternæ ipsi haeredi debita, sint deducenda de fideicommissio, si nullam habet difficultatem, quod deducenda est, tanquam res aliena, vt consuluit Pau. Cast. consil. lxxvij. in ij. etiam non factio inuentario, vt ibi per eum sequuntur Soci. & Dec. in l. debitori. C. de pact. vbi dicunt ita aliàs consultum fuisse, & ita ego ibi sequutus sum, & puto non esse in hoc dubitandum. Sicut autem respectu dotis, censetur facta solutio in tot bonis haereditarijs, ita etiam respectu bonorum i fructus cedunt lucro haereditis, quod probatur per tria similia. Primum, quia videmus etiam fructus, quare Trebellianicæ, quæ haeredi remanet, hæ-

redis esse, nec in restitutione venire, aut computari. qd de bonis. ff. fructus. ff. ad l. Fal. Secundum, quia idem est in fructibus legitima, quae iure naturae filio debetur. illi enim extra computationem per filium retinentur, atq; eius iure cedunt. l. scimus. ff. cum autem. C. de inoffic. testam. Tertium, quia in fortiori casu. ¶ quando testator creditorem instituit, & iubet ut quicquid ex hereditate sua ad eum pervenerit, restituat, licet hoc casu restituere fructus teneatur. l. cum quis. ff. mulier. ff. de dote praeg. Roma. sing. xxvij. tamen pro rata pecuniae sibi debita, eos retinet, & restituere non tenetur, ut concludit mod. in l. Centurio super verbo, fructibus. ff. de vulg. & habetur in d. ff. mulier. merito ergo in casu nostro locus erit deductioni, non solum dictae dotis autae, sed etiam fructus ex ea percepti non imputabuntur in quartam, nec locus erit dispositioni. l. in fideicommissaria. ff. ad Treb.

CONSIL. CXIII. SVMME.

- 1 Legitima novem liberorum est dimidium hereditatis, habito respectu ad valorem bonorum, tempore mortis testatoris.
- 2 Feuda, sicut & contractus emphyteoticus ecclesiarum, non debent imputari in legitimam.
- 3 Feuda magis debentur ex ipsa investitura, quam ex facto testatoris.
- 4 Regulariter filij in conditione positi, non censentur ex testamento vocati.
- 5 Statutum disponens quod filia stantibus masculis, non succedat, per illa verba stantibus masculis, vocati sunt masculi, quoniam sunt conditionalia.
- 6 Verba conditionalia quando dispositionem inducunt.
- 7 Non videtur quisquam velle tribuere plus nepotibus, quam proprijs filiabus.
- 8 Glo. in l. Lucius. ff. de hered. inst. limit.
- 9 Una pars testamenti aliam declarat.
- 10 Si feminae excluduntur, multo magis quilibet extraneus.
- 11 Donazione matris inofficiosa, legitimam non minuit.
- 12 Dotes imputantur in legitimam.
- 13 Relinquens sex filios, tenetur relinquere legitimam absq; onere, quae erit duodecima pars bonorum, pro vnoquoque.

Narratione facti visa, & dubiis inde resultantibus, super quibus consilium petitur per magnificum & potentem virum do. de S. Iuliano non insistendo, ubi non expedit, breuibus agendum duxi. Circa primum dubium quo quaeritur, quanta sit legitima amitarum ¶ suarum? Breuiter respondetur, qd cum Raymundus Gaufredi, relictis novem liberis decesserit, quo casu omnium legitima est dimidium hereditatis, auth. nouissima. C. de inoffic. test. sequitur quod cui libet ipsorum pertineat pro legitima decima octava pars totius hereditatis, habito respectu ad valorem bonorum, tempore mortis ipsius Raymundi. l. cum quaeritur. C. de inoffic. testam. ita quod si bona interim creuerit in aestimatione, istud pertinebit ad haeredem dicti Raymundi, non autem proderit ipsis filiabus, petentibus legitimam. l. etiam. ff. si. l. si patronum ex debita. ff. si. ff. de bo. lib. Franc. de Curt. consi. vlt. de quo dicendum videtur per eum. Circa secundum, an istis amitis debeatur legitima super Castro S. Iuliani, & castro de Regusa? Et videtur dicendum prima fronte, quod non, & id duabus rationibus. Prima est, quia cum ista castra habeantur in feudum vigore investiturae a Christianiss. Rege, succedit communis conclusio ¶ quod feuda, sicut & contractus emphyteoticus ecclesiarum, non debent imputari in legitimam, ut est glo. in ff. optime. vbi Ang. hoc no. in auth. de nup. & est ratio, quia ¶ feuda magis debentur, quam ex facto testatoris, ut dicit Alex. in consi. lxxxix. in iij. volu. & ideo si ex forma investiturae, existentibus masculis, feminas excluderentur, putarem legitimam ab ipsis amitis non posse peti super dictis castris: sed quia investituram non vidi, non possum aliter determinare. Secunda ratio est, quia in dictis castris, videtur habesse fideicommissum respectu nobilis Bonifacii, & hoc ex testamento nobilis Bonifacii, & hoc ex testamento nobilis & potentis dom.

Georgij, vnde cum Moder. do. de S. Iuliano succedat ex persona d. Bonifacii, non debeat amita posse pretendere aliquod ius legitimae in illis. Et quod sub sit fideicommissum, probatur ex illis verbis testamenti, quibus sit substitutio dom. Raymundo Gaufredi, si sine heredibus masculis decesserit. quomodo enim ¶ regulariter filij in conditione positi non censentur ex testamento vocati, iuxta gloss. in l. Lucius. ff. de haer. inst. quae est communiter approbata, ut habetur in locis vulgaribus, tamen illa gl. habet aliquas limitationes, quae in casu nostro videntur militare. Et principalis limitatio est, quando testator posuit in conditione filios masculos, nam tunc masculi censentur substituti, si enim dicitur simpliciter de filiis ab intestato, pariter admitterentur masculi cum feminis. l. maximum vitium. C. de lib. praeter. vnde cum testator velit per solos masculos excludi substitutum, sequitur quod ex testamento eos vocauerit: alias sequeretur quod filiae simul cum masculis in dictis castris vocarentur, quod est contra expressam voluntatem testatoris, & ita tenuit Guido Papa. q. clxxxiiij. vbi dicit gloss. in d. l. Lucius. ita limitari, per ea, quae not. Bar. in l. liberorum. vers. p. p. exemplum. ff. de verb. sign. vbi inquit, quod per ¶ statutum, quod filia stantibus masculis, non succedat, per illa verba, stantibus masculis, vocati sunt masculi, quous sit conditionalia dispositio, allegat etiam glo. in c. Raynaldus. in verbo, masculis, de testam. Et quia quando quaeritur ¶ ba ¶ conditionalia dispositionem inducunt. l. fideicommissa. ff. cum eslet. vbi Barto. ff. de leg. iij. Et ista opinio videtur per Mod. communiter approbata, secundum qua consuluit Dec. consi. cclxx. in vlt. dub. & consi. cccxviiij. & in l. vlt. notab. C. de pact. Franc. de Curte in l. emancipata. C. qui admitt. vbi dicit se vidisse consilia praestantissimorum virorum pro hac parte. & certe supra dicta ratio in terminis iuris communis, prout est casus noster, est concludens, prout dicit Socin. consi. cxvj. lib. iij. sed stante statuto, quod masculi excluderent feminas, aliud esset, & ita posset saluari opinio contradicentium, de quibus per Guid. in decisio. cccccxcix. & per Socin. in dict. consi. cxvj. in iij. Et ista opinio maxime tenenda est in casu nostro, in quo concurrunt etiam aliae coniecturae. Prima, quia testator proprias filias exclusit ab hereditate, & vocavit masculos, vnde non est verisimile quod voluerit feminas ipsius Raymundi aliquo modo admitti, argum. l. si viua matre. C. de bon. mater. ¶ vbi non videtur quisquam velle tribuere plus nepotibus, quam proprijs filiabus, ut dicit Pau. Castren. consi. lxxxix. casus iste frequenter contingit, cum concord. per Decium d. consi. cclxx. Secunda coniectura, quia testator feminis videtur praetulisse masculos ad finem, quod bona conseruetur in familia, vnde vocavit dictos masculos, dum modo ferrent nomen & arma familiae suae, vnde tali casu etiam limitatur ¶ gloss. in d. l. Lucius. secundum Curt. consi. lxxxvj. Ludou. pro quo facit, quod scribit Soc. in l. cum auus. ff. de cond. & dem. apparet enim q. mens testatoris fuit, ut masculi succederent, ut dicit Corn. consi. cxlvj. in hac lib. ij. Tercia est, quia in alijs partibus testamenti apparet, quod testator semper praetulit masculos feminis, & maxime in substitutionibus factis Refortiato, & Honorato, in quibus expressè vocat filios masculos ipsius Raymundi Gaufredi, ergo idem debemus dicere in praedicto casu, quia ¶ vna pars testamenti aliam declarat. l. qui filiabus. ff. de leg. j. & concludit Guid. Pap. q. cccc. lxxxv. si in aliqua, facit quod not. Abb. consi. xxxvij. videtur in j. vol. Raph. Com. consi. cxvij. Andr. Sicul. inter consilia Alex. consi. l. iij. in iij. vol. Dec. consi. xv. cum similib. quod ¶ si feminas excluduntur, multo magis quilibet extraneus. Quarta ratio, quia testator egressus est ad plures gradus substitutionum, quo casu limitatur glo. in d. l. Lucius. secundum Perr. de Anch. consi. lxxxiiij. contra Philippum & Alexand. consi. lxxxiiij. in v. volum. Et licet quoad hanc rationem sint multi contradicentes, tamen loquuntur ¶ testator ad tot gradus descendit, prout in casu nostro, in quo sunt ultra duodecim gradus, in qui-

quibus semper vocati nisi masculos: & certe non potest negari, quin ex rata reiteratione masculorum, appareat manifesta mens ipsi, fideicommissum inducere volentis, quae mens sufficit, secundum glossam in l. tale pactum. ff. si. ff. de pact. nec in hoc debet iudex dubitare, quia ut dicit Corn. d. consi. cxlvj. cum glo. in d. l. Lucius. propter diuersitatem opinionum, & efficaciam rationum, hinc inde sit valde dubia, vbi cum que accedit aliqua coniectura mentis testatoris, ab ea recedendum est: & credendum subesse fideicommissum. Et ideo consequenter dicendum est istas amitas non posse habere aliquam legitimam super dictis castris, salua tamen legitima, & Trebellianica Raymundi, & sic dimidia parte, quibus non videtur per approbationem testamenti factam, per ipsos filios Georgij, esse renuntiatum. l. si quando. ff. si. C. de inoffic. testam. auth. sed cum testator. in verbo expressam. C. ad legem Falcid. Socin. consilio cxxx. Dec. cclvij. cum similibus. Circa tertium nunquid dictis amitis legitima debeatur super bonis Nobilis Elipdis earum matris: dicendum est quod sic, quod debetur super vniuersis eius bonis, etiam non obstante ¶ donatione facta Raymundo, tanquam inofficiosa, & per quam non potuit diminui legitima ipsarum amitarum. auth. vnde si parens. C. de inoffic. test. & ibi Pau. Cast. in positione casus: & etiam si dicta donatio a principio non fuisset inofficiosa, satis est quod ex post facto sit, secundum gloss. in l. j. versic. viij. quae ro. C. de inoffic. don. Et hoc nisi bona essent feudalia, & ex investitura non admitterentur feminas, stantibus masculis, ut supra dixi. illud est indubitatum, quod in hanc legitimam imputabuntur ¶ dotes eis datae, secundum Bar. in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. cuius opinio est communiter a doctoribus approbata, secundum Pic. ibi, & Dec. consi. clxxxj. satis nota est quaestio, & Fab. de Montef. in rep. auth. nouissima. ff. de inoffic. testam. & hoc maxime stante constitutione regia approbate opinio, Bulgari in leg. dos a patre profecta. C. solut. matrim. Circa quartum, nunquid sorores moderni doc. de Scto Iuliano, possint petere aliquam legitimam super dictis castris? breuiter dicendum videtur iuxta ea, quae supra dicta sunt, quod si dicta castra sunt feudalia, non possunt petere aliquam legitimam: declarando tamen, ut supra dixi. Item respectu castrorum de Sparono Verdonij, & de Albosio legatorum Georgio per Elipdem, non possit peti legitima, quia iste dominus modernus ea possidet, non ex hereditate paterna, sed ex fideicommissum sibi relicto per ipsam Elipdem in testamento, in quo moriente Georgio, ipsa testatrix substituit Bonifacium, Et suos heredes masculos, quibus verbis ipse modernus dominus censetur substitutus per fideicommissum secundum Bartolum in l. Gallus. ff. quidam recte. ff. de liber. & posthum. cum quo transeunt ibi omnes scribes. Idem dicendum est de caeteris bonis ipsius Elipdis, quae peruenerunt ad Bonifacium, quoniam ipsa illi substituit, si decederet sine liberis masculis, quo casu masculi censentur vocati per fideicommissum, ut supra conclusum est in secundo quaesito. Vnde computatio legitimae istarum filiarum, non poterit fieri in bonis quae fuerunt Elipdis, nisi quantum sit respectu legitimae, & Trebellianicae bonorum relictorum Georgio, quia in his non potuit graduari, & idem in bonis relictis ipsi Bonifacio, quia dimidia pars est ducenda de fideicommissum iure legitimae, & Trebellianicae, ut supra dixi. Et cum Bonifacius ¶ sex filios reliquerit, sequitur legitimam vniuersi cuiusque esse duodecimam partem bonorum, de quibus liberè ipse Bonifacius disponere potuit, d. auth. nouissima. C. de inoffic. testam. & consequenter deductis fideic. & feu. si qua ex forma investiturae, stantibus masculis, ad feminas transferre non possint. Et haec, &c.

CONSIL. CXV. SVMME.

In testamento apponi debet tempus, non ob aliam causam, nisi quia plura possunt fieri testamenta: vnde si adscriptum erit tempus illud quod posterius apparebit, censetur valere.

- 1 Regulariter in scriptura priuata, non requiritur dies, aut tempus.
- 2 Lex requirens expressionem temporis, non censetur formam inducere, qui actus validat, si aliter probari possit.
- 3 Consuetudo legi equipollet.
- 4 Testamentum ab vno semel approbatum amplius reprobari non potest.
- 5 Expressio temporis in relictis ad bias causas, non est necessaria.
- 6 Dicitio, quicumque, est distributiva.
- 7 Dicitio, alteruter, distributiva est.
- 8 Ius ex persona actoris metimur.
- 9 Vbi subest ordo necessitatis, censentur filij dumtaxat per vulgarem substitutionem vocati, ordine successio post patrem.
- 10 Feminae non vniu testamentum rumpunt, quum masculi.
- 11 In suo herede non est necessaria aditio.
- 12 Quis dicitur sufficienter adiuisse hereditatem, ex quo litigant tanquam heres, & fecit compromissum tanquam heres.
- 13 De successione ascendenti sit transmissio hereditatis, non aditae in descendentes.
- 14 Institutione infirmata fideicommissa, & legata firma permanere.
- 15 De fideicommissum deductenda legitima.
- 16 Per confiscationem vniuersorum bonorum, comprehenduntur etiam actiones.
- 17 Gratia facta a principe alicui bannito, non trahitur ad bona alienata, maxime in preiudicium emptoris, vel habentium causam ab eo.
- 18 Renuntians spolio ab eo amplius agere non potest.
- 19 Fideicommissum de manu heredis capiendum.
- 20 Spolium regulariter non transit in singulares successores.
- 21 Scientia non praesumitur, nisi probetur.
- 22 Metus coniecturae.
- 23 Docus de futuro remitti non potest.
- 24 Iustus metus eneruat vim iuramentum.

Mltae difficultates in casu mihi proposito extantur, de quibus sigillatim est videndum. Et prima, potissima ¶ est circa testamentum Siccamelicae an valeat. Videretur enim dicendum, quod non, licet enim testamentum inter liberos non requirat solennitates iuris, seu factum sit ab ascendente paterno, seu materno, ut erat iste, Siccamelica tamen oportet, quod de eo constet, & quod tale testamentum habeat descriptionem temporis, quo fuerit confectum, ut dicitur in auth. de test. ord. & est relatam in auth. quod sine. C. de testa. vbi Bal. & Sal. & per Abb. consi. xcviij. in q. lib. ij. Ale. cxxij. in j. lxxxvj. in ij. vnde cum in hoc testamento non sit annus, nec dies, videretur ex communi sententia doctorum non valere. Sed tñ in casu nostro contrarium videretur dicendum, quia ratio cur text. in d. auth. de testa. ord. requirat tempus, est secundum Bal. & doct. in d. auth. ¶ sine, quia ¶ est testamentum posuit pluries fieri, si ad scriptum erit tempus, illud quod posterius apparebit censetur valere, secundum reg. l. omnium. C. eo. quae ratio cessat in casu nostro, cum vnicum tantum testamentum appareat, vnde dicta dispositio tanquam exorbitans a regul. communis, restringetur, ut non habeat locum in casu, in quo cessat suprascripta ratio. l. adigere. ff. quamuis ff. de iure pa. Quod aut dispositio sit ex orbitas, ex eo apparet, quia ¶ regulariter in scriptura priuata non requiritur dies, aut tempus. l. cum tabernam. ff. idem quaesit. vbi Bar. ff. de pign. & secundum hanc opin. in casu istius testamenti conluluit And Sic. consi. lvij. in iij. volu. Et placet mihi eius opinio, quia ¶ lex requirens expressionem temporis, non censetur formam inducere, quin actus valeat, si aliter probari possit, argu. l. fin. C. de sen. ex bre. rec. vbi Sal. Bal. l. j. ff. de lib. & posthu. Ias. non dubium. viij. not. C. de legib. Et hoc in ¶ consuetudine, quae equipollet legi firmavit Bart. in l. si quis ex argentariis. ff. si initium. ff. de eden. repe. Et in casu nostro specialiter alia subest ratio, per quam tollitur omnis difficultas, quia mortuo Siccamelica, Albertus nepos haeres institutus, litigauit cum matre, & alio fratre, qui volebant Siccamelicae tanquam intestato succedere, ipse vero praetendebat causam testamenti, & sic dictum testamentum valere, & tandem obtinuit in illa causa, vnde non posset nunc Albertus, & consequenter habentes causam ab eo, allegare in validum.

tatem testamēti, & consequenter iniustitiam sententiā, quā fideicommissum deuoluatur, secundū formam d. testamenti, ut est in l. si seruus plurium. §. j. in fi. ff. de leg. j. ubi oēs. no. Et facit regula generalis, q. testamentum ab eo semel approbatu, amplius reprobari non potest. q. semel de reg. iur. in vj. Quod si pcedit siue ipse testamētum, & sententiā approbasset, siue eius tutores, secundū Alex. consi. cxix. in vj. Et facit, quia fatentur doct. quod d. expressio temporis non est necessaria in relictis ad pias causas, secundū Alex. consi. iij. lib. vij. Corn. cccxv. in iij. vnde fortius idem dicendum in casu nostro, stante dicta sententiā & approbatione, vt supra dixi. Secunda est dubitatio, stante dicto testamento, q. ius possint prætendere, isti descendentes ex prædicto Alberto, & alijs dxi in testamento Siccamelicæ, non induci primogenituram aliquam, sed solum maioritatem, vt successio sit ambulatoria semper in maiore natu, & patruus excludat filium primogeniti, dum dicitur *Quod dicitur Albertus, & quicumq. maior filius nasciturus ex eo, & quicumq. maior natu reperietur inter liberos suos, ex eo descendentes habeat, &c.* Illa enim verba, *Maior natu reperietur*, & distributina illa, si dictio. *Quicumq.* satis apertè hunc sensum indicant, vt per Alexand. consi. iij. lib. iij. Anch. consi. lxxxij. Deci. cccxxlij. in iij. ubi loquitur in dictione, *Alterutrus*, quæ etiam prout alijs dxi in testamento Regis Vandalorū, de quo lib. Patreg. vij. c. xv. secundum hunc sensum quæ arbitror ueriores. Co. Vlderius, tanquā non maior natu descendentiū Siccamelicæ, erat excludendus, quia si ius ex persona aitoris metimur, secundū reg. l. in. C. de rei ven. Sed potius fuisse admittendus d. Gaspar, tanquā maior natu, prout etiam diffusè in hoc casu consuluat Car. Paris. cuius rationes non repeto, nec transcribo tanquam in re clara & indubitata. Tertia, est dubitatio circa testamentum, dominæ Margaretæ, *Quæ ponitur instituisse Albertum filium, eiusq. filios legitimos masculos, ex legitimo matrimonio procreatos, & procreandos, &c.* quibus verbis videtur nō solum Albertus, sed etiam Bartho. vocari simul cum patre propter naturā copulæ. Et licet alijs ubi si substitutio est ordo necessitatis, censentur filij duntaxat per vulgarem substitutionem vocati ordine successio post patrem, secundū gl. & doc. in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posth. tamē in casu nostro, non dicitur recedendum à proprietate copulæ, quia iste ordo necessitatis, non censetur fuisse in consideratione testatoris, qui masculos tantum vocauit, cum potuissent etiam si feminæ nasci, quæ non minus testamentum rumpunt, quā masculi. l. maximū. C. de lib. præter. & sic limitatur conclusio doc. in d. l. Gallus. §. j. prout tenet Cor. consilio cccxxj. in iij. refert & sequitur Lancel. Gallian. in d. l. Gallus. §. j. ubi etiam alij mod. idē tenent, aut ergo volumus dicere, quod testamentum Siccamelicæ valuit, & fundata fuit intentio d. Barth. qui fuit maior natu, quā Com. Iacobus: aut volumus dicere, quod testamentum Siccamelicæ non valet, & tunc Margareta eius filia, tanquam hæres ab intestato ei successisset, & ex ipsius Margaretæ testamēto admittitur Barthol. simul cum fratre, & parante. Et hinc tollitur exceptio aduersantium, qui dicunt, q. sententiæ illæ in fauorem solius Alberti, erant latæ per collusionem, si hoc est: ergo sequitur, quod ius remanserit in persona Margaretæ, quæ potuit testari prout fecit. Nec me mouet, q. non reperitur eam adiuuissè hæreditatem, nec possidisse, quia cū esset sua hæres patri, non fuit necessaria alia aditio, iuxta l. necessarius. ff. de acq. hæred. cū ibi not. & si satis dicitur adiuuissè ex eo, q. litigauit tanquam hæres, & fecit compromissum tanquā hæres, per ea, quæ habentur per Bar. in l. gerit. ff. de acq. hæred. Et hoc ostenditur ex iis, quæ ex post facta gesta sunt per Barth. qui viuentē patre perseuerauit in possessione Castri Sarmati, præterens se dominum partis dicti Castri etiam, viuentē patre. Et si quia cū tractetur de successione ascendenti, sit transmissio hæreditatis non aditæ in descendentes. l. j. C. de iis, qui ante apertu. ubi doc. Quarta dubitatio est circa testamentum do. Alberti, in quo manifestè est constituta ista

primogenitura, per verba, quæ nō recipiunt aliquā dubitationem: verū de hac primogenitura primū ducenda bona Siccamelicæ, vel d. Margaretæ, secundum supradicta, quia nō potuit ipse alterare fideicommissum maioritatis, & reducere in fideicommissum simplicis primogenituræ. l. vnum ex familia. §. sed si vno. cum seq. ff. de leg. ij. Rursus deducendum est castrum, & iurisdicctio, cum omnib. iuribus, comprehēsis in inuestitura feudali, facta per Ducem Philippum, *pro se, & filijs masculis, & descendentijs, &c.* secundum quæ vocatur oēs filij ipsius Franc. æqualiter, nec potuit testator in ipsis feudali. huiusmodi primogenituram instituire. c. j. verb. nulla ordinatione defuncti. de success. feud. in vbi. feud. Itē deducenda est legitima dictorum fratrum, scilicet Fran. Christophori, Io. & Petri. cum enim isti essent nepotes, & per mortem patris tenerēt primū locum in potestate auid debuerūt institui, alijs testamētum præteritione est nullum. Verū cum hodie sola si institutio in fructu, & fideicommissa firma permaneant, secundū rex. in auth. ex causa. C. de lib. præter. hæreditas censetur deuoluta ab intestato, etiā ipsis, licet remaneret grauati fideic. de quo fideico. deducenda fuit legitima. l. quoniam in priorib. C. de inoff. test. quæ legitima nō est accipiēda in deterioribus bonis testatoris. Sed potest accipiētia in bonis Castri Sarmati subiectis, fideicommissis primogenituræ. secundū Bal. in l. scimus. C. de inoff. testa. & quæ hntur per Bar. in l. sius quoq. in fi. prin. ff. de hære. inst. doct. leg. in quartam. ff. ad leg. Falc. Dec. consi. lxxxj. in fi. Quinta dubitatio vertitur circa confiscationem Com. Iacobi. Cū enim fuerit condemnatus publico iudicio, & confiscata vniversa eius bona, de quibus potuit disponere, transfuerunt in fiscum, & consequenter etiam actiones, vt est text. in l. si constante. §. si. vbi Alexand. in fi. ff. sol. mat. vnde et actio ex interdcto recuperandæ transfuit in fiscū, & consequenter in Com. Bart. qui emit à fisco omnia iura Co. Iaco. & idē nō potest fieri aliquod fundamētum, super allegato spolio. Cum illud ius transfuerit in fiscum, vt etiam habetur in c. quia V. extra. de iudi. & de fisco in istū emptorem, iuxta l. j. & ij. ff. de hære. vel act. ven. Nec obstant allegata improbitas & inimicitia iudicis, quia nihilominus sententiā transit in iudicatū, & fuit exequuta, & fertur Co. Iacobus in exilio vltra decem annos, & tales sententiæ criminaliter latæ in causis criminalib. non hnt appellacionem, vel rescissionem, ita disponēte decreto Ducali, & nunc Cæsareoq. & tunc, & semper fuit in viridi obseruantia. Et est impressus tractatus de privilegio fisci ipsius d. Fr. Lucani: vnde ostenditur, q. fuit excellēs iuriconsultus, nec est facile præsumendum malè de sententiā ab eo lata, quicquid isti opponat. Et quāuis si ipse Co. Iac. habuerit deinde gratiam, qui dicit, q. Comes Bart. spoliavit Com. Iacobum, nec permisit eum intrare in castrū, &c. quæ sententiā ex triplici capite videtur nō consistere. Primū est, quia vt supra vidimus, ius spoliū q. habebat Com. Iaco. transfuit in fiscum, & de fisco in Co. Barth. vnde sicut Co. Barth. non potuisset condemnari, ita nec habentes causam ab eo. l. qui in ius. ff. de reg. iur. Et sicut si reuocata sit si huic spolio, nō potest amplius ex eo agi. c. accepta. & seq. de restit. spol. ita non potest agi propter confusionem actionis, cum ius actoris peruenerit in reū, iuxta not. in l. Vranus. ff. de fideiuss. in l. hæres à debitore. §. q. si stipuler. eo. tit. l. si ei. §. j. de euid. Secundum est, quia cū testamentum Co. Alberti præteritione sit nullum, admittentur

tebantur ab intestato filij secundum formam legitimæ successions, videlicet Bartho. in dimidia. & filij Franc. qui erāt quinque in alia dimidia: vnde ex dispositione decreti Ducalis, quod & tunc, & nūc vigeat possessio bonorum defuncti, in iis continuata erat ipso iure proportionibus hæreditariis, obstante aliqua apprehensione, interim facta, vnde nō potuit Iacobus habere possessionē, nisi quintæ partis illius dimidiæ: & si plus apprehendisset, potuisset ex dicto decreto deturbari, etiam interdcto recuperatorio, secundū Bal. in rub. extra. de cau. possess. & in c. item cum quis. de restit. spol. Soc. l. re quæ nobis. quæstio. v. de acq. possess. l. as. cons. cxlvj. in iij. Dec. lxxxij. Rip. respon. lib. j. & si dictus Iacob. præterebat ius primogenituræ esse saluum, secundum text. in auth. ex causa. C. de lib. præter. hoc non potest præterdere nisi iure fideicommissi, secundum regulam. l. si filius. §. vt quis hæredem. ff. de leg. j. quod si fideicommissum accipiendum est de manu hæredis. l. nō dubium. C. de lega. l. j. ff. quorum lega. & debuit à Iacobo exigij in dicto petitorio. Tertium est quia istorū testium nulla ratio fuit habenda, cum examinati sint inter Iacobum & Bartho. illi autem rei conuicti non sunt successores ipsius Barth. sed suprascripta bona ex proprio iure obtinuerūt, tanquam fratres Iacobi, & hæredes Alberti proportionibus suis. Et quāuis diuiserint cum Barth. non tamen dicantur quicquam habere ex persona Barth. sed ex suo. l. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de act. empt. declarat Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in j. q. ff. de verborum oblig. Et licet dicta testium alijs probeat nō solum inter partes, sed etiam inter hæredes ipsarum partium, vel habentes causam ab eis. l. si superatus. ff. de pignor. vbi Bart. & per Soc. consi. xij. in iij. volum. Bart. l. si mater. §. si. de excep. rei iud. tamē isti non possunt dici successores Co. Bartholomei, & ideo quoad illos dista attestaciones nullam fidem videntur facere. Et cum si spolia regulariter non transeat in singulares successores. l. cū ate. ff. de vi & viarm. & ius canonicum hoc permisit in c. sæpe. de restit. spol. tñ hoc permittit, si tertius possessor sciens spoliū accepit, at in casu nostro nō est probata sciētia, quæ etiam non præsumitur ignorantia. de reg. iur. in vj. item quod iste successerit & veniat ex iure spoliatoris, at isti nepotes veniūt ex iure suo, & ex persona sua, tanquam continuati in possessione bonorum aitorum, ex decr. Ducali, & maxime in sua legitima. Septima dubitatio est, circa sententiā petitorij, in qua dictum est, quartam partem dicti castri Sarmati pertinere ad Co. Vdalricum cum condemnatione fructuum interim perceptorum, & c. quæ sententiā etiam pati morbo laborat. Et in primis respectu Castri, quod est feudale, non potest sustineri, cum in eo non potuerit constitui primogenitura, sed deuoluatur secundum formam inuestituræ Ducis Philippo, vt supra est dictum. Rursus cōtinet manifestam iniquitatem ex eo capite, quod istis filiis nihil reliquit, nec legitimam quidem iure naturæ debitā, de qua in auth. nouissima. C. de inoff. test. quæ quidem legitima, quia concurrunt cum Co. Bartho. patruo, non est semis, sed duntaxat triens eius, quod ab intestato habere possunt, secundum Sal. in d. auth. nouissima. in vj. quæst. pro quo est rex. in §. j. in fi. ver. hoc obseruando. in auth. de trien. & semis. refert & sequitur l. as. in d. auth. nouissima. Ale. consi. lxxij. in ij. & ista legitima deberetur filiis cum fratribus. l. Iulianus. in prin. C. ad Trebell. vbi doct. & per Paul. Castr. in l. peculium autem. in princ. ff. de pecu. ipsi e contrario condemnauerunt istos nepotes, ad restituendum quartam partem castrū, cum ipsis fructibus. Præterea nullam rationem habuerunt testamenti Siccamelicæ, cum tamen habere debuissent, vt supra ostensum est, & ex eo testamento d. Gaspar, tanquā maior natu erat præferendus, vt supra est dictum. Octaua dubitatio est, quia do. Gaspar. ad instantiam quondam Ducis Petri Aluisii compromisit in ipsum, & eius sententiā homologauit cum iuramento, & promissione pœnæ, an possit contrauenire tanquam dictam si homologacionem pœ-

metum fecerit. Et sciendum est, quod licet ad vim, vel dolum arguendum, qualitas causæ principalis non sufficit, vt dicitur in l. interpositas. C. de tran. l. act. tamen in casu nostro, non solum apparet manifesta læsio, & iniustitia suprascriptarum sententiarum, sed etiam ex qualitate personæ ipsius Ducis, satis probabilis liberatio mor, iuxta glo. xxij. quæst. vij. cap. conueniens. Abb. in cap. cum dilectus. extra quod met. cau. per Bartolum in l. de pupillo. §. si quis ipsi. v. quæst. ff. de operis noui nuntiatione. Et cum ipse Dux per immoderatos fauores, quos præstabat parti aduersæ fecerit, vt iudices contra dictum Gasparem pronuntiauerint, & deinde ipse susceperit compromissum, cui iam permisisset pendente appellacione fieri executionem contra formam iuris, & sic periclitaretur dictus Gaspar ferè de omnibus bonis, satis apparet iustus timor sufficiens rescissioni dictæ homologacionis. cap. Abbas. extra. quod met. cau. Bartoli. l. si ob turpem. de cond. ob turp. cau. Quod ad eodē verum est, vt etiam si non de omnibus bonis, sed de parte tantum quis periclitaretur, iustus timor subesse censetur. l. propter litem. de excul. tu. capit. prim. de rest. spol. & maxime si dom. Gaspar homologauit antequam sciret, quod esset Dux pronuntiaturus, facile enim tunc præsumitur dolum ipsius iudicis procurantis, dum tamen probetur quod partes nescirent, quid esset iudicaturus. l. j. §. si quis ante. vbi Angel. de Petig. ff. a quib. app. quia istud esset remittere dolum de futuro, quod fieri non potest. l. conuenire. de pact. dotal. de quo per Dyn. in regu. scienti. de regula. iuris in sexto. Capo. caut. cxlvij. Ferr. caut. vij. Nec quicquam facit iuramentum, & promissio pœnæ: quia si iustus metus c. adneruat vim iuramenti, & talis promissio, vnde possit impetrari absolutio. cap. prim. capit. verum. extra. de iure iur. & quod habeatur in authent. sacramenta puberum. verb. per instrumentum. C. si aduer. vend. Imò propter dolum ipsius iudicis videretur iuramentum ipso iure esse nullum, secundum communiter doct. in dict. authent. sacramenta. & in rub. extra. de iure iur. tamen tutius est petere absolutionem. oportet tamen prius diligenter aduertere circa probationes, scilicet, quod ad eius instantiam illi iudices Rotæ, ita iudicauerint, quod ipse fecerit illas sententiās exequi, quāuis pendente appellacione, quod voluerit, quod Com. Gaspar faceret dictum compromissum, quod induxerit partes ad promittendum ipsi de homologando futtram sententiā, & si Com. Gaspar fecisset saltem clandestinam protestationem de hoc metu, res esset aliquantò clarior, vt habetur in dict. cap. Abbas. & in cap. causam matrimonij extra. de off. deleg.

CONSIL. CXVI. SVMME.

- 1 Non adueniente conditione, clarum est fideicommissum expirare.
- 2 Facta substitutione compendiosa in tribus gradibus: desectio medio, tollitur etiam sequens.
- 3 Non est locus pœnæ contra non delinquentem.
- 4 Sublato medio vltimus gradus succedit in eius locum.
- 5 Vulgaris substitutio non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis, & fideicommissis fieri potest.
- 6 Vulgaris substitutio in vno casum, etiam ad alium producitur.
- 7 Quotiescūq. legatum, vel fideicommissum factum est sub conditione, que coheret personæ, sit caducum ex priorē gradū, & transferatur in sequentē gradum absq. illa conditione, quia caducato gradu, etiam conditio ei adiecta efficitur caduca.
- 8 Conditio si hæres erit, & decesserit, idem casum cōtinet quo nolit esse hæres.
- 9 Ad euentum conditionis non attendimus, cum coheret personæ, & fideicommissum ad substitutum transeat absq. diæ conditione.
- 10 Consilium Oly. cxlj. re prob.
- 11 L. pater Severinam, de condi. & demon. declar.
- 12 Legatum filie simpliciter factum, censetur in casum dotis factum, nisi cum adiecta est conditio, si nupserit.

- 11 Sicut dos non prius debetur, quam nubat mulier: ita nec transf- latio prius effectum habet, quam nubere poterit.
- 14 In renunciatione fideicommissi, necessaria est inspectio verborum testamenti.

Videlicet testator instituit sibi heredem Alexand. sub conditionibus infra scriptis, in principio institutionis & ante, & post, & non aliter, &c. videlicet, *Quod deberet se appellare nomine Ludovici testatoris, & accipere hereditatem, & ut filium, & heredem suum cohabitare in domo cum eius testatoris uxore, & conuivere communiter, & sub illius gubernatione, & administratione, &c.* Ita vt ei prædicta obseruanti, substitueret etiam eius descendentes, & eis desinentibus substitueret Ioan. Franciscum patrem Alexandri sub eisdem semper conditionibus, & istis omnibus deficientibus, tandem & finaliter substitueret monasterium prædictum, & duo alia hospitalia. Et alius etiam si dictus Alex. prædicta non obseruaret, seu ipse, vel eius pater expulset, vel tacite prædicta facere recusaret, ex tunc & absque alia declaratione sienda, priuabat d. Alex. & Ioan. Franciscum, & eos prædictos descendentes ab omni hereditate, & bonis suis: & in eius, & eorum locum eligebat, vocabat, instituebat, & substituebat, ac subrogabat Marcum Antonium Bologninum, cum grauamine etiam supra scripto. *Quod deberet se appellare Ludovicum, & ut filium, & heredem cohabitare, vt supra.* Et ipso Marco Antonio sic existente hærede substituebat lineam suam, & ea etiam deficiente, seu desinente, instituebat & substituebat dicta omnia pia loca, quia volebat & intendebat eius hereditatem, & bona peruenire in totum ad dictos hæredes institutos, & substitutos, vt supra: & demum & finaliter ad dicta pia loca. *Prohibens tamen omnem alienationem bonorum, &c.* prout latius in eo testamento continetur. Modò contingit dubitari, quia dictus Alexand. nunquam se appellauit nomine testatoris, nec obseruauit conditiones testamenti adscriptas, donec vixit, id est, vsque ad annum 1229. quo decessit, & Marcus Antonius vsque de anno 1722. decesserat, nec vnquam fecerat verbum de dicta hereditate, nunquid monasterium sancti Proculi possit bona supra scripti testatoris iure supra dictæ substitutionis petere. Et videretur prima fronte dicendum, quod nullum ius spectet ad monasterium: quia vocatur sub conditione, casu quo hereditas ad M. Antonium deuoluta sit, & M. Antonius contrafecerit, quæ quidem conditio non videtur euenisse: cum M. Antonius mortuus sit ante dictum Alexandr. & substitutio effecta sit caduca. l. vnica. ff. pro secundo. C. de cadu. tollen. & qui ipse non contrafecit, ex quo nunquam habuit hereditatem, & onus fuit impositum eam habenti, vnde non adueniente conditione, clarum est expirare fideicommissum. d. l. vnica. ff. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. Secundò aduersus monasterium facit, quia facta substitutione, cõpendiosa in tribus gradibus defecto medio, tollitur etiã sequens, vt consulti Oldr. consil. cxlj. quod consilium refert Ioan. Andream in Specu. tit. de test. §. j. Lud. Rom. l. quandiu. vlt. de acq. hæred. Soc. consilio lxvij. in iij. volum. & nouissimè Ruy. in l. j. ff. de vulg. & pup. Tertio facit, quia monasterium vocatur in pœnam ipsius Marci Antonij, negligentis parere conditionibus à testatore adiectis, sed huic pœnæ locus esse non potest: cum Marcus Antonius nihil deliquerit. l. pater. Seuerinam. in prin. de cond. & demonst. & quod per illum tex. consuluit Soci. consil. cclxix. & nouissimè Dec. consil. cclxxij. vbi ferè in terminis, decidit similem quæstionem contra monasterium. Sed tamen his non obstantibus, contrarium in casu nostro est verius, quia regula est generalis, quod si sublato medio, vltimus gradus succedit in eius locum. l. si Titius. l. coheredi. in princip. ff. de vulg. & pupil. l. quandiu. vltimo. versic. is autem qui tertio. ff. de acq. hæred. & ibi Barto. in fin. decidit similem quæstionem in fauorem monasterij. Facit ratio, quia in hoc fideicommissio adest vulgari substitutio, quæ non solum in hæredi-

tibus, sed etiam in legatis & fideicommissis fieri potest. l. vt hæredibus. ff. de leg. ij. l. j. ff. si autem aliquid. C. de cad. toll. vulgari verò substitutio in vnum ealium, etiam ad alium producit. l. fina. C. de instit. & substitut. per Barto. in l. j. ff. de vulg. merito monasterium substitutum in casum, quo Alexand. contrafaciat, & Marcus Antonius etiam ipse contrafaciat, vel sine masculis decesserit, habet locum etiam ipso Marco Antonio decedente ante diem fideicommissi. Confirmo hanc sententiam per text. in dict. l. vnica. ff. ne autem. C. de cad. toll. & in l. legatum sub conditione. ff. de adim. leg. quibus iuribus probatur, quod si quotiescunque legatum, vel fideicommissum factum est sub conditione, quæ cohæreat personæ sit caducum, ex prioris gradu transfertur in sequentem gradum, absque illa conditione: quia caducato gradu, etiam conditio ei adiecta efficitur caduca. Comprobo etiam hanc opinionem auctoritate doctorum, & in primis Barto. in dicta l. quandiu. in fine. vbi ponit decisionem, quæ est communiter à doctoribus approbata, & generaliter loquitur: ideoque est generaliter intelligendus, etiam si conditio medio adiecta repugnaret vltimo, & ita eum intelligunt doctores, vt Pau. Castr. consilio clij. præsens dubium videtur in j. volum. Alexand. consilio cxxxix. in vij. las. consilio cxlvij. Corn. consilio cxcvii. in iij. Dec. consil. cccxvij. & consilio cccxxvij. Cnr. Jun. consil. lxxxij. cum similib. Fortius dico, quod etiam ex proprietate verborum admittitur monasterium, nec ei vlla conditio repugnat, vocatur enim si Alexand. contrafecerit. Mar. Antonius ei substitutus pariter contrafecerit, vel decesserit sine masculis, certe in casu nostro vtrunque contingit, quia Alexand. non obseruauit, minusque ipse Marcus Antonius, qui nec petiit ab Alex. nec voluit esse hæres, & sine filiis decessit, & conditio autem, *si hæres erit, & decesserit.* etiam casum continet, quod nolit esse hæres, vt per Barto. in d. l. j. de vulg. & habetur in dict. l. fin. C. de instit. & substit. Dec. consilio cccxvij. alius fuisse in facultate Marci Antonij ad eundem hereditatem prædictam, auferre ius ipsius monasterij substituti: quæ interpretatio non est accipienda. l. fideicommiss. ff. de cond. & demonst. & faciunt multa similia adducta per Dec. d. consilio cccxvij. Quibus si pro monasterio adductis non obstant allegata in contrarium. Et in primis non obstat, quod conditio fideicommissi non euenit: quia respondeo, quod ad t euentum dictæ conditionis non attendimus, cum cohæreat personæ, & fideicommissum ad substitutum transeat absque dicta conditione. d. l. vnica. ff. ne autem. d. l. legatum sub conditione. & supra ostendi istam esse communem opinionem. Secundò respondeo, quod ex mente testatoris non habetur respectus ad euentum eius conditionis, quia alio fine eam apposuit, quam ad exclusionem substituti. l. ralem. in princip. ff. de hæred. inst. glo. l. j. C. de inst. & substit. & quod notat Dec. consilio cccxvij. vbi etiam subiicit, quod conditio: *Deficientibus filiis,* verificatur etiam si non sint nati, de quo dicendum est vt per eum. Tertio respondeo, quod imò verificata sunt verba conditionis, sub qua vocat monasterium, vt supra dixi vltimo fundamento, vnde nodus non est quærendus in scirpo. Nō obstat secundum fundamentum, quod accipitur ex t. consil. Oldr. cxlj. quia respondeo, quod illa opinio est communiter reprobata post Barto. in d. l. quandiu. cum concord. supra per me allegatis, & ad eius rationes responderet Aret. in d. l. quandiu. vbi irridet dictam opinionem, & vidi sæpissimè pronuntiarum aduersus dictum consil. Oldradi, & Sequacium, qui solum incidenter illud allegent. Non obstat, quod monasterium videatur vocari in pœnam Marci Antonij negligentis, &c. per consil. Soci. cclix. & Dec. consilio cclxxij. Respondeo enim, quod in casu ipso nemo contrafecerat, sed in casu nostro Alexand. contrafecit. Item etiam Marcus Antonius, non vendicando ab eo hereditatem, fecit contra mentem testatoris, vt supra dixi. Præterea textus in dict. t. pater. Seuerinam. in principio. non habet eam rationem, quam ipsi putant, quod relictum

relictum illud factum esset in pœnam. Si enim hoc esset, debuit legatū remanere filiæ, seu eius hæredibus, quod tamen factum est, quia filia conditione defecta erat: vnde ipsius testatoris hæredi potius remanet. l. legatum. C. de cond. inst. in testamento. ij. ff. de condit. & demon. vnde dicendum est, quod ille text. aliam habeat rationem, t. legatum enim filiæ simpliciter factum, censetur in casum dotis factum, l. quod autem. ff. de iure dot. vbi Barto. l. filia. C. de leg. maxime cum adiecta est conditio, si nupserit. arg. l. si quis locuplex. de manum. testam. vnde ex natura rei sumitur coniectura, vt si sicut dos non prius debetur, quam nubat mulier: ita nec translatio prius effectum habeat, quam nubere poterit. d. l. legatum sub conditione. vnde apparet quod ille text. nihil facit ad propositum quæstionis nostræ. Vltimò non obstat quædam renuntiatio fideicommissi, facta per monasterium: quia respondetur tribus modis. Primò, quod est in euidentem læsionem monasterij: sed quia istud requirit altiore indaginem, nec de hoc sum in præsentia rogatus, non insisto. Secundò respondeo, quod renuntiatio illa est limitata ad fideicommissum, & omne ius ex persona don Euangelistæ, ad monasterium pertinet: sed istud ius, de quo agitur, non peruenit ex persona dicti monachi: ideo ad hunc casum non potest extendi renuntiatio. l. age. C. de transac. Tertio respondeo, quod t. renuntiatio illa ad hunc casum trahi non potest, quia verba testamenti non fuerunt inspecta, neque visa, quod necessarium est in renuntiatione fideicommissi. l. de iis. ff. de transac. l. j. quemad. test. aper. per doctores in l. qui Rom. ff. duo fratres. ff. de verb. obl. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXVII. SVMMÆ.

descendit ex feminis, sed ex masculino Nicolai, & consequenter minus comprehendetur d. Hercules, quod non potest alia ratione dici, quam quia satis erat comprehensus ex verbis primæ institutionis, sub illo nomine descendentes masculos. Ostendit hoc etiam ordo & series testamenti: prætulit enim testator primò masculos ex Nicolao, sicut ipsum Nicolaum prætulit sororibus, vnde etiam descendentes masculos ex feminis lineæ Nicolai, videtur prætulisse descendentes masculis & lineæ sororum Nicol. vt in simili dicit Bartol. quem sequuntur doct. in dict. leg. Gallus. §. etiam si parente. ff. de liber. & posthum. Bartol. in leg. fin. ff. ad Trebell. Alexan. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg. Cõfirmatur hoc etiam, ex natura feudi secundum quam traditum est, quod t. verba illa descendentes masculis, intelliguntur etiam de nepotibus ex filia ad exclusionem aliarum filiarum, & ab his descendentiis. vt est text. in c. j. de eo qui sibi & suis hæ. in vrb. feud. t. admittiturque descendens ex filia, quamuis aliis in feudis non solum femine, sed omnis earum linea excludatur capi. primo. §. hoc autem, qui feu. da. poss. & tamen propter vim illorum verborum descendentes masculorum, & c. omnino excluduntur tales nepotes, ergo. idem dicendum in casu nostro, vt quamuis in hoc fideicommissio femine excludatur, existente linea masculina, tamen non excludatur Hercules, descendens ex filia Antonelli. Et debet iudex inclinare in re dubia in hanc sententiam. Primò per regulam quod t. in dubio pro possessore est iudicandum. §. commodum. in st. de inter. Secundo per aliam regulam, quia t. favorabilior est causa rei, quam actoris, & i. in ambiguis contra actorem pronuntiamus. l. qui accusare. C. de ed. Tertio, quia actor iste innititur, & venit ex iure fideicommissi, & t. in dubio pronuntiamus est, non esse locum fideicommissi. leg. Lucius. §. tres hæredes. in verb. an vnciam hæreditatis. vbi Din. Iaco. Alber. ff. ad Trebell. leg. si fuerit. vbi Cast. & Socin. in v. nota. ff. de reb. dub. & ratio est quia t. fideicommissum est onus. l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & t. semper fit interpretatio vt hæres quam minimum sit gravatus. leg. vnium ex familia. §. si rem. ff. de legat. ij. Et hoc maxime est dicendum, quando filius tale grauamen induceretur: quia verisimile est quod t. pater quam minimum eos gravare velit, sed duntaxat reservare ius successione ab intestato secundum gloss. in l. Lucius ij. ff. de lib. & posthum. Nec obstat, quod expressè videatur vocatus d. Petrus ex Margareta filia, per illa verba in casu, quo Nicolaus, seu filii, vel filiorum filii in infinitum, & descendentes ex dicto d. Nicolao decederent sine filiis masculis, ita quod linea masculina ipsius Nicolai deficeret, & c. quia respondet quod illa t. clausula, ita quod linea masculina, & c. est limitativa, seu restrictiva, & ideo non potest operari contrarium effectum, vt augeat fideicommissum, sed debet substitutio in casum contrarium institutionis procedere, iuxta l. cum ibi not. C. de impuber. l. si is qui ducenda. §. fina. vbi Bartol. ff. de reb. dub. tradunt doct. in l. quãuis. C. de impub. Intelligitur ergo illa clausula, ita quod linea masculina deficeret, nec superessent descendentes masculi, prout in institutione: in casu autem nostro supersunt, id est ipse Hercules. Nec est nouum quod fiat ista interpretatio, vt aliquid simpliciter renuntiandum, intelligatur saluis supradictis. l. non erit. §. dato. ff. de iure iur. vbi Cast. & Iaf. l. nam ad ea. ff. de condit. & dem onst. Decius consilio nonagesimo quinto, cum similibus & ex ipsis transeo cum optatione supradicti domini consulentis. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXVIII. SVMMAE.

- 1. Secundum testamentum derogat primo.
- 2. Vltima derogat prioribus.
- 3. Iuri quod quis ignorat, non censetur vnquam renuntiasse.
- 4. Solutio legatorum arguit notitiam testamenti, quia non est verisimile hoc esse factum, nisi inspectis eius verbis.

Notab

- 1. Notarij rogati de testamentis, possunt compelli ad exhibendas A tabulas.
- 2. Regulariter in materia fideicommissi, non veniunt Nepotes appellations filiorum.
- 3. Fideicommissum extendi & vari.
- 4. Quando procedunt legata, & testator generaliter de bonis suis locutus est, consequens est etiam prælegata comprehendendi.

Accesi & ipse in sententiam d. Consulentiis viso supra scripto consilio, pro cuius clariore explicatione, ponam infra scriptas conclusiones. Prima conclusio est, q. t. secundum testamentum magnifici d. Iulij Maluetij, derogat primo iuxta regulam, positam in §. posteriore in st. qui. mo. test. in st. & quia t. vltima derogat prioribus. l. pacta nouissima. C. de pact. vbi not. Nec obstat quod arbitri iusserint fieri solutionem legatorum, secundum formam primi testamenti, & sic in tot bonis immobilibus, quia propter hoc ideo non censetur sublatum secundum, & solutio illa censetur facta ex laudo, & si vigore pacti, non autem ex testamento, per ea quæ habentur in c. Raynaldus. per glo. super verb. neutra pars. extra, de testa. Ang. consi. cxxviiij. punctus talis facit gloss. in §. si vero. in auth. vt disse. iudi. Nec rursus obstat, quod dicti arbitri declarauerunt solos d. Pirrum & Herculem esse hæredes, cum tamen in secundo testamento etiam d. Ascanius esset adscriptus hæres: quia per hoc non probatur quin in reliquis secundum testamentum stet firmum, iuxta regulam d. §. posteriore. & potuit Ascanius homologare dictum laudum, & esse contentus prælegatis omnia institutione. l. filio pater. ff. de legat. j. vbi not. Secunda conclusio, quod per homologationem dictæ sententiæ arbitratorum censetur exclusus Ascanius, & sui hæredes, ne quicquam petat iure dictæ institutionis. Nec obstat, si dicatur, quod t. iuri quod quis ignorat, non censetur vnquam renuntiasse. l. mater decedens. ff. de inoff. test. maxime vbi tale ius ex testamento penderet. l. de his. ff. de transactio. Respondet enim, quod hoc procederet data ignorantia ipsius Ascanii, verum quod ignorauerit, vel sciuerit totum penderet à coniectura, & cum Ascanius non esset suus hæres, sed frater præsumendum est potius, quod sciuerit, vt habetur in l. eius, qui in provincia. in si. si cert. pet. maxime cum in dicto testamento secundo adesset legatum ducatorum sexcentum, quod iusserunt arbitri perfolui. Vnde apparet eius notitiam eos habuisse, ex quo arbitrium illud concordat in summa, vt in simili in l. si quando. §. fina. ff. ad leg. Falc. t. solutio enim legatorum arguit notitiam testamenti: quia non est verisimile hoc esse factum, nisi inspectis eius verbis, vt per Bartol. in d. l. de his. & moder. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in ij. q. Bar. ff. de verborum obl. Confirmatur etiam per renuntiationem dicti Ascanij, qui in illis est renuntiare, & cedere omnibus iuribus sibi competentibus in hæreditate d. Iulij: certe nullum aliud ius sibi competebat, quam institutionis. Vnde habetur pro expresso. l. fundus qui locatus. in fine. ff. de fundo instruat. legat. maxime cum dictæ partes protestentur, quod arbitri sunt bene informati de iuribus partium, & sic de dicto testamento, & ista conclusio maxime procederet tenendo illam opinionem, quæ videtur magis communis, quod regula dictæ. l. de his fundata sit in ea ratione in penam eorum, qui tabulas testamenti supprimunt & celant, iuxta l. j. ff. quem ad mo. testa. aper. quæ ratio procedit duntaxat in testamento scriptis, non autem in nuncupatio, de quo rogantur t. notarij, & sic personæ publicæ quæ compelluntur ad exhibendas tabulas. l. prator ait. in princip. ff. de eden. & ita tenuit Alber. de Ros. Raph. Fulgof. & Iaf. in d. l. de his. Tertia conclusio licet fideicommissum factum sit, si Ascanius decederit sine filiis, & regulariter appellacione filii in hac materia non veniant nepotes. gloss. §. nos igitur; in auth. de rest. fideicommiss. Angel. consi. vij. Dec. cxxviiij. Socin. cxxviiij. tamen in casu nostro, puto contrarium propter illa verba in fine adiecta, ita quod semper, & in per-

petuum voluit eius bona peruenire ad masculos de Maluetijs, etc. quæ ratio ampliat dictum, vt videatur prohibitio in rem facta, & t. extendatur etiam mortuo nepote sine filiis, secundum ar. l. pater. §. fundum. & ibi per Bart. de leg. ij. & consiliu Rom. consi. cccclvij. Paul. Cast. consi. cccxxij. visis & consideratis. l. o. de Ana. consi. xlvij. Curt. Senior. consi. xl. Aret. d. l. qui Romæ. §. cohæredes. cum similib. & licet loquantur in prohibitione alienationis, tamè idem est etiam in fideicommissi, & semper subest eadem ratio, vt dictum amplietur per rationem generalem. l. cum pater. §. dulcisimis. de legat. & fideicom. secun do. & ita sæpe vidi indicari, licet alii aliter respondissent, & semper sequutus sum hanc opinionem, tanquam menti testatoris magis consonam. Quarta conclusio quod fideicommissum illud ibi generaliter scriptum trahitur, non solum ad portiones hæreditarias, sed etiam ad prælegata, cum enim præcesserit legatarius, & testator generaliter de bonis suis loquutus sit, consequens est etiam prælegata comprehendendi per text. in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Trebell. Nec me monet quod ibi no. Bar. in peri. q. Volens hoc non procedere quando testator limitatè loquutus est, puta de reliquo quod supererit deductis in dicitis, seu legatis: quia respondeo quod in casu nostro non est ita loquutus, sed simpliciter dixit, in alijs autem bonis instituo, & c. quæ verba plurimum distant ab his, quæ posuit Bar. in d. pen. q. secundum Angel. consi. cccxliij. & seq. & ista mihi videntur vera, ommissis superfluis allegationibus. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXIX. SVMMAE.

- 1. Fideicommissi extendendi & transmittendi causa.
- 2. L. pater. §. Iulius Agrippa. de leg. ij. sensus.
- 3. Alexan dri auctoritas incomparabilis.
- 4. Crotus in iure modicum habet ius pædilectum & iudicium.

Resisto in prima conclusione, facta in prioribus allegationibus, q. domus, de qua agitur nõ sit supposita alicui t. fideicommissi, sed potuerit liberè relinqui D. Hiconymo: quia prohibitio facta hæredibus non extenditur ad alios. Nec obstat, q. nuper adducitur in motiuis, q. talis prohibitio habet annexam causam, q. domus remaneat ad perpetuam memoriam testatoris: quo casu videtur propter adiectionem causæ extendi prohibitionem per doctrinam Bartol. in l. pater filium. §. fundum. de legat. ij. quæ est communiter approbata per Iaf. & ceteros in d. l. filius fam. §. diui. cum sim. Respondet, q. Bar. & doct. loquuntur, quando causa illa respicit fauorem certæ personæ, cuius interfit, seu quæ sit vocata in casum alienationis, puta: ne de nomine testatoris exeat, prout loquitur ille rex. vel vt remaneat inter descendentes, vel in familia, secus est si causa respiciat duntaxat fauorem ipsius testatoris: quia tunc præceptum est nudum cum non subit aliquis, qui reuocet talem rem alienatam, & vocatus sit in eum casum, vt dicit idem Bartol. in §. se ad d. §. fundum. videlicet in d. l. pater. §. Iulius Agrippa. de leg. ij. dum loquitur de causa concernente fauorem patris, id est, testatoris. Non obstat, q. qñ prohibitio fit de re ad quam testator habet affectionem, etiam si fiat personaliter, tamen propter affectionem durat perpetuò, & censetur realis, & transit ad hæredes heredum, prout videtur innuere Lud. Rom. in l. si quis filium. §. si. de acq. hæ. dicit expressè Io. Crotus, & Ferd. Hispanus in d. §. diui. Respondet enim q. ista opinio est fatua, & ridicula prout ibi dixi. Et in primis est contra text. in d. t. pater. §. Iulius Agrippa. vbi testator legauerat domum & fundum, in quo erant reliquiæ, & sepulchra maiorum suorum, & tamè prohibitio alienationis tanquam nuda non valet, vt sentit ibi Bartol. Secundo dico, quod est contra rationem doct. in d. §. diui. dum declarant, quæ causa efficiat præceptum non alienandi valere, & non esse nudum: & dicunt, quod ideo est, quia ad hoc vt fideicommissa valeant, oportet: vt testator statuatur in commodum alicuius. l. Quintus. de ann. leg. cum ergo

ergo quis prohibet rem alienari, nihil agit: quia heredi nocet dum effectum dominii illi impedit, & nulli prodest merito dicitur in dict. §. diui. quod non potest testator hanc rei suae legem imponere, talis ergo affectio non est consideranda. Tertio dico, quod cum Lud. Rom. in d. l. si quis filiusfam. §. fin. noluerit hanc opinionem affirmare, non arbitror fore aliquem doctorem tam audace, qui velit sententia sua pro certo habere, id quod Rom. habuit pro dubio, maxime cum d. Alexand. cuius auctoritas est incomparabilis teneat contrarium, & allegat Bald. in l. fina. quæst. xxij. C. de hæc. inst. cuius decisio optime facit aduersus hanc fantasmam Romani, nec auctoritas Croci est opponenda Alexandro, cum notissimum sit quam tenuit sit eius in iure nostro suppellex, & modicum iudicium. De Ferdinando vero nihil aliud dico, nisi quod erat si holaris Ripæ, quando fecit illam repetitionem, ut attestatur ipse Ripa in lectura d. §. diui. & ideo non est curandum de istis militibus, leuis armaturæ, sed ad hærendum d. Alexandro, qui est doctor veritatis, maxime in iudicando, pro quo est casus, ut dixi in d. l. pater. §. Iulius Agrippa. vbi Barto. Rayn. Iac. id tenent. Et ego bis legendo d. §. diui. sum secutus, & ita etiam nunc teneo. Et puto quod aliter dicere non possumus citra magnam errorem.

CONSIL. LXXX. SVMMAE.

- 1 Verba in eorum defectum significant, quomocumq; illi defecerint seu illis deficientibus.
- 2 Sola vulgaris potest fieri in fideicommissis.
- 3 Per diuisionem bonorum, quis dicitur satis adisse hereditate.
- 4 Per aditionem hæreditatis substitutio vulgaris expirat.
- 5 Non honoratus grauari non debet.
- 6 Preceptum non alienandi factum pluribus, censetur nudum & non valet.
- 7 Quando quis potest sibi eligere, quem successorem velit fideicommissum est nullum.

Substitutio verba sunt: Tunc, & eo casu ex nunc mihi, & filia pupilla vulgariter pupillariter, per fideicommissum, & omni meliori modo &c. Substitutio ore meo proprio, &c. Fratres meos, & in eorum defectum ipsorum fratrum eorum filios, quos eo casu ut supra nomen in superes, &c. Queritur an dicta verba: in eorum defectum, &c. importent fideicommissariam, an vulgarem tantum. Et respectu pupillæ verba sunt clara non solum pupillariter, sed etiam per fideicommissum vocari. Sed difficultas est respectu ipsorum fratrum an eorum filij sint illis substituti non solum vulgariter, sed etiam per fideicommissum. Et videretur etiam per fideicommissum tanquam illa verba in eorum defectu, significat quandoquam illi defecerint, seu illis deficientibus & hoc sentit Dec. consilio cccxvij. Ioan. de Anan. consil. xxxvij. Ego tamen sentio contrarium in casu nostro, quod sola vulgaris sit, quæ potest fieri etiam in fideicommissis. l. ut hæredibus. ff. de leg. ij. quia talis substitutio est limitata, tunc & eo casu, & sic ad casum morientis filia, non autem ad casum morientium fratrum ad eorum grauamen, sed quando iam ante mortui essent, adeo, ut hæredes esse non possent, & quia respectu fideicommissariæ inter fratres, non erat opus, quod proprio nominaret, sed respectu vulgaris tantum, quæ habet vim institutionis, & in qua verificatur statutum nostrum. Et quia non est verisimile, quod voluerit imponere hoc onus fratribus suis: & quia hoc sentit doctor. in l. Gallus. §. j. de lib. & posthum. & Alexand. consil. xij. visis & prælectis. in iij. volum. & allegata per Dec. & Anan. loquuntur in diuersis terminis. Queritur nunc circa prohibitionem alienationis viridarij, quod in casum alienationis voluit peruenire in dictos substitutos, & in eis permanere. Et difficultatem facit, quia d. Antonius per diuisionem bonorum, satis dicitur adisse hereditatem, secundum notata in l. gerit. ff. de acquiren. hære. ¶ vnde expiravit substitutio vulgaris. l. post aditam. C. de impub. eius ergo si-

lia, & consequenter etiam neptis, non dicuntur substituta, nec honorata a testatore. ergo nec gratata. l. ab eo. C. de fideicommiss. & sic videtur valuisse alienatio; saltem pro parte ipsarum. Contrarium tamen mihi verius videtur, quia licet præceptum non alienandi factum pluribus, censetur nudum; & non valeat secundum glossam communiter approbatam in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. j. etiam si dictum sit, quod factum fuerit, ut bona successores velint, fideicommissum est nullum l. pater. §. penult. ff. de leg. iij. tamen hoc non procedit, quando iussisset certis personis referuari. d. l. pater. in prin. vel quando adiecisset velle, quod bona remaneant ipsi substitutis, prout in casu nostro, ut est text. in l. penult. §. institutio. ff. de leg. ij. & l. eum pater. §. libertis. vbi Imol. ff. eod. titu. per Bal. consilio cccclxxvij. j. vol. in antiq. Cum ergo valeat præceptum, & censetur factum in fauorem substitutorum, & filia d. Antonii fuerit substituta siue vulgariter, siue per fideicommissum, satis apparet ex vi verborum, ipsa alienante, ius deuolui ad coheredes substitutos.

CONSIL. CXXXI. SVMMAE.

- 1 Licetum est marito relinquere uxori quicquid voluerit, & insituere eam heredem, etiam vniuersalem.
- 2 l. non dubium. C. de leg. explanatur & restringitur.
- 3 Lex inducens priuationem iuris sui, dicitur penalis.
- 4 Quando mulier viuenti marito stetit in possessione aliquorum bonorum iure familiaritatis, si deinde perueniat sibi titulus per mortem mariti, potest mutare sibi causam possessionis, & rem retinere, quæ ad eam peruenit sine vitio.
- 5 Dicitio, liberè importat sine consensu alicuius.
- 6 Dicitio, pariformiter repetit qualitates præcedentes, & importat idem esse in iure.
- 7 Paris forme seu similia, dicuntur quæ eadem ratione inniuntur.
- 8 Quamuis mulier acceperit alias res hereditarias: sibi non legatas, non tamen cadit à iure rerum, quæ sibi legatæ sunt.
- 9 Leges penales quæ puniunt occupantem propria auctoritate, solum loquuntur respectu rei occupatæ, & non sunt extendenda extra casum suum.
- 10 Vxor relicta usufructuaria à marito, & tutrix, si non faciat inuentarium, licet presumatur furtum fecisse, non tamen perdit vsum fructum legatum, sed solum petuntur ab ea res subtrahæ, & si subsint indicia, potest torqueri, licet regus lariter mulieres non torquentur.
- 11 Si vxor aliquas res subtraxit ante aditam hereditatem, non potest conueniri actione expilatæ hereditatis, quia insuamatur.

Primè viso testamento, eonditio per nobilem Petrum Buisi, requisitus, ut super tribus propositis dubiis sententiam meam exponam, breuiter, & conclusiue agèdo. Circa primum, quo queritur an ex quo testator fecit dicta legata vxori ob remuneratione meritorum, debeât per vxorem probari talia merita? Concludo q. non. Quia licitum est marito relinquere vxori quicquid voluerit, & insituere eam heredem etiam vniuersalem. l. fororè. C. de his, qui, ut indig. l. fi. C. si quis aliq. testari: & ideo succedit doctrina Barto. in l. si forte. ff. de Cast. pec. quod quando donatur alicui pro seruitijs, & benemeritis receptis, si ista donatio sit ab eo, qui possit libere donare, etiam nullis præcedentibus meritis, tunc alia verba probant, quamuis enuntiatua ipsas partes, sed si non possent donare nisi verè præcessissent merita, aliud esset: quia tunc necessarid requiretetur probatio, nec staretur illis verbis. & cum Barto. tenet Imo. Rom. Paul. Castrens. in l. Aquil. ff. de don. Salic. & Alexand. in l. si donatione. C. de collat. Alexand. consilio lv. in prim. volum. & in consilio vlt. in iij. volum. Dec. consil. xx. cum similibus. cum ergo testator potuisset legare vxori etiam nullis præcedentibus meritis, non requiritur alia probatio. Circa secundum an ex quo vxor retinuit legata penes se, nec ea accepit de ma-

de manu hæredum, ceciderit à iure suo? & dubium facit text. in l. non est dubium. C. de leg. tamen aduertendum est, quia ille text. continet magnam rigorositatem, & in practica vidi iudices difficulter pronuntiare pro rigore dictæ legis, nisi euidenter appareat legatarium commisisse contra dictam legem, cum enim illa lex inducat priuationem iuris sui, dicitur penalis. §. cum igitur. in authen. de non elig. secun. aub. Alexand. in l. etiam. §. licet. ff. sol. matrim. cum similib. & ideo strictè intelligenda est. cap. odia. de reg. iur. vbi Decius multa similia adducit. cum igitur dicta l. non dubium. loquatur in eo, qui de hæreditate subtraxit, & sic de vi ablatiua, non videtur verificari illa verba in ista vxore, quæ nihil subtraxit, sed retinuit ea: quæ viuenti marito, iam penes se habebat. Et in omnem casum talis dubitatio tanquam probabilis causa eam excusat à pena istius legis: quia habebat probabilem causam credendi, se iuste posse retinere dicta bona secundum Bal. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mar. Barto. Bald. Ang. in l. fi. C. vnde vi. Ant. de Butr. & alii in cap. cum in officijs. extra. de testamen. Soc. consilio cxxxj. Fortius arbitror, quod licuerit dom. Blancae etiam propria auctoritate accipere possessionem dictorum bonorum. Et in duabus rationibus. Prima, quia quando mulieri viuenti marito stetit in possessione aliquorum bonorum iure familiaritatis, si deinde superueniat sibi titulus per mortem mariti, potest mutare sibi causam possessionis & rem retinere, quæ ad eam peruenit sine vitio, secundum Bald. in l. pignoriibus. C. de pig. act. Soc. in dicto consil. cxxxj. Dec. in l. dotis. C. de coll. Secunda ratio est, quia videtur testator dedisse sibi licentia propria auctoritate retinendi, ex quo in legato dicitur, q. liceat sibi liberè in vita disponere de rebus legatis: quod casu per l. dictionem, liberè, videtur sibi data talis facultas, ut concludit Imol. in l. nemo potest in iij. q. Barto. ff. de leg. j. quia talis dicitio importat, sine consensu alicuius, secundum gloss. in c. cum in pluribus. in verbo, lib. de offic. de leg. Nec obstat quod Raph. Com. consil. cxliij. incip. Antonius Benedicto, sentiat contrarium. Quia in casu suo disponebatur de, &c. quæ factis certis calculis, debebat liberè reuerti, &c. vnde cum prius facièda esset certa deductio, & ducendi calculi, non poterat fieri ista interpretatio, ut propria auctoritate res apprehendi posset, prout in simili dicit etiam Soc. in allegato consil. xxxj. verfic. amplius. Nec obstat, quod talis dicitio est apposita in primo legato tantum, quia respondeo quod in cæteris legatis est adiecta l. dicitio, pariformiter, quæ repetit qualitates præcedentes, & importat idem esse in iure, ut est text. in cap. venerabilem. §. quod autem. de elect. ibi iure pariter, & exemplo: & quia l. paris forme, seu similia dicuntur, quæ eadem ratione inniuntur. l. non solum. §. qui primipulum. ff. de ex cult. Bald. in l. illud. C. de ier. sanct. eccle. Alexand. in l. Gallus. §. quid si tantum. de lib. & posthum. Circa tertium dubium, ¶ quamuis mulier acceperit alias res hereditarias, sibi non legatas, non tamen cadit à iure earum, quæ sibi legatæ sunt: quia l. istæ leges penales, quæ puniunt occupantem propria auctoritate, solum loquuntur respectu rei occupatæ, ut apparet in d. l. non est dubium. & in l. extat. ff. quod met. cau. & in l. memorint. & l. si quis in tantam. C. vnde vi. & non sunt extendendæ extra casum suum. l. & si quis. §. diuus. ff. de relig. & per Mod. in l. factum. §. fin. ff. de reg. iur. & sic ut per subtractionem alicuius rei perdat ius in alia, & de hoc est casus in l. ob tenent. C. de crim. expil. hære. & quod not. Rom. consil. cxvij. incip. quo ad primū vbi l. vxor relicta usufructuaria à marito, & tutrix, si non faciat inuentarium, licet presumatur furtum fecisse, non tamen perdit vsum fructum legatum, sed solum petuntur ab ea res subtrahæ, & si subsint indicia, potest torqueri, licet regulariter mulieres non torquentur: refert & sequitur Picus in rep. §. Titia. in l. Titia. ff. de leg. iij. q. lv. Fortius dico, quod si aliquas res subtraxit ante aditam hereditatem, non potest conueniri actione expilatæ hereditatis, quia infamat. l. aduersus. C. de crim. expil.

hære. declarando tamen ut ibi in gl. dicitur. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXXII. SVMMAE.

- 1 Portionem ratificans alij non contradicit.
- 2 Hæres qui non conficit inuentarium, obligatur ad ratificationem factam defuncti, etiam vltra portionem hereditariam.
- 3 Legati solutores.

Actum sic se habet, Ludou. Canenoghus auto 152 i. vita fundus est, relicto dominis Paulo Baptista Nicolao, & Ludouico fratribus eius filijs, ex testamento hereditibus vniuersalibus eius institutus. quorum filiorum, videlicet & dom. Paulus, Baptista, & Nicolaus à dicto eorum genitore, habuerunt honestas denariorum quantitates forte: ad summam librarum decem mille, pro singulo eorum, quos denarios separatim quilibet eorum nomine proprio vii mercatores transfrauarunt per longum tempus, viuentis eorum genitore, & specialiter ipse d. Paulus negotiando, maximum capitum accumulauit, ac superlucratu est, pariterq; cæteri fratres honestum lucrum fecerunt. Nuper euenit, quod dictus do. Paulus in ciuitate Neapoli (vbi pro maiori parte temporis, & vltra decennium negotiatus fuit) inter vita fundus est, eodemo testamento, in quo hæredes sibi instituit particulares, dictos eius fratres, videlicet in bonis, & iuribus hereditatis paternæ ipsorum fratrum pro communi, & indiuiso, existentibus inter ipsos fratres. Instituit quo etiam sibi hæredes particulares, Hospitale magnum Mediolani, ac Donium Mediolanense: de omnibus alijs bonis per ipsum acquisitis, & quæ testator habet in manibus ipsius testatoris, videlicet in eius possessio ad faciendum, & disponendum, quicquid magistrus dicti hospitalis ac Domi. placuerit secundum solutum: Superindeque, etiam fecit, quam plura legata nomine superscriptorum specialiter grauato ad ea legata persoluendum. & prout latius in ipso testamento merito habetur: cuius copia exhibetur. Contingit autem dubitari: ut per promissis. Primo, vtrum acquisita per ipsum d. Paulum, ac cæteros fratres, quoad vixerit communis eorum genitor, dicantur & censentur acquisita, etiam respectu proprietatis dicto eorum genitoris, ita ut dici possit legatum particularis institutionis factæ dicto hospitali, & videtur non potuisse fieri, nec effectum sortiri in præiudicium dictorum aliorum fratrum, tanquam hæredum dicti eorum genitoris. An verò legatum institutionis particularis factæ in dictum hospitale, & ut supra, &c. in eorum debeat sortiri effectum respectu per eum acquisitorum in præiudicium ipsorum fratrum, an verò facièda collatio acquisitorum: hinc inde dehinc fieri diuisionem, cum præfatis hospitali Domo, & quomodo. Secundò quibus censentur annexam onus solendi dicta legata, facta ut supra, an ipsi fratribus, an verò dictis hospitali, & Domi, an verò communiter, & quomodo. Ideo superscripta optime considerentur. & detur consultatio vera, ut occurratur litibus, &c. Respondi ad primum dubium, licet quæstia viuentis patre, ad eum videantur pertinere, secundum distinctionem traditam in l. cum oportet. C. de bonis quæ lib. tamen cum pater legauerit illis, & isti fratres ratificauerint legatum, non videtur quod amplius ex persona domini Pauli admittatur ad contradicendum, quia d. Paulus de dictis bonis instituit loca pia, vnde isti fratres, hæredes d. Pauli respectu aliorum bonorum, non debent, nec possunt contrauenire. l. cum à matre. C. de reuend. præsertim cura per statutum nostrum sit sublata beneficium inuentarii, quo casu l. hæres obligatur ad ratificandum factum defuncti, etiam vltra portionem hereditariam. l. si in computatione, vbi gloss. & doct. C. de iure delib. & possunt dicta loca pia ratificare l. legatum patrum, respectu dictorum bonorum, ex quo in eis representant personam defuncti. Ad secundum, responderetur solutionem aliorum legatorum, communiter ad ipsos hæredes pertinere. l. ex facto. §. vnde scio. ff. de hæred. instituc. videtur enim vniuersaliter instituti, & si-

bi facta praelegata de rebus particularibus. & ideo si in bonis defuncti esset aliquid, quod non comprahenderetur in praelegatis, puta haereditas materna esset communiter diuidenda, vt probatur in d.l. licet forte mens testatoris alia fuerit.

CONSIL. CXXXIII. SVMMÆ.

- 1 Portio dicitur quae conficitur ex diuersis titulis.
2 Haeres haereditis, dicitur haeres testatoris.
3 Dispositio de immediatis tantum.
4 Illud dicitur ad me aliquo iure peruenisse, quod immediate ex illo iure est mihi quaesitum, secus si mediate.
5 Causa mediata eius, qui pro empto, vel pro relicto possidet, non consideratur.
6 Causa proxima debet attendi.
7 Si haeres de haereditate compromittat, et condemnetur eam fideicommissario restituere, censetur restitutio non ex causa haereditaria facta, sed ex causa immediata compromissi.
8 Prohibitus alienare partem suam, intelligitur prohibitus de parte, quam immediate habet a testatore, non si eam redemerit a cohæredede.
9 Vna pars testamenti, per aliam declaratur.
10 Prohibita alienatione, non censetur prohibita successio ab intestato.

Bernardus testator habebat duos filios, quorum unus matrem sibi relicta in eius testamento: quæda verò ex bonis matris, & fratris sui defuncti, quæ tamen bona ipsa mater & frater prædefunctus ex successione dicti Ioannis habuerat. Et hæc respectu proprietatis, vltimusque verò verorumque bonorum erat Agnetis, donec viueret modo dictus Bernardus in testamento suo dixit se relinquere Marthæ sorori suæ spectatiuam, quæ pertinet ad portionem suam post mortem Agnetis, & infra repetiit se relinquere id quod ad se pertinet in sua parte, Ioannis autem sui post mortem Agnetis. Quæritur an vtraque bona debeantur Marthæ, an verò duntaxat pars, quam habet proprio nomine: non autem quam consecutus est iure hæreditario matris & fratris? Et videretur prima fronte dicendum, omnia debere propter generalitatem verborum, & hoc enim ad portionem suam pertinet post mortem Agnetis: quia portio dicitur etiam, quæ conficitur ex diuersis titulis. I. nomen filiarum. §. j. vbi dixi. ff. de verbor. signifi. Et quia quamvis dictam partem habeat a matre, & fratre, tantum hæredem eorum, tamen illi habuerunt tanquam hæredes, Ioannis, & hæres haereditis dicitur testatoris. l. si quis filium. §. si. ff. de acquir. hæ. vbi laf. & pro hoc videtur decisio, quasi in terminis Dec. consilio lxxix. vbi in legato partis suæ hæreditatis paternæ & maternæ venit etiam, quod testator non titulo hæreditario, sed ex causa emptionis est consequutus, & satis est quod fuerint in hæreditate, licet eo titulo non peruenierint ad testatorem, moueor multis rationibus, de quib. per eum. Sed tamè in casu nostro videtur verius, quod dicta pars non comprahendatur in dicto legato, quia ista non est pars ad testatorem perueniens ex persona Ioannis autem matris, sed simpliciter ex successione matris & Nicolai fratris, quia illud dicitur ad me aliquo iure peruenisse, quod immediate ex illo iure est mihi quaesitum, secus si mediate, prout in casu nostro per personam matris & fratris, ita est text. in l. qui absentis. §. si. vbi Aret. in j. notabili. ff. de acquir. possess. quia causa mediata eius, qui pro empto, vel pro relicto possidet, non consideratur. l. socium qui in eo. ff. pro soc. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. per Bart. in l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. fac. Et pro hac sententia etiam adduco, quod notat Petrus de Ancha. eo n. c. cxxij. incipien. sub tiler. vers. nec obstat. si dicatur vbi statutum loquens de creditoribus ex instrumento registrato, non habet locum in eorum successoribus, quia non habent vigore instrumenti, sed ex causa immediata successione, quæ causa tanquam proxima debet attendi secundum eum. l. si quis nec causam,

rogasti. ff. si certum pet. l. in hæ. ff. rerum amot. c. de cætero. de homic. Ad idem text. in l. cum hæreditas. j. ff. ad Trebell. vbi Ange. vbi si hæres de hæreditate compromittat, & condemnetur eam fideicommissario restituere, censetur restitutio non ex causa haereditaria facta, sed ex causa immediata compromissi. sequitur Decius cons. e. & pro eadem sententia est etiam text. in leg. pater filii. §. quindecim. ff. de lega. iij. vbi prohibitus alienare partem suam, intelligitur prohibitus de parte, quam immediate habet a testatore, non si eam redemerit a cohæredede: de quo etiam per Barto. in leg. filiusfam. §. diui. ff. de leg. j. Confirmo hanc sententiam etiam per text. in leg. qui fundum. §. qui filios. ff. ad leg. Falcid. vbi est textus, quod habitum ex successione istorum, non dicitur haberi a primo testatore, sed a lege: cuius beneficio salua est successio ab intestato proximiori agnato: & idem in legitima ab auo debita, hæc pars, quæ ex successione cohæredum haberetur, non esset imputanda, secundum Bart. in leg. ia quartam in ff. ad leg. Falc. per text. in leg. si fuerit. ff. de leg. iij. dicitur enim aduentitium casu peruenisse in filium, cum potuerint mater prædicta, & frater illud alienare, & de eo dissonere ad sui libitum. Nec obstat generalitas verborum legati, quia vna pars testamenti per aliam declaratur. leg. si seruus plurium. §. si. de lega. j. & licet testator primò simpliciter dixerit se legare portionem post mortem Agnetis, tamen rursus declarat, quod ad se pertinebat in partem suam, a Ioanne auo. Quæ verba intelliguntur de eo, quod pertinet ad partem suam, non autem mediante persona matris & Nicolai fratris: & idem generalitas illa restringitur ex verbis, & mente testatoris: prout aliàs videmus in leg. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. & quæ ibi habentur per doct. Non obstant cons. Dec. lxxix. quia in terminis istis non puto illud esse verum, & aliàs & reprobus in l. nihil aliud. ff. de verborum sign. & in auth. si quis in aliquo. C. de eden. & vt ipse fatetur in prin. consilij Lancelot. Dec. & Soc. aliter consulerunt. Et quicquid sit, casus ille est diuersus a nostro, & nititur Dec. rationibus, quæ nō militant in nostro casu: ponderando distinctionem vniuersalem, omnem partem, & alia verba declarantia mentem testatoris, quæ non sunt in legato, de quo agitur. Non obstat quod haeres haereditis: dicitur esse hæres testatoris. d. leg. si quis filium. §. si. ff. de acquir. hæ. vbi laf. & pro hoc tamen est domina in eo, quod quis habet simpliciter nomine suo ab eo, quod habet a cohæredede ab intestato: quæ istud vltimum, dicitur principaliter habere a lege, non autem a testatore. d. l. si fuerit. vbi Bart. d. l. qui fundum. §. qui filios. vnde videmus, quod prohibita alienatione, non censetur prohibita successio ab intestato. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. vbi Bart. quia non ipse testator alienat, sed lex quæ transfert successione ab intestato: vt dicit text. in auth. de restit. fideicom. §. nunc igitur. ibi non ipse, sed nouellæ legis factio hæres causa existente: vnde in casu nostro solum comprahenditur, quod testator ab ipso Ioanne auo immediate habet: non quod beneficio legis, ex successione materna, & prædefuncti fratris: quia istud dicitur habuisse non ex iudicio Ioannis defuncti, sed a fortuna, secundum Bartol. in l. si fuerit. §. j. potuissent enim alienare consequenter iste nihil ab eis habuisset, vt supra dixi. Et hæc omnia saluo semper saniorè iudicio.

CONSIL. CXXXIII. SVMMÆ.

- 1 Nepotes non ingrediuntur in locum parentum, quando tractatur de successione patris magni, vel amicitia ipsorum parentum.
2 In fideicommissio familie relicto filij fratris, non admittuntur cum paterno, sed patruus tanquam proximior præfertur.
3 Dicitio, liberis, est collectiua plurium graduum neque proprie continet nepotes et pronepotes sicut filios.
4 Licet in fideicommissis succedatur testatori, non autem ipse grauato, tamen proximitas debet attendi respectu ipsius grauati.

Quas

- 5 Qualitas secundum quam quis vocatus est, et secundum quam haeres grauatorum sunt vocati, attenditur.
6 Pronomine eorum stat declaratiue et relatiue cum omnibus suis qualitibus.
7 In successione ascendenti, nepotes succedunt in locum parentum suorum, vna cum patris etiam magnis.

Estatrix grauauit filiam fideicommissio, vt si decederet sine liberis, hæreditas transeat ad suos fratres Laurentium, Ioan. Afram, & eorum liberos & hæredes, eueniente casu fideicommissi: mortui erant d. fratres omnes superstitibus liberis: Laurentius verò, non solum filijs, sed etiam nepotibus, quæritur quomodo inter istos diuidenda sit hæreditas. Et dubitatione facit, quæ videtur quod filij Laurentij excludant nepotes, cum sint proximiores in gradu ipsi amittant. leg. 3. & authen. post fratres. 2. C. de leg. hæred. vbi glof. fatetur de plano contra Plac. pro opinione Ioan. quod nepotes non ingrediuntur in locum parentum, quando tractatur de successione patris magni, vel amite ipsorum parentum, & ita etiam tenet ibi Cast. & in authen. defuncto. C. ad Tertyl. & sentiunt Cyn. Alb. & alij veteres. Confirmatur supra scripta opin. quia in fideicommissio familie relicto filij fratris nō admittitur eū patruo, sed patruus tanquam proximior præfertur, secundum Bald. in l. cū ita. §. in fideicommissio. ff. de leg. 2. & Dec. consilio j. & in l. 2. C. de succ. edic. ergo multo minus in hoc fideicommissio, isti nepotes debeant concurrere cum filijs: cum nec in successione quidè legali concurrant, multo minus in hac testamentaria secundum distinctionem Bal. in d. §. in fideicommissio. Sed tamen in hoc casu, secundum ea, quæ proponuntur, puto contrarium esse verius. Et præmitto in primis, quod dictio liberis, est collectiua plurium graduum, & neque proprie continet nepotes, & pronepotes sicut filios. l. liberorum. ff. de verb. sign. gl. l. Titius. ff. de lib. & post. doct. in l. Gallus. §. ff. eod. tit. Secundo præmitto, quod cum testator dixerit hæredes, nō sufficit vt admittantur ad fideicommissum, quod sint liberi, nisi et sint hæredes vt dicit Bart. in l. vt iusurandi. §. si liberis. de op. lib. Alex. cons. xxxiii. in j. Mod. in l. ex facto. §. si. ff. ad Trebell. cū sim. Tertio præmitto, quod licet in fideicommissis succedatur testatori, non autem ipsi grauato. l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pup. tñ proximitas debet attendi, respectu ipsius grauati, vt præfertur in simili per text. in c. j. de nat. feud. in fi. vbi And. de Iser. & per multa ostendit Soc. in l. si cognatis. in fi. ff. de reb. dub. Corn. cōs. xcvij. in j. vol. & cōs. xxij. in j. & licet in hac re possit subesse aliquas difficultates, per ea, quæ dixi post Bar. in l. 2. de vulg. & pup. & habetur per Cur. Sen. in d. l. j. C. de succ. edic. tamè in casu nostro nulla subest, propter verba testatoris, vocantis eorum liberos, & hæredes, & sic hæredes eorum. Attenditur ergo qualitas, scilicet quæ sunt vocati, & secundum eam, quæ hæredes grauatorum vocantur: quia pronomen illud eorum, stat declaratiue cū omnibus suis qualitibus, secundum Bar. in l. si quis feruum. §. si. ff. de lega. 2. vers. sed quæro, aliquis testator. & per Soc. cons. xxvij. in iij. vol. Lancel. Galliaul. in l. j. in glof. in verb. si quis igitur ex ijs. ff. de verb. obl. & facit quod not. Bar. in l. qui liberis. §. hæc verba. in fi. ff. de vulg. Non obstant nunc duæ rationes supra in contrariū allegatæ, quia possent procedere, quando testator simpliciter vocasset fratres, & eorum liberos: sed cum subiicit hæredes, apparet quod eos vocauit eo modo, quo sunt hæredes patris: clarum est autem, quod in successione ascendenti, nepotes succedunt in locum parentum suorum, vna cum patris etiam magnis. l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & post. d. auth. post fratres 2. per Bar. & Aret. in l. qui superstitis. & in l. is potest. ff. de acqui. hæred. Cùm ergo voluerit testatrix eo modo deferri successione fideicommissi, quo defertur hæreditas Laurentij, res videtur clara, quod nepotes isti succedant in locum Vuolfgangi patris sui. Et ideo concludo diuidendam hæreditatem hoc modo: pone sunt xij. vnciæ iij. pertinebunt ad filios Ioannis. 4. ad filios Afræ, cæte-

Consil. And. Alciat.

rum de alijs 4. quæ spectant filijs Laurentij: vnam vnciæ habebit Ioan. aliam Anthalia diuidetur inter vij. filios Vuolfgangi, alia inter duos filios Barbaræ. Et hæc omnia saluo semper saniorè iudicio.

CONSIL. CXXXV. SVMMÆ.

- 1 Primus fructus etiam fideicommissis.
2 Haeres non potest contravenire voluntati defuncti, nec eius factum impugnare.
3 Testator potest grauare hæredes in re propria hæredum.
4 Fideicommissi caduci cause.
5 Spes conditionalis fideicommissi, non transmittitur.
6 Non est dicendum testatorem velle negare: quod semel præmissi.

Resoluedæ difficultas præsentis causa videndum est de duobus articulis. Primus est positus, non tamèn concessio, quod ex testamento. d. Iacob Chizoli, subest fideicommissum in fauorem d. Ioan. Francisci, & in nepotum, an doctrina Catharina possit habere vltimum fructum bonorum fideicommissi subiectorum: & prima fronte non videretur, quia testator generali legato, nō videtur intellexisse de ijs, quæ subijciuntur fideicommissio, secundum glof. in auth. de restit. & ea in prin. vbi Ang. maxime cum testator vltra fideicommissum fecerit etiam prohibitionem alienationis: vnde nec vltimum quidem videtur concessisse: leg. fina. C. de reb. al. non alien. In contrarium facit, quia verba testamenti sunt valde generalia, quod legat plerumque, & integrum vltimum fructum omnium, & quorumcumque bonorum, quæ satis comprahendunt nec subiecta fideicommissio. Nec obstat fideicommissum, & prohibitio alienationis, quia cum institutum sint hæredes ipsi fideicommissarij non possunt contravenire voluntati defuncti, nec eius factum impugnare. l. ex persona. de regu. iuris. & quia testator potuit in re propria hæredum suorum eos grauare. l. vnum ex familia. §. si rem tuam. ff. de leg. 2. tãtò magis in re eis debita per fideicommissum, & est text. in dict. leg. vnum. §. sed si vno. vbi Cast. not. & in §. sep. Quamuis etiam prohibitio alienationis non videatur obstat huic dominæ: quia in ea est exceptio, nisi quoad possidendum fructus, & reditus ipsorum, de tempore in tempus, qui nascuntur in dictis bonis: vnde dicta exceptio videtur permittere constitutionem vltimum fructus, etiam quod alias res non possint alienari, vt in simili de emphyteuta, vt ait Bald. in leg. j. §. item in fundo. ff. quib. mod. vsuf. am. Alexand. consilio cxxvj. super eo, quod quæritur in fi. & quod not. Bar. in leg. vsuf. ff. sol. mar. vbi etiam Alexand. & idem Bartol. in leg. 3. §. ex contrario. vers. quæro, quomodo possint plures. ff. de acq. pos. vbi Moderni. Secundus est articulus, an eueniat casus d. fideicommissi, & videretur quod non: quia testator vult, quod deficientibus aliquibus d. hæredum, vel filijs eorum, vel descendantibus quod hæreditas in alios suos hæredes detineat: sed sic est, nulli hæredes sunt superstites, ergo fideicommissum caducum, & spes conditionalis fideicommissi, non transmittitur glo. l. j. C. de ijs, qui ante ap. tab. & rex. in l. j. §. si autem aliquid sub cond. C. de cad. toll. & si dicas dicitur in testō dicitur hæreditas in alios hæredes denegat, debet intelligi vel filios hæredum, vel descendantes. Respondeo cum testator respectu grauatorum, distinxerit hæredes a se scriptos, ab eorum filijs, & descendantibus, apparet quod eandem distinctionem debuisset etiam facere, respectu honoratorum, vnde cum eorum respectu solum vocauerit hæredes, non debemus intelligere de eorum filijs, aut descendantibus: quia si hoc sensisset, sicut in vno expressit, ita & fecisset in alio, vt in simili dicit text. in dict. leg. vniua. §. si autem ad deficientis. C. de cad. toll. Io. de Anan. consilio xxij. Anch. cxx. Ale. xxxvij. in vj. xvij. in vij. Rub. lxxj. de

Pp

obstant illa verba, hoc tamen semper intellecto, quod in feminas non deueniant, quia possunt intelligi secundum supra dicta in feminas, respectu grauatorum. Alia ratio est, quia non possumus dicere euenisse casum fideicommissi, quantum ad impediendum d. Catharinam matrem testatoris in usufructu, ex quo d. Iacobus in testamento permittit alienationem, quod ad fructus, & redditus, &c. vnde sicut talis alienatio excipitur de prohibitione, ita etiam debet ceteri excepta de fideicommissio, si ne alias testator quod semel permittit, videatur negare. l. non ad ea ff. de cond. & dem. & quia talis permissio est magis specialis. leg. doli clausula. de verb. obl. & faciunt nos. per sal. consilio clxxij. super quibus tamen, quia multa possent dici, non insisto vterius: quia sufficit primum fundamentum, cum etiam si substitit fideicommissum, non possit do. Catharina in usufructu molestari, vt dixi in primo dubio: quod fundamentum ego arbitror esse tutissimum. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXXVI. SVMMÆ.

- 1 Prohibitum alienare partem suam intelligitur prohibitum de quacunque, quam iudicio testatoris habet.
2 Alienationis vetatio temporalis extendit.
3 Auth. contra rogatus. C. ad Trebell. declar.
4 Patris bona varie queri.

Est autem de duobus articulis disputare, quia ceteri sunt clari. Primus est, nunquid filius decedens absq; masculis, sed relicta femina, ceseatur grauatus restituere solâ portione sua, an etiam portionem fratrum, quibus successit? & videtur solum de parte sua rogatus, tanquam fideicommissum sit personale. l. pater. §. quindecim de lega. 3. & quia verba testamenti dicunt, quod eo casu substituit respectu portionis hereditaria, &c. ergo non in portione acquisita iure fideicommissi arg. l. Marcellus. §. quidam. ad Trebell. Sed tamen contrarium videtur verius: quia communis est conclusio, quod si prohibitus alienare partem suam, intelligitur prohibitus de quacunque, quam iudicio testatoris, habeat, vt per doct. l. voluntas. C. de fideic. l. pater. §. fratre. de lega. 2. quia omnis dicitur pars sua, & maxime est decedens in casu nostro, in q; pater in portione istorū fratru decedens, vocauit alios supstitit tãq; heredes suos: vnde satis declaratur mens testatoris, quod intelligebat tam de parte quam filius à se iure hereditario habuerat, quam etiam de ea, quam per fideicommissum fratri inunctum conseqeatur. Nec obstat §. quindecim. quia ibi prohibitio erat personalis, vt dicitur doctores, hic autem est fideicommissum simplex, rem ipsam afficiens, & ideo in casu. §. quindecim. libertas non alienasset, potuit ei ab intestato proximior, quamuis extraneus in dictis bonis succedere. In casu aut nostro, omni no fidei commissum fratribus restituendū fuit: quia ita à patre inunctum fuit. Nec obstat d. l. Marcellus. §. quidam. qui loquitur in casu diuerso, nēp; pceptionū eidē facta rū. Nos verò in fideicommissio. Itē loquitur, quādo testator loquit de portione hereditatis sue, nostro vero in casu testator loquutus fuit de portione hereditatis ipsius filij, in qua cōtinebatur omnia, quæ iudicio suo ad eū pertinebant. Secundus est articulus, quia testator prohibuit alienationem vsq; ad xxv. annum, absq; consensu erogatariorum: vnde videtur post illud tempus concessisse. l. Imper. ff. de postul. leg. statulibe. §. Scichum. de leg. 2. vnde detur ergo alienatio fieri de eius consensu, quo casu fideicommissum, ad quartam bonorum restringitur: per authent. contra rogatus. C. ad Trebell. Sed ego in hoc dissentio, quia illa authent. correctoria. leg. si Titius ad Trebell. loquens in fideicommissum eius, quod supererit, non videtur extendenda ad hanc licentiam tacitam, & quæ per argumentum à contrario sensu colligitur, habet enim locū in expressa duntaxat licentia, vt rectē dicit

Soc. cons. cxxij. in 3. maxime cum in casu nostro, etiam possit habere locum hoc argumentum, nec tamen inducatur hęc licentia, si intelligamus quod post xxv. annum liceat alienare, secundum tamen supradicta: vt si conditio fideicommissi non eueniat, valeat alienatio irreuocabiliter, secus si eueniat, vt tunc reuocari possit iuxta text. in l. si in §. si. C. com. de leg. non enim est verisimile voluisse testatorem corrigere supradicta, per argu. illud tacitū, vt dicunt doct. in locis vulgaribus: quæ sententia indubitanter procederet, si in facto verum esset, quod isti filij non alienassent: tunc enim respectu alienatorum, frustra disputaretur, cum in eis non habeat locum d. authent. contra rogatus. & ibi per doct. & ind. l. si Titius. Conclusio ergo ad filiam hanc pertinere bona patris sui, hoc modo. Primò, dimidiâ portione hereditatis, quam pater suus habuit ex hereditate do. Petri, quæ est legitima ipsius patris, in qua non potuit grauari. Secundò, Trebellianicâ, id est, quartâ partē alterius dimidiæ: in qua dimidiâ potuit grauari. Tertiò, partē quâ pater suus est cōsequutus, ex legitima & Trebellianica fratrum suorum, qui erant patris ipsius filie, respectu autem patris, quæ subiacet fideicommissio, filia ex testamento d. Petri habebit dimidiâ: alia dimidiâ habebit fideicommissarij, deducta tñ Trebellianica & in illa, &c. Et hæc omnia, saluo semper saniore, &c.

CONSIL. CXXXVII. SVMMÆ.

- 1 Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, non censetur sublatum per secundum generaliter conceptum.
2 Dicitur vnus testis, facit semiplenam probationem, & facit magnam presumptionem.
3 Quandoq; lex contentatur stare dicto vnus testis, veluti quādo deponit de re à se gesta ad vtilitatem alterius.
4 Vbi sufficiunt presumptiue probationes, ibi etiâ sufficit semiplena probatio, & sic dicitur vnus testis.
5 Vna presumptio per aliam tollitur.
6 Si Episcopus donat alicui in casu alijs prohibito, pretextus muneracionis, satis est illa merita probari per coniecturas.
7 Iudices semper aequitatem præ oculis habere debent.

Baldi dictum dubitationem facit in presenti casu in leg. sancimus. C. de test. quem ibi sequitur Cast. Fulg. Alexan. quamuis enim sit communis conclusio, quod si testamentum primum habens clausulam derogatoriâ, n̄ ceseatur sublatum per secundum, generaliter conceptum, tamen Bald. & præfati doct. concludunt hoc non procedere, quando secundum est confectum à testatore, post lapsum decenni; quātūcūq; presumitur obliuio, & quod testator si recordatus esset derogasse in specie d. primæ clausulæ. Sed tamen ista sententia periculosa est, & contra mentem doctorū in l. si quis in prin. testam. ff. de leg. 3. & in l. si mihi. §. in legatis. de lega. v. vbi simpliciter dicit tali casu primū testamentū valere, & cōtrarium etiam sentit ipsemet Bald. consilio xxx. ad si. in 2. & Angel. in d. l. sancimus. circa prin. super. vers. ipso iure. & in specie contra Bald. tenet ibi Io. Petr. in prin. & postea latius quia secundū eum clausula derogatoria in primo posita facit cessare voluntatem in secundo, nisi reuocetur specialiter, vnde sublata tali voluntate, cursus temporis nihil videtur operari: & eandē sententiam etiam ibi contra Bald. tenuit Aret. & lxi. quia est contra ipsum text. in d. l. sancimus. vbi cum ceteris decenni; requiritur contraria voluntas: sed clausula derogatoria apposita in præcedenti testamento facit videri in 2. voluntate cōsensum testatoris desistere. d. l. si quis in prin. testamēti. & istam partem ego arbitror veriorē, & magis consentaneam opinioni veterum ante Bal. qui non distinxerunt, sed simpliciter tenuerunt primum testamentum valere. Sed nos firmus in casu certiore, quia præsupponitur in facto posse probari, per vnum testem, fide dignum

tur de d. clausula, & quod dixerat post conditum secundum testamentum, se scire quod nihil valebat. Clarum autem est quod dictum vnus testis, facit semiplenam probationem, vt dicit Bar. & ceteri. in l. admonendi. ff. de iureiur. & facit magnam presumptionem, secundum But. & canon. in c. vestra. de cohabit. cler. & mul. vnde si quandoque lex contentatur stare dicto vnus testis, veluti quando deponit de re à se gesta, ad vtilitatem alterius. l. quæro. in fi. ff. de ædil. edict. l. si quis decurio. vbi Salic. in 4. oppos. C. de falsi. l. quicunque. vbi Cast. C. de ser. fug. Idem quando tractare de interdicto possessionis, in quo sufficiunt presumptiue probationes, secundum Bar. in l. j. C. quorum bon. sequitur Dec. consil. lxx. ex qua doct. Bart. inferitur ad casum nostrum, quod si vbi sufficiunt presumptiue probationes, ibi etiam sufficiunt semiplena, & sic dicitur vnus testis. Quod enim testator per lapsum decenni; sit oblitus, hoc est, ex quadam presumptione de qua in l. si id quod in prin. ff. de acqui. poss. vñ ista presumptio tolli potest p contrariam presumptionem et si non interueniat plena probatio reg. l. diuis. in fi. vbi Bal. ff. de integ. rest. l. cum de indebitis. ff. de prob. vñ cum in casu nostro clausula derogatoria confirmetur ex presumptione, & coniectura, proueniente ex dicto vnus testis, debet hoc sufficere ad confirmationem primi testamenti: & euenitionem secundi, prout in simili not. Bal. in l. iudicemus. 2. C. de sacros. eccl. vbi si Episcopus donat alicui in casu alijs prohibito, pretextus muneracionis, satis est illa merita probari per coniecturas, & similes aliam decisionem ponit But. & Abb. in c. quamuis. extra. de re iud. & aliam ponit Salic. in l. si mater. C. de contrah. empt. & dixi alias in tract. presump. regula j. vers. xv. merito ergo in casu nostro, debet sufficere hæc semiplena, & presumptiua probatio. Et facilius debet iudex inclinare in hæc partem, postquam videt quod institutus in secundo testamento, fuit institutus sub modo, cum hac conditione, quod deberet legitime filios testatoris, quod tamen ipse non fecit, & dicitur in mora, si cum primam commodè notuit, non fecit, dato, q; non fuerit interpellatus. l. si pernam. ff. quando dies leg. sed. vbi Bart. per Aret. in leg. pater famil. ff. de vulg. vnde nonnulli habent hanc hereditatem, contra voluntatem defuncti, & non adimplerit modum, debet haberi pro excluso, tanquam additione rescissa, irritum testamentum sequens sic factū: & primum præualeat, & hoc satis dicitur æquitas, q; præ oculis semper habere debent iudices. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXXVIII. SVMMÆ.

- 1 Conditio si sine liberis &c. non fideicommissi.
2 Ex grauiamine non arguitur mens testatoris volentis honorare.
3 Donationem annullantia.
4 Res inter alios acta, non existenti in causa, nec citato nocere non debet, nec eius hereditibus.
5 An res indicata noccat attendenda est qualitas secundum quam fuit litigatum.
6 In actione reali portio non succedit loco portionis, nec tertio agenti præiudicatur.
7 Res litigiosa pendente lite, nec titulo diuisionis, nec alio potest transferri.
8 Vitium litigiosum, non est vitium reale, per quod debeat impediri prescriptio.
9 Sicut res litigiosa, non potest alienari, ita non debet etiam posse prescribi.

Extinguendo punctum in hac causa videndū est breuiter de quibusdam dabijs. Primum est, nunquid ex testō d. Simonis si subisset aliquid ad fideicommissum, per quod de iure Elena posset obtinere contra fratres, & dico quod non, quia per illa verba condicionalia, si decesserit sine liberis vel liberi liberorum decedant, &c. non inducitur fideicommissum, gl. in l. Lucius. ff. de hæred. instit. quæ pro-consil. Andr. Alciat.

cedit etiam in hac duplici conditione: quia si ex grauiamine non arguitur mens testatoris volentis honorare, l. ab eo. C. de lega. & hæc est magis cōmunis, & vera opinio. quam tener Ric. & Ray. Imo. Alex. Ias. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. & Ias. in l. i. C. de pact. vbi allegat multas auctoritates, & consuluit collegium Pap. in consil. Fran. de Curte, & etiam Soc. consil. 64. in 3. & sunt plenæ repetitiones Mo. Secundum dubium est, quantā portio esset Petri, & cum decesserit Catharina sine liberis, vigore substitutionis, ad eum dimidia eius hereditatis pertinuit, & sic in effectu omnia bona d. Simonis per euentum conditionum spectauerunt Ioanni, & Petro æquis portionibus pro dimidia. Tertium dubium est, vtrum donatio, facta per Petrum valeret, & cum eam facere prohibitus esset per testamentum d. Simonis: & ipse id contractu illo referua uerit, per amplissima verba iustum, & non donauerit, nisi quatenus illicitum esset, & quatenus non caderet à iure dictorum bonorum, non aliter nec alio modo putarem contractū annullari, & Petrum non cadere, sed ius suum sibi reseruari per dictas clausulas, vt in simili est diffusum consilium Fran. de Cur. consil. 8. viso instrumento. quod etiam approbat Ias. in l. 3. C. de iur. emph. in rub. ff. lol. mat. in §. lect. Quartum dubium est, vtrum arbitramōta valeat, & respectu dimidiæ partis bonorum, quæ spectabat ad d. Petrum, non est aliqua difficultas: quia cū ipse non esset citatus, nec esset in causa, non debuit res inter alios acta illi nocere. C. res inter alios. in rub. & totō i. l. de vnoquoque. ff. de re iud. & consequenter non nocet, neque eius hereditibus, qui in ius vocati non erant ex eo capite, q; essent heredes ipsius Petri, & ad cognoscendum si an res iudicata nocent, attendenda est qualitas, secundum quam fuit litigatum. l. si mater. §. ff. de excep. rei iud. Quintum dubium est, quod respectu alterius medietatis bonorum de Brutiano, de quibus in presentia agitur, & cum d. Petrus ea habuerit iure diuisionis, videtur quod illa portio successerit in locum portionis do. Petri, quam habebat in alijs bonis, quæ assignata fuerunt nepotibus suis. l. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de act. emp. contrarium videtur verius: tum quia ista bona pertinebant iure dominij ad diuidentes, & in actione reali, regula est quod portio non succedit loco portionis, nec præiudicatur tertio agenti, vt est casus in l. communi diuidendo. §. si debitor. ff. com. diui. & declarat Bar. in d. §. idem Celsus. tum etiam quia ista portio respectu tertie ab ipsa Elena petita, erat si litigiosa: vnde pendente lite, nec titulo diuisionis, nec alio titulo potuit transferri per istos nepotes in d. Petrum, præsertim stante dispositione statuti nostri. Sextum dubium est, nunquid heredes Petri sint tuti aliqua prescriptione, & putarem quod sic: nam cum Petrus ignoraret litem pendere, & sic subesse vitium litigiosum, tanquā existens in bona fide, potuit præscribere ex titulo pæambulo diuisionis. Nec obstat si vitium litigiosum: quia non est vitium reale, per quod debeat impediri prescriptio, vt est gloss. vbi Iac. Din. & Alber. in le. alienationis. ff. de verb. sign. Nec obstat, quod si sicut res litigiosa non potest alienari, ita non debet etiam posse prescribi. d. l. alienationis. & l. vbi lex. ff. de v. iuc. quia hæc regula non semper est vera, nec procedit in re litigiosa, vt est casus in l. j. C. de præf. long. temp. declarado, vt ibi per Salic. in 3. op. cum ergo heredes inuenierint bona de Brutiano in hereditate d. Petri; merito crediderint eam totam ad illum spectare, & licet scirent subesse litem propter litem subesse. Et sic concludo agentibus vigore statuti de somijs, vel arbitramētis exequendis, obitare exceptionem prescriptionis.

CONSIL. CXXXIX. SVMMÆ.

- 1 Impensa funeris deducitur, tanquam es alienum, imò præcedit ipsum es alienum.
2 Falsidia non potest deduci de legatis factis, ad pias causas.
3 Falsidia prælegata impedienda.

- 4. Inuentarium debet perfici intra menses tres à die aditæ hereditatis, aliis non prodest heredi & perdit falcidiam.
- 5. Per solam inuentionem legatorum, censetur quis aduise hereditatem.
- 6. Cum legata non debeantur si venter est prægnans, soluendo videtur fateri, quod sciebat ventrem non esse prægnantem.
- 7. Non est succurrendum Mulieri aduersus non factum inuentarium, quod tenet ad vigor em iuris conseruandum.
- 8. Presumendum potius actum factum in furore, quam in interuallo dilucido.

Resens quæstio non solum iuris est, sed etiam facti, quia quasdam difficultates habet, quæ in calculo consistunt & quod ad ius attinet. Satis dilucide est allegatum per præstantissimos consultores, vnde paucioribus ero contentus: & aliquot duntaxat conclusiones ponam. Prima est conclusio, quod si inuenta sunt bona aliena, pen. ff. de reli. & sumpt. fun. & ideo eius respectu non deducitur aliqua falcidia: quia censetur tanto minus in bonis fuisse. Secunda est conclusio, quia do. Sebastianus ex persona d. Franciscæ sororis suæ, cuius est hæres, perit quartam ex l. Falcidia, debitam legatorum relictorum in testamento d. Gregorij, quod talis falcidia non potest deduci de legatis, factis ad pias causas, per tex. in authent. similiter. C. ad leg. Falc. vnde cum d. Grego. fecerit multa similia legata, quæ ad illa non potest iste actor obtinere: sed solum respectu cæterorum legatorum, non tamè quod alij legatarij onerentur propter legata ad pias causas: vt inquit glo. quæ ibi sequitur Cyn. Rom. & per Cor. in d. authent. similiter. nisi quatenus ista legata habentur loco æris alieni, sicut dicitur Bar. & Cast. ibi per tex. in l. æris alieni. & in l. sed si non lereus. ff. ad l. Fal. per Bar. & doct. in l. ex alle. eod. tit. Tertia conclusio, quod cum testator prælegauerit multas res, & etiam possessionem uxori, donec vixerit, quod dimidia legati, quam habet iure hæreditario, est imputanda in falcidiam, iuxta l. quod aut. & in quartam. ff. ad l. Falc. deducto tamè onere annexo, tam ratio non fructuum: in quibus grauata est, quam temporis cum relicto sit donec vixerit. l. i. ff. si hæres perceptor. ff. ad Treb. Quarta conclusio, quod respectu medietatis possessionis relicte Christophoro, non potest deduci falcidia: quia cum testator prohibuerit eam medietate alienari posse, sed cum effectu deuenire noluerit ad filios dicti Christophori, talibus verbis censetur prohibita falcidia vt est tex. in authent. & in ea ro. C. de ad l. Fal. & in §. fin. authent. vt spons. largit. si enim locus esset falcidiz, posset pars hoc nomine deducta alienari, quod esset contra manifestam mentem testatoris, vt per Cyn. Cast. & cæteros in d. authent. sed in ea ro. Cor. clxxxij in secunda. Quinta est conclusio, si inuentarium debet perfici intra tres menses à die aditæ hereditatis: alias non prodest heredi, & perdit falcidiam, secundum glo. in l. fina. verb. delatum. C. de iure delib. vbi Iaf. Cor. & cæteri: quia conclusio est, videtur hæc mulier excludenda: cum non solum soluerit aliqua legata die xv. Octob. rali solutione censetur aduise hereditate l. 2. C. de iur. delib. Baldus consil. lxxj. in v. Item cum ista legata non deberentur, si venter fuisset prægnans, soluendo videtur fateri, quod sciebat ventrem non esse prægnantem. l. illud de aeq. hæred. maximè cum euentus ita ostenderit. lege, cum quidam. §. q. dicitur. ff. eod. tit. versu. toties. & ideo non videtur inuentarium factum tempore debito, & quæuis ista esset mulier, tamè non est ei succurrendum, aduersus si factum inuentarium, quod tenet ad rigorè iuris conseruandum, vt dicit Bartolus consil. 154. Bald. d. l. fin. in 2. & 3. quæst. Iaf. ibi in princ. Nec videntur ob stare testes, qui dicunt eam mente captam fuisse, per quatuor menses post mortem mariti, quæ non dicitur perpetuo ita fuisse: sed aliqui attestantur, quod habebat dilucida interualla, & cum notarius ab ea rogatus fuerit de instrumento solutionis, credibile est, eam tunc non fuisse mente captam, quia alioquin tabellio ei non paruisset per ea que not. Imol. in l. secunda. ff. de test. & habetur in l. sanu. mente. C. de tranlat. vt dixi. Sed tunc in hoc potest sentio pro actore, quia presumendum potius est actum factum in furore, & quæ in interuallo dilucido, per ea que not.

Alex. consil. lxxxvj. in 2. & late dictum est per consulentes, vt alias tenui in l. j. in princ. ff. de verb. oblig. tum etiam quia si solutio facta esset in dilucido interuallo, non tamen videtur lapi tempus, quatenus existit in furore, si enim succurritur pupillo, vt dicitur in authent. de heredi. & falcid. §. fin. multo magis mente capto. Et quia à dominis consultoribus, & aduocatis, diffusissime scriptum est, non repetam eorum dicta. Sed concludo, non obstantibus alijs oppositionibus, dictum actorem fouere bonam causam, secundum tamen suprascriptas conclusiones.

CONSIL. CXL. SVMMÆ.

- 1. Dicitio collectiua resoluitur in suas singularitates, aded vt substitutioni sit locus etiam vno decedente.
- 2. Quando testator vult dictione collectiua, videtur magis communi opinio, quod quilibet censetur grauatus in portione sua erga substitutum, & nulla sit inter ipsos reciproca.
- 3. Dicitio hoc amplius quid importet.
- 4. Substitutum fraude non excludi.
- 5. Non excluditur substitutus ab eo, qui moribundus in fraudem fideicommissi ingreditur monasterium.
- 6. Substitutus non excluditur ab eo, qui vt filius legitimeret concubinam in vxorem extremo vite spiritu duxit, licet enim alijs respectibus filij sint legitimi, non tamen eorum respectu vt excludant fideicommissarium, quia istud esset, & in fraudem facere.
- 7. In fideicommissis casus omisus, semper pro omisso habetur.
- 8. In fideicommissis si sine liberis decesserit, non intelligitur de adopsiuus, quamuis proprie sint liberi.

Satis puto suspensisse casum fideicommissi in persona Hugolini, qui vocatus est sub conditione, si omnes decesserint ante xx. annum perfectum abque filiis, vel etiam post xx. annum ab intestato. & sine liberis. Nec obstat, quod non decesserint omnes: quia dicitio illa collectiua, resoluitur in suas singularitates, aded vt substitutioni sit locus, etiam vno decedente, etiam si adhit persona magis dilecta, prout d. Thomas, dñ tamen talis persona non possit succedere: vt dicit Bar. & Alex. & cæteri in l. pen. C. de impub. in l. hæredes mei. §. cum ita, ad Trebell. vt diffusus in consilio est dictum. Nec obstat quod videatur substitutio, duntaxat facta vltimo decedenti, vt in l. eod. icill. ff. de v. usufr. leg. per Bar. quia si videatur ibi Barto. ex cuius dictis colligitur aperta solutio, præterea Bar. loquitur ad cognoscendum, an qui liber censetur grauatus pro parte sua, & vltimus pro toto: quæ non est nostra quæstio, quia loquimur de parte vnius in qua est expressa substitutio à testatore facta alia ratione, quæ quia vltus sit dictione, oēs. Imo est, quod testator vsus est dictione collectiua, videtur magis communi opinio, quod quilibet censetur grauatus in portione sua erga substitutum, & nulla sit inter ipsos reciproca, sicut dicitur Ale. in l. qui duos. ff. de vulg. in l. pater. §. fin. ad l. Falcid. & d. §. cum ita. Ang. Imo. Pau. Arct. l. si pater impubes. de vul. Iaf. d. l. pen. C. de imp. Soc. cō. l. xix. in 3. Ad l. codicillis. respondet doct. varijs modis. Sed ego respondeo, sequendo intellectum glo. ibi, quem veteres sequuntur: vt Old. Dyn. Rayn. Alb. ibi, & Ang. Imol. Alexand. d. §. cum ita. & Cor. d. l. pen. quod illud sit propter alia verba testatoris. si propter dictionem, hoc amplius, reperitiam, de qua ibi: quia iste non est casus noster, nec quæstio facit propositum, non inuito. Nec obstat quod illa conditio ab intestato non est verificata, & c. respondeo vt dixi in subscriptione con filij, & sciendum est, quod verba conditionis, semper intelliguntur verificata, vbi alias fraus fieri potest fideicommissio, vñ conditio. Si hæres non erit, non videtur euenisse, si quis in fraudem edicti non sit hæres: quia à verbis recedimus, vt nulli fiat fraus. l. Iulianus. in princ. si quis omni. caus. testa. vbi Bartol. & doct. sic & maritus hæres ab vxore in situatus, non poterit nolle esse hæres, vt filius ubi substitutus locum faciat, quoribus lex edictali. C. de sec. nupt. fraudaretur, secundum Bald. cō. l. cccxxvj. in iij. & ideo in casu nostro, cum substituerit

substituerit testator Hugolinu, si filius intestatus perijisset: dico locum esse substitutioni, etiam si testator decesserit, per tex. in l. filia mea. ff. sol. mat. quoties cõstet non alia ratione testatum fuisse quam causa euerendi fideicommissi, vt quia nihil aliud haberet, & alienasset rem substitutam fideicommissio, vt in casu nostro. Sicut videmus non excludi substitutum, ab eo qui moribundus in fraudem fideicommissi ingreditur monasterium, secundum glo. & doct. in authent. nisi. C. ad Trebell. in c. in presentia. de probat. Nec ab eo, qui vt filios legitimeret concubinam in vxorem extremo vite spiritu duxit: licet enim alijs respectibus sint legitimi, secundum Alexand. & doct. in l. si quis posthumus. de lib. & posthu. non tamè eo respectu, vt excludat fideicommissarium. quia istud esset ei fraudè facere Ang. l. nuper. C. de nat. lib. l. sed & q. tit. ff. de lib. & posthu. Fel. d. c. in presentia. Sic ergo respectu eorum bonorum, censetur iste intestatus, quorum cõtemplatione, fraudè substituto fecit. §. quod autem. in stir. de leg. agn. tut. Socin. consilio nonagesimo secundo. lib. 3. Si enim testamentum quidem fuisset, sed hæreditas non fuisset aditacertum est, quod cõditio euenisset, in stir. de hæred. quæ ab intest. dese. in princ. ergo idem si sit adita, solum euerendi fideicommissi causa. Vt merito Arct. in l. si solus. de acq. hære. dixerit casum omisum, semper pro omisso esse, quoties aliàs fraus aduersus regulas iuris cuiquã fieret. Quia ratio est, & in fideicommissio, si sine liberis decesserit: cõstat de adoptiuis non intelligi, quamuis proprie sint liberi. l. fideicommissum. de cond. & demon. l. fin. C. de ijs, qui ven. eta. Nec in potestate grauati sit, fideicommissarium eludere, & fraudè fideicommissario facere, secundum Bar. l. si cognatis. ff. de reb. dub. ergo idem etiam in casu nostro dicendum est. Et ita etiam tenui legendum in l. j. de vulg. in illo articulo, quando casus omisus habeatur pro omisso, & puto esse verã opinionem. Saluo semper iudicio domini auditoris magnifici d. Alexand. cui & dominu Thomam, tanquam me ipsum cõmendo. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXLI. SVMMÆ.

- 1. Relictum contravenienti non deberi.
- 2. Verbum exigere significat ab inuito extorqueri.
- 3. Mutianæ cautionis locus.
- 4. Collusio hæredis nunquam nocet fideicommissario, sicut nec sententia contra eum lata.
- 5. Non debet satisfieri creditoribus de rebus vetitis alienari ab ipso testatore, si alia adsint in hereditate.

Spectabilis d. Alex. de Bondisset, viso testamento, legato vsusfructus facti d. Magdalene vxori: & vidua stãte, & dotes suas non repetente, & donec dotes suas non repetierit cum onere soluendi de bonis testatoris omnia debita testatoris. & c. Visa etiam facti controuersia, mihi videtur verior illa opinio, quod dicta vxor non possit consequi vsufructum sibi legatum ab istis fideicommissarijs, in quos translata est proprietas, secundum formam testamenti, tanquam contrauerit conditioni præfati testamenti, dotes suas petere, & c. cum enim receperit à morte dictas pecunias, & mentem liberauerit, apparet eam contraxisse conditioni, & licet sit aliqualis altercatio inter doctores, quæ do dictum est, ipsa non exigente, quia exigere, verbum significat ab inuito extorqueri, vt habetur in l. non solum. ff. solut. matrim. tamen in casu nostro cessant altercationes, propter dictionem non petente, secundum Bar. in l. amplius non petitur. ff. rem rat. hab. Quamuis etiam cessent alia ratione. cum enim pecunia totalis esset in morte, secundum statum ciuitatis, & non ab hæreditibus, sed à præfectis montis, solutio sit facienda, intelligitur petitio, secundum statutum ciuitatis, quod ipsa quomodocumque ab eis recipiat, & eos liberet, secundum not per Barto. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell. Et licet videntur filio Petro, Antonio, nulla sit ei facta con-

trouersia, quia Pet. Antonius, non petijt cautionem de vtendo, fruendo, arbitrio boni viri iuxta l. j. C. de vsufructu. sed permitendo eam vt frui, videatur consensisse. secundum doctrinam Bar. in l. vxori vsufructum. in fin. de vsufr. lega. Nec petijt cautionem Mutianã, quod ipsa non repeteret dicto, quæ hoc casu erat præstanda, sed non petendo vt remissa, quod potuit Petrus Antonius facere, iuxta §. præfata. in authent. de nupt. & l. fina. de manu. testame. & l. potest. ff. ad leg. Falc. Et licet etiam ipse Pet. Antonius, consenserit matri, vt dictam dotem releuaret à morte, & daret creditoribus, tamè iste cõsensus nec expressus, nec tacitus, potest nocere fideicommissarijs, sed solum nocet heredi, p. tempore suo, secundum regulã l. si pluri. ff. de appell. l. si seruus pluri. §. primo. ff. de legat. j. vbi collusio hæredis, nunquam nocet fideicommissario, sicut nec sententia contra eum lata, l. si sponsus. §. vxor. 2. de donat. inter vir. Bal. consil. cccxxxij. in 2. Alexand. 82. in 3. cum similibus. Poterunt ergo fideicommissarij, qui habent proprietatem impedire hanc mulierem in suo vsufructu. cum enim ei delatus sit conditionaliter, si non petierit dotem teneatur mulier ad præstandu cautionem Mutianã. iuxta l. Mutianã. ff. de cond. & de l. mulieri. in princ. ff. de cõ. d. in stir. Bar. d. l. amplius non peti. quæ cautionem cum prestare non possit, quia iam exegit. Sequitur quod ei non debeatur vsufructus dictis iuribus. Nec obstat quod ipsa asserit se exegisse causa dissoluendi eris alieni ipsius testatoris, quia istud consistit in facto, quod etiam si esset verum, non tñ excusaret quæ debuit illi dissoluere ex bonis testatoris, vt in testamento dicitur, non ex dote sua, quæ specialiter fuerat testator repeti. lege, si tibi legatum. ff. de legat. tertio, sicut dicimus in re verita alienari per testatorem, non enim debet de ea latis fieri creditoribus hæreditarijs, si alia bona adsint. vnde possit fieri solutio, vt est tex. in l. pater filium. in princ. versu. si non erat aliud. in hæreditate ff. de leg. 3. per Bald. in l. final. & si præfatam. C. de iur. delib. quæst. quarta. Et ita declaratur tex. in l. j. C. de vend. pign. facit quod not. Bald. in l. fin. C. si aduer. vend. pig.

CONSIL. CXLI. SVMMÆ.

- 1. Conditio (si decesserit sine filijs) expirat per superexistentiã filie.
- 2. Quando testator specialiter prouidet circa feminas, nunquam sub nomine masculino intelligitur, etiam de feminis sensisse.
- 3. Vna pars testamenti aliam declarat.
- 4. Dicit, vt (supra) repetitua etiam, & declaratiua qualitatis, de qua in præcedentibus intellexit.
- 5. In fideicommissis agit de successore fideicommittentis.
- 6. Fideicommissum particulare, sicut & legatum, debet accipi de masculina hæredis.
- 7. Femina, quamuis in feudo repellatur, in petitorio illud tamen in possessorio obtinet aduersus agnatos.
- 8. Nemo propria auctoritate potest legatum accipere, nisi de licentia testatoris.
- 9. Pro legato non datur aliquod remedium possessorium contra hæredem, sed petitorio agi debet.

Dvo breuiter sunt videnda in propositione casu, alterum circa petitorium, alterum in possessorio. Circa primum, videbatur filiam Zanetini præferendam esse, quia verba substitutio nis Zanetino factæ sunt si decesserit sine filijs legitimis, quæ conditio expirat per superexistentiã filie. l. si quis filibus. ff. de leg. j. l. j. C. de cond. in tert. l. Herennius. ff. de verb. sign. Sed contrarium sentio tribus rationibus. Prima est, quia testator prouidit filibus nascendis, vt dotarentur in ducatis cccc. vnde, t quando testator specialiter prouidet circa feminas, nunquam sub nomine masculino intelligitur etiam de feminis sensisse, vt not. Bald. in l. in multis. in fi. ff. de stat. hom. & cō. fil. clxxxvj. quia allegationes j. vol. & habetur in l. si ita. ff. de lib. & posthu. & p. Mod. in l. femina. ff. de reg. iur. Sec-

Cunda ratio, quia testator in ultimis verbis substitutio- nis dixit, si deceperint sine filijs masculis, ut supra. unde cum declarauerit, se de masculis intelligere, non potest dici filiam esse vocatam, quia vna pars testamenti aliam declarat, & in nostris terminis hoc tenet Abb. consil. xxxvij. in j. vol. Raph. Com. consil. cxxvij. cum similitate traditis inter consilia Alex. consil. xliij. in iij. & Curt. lun. in consil. xj. & Fran. de Curt. senior consil. xv. & istud maxime procedit ponderando dictionem *ut supra*, quae est repetitiva, & declarativa qualitatis, de qua in praecedentibus intellexit, ut per Aret. consil. clij. allegat. l. a filio. §. testator. ff. de alim. & cib. leg. Tertia ratio, quia in fideicommissis agitur de successore fideicommissi. l. de haeredi. §. cum filij. ver. si. nec fideicommissio. ff. de vulg. & pup. unde in casu nostro, eum agatur de successione patris, masculi excluduntur feminas ab intestato ex dispositione statutorum, & ideo illa conditio, sine filijs intelligitur de masculis, ut accomodetur secundum dispositionem statutorum, secundum doct. Bart. in l. haeres mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. & quod not. Bald. & Anch. in l. tres fratres. ff. de pact. Alexand. in l. Gallus. §. j. in fi. de lib. & posth. lat. in d. l. qui filius, in v. not. Folin. in c. ius generale. cum concord. & quod voluerit se referre ad successorem ab intestato, secundum statuta: probatur etiam ex eo, quod mandat feminas dotari in quo concordat cum dispositione statutorum, volente feminas dotari a masculis, a quibus in successione excluduntur. Circa secundum dubium facit, quia fideicommissum istud particulare, sicut & legatum debet accipi de manu haeredis. l. non dubium. C. de lega. l. j. ff. quorum legat. quamuis femina in petitorio excludatur, debet tamen in possessorio obtinere, sicut videmus, quod si quamuis a feudo repellatur, tamen illud in possessorio obtinet adversus agnatos, ut dicit Io. And. in add. Spec. in tit. de testa. §. pen. in fi. sequitur Alex. in l. si. C. de iudi. diu. Adr. tol. confirmatur, quia si propria auctoritate nemo potest legatum accipere, nisi de licentia testatoris. l. Titia cum testamento. §. j. ff. de leg. 2. ne pro legato datur remedium possessorium contra haereditem, sed petitorio agi debet. l. j. C. comm. de leg. ibi missionem in possessionem penitus aboleri. Sed tamen, licet supra dicta in iure vera sint, tamen in casu nostro dico illos agnatos masculos esse putandos in possessorio. Nam ex forma statuti nostri per verba valde praegnantia legata habent executionem paratam, unde licet legatarijs, seu fideicommissarijs istis particularibus, quod idem est, impetrare viam executionis, & ponere se in possessione, prout fecerunt, & ex quo haeres non habet aliquod ius, neque coloratum debet succumbere etiam in possessorio, & ita concludit Guid. Pap. in q. cccxij. incip. verum officium. ubi dicit istud expediri officio iudicis, quod versatur in executionibus, & dicit quod ita videtur sentire Spec. in tit. de offic. iud. §. j. verfic. Item cum vassalus, & idem in q. cccclxxxij. dicit solitum observari in curia senatoria, in qua attenditur summa aequitas, & ut evitentur circuitus. & ideo stante praedicto statuto, putarem etiam coram ordinario iudice idem esse observandum.

CONSIL. CXLIII. SVMMAE.

- 1 Legata plura debent.
- 2 Si legata fuerint eiusdem rei, puta alimentorum, debentur semel tantum licet plures relicta sint alimenta, secus si sint diversarum rerum ut alimentorum, & pecuniae, quia vtrumque legatum debetur.
- 3 Augmentum & diminutio dicitur respectu eiusdem rei, non aut respectu rei prorsus separatae.
- 4 Qui habet facultatem addendi, vel diminuendi, non censetur habere facultatem prorsus mutandi, quia sunt diversa.
- 5 Diversum est emendare, & mutare, quia emendare est eidem rei addere, vel minuire, mutare vero est rem ipsam vertere.
- 6 Quilibet testator habet facultatem addendi & minuendi legato a se facto, quia voluntas sua est ambulato- ria.

Dominus Ioannes patris reliquit Camillo li- bras centum, & gravavit d. Fran. haereditem ad dandum sibi tot. proprietates, & c. d. verò Franciscus pater legavit alimenta in domo, & si nollet cohabitare vnam possessionem ad vrendu fructum, & c. Queritur an vtrumque legatum debeatur? Et mihi videtur dicendum, quod sic, quia tale legatum est de diversis rebus, unde etiam si ab eodem relictum esset non censeretur vnum cum altero computatum. l. si pater pro filia. ff. de colla. doct. l. cum centum. vbi Bar. ff. de adi. leg. multo magis quando legata debentur ex diversis testamento. l. plane. §. j. verfic. sed si duorum ff. de leg. vbi Sa- lic. & Ias. decidunt hanc q. vt si legata sint eiudem rei, puta alimentorum tantum semel debeantur, secus si sint diversarum rerum, puta alimentorum, & pecuniae prout in casu nostro. Nec obstat quod d. Io. dederit facultatem d. Fran. haeredit legatum ampliandi, & diminuendi iuxta deportameta dicti Camilli, quia tunc deo q. non apparet q. d. Fra. voluerit acceptare, hoc arbitrii, seu legavit alimēta causa ampliandi, vel minuendi legatum, ex quo ista ali- menta sunt penitus separata a praedicto legato certae summae, non solum in quantitate, sed etiam in tempore, quia legatum patris est perpetuum legatum, patris est reporale & in vita tantum, augmentum autem & dimi- nutio dicitur respectu eiudem rei, non autem respectu rei prorsus separatae. l. si conuenerit. §. si nuda. vbi Bar. ff. de pig. act. Bar. in tract. de insula. unde qui habet facultatem addendi, vel minuendi, non censetur habere fa- cultatem rem prorsus mutandi, quia sunt diversa, secun- dum Bar. in l. edita. C. de edend. vbi concludit in illa lege diversum esse emendare & mutare, quia emendare est eidem rei addere, vel minuire, mutare vero est rem ipsa veritate, & fac. quod notat ipse Bartol. & Paul. de Cast. in prima constit. Cod. §. qbus. & in l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. fac. Et pro hac sententia facit, quia quilibet testator habet facultatem addendi, & minuendi legato a se facto, quia voluntas sua est ambulato- ria. iij. in fin. ff. de adim. leg. & tamen in dubio per secundam summam non videtur, id fecisse, sed potius vtraque debetur dict. l. cum centum. & l. his, qui ducenta. in princ. ff. de reb. dub.

CONSIL. CXLIII. SVMMAE.

- 1 Mentis interpretande modus.
- 2 Substitutio reciproca propter vim clausulae codicillaris, valet in vim fideicommissariae.

Vm quaestio haec tota pendeat ex coniectura mentis testatoris, non potest negari, quin sit valde ambigua, quia (ut dicit Bald. in l. precibus, C. de impub.) plerunque per nimiam subtilitatem fallimur in eius mente interpretanda, quia testatoris animum non videmus, tamen mihi i. probabiles videntur coniecturae per praestantiss. aduocatos. d. Polixenae adductae, maxime illa, quod in testamento Co. Galeoti sint plures gradus substitutionum facti. Primus Constantiae, secundus eius filiorum, tertius filiorum, d. Polixenae, qui resiproce vocati sunt, & cum gradus filiorum constantiae sit caducus, quia nulli sunt nati, illo sublato de medio, remanent filij d. Polixenae, tanquam immediatē vocati post d. Constantiam. per doct. Bartol. in l. quandiu. vltim. in fin. ff. de acquiren. haered. & regula. l. vnic. §. pro secundo. C. de cadu. toll. & quod con- suluit Paul. de Cast. consil. clij. praesens dubium videtur. in princ. Alexand. cxxxix. in vj. Ias. cxlvij. Cor. cxcvij. iij. Dec. cccxxvij. Curt. lun. lxxij. unde si testator voluit propter reciprocam substitutionem filios d. Polixe- nae post d. Polixenae post, d. Constantiam admitti, multo magis voluit ipsam d. Polixenam praeferrī, quae praedilecta est testatori, & vocata ante filios per doct. Bartol. post Ric. Malin. l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posth. cum concord. ibi per Mod. Et licet doct. loquantur in fidei-

com-

Commissaria substitutione, tamen idem est in casu nostro, quia reciproca propter vim clausulae codicillaris valet in vim fideicommissariae, ut est magis comunis opinio secundum Fulgos. Cast. Corn. in l. si fratres. C. de fideicom. Socin. consil. vj. in iij. & late disputat aduersus Decium Lancellotus Galliaul. in repet. l. Centurio. de vulg. numer. cclvj. & hoc maxime concurrentibus multis alijs coniecturis, de quibus in suprascriptis consilijs ad quae me remitto, & quia sum requisitus de sola subscriptione haec sufficiant.

CONSIL. CXLV. SVMMAE.

- 1 Fideicommissum conditionale non transmittitur regulariter.
- 2 Quilibet potest testari de re haereditis sui.
- 3 Haeres non potest defuncti voluntatem pro parte tantum approbare.
- 4 Magis attenditur credulitas, quam veritas.

X verbis testamento d. Ioan. Antonij fidei- commissum, licet inductum sit inter ipsos filios tantum, vt si quis deceperit sine liberis restituat haereditatem superstiti, nec filij filiorum videantur vocati, quia fideicommissum conditionale non transmittitur in liberos, secundum gl. communiter approbatam in l. C. de ijs, qui ante aper. tab. in gl. si. tamen hoc non procedit, quando mens testatoris aliud suadet. l. Lucius. secunda ff. de haer. instit. Bald. l. si pater. C. de inst. & subst. tunc enim fit transmissio, & ita procedit gl. in l. is cui. ff. de act. & oblig. & aliquot coniecturas huius mentis ponit Soc. in l. haeres mei. §. cum ita. in not. ad Treb. Et videtur mihi, quod idem sint si mens grauat hoc vellet, quia instituit eos, qui ad fidei- commissum vocantur, prout in casu nostro, quia potest quilibet testari de re haereditis sui. l. si haeres leuiss. ff. de leg. i. nec haeres potest defuncti voluntatem pro parte tantum approbare. l. j. & l. ff. de acq. haer. in casu aut nostro apparet, quod voluit d. Sigismundus etiam filios aliorum fratrum ad fideicommissum vocari, non alios solos filios d. Francisci. unde de iure fideicommissi pertinet ad filios d. Francisci videtur disposuisse, vt alij, quod equaliter admittantur. Et ideo filius d. Francisci parentibus si- deicommissum, debet ob stare exceptio propter voluntatem testatoris. l. empror. §. in glo. ff. de rei vend. l. si §. j. ff. de adol. excep. l. si socer. §. Lucius. ff. sol. mat. Cōfir- matur, quia cum d. Sigismundus testator crediderit fidei- commissum ad omnes pariter pertinere, & ideo omnes instituit magis attendimus ad eius credulitatem, quā ad veritatem. l. quo loco. §. j. de haer. inst. l. seruo manumisso. ff. de cond. ind. Ad idem facit, quia causa, cur eos pariter instituerit, fuit, quia credidit pariter ad fidei- commissum vocari, vt apparet ex primis ca. institutionis. unde si ea causa non sit vera, tanto minus debetur ex in- stitutione filij d. Francisci. arg. l. filia. ff. de leg. 3. l. vxorē. de don. inter vir. maxime cum de haereditate tractetur. l. fin. ff. de haer. inst. & no. Bar. in l. demonstratio. §. quod autem. ff. de condit. & dem. Facit etiam, quia cum filij d. Francisci essent creditoris fideicommissi succedendo. d. Sigismundo propter confusionē pro rata, fieret extinctio crediti. licet. C. ad l. Falci. l. Stichus, §. aditio. ff. de sol. sed cum in casu nostro mens testatoris sit, vt nō pro rata tantum haereditatis, sed in totū extinguantur actiones, debet salu iure retentionis consuli coheredibus. l. irritu. l. in im- pōnēda. C. ad l. Falci. ita tamē. §. si ex Trebelliano. ff. ad Tre- bell. Aret. in simili consil. cxlvij. Raph. Com. l. debitor. ff. ad Treb. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iu- dicio.

CONS. CXLVI. SVMMAE.

- 1 Fideicommissi dignoscendi forma.
 - 2 Fideicommissum ex causa non restituendum.
- R**ogatus de subscriptione, puto in primis aduer- tendum, quod istud fideicommissum relictu filibus, videretur esse vniuersale, non autem particulare, quia cum testator dixerit. Residuum

totius hereditatis, quod de praedictis supererit perueniat ad filios, & c. & superius nihil praedixerit, nisi de legatis perinde est, ac si dixisset deductis legatis, quo casu fideicommissum est vniuersale. secus si dixisset, deductis legatis, & debitis secundum distin. Raph. Com. in l. Titus. ff. ad Treb. Alexand. in l. Cent. de vul. & pup. Claud. Aquensis in l. cogi. §. inde quaeritur. ff. ad Treb. Nunquid verò haeres Sebastiani, qui sunt grauari, teneantur in praesentia restituere fideicommissum istud vniuersale concurrendo in sententia domini consultoris, quod nō, quia cum ipse sint ad particularia legata scutorum centum singulis neptibus, cum nuperit grauari ad eos pertinet solutio, & comoditas medijs temporis, non autem ad fideicommissarium secundū Bald. in l. fin. in fin. C. ad Treb. & cum propter pendentiam conditionis & debitum futuri euētus non possit calculari, quid futurum in fideicommissio vniuersali sit, nō poterunt interim dici haeres constitui in mora. in fideicommissi. verficul. vt puta. & ibi per doct. de vsur. & consequenter interim facient fructus suos, & fortē tutius esset hoc casu, quod haeres deponerent modicam summam praestita fideiussione, de reliquo q. in futurum appareret, & tunc proculdubio evitaretur omnis mora, secundum l. statu liberationem. ff. de stat. lib. & quod per illum tex. not. l. aliti. l. quod te. ff. si cer. pet. cum concordant.

CONSIL. CXLVII. SVMMAE.

- 1 Fideicommissum conditionale non transmittitur, neque in filios.
- 2 Substituti deprehendendi forma.

Rericulosa est conclusio suprascripti domini co- sulentis, quia regula est generalis, quod fidei- commissum conditionale non transmittitur, neque in filios, secundum glo. in l. vnica. C. de ijs qui ante aper. tabu. & licet dicta regula non procedat, quando coniectura mentis testatoris est in opposi- tum, secundum Socin. in l. haeres mei. §. cum ita. ad Trebell. & Dec. consil. lv. Curt. luniores in consil. xvj. & cōf. 96. tñ in casu nostro nō videtur subesse coniectura sus- ficiens. Nec me mouent rationes adductae in prima diffi- cultate, quia possent procedere quando verba substitu- tionis in casu praecedentis, voarent simpliciter filios ab nomine appellatiuo, tantum, tunc probabilis est questio an appellatione filiorum veniant nepotes, sed testa- tor vocauit superiuenientes ex praedictis, quos nominati- tim expresserat, unde non est credendum quod appella- tione Francisci, qui praedilectus erat, veniat Leo ad haereditatem Antonij. Nec rursus me mouet illa alia quaes- tio, quod hoc casu filij postri in conditione censentur vocati, quia etiam si hoc esset verum, non tamen videtur multum ad propositum calus nostri, quia doctores flo- quantur, vt videatur substitutus filius illi, qui grauius est in eam conditionem alij restituere, & sic an substitutus censetur filius patris, sed casus noster est, an censetur substitutus patruo, & ideo concludo in hereditate Anto- nij Balsianum patruum praeferrī Leoni filio fratris, Saluo semper, & c.

CONSIL. CXLVIII. SVMMAE.

- 1 Institutio clerici facta a Vidua valet, & praesumitur facta ex licio affectione.
- 2 Semper praesumptio in meliorem partem accipitur.
- 3 De presbytero nihil mali est credendum.
- 4 Constitutus in extremo vite, non praesumitur immemor salutis aeternae.
- 5 Quilibet praesumitur innocens a delicto, & alienus a culpa.
- 6 Quando mulier potuit filium peperisse ex adulterio: item ex marito, praesumitur in meliorem partem, quod ex marito peperit.
- 7 Non valet donatio per mulierem viro facta, ex turpi causa, seu af- fectioe.

8 Sacerdos

- 6 Sacerdos non est turpis persona, sed honesta, & venerabilis, neq; est infamis de iure aut de facto.
- 9 Vidua propter stuprum amittit dotem.
- 10 Lij. C. de secund. nupt. sensus.

Scillud in primis præsupponendum, ¶ institutio clericum ad vidua factam valere, & præsumi factum ex licita affectione. I. nec adiecit merito. pro socio. quia t̄ semper præsumptio in meliorem partem accipitur. cap. estote. de reg. iur. vj. quod maximè procedit suprascripto casu, considerata persona heredis scripti, q̄ est presbyter, de quo nihil mali est credendum, vt est tex. vbi glof. nota. in cap. absit. xj. quest. 3. & etiam considerata persona viduæ, quæ t̄ in extremo in ortis nō præsumitur in memor salutis æternæ. l. si. C. ad l. iul. reple. & j. quest. vij. c. sancimus. & t̄ qui libet præsumitur innocens à delicto. l. absentem. de pœnis. & alionus à culpa. l. j. C. de edil. actio. l. cum probatio. de probat. Quam præsumptionem maximè hic sequi debemus, cum secundum eam actus sustineatur, & valeat institutio. l. quoties. ff. de reb. dub. c. Abb. sanè. de verb. sig. sicut videmus quod t̄ quando mulier potuit filium peperisse ex adultero. Item ex marito præsumitur in meliorem partem, quod ex marito peperit. l. miles. ff. de functo. ff. ad l. iuliam. de adult. vt si eius institutio valeat. Et potest multa similia allegari, quæ breuitatis causa omitto. Cùm ergo tot præsumptiones sint pro clerico, onerandus est actor durioribus probationibus, vt obtinere non possit, nisi apertissimè in superlatiuo probet delictum secundum gl. in si. in prin. ff. de eo quod met. caus. Roman. Singu. excv. Quamuis etiam si probetur, solus filius admittetur, qui auferret tanquam ab indigno, nec agnati ipsi hoc allegare possent secundum gloss. in l. consequenter. in prin. ff. fam. ercif. Nec obstant allegata in contrarium, & in primis quod t̄ non valeat donatio per mulierem viro facta ex turpi causa, seu affectione. in l. h. ff. de act. & oblig. Bar. l. affectionis. de don. respondeo secundum suprascripta turpis affectio, non præsumitur erga sacerdotem, neque in vltima voluntate, vt supra dixi. nā cum ista sit confessa, & obtinuerit ecclesiasticam sepulturam, apparet non fuisse ductam tali affectione, sed licita & honesta. Nec obstat lex, fratres. C. de inof. testam. quia t̄ sacerdos non est turpis persona, sed honesta, & venerabilis, neque est infamis de iure aut de facto, quod requiritur, vt fratri detur querela. Nec obstat, quod vidua propter stuprum amittat dotem, respondetur, vt supra non præsumi fecisse, præterea falsum est, quia solum amittit donationem propter nuptias, vt est casus. in §. fin. in authen. de re litu. & ea quæ partim in l. j. & auth. seq. C. de sec. nupt. vbi dicitur t̄ diminui dotem, ne possit vidua stuprata totam secundo viro dare, ergo apparet quod eam non amittit, & ita etiam per alias rationes tenuit Alexander in l. mororem. C. de ijs, quib. vt indign.

CONSIL. CXLIX. SVMMAE.

- 1 Probanda per eum, qui vult succedere.
- 2 Natus ex muliere impudica, censetur vulgo conceptus.
- 3 Filium probandi forma.
- 4 Tractatus non probat, quem esse filium, sed in quasi possessione filiationis.
- 5 In corporalibus non est satis probatio possessionis, sed requiritur probatio tituli.
- 6 Quando principaliter agitur de dominio, non sufficit illud probare per possessionem, quia tunc ex possessione, non præsumitur dominium.
- 7 Fraud probatur ex communicationibus precedentibus.
- 8 Non est standum confessioni fideicommissarij, quoad præiudicium tertij in euerisionem fideicommissarij.
- 9 Vna præsumptio aliam tollit.

St aded diffusè allegatum in presenti causa per præstantiss. aduocatos, & consultores, vt non expediat me pluribus agere. Dico ergo breuiter Hypopolitus t̄ obtineat bona, de quibus

agitur, necessario habet probare, quod sit ex posteris masculis domus, & calatæ de Casellis, prout dicitur verba fideicommissi d. Pauli, & sic oportet, quod probet se filium saltem legitimatum d. Io. Andreae sacerdotis. Quod sic legitimatus satis probatur ex publico documento, quod verò sit filius eius, non est probatum, cum enim sit natus ex muliere impudica, censetur vulgo conceptus. l. 5. ff. de in ius voc. & spurius, & per las. cons. c. iij. vers. iij. in iij. vol. & ita in dubio præsumitur, vt consuluit Oldr. cons. cxcvj. quem refert, & sequitur Albe. de Ros. in rub. C. de nat. lib. Idem tenet Bal. in l. eam quam. C. de fideicommiss. & consil. cclxij. recolo. in j. lib. Abb. c. per venerabilem. extra. qui filij sine leg. Alexa. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebel. & alias late dixi in tract. præsump. in 2. parte. vers. vj. Nec obstat, quod d. Io. And. eum agnouerit t̄ in filium ita appellado, tractado de niq; & legitimari faciedo, q̄ tractatus videt p̄bare filiationem, vt p̄ Feli. c. p̄ tuas. vers. secunda conclusio. de pbat. Dec. consil. 4. cum infinitis concordant. Respondeo, quod doct. non dicunt quod tractatus probet filiationem, sed bene quod tractatus probet quasi possessionem filiationis, illa verò quasi possessio quid operetur solet distinguatur in iudicijs t̄ possessorijs, vel alimentorum, in quibus sufficiunt semiplenæ probationes, & talis quasi possessio sufficit. l. si neget. ff. de lib. agn. Alexan. consil. 51. in j. cum concord. aut loquimur in iudicio petitorio, & plenario, & probatio tractatus non sufficit secundum Cin. Bar. in lect. nona. & Bald. in l. non nudis. C. de probat. las. in l. neque professio. C. de testa. & d. consil. c. ij. Bald. in consilio clxxx. in iij. & in d. c. per tuas. Petr. Cyn. Bald. Alberic. Salic. in l. non ignorat. C. qui accipit. Petr. Cyn. in l. j. C. vbi caus. stat. & ratio est, sicut in corporalibus non est satis probatio possessionis, sed requiritur probatio tituli. l. circa. ff. de probat. ita in ijsce incorporalibus. Item quia t̄ quando principaliter agitur de dominio non sufficit illud probare per possessionem, quia tunc ex possessione non præsumitur dominium Bar. leg. quidam in suo. ff. de cond. insti. doct. in c. cum ad sedem. de restitut. spoliat. & per d. Florian. in l. quidam. ff. de probat. Ange. d. leg. non ignorat. Nec Bar. in l. 2. ff. de lib. agn. & in l. j. §. ad quæstionem. ff. de quæst. vult contrarium, sed simpliciter ibi docet firmari articulos de titulo filiationis, & de quasi possessione, nec vltra declarat, an articulus quasi possessionis sufficiat in petitorijs, & dico quod non per suprascripta, & hæc videtur magis communis opinio vt etiam alias dixi in tract. præsump. in 3. parte. vers. xxxv. Et hæc sententia est maximè tenenda in casu nostro in quo apparet quod iste Io. And. omnia agebat in fraudem fideicommissi, vt omnino excluderet filios fratris, cui erat inimicus per ea, quæ habeatur in gloss. auth. nisi. C. ad Trebell. quam sequitur Pet. Cin. Salic. Fulg. Corn. & dieunt t̄ fraudem probari ex communicationibus precedentibus c. 2. de reuunt. secundum Salic. vel quia esset in lenili ætate. secundum Bald. Item, quia t̄ non est standum confessioni suæ, quod ad præiudicium tertij in euerisionem fideicommissi. per l. si quis ita §. is cui. ff. de leg. 2. l. fideicommissum. ff. de cond. & demonst. Item, quia constat per testes de impotentia ipsius, & de accessu aliorum ad eam mulierem per quas coniecturas elidit cōiectura oriens ex nominatione, & tractatu, quia vna præsumptio aliam tollit. l. diuus in fin. vbi. Bal. ff. de in integ. rest. l. cum de indebito. de prob. Et quia circa hoc est diffusè allegatum per alios, non in isto vltimè. Et hæc omnia; saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CL. SVMMAE.

- 1 Intestati successio potior.
- 2 Solemnia ob pestem non remittit.
- 3 C. cum esset. de testam. refringt.
- 4 Quando testes non fuerunt rogati testamentum non susbitur.
- 5 Testes habent deponere de his, quæ sunt in facto, & sic de forma

forma verborum prolatorum, non autem quid ipsi ius dicent.
6 Interpretatio voluntatis testatoris non ad testes, sed ad iudicem spectat.

Succedens in presenti casu, & t̄ conclusiue procedendo, dico, partes d. iudicis esse pronuntiando pro fratre, qui ab intestato succedit, nulla habita ratione asserti testamenti. Moueor, quia communis est conclusio, quod sollemnitas numeri testimonij propter pestem non censetur remissa, quia in tali tempore lex valde timet, ne fiant aliquæ fallitates, cum penes in firmos pauciores reperiantur, & omnes eos videntur propter imminens periculum cautius fuit agendum, nec aliquid remittendum de sollemnitatibus, & melius est, quod venientes ab intestato succedant, quam quod detur materia falsum fabricandi, & istam opinionem tenet Ang. Fulg. Pau. de Cast. Alex. Io. Baptist. de sancto Sauer. & Cor. in l. si. C. de testa. lac. de Bel. in §. j. in auth. in qb. mod. nat. eff. su. Bar. in l. j. de bon. poss. ex testam. mil. Frac. de Aret. in l. hæredes palam. in princ. ff. de testam. Rom. in rep. auth. c. similiter. in 34. speciali. C. ad l. Falcid. And. Sicut. consil. 58. in j. & late consuluit Socin. in consil. 88. in 4. vol. vbi post Ale. in d. l. si respondet ad omnia allegata in contrarium & indeo nō est opus hic transcribere, sed dicendum est, vt p̄ eū. & si Dec. in consil. 284. vidisset has oēs auctoritates, nō dubitasset, quin ista esset magis communis, & vera opinio secundum quam pluries hæc anno consului. Nec obstat, quod hic sumus in terris ecclesiæ. in quib. videretur, quod minor numerus testimonij sufficiat testamentis, per tex. in cap. cum esset. extra. de testam. quia t̄ respōdeo quod secundum illum tex. debuissent saltem interuenire duo testes, & presbyter parochialis, vel deficientē parochiali, loco ipsius debuissent adesse duo alij testes, vt per Ant. & Abb. in d. cap. cum esset. cum concordant. per Dec. in d. consil. 284. sed in casu nostro interueniunt tantummodo duo. & hic dispositio d. cap. non habet locum, & si tot non reperiebantur, debebant accersiri ex locis vicinis, & facere, sicut facit d. Aquila vxor d. Signoroli de Homod. que in facta peste, & propterea non valens habere testes, se ite portari extra domum in viam publicam, vt ibi testaretur, habens audientes suam voluntatem, vt dicit Raph. Fulg. & las. in d. l. final. Præterea & secundo tex. in d. capit. cum esset. licet diminuat de numero testimonij, tamen non tollit sollemnitatem, quod sint rogati, prout requiritur in testamentis. d. l. hæredes palam. §. penul. vnde nisi appareret, quod testes sint rogati, ille tex. non procedit, vt dicit nec Bartholom. Socin. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. & in simili quod not. Andr. Sicut. in præallegato consil. 88. in casu autem nostro isti testes non fuerunt rogati, vnde nō possumus dicere, quod tale testamentum sustineatur, & tanto maximè, quia verba prolata a testatore, sonant potius in adulationem, & instantiam, vt retineret generum volentem recedere, sub ista spe quod vellet eum hæredem instituire, quam quod verè instituerit. cum enim non conuocauerit, neque rogauerit ad hoc testes lex præsumit verba huiusmodi iactatoria, vt haberetur in l. si. ff. de testam. per Alex. & doctor. in l. serui electione. ff. de legat. i. d. m. declarat. tex. in l. Pamphilo. §. propositum. de legat. 3. Et certè mirum est, quod iste hæres institutus, tam faciliter positus fuerit ad possessionem, cum institutio sua etiam dato, quod valeret, esset conditionalis, si deseruere testatorij vsque ad finem ægritudinis, nec constat conditionem fuisse adimpletam, prout constat debuit iuxta not. per Bald. in l. cum te. C. probat. quamuis, vt dixi dato, quod cōstitisset, adhuc testamentum sustineri non possit, & c. Et licet testes dicant, quod iudicio suo intentio testatoris, erat verè relinquere istum hæredem, tamen in hoc eis non creditur, quia testes habent deponere de his, quæ sunt in facto, & sic de forma verborum prolatorum, non autem quid ipsi iudicent, huiusmodi enī interpretatio nō spectat ad illos, sed ad iudicē, vt declarat Bar. in l. j. C. de vlt. in l.

Sciendum. vbi docto. ff. de verb. oblig. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLI. SVMMAE.

- 1 Præteritio posthumi infirmat penitus testamentum, vt non possit incipere à vulgari substitutione.
- 2 In actu pratico grauissima est auctoritas Baldi.
- 3 Testator potest non solum expressè, sed etiam ex tacita mente in accrescendi vni prohibere, & alteri dare.
- 4 Clausula confirmatoria primi testamenti, operatur vim noui testamenti, præsertim inter liberos, etiam quod inter eos in equalitas inducatur.
- 5 L. Lucius, de hered. inst. sensus.

Suprascripta consultatio visa est mihi prius a fronte periculosa, quia videtur quod Nicolaus debuisset admitti ad dimidium hæreditatis, prout faceret Carolus pater, si viveret aliàs substitutio compendiosa facta Ioan. Bapt. ad quam vocatus est iste Nicolaus, quæ fauorè eius respicit verteretur in odium, & damnum contra mentem testatoris & regulam. l. legata inuulter. ff. de adim. leg. l. quod fauore. C. de legib. Et quia t̄ præteritio posthumi infirmat penitus testamentum, vt non possit incipere à vulgari substitutione, vt dicit glof. in l. si filius. substituat. ff. de hered. instit. & est tex. in l. nam & si. §. fin. ff. de in iust. rupt. Et quia in terminis nostris, q̄ iste præteritus succedat ab intestato non obstante substitutione, consuluit Bald. consil. diij. incipiente casus talis est quædam d. Catharina in v. vel. secundum impressionem Mediolani, & t̄ in actu pratico grauissima est auctoritas Bald. vt omnes sciunt. Et quia licet Alexander. in l. si pater impubes. ff. de vulg. & pupil. dicat se consuluisse pro testamento, vt sustineatur virtute vulgaris, quæ comprehenditur in compendiosa, tamen illa decisio est periculosa & eam reprobat Ioan. Franc. de Ripa in l. j. ff. de vulg. per bonas & efficaces rationes. Et ego etiam aliàs reprobaui in rub. ff. eod. tit. nec inter volumina Alex. reperitur illud consilium, quia forte ipse non curauit, vt ederetur tanquam periculosum. Et etiam quia si dicamus testamentum sustineri, nec vitari præteritione, tamen videtur quod Nicolaus ultra duas vncias, quas habet ex parte Io. Bapt. debeat habere quatuor paternas iure accrescendi: quia videtur testator filios Ant. submouisse ab hoc iure accrescendi cum ad illas quatuor vncias non sint vocati, nisi decedente Carolo abique filijs, vnde cum reservatus sit locus huic filio succedendi Carolo, apparet excludi istos nepotes Antonij filios: ne aliàs contra voluntatem testatoris isti in hac parte substituti efficiantur adiecti, vt est casus in l. Lucius. secunda. ff. de here. inst. t̄ potest autem testator non solum expressè, sed etiam ex tacita mente istud ius accrescendi vni prohibere alteri dare. l. 3. §. sed si coniunctum. de leg. præst. l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Treb. & quod habetur in l. si quis ducenta. §. si vbi gl. ff. de reb. dub. in l. si. C. de inst. & subst. l. quidam testamento vbi doct. de vulg. Sed tamen his non obstantibus, visa est mihi probabilis sententia d. consultoris, & non abhorrens à regulis iuris: lectis enim verbis Codicilli, qui factus est iam mortuo Carolo, vidi quemadmodum testator, adhuc perseverabat in testamento, & posuit in eo clausulam eius confirmatiuam, adeo vt talis clausula operetur vim noui testamenti, præsertim inter liberos, etiam quod inter eos in equalitas inducatur vt est tex. in auth. de testa. imperfect. in pria. & tradit Paul. de Cast. Lud. Rom. Cor. Nata. in l. hæc consultiissima. §. ex imperfecto. C. de test. Alexand. consil. clxxvj. in v. & est magis communis opinio. Cùm ergo testator confirmauerit tale testamentum, etiam mortuo Carolo, satis indicat ænixam voluntatem suam quod iste Nicolaus succederet duntaxat secundum formam testamenti, & sic in duabus illis vncijs, in quibus erat substitutus Io. Bapt. & in

Bapt. & in eo quod sibi accrederet pro rata portionem, ut mox dicam. Nec ea quæ in contrarium adduxi videtur ob stare propter mentem testatoris resultatam ex lectione Codicillorum. Et quia decisio Alex. in d. l. si pater impub. siue vera, siue falsa sit, non attingit casum nostrum quia in casu suo conditio non euenit, sed erat reijcienda per l. quoniam in proximioribus. C. de inoff. test. Sed in casu nostro euenit, & quidem formaliter, quia prædecesserat Ioa. Bapt. vnde iste Nicolaus propter vulgarem admittebatur, & non est dubium tali clausula posse in ciperet testamentum, & non ob stare vitium præteritionis. d. l. 3. de lib. & posth. Nec iste potest dici posthumus, quia iam natus erat tempore Codicillorum per quos confirmata est institutio in testamento facta, ut supra dixi. & Bald. in d. consil. diiij. non loquitur quando conditio vulgaris substitutionis, viuo testatore euenisset prout est casus noster. Et tex. in f. l. Lucius. ff. de hered. inst. loquitur quando substituti faciebant controuersiam ei, qui ab intestato erat primo loco vocatus, nostra quæstio procedit in institutis: quia filij Antonij sunt instituti & quæ primo gradu vocati sicut Carolus. vnde ille tex. satis videtur posse euitari. Et ideo non videtur recedendum esse à communibus iuris regulis, ut in parte Caroli, quæ effecta est caduca admittantur filij Antonij, qui lex parres hæreditatis, habent vnà cum ipso Nicolao, qui duas tantum habet, & hæc pars accedat illis pro rata portioni: quia ista est regula in materia iuris accrescendi, à qua nõ est facile recedendum. l. m. auio. in prin. l. si quis Titio. in f. ff. de leg. 2. l. liber homo. ff. cum quis ff. de her. inst. vel saltem in capita, ut supra ex quadam humanitate allegatum est per præstantissimum consultorem in cuius sententiã secundum supra scripta accedo. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLII. SVMMAE.

- 1 Lex permissit Patri facultatem exheredandi filium, si grauem & in honestam iniuriam Patri ingesserit.
- 2 Benedictio patris facta super filio exheredato, tollit omnem effectum exheredationis, & operatur, quod talis benedictus admittitur equaliter cum fratre hæredis instituto.
- 3 Simplex benedictio arguit solum animi rancorem dimissum, non autem testamentum, in quo quis erat exheredatus reuocatum.

Quæritur, si exhereditatio facta in testamento ex rationibus, & causis narratis in ipso testamento potuit fieri, vel saltem in ultra legitimam. Item, quia post conditum testamentum filius exheredatus, obtinuit benedictionem à testatore, quæritur, si ipse exheredatus, attenda dicta benedictione, & venia, potest adire hæreditatem patris, vel ex ipsa benedictione, venia solummodo succedere habeat in legitima, & hoc, quia ipse exheredatus est institutus, prout videri potest ex ipso testamento. Ad primum respondeo, quod si lex permissit patri facultatem exheredandi filium, si grauem & in honestam iniuriam patri ingesserit. Ille aut, qui adducitur in testamento, & si videantur graues, tamè quia in solis verbis consistunt, quæ potuerunt calore iracundiæ inferri, & quia multa dicimus, quæ tamen non faceremus, ideo nõ potest dari certa responsio, nisi ex probationibus appareat, quo animo, & qua constantia dictæ sint. & quod d tulerit sclopum causã occidendi patrem, oportet hanc causã probari. l. is qui cum telo. C. de sic. & difficilis est probatio eius rei, quæ ab animo ipsius pendebat, sicut & illa, quod contra voluntatem patris fuerit in Castris inimicorum Cef. maiestatis, licet enim videatur sufficiens, arg. ff. lanci mus in authen. vt cum de ap. cog. verb. ad maiestatem. tamen cū Imperator eum tolleret domi, & ei parcat, nõ debet pater ipse hoc ei imputare, arg. l. ijs consequenter. ff. fam. ercisc. Circa secundum videtur, quod possit petere supplementum legitimæ, si non probentur supra scriptæ causæ, iuxta ea, quæ supra dixi. Fortius vult

Bar. in l. 3. ff. de adm. leg. q. benedictio ista, seu recõciliatio tollat omnẽ effectum ex hereditationis, & sic debeat iste admitti æqualiter cum fratre hæredis instituto, & illam opin. Bart. sequitur Ias. in auth. non licet. C. de lib. præst. & Hipp. Marfil. in l. raptores. char. vj. C. de rapt. Barb. consil. lxxx. in 4. in vlt. dub. Sed tamen illam opin. Bart. nõluit affirmare Alex. consil. elix. in 7. in fi. quia doct. in l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. per illum text. sentiunt contrarium. nec potest bene responderi illi legi. & ideo Ias. ibi improbat dictam decisionem. & Pat. Gerar. in sign. suo 3. dicit, quod consuleret & indicaret contra Bar. Ego puto in casu nostro hanc partem esse veriore, quia Bart. loquitur in manifesta reconciliacione, quæ non interuenit in casu nostro, sed simplex benedictio, quæ arguit solum animi rancorem dimissum, non autem testamentum reuocatum. Ant. de Butr. in cap. cum olim. extra. de iure iur. allegat Bart. in l. si tibi. x. ff. quædam. ff. de pact. Item Bart. loquitur in eo, qui simpliciter erat exheredatus: at in casu nostro huic erat facta institutio de solidis quinque, quæ arguit mentem testatoris, omnimodò volentis testamentum sustineri, vnde ista solum posset supplementum legitimæ petere. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLIII. SVMMAE.

- 1 Exheredationis probatio.
- 2 Confessio patris nocet filio, etiam quoad legitimam, quando vltra talem confessionem concurrat verisimilis coniectura, quod confessio sit vera.
- 3 Ius sanguinis differt à iure successionis.
- 4 L. quidam cum filium. ff. de hered. inst. declarat.

Proximo responsõ, pauca quædam scripsi in fauorem magnifici domini Augustini. verum quia adhuc res rostricatur in dubium, existimauit opera pretium esse pauca quædam addere, vt D. Iudex facilius possit se pro veritate, & iustitia resolueret. Et in primis dico fundatam esse intentionem domini Augustini ex testamento patris, quæ causis in eo descriptis alium filium exheredauit, quæ causæ, dummodò probentur sunt sufficientes, vt alias fuit dictum. Circa autem modũ probandi dico, quod licet non stetur assertioni patris, attestatis de tali causa, iuxta l. omnimodò. C. de inoff. testam. tamen sufficienti in hoc casu leniores probationes, puta per coniecturas tantum, confirmantur tales coniecturæ propter fidem patris, quod totum consistit in arbitrium iudicis. l. etiam. ff. j. ibi æstimare debet Iudex. ff. de manumiss. vindic. & alias dixi in traçt. præsumpt. reg. j. vers. xvj. Et facit quod not. Anto. de Butr. & Abb. in cap. quamuis. extra. de re iud. vbi confessio patris nocet filio et quod ad legitimam, quando vltra talem confessionem concurrat verisimilis coniectura, quod confessio sit vera, puta ex qualitate personæ, & consuetudine illius, & sequuntur ibi communiter doctores. Et hoc maximè est dicendum in testamento patris inter liberos, quod sicut non requirit aliam probationem: dummodò constet de voluntate iuxta leg. hac consulti. ff. ex imperfecto. C. de testa. vbi doct. & l. fin. C. fam. ercisc. ita etiam causæ institutionis, vel exheredationis, non debeat requirere solennem probationem, sed debent sufficere coniecturæ, & argumenta, vt in simili haberetur per Abb. & alios in cap. relatum. extra de testament. per Baldum in lege. final. C. de fideic. Ias. in rub. ff. de acquir. poss. num. xvj. Et maximè eum causã hæc vertatur coram arbitris, qui de iure & de facto ex forma statuti inter coniunctos cognoscunt per Bar. in l. vnica. in fin. C. vt quæ defunctu aduc. Nec obstat allegata benedictio, quia, vt apparet ex dicto testam. fuit limitata, vt non traheretur ad bona. vnde cessat omnis difficultas. Nec obstat, quod pater dixerit, quod Augustinus tractaret

tractaret eum, vt patrem. Respondeo primo, ista verba referuntur ad ius sanguinis, quod differt à iure successionis, vt declarat Bar. in l. is potest. de acq. hærit. Secundo respondeo, quod per talia verba non potest fieri interpretatio, quod testator remiserit exheredationem, quia intelligitur, si modo tñ manente testamento & saluis dicitis. vt per Bartol. in l. de ætate. ff. de minor. Tertio respondeo, quod illa verba habebat etiã contrariũ sensũ casu, quo iste exheredatus male se gereret, prout fecit dũ ausus est eum damnificare, Arque mala vites incidere falsè nouellas. l. 3. ff. arb. fur. cas. Vnde inferitur, quod in casu nostro etiam si locus esset arbitrio iudicis, tamè propter male merita istius deberet arbitrari, nihil ei deberi, quamuis verum non sit subesse aliquam commissionem, seu mandatum patris, quia tex. in f. quidam cum filium. ff. de hered. inst. loquitur in alio casu, quando filius mandauerat extraneo, quæstio nostra est de parte, qui non presumitur mandasse filio contra formam testamenti sui, vnde concludo apud iudices antiquissimam debere esse patris voluntatem, circa filios suos protidèris. l. pen. in fi. ff. de cur. furios. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLIII. SVMMAE.

- 1 Filius hæres institutus, si habuerit legitimam iure naturæ debitam, non potest retinere aliam quartam Falcidiam de legatis particularibus.
- 2 Lex canonica concessit deductionem legitimæ, & Trebellianicæ, & talis lex de consuetudine præualeat.
- 3 Consuetudo non patitur extensionem.
- 4 Legata vniuersalia, non equiparantur particularibus.
- 5 Arg. de Falcidia ad Trebellianicam, non valet.
- 6 Cum quis habet legitimam iure hæreditario, imputatur in ea Falcidia.

Mihi semper placuit illa conclusio, quod si filius hæres institutus, si habuerit legitimam iure naturæ debitam, nõ possit etiam retinere aliã quartam Falcidiam de legatis particularibus per tex. in l. Papinianus. ff. quarta. vbi Barto. in j. not. ff. de inoff. testa. & eadem lege in ff. vnde si quis. vbi Fulg. quia debet filius vna quarta esse contentus. l. j. pen. & seq. ff. si cui plusq. Falc. & istud est certissimum de iura ciuili. Et licet si lex canonica concesserit deductionem legitimæ & et Trebellianicæ, & talis lex de consuetudine præualeat, vt habetur in c. Raynautius. & c. Raynaldus. de testam. tamè dicta iura loquuntur in Trebellianicã quæ detrahitur in fideicommissis vniuersalibus, vnde non videtur extendenda ad Falcidiam, quæ deducitur, de particularibus, & tum quia dicta iura sunt correctoria iuris ciuili, & innuntur quadam consuetudine, quæ non patitur extensionem iuxta ea, quæ habentur per Bar. in l. 2. ff. si quis hoc interdicit. ff. de iur. act. pri. per Bar. in l. de quibus. in pri. opp. ff. de legib. dum allegat tex. in l. nõ possunt. eod. titu. cum etiam, quia legata vniuersalia nõ equiparantur particularibus, vt inquit Bart. in l. j. ff. de leg. j. vñ multæ differentie sunt inter Falcidiam & Trebellianicam maxime circa imputationem, vt est tex. in l. in quartam. vbi doct. ff. ad l. Falc. & ideo argumentum de vno ad aliud non valet vt dixi in l. licet. C. de pac. Et hanc sententiam quod filius non possit quartam de legatis particularibus deducere, etiam stante dispositione iuris canonici, firmavit d. Card. in d. cap. Ray. ff. quia verò. Alexand. in l. in ratione. ff. quod vulgo. ad l. Falc. Lancel. Poli. in l. filij. quæ habentem. C. fam. ercisc. vers. circa quartum. Soc. Iun. consil. 136. Et licet aliqui contradicant, tamen vel non innuntur bonis rationibus, vt Cor. d. l. quamquam & Herc. d. ff. Quod vulgo. vel incidenter loquuntur, vt Sig. consil. lxxvj. Aretin. consil. 18. Alexand. cxxxix. in j. negat supra scriptam difficultatem aduertunt, vel loquuntur in casu diuerso à nostro, vt Bald. in dict. leg. quamquam. C. ad l. Falc. qui intelligendus videtur in legatario vniuersali, quia format quæstionem de Treb. non de Fal. & secundu hoc potest intelligi Fulg. consil. xxvj. qui alias esset sibi

contrarius vt Soc. in consil. lxxxvij. qui loquitur quando deductio ista fieret à diuersis personis, non autem ab eodem, vt in casu nostro. Item loquitur quando filius hanc legitimam haberet, non tanquam hæres, vt regulariter tenetur, sed in casibus specialibus, secundum not. in l. quia poterat. ad Treb. l. si libertus patronus. ff. quid ergo. ff. de bon. lib. per Bald. & Castr. in l. secunda. C. de impub. & est ratio: quia tunc cum non habeat legitimam iure hæreditario, non potest in ea imputari Falcidia, in qua duntaxat imputatur quod sit hæreditario habetur, dist. leg. in quartam. Et nemo contradicentium loquitur, quando filius est institutus, prout est nostra quæstio: tunc enim cum habeat legitimam iure hæreditario imputatur in ea Falcidia. dist. leg. in quartam, cum secus sit quando institutus esset sub conditione, vel in diem quo casu possunt procedere contrariæ opiniones, distinguit post Az. gloss. in ff. si quis verò, non implens. verb. auferri. in auth. de hæc. & Falc. & certè in practica magna debet esse autoritas Alex. in d. ff. qua ratione. vbi articulum disputat, & decisiuè loquitur, nec est curandum de dictis doctorum, quæ incidenter ponuntur in consilijs, seu allegationibus, nec aliter disentiuntur, vt alias dixi libro parergon. 4. cap. xvij. Præterea est aduertendum, quia in casu nostro, videtur quod ista quartæ deducatur eodem tempore, & ideo sola legitima iure naturæ, debita accipi possit iuxta distinctionem doctorum in dict. leg. quamquam. & in d. l. Papinianus. ff. meminisse. cum enim pater dederit licentiam Regulo, vt legitimitur subsequata legitimacione, perinde est ac si à principio fuisset legitimus, & ideo talis præferretur quibuscumq; venientibus ab intestato, quod non posset fieri, nisi censeret à prin. legitimatum, quia alias auferretur ius tertij, vt dicunt Ias. & Lancel. Galliaul. in l. Gallus. ff. & quid si tantum. de lib. & posth. & est de mente Bart. ibi, per tex. in authen. item cum quis. C. de naturalib. Pau. de Castr. consil. cccxxxix. præsupposito quod iste pater in secundo in nouis. legatum enim fuit purum, & impedimentum est sublatum per legitimacionem, quæ propter voluntatem patris retrò trahitur, & ab ipso principio censetur fuisse capax. Et istud mihi videtur verius, & habere minus scrupuli. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLV. SVMMAE.

- 1 Hæres lucrifacit fructus, non aut restituit, quia hæres iure domini, quod habet in rebus, eos acquirit.
- 2 Cessante legis ratione, cessat & ipsius dispositio.
- 3 Fructus iam collecti, & qui sunt in horreo moriente testatore, aut gent hæreditatem, & sunt restituendi.
- 4 Iura conditionalia veniant in restitutione fideicommissi.

Racet sententia supra scripti domini consultantis, quod hæres tenetur huic fideicommissario restituere fructus, seu valorem eorum, prout eleganter, & per veras rationes supra consultum fuit. Quibus addo quod doctores in l. fideicommissaria. ff. ad Treb. vbi text. facit regulam, quod si hæres lucrifacit fructus, non autem restituit, quod ratio est quia hæres iure domini, quod habet in rebus, eos acquirit, vt probatur in d. l. in fideic. ibi, sed ipse rebus accepto feruntur, prout etiam probatur in l. Herennianus. j. ff. de vsur. & tradunt omnes in l. si quis bonorum. ff. de leg. j. vnde cessante hac ratione, cessabit etiam dispositio ladigore. ff. quamuis. de iur. pat. in casu enim nostro cum proprietatis non sit testatoris, vel hæredis, meritò isti fructus iure hæreditario percipiuntur, augentq; hæreditatem, & restitutioni subiiciuntur. Confirmatur, quia ista emptio fructuum facta per xvj. annos prærogata solutione per testatorem est similis cõductioni tanquam testator videatur conduxisse dicta bona argum. l. 2. ff. loca. & tradunt Mod. in l. secunda. in prin. ff. si cer. pot. & sicut lucra emptionum, conductionum, & cætera huiusmodi

modi, augent hereditatem, & restituenda sunt fidei. I. pen. vbi doct. ff. ad l. Fal. l. postulant. ff. fin. versi. respondi hac omnia ad Trebell. ita & istud, quod totum hereditas est in lucro, cum testator praelegauit solutione. Facit, quia si sicut fructus iam collecti, & qui sunt in horreo moriente testatore augent hereditatem, & restituendi sunt, vt dicunt, omnes in d. l. in fidei. ita etiam de istis dicendum, quorum pretium iam erat a testatore perfolu- tum, cuius pretij loco subrogantur dicti fructus. l. vxor mari- ro. ff. de don. inter vir. l. plan. ff. quod si rem. ff. de leg. j. Nam & videmus, & in re conducta succedere heredem, & pro fructibus perceptis eum prestare pensionem, & sic co- putare fructus vbi pensione. At in isto casu fructus haberet, pensionem vero soluisset testator. ergo hac solutio auge- hereditatem, vt tanto plus censetur in ea esse, & sic debeat restituere. arg. l. deducta in prin. ad Trebell. Facit regu- la generalis, quod etiam iura conditionalia veniunt in restitu- tionem fidei. l. ita tamen. ff. qui ex Trebell. ff. eo. tit. at hęc emptio fructuum est ius conditionale. l. interdum. ff. de verb. obl. l. & quae nondum. in prin. de pign. l. prima. de cod. & de merito debent restituere. Suae detur & hac ratio- ne. nam testator quando mortuus est, erat creditor illi us pecuniae, quae erat numerata p fructibus. & videretur de- bitor ad praestanda patientia, vt fructus colligi possent. illud ergo creditum tanquam hereditarium augeat ipsa hereditas, & vtilitas inde proveniens est restituenda. l. deducta. ff. de leg. l. si heres pecuniam. eod. tit. Et ideo concludo istos fructus debere restituere, si ex tant, aliam pretium deductis tamen impensis, secundum not. in l. fructus. fol. mat. facit tex. in l. mulier. ff. de sen. vers. sed & ipse. & d. l. postula- te. vers. fin. ad Trebell.

CONSILII. CLVI. SVMMÆ.

- 1 Quod quis sit indignus, solus fidei potest opponere, non aut aliis coheredes, vel agnatus.
- 2 In fideicommissis pluralibus res soluitur in singularitates.
- 3 Praesumptiones, & coniecturae contrarij praesumptionibus tolluntur.
- 4 Proximos ab agnatis excludi.
- 5 Appellatio proximorum domus tam masculi, quam femine, ex vi verborum comprehendunt.

Edator instituit Aldroandinum, & Ioannem Maria filios, & substituit eos inuicem vulgari- ter. & per fideicommissum casu, quo dece- serint sine filijs: & casu, quo omnes d. eius si- lij deceaserint sine filijs, instituit Helisabetham & Helenam in duabus mulieribus libere residuum vero virtute substitutionis & fideicommissi peruenire voluit proximioribus siue domus de Platensis, prohibens de filijs alienationem, & c. vsque ad xxx. annos, & c. Mortuus est primus, relicto filio masculino, & duabus foeminis, quae deinde effectae sunt moniales, deinde mortuus est secundus, occisus a filio priui nepote suo. Quaeitur ad quem eius hereditas pertineat pro d. nepote? facit, quia de iure communi non est ipso iure priuatus, sed succedit: licet hereditas sibi auferatur per fideicommissum, tanquam ab indigno. l. fin. ff. fin. ff. de hon. dam. l. secunda. ff. fratris. vbi notatur ff. si quis ali. test. Ludo. Rom. sing. cccclvj. de isto iure, & quod sit indignus, solus fidei potest opponere, non autem alius coheredes, vel agnatus. l. his consequenter. ff. famil. ercisc. Sed tamen per statutum Bononiense, videtur ius commune correctum, quo cauetur, vt occisor excludatur, & de hereditate occisi disponatur ac si occisor non esset in rerum natura. Pro monialibus facit: quia sunt proximo- res in gradu, & tam ex forma iuris communis, quam statut. videntur admittenda. d. l. secunda. ff. patris. auth. post fratres. auth. cessante. C. de leg. her. nec videtur ob stare illis fideicommissum: quia conceptum est si om- nes deceaserint sine filijs, sed conditio non euenit, quia primus reliquit liberos, vnde fideicommissarij, tanquam defecti conditione: excluduntur maxime cum ab intestato ex forma statuti. d. mulieres excludant istos agna-

tos per doctrinam Bar. in l. haeredes mei. ff. cum ita. ff. ad Trebellia. Pro agnatis, seu fideicommissarijs, facit mens defuncti, qui si eos vocauit vtroque decedente, ergo etiam altero posteriore: subest enim eadem ratio. & plu- ralitas resoluitur in singularitates, vt est casus in dicta. haer. mei. ff. cum ita. nec obstat limitatio Bar. ibi dicitur, quod d. dispositio non procederet, quando filij primi praerentur ex statuto, tanquam testator videatur se conformasse dispositioni statutariae. argumet. l. pe. C. de im- pub. quia respondeo, quod illa opinio est periculosa: & contrariam tenuit Imol. & Paulus de Castr. in lectura Bo- non. & Socin. & Moder. in d. ff. cum ita. & Corn. cons. 53. videtur in hac. in 3. & cons. lxxxij. vbi in i. dubio. eod. vol. & dicit cons. c. ij. pluries. lib. 3. quod ista coniectura Barto. est fragilis, & ab ea facile discedi potest. Ego vero scio praesumptiones, & coniecturas contrarij praesum- ptionibus tolli, & elidi. l. cum de in debito. ff. de probat. l. diuus. in integ. rest. fortissima autem videretur praesumptio pro agnatis, & quod testator proprias exclusit filias, saluo illo relicto particulari, si ergo voluit agnatos excludi a propriis filiabus, multominus ab iis nepibus, vt dicitur doct. in illa quaest. vulgari, de qua per Paul. de Castr. cons. 410. in 2. casus frequenter contingit. & in l. 1. C. de cond. in ser. Andr. Sicul. inter consilia Alexan. cons. 12. in 4. volum. Socin. in l. cum auus. ff. de cond. & dem. in 3. quaest. Dec. cons. xv. cum concord. maxime cum ista iur- moniales, quarum est verisimile habitam rationem a te- statore. arg. c. suggestum. de deci. cum sint mortuae mi- do, & non quaerunt sibi, sed monasteria, quod non est ex proximioribus testatoris. Successiue quaeritur nunquid appellatio istorum proximiorum & domus de Platensis, comprehendantur etiam foeminae, an masculi duntaxat. & clarum est vi verborum etiam foeminas contineri. l. vo- luntas C. de fideicommiss. in hoc tamen casu, ego sentio contrarium, propter mentem testatoris, qui exclusit pro- prias filias, vt supra dixi. vnde videntur soli masculi ad- mitti.

CONS. CLVII. SVMMÆ.

- 1 Sed & hoc praesenti, in authentic. de sanctis. episcop. res stringi.
- 2 Condicio fauore ingressus monasterij, habetur pro non scripta, & fideicommissum extinguitur.
- 3 Lex magis praesumit pro filijs, quam pro monasterio.
- 4 C. si. 7. q. 4. sensus.
- 5 Non potest quis legitimam retinere, & reliquum hereditatis omittere.
- 6 Tacita vulgaris excludit matrem si substituta sit filius, non se substituta sit ecclesia, nisi quando relicta esset pro restitua- tione male ablatorum.
- 7 Correcta ratione legis, lex ipsa correctae intelligitur.

Lara sunt verba testamenti in fauorem d. Eli- sabethae de Curretis: quia testator decedente d. Martha voluit q. super uiuens succedat in totum, & c. vnde cum d. Elisabetha superuixerit, ipsa censetur vocata iure dictae substitutionis ex vi verbo- rum. Sed difficultatem in nostro casu facit dispositio textus in ff. sed & hoc praesenti. in ff. authen. de sanctis. episcop. de qua in auten. nisi rogati. C. ad senat. Trebel. vbi 2. conditio habetur pro non scripta fauore ingressus mo- nasterij, & fideicommissum extinguitur. Sed ad illum textum, respondetur, quod illa dispositio iuris postulat inducitur a Iustiniانو non habet locum, quando substitu- tus est filius testatoris: quia lex magis praesumit pro fi- liis, quam pro monasterio. l. 7. q. 4. c. ff. & not. in lege si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. Et hanc limitationem communitet tenent doct. pro qua consuluit Baldus con- sil. 196. testamentum Puccianelli lib. j. Raph. Fulg. con- sil. quoniam. in fin. l. l. c. c. xij. lib. 2. Soc. l. j. de reb. dub. & l. cui auus. de cond. & de. Vincent. Hercul. in disputatio- ne incip. Perusinus. quaest. v. Francisc. Rip. in l. ex facto. ff. j. num.

nu. xxxij. ff. ad Treb. vbi in specie improbat consilium Decii cccxxij. qui contra commune, consuluerat quod consilium etiam improbat Mod. apofillator ad consi- lium Alexan. cxxij. in ij. volum. vbi dicit quod d. Decius in hoc male consuluit, & certe mouetur mala ratione dum dicit, quod causa filiorum non praeretur ecclesiae, nisi in legitima, istud est falsum, quia textus in dicto cap. fin. simpliciter loquitur, nec distinguit legitimam a reliqua hereditate: & si legitima praeretur ecclesiae, idem est dicendum de reliqua hereditate, cum legitima non possit ab ea separari, quia non potest quis legitimam retinere reliquam omittere. l. j. & ij. ff. de acquiren. haere. & declarat Bar. in l. gerit. ff. de acq. haer. ver. sed quae ro- quid si aliquis. Abb. cap. de testam. Aretin. cons. clx. Alex. lxxxv. in j. l. l. in vj. quaest. lib. 3. Et contra hanc sen- tentiam facit, quod ipsemet Decius tenet in l. precibus: C. de impu. vbi tacita vulgaris excludit matrem si sub- stituta sit filius, non si substituta sit ecclesia, nisi quando relicta esset pro restitutione male ablatorum, quod etiam tenuit Antonius consilio clv. in fin. Et ista opinio maxime est tenenda in casu nostro propter statutum excludens monasteria, quod mortui ciuilliter habeantur pro mortuis praebula hora, & c. per quod statutum apparet correctam esse rationem dicti. ff. sed & hoc praesenti. vnde de correctae ratione legis censetur lex ipsa cor- recta. c. miramur. extra. de ser. ord. glo. l. j. ff. de legit. tur. Et hoc omnino est dicendum, attento quod dispositio dicti ff. sed & hoc praesenti, est inducta contra mentem testatoris, & ideo in foro conscientiae non essent tui isti feruitae, vt in simili per Bald. cons. cccxxix. volum. v. per Ancha. in regula, possessor. de reg. iur. in vj. & ita alias tenui hanc opinionem per multas rationes. in lege, quin- que pedum. in primo notabile in fin. C. fin. reg. Nec potest in dubium refricari valor statuti nostri, quin omni- no sit seruandum, quando monasterium veniret contra mentem defuncti, prout in casu nostro & supra dixi, di- positio enim dicti ff. sed & hoc praesenti, est iuris positi- ui, & potest contrario iure aboleri, siue id expressè fiat, siue tacite. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iu- dicio.

CONSIL. CLVIII. SVMMÆ.

- 1 Legatum eiusdem rei quandoq. duplicari.
- 2 Quando secundum legatum non continet, tantundem praesumitur duplicatio.
- 3 Cum testator appellat aliquem naturalem alio non constituto, is praesumitur naturalis, non autem spiritus, quia interim standum est assertioni testatoris.
- 4 Edictum de testamentis, & legatis permissiuum est, vt cuiuslibet legare possimus, qui non reperitur expresse prohibitus.
- 5 Semper sit interpretatio, per quam actus iustineatur.
- 6 Naturali potest relinqui a Patre, qui non habet uxorem, nec filios legitimos.
- 7 Non praesumitur renuntiatum, nisi probetur renuntiatio, quid iuri quod quis ignorat renuntiasse, non praesumitur, & ignorantia praesumitur.

Robabilia admodum sunt argumenta, quae in- ducuntur aduersus d. Baptistam. Quibus ta- men non obstant, puto eum fouere iustiore causa. Et praemittit quod cum legati sint ei a pa- tre auri ducenti pro alimentis, infra biennium soluendi, & deinde legata sint sibi a patre haereditate patris generaliter alimenta, & c. perinde esse ac si eodem testamento vtrunque legatum sibi esse factum, secundum gloss. in l. plan. ff. j. vers. sed si duorum. ff. de leg. j. per l. huiusmodi. ff. si Sempronius. eo. tit. & firmat Pau. Castr. cons. xxxv. in ij. volum. in nouissimis. Si autem factum esset ab eod. legatum speciale duceretur aureorum intra biennium soluendum, non extingueretur per aliud subsequens generale, vt est tex. in l. alimenta. ff. Basilicæ. ff. de alimen. & c. leg. & tradit Barto. in consilio ix. in fin. maxime cum in sequis ducentis, non sufficienter pro alimentis, vt in li-

Conf. Andr. Alc.

mili per Abb. in ca. cum olim. de re iud. & facit, quod no- tat Barto. in l. cum centum. de adim. en. lega. vbi quae- do secundum legatum non continet tantundem praesumitur duplicatio. Quo ad secundum cum & vtrunque te- stator appelleret eum naturalem, alio non constituto, praesumitur naturalis, non autem spiritus, quia interim stan- dum est assertioni testatoris. gloss. c. Michael. de fil. pres- byt. facit l. si instituta. ff. j. vbi Fulgo. & Castren. de inoffi. testam. & quia & edictum de testamentis, & legatis per- missiuum est, vt cuiuslibet legare possimus, qui non reperitur expresse prohibitus. leg. verbis legis. ff. de verborum significat. & quia hoc modo minus delictum praesumi- tur. leg. merito. ff. pro soc. & quia & sit semper interpreta- tio, per quam actus sustineatur. leg. quoties. ij. C. de reb. dub. l. si pater. C. de haeredit. institut. & quia hanc consu- luit Bald. cons. cccclxvij. in ij. quaestio. in j. volum. & in alio casu fortiore idem Bal. cons. cccxij. in fin. in ij. Ludo. Sardus in tract. legitimat. vers. quia natis. & puto hoc verisimum in successione testamentaria, ab intestato vero aliter distinguendum esset. Cum igitur iste praesumatur naturalis, clarum est ei potuisse relinqui, & a pa- tre, qui non habebat uxorem, nec filios legitimos, & min- us magis ab extraneo. authent. licet. C. de nat. lib. Et sic apparet consilium Decii cccclxvj. non ob stare, quod est contra mentem Canon. in d. cap. cum non haberet. & quicquid sit, procedit in spiritio, non in naturali. Illud non omnino, non posse videri renuntiatum & dicto lega- to ducentorum aureorum, nisi probetur, quod d. Bapti- sta habuerit notitiam dicti legati: qui iuri, quod quis ignorat, & c. l. mater decedens. ff. de inoffic. test. & igno- rantia praesumitur. Et non fuerit sibi intimatum testa- mentum, & c.

CONSIL. CLIX. SVMMÆ.

- 1 Prohibitio testatoris, ne filius ante 25. annum diuidat, aut alienet, tenet respectu legitime.
- 2 Administrationis ratio, nisi dolosa remissibilis.
- 3 Remissio inuentarij a defuncto facta, & redditionis rationis valet.
- 4 Prohibitio testatoris quod filius absq. consensu, & voluntate Curatorum, non possit se nubere sub certa poena, non valet.
- 5 Fideicommissum defectu conditione corrumpere.
- 6 Fideicommissum pro re accipi.

Vnquid & prohibitio testatoris, ne filius ante annum xxv. diuidat, aut alienet, teneat respectu legitime: videretur quod sic, secundum cons. Pau. Cast. lxxxvij. in j. quod sequuntur do- ctiores in l. filius fam. ff. diui. de legat. j. ego tamen sentio contrarium, nisi probaretur imbecillitas intellectus istius minoris, cui pater voluerit consultum, vt dixi in l. cum proponas. j. C. de pact. In secundo dubio, an & indistincto prohibeatur hic filius petere rationem administrationis a patre, stante liberatione generali, & legato ei facto quatenus condempnaretur, & c. & puto valere legatum nisi tamen probaretur patrum dolo administrasse: quia tali legato non censeatur remissus dolus, quatenus iste ex eo lucrum faceret vt est tex. in l. quidam decedens. verb. damnum. ff. de ad- ministrat. tur. habentur per las. & alios, in l. actiones. C. de trans. vbi dixi. In tertio dubio, an & valeat remissio inue- tarij a defuncto facta, quod non teneatur facere ad aliquam administrationem reddendam, nec fieri possit inuenta- rium, de aliquibus bonis. Et videtur valere. l. f. C. arb. tut. gloss. l. tutores. verb. publicarum. C. de ad. tut. si ta- men iudex viderit magis expedire filio, vt inuentarium conficiatur, poterit adigere hunc administratorem, vt illud faciat. l. vtilitatem. l. in confirmando. ff. de confir- tut. & tradunt doct. in l. nemo potest. ff. de legat. j. maxi- me si subsint iudicia doli per supra dicta. In quarto du- bio, an valeat prohibitio testatoris, quod filius absque consensu, & voluntate infrascriptorum curatorum non possit se nubere sub certa poena, & c. respondeo quod non valet, quia istud tolleret libertatem matrimonij, vbi

Q a

est text. ubi Cyn. Imol. ceteri, not. in l. cum tale. §. rescri-
ptum. ff. de cond. & dem. maxime. ubi requiritur con-
sensus. ut per Fulin. c. ex parte secundo. de constit. In quin-
to dubio, verba fideicommissi sunt si decederet intesta-
tus, ut sine liberis quod d. Faustinus, & filij succedant in bonis re-
manentibus, & extraneis tempore mortis, &c. Quibus verbis
apparet liberam esse potestatem huic filio testandi arbi-
trio suo, & facto testamento, non deficiet conditio fidei-
commissi generaliter. in prin. C. de instit. & subst. si ve-
ro non fecerit testamentum, tunc locus erit fideicommissio,
deuotaxat in bonis extraneis, quia hæc verba significat
perinde ac si dixisset in bonis, quæ supererunt, quo casu
potest alienare, quantum velit dummodo relinquat quartam
fideicommissario auct. contra rogatus. C. ad Treb.
habetur in l. Titius. ff. Trebell. & ita mihi videtur: saluo
semper saniore iudicio.

CONSIL. CLX. SVMMÆ.

- 1. Filij legitimis, & naturalibus substitutum excludit.
- 2. In rebus corporalibus, non sufficit probatio possessionis, sed nec-
cessaria est etiam tituli.
- 3. Nominatio & tractatus solum probant, quasi possessionem si-
litationis, nec sufficit talis probatio in iudicio petitorio.
- 4. In dubio non est fauendum redemptoribus litium.

Mater cum substituerit t domino Hieronymo sub
condicione, si decederit sine filijs legitimis, & natu-
ralibus, videtur mihi quod ad excludendos sub-
stitutos necessaria sit probatio, quod ex forma statutum
quod reliquerit filios legitimos & naturales, tum quia
fauore fidei. committitur, lex præsumitur pro eod. l. ex facto.
§. si quis autem. ff. ad Trebel. ubi Alex. tum quia tali casu
tractatur de iudicio petitorio, ad eius decisionem, quo
casu non sufficit tractatus, nec nominatio patris, sed re-
quiritur conclusio probatio respectu matrimonij, &
legitimationis, secundum Bal. in cap. per tuas, de probat.
& in consil. clxxx. mortuo filio in iij. volum. mouetur ra-
tione, quia nos videmus in simili in rebus corporalib.
in quibus non sufficit probatio possessionis. Sed neces-
saria est etiam tituli. l. circa. ff. de prob. clarum autem est,
quod t nominatio, & tractatus solum probant, quasi pos-
sessionem silitationis, & ideo hoc non sufficit in iudicio
petitorio, ut tenet Bar. in l. non nudis. in lectu. a qua. C. de
prob. vbi Cyn. & Bald. idem dicunt, sequitur Ias. in l. ne-
que professio. C. de testam. idem etiam tenent Pet. Cyn.
Bald. Alb. Sal. in l. non ignorat. C. qui acc. non poss. Petr.
& Cyn. in l. j. C. vbi cau. stat. & ista est verior, & com. o-
pin. ut ostendi in tractatu præsumptionum in tertia par-
te. reg. xxxviiij. In quam sententiam debet inclinare ma-
gnifici iudices, attentis probationibus facti, quod esset
ipuria, & atenta possessione tot annorum, & quod in
dubio non est fauendum redemptoribus litium, sed po-
tius excellent. Philosopho qualis est dominus Branda
Potrus.

CONSIL. CLXI. SVMMÆ.

- 1. Qui omne dicit, nihil excludit.
- 2. Dicitio generalis, restringitur secundum subiectam materiam
& secundum mentem defuncti.
- 3. Mentem testatoris variè argui.
- 4. Legatum nihil aliud est, quam donatio quædam in testamento
facta.
- 5. Res prohibita alienari clerico, non potest illi legari.
- 6. Ab emphyteusi quis non cadit, nisi dominus velit.
- 7. In generali legato non censetur actum de bonis, quæ per aliena-
tionem faceret testatorem, incidere in penam.
- 8. Resolutio contractus censetur penam.
- 9. Cum valor fundi ad duplum excreuerit, satis grauis est pena si
eodem pretio ab aduersarijs recuperetur, quo venditus fuit
& tale interesse pena in iure appellatur.

Generaliter concepta legati verba, pro domino
Dionysio faciunt. Omnia bona mea immobilia,
qua habeo in territorijs monte Vegiorum, &c. vnde
satis comprehenditur fundus lxxx. pertica-

tum redemptus vigore statuti: quia, t qui omne dicit ni-
hil excludit. l. Julia. in prin. ff. de leg. iij. doct. in l. ser. elect.
§. si. de leg. j. & in l. post dotem. ff. sol. mar. In contrarium
pro schola hærede facit, quia illa t dicitio generalis, restrin-
gitur secundum subiectam materiam, & secundum me-
ntem defuncti. l. qui habebat. vbi Barto. de leg. iij. l. legata.
in fin. de sup. leg. l. obligatione. ff. de pign. mens t autem
testatoris colligitur ex plurib. Primò, quia legatum illud
restrinxit, ut non deberetur ante annum 1548. sed inter-
rim liberè, & sine impedimento possideretur per hære-
des, seu scholam: quæ verba non possunt verificari in hoc
fundo redempto, cuius vsum fructum reliquerat forori,
vnde manifestè mens ipsius ostenditur, quod tali legato
intelligebat deuotaxat de bonis, quorum vsum fructus hæ-
redi remanebat, vt in simili per Bald. in l. eam quam. C.
de fidei. ver. sed pone quidam. Secundò probatur ex alio
capite, quatenus dictum fundum redemptum forori le-
gavit quo ad vsum fructum, donec videret hoc adiecto,
q. dictum vsum fructum non teneretur capere de manu
in scriptorum hæredum, id est, consortium scholæ, nam
si comprehensus fuisset in legato Dionysij, debuisset hoc
ipsi tanquam proprietario imminere, non autem hære-
dibus, vnde arguitur satis aperta mens testatoris. argu. l.
Proculus. ff. de vlti. uct. & quod ibi not. Bald. & Raph.
Com. consil. cxx. Barb. consil. lxxiiij. in ij. Tertio præbatur,
quia testator prohibuit Dionysio alienationem bonorū
ipsi relictorum cum protestatione, quod volebat perpe-
tuo remanere in familia, quæ protestatio verificari non
poterat in isto fundo redempto, quod ex forma statutum
potuisset iterum recuperari, quia alienatus intra decen-
nium, secundum facultatem à statuto promissam, quod
verbum alienationis in statuto positum, comprehendit
etiam legatum, sicut quamlibet donationem, cum t le-
gatum nihil aliud sit, quàm donatio quædam in testamen-
to facta. l. si. C. de reb. alien. vnde t res prohibita alienari
clerico, non potest illi legari secundum magis communè
opin. de qua per Ias. in l. si au. §. C. de iure iuris. Alex.
cxx. in j. lxxxix. in iij. doct. in l. ita quis promiserat. §. ex
lege. ff. de verborum oblig. & facit text. in l. magis puto.
§. fundum. ff. de reb. eorum. Et licet vindictores vbi non
sint tali iure, tamen satis est, quod potuerint vti ad decla-
randum mentem testantis, quod de illis bonis, non intel-
lexisset, secundum Barto. d. §. in futuro, qui loquitur in
emphyteusi à qua non cadit, quis nisi dominus velit. glo.
l. §. si ag. vectig. Quarto probatur, quia t in generali
legato non censetur actum de bonis, quæ per talem alie-
nationem faceret testatorem incidere in penam, vt per
Bar. in l. edicillis. §. in futuro. de leg. iij. per Raph. Com.
consil. vltimo. in si. per Alex. consil. xvij. in ij. & clxviij. eod.
vol. & consil. ij. in iij. Sed in casu nostro per legatum talis
fundi testator incidisset in penam: quia resolutus fuisset
contractus, quæ t resolutio censetur penam. l. senatus. ff.
de contrah. empr. maxime t cum valor fundi excreuerit
ad duplum, vnde satis grauis fuisset pena, si eodem pre-
tio fuisset ab aduersarijs recuperatus, tale enim interesse
pena in iure appellatur. l. nouissima. ff. iud. sol. l. j. §. si
plures. ff. de eo per quem fact. Bart. l. cum stipulatus sim
à Proculo. ff. de verbor. oblig. Et ita mihi videtur: saluo
semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXII. SVMMÆ.

- 1. Vna pars testamenti aliam declarat.
- 2. Dicitio proximiores, tam masculos, quam feminas ex sui pro-
prietate comprehendit, nec est facile recedendum à pro-
prietate sermone.
- 3. Descendentes à spurjis, vel naturalibus, non veniunt in fidei-
commissio relicto casate.

Ira aliud dubium quod proponitur, nunquid
Malgiauelli Ferrarienses possint prætere
ius aliquod fideicommissi ex testamento præ-
fati domini Srenzelai, conclusus loquendo
dico, quod non: quia verba testamenti non vocant illos
de casata de Malgiauelli, vnde canq; sunt, nisi sub condi-
tione

tionem post finitam lineam masculinam, & donec proxi-
miores in gradu non super sint: q. non est in casu nostro:
cū super sint proximiores filiorum, videlicet, proneptis,
& etiam soror, de quibus supra. Nec hic refert disputare
an proximiores testatoris, an hæredis grauari, attendatur
cum vtroq; modo isti Malgiauelli sint exclusi. Nec dica-
tur quod testator qui finitam lineam masculinam vocat proxi-
miores in gradu debet intelligi de masculis proximiori-
bus, non autem de feminis: quia vna t pars testamenti
aliam declarat. l. si seruus pluri. ff. de leg. j. Nam respon-
deo, quod imò cōtrarium est verius: cum enim testator
simpliciter proximiores vocauerit, quæ t dicitio ex sui pro-
prietate tam masculos, quam feminas comprehendit,
non est facile à proprietate sermone recedendum. l. nō
aliter. de leg. iij. maxime cum in casu nostro sequeretur
absurditas, quod testator præferret istos Malgiauellos extra-
neos proximioribus descendens suis, contra l. cū auus. de
eod. & demō. si enim in hac substitutione proximio-
rum voluisset distinguere masculos à feminis, vtique te-
stator hoc sciuisset facere, sicut fecit in prima institutio-
ne, quod cum non fecerit, satis apparet, vt etiam feminæ
istis extraneis præferentur. argum. l. vnica. §. si autem
ad deficientis. C. de caduc. tollen. & ita in simili casu per
supra scriptam rationem consuluit Petrus de Ancharan.
consil. cxx. pro clario. circa finem. & Io. de Anan. consil.
xx. ad probandum. Ias. in l. qui filibus. in j. not. de lega. j.
Alex. consil. xxxviiij. in vj. volum. & consil. xvij. in vj. Lu-
dovic. Bologni. inter consilia Alexan. consil. xlix. in iij. &
sic respondetur ad illam rationem, quod vna pars testa-
menti declarat aliam, & hoc enim procederet, quando
testator vsum esset aliqua dictione repetitiua, puta proxi-
miores, secundum supra scripta, vel dicitur proximiores, prout in
casu in quo consuluit Abbas in consil. xxxvi. in j. volum.
& abas declarauit in l. Herennius. ff. de verb. signifi. Nou-
omittit etiam, q. cum testator vocet istos de casata Mal-
giauellorum vnde quaq; sint in stirpes, & non in capita,
quod ex ista familia sunt multæ domus, & in ciuitatib.
Italiae, & Auenionæ, & in prouincia nō possent isti Mal-
giauelli Ferrarienses petere, nisi pro sua virili: cū à prin-
cipio facta dicitio, pro rata ratione stirpium, vt habe-
tur in l. planè. §. si conium stum. ff. de leg. & fideicom. pri-
mo. & quælibet stirps censetur æqualiter vocata promi-
scuè, & in obscurato gradu, & habetur per doctores in l.
si cognatis ff. de reb. dub. Paulus Cast. consil. cccxxxiiij.
notandum in primo. dum tamen non t descendentes à
spurjis, vel naturalibus: quia tales non veniunt in fidei-
commissio relicto casate, secundum Bartolum, Baldum
& alios in l. fina. C. de verbo. signifi. de quo etiam per Bal.
in l. Peto. §. fratre. ff. de lega. & fideicom. secundo. per
Laurent. de Fano. in §. ceteram. in sit. de legitima agna.
succes. cum similibus, & sic pars istorum reduceretur ad
quid minimum, etiam si fouerent bonam causam: cum
tamen, (vt dixi) nullum ius possint prætere. Et ita
mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXIII. SVMMÆ.

- 1. In testamentis seu heredum institutionibus ad tria tempora
attendimus, testamenti conditi, mortis, & aditionis.
- 2. Qui tempore mortis non est capax, quia non viuuit, non potest
admitti.
- 3. Institutio hæredis, non potest in diem suspendi.
- 4. Testator non potest habere hæredem pro parte, & pro parte nō.
- 5. Quoties persona instituta tempore mortis testatoris, non est in
verum natura, institutio efficitur caduca, & ius applicatur
eod. hæredi, qui ipse in verum natura sit.
- 6. Vox in stirpes explanatur.

Sim in sententia, in qua d. Consultor per ratio-
nes in consilio allegatas, quæ tamen procedit
in legatis, & fideicommissis, sed nostra questio
in institutionibus, in qua multò magis est dicen-
dum non admitti filios fratrum, qui adhuc tempore mor-
tis testatoris nati non erant. In t testamentis enim seu hæ-

redum institutionibus ad tria tempora attendimus testa-
menti conditi, mortis, & aditionis. l. si alienum. §. in ex-
traneis. ff. de hæred. instit. & t qui tempore mortis non
est capax, quia non viuuit non potest admitti, vt ibi habe-
tur, & per doct. §. in extraneis. inst. de hæred. qual. & dif-
feren. facit, quia institutio hæredis t non potest in diem sus-
pendi. Sed si diceremus istos admitti, suspenderetur, quia
illi qui nati essent, non essent hæredes, nisi pro parte sua,
alii verò expectarentur, vt habetur in gl. l. ij. ff. si pars hæ-
red. pet. per Bar. in l. plenè, §. si conium stum. de leg. j. & in-
terim t testator haberet pro parte hæredè, pro parte non,
q. est impossibile, secundum regulas iuris, vt declarat Bar.
in l. hæreditas ex die. ff. de hæred. instit. & licet testator
posset hoc facere dato coherede sub conditione expres-
sa, vt ibi per Bar. hoc est verum propter conditione, quæ
retrotrahitur: & facit, vt nullo tempore videatur testa-
tor pro parte testatus, secus est quando conditio expres-
sa non est, prout in casu nostro: & declarat ibi Bartol. Ad-
idem facit regula posita in l. vnica. §. cū igitur. C. de cad.
tollend. vbi t quoties persona instituta tempore mortis
testatoris, non est in rerum natura, in institutio efficitur ca-
duda, & ius applicatur coheredi, qui ipse in rerum natu-
ra sit, vt dicit Io. And. in add. Spectu. in sub. de testam. ver-
ficitem Lambertinus. & ita etiam allegatur consuluisse
Bar. in quodam consilio, quod non extat incipiente, Bo-
nauentura fecit testamentum, quod referit & sequitur
tur omnes Mod. videlicet Ias. d. l. qui filibus. Socin. d. l. si
cognatis. vtricti. quarta conclusio Dec. consil. xcvi. cum
concord. & est in dubitata conclusio, & ab omnibus ap-
probata. Solum facit difficultatem, quod testator condi-
tionaliter loquendo potuit istos vocare, nec tunc atten-
deretur ad tempus mortis, sed ad tempus enuentis
condicionis. l. si sub conditione. ff. de lib. & posthum. l. in
tempus. de hæred. instit. l. interuenit. de leg. præstan. vi-
deretur autem vocasse per illam dictionem, in stirpes, quæ
est collectiua, & declarat non haberi esse respectum ad
personas particulares, sed ad stirpem potius, prout in si-
mili dicit Soc. d. l. si cognatis. quando testator habuit re-
spectum ad plures gradus, vel loquutus esset de posthu-
mis, vt per eum. Sed respondeo, quod argumētum pro-
cederet, si testator instituisset stirpem fratrum, sed verba
aliter cōcepta sunt, nempe filios, & licet subiciat in stir-
pes, non in capita, ista concernunt t non substantia in-
stitutionis, sed modum, id est, diuisionem, secundum
quam admittendi sunt. l. ij. C. de suis, & legit. & ideo in-
distinguit approbo supra scriptam conclusionem domini
consulentis. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXIII. SVMMÆ.

- 1. Auth. res que. Communia. de leg. explic. & restringit.
- 2. Concepti post mortem testatoris sunt illi extranei.
- 3. Quotiesunque lex loquitur cum aliqua qualitate nunquid
habet locum nisi in his in quibus illa qualitas verificari
potest.
- 4. §. Quamobrem. de restit. & ea que par. sensus.

Vnquid t auth. res. quæ. C. communia. de leg. a
per quam deducitur de fideicommissio dos da-
ta filie, habet locum etiam in descendensibus
conceptis post mortem fideicommittentis? &
si sunt concepti ante mortem casus nō haberet difficul-
tatem: quia hoc tenent omnes in d. auth. res quæ. & est
casus in nouella. in titu. de restit. auth. vbi expressè di-
spositio illa ampliatur, nō solum in filiis, sed etiam in ne-
potibus, & pronepotibus. Et breuiter agēdo, puto dictā
auth. non procedere in tali casu. Primò tales t concepti
post mortem testatoris sunt extranei illi. l. Titius. ff. de suis,
& legit. vnde non est credendum illis deberi dotem: cum
nec hæreditas, & consequēter, neq; legitima debeatur, vt
ibi dicitur. Secundò, quia ratio dictæ auth. cessat: videtur
enim in eo esse fundata: quia omnino pater seu testator
fuisse obligatus eas dotare, vt dicit ibi Ias. post Paul. de
Cast. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. & in
Q. 9. 2

confi. xiiij. quia per suprascriptam eximium, sed conceptas post mortem sua non fuisset obligatus dotare: quia extraneus, &c. Tertia text. in d. auth. vult, vt si legitima non sufficiat, possit fideicommissum diminui: & sic loquitur in his, qui habent ius deducendae legitimae, quod non est in conceptis post mortem, & quotiescumque; lex loquitur cum aliqua qualitate nunquam habet locum, nisi in his, in quibus illa qualitas verificari potest. glo. in l. mancipia. in verb. vocandum. vbi Iac. Butt. Pau. Cast. C. de seru. fugit. & in pulchro casu per Are. consil. clviij. copiosa. Socin. consil. cxix. in iij. Soc. in l. j. §. si quis cccc. ff. ad Treb. B. Quarto quia text. in §. quam obrem. in §. auth. de restit. & ea, quae parit. precise loquitur in filia, & sic in ea persona, quae post mortem testatoris non est concepta, vt apparet in versu rursus aut vnde ille text. tollens spem fideicommissi à iure approbatam in praedictum tertii, debet intelligi in terminis suis, non aut extendi ad conceptos post mortem, in quibus non est tanta ratio. Quinto, quia alias per indirectionem extingueretur fideicommissa, ex quo per dotes descendendum sigillarim possent diminui, quod est absurdum, & contra sensum naturalem. Sexto, quia non reperio aliquem expressè contradicentem huic opinioni, sed è conuerso habet multos hoc tenentes, & in primis non tenet Bald. in lectu. antiqua. in iij. q. & Cor. in d. auth. res. quae idem sentit sibi in i. limit. in §. vbi dicit quod illa auth. non haberet locum, quando neptis institueretur ab auctore: quia in eo non est obligatio dotandi, & idem sentit in casu fortiori, in v. limitatione, post Ang. in dicta auth. de restit. & ea quae parit. vbi per illum text. in verb. iam hoc. & in §. hoc igitur. tenet quod in casu illius text. requiritur quod obligatio sit causata in vita patris fideicommittentis, licet hoc vltimum habeat in se maiorem difficultatem. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXV. SVMMAE.

- 1. Vocati à testatore grauari possunt.
- 2. Fideicommissum sub duabus conditionibus relictum, altera, quia de iure vel facto impossibilis sit, deficiente, ex altera suscipitur.

Res verba, & mens testatoris in casu nostro clarissima sunt pro fideicommissio, dum in eo dicitur. Et si contingeret aliquem, seu aliquos ex dictis eius filijs seu dictorum eius filiorum liberos quando cunctis decederet, obsequijs suis legitimis, & naturalibus, tunc, & eo casu superuientibus eiusdem testatoris filios, & dictorum eiusdem testatoris filiorum, tunc non superuientium liberos in stirpes, & non in capita eiusdem sic, vt praedicitur morientibus. Substitutio vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & omni alio meliore modo iure, via, causa & forma, quibus magis & melius potest, &c. modo decedit Nicolaus nepos testatoris absque filiis, superstitite Hercule nepote eiusdem testatoris ex alio filio qui expressè vocatus est, vt apparet ex suprascriptis verbis, quatenus substituit non superuientium liberos filijs, seu dictorum eius filiorum liberis. Et certe non potest negari, quin verba sint clara. Non obstat, quod isti liberi filiorum, non sint à testatore vocati, vnde & grauari non potuerunt. l. sed & si sic. ff. de leg. v. l. ab eo. C. de fideicom. & consequenter fideicommissum est nullum, vt tradit late post alios Iac. in l. Centurio. nu. 17. ff. de vulg. respon. de hoc possit vt cumq; procedere, quando onus fideicommissi esset iniunctum solis liberis non vocatis, sed in casu nostro est iniunctum mixtum vtriusque; tam filiis vocatis, quam eorum liberis per illa verba, *Eisdem sic, vt praedicitur, morientibus substituit, &c.* si enim sequamur opin. Barto. in d. l. Centurio. quam seu canonizatam Mod. omnes probant, vt dicit Soci. in l. cum filio. de legat. j. vt istos liberos etiam vocatis dicamus, ex quo eos grauauit arg. l. Titia. ij. de lib. de leg. ij. l. denique. §. interdum. de pecul. leg. tunc res non habet dubium, quod si contrariam sententiam approbemus, quod isti non censentur vocati, adhuc fideicommissum saltem ab insti-

tuto, debetur tanquam Passus sit grauatus sub duplici conditione si ipse decederet, & filius suus Nicolaus sine filiis decederet, secundum Bart. d. l. sed & si sic cuius opi. est receptior secundum Alex. consil. xiiij. in iij. lxxiij. in v. Cur. Iun. lxxvij. cum concord. fideicommissum enim sub duabus conditionibus relictum altera, quia de iure, vel facto impossibilis sit deficiente, ex altera sustinetur. l. j. ff. de condition. leg. duob. de test. tut. l. si duobus. §. j. vbi doctor. de leg. j. Bar. consil. ccxj. quidam sibi, maximè, stante clausula omni meliore modo, de qua per Alex. consil. exij. in iij. Pau. Castren. cccxl. super puncto, quo quaeritur in j. parte. Mode. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obl. quae sola ratio sufficeret in praesenti casu ad sustinendum fideicommissum, & ita ego semper tenui quater legendo. in d. l. Centurio. & Mod. etiam tenuerunt Ruyn. Lancel. Gal. hual. Polit. Rip. Et ideo requisitus de subscriptione, facile transij in sententiam dominorum consuletium pro hac parte. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXVI. SVMMAE.

- 1. Praeteritione filiarum, quamuis foeminarum, testamentum in ipso iure infirmatur.
- 2. Statuta recipiunt interpretationem à iure communi, vt minus corrigant, quam fieri possit.
- 3. Verbum legandi non proprie pertinet ad institutiones, nisi scriptum esset, legare omni meliore modo.
- 4. Legitime & Trebellianica ius diuersum.
- 5. Dos data per Patrem filibus in legitimam imputari debet.
- 6. A communi opinione in iudicando non est recedendum.

Racet mihi conclusio suprascripti domini consultiors tanquam fratris honorandi. Quia procedit, secundum terminos veros, & communes conclusiones iuris. Constat enim praeteritione filiarum, quamuis foeminarum testamentum in ipso iure infirmari, §. nostra vero. instit. de exhaered. libe. Nec obstat allegata statuta Imolae, excludentia foeminas à successione parentum: quia loquuntur existentibus filijs masculis, & in fauorem lineae masculorum, vt eleganter in consilio est dictum, & talia statuta recipiunt interpretationem à iure communi, vt minus corrigant, quam fieri possit. l. ij. C. de noxa. & multa similia adduxa de verb. sign. l. j. Non obstat, legatum factum istis filiabus in testamento paterno: quia propter hoc non ideo minus dicitur praeterita, vt declarat Bar. in auth. ex causa. C. de lib. praeterit. in l. filio praeterito. ff. de iniust. rupt. quia §. aliud quoque. in auth. vt cum de appella. Bart. liis verbis. de haered. inst. Alex. & Mod. l. humanitatis. C. de impub. nisi scriptum esset, legare omni meliore modo, &c. subaudiatur enim etiam iure institutionis propter vim dictae clausulae, secundum Alex. consil. exij. in iij. Cor. lxx. in ij. Non obstat etiam clausula codicillaris, per quam censentur venientes ab intestato grauati restitueret haeredi scripto secundum doct. Barto. in l. j. in v. q. ff. de iur. cod. quia esto, quod hoc sit verum tramen salua debet esse legitima iure naturae debita, ipsis filiabus licet aliud sit in Trebellianica cum censentur pure rogatae iuxta l. Papianianus, §. meminisse. vbi Barto. ff. de inoff. testam. & per doctores in l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pupill. Nunquid verò dos data per patrem iis filiabus debeat in legitimam imputari? res non habet difficultatem, quantum sit ad ipsas filias, quae fuerunt superstites patri, tenentur enim ad impudandum. l. quoniam nota. C. de inoff. testa. Sed difficultas est respectu d. Lucretiae, quae videtur praedeceffisse relictis filiis, nūquid istis nepotibus, dos materna sit imputanda in legitima bonorum auii & communis conclusio est quod non, quando dos fuit stipulata restitui matri, aut eius haeredibus. tunc enim videtur hanc à matre, non ab auctore, cuius respectu censetur dos aduentitia, secundum Bart. in l. post dotem. q. v. ad fin. ff. solu. matr. Et ita est t. comm. opin. quae in iudicio non videtur recedendum, vt attestatur Alex. & post eum alii in l. i.

in l. illam. C. de coll. Et licet Bald. & Corn. in d. l. illam. & Alex. consil. cxlij. in ij. distinxerint vt si nepotes concurrant cum matertera, tunc teneantur imputare: quia in gradum matris succedunt, tamen Pau. Cast. ibi hoc non probat, quando succedunt tanquam haeredes matris, & ideo tatius est communem opinionem simpliciter sequi, vt tali casu non sit locus imputationi. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXVII. SVMMAE.

- 1. Verbum nominauit, intelligitur per sonum vocis, non autem per nutum.
- 2. In testamento inter liberos, non sufficit institutio per nutum.
- 3. Per contradictionem vnius testis instrumentalis vacillat fides instrumenti.
- 4. In testamento inter liberos, non est necessarius numerus septem testium.
- 5. §. ex imperfecto in l. hac consultijsima. C. de testa. resring.
- 6. Exclusio est odiosa.

Domini Leonardi de Crofisi, in causa testamenti in quo instituitur caeteris filiis, quid minimum reliquit do. Ludouico, videtur mihi secundum veras, & communes conclusiones tale testamentum non posse sustineri, qui cum in eo dicatur, quod nominauit dictos filios haeredes. Quod verbum nominauit intelligitur per sonum vocis, non autem per nutum. leg. iubemus. C. de testa. vbi doctores concludunt, quod nec in testamento quidem inter liberos sufficit institutio nutu facta arg. l. in fraudem. §. j. cum glo. ff. de testam. mil. firmat Bald. & Paul. de Castr. in l. & in epistola. C. de fideicom. Angel. Corn. caeteri. in d. l. iubemus. vnde cum Leonardus Agnelinus testis instrumentarius, & necessarius pro testimonio dixerit, quod testator annuebat capite, non autem loquutus est, quod ipse audierit, & apparet talem testem contradicere instrumento: & ideo vacillat fides instrumenti. l. §. si si. quem ad. test. aper. quia instrumentum remanet absque debita solemnitate: non enim habet septem testes, sed sex tantum, ex quo ista sepius contradicit, & negat factam nominationem, sed taceat duntaxat de nutu, & ista est communis opinio post Bart. in d. l. §. si quis neget. & tradit Felin. in c. cum Ioanne de fid. instr. vers. si autem diceret solus. Nec obstat, quod alii testes ad sint pro instrumento, quia non sunt in numero sufficienti, cum pro testamento non sint septem, & quod dicitur sustineri instrumentum, quado impugnantes non excedunt numerum coadiuantium, de quo per Ang. & Imo. in d. §. si quis neget. intelligitur dum modo semper necessarius numerus subit pro instrumentum, vt per Alex. consil. xvij. in ij. Lanfranc. reper. c. quoniam contra. verb. instrumentorum productiones. vel contradicens sit conuictus per alios duos testes secundum Bart. in d. §. si quis neget. vt quia in casu nostro esset probatum per alios duos testes, quod imo testator esset loquutus, illi enim duo conuincerent contradictionem istius Leonardi, & coniungerentur cum sex instrumentariis. Non obstat, quod dictus testis simpliciter non contradicat, sed subiciat, quod lingua non exprimeret, quod ipse testis nunquam audierit, nam respondeo istud sufficere ad impugnationem instrumenti, secundum Bar. in l. coram. de verb. signif. & Praet. Pap. in forma opponendi contra instrumenta. verb. dignoscitur. in fin. & facit ratio, quia notarius eos apponendo in testes satis attestatur, quod fuerint praesentes, & intelligentes verba testatoris: vnde si vnus neget contradicit instrumentum quicquid dixerit Dec. consil. cx. cuius dictum potest esse verum in teste non necessario, nec instrumentario, quod non est in casu nostro & ita etiam sentit Bal. in l. j. in prin. C. de ser. quae sine cert. quant. quem refert & sequitur Felin. d. cap. cum Ioannes. nu. liij. Soci. consil. cxlij. Non obstat, quod hic tractetur de testamento inter liberos, in quo non videtur necessaria solennitas tot testium. l. hac consultijsima. §. ex imperfecto. C. de testa. l. fin. C. fa-

mil. ercisc. quia istud procederet, quando non tractaretur de exclusionem vnus: quia talis exclusio est odiosa, & requirit integram solennitatem, vt consultijs Rom. consil. cccxxxv. & cccxxx. Soc. cōsi. v. in fi. in iij. Dec. cv. cccxlx. & etiam est de mente Raph. Comen. l. si filius, qui in potestate. ff. de lib. & posth. quem refert, & sequitur Alex. in d. l. hac consultijsima: §. si quis autem. Et licet in hoc aliqui contradicant, tamen hanc opinionem ego soleo sequi, quando appareret quod pater testator elegit viam priuatae scripturae, & nude voluntatis, posset contraria opinio defendi, & ita loquitur text. in d. l. C. fam. ercisc. & in auth. de testam. imperf. in princ. facit regula. l. si mulier. §. si si. quod metus causa. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXVIII. SVMMAE.

- 1. Fideicommissum variè inefficax fieri.
- 2. Protestatio defectu consensus nulla.
- 3. Bona emphyteutica non possunt transferri per simplicem confessionem, sed requiritur consensus domini, & solutio Laudemij.
- 4. Causa fideicommissi non impedit restitutionem dotis.

Restitutionis dotis in causa de qua agitur principalis est difficultas resoluenda. Quia ista bona videtur subiecta esse fideicommissio ex testamento Com. Io. San. confirmato per literas ducales, derogantes etiam iuri legitimae, secundum naturam debita, vt in eo diffusius continetur ad quam expositionem respondeo duobus modis. Primo quod imo haec bona non incidunt in causam fideicommissi, cum de eis non Comes Ioan. testator, sed eius vxori do. Cleophe fuerit inuestita. Et licet Comes Io. in testamento protestetur, quod vxor fuerit inuestita loco ipsius, & quod dicta bona verè ad se pertineant, tamen talis protestatio non videtur nocere ex quo non apparet, quod vxor ipsa consenserit, huiusmodi protestationi. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & quod habetur in l. multum interet. C. si quis all. vel sibi maximè hoc dicendum in bonis emphyteuticis, quae non possunt transferri per simplicem confessionem, sed requiritur consensus domini, & solutio Laudemij. l. si. C. de iur. emphyt. vnde cum sumus in materia non dependente à libera voluntate, non statur tali confessioni. l. qui testamentum. de prob. Fortius dico, quod cum haec bona sint translata per transactionem, inita cum do. Cleophe, quae super eis habebat etiam iura totalia, videtur esse sublata causa fideicommissi, vt bona censentur possideri ex causa transactionis, non autem ex antiquis titulis, iuxta l. iij. in princ. ff. ad leg. Falc. vt text. in c. j. extra. de transact. Rursum respondeo quod causa fideicommissi non impedit restitutionem dotis, iuxta text. in auth. res. quae. C. communitia. de leg. quae lex habet locum, & in fideicommissio, & in expressa prohibitionis alienationis, secundum communem opin. doctorem ibi. Et quamuis literae ducales dent liberam facultatem testandi, etiam in praedictum legitimae ipsi testatori, tamen non impediunt, quin fideicommissum diminuat per restitutionem dotis cum hoc sit consentaneum menti testatoris, qui propagatione familiae suae vtiq; voluit quod filii, & nepotes sui duceret vxores, & consequenter eas possent reddere securas pro dote recepta. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. Et ita mihi videtur: saluo saniore iudicio.

CONSIL. CLXIX. SVMMAE.

- 1. Ineptitudo verborum non attenditur cum constat de mente testatoris.
- 2. Praeceptum prohibitionis nudum non valet.
- 3. A verbis non est recedendum.
- 4. Fideicommissum propter incertitudinem, in cuius fauorem factum sit vitatur, & non valet.
- 5. Filius cum sit prohibitus instituire extraneos haeredes, sequitur quod testator voluerit relinquere venientibus ab intestato.

N presentis quaestione videtur sorores Leandri fouere iustiorum causam. Et habent fundatam intentionem ex testamento, tam vigore prohibitionis alienationis, qua fideicommissi. Nec obstant, quia in contrarium adduci possunt. Et primo ineptitudo verborum, dum in testamento dicitur quod legat, & iudicat filio prohibitionem alienationis. Respondet deo q. hec ineptitudo verborum non attenditur cum, confiter de mente. Imperator vbi Bal. multa alleg. ff. de stat. homi. Secundo non obstat q. preceptum prohibitionis sit nudum, & ideo non valeat. l. filiusfam. ff. diu. ff. de leg. j. r. deo, est appareat esse factum, vti consuleretur, qui de facili prodesset, debet valere, argum. l. ij. C. de vlu cap. pro emp. & l. multi non nota. & q. ibi habetur per las. ff. de lib. & posth. imò teneret etiam respectu legitimæ. argum. not. per Bar. in l. cu ex filio in prin. ff. de vulg. & pup. Bal. & Sal. in l. filius matrem. C. de inoff. test. & in terminis, ita tenet Pau. Castren. lxxvij. in j. in nouissimis. alius est consilio cxxvj. visis omnib. idem etiam tenet d. Ambro. Opiz. & Ioan. de Monteferr. in repet. d. ff. diu. in iij. no. Quod autem sit facta in eius vitiatum apparet, quia testator vult ad eam in xxxij annorum non confidit de eius consilio, sed vult q. non possit alienare, nisi cum consensu tutorum, & curatorum: & ista causa est sufficiens ad sustinendam talem prohibitionem. arg. not. in l. quoties. C. de fidei. om. vbi Ang. Picus. in l. in quartam. ff. ad leg. Falc. Lanc. Gaulliau. in l. Centurio. de vulg. Ferrar. caue. xxx. Tertio non obstat q. talis prohibitio non debet trahi ad institutionem hæredis. argum. l. quædã ff. de acquir. dom. & videtur sentire Bart. in l. peto. ff. de leg. ij. in deo, quod in casu nostro sunt verba valde exuberantia, & importantia etiam vltimam voluntatem, præsertim dum dicitur, q. aliquo modo non possit translata, vt est gl. in l. quidam testamento. ff. de lib. Aretin. in l. Pantoni. ff. de acquir. hæred. Card. cons. cxxxv. Socin. cons. celi. quauis etiam simplex prohibitio hoc casu puto sufficeret. l. si ita quis. ff. de verb. obl. l. hæredibus. ff. de ma. ff. de leg. ij. verba enim hoc important, vnde t. ab eis non recedimus. l. non aliter. ff. de leg. ij. Quarto non obstat, quod in testamento dum dicitur q. fideicommissum, non apparet in cuius fauorem hoc faciat, & sic propter incertitudinem non videtur valere. lita stipulans magna. ff. de verb. obl. l. si domus. ff. de leg. j. respondet non est aliqua incertitudo: quia cum prohibicus sit filius in illis bonis instituire extraneos hæredes, sequitur q. voluerit testator relinquere venientibus ab intestato. l. peto. in prin. vers. idem dicemus. ff. de leg. ij. per Bal. cons. ccccxxvij. quidam Titius bastardus. in j. lib. non est autem dubium, quin poterit testator fideicommittere filio in fauorem venientium ab intestato. l. j. ff. pen. ff. de leg. ij. l. si Titio. ff. de leg. j. Non obstat consilium Alex. clv. in ij. quia ex superscriptis patet responsio & etiam reprobat per las. in d. ff. diu. in ij. lectu. nu. 139. & Ruyn. etiam ibi eum reprobat, & Crot. & cæteri Moder. per glo. in leg. quidam testamento. ff. de fid. lib. Aretin. Card. Soc. in locis supra allegatis.

CONSIL. CLXX. SVMMAE.

- 1 Fratibus prore succedi.
- 2 Spes fideicommissi conditionalis, non transmittitur ad hæredes.
- 3 Quis non potest accipere iuribus, que ignorat.
- 4 Pupillaris substitutio excludit matrem, etiam quoad legitimam.

Rogatus quid sentiam in casu proposito, circa primu quaesitum, quid iuris competat Gabriele super hæreditate auiæ paterne, & patris, & fratris vtriusq. coniuncti, qui decessit in pupillari ætate. Item alterius fratris ex parte patris? videamus singillatim de singulis, & in hæreditate auiæ dico, quod ex verbis fideicommissi filia admittuntur, & succedunt cuilibet ex fratribus suis decessentibus sine filiis, vt dicit Bar. in l. hæredes mei. ff. cum ita. ff. ad Trebel. & est communis opin. in substitutione fideicommissaria, licet in

pupillari secus secundum Alex. in l. pen. vers. cul. in fidei commissaria verò. C. de impub. & sic Gabriela succedet Antonio, & Andiberto iure fideicommissi, sed dixerimode: quia Andiberto succedat sola, sed Antonio succedat vnà cum Honorata seu eius filiis: nam præsupponitur in facto, quod ea viuente, perierit Antonius: licet post eius mortem decesserit Andiberto, vnde quod ad Andiberto filii non succedant: quia spes fideicommissi conditionalis, non transmittitur ad hæredes, vt est communis opin. in l. cum filio. ff. de leg. j. & in l. j. C. de his qui ante aper. tab. Est verum quod hæredes instituti ab Andiberto poterunt deducere legitimam iure nature, quar tam iure Trebellianicæ. c. Raynuius. extra, de testa. per las. in l. filium, quem habentem. C. famil. arcisc. ex quo non fuit expressè prohibita Trebellianica auiæ. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. in hereditate verò patris adhuc subest eodem modo fideicommissum, sed ex quo in ea habet cohæredem fratrem Reynaldum consilius est, quod Gabriela veniat ex fideicommissio auiæ. Nec obstat, si diceretur, quod ex quo acceptauit legatum, sibi factu in testamento paterno, videtur illud approbasse, stante illa clausula, quod nihil aliud possit petere super bonis suis, iuxta not. per Bar. in l. vt iusturandi. ff. si liberi. in fi. ff. de op. lib. Pau. Cast. consilio cxcij. super isto in ij. Alex. consilio cxxxij. in ij. quia non videtur quod ista clausula trahatur ad fideicommissum conditionalis, vt per Bar. in l. qui Romæ. ff. duo fratres. in v. & vj. quæst. ff. de verb. obl. & per Guid. deci. cxxxix. & quia illa verba de bonis suis non comprehendunt fideicommissum, que debetur tanquam aë alienum, arg. not. per Bar. in d. ff. si liberi. in fin. & per Alex. in l. si cum dotem. ff. si potest. vers. prædictis addo. ff. sol. mat. præterea in omnè casum potest allegare præsumptam ignorantiam illius fideicommissi. vt per Bar. in d. ff. duo fratres. vnde non potest dici renuntiasse di. eis iuribus. Circa secundum, an mater possit conlequi aliquid ex morte Antonii, concludo quod non: nam si mortuus esset ab intestato, ipsa vna cum Gabriela succedisset exclusis aliis: quia vtrunque coniuncti non erant. authen. defuncto. C. ad Tertul. sed mortuus est testatus: quia pater illi substituerat pupillariter, & t. pupillaris substitutio excludit matrem, etiam quo ad legitimam. c. si pater. de testa. in vj. Bart. in l. Papinia. ff. sed nec impuberis. ff. de inoff. testam. & hoc tenent omnes. Circa tertium dico resolutionem parere ex supradictis: quia liberi Honoratæ admittentur vnà cum Gabriela ad hæreditatem Antonii iure fideicommissi ex testamento auiæ, & in portione legitimæ, & Trebellianicæ in qua eius pater grauare non potuit, & in qua potuit substituere Antonio, admittentur iure pupillaris substitutionis exclusis filiis Honoratæ in bonis Andiberti, & hæredibus. Iacobini totum per supradicta. Et ita credo esse veritas: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXI. SVMMAE.

- 1 Fructus ex hereditate peruenti, non nisi ex causa debentur.
- 2 Balista ad Trebellianum declarat.
- 3 Pecunie appellatio etiam fructus continet.

Rogatus, vt nullo habito ad partes ipsas respectu, dicam quid sentiam, perinde ac si essent iudicaturus. Visa est mihi verior superscriptas consultatio, per iura, & rationes in ea scriptas. Et quia videtur huius quaestiones casus in l. cum quis. ff. mulier. ff. de dot. prælega. cum ibi no. per glo. doct. vbi quauis aliis illis verbis, quicquid ad se ex hæreditate peruenisset, restitueret, non tñ fructus percepti iudicio testatoris veniant in fideicommissum. l. quod his verbis. de leg. & fideic. ij. ramen secus est, qñ testator reliquit, addita causa, pro dote, vnde si causa addita non sit, sentiunt ibi omnes tales fructus liberos hæredi remanere: puto autem indubitanter in casu nostro vxorem à marito institutam, propter amorem coniugalem, non quia voluerit compensare: & ideo arbitror, tales fructus lu-

erifatos esse ipsi vxori. & sentit etiam Lud. Rom. sing. xxxvj. vbi alleg. illu. tex. in l. q. de bonis. ff. q. auus. ff. ad leg. Falc. vbi Pau. Cast. ibi, & in multis aliis locis tenuit semper contrariu per illum tex. quia faceret ad casum nostru, si testator grauasset hæ vxorem in d. dote, prout ibi auus grauauit nepotem in bonis propriis ipsius nepotis, & consequenter in credito ipsius nepotis, sed testator solu grauauit restituere integrã hæreditatẽ, & bona, & c. quæ verba nõ compræhédunt dotem vxoris, quæ non est in hæreditate, vel bonis testatoris, sed in suis. l. cedere. ff. aë alienu. ff. de verb. sign. sicut nec comprehendit, vt restituat fructus, quia t. balista. ff. ad senatus. Treb. procedit in alio casu ppter generalem significationem vsuq. quã acunq. pecunia, vt declarat Rip. & Mod. in d. l. in fideicommissaria, quia t. pecuniæ appellatio ita intelligit & Raph. Com. in l. cu pater. ff. Titio fratri. de leg. & fideic. ij. Et ita est mea sententia: saluo semper, & c.

CONSIL. CLXXII. SVMMAE.

- 1 Testator relinquens vxori domum cum supellestili, censetur fecisse legatum speciale, cuius speciei alienatione legatum extinguitur.
- 2 Subrogatum ex causis debent.
- 3 Redditus suos non alienos relinquit.
- 4 Dicitio redditus vniversalis, comprehendit etiam redditum, qui est tempore mortis, nec restringitur ad tempus testamenti.

Vm t. testator reliquerit vxori domum Mirandulæ cum supellestili, censetur fecisse legatum speciale, cuius speciei alienatione ipsum legatum extinguitur. l. fideicommissa. ff. si rem suam. de leg. & fideicom. ij. si tamen in casu nostro constaret per aliquas coniecturas, quod mens testatoris fuerit t. subrogare domu Ferrariensem, illa deberetur per text. in l. si licet. ff. Titia vxor. ff. de cod. & dem. & per ea que not. Bar. in l. si ita esset. ad finem. ver. pone. q. vir. ff. de auro & arg. leg. Maxianus eã alienario nõ videatur omninò voluntaria, sed ex quadã necessitate ne aleret milites, & staret in perpetuo tumultu, vt not. in d. ff. si rem. & sufficeret ad probandam hæ coniecturã etiam nõ solennis numerus testium per ea, que hñtur in l. hæredes. ff. sed & si notã. ff. de test. Socin. cons. xij. in iij. Circa secundum quaesitum est testator dicat se velle, quod vxor disponat de redditibus, & c. & quod illud quod reperitur, ipsa moriete pro reperto sit, & aliter turbari nõ possit intelligenda sunt hæc verba, vt aliquid operetur de t. redditibus testatoris, nõ de redditibus vxoris, vel reru ei restituarum, & cum t. dicitio redditus, sit vniversalis, comprehendit etiam redditu, qui erat tempore mortis, nec restringitur ad tempus testamenti. l. peculiu. ff. de leg. & fideic. ij. gl. l. quoties. ff. si. de vlsur. per Bart. in d. l. si ita esset. & in si. q. vlt. Foruu putarem tali casu sufficere, si mulier tempore mortis reseruaret quartam partẽ hæredi, & de reliquo disponeret tanquam de suo per authen. contra cum rogatus. C. ad Treb. & quæ ibi not. dea. & ex iis soluuntur cætera dubia.

CONSIL. CLXXIII. SVMMAE.

- 1 Reuocandi legati modus.
- 2 Subsecuta apprehensio, & possessio, declarat quod ante sit actum.
- 3 Si donatio esset inuicilis, tamen res sit tradita, & donator per miserit, vj. ad mortem rem illam per donatarium possideri, videtur morte confirmari.

Vm testator postquam legauit piæ causæ, deinde donauerit vniversa bona, si vltra progressus non fuisset, potuit probabiliter dubitari an censetur t. reuocare illud legatum, per l. libertis. ff. posth. ff. de alimen. & cib. leg. & que ponit las. in l. qui post. C. de legat. sed nos sumus in casu clariore, quia iste donator dictas res legatas tradidit donatario, qui eas perpetuo possedit, ita satis colligitur mens donantis, qd erat vt in donatione tales res continentur: vnde indubitanter sequitur reuocatum esse legatum, iuxta reg. l. rem.

leg. ff. de adim. leg. t. subsecuta enim apprehensio, & possessio declarat quod ante sit actum. l. Iulian. ff. proinde. ff. ad Mac. & quod habetur in l. j. ff. de except. rei iud. in l. ij. C. de acquir. poss. in l. quædam mulier. ff. de rei vend. & facit quia etiam t. si donatio esset inuicilis tamen res sit tradita, & donator promiserit vsque ad mortem rem illam per donatarium possideri, videtur morte confirmari. l. donationes quas. C. de donat. inter vir. l. ij. C. si quis alt. vel sibi gloss. in authen. ex test. C. de coll. vnde si talis possessio potest dictis casibus donationem nullam confirmare, multò magis istam validam declarabit, vt de dictis bonis intelligatur. Et ideo de subscriptione requisitus, non duxi detrectandum, Et hæc omnia: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXIII. SVMMAE.

- 1 Ius fideicommissi conditionalis in hæredes transmitti non posse.

Rocedit superscripta consultatio de plano secundum terminos notissimos iuris. Cum enim tempore euenientis conditionis fideicommissi iam decessisset, Albertus, & Philippus non potuerunt transmittere t. ius fideicommissi conditionalis in hæredes suos, sicut filios, sicut nepotes. l. vnica. ff. si in autem. C. de cad. toll. l. hæredes mei. ff. cum ita. ad Trebell. l. in causa. ij. ff. Pompon. ff. de min. vnde remansit Antonio filio Scipionis, qui tunc supererat, & qui erat re, & verbis coniunctus, secundum regul. d. ff. si in autem sub conditione. & ipse Antonius quia fuit superstes, conditione eueniente, transmittit in filios suos, secundum l. cog. ff. idem Mæcianus. ff. ad Trebel. & tradita per Barto. & doct. in l. cum filio. ad fi. ff. de leg. j. requiritur tam in casu nostro non solum, quod sint filii Antonii, sed etiam quod sint hæredes, propter illam iterationem positam in testamento, & filii, & hæredes eius æqualiter, & c. per doct. Bartol. in l. vt iustur. ff. si lib. ff. de op. lib. in l. ex facto. ff. in ad Trebell. quibus verbis etiam fuisse vocati singuli filii Scipionis in viriles portiones cum patris, si patru fuisse superstes, secundum l. interdum. vbi Imol. Raph. cæteri. ff. de hæredib. institu. & Petr. Bes. & las. in l. re coniuncti. ff. de legat. ij. & eleganter fuit conclusum per superscriptum dominum consultorem, cuius ius sententiam, ceu iuri consentaneam ego approbo. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXV. SVMMAE.

- 1 Testamentum non solenne ex causis valere.

Icer propter ægritudinem non sit mihi data facultas accuratius supra scriptas domini aduocati allegationes perpendere, tamen de sola subscriptione requisitus, non existimaui id esse detrectandum, tum quia superscripta conclusio magis conuenit voluntati testatoris, quæ totum facit in hac materia iuribus vulgaribus, etiam si ea voluntas solennis non sit. l. fin. de reb. eorum. facit quod not. in l. militis. ff. veter. de testam. mil. tum etiam quia constat de magna dilectione istius auunculi erga nepotem, & qualiter habebat eum tanquam filium, vnde sicut inter liberos t. vult lect testamentum imperfectum. l. hac consultis. C. de test. adeò vt sustineatur semper omni meliori modo, secundum gloss. in l. cohæredi. ff. cum filia. in gloss. vlt. vbi las. ff. de vulg. & pupill. ita etiam dicendum de isto coniuncto tanta amoris coniunctione, secundum Andr. Sicul. in l. cum acquirisimi. C. de fideicom. quem refert & sequitur las. in l. exigendi. C. de procur. tum etiam, quia cum iste frater non habet voluntatem defuncti non potest salua conscientia hanc hæreditatem retinere, sed debet ei restituere, pro quo stat voluntas testatoris, vt per Angel. in l. quidam. ff. illo. C. de necess. seruus. Cornel. consil. cxxix. in ij. vult. vnde contra eum in dubio iudicandum est, vt habetur in e. nouit. extra. de iud. per Pet. de Ancha.

c. poss. de reg. iur. in vj. igitur cum de sola subscriptione requisitus fuerim, transeo secundum supra scripta.

CONS. CLXXVI. SVMMAE.

Fideicommissi modus. L. Titia. s. Seia lib. ff. de leg. ij. explic.

Lacet mihi conclusio supra scripti domini consulentis per rationes suas. Et quia licet iudicium non modica dubitatio, quando substitutio post mortem omnium facta est in hereditate, vel tota, vel indiffinitè loquendo, an inductum sit reciprocè fide commissum, tamen in casu nostro res videtur clario propter prohibitionem alienationis factam ipsi insitit, ex qua satis aperte declaratur mens testatoris eos in vicem substituentis. Nec me mouet quod dicitur in motiuo clarissimi domini Prætoris, quod imo ista prohibito nihil facit, vt sentiunt doctores reprobantes glo. in d. l. Titia Seio. s. Seia lib. de leg. ij. nam quicquid dicitur isti doct. glo illa est communiter approbata, & rex ille manifestè hac opin. probat: quia aliter superflue posuisset iuriconsultus casum, quando prohibita est inuicem alienatio: & cum illa glo. ibi transeunt omnes veteres, qui sunt grauioris auctoritatis, quàm moderni: quia illam ibi in d. g. Seia lib. sequitur Oldr. Iac. Petr. Ruyn. Alb. Raph. & idem etiam tenet glo. in f. vel singulis. vbi Ang. sequitur in sitit. de pup. s. b. b. Bald. consilio c. in iij. in l. ab eo. C. de fideicommissis. sentit Alex. consil. xliij. in iij. Nec moderni contradicunt illi glossæ: quia licet verum sit, quod si substitutio facta esset vltimo decedenti, tamen hoc non sufficiebat, quia potuisset intelligi respectu portionis suæ. L. Lucius. vbi gl. j. ff. de leg. j. sed propter prohibitionem alienationis necessario intelligitur de vtraque, vt etiam alias tenui in l. vel singulis. ff. de vulg. & pupil. vnde idem etiam videtur in casu nostro, vt quatuor doctores dicant, quod substitutio post mortem omnium in domo facta non inducat fideicommissum reciprocum: quia potest quilibet grauatus intelligi in sua parte, tamen hoc non procedat stante prohibitionem alienationis, per illum textum, qui aliter intellectus multum violaretur, & superflua prohibito eius illius mentione faceret. qui quid dicit Soc. consilio lxx. in iij. quia vt dixi, doctores veteres ita tenuerunt, qui fuerant præstantiores Modernis pondere, numero, & matura, vt inquit Bal. in l. f. C. de edicto diui Adr. tollen. Et ideo concurro in sententiam domini consulentis. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXVII. SVMMAE.

- 1 In legitima nullum onus apponi potest.
2 In Trebellianica nullum onus apponi potest, præsertim in liberis primi gradus.
3 Legatarij semper sunt posteriores heredi, quantum sit respectu Trebellianice.
4 Legatarij nunquam tenentur heres, nisi de eo, quod habet vltra quartam.
5 Legatum ad pias causas, si locus sit legi Falcidie, defalcabitur per heredem, non per fideicommissarium.

Er Ioannes Franciscus grauatus fideicommissis, instituit heredem Amedeum, qui restituit fideicommissum reuocata legitima, & Trebellianica, & clarum est quod in legitima nullum onus apponi potest. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. test. in Trebellianica quoque idem est, præsertim in liberis primi gradus. l. iubeamus. in prin. C. ad senat. cons. Trebell. vbi Bald. & Corn. & Dec. consil. lxxxj. Et legatarij semper sunt posteriores heredi quantum sit respectu Trebellianice: quia nunquam heres tenetur legatariis, nisi de eo, q. habet vltra quartam, secundum Cyn. Sali. Pau. Fulg. Corn. in l. i. C. ad senat. cons. Trebell. alioquin prohiberetur deductio Trebellianice, quamuis non esset expressum a testatore, quod est contra text. in auth.

se l. eum testator. C. ad legem Falc. Et doctores tenentes, quod heres teneatur ad legata, non autem fideicommissum, loquuntur de eo, quod hæredi remanet supra quartam, & domini de Rota docent. q. quædam mulier: quæ alleg. Crau. consil. xvj. n. dicunt, quod heres de sua Trebellianica soluat legatum, sed quod in calculo hereditatis non ponitur illa summa, quæ nominatim relicta est ab herede ad augendum hereditatem, vt heres tantum ampliore Trebellianicam accipiat a fideicommissario, sed relinquitur extra calculum soluenda de hereditate, quatenus iam heres habeat suam quartam, & hoc in legato ad pias causas, quod non est defalcabile. Minusque hoc dicit Pau. Cast. in l. qui cecit. ff. ad senat. cons. Trebell. solum. quod si locus sit legi Falcidie, tale legatum defalcabitur, per heredem, non per fideicommissarium, quod indicat eum sentire, quod semper salua sit sua quarta hæredi. Et ideo concludo rectè per primum iudicem fuisse pronuntiatum, qui Amedeum heredem absoluit à petitis, cum nihil apud eum sit, quod grauari à Iacobo testatore poterit, & qui potuit totum restituere salua parte sua, cum esset in probabili ignorantia legati, & quod eius conditio euenisset. l. j. ff. h. stipulatio. ff. vt leg. nom. caueatur. Et hæc omnia: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXVIII. SVMMAE.

- 1 Hereditatis auferende causa.
2 Testari prohibentium pena, & eius probatio.
3 Agnati agentes ad interesse, non autem ad successionem, satis est si illud probent per duos testes.
4 Protestatio posterior quam facit testator, præualere debet.

Ominorum supra scriptorum conclusio placet mihi: cum satis probatum videatur veritum fuisse testatori sibi ipsi filiabus, & genero hereditibus institutis, quo inuidus reuocaret primum testamentum, & aliud conderet: vnde hereditas ab eis tanquam ab indignis est per fiscum auferenda, secundum l. j. ff. si quis aliquid test. prohib. & isti fratres de Vbertis, quibus factum est euideas damnum: cum eos esset testator instituturus, agent nihilominus aduersus dictas filias, & generum pro interesse suo, & consequenter duplum dampni passi iuxta text. in f. & hoc peruenit in auth. vt nul. iud. Bar. Bal. Iac. cæteros. in l. j. C. e. tit. & cum isti agnati agent ad interesse, non autem ad successionem, satis est, si illud probent per duos testes, secundum l. vbi numerus. ff. de testib. & quod in simili notat Socin. consil. xli. in iij. imò etiam per coniecturas, secundum not. per Bar. l. si id quod ex Pamphila. de leg. ij. probant autem ex pluribus testibus, qui dicunt, quod testator, nisi prohibitus fuisset, erat eos instituturus. probari etiam poterit ex scheda testatoris, ad quam cogi potest gener, vt exhibeat, seu edat propter æquitatem, quæ hoc casu iubeat. l. ij. ff. quem ad. testam. aper. verbo, imperfecta. Nec obstat declaratio testatoris, quod non fuerit prohibitus, & c. quia ex dictis testium apparet ab eo factam per nimiam importunitatem, & tædium filiarum ad finem, vt noceret fisco, nō vt noceret agnatis: q. ex dicto Dayni, & Ancillæ maximum probatur, quibus præsentibus posteroiorem protestationem fecit testator, quæ præualere debet. l. pacta nouissima. vbi omnes. C. de pact. quæ omnia paratus sum probare, vera esse secundum regulas iuris nostri, vbi Titium Venero, quo in loco bibliotheca est mea. In præsentia verò Mediolani ex negotio existens de sola subscriptione requisitus non duxi committendum, quin veritatis & iustitiæ testimonium ferrem. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXIX. SVMMAE.

- 1 Legatum qualitate impleta solui.
2 Lucrum tempore regulari.
3 Annui legati priuatio non trahitur ad ea, quorum dies iam venit.

Regula

Regularè est non secuto modo vili deberi, & præcepta restitui. A Qui partem non obseruant à toto cadunt.

Ogatus de sententia, concurro in sententiam supra scripti d. consultoris, cum tenim ad hoc, vt legatarius iste consequatur legatum, requiratur illa qualitas, quod sollicitè & fideliter administrauit, non censetur hoc fecisse, qui aduersarium, & riualem subornauerit, vt aliam apothecam in proximo constitueret, arg. l. medicus. ff. de ope. liber. & per Barr. in tractat. de insignibus & armis. Nunquid verò debeat consequi lucrum, si saltem pro tempore, quo deseruiuit, videtur quod sic, arg. l. Meua. in prin. vbi Bar. de ann. leg. & quia istud videtur, si annuū legatum, cuius priuatio non trahitur ad ea quorum dies iam venit. l. eum in annos. ff. eod. tit. cum similibus. In contrarium, quod restitui debeant hereditibus etiam fructus retro soluti, facit text. in auth. cui relicta. & gl. in l. f. G. de indit. vid. toll. Bald. l. Titius. ff. de excusa. tuto. & quia regulare est non secuto modo nihil deberi, & percepta restitui. l. cum filius. s. qui Mutianam. de leg. & fideic. ij. vbi Raph. Com. not. Nec obstat, quod censentur tot legata, quot anni, quia hoc procederet si loco alimentorum contemplatione legatarij id testator fecisset, sed verisimilis est fecisse contemplatione filiorum suorum heredum, idque propter qualitatem personarum. l. si cum præfinitione. l. firmio. ff. quando dies lega. ced. codicillis. de annu. leg. non autem propter legatum, & ideo idem dicemus in tali administratore, quod in tutore & curatore, quibus aliquid relicta sit, & qui non obseruantes partem cadunt à toto. l. etiam si partis. ff. de leg. & fideic. j. l. quid autem. in fine. vbi Bal. de excusa. tuto. quia in re sola de subscriptione requisitus amplius non insisto, Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXX. SVMMAE.

- 1 Legata donatario, quasi caduca non transmitti.
2 Donatio causa mortis facta Titio, & heredibus mortuo, viuente donatore Titio, tamen remanet heredibus.
3 Notarij stipulantis nomine heredum, intelligitur valere stipulatio, quatenus principalis acceptauerit.
4 Regulariter obligationes dandi transmittuntur ad heredem.
5 L. si quis Titio ff. de usufruct. accresc. declar.
6 Facilius transmittuntur contractus, quam legata.

Ecce consilium 62. placet mihi, quod de plano procederet, nisi verba legati, & stipulationis essent facta pro Antonio Maria, & eius filijs, & heredibus, vnde videretur, q. quamuis legatum esset, quasi caducum morte legatarij, tamen transmittatur ex mente testatoris propter illa verba, filijs & heredibus, vt sentit Bal. consil. xcij. super dictis. in secunda parte, per regulam. l. j. C. vt aet. ab hered. & contra hære. Facit quod not. Iac. & Dec. in l. nō omnis. ff. si cert. petat. in vbi donatio causa mortis facta Titio, & heredibus mortuo, viuente donatore Titio, tamè remanet heredibus. Sed tamen sequor sententiam Decii etiam hoc casu: quia mentio heredum videtur facta quatenus legatum vel donatio iam fuisset acquisita ipsi Anton. Maria: vt alias tenui in dicta l. nō omnis. & in simili tenet Bald. consil. eccxcj. in iij. Fulgo. consil. xvij. testator. & idem etiam sum sequutus in cap. cum contingat. numero cxxxix. extra. de iure iurand. Et hoc maxime est dicendum in casu nostro, in quo non testator ipse hoc dixit, sed legauit notario stipulanti nomine heredum, quæ stipulatio intelligitur quatenus principalis acceptauerit. l. eum qui ita. f. & Titium. ff. de verb. obli. vbi regularè hoc est, in obligationibus dandi, quæ transmittuntur ad heredem: secus si non transmitterentur vt usus fructus, & ita intelligitur textus in l. si quis Titio. ff. de usufruct. accrescen. quæ lex aliàs obstatet conclusioni nostræ, secundum Bal. consil. cvij. in primo dubio. in tertio volumine. Secundum quam legem in casu nostro filii facerent vnam partem,

& Antonius Mariae aliam, & Romanus aliam: vnde pars caduca Antonii Mariae non solis filijs accrescend. sed etiam Romanæ: sed tamen in effectu idem esset, facta calculo. Nec obstant relata per Iasonem & Dec. in dicta l. nō omnis. quia in casu suo propter adiectionem heredum donatio causa mortis tranfit in donationem inter viuos, vt ipsi dicunt & tradit Alexand. consil. xliij. in j. Soci. liij. in j. Sed in casu nostro hoc non est, imò remanet legatum, quamuis stipulatum per notarium in euentum conditionis, ideo non fit transmissio, si facilius enim contractus transmittuntur, quam legata. l. si cui. ff. de actio. & obligat. ff. ex conditionali. vbi gloss. instituit. de verb. oblig. Et hæc opinio mihi semper placuit, licet non careat dubio. Et ita transeo de simplici subscriptione requisitus, Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXXI. SVMMAE.

- 1 Fruges solo coherentes mobilium legato, non contineri.
2 Destinatio non videtur habenda pro re ipsa.
3 Fructus percepti augent hereditatem, & veniunt in fideicommissum, secus si sint pendentes, & colligantur ante aditam hereditatem.
4 Non iudicatur idem de destinatione, quod de re.
5 In materia legatorum fit interpretatio, vt quod minus est des beatur.
6 Ex vsu loquendi, nunquam fructus pendentes appellamus mobilia.
7 Appellatione semouentium, continentur animalia quæcumq.

Ac sunt verba testamenti, item & omnia bona mobilia, ac suppellectilia. & omnes, & quæcumq. mansurias ipsius testatoris reperia, & reperia tam in ciuitate, quam villa, & c. Primum quaeritur, quid de tritico, hordeo, blado coherentes fundo, & adhuc non collecto, & videtur contineri legato: quia speratur de proximo colligi, & quadam destinatione habetur pro re mobili, secundum Pau. Cast. consilio cxxxij. videtur dicendum, quod dictum frumentum in primo in nouiss. Quæ sententia videtur mihi minus vera: quia destinatio tali casu non videtur habenda pro re ipsa. l. fundi. ff. item. l. seq. de act. empt. l. liberorum. ff. sed nec cepti. de legat. iij. & quia videmus tales fructus perceptos augere hereditatem & venire in fideicommissum cum secus sit, si sint pendentes, & colligantur ante aditam hereditatem, vel post, vt in casu nostro, secundum Bartol. Alexand. in l. ita tamen. ff. ad Trob. ergo apparet non idem iudicari de destinatione, q. de re facit quod not. in l. si apes. ff. de fur. l. si fur. vbi Barto. de usufruct. & quia in materia legatorum fit interpretatio, vt quod minus est, debeatur. l. nam in de leg. iij. l. apud Iul. aliàs idem Iulianus. ff. scio. de leg. j. l. vnum ex familia. ff. si rem. de legat. secundo. & quia ex vsu loquendi nunquam fructus pendentes appellamus mobilia. Oldrad. consil. ccix. circa finem. Ioann. Andr. in Spec. de fruct. & interesse. ff. j. vers. sed pone. & istud mihi videtur verius quicquid dixerint aliqui Moderni. secundum Dec. consilio clxxij. Curt. lun. clxxxvij. Secundum quaeritur de tribus vaccis, & equo, & certum est venire appellacione semouentium, secundum Specul. & Ioann. Andr. loco supra allegato, seu quod idem est mobilium. l. morientium. de verborum significat. l. si. ff. de req. reis. Tertio quid de pipionibus, qui erant in columbario? & videtur accedere ipsi columbario, puram tamen pipiones, qui tunc erant sub matribus diuidendos, tanquam fructus, facit quod not. Card. Zab. consil. l. j. in vltimo dubio. Et hæc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXXII. SVMMAE.

- 1 Fideicommissi filius excludentis forma.

Transa

Ranseo in suprascripti domini consultiore sententiam: quia verba illa testamenti: *Et ita voluit, & mandavit ipse testator quod semper, & perpetuo eius bona vadant, & deueniant, de vno in alium de casata & agnatione, &c.* inducunt absolutum fideicommissum per quod feminae excluduntur: quia tanquam generalium declarant superius dicta, & quod illa conditio sine filijs intelligatur masculis, vt dicit Barto. in l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. iij. cum quo doct. transeunt, vt per Soc. consil. xliij. in iij. vol. Dec. consil. xxij. consilio clxxxij. Nam & licet alias magna fuerit controuersia doctorum, quando conditio illa, sine filijs intelligitur de masculis tantum, tamen in casu nostro videtur cessare difficultas, cum istae feminae, non sint ex descendibus testatoris, & appareat ex suprascripta clausula testamenti, quod testator voluit consulere agnationi, prout in simili consilij Iaf. consil. cxl. lib. ij. & consil. seq. Dec. consil. xv. clxxx. cccxcv. vbi valde notabiliter loquitur & Soc. inter consilia Fran. Curt. consilio xl. & subscripserunt Amb. Opiz. & Lanc. Dec. Et ita mihi videtur in casu nostro: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXXIII. SVMMAE.

- 1. Legatus rebus argentum non cedere.
- 2. Quoties lex vnam dicit, & aliud praesupponit, tale dictum non habet locum nisi concurrente praesupposito.
- 3. Valet argumentum de verbis legis, ad verba testatoris.

Vtrilis est suprascripta consultatio, pro qua facit etiam quia verba legati dicunt, quod legatarios, qui erant in camera, &c. quas vult, quod sint suae liberae, quia verbis satis videtur apparere, quod non sentiat de isto argenteo: cum enim loquatur de rebus, quas velit esse liberae, sentit se loqui de rebus, quas plus erant quidem ad vnum ipsius, sed non liberae, istud vero argentum nunquam fuit ad vnum eius, sed pro mena mariti: vnde dictio illa liberae, ostendit de tali non intellexisse testatorem, vt in simili est gloss. in l. si mancipia, verbo aduocandum. C. de ser. sing. & quod not. Lud. Rom. in sing. cccclxxxix. Iaf. l. ff. de iust. & iure. Felin. cap. nonnulli in princ. de rescrip. Arcin. consil. clviii. Socin. lv. & in l. j. §. si quis. ff. ad Trebell. & c. xix. in iij. vbi quoties lex vnam dicit, & aliquid praesupponit tale dictum, non habet locum, nisi concurrente praesupposito, & valet argumentum de verbis legis ad verba testatoris. l. j. vbi not. C. de iis, quibus vt in dign. & in lita stipulatus. vbi Iafon. de verborum obli. totum tamen pender ad voluntate testatoris. Et ideo de subiectione rogatus non existimari delectandum. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. CLXXXIV. SVMMAE.

- 1. Alienat vetitus quandoq; impune.
- 2. Licet pater & lib. de leg. ij. limit.

Ieronymi in causa dico argumentum ore tenus factum non concludere: quia in d. Marco, & eius fratre alienantibus praesumitur ignorantia testamenti aucti, ex quo succedebant ab intestato matri, & mater patri, vt dicit Barto. in l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. vnde si alienauerunt contra formam testamenti, non incidit in poenam privationis, neq; alienatio rescinditur, vt est casus in l. fina. §. fin. ff. de leg. ij. per Barto. in l. iij. §. penul. C. comm. de leg. & dicit Bald. in c. quoniam frequenter. §. in aliis. extra. vt lit. non cōtest. quod ille tex. & singularis, & limitat omnes leges loquentes in materia prohibitionis alienationis, & consequenter limitat tex. in l. cū pater. §. libertis. ff. de leg. ij. solum ergo fiet cōdemnatio respectu pretii, vt dicitur in d. §. ff. & per Iaf. in auth. res. quae. C. com. de leg. nec refert, quod verus emptor sit facta promissio de manutentione in solidum: quia hic non agitur contra emptorē, sed contra heredem eius, qui pro dimidia vendidit, vt reddat pretium. d. §. fin.

CONS. CLXXXV. SVMMAE.

- 1. Alienare vetans fideicommittit.
- 2. Nepotes in conditione positi, non censentur vocati, nec gratulati, ne alienent.
- 3. Prohibitio alienationis a testatore facta, si sit in rem, ad heredes dem heredis transit.
- 4. Alienari vetita filiabus.

N prohibitio alienationis in testamento d. Francisci Turrileonis facta valeat, & an inducat fideicommissum, respectu familiae Turrileonum, dico breuiter prohibitionem valere, & inducere fideicommissum non respectu familiae: quia ex testamento illo familia nullo modo est vocata, sed solum respectu aliorum cohæredum, qui sunt vocati in casum alienationis. l. pen. §. instituto. ff. de leg. ij. l. pater. §. quindecim. de leg. iij. Circa secundum an nepotes in conditione positi censentur vocati, & etiam grauari ne alienent: satis puto non esse recedendum a regula, vt non videantur vocati, secundum glo. in l. Lucius. ij. de haered. inst. quae est communiter approbata, vt ibi dixi confutatis multis limitationibus moderatorem in variis consiliis: puta tamen, quod prohibitio alienationis a testatore facta sit in rem; & ad heredem heredis transeat, arg. l. licet. §. pen. quib. mod. pig. & l. pater filium. §. Iulius. a contrario sensu de leg. iij. per Bar. l. filiusfam. §. diuis. ad si. de leg. j. vbi doct. Circa tertium an filij Petri conseantur prohibiti alienare: puto, quod sic: quia sunt heredes heredis: dico tamen quod relinquendo hereditatem suam filiabus heredis, non dicuntur alienasse, nec contra testatoris dispositionem fecisse. d. l. codicilli. §. matre. secundum communem intellectum, & per Alex. consil. clxij. in ij. volu. vili. & accuratē, &c.

CONSIL. CLXXXVI. SVMMAE.

- 1. Substitutus sub conditione, si heres decesserit absq; filijs ex se, & legitimo matrimonio natis, praesertur filiae legitime per subsequens matrimonium, quia participium, natis, requirit qualitatem legitimatis adfuisse tempore natiuitatis.
- 2. Dispositio testatoris intelligi debet secundum veritatem, non autem secundum legis fictionem.
- 3. Matrimonium contractum ab egroto, videtur factum in fraudem substituti.

Vbsitutus sub conditione, si heres decesserit absq; filijs ex se, & legitimo matrimonio natis praesertur filiae legitime per subsequens matrimonium, quia participium, natis, requirit qualitatem legitimatis adfuisse tempore natiuitatis, secundum regulam Titius. ff. de test. mil. l. iij. del. §. si extr. de noxa. Et quia haec dispositio testatoris debet intelligi secundum veritatem, non autem secundum legis fictionem. l. fina. C. de his, qui ven. æta. prout consiluit in terminis quæst. nostrae Bald. consil. cccclxvij. in v. & Ant. de But. in c. per venerab. qui fil. sint leg. & nouissimè per multas rationes respondit Alex. consil. v. in vij. volum. secundum quod consil. vidi bis, vel ter fuisse iudicatum in amplissimo senatu Mediol. licet Dec. consil. clv. aliter responderet. Quæ sententia tanto fortius in casu nostro procedit, in quo praesupponitur matrimonium id contractum fuisse in ægritudine istius heredis grauari, ex qua decessit, & videtur enim factum in fraudem substituti, vt consiluit Bald. consil. cccxix. in iij. per ea, quæ no. docto. in auth. nisi. C. ad Trebell. Maxime etiam cum non allegetur fuisse contractum cum celebratione instrumentorum dotalium, quod videtur esse necessarium secundum ius ciuile. l. nuper. l. cum quis. C. de nar. lib. vt per Angel. consil. xxix. Card. Alex. d. e. tanta. de quo tamen dicendum vt per Iaf. consil. clxvij. in iij. non infisto, quia puto rem clarā ex supradictis, & quia sufficiunt domini consultiore rationes.

CONSIL. CLXXXVII. SVMMAE.

- 1. Legatum annuum ad heredes non transit.
- 2. Legata annua pro primo anno sunt pura, pro sequentibus contra.
- 3. Legata

- 1. Legatum conditionale decedente honorato ante euentum conditionis, non transmittitur ad heredes.
- 2. Alimenta morte finiuntur.
- 3. Lex interpretatur, legatum annuum simpliciter factum alimenterum causa.
- 4. Designatio vnde legatum soluatur, non mutat naturam ipsius legati.

Ic testatum habet, *Legatum annuum redditum librarum cccc. Alaisio, &c.* quib. verbis expressè ostenditur legatum istud esse annuum, & ideo ad heredes non transit. l. iij. l. cum in annos. ff. de ann. leg. & ratio est, quia legatum annuum multiplicatur secundum numerum annorum, & pro primo sunt pura, pro sequentibus conditionalia. l. si Stichum. §. stipul. ff. de verborum obli. legatum autem conditionale decedente honorato ante euentum conditionis, non transmittitur ad heredes. l. vnica. §. fin. autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. & istud generaliter procedit siue legatarius sit diues, siue pauper, seu indigeat alimentis, seu non. Vbi verò esset persona indigens alimentis, tunc indistincte res est clarior, quia alimenta morte finiuntur. l. cum ij. §. modus. ff. de tranlat. l. pen. ff. de cap. dim. & ideo lex simpliciter legatum annuum interpretatur factum alimentorum causa. l. si annuum. ff. de an. leg. merito ad heredes non transit. Nec obstat quod testator subiecerit *reditum assignandum in tot bonis immobilibus, & tot proprietatibus, &c.* qui ista definitio vnde legatum soluatur, non mutat naturam ipsius legati. l. quidam testamento. in prin. ff. de leg. j. & text. in l. Lucius. ff. de al. leg. & ibi per Barto. in l. inter stip. §. facram. de verb. obli. Paulo Callimacho. §. fin. de leg. iij. & disputatum extat apud Ioan. And. in spec. de fruct. verific. iij. quæritur. Pau. Cast. consil. liij. quia exceptiones. Dec. consil. cccxxiij. cum similibus, ex quorum dictis facile dissoluntur, quæ ab aduocatis partis aduersæ subtiliter sunt allegata. Et hæc omnia saluo semper, &c.

CONSIL. CLXXXVIII. SVMMAE.

- 1. Heres institutus, decedens ante ipsum testatorem, efficit testamentum in causam caduci, & institutio vitatur.
- 2. Per clausulam codicillarem sustinentur legata in testamento caduca.

Omini Francisci Ranæ, &c. viso testamento. Cum Dominica hæres instituta decesserit ante ipsum testatorem, sequitur quod testamentum in causam caduci sit, & ideo institutio vitatur. l. vnica. §. & cum triplici. C. de cad. toll. Admittuntur ergo ad successionem proximioris, ab intestato secundum formam statuti Taurinensis, quod si nullum est de hoc statutum, admittentur secundum formam iuris communis, de quo in athen. post fratres. C. de leg. hæred. videtur foras superstes pro vna tertia, & filij duarum fororum prædefunctorum pro aliis duabus tertiis in stirpes. Ceterum, quia in illo testamento adest clausula codicillaris sustinebuntur legata, & constitutio executorum vigore dictæ clausulæ iuxta l. j. cum ibi not. per Barto. ff. de iure cod. & isti venientes ab intestato cogenitur restituere hereditatem, secundum electionem executorum Antonij & Michaelis, deducta tamen quarta Trebellianica, quæ non fuit prohibita iuxta athen. sed cum testator. C. ad. Falc. Sed videndum est isti executores quemadmodum debeant exequi, & declarare mentem testatoris? & puto quod de eo, quod a superest, deducta l. quarta, & solutis legatis, debeant facere tres partes, & vnam tertiam partem dare filiis consanguinei de familia testatoris de Rana. Item aliam partem constituetem in domo Taurini: cum prato Eolumbarij assignare d. Plasio Piloto, propter mentem testatoris: de qua ipsi executores sunt informati & de qua constat per epistolam tertiam verò partem quod dent affinis, prout eis placuerit, neq; oportet quod isti affines sint de Ranis. Sed hæc

est esse coniunctos testatori: quia testator in hoc cap. non repetit quod sint de Ranis: & tutius est quod isti executores, illam tertiam relinquat istis venientibus ab intestato, scilicet forori, & filiis fororū. Saluo semper, &c.

CONSIL. CLXXXIX. SVMMAE.

Fructibus partem augeri. Ructus istos superabundantes ex legato alimenterum facti filiae, viderentur debere ad hereditatem reuerti: & inter ipsos heredes diuidi per regulam. l. Luc. ij. §. j. de leg. ij. l. Tit. de leg. iij. In contrarium, quod imò remaneant d. Ioanni Fr. quia ipse non videtur esse hac in re nudus minister: cum non teneatur ad aliquam rationem reddendam: & quia verba testamenti dicunt legatum permanere, debere penes comitem Ioan. Franc. vt ex fructibus, &c. Sed tamē puto contrarium, quod imò tale legatum augeat partem ipsius filiae, per reg. l. iij. ff. de adi. leg. l. de auro. §. fin. ff. de usufruc. Et quia non possunt in fructus reuerti ad hereditatem propter illa verba testamenti, volens hoc casu dictum relictum separari debere a reliquis bonis hereditatis, &c. & de hoc est glo. in l. si. §. fin. de auro. & arg. leg. Nec etiam debent lucriferi ipsi com. Ioan. Fr. qui quo ad hoc satis dicitur nudus minister. Et quia per eum sit quod minus tota summa expendatur, secundum doct. Barto. d. l. Lucius. §. cum possit & debeat ex ea summa augere vestes, & ornamenta, & mundum muliebrem: quando aboleuerit, & erit nubilis, & facit quod not. in simili Cast. consilio cclxliij. aliis est consil. clxxxviij. in j. secundum nouissimam impressionem.

CONSIL. CXC. SVMMAE.

- 1. Nepotes in testamento seu fideicommissio, vocantur causa.
- 2. Dicitio filios, comprehendit Nepotes in favorabilibus, & concernentibus utilitatem.
- 3. Vna pars testamenti aliam declarat.

Mhi periculosa videtur suprascripta consultatio quia cum tractetur de fideicommissio aui. Simon filius debet succedere in locum Francisci patris, §. cum filius instituit. de hæc. quæ ab intest. in athen. post fratres. C. de legi. hæred. idque etiam aduersus vim verborum: sicut in l. xij. tab. quæ vocabat proximum agnatum, & tamen filius fratris cum patre admittitur: & quod istud procedat in fideicommissis, est magis communis opinio. l. ij. C. de success. vbi Iaf. & Cur. Cor. l. fin. C. de verbor. sign. Dec. consilio j. & cxxvij. Et quia in verbis fideicommissi, substituit alios filios mascululos. l. dictio, filios. potest comprehendere hunc Simonem nepotem in favorabilibus, seu concernentibus eius utilitatem. iuxta l. liberorum. vbi Barto. de verborum significatione. Alexand. xxvj. in iij. Socin. xliij. in j. Cyn. Bald. Imol. §. instituens. quia mentio filiorum & nepotum, sequens loquitur de superstitum filijs, non de prædefunctorum. Et quia alias iste remaneret exclusus à fideicommissio, quia illa clausula, eorum superstitum filios & nepotes, non potest hunc comprehendere, qui non est filius superstitis, sed prædefuncti: quod est contra expressam mentem testatoris, qui fideicommissum prorogauit in infinitum. Quid si decedent isti superstites sine filijs fideicommissum esset extinctum, ex quo secundum d. interpretationem, Simon non posset admitti: quod certe est contra mentem testatoris. Adde, quod ex alio fideicommissio declaratur mens ipsius, dum dicit, in stirpem, & non in capita. Si in stirpem, ergo Simon vocatur, athen. in successione. C. de suis & legit. Cardin. Parisius consilio ij. & vna pars testamenti aliam declarat secundum Dec. cccxxv. cccxcv. cum similibus, & ideo amplius est delibendum.

CONSIL. CXCII. SVMMÆ.

- 1. Cum testamentum in scriptis sit factum, oportet per iudicem citari omnes, quorum interest ad videndum recognosci sigilla & tabulas aperiri, & si testes interim mortui sunt, si des probationi deficit, & testamentum corrumpitur.
- 2. Cum hospitale sit institutum, & sic causa pia de iure communi sufficerent duo testes.
- 3. Quando probatur testamentum per duos testes, quando casu fortuito instrumentum testamenti amissum est.

Um testamentum in scriptis sit factum, oportet per iudicem citari omnes, quorum interest ad videndum recognosci sigilla & tabulas aperiri, & si testes interim mortui sunt, fides probationis deficit, & testamentum corrumpitur, ut dicit Bart. in l. tabularum in princ. ff. quemadmodum testa. aper. & hoc nisi notarius esset rogatus a testatore, quomodo testator profiteretur illud esse suum testamentum, & quomodo fuit sigillatum, & subscriptum a testibus, quod non est factum in casu nostro: & ideo cum vnus solus testis super sit, testamentum de iure corrumpitur. Sed tamen in præfenti casu, puto dispensationem à Principe perendam, cuius concedenda est summa æquitas. Nam cum hospitale pauperum sit institutum, & sic causa pia de iure communi sufficerent duo testes, cum esset vbi not. extra de testa. & habetur in l. j. c. de sacros. ecclies. & in nostro casu adest vnus, qui fecit semiplenam probationem: deinde est alia semiplena, quæ colligitur ex manu testatoris, qui proprium testamentum propria manu scripsit, & ex recognitione subscriptionum, per comparationem litterarum, de qua habetur in l. comparationes. & authent. ad hanc. c. de fid. instrum. & adest summa æquitas propter pestem, cuius contagione perierunt testes: sicut videmus 3. alia probari testamentum per duos testes, quando casu fortuito instrumentum testamenti amissum est l. testium. vbi Bal. c. de testibus. laf. & Dec. in l. ij. c. de bon. poss. secundum tab. idem ergo in nostro casu, in quo testes casu fortuito peste sublati sunt. Et cum cõstet de voluntate facilius inducetur Princeps ad dispensandum, respectu solennitatis, Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXCII. SVMMÆ.

- 1. Monialium successiones.
- 2. Statutum disponens contra clericos, quatenus est conforme iuri communi, valet.
- 3. Laici non possunt disponere super iuramento.
- 4. Statutum prohibens iurare, & imponens penam iuranti, valet, quia dum prohibet iurare, confirmat se iuri communi, & legi Evangelicæ.
- 5. Consuetudo, quæ habuit licitum principium, debet obseruari, licet superueniat timor simonie.
- 6. Consuetudo quod laici habeant decimas, quæ licite fuerat introducta, non censetur deinde sublata, per concilium Lateranense superueniens.
- 7. Duo impedimenta difficilius tolluntur, quam vnum.
- 8. Ingressus monasterium per lapsum anni, intelligitur tacite professus, alio non probato.

Vamplurimis allegationibus præstantissimorum doctorum inter se variantium visis, non existimaui medioeritati meæ convenire, in præsentia discernere, quinam illorum veriora sentierint, & ideo omnis his, quæ ab eis dicta sunt arbitrari alia ratione pro agnatis esse pronuntiandum, & istas moniales excludendas. Nam ex forma statuti cautum est, vt quando quis ingreditur religionem, si profiteatur præsumatur præambula hora decessisse, & c. per quæ verba non est dubium excludi moniales. Sed difficultas est nunquid potuerint statuente eos excludere, videatur enim tale statutum esse contra libertatem ecclesiasticam, vt per Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obl. per tex. in f. sed hoc præfenti in authent. de sanct. episcop. cum concord. Sed tamen considerandum est, quod tale statutum in duobus casibus in-

A scriptis proculdubio debet valere: ita quod etiam si generaliter non valeret (quod tamen in præfentia non disputo) saltem in casu nostro esset obseruandum ad exclusionem harum monialium. Et hoc duabus rationibus. Prima ratio est, quia si hæ moniales voluit succedere de iure communi, non possunt, cum enim earum pater esset solum consanguineus excluduntur à filiis Clare, quæ erat vtroque latere iuncta, vt est tex. in authent. itaque. c. comm. de succ. aut volunt venire iure statuti, & non possunt: quia tale beneficium successione statuentes non censetur concessisse monialibus, imò expresse per supra recitatum statutum abstulerunt. & cum successio in casu nostro de iure communi ad moniales non pertineat, valet statutum, quod illis aliquid beneficii sui non concedit, id enim non est de iure eorum diminueri, sed nolle sua illis communicare, & licet clericus ius commune tolli non possit, beneficium tamen & prouisio statuti auferri potest. l. si quis curialis. vbi Bald. c. de episc. & cler. Bald. in l. de quibus. verfic. vii. quaritur. ff. de leg. Salicet. in authent. casta. quæst. x. c. de sacrosanct. ecclies. & est communis, & vera conclusio, quam etiam in isto casu sentit Dec. consilio cxliij. in fin. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. extra de constitut. ponderando quod responsiones per eum datæ non conueniunt casui nostro, & sic statuta regula. Secunda ratio est quia istæ professæ sunt monasterii quod de iure communi est incapax, vnde statutum disponens tales moniales non succedere, debet valere, tanquam conforme iuri communi, dato quod moniales sint extra suam iurisdictionem, sicut dicimus de iuramento super quo disponere non possunt laici. c. ij. de iureiur. in vj. & tamen valet statutum prohibens iurare, & imponens penam iuranti: quia dum prohibet iurare, conformatur se iuri communi, & legi Evangelicæ. c. & si Christus. extra. de iureiur. & ita tenet Ioan. de Imo. in repe. c. cum contingat. extra. de iureiur. sequitur Corn. in repet. authent. sacros. publ. verfic. iij. fallit. c. si aduer. ven. & idem in simili not. Gasp. Cald. in c. ij. de eland. desp. quatenus ergo statutum fuit conforme iure communi, valet & tenuit, & consuetudo ex eo introducta, tanquam procedens à legitimo fonte valet, vnde quamuis per aliquod priuilegium moniales, deinde habilitarentur ad successiones contra formam iuris communi, non tamen tolleretur validitas statuti eas excludentis, facit tex. in c. ad apost. vbi Abb. extra. de simon. vbi consuetudo, quæ habuit licitum principium, debet obseruari, licet superueniat timor simonie, ad idem quod not. in c. eum apostol. extra. de his quæ sunt à præla. vbi consuetudo, quod laici habeant decimas, quæ licite fuerat introducta, non censetur deinde sublata; per concilium Lateranense superueniens, facit etiam quia per tale priuilegium non debet posse Pontifex tollere statutum semel validum: quia istud esset auferre ius tertii, & forte etiam ex lectura ipsius priuilegii apparet solum tolli impedimentum, competens de iure communi, quo casu non censetur derogatum statuto, vt habetur in cap. j. de constit. in vj. & quia duo impedimenta difficilius tolluntur. authent. itaque. c. comm. de succ. Sed quia non vidi priuilegium, vterius me non extendo. Non obstat, quod nondum erat professæ per instrumentum: quia videtur duob. modis. Primò quod per lapsum anni intelligitur tacite professæ alio non probato, vt habetur in cap. j. de reg. lib. vj. Secundò respondo, quod statutum expresse habet pro differenti ingressi monasterii, & professionem & excludit ingressum, si deinde profiteatur, facit quæ suam præsumptionem à tempore ingressus, vnde dato, quod adhuc non esset professæ, parum refert: quia statutum excludit à die ingressus, non à die professionis.

CONSIL. CXCIII. SVMMÆ.

- 1. Amittam variè excludi.
- 2. Statutum principaliter factum fauore coniunctorum ex linea paterna, non autem in odium matris, censetur fauorabile.

- 1. Statutum quod statibus masculis femine non succedant, licet videatur quodammodo accusare naturam, & esse odiosum respectu femininarum, tamen absolute & simpliciter loquendo censetur fauorabile, & recipit extensiuam interpretationem.
- 2. Mater ante senatusconsultum Tertullianum à l. xij. tab. exclusa debatur à successione filij.
- 3. Statutum per quod reuoluimur ad ius antiquum est fauorabile.
- 4. In penalibus, quandoque masculinum concipit femininum.

VIA aliis in præfenti casu diffusè consului, & respondi rationibus in contrarium adductis, ero nunc tanto breuior, & maxime cum videam præstantissimum iudicem in suo meo iudicio intellexisse merito causas, & responsiones illi motiuo factas nihil obstare, quibus etiam responsum fuit in consilio meo, secundum quod præstantissimus iurisconsultus. Ludouicus Porrus, in causa postessorij pronuntiavit. Difficultas eò redigitur, an statutum Papiense, vocans consanguineos paternos in duabus partibus, intelligatur de amittis, & sic masculinum concipiat femininum. In responsione motiuo dicitur, quod non tanquam statutum sit, & odiosum, & irrationabile. Ergo dico contrarium. Primo propter auctoritatem Curtij senioris, qui pro hac parte consuluit consilio ix. Ticinensi. Bald. consilio xlvij. in v. Alex. consilio cxv. in 2. laf. l. si quis id quod. verfic. 4. ff. de iuris. d. om. iud. & consilio l. ij. & c. v. Secundo per rationem, quia statutum principaliter est factum fauore coniunctorum ex linea paterna, non autem in odium matris, ergo debet centri fauorabile. I qui exceptionem. ff. de condit. indeb. Des. & ceteri Mod. in l. c. de ius voc. Tertio quia idem videmus in statuto, quod statibus masculis femine non succedant, quod licet videatur quodammodo accusare naturam, secundum I. maximum. c. de lib. p. & odiosum esse respectu femininarum, secundum Bar. in l. j. c. de sum. Trin. & fide Catho. Tamen absolute, & simpliciter loquendo, censetur fauorabile, & recipit extensiuam interpretationem. secundum Bald. in d. h. j. per tex. in d. l. qui exceptionem. est enim simpliciter factum causa conseruandarum familiarum l. j. ff. de vent. inf. & est communis opinio, vt per concord. in d. consil. Curtij senioris. ix. & Curt. Iun. 9. Quarto quia statutum non excludit in totum matrem, sed eam vocat ad tertiam, & sic salua ei est sua legitima, vnde non potest conueniri: cum non sit ex hæredata à statuto, & legitima ei debetur non iure nature, sed solum iure postiuo, sicut ceteris ascendentibus, vt dicit Bald. in l. j. §. ius naturale. in fin. ff. de iust. & iur. vnde valet statutum ei etiam talem legitimam auferes, vt ibi per eum. Quintò quia nos videmus, quod ante senatusconsultum Tertullianum à lege xij. tab. excluderetur à successione filij, in stat. ad Tertyll. in princ. & tamen non est dicendum, quod ideo lex communis esset odiosa, & quod non reciperet interpretationem extensiuam secundum I. non possunt. ff. de legibus. Sextò quia statutum per quod reuoluimur ad ius antiquum, est fauorabile, gloss. c. statutum. verb. annuerandum. de præb. in vj. c. olim tibi. extra. de verb. sign. & quod habetur in l. si vnus. §. pactus n. ad fin. ff. de pact. vbi laf. vnde tale statutum conforme dispositioni legis 12. tab. non potest odiosum appellari, maxime, cum (vt dixi) mater non excludatur in totum, per Curtium Iun. consilio ix. Septimò per tex. in l. 2. §. si sit consanguinea. ff. ad Tertyll. vbi amita succedit cum matre, sicut in casu statuti nostri, & dispositio illa censetur fauorabilis, quia si esset odiosa; pater matrem excluderet, à qua summoueretur consanguinea, & tamē tex. dicit oppositum. & nor. Cornæus in l. fin. c. ad Tertyll. Octauò propter verba statuti admittentis consanguineos, quibus de iure, & c. & sic se refert ad ius commune, secundum quod non est differentia inter consanguineos mascululos & feminas, & secundum quod etiam in penalibus masculinum concipit femininum, dicta l. si quis id quod. vbi omnes. Nec me mouet quod statutum videatur factum fauore agnationis.

Respondeo nullum verbum de hoc in statuto, sed solum apparet factum fauore coniunctorum ex linea paterna, siue mascululi sint, siue femine, vt alias fuit dictu. Et ista allegatio non pro hoc adiuuaret matrem, sed prodesset agnatis, id est, Comiti Galeatio. Et ad hæc omnia satis responsum est in consilio meo, & etiam in motiuo, vnde non repeto.

CONSIL. CXCIII. SVMMÆ.

- 1. Natura successione est, vt semper hereditas deuoluatur ad proximiorum, etiam quod lex vel testator simpliciter loquantur.
- 2. Hereditas deseritur secundum coniunctionem personæ defuncti, vnde qui prior est eam habet.
- 3. Disiunctiuam iudicat haudquaquam simul vocari, sed proximior tantum si extat alius, i. q.
- 4. Ius accrescendi potentius à successorio edito.
- 5. Accrescendi iuris locus, & cessatio.
- 6. Paria sunt, quem non exiitisse, vel exclusum fuisse.

STATUTI nostri verba illa, Et hoc, nisi agnatus sit in quarto gradu, vel infra quartum gradum inclusiue, & c. intelliguntur de agnato proximior: quia ista est natura successione, vt semper hereditas deuoluatur ad proximiorum, etiam quod lex, vel testator simpliciter loquantur, l. per d. §. fratre. l. cum ita. §. fin. ff. de leg. 2. Bar. l. h. cognatis, quæstione ante penult. de rebus dubijs. Et ratio est, quia hereditas deseritur secundum coniunctionem personæ defuncti, vnde qui prior est eam habet, vt declarat ibidem Bartol. quæstione vlt. Et hoc satis indicant verba statuti, disiunctiuè loquentia agnatos, qui sunt in quarto gradu, vel infra quartum, & c. hæc enim disiunctiuam indicat haudquaquam simul vocari, sed proximiorum tantum si extat, alias sequentem l. cum pater. §. penult. de legat. 2. l. hæredes mei. §. peto. ff. ad lenar. usc. Rebel. Natura enim disiunctiuè non patitur, vt qui ita vocati sunt simul vocentur, sed separatim tantum, eum iuris sit, si statutum coniunctiuè loqueretur. I hæc verba, ille aut ille, ff. de verb. significat. Suardar hoc & alia pars statuti, quatenus ponit regulam simpliciter, quod agnatus masculus, vsque ad septimum gradum excludat omnes feminas: absurdum enim esset si diceremus, quod existens in septimo gradu concurreret cum eo, qui esset in quinto, imò talis prorsus excluditur à proximiorum d. §. fratre. Et ista est interpretatio quedam passiuè inducta à lege, quæ habet locum, in qualibet materia etiam odiosa & correctoria, & consequenter etiam in statutis, vt dicit omnes in l. 2. ff. de leg. j. Modo ijs præsuppositis dico, quod hereditas de qua agitur, ex forma statuti per duabus partibus pertinet ad sorores, pro tertiam vero, ad patrum solum, qui erat proximior defuncto, exclusis patruelibus: vnde cum post multos extraneos decesserit, distus patruus non adita hæreditate, nec locus sit transmissioni, per regulam l. j. §. nonisimo. c. de caducis tol. consequens est, vt eaportio sororibus accrescat, non autem per successorium editum, ad patreles transferatur: quia ius accrescendi potentius est successorio edito, vt est tex. in l. meminimus. §. successione: c. de legit. hæred. vbi Bartol. & Corn. notant. & in l. j. secundum vnum intellectum, quem Bartol. ibi in fin. sequitur. C. quando non per. par. per Alexan. in l. pactum quod dotali. verfic. 2. c. de collat. cum enim speciali iure à statuto inducto in illa tertia præferatur agnatus sororibus: debet ius accrescendi præualere successorio edito. vt est casus in d. l. meminimus. vbi filius fratris speciali beneficio illius legis, admittitur tanquam agnatus: ideo non est locus successorio edito, vt ibi per doct. Et maxime in casu nostro hoc est dicendum, in quo statutum alternatiue loquitur, vnde altero tantum contentatur: vt si adit agnatus in tertio gradu: nunquam ius ad quartum deuoluatur. Nec obstat, quod statutum simpliciter præferat agnatum, & c. non autem dicat proximiorum, & c. & debet ad litteram intel-

igitur de proximioribus, ut supra dixi, & est interpretatio passiva, ceteri vero proximiores excluduntur a prioribus, siue prior succedat, siue non, cum non sit locus successorio edicto, ut supra dixi. Nec obstat simile de ijs, qui vocantur nomine collectivo, &c. quia illi re, & verbis coniunguntur, & per ius accrescendi admittuntur, in casu nostro Patruales non coniunguntur Patruo, sed prorsus sunt separati, cum admisso patruo ipsi nihil prorsus habeant, quæ responsio tollit etiam adiectionem: sed proximioribus admittit alius sequens, prorsus excluditur, ex inde finita legis, de q̄ in l. si plures, de legatis & fideicommissis 2. n. n. oēs vocatur.

Nec obstat quod paria sint patruum non extitisse, vel exclusum fuisse, ut per Bartol. in l. j. §. fin. v. quæstione. de contratab. respondeo hoc procedit in casibus, in quibus successorio edicto est locus, sed in casu nostro, in quo ius accrescendi est potentius. l. j. in principio. ff. de bon. posses. secund. tab. §. cum igitur. in futura de bon. posses. l. j. §. quibus. ff. de success. edict. per Bartol. dicta l. j. in fine. C. quan. non petent. par.

CONSIL. CXCIV. SVMMAE.

- 1. Testamentum variè in testatione censerit.
- 2. Si in statuto subdatur qualitas conveniens solum publicæ scripturæ, non tamen restringit generalitatem priorum.
- 3. Tres testes circumscripto rigore iuris, probant voluntatē defuncti, ex quo etiam ius gentium, & lex evangelica contentantur tali numero.
- 4. In materia peccati forum canonicum, & conscientie attendi debet.
- 5. Conseruatores sanitatis, cognoscunt loco Principis.

QUO puto in proposito casu, & testamentum tribus testibus idoneis probatum, sustineri dubius rationibus. Prima est, quia statutum nostrum in principio, quando quis vult testari, cum publica scriptura dat formam, ut ad hunc tres notarij, & quinque testes, quando vero vult testari sine publica scriptura, dat formam, ut sufficiant quinque testes: & sic apparet, quod requiritur notarij solum, ut scriptura sit publica, non quo ad idem probationis: deinde in fine limitat, ut ea non procedant tempore pestis: quia tunc sufficiunt duo testes quorum vnus subscribat imbreuiaturam, vel sicut dicto notarij: unde hoc sine colligitur, quod loquitur quando testamentum sit cum publica scriptura, si ergo fiat sine publica scriptura, videtur quod sufficiant duo testes: ex quo principio statui ostenditur, quod persona notarij, requiritur quoad publicam scripturam tantum, & testes, qui cum notarij faciunt publicam scripturam, idem sine notario faciunt privatam, sed tamen validam. Nec obstat, quod iste casus videatur omissus, ex quo statutum præsupponit interuentum notarij. Quia ad hoc, in quo est tota vis dubitationis respondetur: quod statutum facit regulam, quod sufficiant duo, quæ regula generaliter intelligitur, tam ratione publicæ scripturæ, quam privatæ. Unde dicitur subdatur & qualitas conveniens solum publicæ scripturæ, non tamen restringit generalitatem priorum, ut est textus in l. regula. §. & licet. ff. de iuris & facti ignor. quem ad hoc allegat Imo. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. Decius in cap. cum non ab homine. in 2. not. in fin. extra. de iudic. & facit quod de hoc statuto notat Bald. in l. fin. C. de fideic. & in simili per Rom. consil. 434. in quo queritur in primo dubio. & hæc maxime procedunt ponderando dictionem ante. positam in illa qualitate. Secunda ratio est, quia non potest negari, quin circumscripto rigore iuris, & tres testes probent voluntatem defuncti, ex quo etiam ius gentium, & lex Evangelica contentantur tali numero. ut est textus in cap. cum esset. extra. de testam. & idem per denuntiationem Evangelicam, isti hæredes essent tui, ut consilium Cornæus in consilio cxxix. in 2. libro. unde non debent iudices seculares audire agnatum contra conscientiam petentem, &

ex quo sumus in materia peccati, debent attendere forum canonicum, & conscientiam, ut not. in regula possessor. de regul. iur. in vj. & per doctores in l. privilegia. C. de factos. eccles. per Imol. in cap. fin. de præscript. in principio. præsertim isti conseruatores sanitatis, qui cognoscunt loco Principis, per ea quæ notat Bar. in l. vnica. C. ut quæ desunt aduoc. & clarius per Guidonem Papæ. decisione xxix. plura non scribo, ne videar intrudere Mineraum.

CONSIL. CXCVI. SVMMAE.

- 1. Filij fratrum sunt inuicem in tertio gradu.
- 2. De iure communi hæreditas defertur proximiori, sublata sexus differentia.
- 3. Fœmina à filio fratres excludit.
- 4. Consanguineæ non est tam debita hæreditas, sicut sorori.
- 5. Statutum excludens sororem, reputatur fauorabile.

RERLECTIS verbis statuti Castrinoui, quod cauetur quod sorores ab intestato non succedant fratribus, vel sororibus, vel collateralibus stantibus agnatis masculis, vsque ad quartum gradum inclusiue. Item visa facti contingencia, breuiter pro more meo agendo. Videtur prima fronte dominam Thomenam fouere iustiorē causam in hæreditate Ioann. Francisci, eius consanguinei: cum enim sint filij fratrum, sunt inuicem in tertio gradu: & ideo debet excludere Bartholomæum, qui in quarto gradu est, & de iure communi clarum est hæreditatem deferri proximiori, sublata sexus differentia. authen. post fratres. C. de legit. hæred. Sed tamen hoc non obstante, censetur contrarium, quod modo Bartholomæus admittitur in totum, exclusa Thomena, & hoc propter statutum castrinoui: pro qua sententia adduco tres rationes. Prima, quia statutum excludit sororem, stantibus agnatis, multo magis debet censerit exclusiue & consanguineam: cui non tam debita est hæreditas, sicut sorori, per rationem auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. & quod not. Paul. de Cast. in l. maritus. C. de proc. & taliratione videtur Bal. in consil. 478. circa quæstionem. lib. v. Secunda, quia hoc statutum, per illa verba, stantibus agnatis masculis, habet caput ineluctum agnatorum masculorum, ex quo capite censeantur exclusæ omnes fœminæ, ut est doctrina Bartol. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. quæ est communiter approbata. Tertia ratio, qui statutum excludit eam à successione collateralium, ut faciat locum fratri. ergo idem censendum, ut faciat locum fratri filijs, qui succedunt in locum patris sui, ut est textus in authen. cessante. C. de legit. hæred. & licet in casu illius aut solū fiat mentio de filio fratris, tamen in casu nostro debet esse idem, etiam in filio consanguinei Germani, propter paritatem rationis statuti, quæ est pro conseruanda agnatione masculina, ut in simili concludit etiam Ludouic. Bologni. in additione. ad consilia Ioan. de Anan. consilio lxxix. præsertim cum tale & statutum excludens sororem, reputetur fauorabile, ut dicit Bald. in l. 2. C. quibus ad lib. peruen. non licet. est communior conclusio, iuxta notata per Francisc. de Curt. consil. lxx. incipien. Ticinensi.

CONSIL. CXCVII. SVMMAE.

- 1. Consanguineus de iure tanquam remotior in gradu excluditur, & mater vnâ cum qualibet sorore admittitur in viriles portiones.
- 2. Statuti vis succedendi forma.

VEM AD MODVM diuidenda sit hæreditas istius defuncti, qui decessit relicta matre, & duabus sororibus, & consanguineo, quæritur. Et primò sciendum est, quod de iure

de iure, consanguineus tanquam remotior in gradu excluditur, & mater vnâ cum qualibet sorore admittitur in viriles portiones, auth. defuncto. C. ad Tertul. Sed ex forma statuti nostri, consanguineus admittitur ad tertiam partem, & duæ sorores ad duas tertias. In omnem casum ergo, sine spectemus ius commune, siue ius municipale, in proposito casu sorores tres habebunt duas tertias hereditatis, respectu vero alterius tertie, ex forma statuti admittetur agnatus in proprietate, quia mater superest, illa habebit vsufructum, est quo sed aliud statutum mater admittitur ad vsufructum eius partis, quam habitura fuisset de iure communi; sed (ut dixi) non successisset aliquo modo in portione sororum, ergo habebit vsufructum in portione agnati tantum, & istud puto verius. Et pro confirmatione huius quæstionis, scilicet, quod sorores debeant habere suas portiones integras abque onere vsufructus, & consequenter mater debeat habere vsufructum in portione agnati, allego Pau. de Cast. in lillam. si verb. mater non excluderetur illam personam in totum, &c. C. de collat. Et cum in hereditate fratris esset onus doti ad ipsas cõcederet, respectu duarum partium talis oneris confundetur actiones l. debitor. ff. ad Trebell. respectu vero tertie partis, quæ spectat agnatio, istæ sorores remanent creditrices, & tantò minus erit dandum agnato. Et quia in hac hereditate sunt mobilia, & merces poterit proprietarius facere inuentarium, & cogere matrem ad faciendum de restituendo finito vsufructu iuxta formam l. si tibi. ff. de vsufruct. earum rer. quæ vsu communi. de quo satisfactio per Alexand. consilio cxxviii. vj. Soc. consilio. 9. in 4. sum similibus.

CONSIL. CXCVIII. SVMMAE.

- 1. Appellatione fratris intelligitur etiam de sorore.
- 2. In successione ab intestato masculinum non concipit fœmininum.
- 3. Dicitio successione, est verbalis, & potest accipi actiue & passiuè.
- 4. Quando quid accipi potest actiue & passiuè, in dubio debet accipi actiue.
- 5. Verba debent intelligi in potentiori significato.

RATREM, quamuis ex parte patris tantum esse præferendum sorori, quamuis vtrinque continet arbitror in successione istius sororis, & hoc vigore statuti nostri quod incipit decedente fratre. Nec obstat quod statutum loquatur de fratre decedente. quia & appellatione fratris intelligitur etiam de sorore, ut probatur in l. tres fratres. ff. de pact. in l. Lucius. §. quæstionem. ff. de leg. 3. in l. Lucius. §. Mæuia. secundo. ff. ad Trebell. & hoc habet locum etiam in statutis, ut dicit Bal. consilio xlviij. in v. aliis consilio cccxxij. factum tale est statutum communis Aretinæ in 4. Alexand. consilio 23. animaduertis. lib. 4. Franc. de Curt. vbi loquitur in similibus terminis statuti nostri consilio 9. Ticinensi statuto Ludouic. Bologni. consilio lxx. Dec. in l. fœminæ. in prin. ff. de reg. iur. Hypo. de Marf. in singulari 39. capias vnum. & hoc est verius quâdo eadem est ratio in fratre, & sorore, ut est in casu nostro, scilicet, fauor conseruandæ agnationis: secus si non sit eadem, quo casu possent præcedere, quædam auctoritates in contrarium allegatæ, ut distinguit Dec. in d. l. fœminæ. Non obstat statutum quod verba intelligantur ad literam, quia respondendum est, ut per Franc. de Curt. in præallegato consil. Præterea, quod masculinum concipiat fœmininum, & sic quod frater comprehendat sororem, non est extra literam, sed procedit ex ipsa litera, sic exposta per legem, ut dicit Anch. consilio 12. superflite. Non obstat statutum, quod in successione ab intestato masculinum non concipiat fœmininum, quia in fine habet quod deficiet statuto, & iur. communi, sed in isto casu de iure communi masculinum concipit fœmininum, & sic ius statutum nihil obstat. Præterea statutum dicitur in successione, & quæ Consil. Andr. Alciati.

vox est verbalis, & potest accipi actiue, & passiuè, ut per Bartol. in l. filiusfamil. ff. de testament. ¶ unde in dubio debet actiue, & sic quando fœmina vult succedere, non autem passiuè, quando tractatur de succedendo ipsi fœminæ, ut est casus noster. Et hoc quia verba debent intelligi in potentiori significato. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ag. veftig. & inter hos casus est magna differentia, cum. n. tractatur de succedendo ipsi sorori, militat ratio statuti fœminæ, agnatis & admittit fratre. sed quâdo agitur, ut ipsa soror succedat, aliud est, & ideo tali in casu non fieret hæc interpretatio, & secundum hunc vltimum casum procedit, quod late consilium Alexand. consilio 45. in 7. lib. Non obstat quod iste sit frater ex parte patris tantum, soror autem superstes sit vtrinque coniuncta, quia cum non agatur de successione bonorum prouenientium à communi matre istud non habetur in consideratione, ut apparet ex alio statuto præcedente, quod incipit si aliquis per quod corrigitur authen. itaq; C. comm. de succ. & reducimur ad ius antiquum, de quo in l. j. C. de leg. hæredibus.

CONSIL. CXCIX. SVMMAE.

- 1. Qui vocantur ex fideicommissis, censentur vocati ex dispositione testatoris, unde solet dici, quod fideicommissarius succedit ipsi testatori.
- 2. Fideicommissa regulariter secundum voluntatem primi testatoris, non autem secundum voluntatem hæredis grauati.
- 3. Dispositio quatenus respicit grauatos est odiosa, & strictè intelligenda.
- 4. Dicitio eorum, est relatiua.
- 5. Natura relationis est, ut referat cum qualitatibus suis.
- 6. Verba (ad quos de iure perineat) referuntur ad successionem ab intestato tantum.
- 7. Relatio in dubio, referatur ad omnes casus supradictos.
- 8. In fideicommissis mens testatoris in primis spectanda est.
- 9. Illa interpretatio de mente testatoris esse præsumitur, per quam nihil absurdum, vel impossibile inducitur.
- 10. Longissimus terminus humane vite est centum annos vnum.

CONTINGIT in præsentis quæstione dubitari, nunquid inducatur generaliter fideicommissum ex infra scripta clausula, inserta in testamento domin. Ambrosij Scabarozij. Item iubeo, statio, &c. quod post mortem dictorum hæredum meorum, & cuiuslibet eorum alij nepotes mei masculi legitimi, ad quos de iure pertineret, succedant illi, seu illi casibus decedentibus sine detractione, ut supra in bonis meis, & sic disponatur de eorum descendibus legitimis masculis vsq; in infinitum. Et stantibus his verbis, videtur prima fronte non subesse fideicommissum, quia & qui vocantur ex fideicommissis, censentur vocati ex dispositione testatoris, unde solet dici, quod fideicommissarius succedit ipsi testatori. l. cohæredi. §. cum filij. verfi. nec fideicommissio. ff. de vulg. & pup. sed in casu nostro nemiã vocauit, sed grauauit eos, qui à iure vocati erant, unde si aliquis ex nepotibus suis testamentum fecisset, ille qui ex testamento institutus esset, potuisset succedere tãquã bona ad eum iure peruenissent, quod est contra naturam fideicommissorum, quia & regulantur secundum voluntatem primi testatoris, non autem secundum voluntatem hæredis grauati; facit quod not. Bartol. in l. pater. §. mater. in vltimis verbis. ff. de leg. 3. Præterea do. Antonius qui præterit ad se pertinere hæc bona iure fideicommissi est nepos seu ablatius Luchini nominati in dicto testamento, unde aut vult succedere vigore priorum verborum fideicommissi, & non potest, quia ex illis vocantur alij nepotes ipsius d. Ambrosij, & sic fratres, vel alij patruales dicti Luchini, & fideicommissum in alium nepotibus, non trahitur ad alios subsequentes, ut est glossa in §. nos igitur. in auth. de restit. fideico. per Bar. & do. et in l. filiusfamil. §. diui. in x. quæst. ff. de leg. j. aut vlt succedere, vigore vltimorum verborum, quibus in adatur idè disponsi de eorum descendenti. Rr 2

bus legitimis in infinitum, & videtur quod etiam non possit, quia hæc clausula potest intelligi respectu nepotum supra nominatorum, ut aliquo nepotum decedente succedant alij, vel eorum descendentes in infinitum, & sic fideicommissum sit in infinitum simpliciter nepotibus, & illi solum sint grauati, licet ad eorum hereditatem etiam alij descendentes in infinitum vocentur. Et iste intellectus suadetur duabus rationibus. Prima quia ista dispositio quatenus respicit grauatos est odiosa, & strictè intelligenda, ut per Bartol. in l. cum auus in fin. ff. de cod. & de m. merito censentur grauati, nisi nepotes, quatenus vero respicit eos, qui succedere debent est fauorabilis, merito censentur vocati vsq; in infinitum, argum. gl. in l. 2. C. de inuis vocand. cum ibi not. maximè per inoder. Secunda ratio est, quia cum vocati sint alij nepotes subditur, *Quod sic disponatur de eorum descendentes in infinitum*, nam dictio, *eorum*, est relictua quæ refertur ad eos qui vocati sunt, non autem ad eos qui sunt grauati, merito etiã cum sit mentio de descendentes, intelligitur honoratis, non autem quod sint grauati: quia natura eius relationis est, ut referat cum qualitatibus suis, l. si ff. ad Trebell. facit l. à huius. §. pater ff. de ali. & cib. leg. Sed tamen his non obstantibus, arbitror verior sententiam esse, quod fideicommissum adhuc duret per supra dicta clausula, & dico mentem testatoris fuisse, ut nepotes sui, eorumque descendentes, in bonis suis eo ordine succederent, quo ab intestato successuri fuisset: quia illa verba, *At quos de iure pertinet*, referuntur ad successione ab intestato tantum, ut est text. in l. 3. §. de illo. ff. pro socio. & consilium Alexan. consilio lvi. viso processu. in ij. sequitur in fin. vnica. C. quando non peten. partes per Dyn. & Alber. de Ros. in l. lege obuenire. ff. de verb. sign. vbi dicitur ad illum textum, qui videtur contrariari, voluit igitur testator eo ordine deferri fideicommissum, quo ab intestato illi successissent, & ista interpretatio in dubio semper solet accipi, ut dicit Bartol. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. quãd magis accipienda est in casu nostro, in quo sunt clara verba testatoris ad tale ius se referentis, & intelligitur de ordine, qui in successione ab intestato ex statuto nostro Mediolanensi in dicitur est. prout in statuto loquitur Bartol. in d. §. cum ita. Et istis verbis in simili idem concludit Bal. in l. maximum. vers. viterius queritur. C. de liber. præter. Petr. de Anch. in repet. c. canon. post mediū. vers. sed occurrit. iuxta prædictam quæstio. extra, de constit. & de simili fideicommissum vocatur secundum ordinem quo ab intestato esset deferenda successio multa traduntur per Dec. consil. lxxix. in j. d. d. & consil. clxxxij. His sic præsuppositis, dico fideicommissum vltimis verbis contineri: nam cum ex nepotibus suis alios grauauerit fideicommissum, alios ad illud vocauerit, illa verba, *Et sic disponatur de eorum descendentes*, debet generaliter referri ad supra dicta, & sic ita ad grauata. Et ad hæc verba, quæ relatio in dubio refertur ad oēs casus dicitur. Et talis scriptura in fin. ff. de leg. j. in fin. C. de lib. præter. l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iur. om. iud. cap. 2. requirit. extra, de app. Facit quia in fideicommissis mēs testatoris in primis spectanda est l. cum vitum. C. de fideic. & illa interpretatio de eius mente esse præsumitur, per quam nihil absurdum, vel impossibile inducitur. l. stipulatio ista. §. hi qui. ff. de verbo. oblig. l. nam absurdum. ff. de oper. lib. leg. §. quando. ff. de leg. j. sed intelligeremus, quod soli nepotes essent grauati, & descendentes honorati, sequeretur absurdum & impossibile, quia cum vocet descendentes in infinitum, præsupponeret, quod deberet nepotes grauari viuere vsq; in descendentes in infinitum, quod est impossibile, cum longissimus terminus humanus humanæ vitæ sint centum anni. l. si. C. de sacro. eccl. & descendentes nomen vltra talem terminum extendatur. C. nonit vbi not. per mode. extra, de iudic. Et ex istis rationibus, facile tolluntur obiecta, quæ in contrarium adducta sunt. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. CC. SVMMÆ.

1. Testamentum cum onere suo acceptandum.
2. Legitimus relictio testatoris potest.
3. Habenti sex filios, legitima est dimidia hæreditatis.
4. Legitima pecunie, & mobilia hæreditaria augent.
5. Donatio non præsumitur.
6. Paria sunt non fuisse factum, vel non posse probari.
7. Donationem immensam legitime non præiudicare.
8. Renuntiatio facta solemniter, cum iuramento valet.
9. Moniales exclusæ, an aliarum legitimam augeant, disting.
10. Moniales ingressæ religionem, prorsus incapaces, habentur pro mortuis, nec augent legitimam aliorum.
11. Quando monialis ingressæ sunt religionem incapaces, saltem in communi, tunc non habentur pro mortuis, sed hæreditatem acquirant monasterio, & tunc legitimo inter sex filios est dimidia.
12. Filia, quando est exclusæ renuntiatione cum iuramento, non habetur pro mortua, & licet non succedat, facit tamen partem ad vtilitatem aliorum, ut legitima sit semis.
13. Legitima in pecunia relicta, fructus & interesse potest posse.
14. Hæres non constituitur in mora, nisi post interpellationem.
15. Qui non est in mora, non tenetur ad fructus, nec ad interesse.
16. Pater potest filio assignare legitimam, super re particulari.
17. Licet legitima assignanda sit super fundo, argumentum tamen potest mutem contingens, non traheretur ad legitimam.



QUAE mihi in facto præsupponitur vis, breuiter resoluam difficultates omnia argumentorum longa disputatione. Et in primis sciendum est, quod magna do. Ioanna, si vult venire ex testamento dom. Annæ matris suæ tenetur illud acceptare, prout iacet, & subiacere oneri de quo in codicillis, nisi quatenus propter eius oneris adiectionem, haberet minus sua legitima, tunc enim censeretur ipso iure onus illud sublati, secundum l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. verò non vult acquiescere testamento, seu illi relicto, & petere legitimam suam in bonis relictis si per testatricem, videtur etiam quod possit, secundum Corn. consil. cclxxv. in 2. dubio, in primo de cuius dicti veritate infra videbimus. Examinabimus itaque in primis quanta sit hæc legitima, & quomodo accipienda sit. Et sciendum est, cum d. Anna testatrix haberet sex filias, legitimam omnium ceteri esse dimidiam hæreditatis ipsius, seu omnium bonorum ipsius testatrix. authent. nouiss. C. de inoffic. testam. & consequenter ipsa do. Ioanna iure legitimæ habere debet dimidium eius quod percepisset matre ab intestato defuncta. Sed hic primo queritur: an summa pecuniarum, & bonorum mobiliū, quæ erant penes testatricem tempore mortis imputetur in hæreditate, ut augeat legitimam istius filie? & non est dubium imputari, cum & ipsa sint bona testatrix. Et licet hæredes dicat fuisse sibi donata viuente testatrice: tamen istud nihil est, nisi probetur talis donatio, quæ alias non præsumitur. leg. cum de debito. de probat. præsertim à muliere, quod genus non solet donare. Et paria sunt non fuisse factum, vel non posse probari. l. duo sunt. de testam. tut. Archid. xxx. quest. v. cano. indicantem. imò etiam si probetur, non noceret filius in legitima, dum tamen esset immensa, secundum authent. vnde si patens. C. de inoffic. testam. vbi Pau. Cast. & alij & ista sunt leuia, & nullius dubitationis attingamus: ergo ea, quæ sunt magis controuersi iuris. Secundum ergo queritur, an partes monialium quæ renuntiatæ sunt testatrici, augeat hanc legitimam, & si renuntiatio facta est solemniter, hoc est, cum iuramento, non est dubium quin valeat. c. 2. de pact. in vj. & si renuntiarunt ipsi duntaxat, augebitur hæreditas consequenter etiam legitima filiarum. Sed quid si renuntiatio sit facta matri stipulanti, nomine hæredis vniuersalis sui, an nihilominus proderit etiam istis, quæ particulariter sunt institutæ: & puto adhuc prodesse, per ea, quæ habentur in l. si actione. vbi dixi. C. de pact. quia istud ius est in hæreditate matris, ergo de eo quoque accipienda erit legitima, de quo tñ vltimus non scribo: quia hoc dubium propositum non est. Sed

Sed nunquid istæ moniales, quæ exclusæ sunt a successione matris augeant partem aliarum, ut legitima sit dimidia, an verò habeantur pro mortuis, ut legitima sit dimidia triens? & distinguendi sunt tres casus. Primus est quando istæ moniales essent exclusæ, quia ingressæ essent religionem prorsus incapaces ut S. Francisci & tunc habetur pro mortuis, nec augent legitimam aliorum, secundum doct. communiter in l. plane. §. si duobus. de le. 1. Secundus est casus, quando ingressæ essent religionem incapaces, saltè in communi, & tunc cum non habeantur pro mortuis, sed hæreditate, acquirant monasterio, non est dubium locum esse dispositioni, authent. nouiss. ut legitima sit dimidia. Tertius est casus magis dabitabilis, quando filia esset exclusæ renuntiatione cum iuramento, in quo tamen casu, quia filia non habetur pro mortua, videtur quod licet ipsa non succedat, faciat tamen partem ad vtilitatem aliorum, ut legitima sit semis secundum Bald. in d. l. plane. §. si duobus, quem Aret. ibi sequitur. & videtur magis communis opinio. Tertio principaliter queritur, an domin. Ioanna possit petere fructus, & interesse suæ legitimæ, à tempore mortis matris suæ. Et videtur quod non possit, cum enim relicta sint illi florenorū quinq; millia, non videtur quod sit hæres in mora, nisi post interpretationem. leg. si pecunia. ff. de p. leg. l. si ex legati. de verb. obligatiō. ergo si non est in mora, non tenetur ad fructus, nec ad interesse. leg. in fideicommissi. de vsur. Ange. consilio cj. circa med. Contrarius sentit Cornæ. in allegat. consil. cclxxv. in primo, quia secundum eum legitima filio non potest assignari in sola pecunia, sed potest filius eam accipere in bonis, seu in substantia paterna, & ideo vendicabit fundum cum fructibus. Item etiam sentiunt doct. in l. si amplius. §. fin. de leg. j. vbi Ias. post alios, & iste articulus est valde dubius propter auctoritates doctorum. Ego tamen soleo sequi aliana partem: quia pater potest filio assignare legitimam super re particulari. §. ceterum. in auth. ut cum app. co. ergo etiam in pecunia, prout etiam tenuit vbiq; glo. velut in l. tertia. §. sed vtrum. de minor. l. si quis priore. ad senatusc. Trebell. dicta leg. non amplius. §. fina. & sequitur Oldr. Alberic. Bal. & alij relati per Fabianum in x. quæstion. principia. in dicta authent. nouissima, & dato quod esset assignanda in fundis, augmentum tamen post mortem contingens, non traheretur ad legitimam, ut consilium Franc. Cur. Sen. in consil. suo vlt. & Fab. in d. auth. quæst. 8. principia. & consilium Angel. dicto consilio. cj. & aliis dixi in l. bonorum. 2. ff. de verb. signifi. & ex supra scriptis videtur euacuaræ omnes difficultates mihi propositæ, quas propter maximas occupationes meas, non potuit ad partes disputare, sed tamen sentio ita de iure respondendum esse. Et hæc omnia, saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. CCI. SVMMÆ.

1. Hæc verba, si decesserit sine filiis, ex proprietate sermonis intelliguntur de masculis, quia femininum non comprehenditur sub dictione masculina, nisi per interpretationem, quæ sumitur ex præsumpta mente testatoris, quæ præsumptio contrariis coniecturis cedit.
2. Quæ non profunt singula, multa iuuant.
3. Interpretatio fieri debet conformis statuto.
4. Causa intestati, declarat causam testamenti, quod sepius contingit, maximè cum proprietates verborum patitur.
5. Masculinum concipit femininum falli.

QUAE C. verba conditionis, si decesserit sine filiis, ex proprietate sermonis intelliguntur de masculis, quia femininum non comprehenditur sub dictione masculina, nisi per interpretationem, quæ sumitur ex præsumpta mente testatoris, quæ præsumptio contrariis coniecturis cedit, iuxta leg. cum de debito. ff. de probat. l. diuus. vbi Bal. ff. de in integr. restitut. & ideo doctores variis in locis cumulant multas

coniecturas, per quas dictio illa intelligitur, duntaxat de masculis, facileque sumitur huiusmodi præsumptio: quia concordat cum proprietate sermonis: hoc maximè dicendum, quando plures coniecturæ concurrerent, quia tunc quæ non profunt singula, multa iuuant: & tunc neptis excluditur ab amita, secundum Socinum in l. cum auus. vers. us finem. ff. de condition. & demonstra. Ludou. Gozadin. consil. 88. In casu autem nostro concurrunt multæ coniecturæ. Prima, quia post amitam vocata est causa pia, quo casu præsumimus, quod noluerit causam piam postponi nepti femine, secundum Iasonem consil. cxi. in 2. Cur. Iunior consil. xxxv. ergo nec filia, quæ est præsertim causa pia, & istud etiam tenuit Pau. Cast. consilio cccliij. in antiquis. Secunda est, quia filia est substituta, quæ est portio testatoris in gradu quam neptis, secundum Iasonem & Curtium, in præallegatis consilijs, & dicit Corn. consilio cxx. secundo, quod quando adest filia, vel filius excluditur neptis, si ad sint aliquæ coniecturæ. Tertia est propter statutum Mediolani secundum quod filia exclusæ à masculo, iterum admittitur eo decedente, cum familia ab intestato, debet enim fieri interpretatio conformis statuto, secundum doctrinam Bartol. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad senatusc. Trebell. vbi Ripa numero 76. & sequent. & ista coniectura est satis efficax, maximè si alij quoque quamuis leues & per se in sufficientes ad finem: tunc enim excluditur neptis, secundum Parisium consilio lxxix. in secundo. xxxv. in tertio. Cro. in repet. §. diu. numero 163. Rubicum consil. xxj. in fine. & lxxij. & sequent. Gozadin. dicto consilio 88. Calcan. consilio 48. l. xl. cum duobus sequent. in secundo Deci. varijs consil. xv. ccllxx. cccclxxx. cccclxxv. 514. cccclxxv. 597. 568. Cur. Sen. consil. 63. & lxxxv. Cor. consil. cxx. & 124. in 2. & 162. 273. 277. in 4. Soc. consil. vj. in 3. & l. 74. in quart. & inter consilia Franc. de Cur. consilio xl. & ita pro filia contra neptem concludit dominus Vbertinus Zucardus in repet. l. fin. C. de edicto diui Adriani tollend. Cum igitur testator verba conditionis contulerit in casum non existentium filiorum, ex Bernardino, intelligemus ea secundum dispositionem statuti, ut si ad sit masculus excludat Franciscinam, si femina non excludat, quia tunc redirentur ad æqualitatem secundum statutum: cum enim Isabella teneatur restituere fideicommissum, deducet dimidiam pro legitima, & Trebellianica patris sui, iuxta capitul. Raynaldus. cum ibi not. extra, de testam. & alia dimidiam restituet, & sic causa intestati, de clarabit causam testamenti, quo sepius contingit, maximè cum proprietates verborum patitur, secundum Bartol. in dicta l. hæredes mei. §. cum ita, & quæ ibi habentur per doct. maximè Ripam. Nec obstat quod in casu nostro filia exclusæ ipsamet substituta fuit: vnde cum fuerit exclusæ non debemus capere interpretationem in eius fauorem, ut masculinum non concipiatur femininū. Respondeo, quod hoc nihil refert, quod fuerit exclusæ existente masculo: quia doctores in hoc non faciunt vim dum concludunt, ibi casu filiam præferri nepti, ut per Cur. Iun. d. consil. xxxv. l. ad. consil. cxi. Cor. d. consil. cxx. & suadet hoc ratio, licet enim fuerit exclusæ contemplatione masculi, ipso masculo existente, cum eo mortuo relicta sola femina, cessat ratio exclusionis: vnde debet rursus admitti, secundum statutum nostrum, si contingat, & per Bartol. l. 2. §. videndum. ff. ad senatusc. Terry. & consil. Deci. cclxx. non loquitur, quando extaret statutum rursus admittens filiam exclusam, prout in casu nostro. Nec obstat, quod ex forma statuti nostri, masculinum concipit femininū, & c. Respondeo quod non in vltimis voluntatibus, quando induceretur in æqualitatem aduersus dispositionem dicti statuti si contingat, quod licet loquatur in filia exclusæ ab intestato, tamen inducit præsumptionem, ut secundum causam intestati, intelligantur verba testamenti, ut dixi. Et ita mihi videretur de iure dicendum, salua pleniore deliberatione cum bibliothecam meam habuero. Et multa possent dici, quæ iam per alios dominos aduocatos sunt scripta, nec indigent additione. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCII. SVMMAE.

- 1 Prohibitio filij non trahitur ad nepotes.
- 2 Prohibitio facta per preceptum nudum non valet.
- 3 Clausula que volebat bona pervenire ad suos descendentes, fideicommissum inducit.
- 4 Nepotes descendentes appellacione continentur.
- 5 Ratio generalis ampliat dictum.
- 6 Sola mens testatoris in fideicommissis attenditur.
- 7 Prohibitio facta ad tempus, extenditur etiam ultra tempus in casu consi.
- 8 Ratio, cur preceptum nudum non valet, est, quia censetur testator illud fecisse in merum favorem ipsius prohibiti, cui favori potest renuntiare.
- 9 Non est recedendum ab eo, quod ex consuetudine iudicum iam receptum est.
- 10 Fideicommissarius habet presumpam ignorantiam fideicommissi, contenti in instrumento.

ROPTE difficilem coniecturam mentis testatoris, vertitur in presenti casu non modica difficultas. Et videretur prima fronte dicendum non subesse aliquod fideicommissum. Primum, quia prohibitio alienationis solum fuit adiecta Ioanni Henrico filio: unde debet inducere fideicommissum respectu nepotum: quia prohibito filij non trahitur ad nepotes, ut dicit Barto in l. filius ff. diui. in ix. q. ff. de leg. i. cum quo ibi transeunt doct. cum concord. per Alex. conf. lvj. Aldroandus lib. v. Secundum, quia ista prohibitio videtur esse facta per preceptum nudum, & ideo non valuisse. d. ff. diui. unde testator subicijendo rationem: *Quia volebat bona pervenire in suos descendentes.* videtur eam clausulam adiecit ad corroboracionem precepti, ad autem causa inducendi fideicommissum & ita in simili decidit Socin. concordando opin. in l. qui Romae. ff. cohæredes ff. de verb. obligatio. & inter consilia Franc. de Cur. consilio xl. Tertio, quia etiam si prohibitio de se tenuisset, tamen adhuc per talem clausulam non videtur inducendum fideicommissum: ex quo potest intelligi & limitari, respectu filij de quo testator locutus est, non autem extendi ad nepotes. arg. l. peto. ff. fratre. ff. de legat. per rationes & iura, de quibus per Soci. cxxxvij. presens consultiatio & Deci. consilio 218. Sed tamen his non obstantibus, ego magis inclino in aliam sententiam, quod imo per dictam fadictionem inducatur fideicommissum, & consequenter in casu nostro vocentur pro nepotes, nec enim dubium est, quin hi appellatione descendendum continentur, ut habetur in cap. novit. per mod. extra. de iudic. Et totum fundamentum consistit in ratione adiecta per testatorem, quae est generalis, & habet ampliare dictum, iuxta nota. in leg. cum pater. ff. dulcissimi. ff. de legat. secun. & ex dicta adiectione, constat de mente testatoris, quae sola in fideicommissis attenditur. leg. cum virum. C. de fideicommissis. unde videmus quod prohibitio facta ad tempus, cum dicta clausula extenditur etiam ultra tempus, ut per Bartol. in l. pater filium. ff. fundum. ff. de legat. tertio. Paul. Castren. consilio cxxxij. visis & consideratis. versic. circa primum Ioann. de Anan. consilio xlvij. illud praesupponitur. Idem dicimus etiam in fideicommissis iniuncto filijs, cum adiectione talis rationis: extenditur enim etiam ad caeteros descendentes. & de hoc vidi consilia Francisc. de Curte non impressa. & etiam aliorum praestantium doctorum: ergo idem dicendum in ista prohibitione alienationis, & idem etiam in terminis tenet Ioann. de Monteferrano in repetit. d. ff. diui. in 9. quæst. Bartol. & hæc opinio videtur mihi canonizata apud iudicantes, qui non solent recedere a voluntate testatoris. Non obstant allegata in contrarium, & primo quod prohibitio iniuncta filijs non trahitur ad nepotes: quia respondeo, in nostro casu trahi propter rationem adiectam, quae est generalis ad omnes descendentes, per supra dicta. Non obstat, quod talis ratio videtur adiecta ad confirmationem precepti prohibiti, quod alias non valuisse, quia respondeo, quod argumē-

tum militaret si esset verum, quod non valuisse tanquam nudam, sed hoc est falsum, quia imo valebat absque dicta ratione: ratio enim cur preceptum nudum non valeat, secundum d. ff. diui. est, quia censetur testator illud fecisse in merum favorem ipsius prohibiti, cui favori potest renuntiare. leg. si quis in conscribendo. C. de pac. & ista rationem assignant ibi omnes doct. sed in casu nostro cessat hæc ratio, quia testator in casum alienationis aliter providit annullando in contrarium gesta, & consulendo filio suo in casu necessitatis, ut ibi apparet, merito ergo ista ratio tanquam accedens precepto valido, debet inducere fideicommissum, secundum nota. per Aretin. & Socin. in d. cohæredes, & in d. consil. xl. Non obstant nota. per Socin. in dicto. consilio 227. & Deci. consilio 218. quia quicquid ipsi dicant, & attestentur aduersus ea, quae alias consulerunt, contraria opinio est verior, & contra consilium illud Decij, fuit superioribus annis in frequenti senatu pronuntiatum, unde non est recedendum ab eo, quod ex consuetudine iudicum iam receptum est. leg. minime. ff. de leg. & si opus esset ego particulariter responderem eorum rationibus. Non obstat asserta diuicio facta vigore cuiusdam mandati, quia non hoc per censetur renuntiatum fuisse fideicommissio contento in instrumento, cuius presumpam ignorantiam fideicommissarius habet, iuxta tex. in leg. de his. ff. de tractat. cum late not. in leg. qui Romae. ff. duo fratres. ff. de verborum obligatio. nec in hæc est aliqua difficultas, & cum ista filia habet praesumptam ignorantiam testamenti proavi sui in quo continetur fideicommissum, iuxta doctrinam Bartol. in leg. eius qui. ff. si certum petat & in dicto ff. duo fratres. Et hæc omnia salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCIII. SVMMAE.

- 1 Testator potest dare licentiam heredi grauo alienandi, quo casu fideicommissum non tenet, nisi in eo, quod in hereditate superest.
- 2 Quando creditor succedit debitori, actiones consolidantur.
- 3 Verbum disponere est generale, & comprehendit quamlibet conventionem, etiam inter viuos factam.
- 4 Argumentum a contrario sensu in vltimis voluntatibus, & fideicommissis fortissimum est.
- 5 Fideicommissum ad ipsius testatoris bona restringitur.
- 6 Probationes debent concludere.
- 7 Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.
- 8 Quilibet presumitur ditari, & acquirere.
- 9 Res inter alios acta, vel iudicata, alijs obesse non debet.

ST tam eleganter & copiose consultum in hac causa per spectabilem dominum Bernabam de Puteo Iureconsultum praestantissimum, circa verba testamenti, an ex eis inducatur fideicommissum, ut mihi superfluum videatur quicquam amplius super illo dubio scribere, & rei perfectae quicquam velle adijcere. Omissio itaque illo dubio, alium articulum attingam, unde manifeste apparebit reuerentissimas sanctimoniales fouere bonam causam. Praemitto itaque, quod in testamento domini Antonij Dulzani Senioris adest clausula: *Quod non obstantibus substitutionibus factis Andrea, & Bartholomeo, & liberis, possint ipsi testari, & disponere, dum tamen non disponant de eis bonis extra eos, quando aliquis ex eis exstiterit.* Praesupponitur etiam, quod dominus Raphael vltimus ex liberis masculis dicti testatoris, fecerit certam transactionem cum monialibus, in qua accepta certa pecunia, seu certis bonis, eas a caeteris liberauerit. Quibus stantibus, dico non posse moniales amplius molestari: quia licet testator fecerit tres gradus fideicommissi. Primo suorum descendendum masculorum. Secundo Petri Dulzani & liberorum. Tertio filij Ioannis & liberorum: tamen hoc plus concessit liberis suis, quam alijs extraneis, ut possent testari, & disponere non obstantes fideicommissos, quod

quod cum a Raphael factum sit, frustra disputatur isti in tertio gradu vocati, potest enim testator dare licentiam heredi grauo alienandi, quo casu fideicommissum non tenet, nisi in eo quod in hereditate superest leg. Titius. ff. ad senatus. Trebell. autem contra cum rogatus. C. ad senasc. Trebell. superest autem hereditas ipsius Raphaelis, cui ipsi agentes praetendunt si haeredes: unde consolidatae sunt actiones: quia creditor successit debitori, iuxta leg. debitor. ff. ad senatus. Trebell. & leg. debitor. C. de pact. & sicut videmus, quod in instrumentis per illam clausulam licentiae alienandi, quae in diuisionibus fieri solet, censetur sequuta alienatione remissum fideicommissum, secundum notata per Barto. in leg. qui Romae. ff. duo fratres. quæst. viij. ff. de verborum obligatio. Ita & multo fortius, quando ipsemet testator dedit eam licentiam, prout in casu nostro. Quod ostenditur primò ex illis verbis: *Quod possint testari & disponere.* quod quidem verbum, *Disponere*, test generale, & comprehendit quamlibet conventionem, etiam inter viuos factam. cap. 2. cap. cum illis. de praebend. libro vj. leg. de creationibus, circa medium. C. de episcop. audien. leg. fin. C. de curat. furio. leg. cum oportet. ff. & si quid. C. de bon. quae liber. Bartol. consilio lxxvj. pater filii. Alexan. Claud. Modernia rubrica. ff. solu. matri. maxime cum aliis esset superfluum, si intelligeretur dumtaxat ad vltima voluntate propter verbum, *testari*, praecedens, quod solum sufficiebat, argument. leg. si quando. ff. de legat. primo. Rursus ostenditur dum dicit: *Quod non disponat extra eos, quando aliquis ex eis exstiterit.* ergo si nullus exstiterit prout tempore, quo Raphael tranlegit, qui solus extabat ex linea testatoris, potuit transigere, & disponere extra eos. Nam si dicamus hoc probari ex verbis directo sensu acceptis, res est clara: quia testator posuit generalem regulam, quod dictae substitutiones non obstant dispositioni filiorum, inter se quatenus extent: ergo si non extent, stabit regula, ut substitutiones non obstant. Quod si contendere velimus istud, accipi per argumentum a contrario sensu, adhuc idem est: quia tale argumentum etiam in vltimis voluntatibus, & fideicommissis est fortissimum. l. aliquando. ff. de condi. & demonst. leg. si quis liberatam. ff. fina. ff. de statuliber. tradit omnes in leg. j. ff. de offic. eius cui. & facit textus in leg. pater. ff. quindecim. de leg. tertio. vbi prohibitione liberi alij vendant inducit permissionem, ut sibi mutuo vedere possint. cum ergo Raphael conuenit cum monialibus, & recepta certa quantitate, seu pidijs loco quantitate concordauerit, ut ipsi reliqua retineret, iuxta leg. si p fido. C. de tractat. apparet extrinsecum esse fideicommissum, si quod fuit. Et puto quod istud nulla habeat difficultatem. Secundo principaliter non duxi omitterendam, quod isti actores venientes iure fideicommissi, tenentur probare, quod in bonis reliquerit testator: quia fideicommissum ad ipsius testatoris capita restringitur. l. cohæredi. ff. cum filia. ff. de vulga. & pupil. ibi, nec fideicommissio proprie facultates filij tenebuntur facile. sequens quaestio. ff. de legat. secundo. leg. 3. ff. vxor. ff. de dote praeg Paulus Castren. consilio clxij. vna narratione. Alexand. consilio xx. ponderatis. in tertio. cum similibus. Non videtur autem probari ex instrumento diuisionis veteris, inter Andream, & Bartholomeum eius nepotem: quia licet in eo sit clausula, quod per illas diuisiones non praediceretur testamento domini Ioannis Antonij: non tamen sequitur, quod omnia illa bona fuissent Antonij, ex quo potuerunt pro magna parte fuisse acquisita communiter ab ipsis diuidentibus, & probationes debent esse concludentes. cap. in praesentia. extra. de praebation. & non probat hoc esse, & c. leg. non hoc. C. vnde legit. & quod ibi per doctores, maxime cum dictae diuisiones sint factae post viginti annos a die conditi testamenti, vel mortis testatoris, in quo temporis spatio est verisimile, eos multa acquisuisse: quia quilibet praesumitur ditari, & acquirere. leg. si defunctus. Carb. tut. Bartol. leg. ex diuerso. ff. fin. ff. solut. matri. Rursus non videtur probari per sententiam arbitramentalem inter mo-

nasterium sancti Sixti, & dominum Nicolaum Dulzanum, in qua simpliciter dicitur, *Quod possint Dulzani repetere a quocunque alio vigore fideicommissi, cui derogare non intendit, & c.* quia per similia verba non probatur quibus bonis fuerit fideicommissum, an super omnibus, an super parte. Nec etiam probatur per aliquas clausulas postas in homologacione, quae bona sint subiecta fideicommissio: sed simpliciter, quod suberat fideicommissum, sed hoc non sufficit, ut supra dixi: nam si fideicommissum fuisset in vniuersis bonis, posselsis per Bartholomeum non potuissent monachi retinere bona illa pro 6250. prout fecerunt, & in omnem casum ista conuenticio cum monachis sancti Sixti non debet nocere alijs: quia res inter alios acta, vel iudicata alijs obesse non debet. leg. j. & 2. in princip. C. res. inter alios act. & leg. Claudius Felix. ff. qui potior. in pignor. habeant leg. quia non debet alij. ff. de iur. iur. & cap. pen. de re iud. extra. Sed hæc accipiendae sunt iuxta ea quae habentur in l. 2. C. de ed. vbi dixi post Bar. & alios. Et hæc omnia salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCIII. SVMMAE.

- 1 Conditione non eueniente, expirat substitutio.
- 2 Pona locum non habet in facto legis.
- 3 Stat simul, quod testator voluerit aggrauare primo loco institutum, & praedilectum, & tamen alios posteriores minus dilectos praegravauit.
- 4 Sola voluntas testatoris, vel donantis, quatenus verba illi non deserviant, dicitur esse inefficax.
- 5 Ad inducendum fideicommissum, non sufficit sola coniectura mentis testatoris.
- 6 Cessantibus verbis, nunquam dicimus subesse fideicommissum.
- 7 Fideicommissum est onus, & in dubio pronuntiamus non subesse.
- 8 Semper in dubio fit interpretatio ne heres fit grauatius.
- 9 Ademptio fideicommissi censetur favorabilis, quia datio est ad diosa.
- 10 In fideicommissis appellatione filiorum non veniunt nepotes, ne vnus filijs iniunctum, censetur etiam nepotibus impeditum.

CRIP TVM est aded subtiliter, & copiose per magnificum do. Consultorem praestantissimum iuriconsultum, ut minime opera mea necessaria videri possit, sed tamen requisitus de subiectione existimari operæpretium esse, ut eas rationes adducam, quae potissimum me trahant in eius sententiam, ut existimem in presenti casu nullum subesse fideicommissum. Duo enim principalia sunt huius testamenti capita. Primum est, quatenus instituit Raphael si tempore mortis testatrix viuet, qui casus ouerit, & dum subiectur, si vero non uiuet, & instituit filios eius masculos, & demum sub certis conditionibus Ant. Fran. Cosmam, & c. q. institutiones pendunt ab illa conditione, si vero uiueret, & quæstio conditio si ouerit, & cose quæter expirat dictae substitutiones, ut est casus in l. si mater. ff. de vulg. & pup. & in l. qui habebat. eo d. tit. & in l. q. fud. ff. filios in fi. ff. ad l. Falc. Alterum est caput quatenus testatrix prohibet alienationem et necessaria ipsi Raphaeli, & filijs, & ceteris, & in casu contrauetionis vocat alios substitutos. Et atia ex hoc capite nullum ins possunt praetendere ipsi fideicommissarij: quia Raphael. deeedando cum filijs feminis, non dicitur contrafecisse, & admittitur foemina ab intestato, non obstante hac phibitione, ut est tex. in l. cu. ff. cu. pater inter. ff. de legat. secundo. secundum communem intellectum. Et ratio est, quia non dicitur ipse alienasse, sed lex quae ab intestato filias vocat, ut dicit tex. in auth. de testit. fideicommissum. in fin. secundum translationem nouam, ibi, sed ipsa quodammodo lege horum causa existente. & ista est communis opinio, a qua in iudicando non est recedendum:

Jendum : quam tenet Cyn. Rayn. Bar. Pau. Cast. in d. f. cum inter. Alex. Iaf. Ruin. & alij Mod. in l. filiusfam. §. dicitur. de legat. j. Rom. consi. cccclvij. Ale. consi. lvi. in j. cōsi. 23. in 2. Bal. §. in 2. Iaf. post alios in l. si ita quis stipulatus. §. ea lege. de verbo. oblig. & ratio est, vt dixi, quia ipse grauatius non dicitur alienare, neq; cōtrafacere, ex quo lex ipsa desertius successione ab intestato ipsis fœminis vnde nō est locus fideicommissio, quod dūtaxat procedit in pœnam contrafacientis, quæ pœna nō habet locum in facto legis, prout probatur in d. y. res igitur. in auth. de restitut. fideic. & in simili tradit Bald. in auth. cōtra cum rogatis. C. ad Trebellian. Anton. de Butr. consi. xxxv. Aret. in l. Pantonijs. §. j. ff. de acquir. hered. Nec obstant coniecturæ voluntatis, quod voluerit testatrix prouidere familiæ masculorum, quia procedit iuxta formam conditionis, quando Raphael non fuisset suparet ipsi, & stat simul, quod noluerit aggrauare Raphaelem primo loco institutum, & præ dilectū, & tamen alios posteriores minus dilectos prægrauauerit, arg. l. Publius. §. si de cōdit. & de mon. & licet ipse Raphael fuerit grauatius in casum alienationis, non sequitur, vt eadem sit in calu nostro, in quo non dicitur quicquam contrafacisse. Et certe ipse cōiecturæ allegatæ sunt in suffic. ietis, vt per eas deuoluatur fideicommissio nisi i quia sola voluntas testatoris, vel donantis, quantenus verba illi nō deseruiant dicitur esse inefficax. l. quidam cum filium. vbi Bal. & Imol. ff. de hæred. institut. & per Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. dū respondet ad l. nō aliter. ff. de leg. j. glo. in l. cum mirum. vbi Salic. in fin. C. de fideicommissis. verba in casu nostro non onerant fideicommissio ipsum Raphaelem. ergo nō possumus dicere subesse fideicommissum, prout in simili dicit Ale. in cōsi. cxxxix. lib. vj. & ideo Bald. in l. cum virum. dixit ad inducendum fideicommissum non sufficere solā coniecturā mentis testatoris, que meretur & sequitur Iaf. in l. potest. ff. de vulg. sub. quia cessantibus verbis, nūquam dicitur subesse fideicommissum. l. Lucius. §. tres hæredes. verbo an vnicūm hereditatis. ff. ad Trebell. vbi Dyn. Jacob. Alber. Et cū fideicommissum sit onus. l. coheredi. §. filij. de vulg. in dubio pronuntiamus nō subesse, quia si nō sit in dubio nemo interpretatur, ne heres sit grauatius. l. vnicūm ex familia. §. si rem. ff. de legat. secundo. & si de. notio si fideicommissi censetur fauorabilis, quia datus est oculo. l. si fuerit. vbi Paulus Cast. & Soci. in v. not. ff. de reb. dub. Hinc est, quod si in fideicommissis appellacione filiorū nō veniunt nepotes, ne onus filijs iniunctum censetur, etiam nepotes impositum, secundum Bald. consi. cccclvij. in 4. Alex. l. vj. in v. Socin. io. 4. in princip. in tertio. Dec. us. cum similibus. quod & in prohibitione alienationis est ab omnibus traditum, post glo. in dicto §. vnicūm iur. & Bar. in l. si dicitur. cum cōcordant. Confirmatur hæc opinio per tex. in d. §. cum inter. vbi testator dixit. *Peto ne fundus de nomine familia mea exeat*, quæ verba non possunt esse magis clara in fauorem familie, & sunt longe clariora quàm in casu nostro. & tamen ibi admittitur filius libertæ ab intestato, qui non erat de familia, quia verba illa restringuntur in casu quo grauatius contrafaceret, non autem quo lex d. ferret successione, vt in casu nostro. Et fortissima etiam coniectura erat in casu Iustiniani. in dict. auth. de restit. fideicom. quo testator prohibita alienatione suburbanis subiecerat. *Quod volebat illud per omnia, & perpetuo permanere in familia sua, nec vnuquam egredi de nomine suo.* Et tamen Imperator ibi iudicauit vtranq; Mariam tam matrem, quàm sponsam, ab intestato admitti: quia illa ratio restringitur ad casum alienationis ab ipso grauato factæ, non quæ factio legis eueniat. Et etiam in casu Ale. dicto consi. cxxxix. erat longe efficacior coniectura voluntatis, & tamen Alexand. rectè respondit nō subesse fideicommissum, quia testator ibi instituit agnatos masculos remotiores exclusis fœminis proximioribus, & grauauerat institutos, si decederent sine masculis, quod bonam remauerunt in propinquiores de sua parentela, semper de gradu in gradum, donec adessent masculis, consuluit Alex. quod si prima conditio, si decede-

ret sine masculis, &c. non sint verificata euauisse fideicommissum, prout nec in casu nostro est verificata, & cōiecturas, quæ in casu suo erant aliquanto verifimiliores, quàm in nostro, non sufficere, vt agnati de familia possint admitti, & allegat Alexand. multa iura, & fundamēta quæ etiam in casu nostro militat, & non est opus repetere, cum copiose, & subtiliter, & ea, & multa alia sint adducta per clarissimum Dominum Consultorem. Et ita ego sentio: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCV. SVMMA.

- 1 Si tractamus de vulgari substitutione, clarum est transmissionem fieri in proximiores, in præiudicium substituti vulgariter.
- 2 Si tractamus de substitutione fideicommissaria, non est dubium, quin legitima & Trebellianica deducantur de fideicommissio.
- 3 Qui admittitur ex pupillari substitutione, nō solum ad legitimam, & Trebellianicam vocatur, sed & ad cetera pupilli bona, quamuis non prouenerint a testatore.
- 4 Testamentum efficitur irritum, ob non aditionem hereditatis.
- 5 Existencia iuitatis, confirmat tabulas pupillares, etiā non adita hereditate Patris.
- 6 Non potest quis substituere pupillariter, nisi suo heredi.
- 7 Datio tutorum vitios est pupillo.
- 8 Speciale est vt existencia iuitatis tabulas confirmet, quādo alius frater substitutus est.
- 9 Leg. si filius, qui Patri declar.
- 10 Ius transmissionis, potentius est iure substitutionis.
- 11 Moriente pupillo, fit transmissio hereditatis in proximiores agnatos pupilli, non autem in substitutum pupillariter.

DIFFICULTAS huius controuersie in eo vertitur, an dominus Baptista possit ad successionem Cæsaris admitti vigore pupillaris substitutionis, si eñ possit, excluditur domina Alexandra soror Cæsaris, & hæres ab intestato in legitima & Trebellianica, quæ aliās non excluderetur, cum si tractemus de vulgari, clarum sit fieri transmissionem in proximiores, in præiudicium substituti vulgariter, vt est tex. in l. vnica. §. cum autem. C. de cadu. tollen. & per Bar. in l. j. in primo effectū. de vulg. si tractemus de fideicommissaria, non sit dubium, quin legitima & Trebellianica deducatur de fideicommissio. cap. Raynatus, cap. Raynaldus. de test. sola ergo difficultas est in pupillari: ex qua quæ admittitur, nō solum ad legitimam & Trebellianicam vocatur, sed & ad cetera pupilli bona, quamuis non prouenerint a testatore. cap. si pater. testam. in sexto. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. & pupil. Videndum ergo est, an dominus Baptista possit admitti ex dicta pupillari substitutione. Et, re diligenter perpenſa cōcludo, quod non, quia in facto præsupponitur, quod dictus pupillus nunquam adieuit hereditatem patris. vnde sequitur, vt testamentū sit effectum irritum, ob non aditionem. l. j. ff. de iniur. rupt. & irr. l. si nemo. ff. de reg. iur. & cōsequenter pupillaris substitutio euauit. & ideo lex requirit expressè, quod patris hæreditas sit adita. l. 2. ff. de vulg. Nec obstat, quod pupillis iste esset heres patri, & existencia iuitatis, debet confirmare tabulas pupillares, etiam non adita hereditate patris. l. si pupillus. ff. de acq. hæres. not. l. apud. Iulianum. §. primo. ff. ad Trebellian. Respondeo enim, quod cum substituere pupillariter non possit quis nisi suo heredi. d. l. j. & nihilominus lex requirat aditionem hereditatis, satis indicat, nō sufficere hanc existenciam iuitatis, sicut nec sufficit confirmacioni tutorum, quamuis datio tutorū visa sit pupillo. l. si nemo. vbi Odofred. Rayn. Alberti. ff. de testamēt. tut. cū l. seq. Salic. l. j. C. de testamēt. tut. Bald. l. si filius qui patri. vbi dixi de vulgari. & est verior opinio. Nam & videmus speciale esse, vt existencia hæc tabulas confirmet, quando alius frater substitutus est. l. filius, qui se. de acq.

de acq. hæred. quod propter humanitatem prætoris inductum est, qui noluit beneficium abstinendi a se inductum alteri fratri substituto damnosum esse, dicta. l. si filius qui patri. vnde apparet aliud esse non si frater pupilli, sed extraneus, puta patruus sit substitutus, prout in casu nostro. Non obstat, quod doctores simpliciter velint, quod existencia iuitatis confirmet tabulas pupillares, etiam dato substituto vulgari. d. l. si pupillus. Respondeo, hæc opinio ita simpliciter intellecta, esset contra tex. in d. l. 2. qui non est restringendus, quando datus est coheres extraneus pupillo, quia de hoc nullum verbum in textu. Nec rursus est restringendus, quādo sublatæ esset iuitas datione substituti, vt quia substitutio facta sub expressa conditione, si voluerit, aut si heres esse si poterit, quo casu rati datio substituti tollit iuitatem secundum Iaf. in l. si filius hæres. ff. de liber. & posth. post alios per eum allegatos. vnde debet intelligi hæc opinio secundū leges pro eo allegatas, videlicet, quādo substitutus pupillaris est etiam ipse filius, non autem extraneus. d. l. si filius qui patri. d. l. filius. qui se vel quādo hereditas patris esset onerata ære alieno, ita vt interesset substituti pupillarem adire, & paternam repudiare d. l. si pupillus. de acq. hæred. l. paterfamilias. de priuileg. cred. quod non est in casu nostro, & ita ego semper consului, quia ista opinio concordat cum verbis legum, à quibus non est recedendum, vt latius dixi in dictis iuribus. Non obstat, quod ex vulgari expressa, vel quæ in pupillari continetur, possit admitti substitutus, quo casu adita hereditate patris, confirmabuntur tabulæ pupillares: quæ respondeo, quod in casu nostro ius transmissum est in venientes ab intestato, vnde excluditur substitutus vulgaris, quia ius transmissionis potentius est iure substitutionis. d. l. j. §. cum autem. C. de cad. per Bartol. & doct. in d. l. j. in effectū secundū quæ sit, merito ergo non potest substitutus adire ex vulgari, & confirmare tabulas pupillares: quia excluditur a venientibus ab intestato, vt eleganter tradit Alex. apud Iulianum. §. Iulianus. ff. ad Trebell. vbi vnde ratione huius difficultatis, & ibi hac ratione concludit, quod si moriente pupillo sit transmissio hereditatis in proximiores agnatos pupilli, non autem in substitutum pupillariter, per l. sed si plures. §. filio. in fin. de vulg. & l. quæritur. in fin. de acq. hered. quæ sententia æquitate summam habet cum iisdem venientes ab intestato pupillo proximiores quoque sint testatoris, & certe ibi est expressa decisio Alexan. in fauorem sororis aduerus istum substitutum, cum qua etiam ego tranſeo, propter Alexand. auctoritatem, & vterius non disputo, cum sim rogatus de simplici subscriptione. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCVI. SVMMA.

- 1 Quem non honoro, grauare non debeo.
- 2 Quando substitutio est facta sub duplici conditione, onus tantummodo est impositum ipsi instituto, puta instituo Titium, & si ipse, vel filij filiorum decesserint, substituo Caium, non est dubium valere fideicommissum, non tanquam iniunctum sit ipsi filijs, sed tanquam iniunctum instituto sub duplici conditione.
- 3 Copula cadit inter duo, quæ simul esse non possunt.
- 4 Ex coniecturata mente testatoris, coniuncta exponitur pro disiuncta.
- 5 Fideicommissum filijs in conditione positus, ex causis iniunctum censeri.
- 6 Glof. in l. Lucius. ff. de hered. inst. limit.
- 7 Que non profunt singula, multa iuuant.
- 8 Quando verba non indicat iniunctum fuisse restituendi graui men ipsi filijs, magis quàm instituto, in dubio censetur iniunctum instituto, qui est honoratus, non autē filijs in conditione positus, hoc vt actus ipse teneat.
- 9 In fideicommissis sub copulatis duabus conditionibus relictis, altera desistente per impossibilitatem iuris vel facti actus ex altera sustinetur.
- 10 Vitile per inutile, vitium non debet.

ALIS est casus, testator Dominico filio instituto substituit, vt si decederet sine filijs, vel filio: aut si filijs aut filij filiorum decederent sine filio. &c. tunc substituit Dominico, & suis filijs, vel filio, seniore filium, & si nullus esset, proximiores deferentem, arma &c. quæritur an ista substitutio respectu filiorū, qui in conditione solum positi sunt locum habere possit: quia quem non honoro, nō grauo. l. ab eo. C. de fideicommissis, & pro huius quæstionis resolutione considerandi sunt breuiter tres casus. Primus est, quādo substitutio facta sub dicta duplici conditione, onulq; tantūmodo impositum est ipsi instituto: puta, instituo Dominicum, & si ipse, vel filij filiorum decesserint, ei substituo Titium, & tunc non est dubium valere fideicommissum, nō tanquam iniunctū sit ipsis filijs, sed tanquam iniunctū instituto sub duplici conditione. l. coheredi. §. cum filia. ff. de vulg. legatum sub conditione. ff. de cond. & dem. Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & in l. sed & sic. ff. de leg. 3. nec in hoc est aliqua difficultas: nec refert an illa duplex conditio sit, alternatiue concepta, an verò copulatiue, secundum Sal. in l. precib. quæst. vj. C. de impub. Cor. consi. cxxxvj. quanquam, vol. 4. & ratio est, quia si copula cadit inter duo, quæ simul esse non possunt, merito resoluitur in disiunctam. l. si Titio fundus. de vlt. leg. & quia vt ex coniectura mentis testatoris coniuncta exponitur pro disiuncta, secundum Alexandrum consilio centesimo trigesimo. in fi. vol. 2. Secundus casus est, quādo verba in dicta substitutione, nominatim respiciunt ipsos filios in condōne positos, apparetque fideicommissum non instituto, sed ipsis iniunctum fuisse. Et hoc in casu magna est inter doct. controuersia, quia Bar. in d. l. Centurio. tenet valere fideicommissum tanquam in necessarium antecedens voluerit testator filios honorare. l. deniq; §. interdum. ff. de pec. leg. & opin. Bartol. ibi sequitur Aretin. Iaf. Pol. Lanc. Galliaul. idem etiam tenet Anch. Paul. de Ca. Soc. Guido Papæ, allegati ibi per nouissimos eandem opin. sequutus est consulendo Alex. consi. 64. in v. Corn. consi. 74. viso prolixo. vol. 2. vbi dicit, se semper legendo & consulendo ita tenuisse, & ita tenuit consilio. cxxxvj. quia causa eo volum. & sepius in alijs locis quæ congregare non expedit, idem etiam sequutus est consulendo d. Fran. Curt. consi. l. ij. & dicit Soc. in l. cum filio. de leg. j. quod ista opin. consulendo à multo tempore canonicata fuit per doc. Perusinos, & quod ita alias per multos doct. totius Italiæ consultum vidit. Contrariam tamē opin. tenuerunt Ric Rayn. Im. Alex. & Iaf. cum multis alijs cōcor. in d. l. Centurio. per reg. d. l. ab eo. attestanturq; de communi opinione, rēdentes rationibus aduersantiū, vt ibi per eos. Sed ego sepe solitus sum trāsire cū Bar. & sequi priorem opinionem tanquā magis consentaneā voluntati testatoris, & humaniorē, vt actus suslineatur. Nec obstat, quod communis cōclusio sit, q; per illa verba non inducatur fideicommissum: quia cōcedo, sed dico, quod limitatur, nisi ex alijs verbis, vel dispositionibus testamenti colligatur mens testatoris, volentis filios in conditione positos haberi p honoratis, quia hoc casu non procedit illa communiter approbata. l. Lucius. ff. de her. inst. vt omnes ibi tenet, & per Soc. in l. cū auns. ad fin. de cōd. & de. vnde dicit Corn. consi. cxxxvj. vol. 2. quod propter opinionū varietatē, & rationes hinc inde efficaces, quæ reddūt glof. d. l. Lucius. dubia, facile ab ea, concurrenēte aliqua cōiectura, recedi potest. merito igitur in casu nostro dicendum est, quod illa verba si filij filiorum, &c. propter cōiecturā quæ ex grauamine adiecto oritur dispositionem inducant, & sic si quæ non possunt singula multa iuuant. l. 2. §. de excus. tut. Bar. l. j. §. ij. dem Cornelio. de quæst. & p hac secūdaparte etiā nouissimē consuluit Dec. cōsi. 182. in casu occurrēte. vbi dicit, q; à multo tempore citra prægrauat hęc opinio. Tertius est casus, cum sumus in dubio, quia si verba non magis indicant iniunctum fuisse restituendi graui men ipsis filijs, quàm instituto: & in hoc communis, & indubitata omnium opinio, quod censetur iniunctum instituto,

Instituta, qui est honoratus, non autem filius in conditione positus, & hoc ut actus ipse teneat. leg. quoties. ff. de reb. dub. & ita tenet Bald. & Salic. in d. leg. precibus. Socin. consilio cxxxv. volum. j. & to. 4. volum. 3. Et ita etiam dicit communem esse opinionem Alex. consil. 13. in 4. Dec. consil. lxxxij. & sentit Bar. l. codicillis. ff. de usufr. leg. Et ex hoc tertio casu inferitur ad quartum & ultimum, qui ad nostram quaestionem pertinet, quid iuris in causa mixta, quando fideicommissum vtriusque copulatione iunctum est, put in casu praesenti fuit, in quo testator copulativè substituit Dominico, & suis filijs, & dicitur est in dubio rater valere fideicommissum, quia et si teneamus contra Bar. supra in secundo casu relatam, & sic respectu grauius filiorum non valere tanquam testator non potuerit eos onerare, quos non honoraverit. d. l. ab eo. tamen sustinebatur ex grauius iniuncto Dominico, quia in fideicommissis sub copulatione duabus conditionibus relicta, altera deficiente per impossibilitatem iuris, vel facti, actus ex altera sustinetur. l. j. de cond. inst. per doct. l. impossibilis. de verb. obligat. quia vtile per inutile non debet vitari. l. 3. ff. si cui plulquam. ff. de adim. leg. l. duobus. ff. de test. tut. & cum similib. maxime in casu nostro propter praesumptam mentem testatoris, qui consideravit fauorem agnationis suae: & ideo grauius substitutum ad nomen suum de ferendum, &c. Socin. consilio. 258. & sequenti. Et ex supra scriptis concludo matrem istius impulsoris teneri ad restitutionem hereditatis Gulielmi testatoris, reseruata tamen sibi legitima, & Trebellianica, & sic dimidia, in qua Dominicus filius, & haeres nullum grauius sentit. Et haec omnia, saluo semper maiore iudicio.

CONSIL. CCVII. SVMMÆ

1. Dicitur, si tamen, aduersatiua videtur repetere qualitatem praecedentem.
2. Statutum dicit, existentibus masculis femina non succedant, factum vero testamento succedant, quatenus testator eis duxerit relinquendum, propter vim aduersatiuae vero intelligitur esse repetitam factum testamento, sicut masculis existentibus, quia aduersatiua repetitionem inducit.
3. Semper debet fieri interpretatio per quam religiosi non exscentur exclusi a successione.
4. De iure communi, conditio quod religiosi non succederent, non valet, & pro non scripta habetur.
5. In casu dubio interpretatio fauorabilior accipi debet.
6. Tempus cessationis diei in fideicommissis attendi debet.
7. Semel exclusus, debet perpetuo ceteri exclusus.
8. Propinquior dicitur filius, non autem consanguineus.
9. Regulare est materia successioneis feudi, ut aliquo mortuo attendamus ad eum, qui proximior est ipsi decedenti, non ad eum qui proximior est primo inuestito.
10. Maioribus quid sit.
11. Fideicommissa temporalia hodie valent, & tenent, & possunt fieri usque ad diem, vel ex die, adeo quod sunt transitoria de vna persona in aliam secundum voluntatem testatoris.
12. In quibuscumque ultimis voluntatibus, regulariter attendimus mentem testatoris, seu alias disponentis.
13. Verba concepta per ablatiuum absolutum, stant conditionaliter, & habent tractum temporis, quotiescumque talis maior existat semper admittatur.
14. Participium, manente, tractum temporis denotat.
15. Dicitur, possit, habet virtutem extensiuam.
16. Dicitur, tota vita, quid importet.
17. Verbum venit, duplicem sensum habet.
18. Quod semel exclusus est amplius admitti non debet, procedit in hereditatibus, quae non possunt ex die, vel ad diem dari.
19. Fideicommissa temporalia, & effectus eorum.

Mais difficultas circa duo puncta consistit. Primum est an religiosus & professus, qui deinde ad dignitatem Episcopalem peruenit, possit admitti ad maioratum, de quo agitur. Et non infitendus ubi non expedit, paucis respondeo, hunc religiosum admitti. Moueo, quia testator primo capite

excluit religiosos, & perinde ac si ipsi non essent in rerum natura, vocavit proximiores, deinde subiecit, *Attamen, si talis filius maior fuerit Archiepiscopus, Cardinalis, seu Episcopus, &c.* tunc admittatur, & habeant maioratum, illa enim aduersatiua, si tamen, videtur repetere qualiter praecedentem, si fuerint professi, &c. per gloss. in situ. de rer. diuis. ff. item lapilli. per quam glo. Bald. in repet. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. decidit similem quaestionem, dicit statutum, existentibus masculis femina non succedant, factum vero testamento succedant, quatenus testator eis duxerit relinquendum, certe intelligitur propter vim aduersatiuae, verò esse repetitum factum testamento. si masculis existentibus: quia aduersatiua repetitione inducit. l. Scia. ff. de fund. instr. quomnis aliqui contrarium conuoluerint, & male secundum eum refert & sequitur Alex. in l. si filius a patre. ff. de liber. & posth. l. in l. turpia. ff. si pars. de leg. j. in l. re conuicti. nu. 4. de leg. 3. in l. si constant. nume. cx. solu. matri. & alibi saepe. Constat hanc sententiam, quia semper debet fieri interpretatio per quam religiosi non exscentur exclusi a successione, iuxta textum in ff. sed & hoc praesenti. in auct. de sanct. episc. & tradunt Canonistae in c. in praesentia. extra. de prob. imo de iure communi non valeret talis conditio, sed haberetur pro non scripta. auct. nisi rogati. C. ad Trebel. nec consuetudo in contrarium valeret, secundum Paul. Castr. consilio 164. in cap. in praesenti causa. quae vocatur maiorata. in ultimo dubio. in 2. vol. In casu autem nostro res est clarior propter voluntatem defunctae eos admittentis, casu quod ad talem dignitatem peruenierint. vnde non est dubitandum, quin talis interpretatio tanquam fauorabilior in casu nostro accipi debeat. c. odia. de regu. iur. in 6. l. semper in dub. de regu. iur. Concordat hoc et verum simili menti testatoris, qui ad eam dignitatem professos habilitauerit, ut esset dei maioratus capax, ut possent facilius tolerare imponas dignitati annexas, qua consideratione multa aduersus regulas iuris inducta sunt, ut per Abb. in c. nisi essent. extra. de prob. Secundum est dubium, quia mortuo fratre primogenito, hic solum erat professus, & ideo ipso excluso patris admittitur, an nunc propter superuenientem dignitatem tanquam habilis possit admitti. Et videretur prima fronte dicendum quod non: quia cum tempore mortis fratris iste esset inhabilis, & ideo fuerit exclusus, non debet amplius admitti, quia tempore mortis fratris non cessit dies fideicommissi, quod tempus debet attendi. l. penult. ff. de legat. praestan. l. eum, qui de condit. & demost. l. Titius. cum sequen. ff. de suis, & legit. vnde iste si semel exclusus, debet perpetuo ceteri exclusus. c. j. ff. quia etiam Episc. vel Abb. in vrb. feud. per Cyn. Bald. & alios, in auct. sed & si quis. C. de secund. nupt. l. in substitutione. vbi l. ff. de vulg. & pup. & quia ista dignitas superueniens non debet nocere ei qui iam obtinuit bona, cum res non sit integra secundum Bal. auct. ingressi. in fi. C. de sacros. eccles. Multo minus videtur, quod possit admitti si contingat filium patris decedere, quia cum sit semel exclusus a patre, cesset exclusus a tota eius successione, ut p. Bal. in cap. j. in fin. de fil. natis ex matri. ad Morga. Et quia verba testamenti vocantur propinquiores illius, qui decesserit, & sic filium, non autem consanguineum. leg. cum patris. ff. penult. de legat. ij. per Alexand. consilio cxxj. in vij. Et istud regulare est in materia successioneis feudi, ut aliquo mortuo attendamus ad eum, qui proximior est ipsi decedenti, non ad eum qui proximior est primo inuestito, ut est text. in cap. j. in fin. de nat. succ. feud. & quod not. Andr. de iter. in cap. j. de eo qui sibi, & haeres. suis. & per do. Praepos. in cap. j. de feud. March. versu. decimo quinto. Soci. l. si cognatis. de reb. dub. versu. pro ista etiam. Alias sequeretur, quod ista successio esset nimis ambulatoria, de vna linea in aliam, quod non est verisimile. argum. penult. in fin. C. de eur. fur. Sed tamen his non obstantibus: puto reuerendissimum hunc Episcopum ad maioratum admitti, & praesuppono quod maioratus iste sit in effectu quoddam fideicommissum

missum, quod de maiore in maiorem peruenire debeat, prout fatetur de plano doctores, qui in causa maioratus conuoluerunt, ut Petr. de Anchar. consilio lxxxij. Cast. consilio 164. Alexan. consilio 4. in 4. volum. Socin. consilio 252. & rursus. consilio lxxxvij. in 3. Deci. 441. cum similibus. Cum igitur maioratus iste deferatur ad similitudinem fideicommissorum, succedit regula, quod hodie si fideicommissa temporalia valent, & tenent, & possunt fieri usque ad diem vel ex die: adeo quod sunt transitoria de vna persona in aliam, secundum voluntatem testatoris, iuxta tex. in leg. fin. vbi omnes not. C. de legat. solum ergo obseruabimus, quae fuerit mens ipsius constituentis dictum maioratum, prout regulare est in quibuscumque ultimis voluntatibus. leg. in conditionibus. ff. de condi. & demost. leg. 3. C. de lib. praet. Quod autem talis fuerit mens testatoris, colligitur primo ex illis verbis, *Existente tali maiore, non stante alio propinquiori*, quae verba si concepta sunt per ablatiuum absolutum, & stant conditionaliter, & habent tractum, ut quod est eum, quae existat talis maior, semper admittatur. l. properandum. ff. illo verbo. manifestante. C. de iud. leg. 2. ff. si mater. verb. mittente. ff. ad Terrul. & quod not. Bartol. in leg. 2. ff. fin. eod. tit. & facit in simili quod not. Cur. sen. consilio 14. & seq. vbi in legato facta vxore manente in habitu viduali, participium, manente tractum temporis denotat, & testata in dicit, quot sunt anni: allegat Bar. in l. Titia testamento. ff. h. q. pen. de leg. 2. & a primo non cadit dies totius legati, sed singulis annis, vtrique eum, pro quo allego textum in leg. pater Seuerinam. in fin. versu. mutante. ff. de cond. & demost. Secundo colligit mens ex illis verbis, *Talis possit habere, & habeat* illa enim si dicitur, *Possit*, habet virtutem extensiuam: vnde videtur admittendum quodcumque capere possit. legita quis testamento. ff. de legat. 2. vbi videtur casus praesentis quaestionis. Tertio, ex illis verbis, *Tota vita sua, & post illum, ille alius propinquior, &c.* propter enim si dicitur *Tota vita* censetur actum, quod res legata, vel fideicommissio relicta, reuertatur ad primum etiam absque alia restitutione, & consequenter fideicommissum sit temporale, secundum Corn. in d. leg. fin. in fin. C. de legat. Allegat Bartol. hoc tenentem in d. leg. Titia. 2. ff. fin. de leg. 2. in 2. quae sit. & facit, quod not. Alexan. consilio 92. in 3. & 173. in v. volu. Quarto, ex illis verbis, *Qui post talem praetatum venit, seu venire debet*, Verbum enim, venit, potest esse etiam praeteriti temporis, quo casu verba essent clara, ut ille agnatus, qui ad successione iam venit, si excludatur a praetato iterum admittatur, & sic habebit haec verba vtrunque sensum. leg. verbum, oportebit. de verbo. significat. leg. sepulchri. vlt. ff. de sepulc. viol. Nec obstat, quod cum ipse sit semel exclusus, non debeat amplius admitti, &c. Respondeo, hoc si procedit in hereditatibus, quae non possunt ex die vel ad diem dari. leg. hereditas ex die. ff. de hered. instit. secus in fideicommissis. per d. leg. fin. vnde si ex forma statuti hereditas possit ad diem dari. tunc quamuis quis semel fuit exclusus: tamen iterum admittatur, secundum Barto. in leg. fi. ff. fin. ad Terrul. per Dec. consil. lxxxj. & cccxxj. Socin. 33. in 3. volum. & consilio l. eod. lib. Alexan. consilio 13. in 3. volu. Non obstat, quod mortuo fratre primogenito cessit dies tempore quo ipse praetatus erat inhabilis Respondeo cum fideicommissum sit temporale, incipit iterum cedere dies, cum primus praetatus cepit esse habilis. ut per Bar. in d. ff. h. & probatur, quia idem videmus esse in usufructu legato in annos singulos, ut habet in leg. j. in principio. quando dies leg. ced. in leg. vnica. ff. libertatib. C. de ead. toll. & p. hoc est tex. in d. l. si ita gtestamento. Socin. d. leg. pater. ff. fin. Non obstat decisio Bal. in d. auct. ingressi. in fin. quia procedit, quando tempore quo cedit dies in quo deferatur hereditas, quis est omnino exclusus, & alius simpliciter, & irrevocabiliter vocatus, sed in quaestione nostra, iste patruus non erat irrevocabiliter vocatus, sed donec professus efficeretur capax, cum fideicommissum esset temporale d. leg. si ita quis testamento, & su-

pra dictum est. Et ideo concludo hunc reuerendissimum praetatum esse admittendum ad maioratum, & ad bona casibus magni, iuxta formam testamenti. Et haec omnia, saluo semper maiore iudicio.

CONSIL. CCVII. SVMMÆ

1. Eueniente conditio, euanescit fideicommissum.
2. Delinquentium bona non ad fiscum, sed ad fideicommissarios deuoluuntur.
3. Alienationis prohibitionem confiscationem bonorum non impedit.
4. Non est verisimile testatorem appellatione alienationis de necessaria nempe bonorum publicatione, propter delictum, intellexisse.
5. Fiscus bona delinquentis retinere potest eo tempore, quo rem ipse tenuisset, salua deinceps iure fideicommissi sui.
6. Argumentum de tacito ad expressum valet, & tenet.
7. Prohibitio alienationis non comprehendit eam, quae ex delicto fieret quia a lege fit.
8. Serui prohibiti alienari, ne cuiquam alteri seruiant, publicatis bonis heredis, transferuntur in fiscum, licet fisci teneantur eis manumittere.

In testamento magnifici d. Ioan. Franc. Pallaucini, duo sunt cap. ita fideicommissorum. Primum est, in quo instituitur quibusque filijs hereditas facit substitutionem: si contingat aliquem ditorum filiorum mori absque masculo, &c. & de hoc nulla est quaestio, quia d. Benardinus decessit relicto d. Vberio, & alijs masculis, &c. vnde euauit fideicommissum. l. filius famil. ff. cum quis. ff. de lega. j. l. j. C. de cond. inst. cum similibus. Alterum est, quia prohibuit filijs, & heredibus, & eorum descendibus in infinitum, ne possint vendere, vel alienare, sed bona remaneant integra & vnita pro conseruatione hereditum, & successorum, &c. vnde in praesentia quaeritur de virtute dicti fideicommissi, quia do. Vbertus proponit commisit delicta, & fuisse confiscata. licet deinde obtinuerit gratiam, quoad fiscum Principis tantum. Et videretur euenisse casum fideicommissi: quia delinquedo dicitur alienasse, & consequenter esse deuolutum fratribus domini Vberti fideicommissarijs, prout diffusè conluluit Alex. consil. cxxij. in j. quem videtur sequi Ias. & alij Moder. in d. l. filius famil. ff. diui. in notab. vbi concludunt si tali casu excludi fiscum, & ius statim deuoluit ad fideicommissarios per text. in l. Imperator. ff. de fideicommiss. liber. vbi Barto. Sed tamen quicquid dicat Alexan. verior, & communior opinio stat in contrarium, quam tenuit Oldr. consilio xvij. Rom. leg. si constant. ff. fin. solu. matrimo. Paul. de Castr. & Rui. in dict. ff. diui. vbi late reprobat dictum consilium Alexan. Et ego soleo sequi hanc opinionem: Primo per textum in dict. ff. diui. vbi simpliciter dicitur, hanc prohibitionem alienationis non nocere fisco, quia non licet testatoris talem legem dicere, quae verba proprie referuntur, quando fisco talia bona occupat propter delictum: si enim occuparet ex causa tributorum, vel alia simili, satis iussit Iurisconsulto excipere creditores, & tamen excepit etiam fiscum: vnde satis ibi probatur bona a testatore vana alienari, propter delictum tamen publicari posse, & facit ratio, quia non est verisimile testatorem appellatione alienationis, de hac necessaria intellexisse. leg. Peto. ff. praetium. de leg. prim. Sicut nec de ea intelligitur, quae per successione ab intestato fit. leg. cum pater. ff. cum inter. ff. de lega. & fideicommissi. secun. quae tamen non est adeo necessaria, cum possit esse testari ab intestato suo, & alij relinquere. Comitatur enim bona alienata, & transeunt in fideicommissarios propter iudicium deotionem grauius aduersus testatoris iussu facientis. l. j. ff. de penu. legat. quae in deuotio cessat in alienatione necessaria, & in ea qua lex facit, non aut grauius ff. penu. in auct. de restit. fideic. ibi, non ipsius sed in ouellae legis factae, & ideo videtur quod fisco bona retinere debeat

beat, pro eo tempore, quo reus ipse tenuisset saluo deinceps iure fideicommissarij, argumen. cap. j. §. fin. de ca. Corradi. in vlt. feud. qua ratione etiam feudum antiquum publicari posse. Alexand. existimavit, post Ludou. Roma. & Imol. in l. si finita. §. si de vestigialibus. ff. de da. infest. versiculo secundo. etiam in contrarium. Nec probabile esse proximi agnati præiudicium, cuius iuris conditio non euenit: sicut nec in casu nostro; ne publicatio, quam fideicommissarius ob delicti correctionem facit, commo- dum afferat fideicommissario, cuius fideicommissi conditio non euenit, quæ de alienatione intelligitur, nõ ex necessitate legis, sed perinde uocationem facta, vt dixi. nam & in fideicommissis expresso hoc est certum, vt earentis confiscationi locus sit, quatenus reus uiuat, nec interim fideicom. admittatur. l. Status. §. Cornelio. de iur. fisco. l. cum pater. §. hæred. de leg. 2. & per Ang. in l. Papin. §. meminisse ff. de inoffic. test. & in eo tacite subest alienationis prohibitio, vt merito idem quoque in expressa sit dicendum. valet enim regulariter hoc argumentum. l. cum quid. ff. cert. per. l. quidam testamento. l. generaliter. §. si petitur. ff. de fideic. liber. & dixi in d. §. diui. in opp. ad l. Stichus. Sentit etiam hoc Iac. de Aren. quem refert Bartol. & videtur in hoc sequi in l. si quis in 7 tantam. C. vnde vi. dum dicit prohibitionem alienationis non comprehendere eam, quæ ex delicto fieret: quia à legè sit. leg. 2. ff. de reb. eorum. quam sententiam Bartol. reprobat in illo casu, quando is cuius fauore facta erat commodum præfens capiebat, vt maritus in dote uxoris. l. quinque. & l. leg. ff. de bon. damn. vel pater qui vsum fructum in bonis filij habet. l. fina. §. filijs. C. de bon. quæ lib. at in casu nostro fideicommissarius commodum præfens non habebat: sed habituram se sperabat. Et per hæc apparet responsum esse rationibus Alexand. in d. dicto consilio quibus etiam diffusè responderit Ruin. in d. §. diui. & ostendit autoritatem Bartoli etiam contra Alex. non autem pro eo. Vnde stante hac conclusione videtur ius omne esse in fisco, & restitutionem factam à Principe, quoad iura fisci comprehendit hæc bona, & satis tutum esse d. Vbertum aduersus fratres suos. Fortius videtur mihi dicendum dictum consilium Alexandri nihil ob- stare in casu nostro, quia etiam si verum sit, quod bona prohibita alienari, ad agnatos potius pertineant, quam ad fisco, tamen Alex. non negat quin ipso iure ad fisco pertineant. licet deinde fisco conueniri possit à fideicommissarijs. quod apparet ex textu per eum allegato in d. l. inuenerator. ff. de fideicom. lib. vbi Bartol. in quo textu dicitur, quod si serui prohibiti alienari, ne cuiquam alteri seruiant, publicatis bonis heredis, transeunt in fisco, licet fisco teneatur eos manumittere. Quo exemplo etiam in casu nostro, videtur dicendum. quia ista alienatio non arguit in deuotionem hæredis, cum facta sit ex necessitate legis, quod bona nihilominus transeant in fisco: sed quia subest tacita coniectura mentis, quod testator voluerit, ea potius pertinere ad agnatos. ista coniectura tacite mentis sufficit soli exceptioni. l. emptor. §. fina. ff. de rei vend. l. fin. §. j. ff. de dol. except. l. penult. ff. de collat. dot. non autem, vt dominium ipso iure transeat in fideicommissarium, & consequenter actionem realem habeat, licet fortè personalem habere possit; secundum Bartol. in leg. si focer. §. Lucius. ff. solut. matrim. quamuis fisco esset in expressa mente testatoris, vt quia alienatio fieri voluerit. l. ea lege. vbi not. C. de condi. ob caus. & per Bar. in d. §. diui. in secunda solu ad l. Stichus. & in l. cum pater. §. libertia. ff. de legat. 2. Cum igitur ad hæc esset in fisco, nec dominium rerum transeat in fideicommissarios, debet restitutio & gratia facta d. Vberti ad ista bona trahi exclusis fratribus. Et illa clausula testamenti, quod bona non possint amplius recuperari ad eum, qui vendidisset, seu alienasset, intelligitur per viam contractus, vt verba testamenti sonant. quo casu arguitur manifesta in deuotio, nõ autem per alienationem necessariam ex delicto, vt supra est dictum. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

SVMMARIE procedendo, difficultatem in præfenti casu facit: quia testator casu quo Antonius, & sui liberi, decederent sine liberis naturalibus & legitimis, eisdem substituit fratrem superiuuentem, & suos liberos: non videtur autem euenisse conditio fideicommissi, quia dictus Antonius, & eius liberi non decesserunt absque filijs, ex quo supereft Aloysia, ipsius Antonii filia: & conditio enim illa si decederent sine liberis, intelligitur euandescere, etiam relicta femina, cap. Raynaldus. extra. de testam. l. j. C. de cond. insert. maxime propter dictionem liberis, secundum Decium, consil. ccccclxvij. Et hoc suadet etiam mens testatoris, qui Camionem substituit, casu quo ambo filij sui, sine liberis masculis, vel feminis decederent. Vnde cum respectu Camionis expressè liberari filios à fideicommissis, dummodo habeant foeminas, satis videtur in priore substitutione idem sensisse. Quia & vna pars testamenti aliam declarat. l. qui filibus. de legat. j. Dec. consil. 270. Franc. Cur. Iun. consil. ix. & Curt. Sen. consil. xxxv. & consilio lxx. cum similib. Sed tamen diligentius consideranti mihi videtur contrariam partem esse probabiliorē: quia & doctores tenent, quod licet conditio si sine filijs decesserit, intelligatur, tam de masculis, quam foeminis: tamen hoc non procedit, vbi præsumpta mens testatoris stat in contrarium. Veluti si testator proprias filias exclusisset fauore masculorum, verisimile est, quod multo magis voluerit excludere nepotes, pro ut consulu- it. Pau. Cast. consilio ccccl. alijs 38. in j. vlt. dicto testamento. & consilio 77. alijs cccc. casus iste frequenter contingit. in 2. & in leg. j. ff. de cond. inst. vbi etiam Fulg. & consilio 38. idem etiam consulu. And. Sic. inter consil. 52. in 4. volum. Dec. consilio xv. Et licet ista præsumptio sola iudicio meo sit valde dubitabilis & fortè non sufficeret, vt alijs dixi, in leg. inter stuprum. §. fin. & in leg. Herennius. de verbor. signifi. tamen in casu nostro, ad sunt multæ aliæ vltra scriptam, quæ coadiuuat intentionem fideicommissariorum. Et enim & secundo alia coniectura, quod fideicommissarij sunt ex descendentibus testatoris, quo casu Moderni videntur concludere eorum fauore, foeminam esse excludendam: & ita concordantur opiniones contradicentium, vt per Socin. in l. cum auus. de cond. & demon. vers. quartus casus. & inter consilia Curtij Senioris consilio xxx. & nouissimè ita consulu. contra opiniones Franc. Curtij Iunior consilio cxxxix. Subest & tertia præsumptio, quia cum & testator decedente Camione sine liberis, vocet proprias filias, nisi illa verba, sine liberis, intelligeretur de masculis tantum, sequeretur absurdum, quod prætulisset foeminas Camionis extranei, suis proprijs, contra leg. cum acutissimi. C. de fideicommissis. vnde potius credendum est, quod semper intellexerit de masculis, fauore conferuandæ agnationis. Est & quarta coniectura, quia ipsi Camionem extraneum, prætulit testator suijmet testatoris filias, nõ alia ratione, quæ quia Camio erat de familia. & vel sola ista coniectura sufficeret, secundum Cor. consilio cxxiij. lib. ij. potest & quinta addi; ex quo in secunda substitutione fecit mentionem masculorum & foeminarum, & non in prima: cum enim declarauerit quod uellet Camionem, quia extraneus erat excludi non solum à masculis de se descendentibus, sed etiam à foeminis, tacite sen-

tit, secus esse in descendentibus suis: quia non intendebat, quod fideicommissi conditio deficeret, per super existentiam foeminarum: alioquin sicut hoc expressit in secundo capite, ita expressit etiam in primo. l. vnica. §. si autem ad deficientes. C. de act. tol. secundum Ioann. de Anan. consil. xxij. Anch. consil. cxx. Alex. consil. xxxvij. in vj. volum. & consil. xvij. in vij. las. in l. qui filias. de leg. j. Lud. Bologn. inter. consil. Alex. consil. xxxix. in iij. & per hoc responderetur ad rationem, quod vna pars testamenti, &c. & ea quæ not. Abb. consil. xxxvj. in j. alleg. per las. in d. l. qui filias. & cum Abb. tenet las. d. Centurio. num. lix. Comen. consilio cxij. Dec. consilio ccccxc. cclxx. cccclxx. xvj. ccccxlvi. Guido Papæ decil. ccccclxxv. las. consil. cxi. in ij. cxiij. sed alij distinguunt, an in eadem oratione, an diuersa, vt Cur. Sen. lxxij. Rubens consil. lxxj. sed contra hanc distinct. Curt. Sen. xlviij. & consil. vj. Curtius Iunior cxij. cxij. Zasius consil. iij. Vber. Zuc. l. fin. C. de edicto diui Adriani. & sequitur Dec. consil. ccccclxij. & ccccxv. & ista opinio videtur tenenda, cum tractetur non de exclusione filiarum, sed neptis, quæ facilius ex huiusmodi coniecturis debet excludi, secundum Corn. consil. cxx. lib. ij. Et hæc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCX. SVMMAE.

1. Editum de legatis prohibitorium est, quia quilibet presumitur habili, nisi reperiatur expresse prohibitus.
2. Relictum propter pietatem, censetur relictum ad pias causas, & pro remedio anime, vnde vbi alijs non valeret, tali casu sustinetur.
3. Spuri sunt incapaces hereditatis, & successionis.
4. Idem est dicere Bastardos, quod naturalis tantum.
5. Lex habet pro naturalibus, natos ex soluto & soluta.
6. Qui alieno laborant vitio, misericordia digni sunt.
7. Ratio cur prohibetur relinqui spurij, vel naturalibus, non est propter odium ipsorum, ex quo ipsi nihil peccauerunt, sed est propter odium ipsorum parentum, qui deliquerunt.
8. Incapacibus possunt relinqui alimenta, & legatum valet respectu summe ad ea ostendentis.
9. Si mulier habet filios legitimos, & alios illegitimos dummodo non natos ex coitu damnabili, & accusabili, tales illi succedunt equaliter.
10. Auius prohibetur relinquare aliquid nepotibus, naturalibus, existente legitima sobole.
11. Clausula, quæ se refert ad præcedentia tantum, non est trahenda ad subsequencia.
12. Hæres grauatus de distribuendo hereditatem pauperibus, seu restituendo pro anima sua, cui uolet, non potest eligere spurium testatoris.
13. Non dicitur dispositio ad pias causas, quando sanguineus donat, vel legat coniuncto, & dicit id se facere pro anima, vel causa pietatis, quia presumitur, quod potius fecerit propter coniunctionem, & sanguinem.
14. Filij vt dicantur naturales, & tanquam tales succedant oportet, quod non solum sint nati, ex soluto, & soluta, sed etiam ex concubina, quæ sit habita loco uxoris, non in figura ancillæ, & quod cum ea vnica consueuerit.
15. Filij quod quis habet ex sua ancilla, etiam si vber, sit solutus non dicuntur naturales, sed spurij, & sunt incapaces.
16. Alimenta non debentur iuuenibus validis, qui habent artificium, quia esset incipere eos ad inertiã.
17. Qui ex operis suis potest alij, submoueri possit à petitione alimenterum.
18. Spurijs & naturalibus debetur summa legati relicti, quatenus non excedat vnciam, id est, duo decimane partem hereditatis, quæ potuit illi relinqui existente legitima sobole.
19. Lex introducta est vt coerceret libidinem dominum, quia frequeatius, & impudentius hæc dicta committerentur propter libertatem, & in odium vitij paterni irrogat penam, etiam filijs, quod secus est in muliere.

Egatum factum testamentò nobilis viduæ dominæ Leonoræ, Ioanni & Bartholomæo Bastardinis, de scuris mille quingentis relictis, propter pietatem, & futuram contingentem

necessitatem visum fuit prima fronte valere. Primò, quia & dictum de legatis relinquendis prohibitorium est: quia quilibet presumitur habili, nisi reperiatur expresse prohibitus. l. verbis legis. ff. de verb. sign. vbi verbis legis xij. tab. cauebatur, quod vti quisque ex bonis suis legasset, ita ius esset, prout etiam dicitur in l. j. in princip. ff. ad leg. Falcid. quod maxime videtur dicendum in casu nostro, in quo asseritur tale legatum fieri propter pietatem. vnde & cum sit ad pias causas, censetur pro remedio anime relictum. vnde vbi alijs nõ valeret, tali casu sustineretur, iuxta glo. in l. si quis Titio. ff. de legat. ij. pro qua videtur tex. in auth. vt cum de app. cogit. §. si quis de prædictis, quem ad hoc allegauit Bal. in authen. similit. C. ad leg. Falcid. Roma. consil. lxxix. cum similibus. Secundò facit, quia isti non videntur esse spurij, qui sunt incapaces, iuxta authen. licet in fin. C. de natur. lib. sed potius sunt naturales tantum propter eos ipsa testatrix appellat: quia & idem est dicere bastardos, quod naturales tantum, vt habetur in l. j. C. de natur. lib. & per gloss. in rub. de concub. & in c. nisi cum pridem. §. personæ. in verbo manzeres. de renunt. maxime cum in facto proponatur eos & natos esse ex soluto & soluta, quo casu lex habet eos pro naturalibus. e. innocen. extra. de elect. per Specu. in titu. de success. ab intest. §. j. versicu. nunc de naturalium. Tertio, quia ratio cur prohibetur relinqui istis spuris, vel naturalibus, non est propter odium ipsorum, ex quo ipsi nihil peccauerunt, & misericordia digni sunt, qui alieno laborant vitio. l. legem. §. j. C. de natur. lib. Sed est propter odium ipsorum parentum, qui deliquerunt, quæ ratio cessat in nostro casu: tunc quia testatrix est auia ipsorum, in qua cessat omne crimen: tum quia ad tale legatum aggrauatur ipsemet pater, & auferatur ab eo: vnde debet valere, sicut in simili dicunt doctores. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de liber. & posthumis. vbi Bartol. Baldus Alex. las. concludunt valere legatum factum nepoti, & spurio, quando ex eo nihil venit acquirere tamen ipsi patri. Quarto, quia etiam si isti essent incapaces, dum non est dubium, quod possent eis relinqui alimenta, & quod respectu summe ad ea ascendentes, valeret legatum. cap. cum haberet extra. de eo qui dux. in matr. quæ dispositio & in foro ciuili esset obseruanda, vt est magis communis conclusio; vt ibi per dominum Præpositi. & per Ang. in §. fina. Instit. de iure natur. Socin. consil. clxj. cum similibus, quicquid dixerit Arret. consil. xlvij. reuocatur contra quem expresse tenet etiam Pic. in repet. l. vt vici. ff. de iust. & iur. Quinto, quia & si mulier habet filios legitimos, & alios illegitimos, dummodo non natos ex coitu accusabili, tales illi equaliter succedunt. l. si qui illust. C. ad Orf. ergo multo minus debet prohiberi relinquare naturalibus filij sui. Sed his tamen non obstantibus, teneo dictum legatum non valere, quia de hoc est casus in l. fina. C. de natura. lib. vbi prohibetur & auis relinquare aliquid nepotibus naturalibus, existente legitima sobole, quæ lex, licet loquatur in auo, tamen habet locum etiam in auia, vt tenet ibi glo. fina. quam indistin- ctè in hoc ibi omnes scribentes approbant: militat enim eadem ratio, videlicet fauor legitimæ sobolis: & odium naturalium. facit tex. in authen. quib. mod. nat. effit. l. i. §. ne igitur. vbi tex. prohibet patri existentibus legitimis, relinquare naturalibus aliquid supra vnciam, deinde in §. de nepotibus. eod. titu. extendit supra de patre & filijs dicta, ad auam, & nepotes, vt eadem per omnia obseruentur, & ideo cum hæc questio per casus legum diffinatur, frustrarium esset insistere in argumētis. Et hoc tenendo non obstant allegata in contrarium: & primò, quod istud sit relictum causa pietatis, quia tripliciter respondetur. Primò, quod illa clausula, si videantur verba legati, refert se tantummodo ad commedationem, quæ auia dictos bastardos, eorum patri, & filio suo & com- mendauit, vnde non est trahenda ad legatum subsequens. leg. talis scriptura. vbi glo. & doctor. ff. de legat. j. per Bar. in l. j. eritque differentia. ff. de vi bon. capt. Secundò, quia lex eis prohibet generaliter relinquit, & nõ etiã causam

Iun. contra consi. xxxv. colum. v. Dec. ccccxxij. Octavo si in institutione de masculis, in substitutione simpliciter si decesserit sine filiis, tunc neptis potior. Ale. xxxij. in vj. Cur. Iun. clxij. colu. penult. contra Dec. ccccxxv. maxime si ante statuto supradicto. & ccccxxv. ccccclxv. pendet a not. per Abb. consi. xxxvj. Ana. consi. xxij. Non si substituit quoscunque filios, tunc neptis potior. Dec. ccccxcix. Quod si filia testatoris sit substituta, tunc neptis amittit non excludit. Curt. xxxv. colum. penult. las. d. consi. cxxx. licet Alexandrinus contra consi. xxxj. in fi. Dec. ccccclxx. & ccccclxvij. Contra Herculanus. idem consilio ccccclxxx. Præterea quando plures in coniectura concurrunt, quæ non profunt singule, & c. contra neptem. Gozzad. d. consi. lxxxvij. Socin. d. i. cum auus. & multo magis quando præter coniecturas adest etiam statutum, quod si antibus masculis, & c. tunc enim excludit neptis. Paris. lxxxix. colum. penult. in 2. xxxv. colum. penult. in 3. Ripa. in l. hæredes mei. §. cum ita. nume. lxxvj. & seq. Crot. in Repet. §. Diui. num. 163. Rubens. cõsi. 62. 63. 31. in fi. Zoz. ad. dict. cõsi. 88. Calc. 48. las. 40. 41. 42. in 2. Dec. 370. 514. 515. 495. 480. 15. 567. 568. Cur. 63. col. 16. 75. col. x. Cor. 162. 273. in 4. cxxxij. cxx. in 2. Soc. inter consil. Cur. num. xxx. l. j. colum. penult. in 4. vj. col. colum. penult. in 4. Cum itaque in casum huius propositum, testator modò dictione filij vsus sit modò liberis, quibus adiacet sapius dictionem masculis, & in loco vbi aderat statutum, quod si antibus masculis femina non succedat, pro substituto mihi omnino videtur esse iudicandum. quamvis adhuc plures super sint neptes, quia præter verba Testamenti, & ius municipale concurrunt etiam consuetudines plures ex supra relatis, quibus videtur voluisse testatorem, vt bona in familia conservarentur. Et hæc arbitror sufficere: saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. CCXIII. SVMMAE.

- 1. Tex. in l. cum. 6. in fideicommissio. ff. de leg. ij. declaratus.
- 2. In successione pupillari attendimus ad proximitatem testatoris, non autem pupilli.
- 3. In fideicommissarijs, succeditur ipsi testatori.
- 4. Feudum non ex solius concedentis mente iudicatur, sed etiam ex eo, quod cum accipiente actum est.

Ircu casum. tex. in leg. cum ita. §. In fideicommissio. de leg. 2. dicitur quod si duo coniunctim requiruntur. primum quod agnati in familia fuerint tempore, quo testator moritur. Secundum, quod proximi sint gradu, vt ego interpreor ipsi defuncto, de quo supra dixerat, non autem grauato, & ita illum textum etiam intelligit Oldradus, Baldus, Albericus & Raph. Com. clxj. dicto enim procreati abso- lutiue ponitur, & illa verba, qui ex his, idem significant, quod hi qui, eandem sententiam etiam tenuit Bartol. in l. 2. colum. fina. v. sic. Quarto dixi. de vulg. & pupill. vbi in successione pupillari attendimus ad proximitatem testatoris, non autem ipsius pupilli, vt etiam idem tenet in l. Lucius. q. penult. de vulg. quod fortius dicendum in fideicommissaria, in qua ipsi testatori succeditur, & tenet idem Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. Ad Trebellia. & ita etiam tenuit Ioan. Crotus in Repet. d. §. Diui. chart. penult. versic. Quarto queritur. & Moder. repet. in l. Gallus. §. j. de liber. & post. colum. xxx. cum multis sequen. vbi respondent rationibus Socyni. Cornei, qui aliter quandoq; senserant, quorum sententia solum defendi iudicio meo potest in f. quod non ex solius concedentis mente iudicatur, sed ex eo quoque, quod cum accipiente actum est. cap. j. de nat. iur. cess. feud. vbi And. de Ifern. secus in fideicommissio, quod totum ab affectione testatoris pendet.

CONSIL. CCXIII. SVMMAE.

- 1. Legatarius succedit substitutis, voluntati testatoris contra venientibus.
- 2. Ecclesia contraveniens voluntati defuncti, cadit in penam.
- 3. Vendens scienti fideicommissum, non tenetur de eversione.

ASVS est talis. Dominus Achilles, habens possessionem perticarum 600. in Guado fontanarum dicitur cesis Laudensis, condidit testamentum, in quo legauit fratribus Castellatij libras 250. annuas, & hereditatem instituit filium & eo decedente substituit locum Misericordie cum prohibitione alienationis, & in casum contrauentionis substituit locum quatuor Mariarum, & eis fecit similem prohibitionem de non alienando. Euenit deinde casus fideicommissi, & Deputati Misericordie successerunt, & soluerunt legatum dictis fratribus Castellatij, deinde superiore biennio subastauerunt dicta bona, & ea in licitatione obtinuit Ioan. Angelus Lignanus, & etiam obtinuit consensum a Deputatis quatuor Mariarum queritur quid iuris? Respondeo dictam possessionem deuolutam esse ad Monasterium Castellatij, quia cum primus & secundus substitutus contrauenerint voluntati Testatoris, & eam non obseruauerint, ius deuoluitur ad legatarium iux. Auct. Hoc amplius. C. de fideicommissi. & quod ibi not. doct.

Non obstat consensus quatuor Mariarum secundum leg. voluntas. C. de fideicommissi. quia Respondeo, quod nos potuerunt consentire, ex quo etiam illis facta fuit prohibitio, & ideo consentiendo eadum in penam.

Non obstat quod ecclesia non debet cadere in penam, & c. Respondeo imò, cadit contraueniendo voluntati defuncti, vt not. omnes. in l. iubemus. prima. C. de sacrosan. eccles. nec est locus restitutioni in integrum, vt ibi dicunt doct. maxime cum cum dicta Misericordia non teneatur de eversione, ex quo vendidit scienti fideicommissum subesse. l. si fundum sciens. C. de evict. & scientia probatur ex verbis incantus, quibus dicitur vendi dictam possessionem, ita tamen quod accedat consensus quatuor Mariarum propter prohibitionem Testatoris. Et debent præfati fratres Castellatij omnino defendere voluntatem testatoris, à quo fuerunt tali legato honorati.

CONSIL. CCXV. SVMMAE.

- 1. Conditio si sine masculis decesserit, respicit agnationem, sed conditio si sine filiis etiam filia supersitit deficit.
- 2. Alienationis prohibitio per contractum, non trahitur ad testamentum, nec e contrario.
- 3. Coniecturis non est opus in verbis testamenti claris.
- 4. Fraudem non dicitur facere, qui iure suo vitur.
- 5. Conditio deficit per solam existentiam liberorum.

In casu, de quo agitur, Testator respexisse ad agnationem, substituisse filijs, si decederent sine masculis, sed cum dixerit simpliciter sine filiis, apparet etiam nata filia deficere conditionem. leg. j. C. de cond. infer. & sic non respexisse ad agnationem & illa consideratio quod excludit proprias filias, & c. est communiter reprobata. Prohibitio autem alienationis per contractum, non trahitur ad testamentum, nec e contrario. l. ex hoc edicto. de alien. iud. mut. cau. not. l. Ita quis promiserat. §. ea lege. de verb. oblig. & ideo non valet argumentum de vno ad aliud, maxime quia per contractus facilius præsumitur euersio fideicommissi, quam per testamentum. d. leg. ex hoc edicto, & vbi verba testamenti clara sunt, frustra recurrimus ad has coniecturas. leg. Ille, aut ille. de leg. 3. Nec potest dici quis testatus in fraudem fideicommissi, & c. quia non dicitur fraudem facere, qui vitur iure suo. In nullus videtur. de reg. iur. l. patrem. de jis q; in fraud. vbi Dyn. & Alb. Bar. leg. iusturadi. 4. §. final. de iur. iur. Doct. leg. sed & q; sit. de libe. & posthu. Præterea Testator non expressit quicquam liberi institutorum succedat patribus, an ne imò sola existetia facit deficere conditionem leg. filius familias. §. Cū q; de legat. primo. nec expressit, voluerit an non disponere de bonis, & c. & non dicitur æquiuocum, quod vnum sensum tantum habet, licet, sicut et Campano possunt plures sensus infringi.

CONSIL. CCXVI. SVMMAE.

- 1. Sub nomine officij iudicis continetur restitutio.
- 2. Dicitio, omnis, est vniuersalis.
- 3. Remota appellatio, videtur etiam remota restitutio in integrum.

- 4. Remoto remedio ordinario, censetur etiam remotum extraordinarium.
- 5. In pacto generali, non videtur renuntiatum beneficio restitutionis in integrum.
- 6. Statutum est quædam conuentio ciuium.
- 7. Prohibita generaliter exceptione, vel replicatione, non intelligitur prohibitum beneficium ætatis.
- 8. Ex generali dispositione, qua casetur, aliquem directè, vel indirectè à quacunque persona molestari non posse, non excluditur restitutio in integrum.
- 9. Per legis generalis dispositionem, nunquam censetur auferri beneficium specialiter, alicui in iure concessum.
- 10. Ex statuto permittente minoribus compromittere, remota appellatione, & quacunque reclamatione non tollitur in integrum restitutio.
- 11. Lex prohibens à sententia arbitri appellari non posse, nec iudicis officium implorari, non remouet restitutionem in integrum.
- 12. Beneficium restitutionis in integrum, opponitur etiam per viam exceptionis.
- 13. Ex duabus vijs vna remota, remanet altera.
- 14. Prohibito quocunque priuilegio, non intelligitur exclusum priuilegium restitutionis.

In casu statuti nostri, quo à sententijs latis inter Dominum, & Conductorem prohibetur omnis appellatio, nullitas, reuicisio, & officium iudicis, conuincit dubitari, an censetur remota etiam in integrum restitutio competens minoribus? & difficultatem facit. Primo, quia sub nomine officij iudicis continetur restitutio. l. Quod si minor. §. fin. iuncta. ibi glo. illa. ff. de Minorib. xxv. ann. & hoc maxime suadet propter vniuersalem dictionem, omnis. Secundò, quia restitutio appellatio, vnde videtur et remota restitutio in integrum, vt dicit Bal. in consi. 143. in volu. j. & in consi. ccccxxxj. in volu. 2. Et est ratio quia si submonetur remedium ordinarium, multo magis extraordinarium. l. eius militis. §. si militia militis. ff. de testamen. mil. & per Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. per las. in leg. postquã liti. C. de pact. Tertio, quia in terminis hoc consuluat Andr. Sicul. in cõsi. 44. in volu. 3. Sed tamè contraria opinio est verior & humanior: nam in pacto generali non videtur renuntiatum tali beneficio restitutionis, ergo nec in statuto, quod non est aliud, quam quædam ciuium conuentio. l. Nec ex prætorio. ff. de reg. iur. & facit quod habetur in l. vnica. per gloss. in verbo, reformationem. C. si de momenta. possessio. vbi per ius commune nunquam tale beneficium censetur sublatu. & per has rationes ita consulendo firmavit Bald. in consi. ccccxxvj. statuto ciuitatis Laudæ. in volum. j. vbi dicit se aliquando de hoc dubitasse: & tandem hanc opinionem ait sibi magis placere. Et idem in terminis statuti prohibentis appellacionem, nullitatem, aut exceptionem: consuluit Socy. in consi. cccxcix. Vbi allegat Bald. in l. in causa. j. ff. de Minorib. qui in hac opinione inclinatur ea ratione quia dato, quod aliàs generaliter sit prohibita exceptio, vel replicatio, tamen non intelligitur de ea, quæ beneficio ætatis competit. l. veru. §. fina. cum seq. ff. de minorib. & idem sentit Socy. etiam in consi. ccccxxxij. Eandem opinionem etiam sentit Aret. in consi. clxj. Vbi per quædam generalem dispositionem qua dicitur quod quis molestari non possit directè, vel indirectè, à quacunque persona non tollitur restitutio in integrum, iuxta not. in cap. Coram scelicis. extra. de in integr. restit. Et quia per legis generalis dispositionem nunquam videtur auferri beneficium specialiter alicui, in iure concessum. l. Decurionibus. C. de silen. lib. xj. & per Bar. clxj. Idem in fortioribus terminis consuluit Roma. in consilio xc. Vbi in statuto permittente minoribus compromittere, sed prohibente appellacionem & quacunque reclamationem non esse prohibitum in integrum restitutionem, præsertim ex enormi læsione, vt est casus noster, per multa. ibi per eum allegata, in eandem opinionem etiam biddit quod Alex. in leg. arbitro. ff. qui satis. cogan. V. biddit quod quæuis lex prohibet à sententia arbitri

appellari, vel officium iudicio implorari, quod tamen competet restitatio in integrum his personis, quæ aliàs de iure communi restituuntur. allegat Inno. in cap. pendet in integ. restit. Spec. in edd. titu. in quarta parte. §. sciendum. versic. Hoc etiam scias. Bal. in dicta l. vnica. C. si de momenta. posses. Et hæc opinio suadet ex verbis statuti nostri, quod si voluisset prohibere restitutionem in integrum, prohibuisset etiam exceptionem, cum non sit dubium de tali beneficio posse opponi, etiam per viam exceptionis. vt habetur in dicta l. in causa. & altera via remota non censetur prohibita altera. vt dicit Aret. in leg. More. in fine principij. ff. de acquir. hæred. & per Roma. in dicto consi. xc. & sentit Alex. in consilio 203. in volum. v. Et hanc partem tenendo non obstat contraria. Non obstat primò quod sit remotum officium iudicis: quia potest tale officium ad aliud referri, quàm ad restitutionem: vt declarant omnes in dicta l. arbitro. & ibi Alex. præcisè loquitur, quando remouetur officium iudicis. Nam per talem generalem dictionem non censetur actū de tali beneficio ætatis per supradicta: sicut nec quando remouetur exceptio, vt loquuntur supra alleg. Doctores, & tamen exceptio etiam comprehendit talem restitutionem, fortius tenuit Paul. de Cast. in cõsi. 1037. incipien. Vt bene attingatur circa med. in volu. 2. in nouiss. quod etiam si dictum esset, quod non audiat quicquid in contrarium, non obstante quocunque priuilegio: quod adhuc posset contraueniri ex dicto beneficio restitutionis, quod est in iure scriptum. arg. not. in leg. hæres absens. in princ. ff. de iudic. & sic apparet etiam generalitatem dictionis (omnis) in contrarium ponderatam parum obesse. & est casus in leg. omnes. in fin. C. de præscrip. xxx. vel xxxv. ann. inducendo vt per Socyn. in dicto consilio cccxcix. vbi respondet etiam ad aliud argumentu, quod prohibita appellacione censetur esse prohibita restitutio. & ibi tractatur de tali ratione, & sic apparet Barbatiam, in dicto consilio, secundum suam consuetudinem male consuluisset. & contra tot auctoritates quarum ipse nullam allegat.

CONSIL. CCXVII. SVMMAE.

Clausula codicilli testamenti confirmatiue vis. St visa prima fronte periculosa supra scripta cõsultatio, quia videbatur quod Nicolaus debuisset admitti ad dimidium hereditatis, prout faceret Carolus pater si viveret, aliàs substitutio compendiosa facta Ioann. Baptiste, ad quam vocatus est iste Nicolaus, quæ fauorem eius respicit uerteretur in odium, & damnum contra mentem testatoris, & regulam l. legata inutiliter. ff. de adimend. legat. l. quod fauore. C. de legibus. Et quia præteritio posthumi in firmat pernitus testamentum, vt non possit incipere à vulgari substitutione, vt dicit gloss. in l. si filius familias substituat. ff. de hæredibus instituend. & est tex. in l. nam & si. §. fina. ff. de iniusto rupto. Et quia in terminis nostris, quod iste præteritus succedat ab intestato, non obstante substitutione consuluit Bal. consi. 504. incipiente casus talis est, quædam domi. Catharina in quinto volumine. secundum impressionem Mediolanen. & in actu pratico grauisima est auctoritas Baldi, vt omnes sciunt. Et quia, licet Alex. in l. si pater impubes. ff. de vulg. & pupilla. substitutione. dicat, se consuluisse pro testamento, vt substitueatur virtute vulgaris quæ comprehenditur in compendiosa, tamen illa decisio est periculosa, & eam reprobat Ioan. Francisc. de Ripa. in l. j. ff. de vulg. & pupilla. substitutione. per bonas & efficaces rationes. Et ego etiam aliàs reprobaui in rubrica. ff. eodem titulo. nec inter volumina Alexandri reperitur illud consilium: quia forte ipse non curauit, vt edetur tanquam periculosum. Et etiam, quia si dicamus testamentum sustineri, nec vitari præteritione: tamen videtur, quod Nicolaus ultra duas vncias, quas habet ex parte Io. Baptiste, debeat habere

bere quatuor portiones iure accrescendi, quia videtur testator filios Antonij submovisse, ab hoc iure accrescendi cum ad illas quatuor vncias non sint vocati, nisi decedente Carolo absque filiis: unde cum referuatus sit locus huic filio succedendi Carolo, apparet excludi istos nepotes Antonij filios, ne aliàs contra voluntatem testatoris, isti in hac parte substituti efficiantur adiecti, ut est casus in l. Lucius. 2. ff. de heredibus instituend. potest autem testator non solum expressè, sed etiam ex tacita mente istud ius accrescendi vni prohibere, alteri dare. l. 3. §. sed si coniunctim. de leg. 2. ff. de l. Lucius. §. q. habebat. ff. ad senatusconsultum Trebellianum. & quod habetur in l. penult. C. de impuber. in l. si is qui ducenta. §. fin. vbi gloss. ff. de rebus dub. in l. fina. C. de instit. & substit. l. quidam testamento. vbi docto. de vulgar. Sed tamen iis non obstatibus, visa est mihi probabilis sententia domini consulti, & non abhorrens à regulis iuris, lectis enim verbis codicilli, qui factus est ià mortuo Carolo, vidi quemadmodum testator adhuc perseverabat in testamento, & posuit in eo clausula eius confirmatiua: adeo ut talis clausula operetur vim noui testamenti, præsertim inter liberos, etiam q. inter eos in æqualitas inducatur, ut est tex. in authen. de testam. imperfecto. in princip. & tradunt Pau. Castren Ludo. Rom. Corn. Nara in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Alex. cons. clxxvj. in v. & est magis communis opinio. Cum ergo testator confirmaverit tale testamentum, etiam mortuo Carolo satis, indicavit enixam voluntatem suam, quod iste Nicolaus succederet daretur, secundum formam testamenti, & sic in duabus illis vncijs, in quibus erat substitutus Ioan. Baptista, & in eo q. sibi accresceret pro rata portionum, ut mox dicam. Nec ea, quæ in contrarium adduxi, videntur ob stare propter claram mentem testatoris resultantem ex lectione codicillorum. Et quia decisio Alex. in dicta l. si pater impubes, siue vera, siue falsa sit, non attingit casum nostrum: quia in casu suo conditio non euenerat, sed erat reicienda, per l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. testament. sed in casu nostro euenerat, & quidem formaliter: quia prædeceserat Ioann. Baptista: unde iste Nicolaus propter vulgarem admitteretur, & non est dubium: à tali clausula posse incipere testamentum, & non ob stare vitium præteritionis. dict. l. 3. §. fina. de lib. & posth. Nec iste potest dici posthumus, quia ià natus erat tempore codicillorum, per quos confirmata est institutio in testamento facta, ut supra dixi,


& Bal. in dicto cons. ccccij. non loquitur quando conditio vulgaris substitutionis, viuo testatore euenisset, prout est casus noster. & tex. in leg. Lucius. ff. de heredibus institutis. loquitur, quando substituti faciebant controuersiam, ei qui ab intestato erat primo loco vocatus: nostra questio prædit in institutis, quia filij Antonij sunt instituti, & æque primo gradu vocati, sicut Carolus: unde ille text. satis videtur posse evitari. Et ideo non videtur recedendum esse à communibus iuris regulis, ut in parte Caroli quæ effecta est eaduca. admittantur filij Antonij, qui sex partes hereditatis habent vna cum ipso Nicolao qui duas tantum habet, & hæc pars accedat illis pro rata portionum: quia ista est regula in materia iuris accrescendi, à qua non est facile recedendum. l. Mauio. in princip. leg. si quis Titio. in ff. de leg. 2. l. liber homo. §. cum quis. ff. de here. inst. vel saltem in capite, ut supra ex quadam humanitate allegatum est per clarissimum consultorem, in cuius sententiam secundum superscripta accedo. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONS. CCXVIII. SVMMÆ.

Fideicommissarium testati, adita à conuicto hereditas excludit.

Menti testatoris, & t. valde conueniens est superscripta consultatio, etiã verba fideicommissi satis commode possunt applicari, dū enim vocatur substitutus filio, etiam post xx. annum ab intestato, & sine liberis decedente. & c. satis videtur hic intestatus decessisse, quod ad illa bona. §. quod autem. in ff. de leg. agn. tut. & per Soc. in alleg. cons. xxiij. in iij. Si enim testamentum fecisset, & hereditas non fuisset adita, certum est quod conditio euenisset. l. j. de iniur. rüp. & Inst. de hæ. quæ ab inte. defer. ergo idè si sit adita solū ad exclusionem fideicommissarij, cū aliàs nihil sit in hereditate. l. filia meæ emancipatæ. ff. sol. mat. vbi per doct. Nam & tali casu appareret, nihil referre, q. in se fuit, & sic sit testatus, sed requirit etiã q. hæres adierit, & sic atteditur ad factū heredis. Aut igitur intelligimus de hærede extraneo, & non est verisimile testatorem ad eū respexisse, necessariò igitur intelligitur de coniuncto. l. ex facto. §. fin. ad Trebel. ne alienatio bonorū fideicommissi subiectorū per cōtractū phibita. §. sed quia nostra. C. commun. de lega. per testamentum confirmetur, quod extraneus sit institutus, & eis quidè in fraudem. Merito ergo de sola subscriptione requisitus morem amico mihi obseruandissimo gerendum duxi.

RESPONSORVM FINIS.



INDEX LOCUPLETISSIMVS RE-
RVM AC VERBORVM OMNIVM MEMORA-
BILIVM, QVÆ IN ANDREÆ ALCIATI RESPON-
sis continentur; ordine Alphabeticò tam accuratè digestus, vt Lector absque sudore
facillimè, quod quærìt compèriat: vbi tamèn hoc præcipue monendum & obseruan-
dum est, quòd litera L. librum consiliorum, C. consilium, N. numerum
summariarum, P. paginam denotet:

Abscurre non potest fru-
ctus beneficiorum l. 3 c. 8
n. 19 p. 259
Abbatris doctrina in ca. Cum
dilectus. super glo. fin. de
Arbitr. declaratur l. 5 c. 124 n. 7 p. 581
abesse quis potest ab ecclesia, & per substi-
tutum seu Vicarium ei ecclesia deser-
uire l. 6 c. 1 n. 6 p. 651
ablatiui absoluti, habent vim conditionis
l. 8 c. 3 n. 21 p. 858
abolitio tollit vitium procedens l. 4 c. 10 n.
2 p. 357
aborus arguitur ex coniecturis l. 9 c. 23 n.
4 p. 1134
abortiuum quem fuisse, & natum sexto
mense, qui vult dicere, probare debet
per peritos, & attestatio matris solius
non sufficit l. 9 c. 13 n. 5 p. 116 fuisse in-
fantem si probetur, mater excludenda
erit ab usufructu ibid. n. 6 p. ead.
abortiuus partus pro non nato habetur,
nec ad successionem admittitur l. 9 c. 23
n. 1 p. 1134 dicitur, quòdo est natus tem-
pore, quo secundum naturam viuere
non potest: puta ante septimum men-
sem, vel in octauo. ibid. n. 2 p. 1134
absens antequàm ratum habeat, non effi-
citur possessor l. 8 c. 3 n. 12 p. 858
absentem Reipublica causa excusari l. 5 c.
74 n. 2 p. 512
absenti non dicitur ius acquisitum ante
ratificationem l. 5 c. 115 n. 6 p. 571 &
ignoranti licet privilegium conferri pos-
sit, tamen requirit acceptationem l. 2
c. 34 n. 24 p. 202 ipso iure notarius non
acquirat l. 8 c. 3 n. 15 p. 860 non potest
queri ipso iure per notarium l. 8 c. 98 n.
